R.P.D. IOANNIS RUALIN, ORDINIS CLUNIACENSIS, ... SERMONUM DE SANCTIS PARS...

Jean Raulin

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
7 L
1

C. 45. d.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P.

D. IOANNIS RAVLIN,

Ordinis Cluniacenſis,

SAPIENTISSIMI ET CELEBERRIMI

S. T. PROFESSORIS VIRIQ. DOCTISSIMI

SERMONVM DE SANCTIS

Pars prima.

Editio noua, aucta, moralis doctrinæ floſculis decorata, multis mendis repurgata, & locis Sacræ Scripturæ, copioſiſſimiſque Indicibus fideliter exornata; opera & ſtudio RR. PP. Ordinis Prædicatorum S. Dominici Antuerpiæ.

Acceſſerunt eiuſdem Venerandi P. Sermones varij ac doctiſſimi de ter Venerabili Euchariſtiæ Sacramento.

EDITIO NOVISSIMA.

S. Maria de Scala

ANTVERPIÆ,
Apud HENRICVM AERTSSENS;
M. DC. LXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
PRIMAE PARTIS
SERMONVM DE SANCTIS.

De Sancto Andrea.

Enite post me Ser. I. fol. 1.
Relictis retibus. Ser. II. 7

De beata Barbara.

Sapientia vincit malitiam. Ser. vnicus. 14

De sancto Nicolao.

Et vos similes hominibus, &c. Ser. I. 20
Si similes, &c. Ser. II. 25
Habeo aduersus te pauca. Ser III. 31

De Conceptione B Mariæ.

Domum tuam Domine decet sanctitudo, Ser. I. 36
Beata Trinitas, &c Ser. II. 42
Non pro te, &c. Ser. III. 48
Secundum Aristotelem, &c. Ser. IIII. 56
Tota pulchra es. Ser. V. 65
Si nos velimus loqui, &c. Ser. VI. 71

De sancto Thoma Apostolo.

Infer digitum tuum huc. Ser. I. 77
Noli esse incredulus. Ser. II. 84

In Vigilia Natiuitatis Domini.

Sponsus & sponsa dicunt: Veni. Ser. I. 89
Cras egredimini. Ser. II. 96

In festo Natalis Domini.

Simul in vnum diues & pauper. Ser. I. 99
Quaritur, quare Deus, &c. Ser. II. 104
Apprehendent septem mulieres, &c. Ser. III. 111
Secundum iura, regnum, &c. Ser. IIII. 117
Paruulus natus est nobis. Ser. V. 121
Quaeritur, vtrum, &c Ser VI. 126
Reuelabitur gloria. Ser. VII. 132
Nil mirum, si celebris est, &c. Ser. VIII. 138
Paruulus natus est nobis. Ser. IX. 144
Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ser X. 150
In humilitate nostra memor fuit nostri Ser. XI. 157

De sancto Stephano.

Stephanus plenus gratia & forti Ser. I. 162
Solēt homines libēter certamina aspicere. Ser. II 167
Placuerunt seruis tuis lapides eius Ser. III. 171
Quaritur, quare potius, &c. Ser. IIII. 176
Domine Iesu ne statuas illis hoc peccatū. Ser. V. 180
Quaritur, quomodo non erubescebat, &c. Ser. VI. 185

De sancto Ioanne Euangelista.

Exaltabit illum apud proximos suos. Ser. I. 190
Praeter rationes, qua, &c. Ser. II. 194
Quartum animal simile aquilæ volāti. Ser. III. 199
Benedictus Dominus. Ser. IIII. 204
Translati sumus de morte ad vitam. Ser. V. 209

De sanctis Innocentibus.

Non priuabis bonis eos qui ambulant. Ser. I. 212
Quari posset, quare hæc tria, &c. Ser. II. 217
Accipe puerum & matrem eius. Ser. III. 220

In translatione S. Iacobi Maioris.

Erit sepulchrum eius gloriosum. Ser. vnicus. 226

In festo Circumcisionis Domini.

Postquam consummati sunt dies octo. Ser. I. 230
Quaeritur, quare est, &c. Ser. II. 235
Benedices coronæ anni benignitatis tuæ Ser. III. 239
Ordinatione tua perseverat dies. Ser. IIII. 243

De beata Genouefa.

Scit omnis populus, qui habitat intra, &c. Ser. I. 248
Non est talis mulier super terram Ser. II. 254

In die Epiphaniæ Domini.

In hoc apparuit Filius Dei. Ser. I. 256
De cæteris regibus loquimur. Ser II. 262
Vbi est qui natus est Rex. Ser. III. 265
Aristoteles quinto Ethicorum. Ser. IIII. 268
Vox Domini super aquas. Ser. V. 273
Non dubium quin vox Domini. Ser VI. 278
Quaeritur: Quare Circumcisio, &c Ser. VII. 282
Quaeritur, cum baptismus, &c. Ser. VIII. 287

De sancto Sebastiano.

Consecuti sunt eum viri sagittarij. Ser. vnicus. 293

De S Vincentio Martyre.

Vincenti dabo edere de ligno vitæ. Ser. I. 298
Quaeritur: Quare dicit, &c Ser. II. 302

In Conuersione sancti Pauli.

Hæc mutatio dextere excelsi. Ser. I. 310
Pauli vocatio multum fuit, &c. Ser. II. 315
Posset quis aduersari, &c Ser. III. 320

In die Purificationis B Mariæ.

Statim veniet ad templum suum. Ser. I. 327
Istius diei mysterium longe ante, &c. Ser. II. 333
Suscepit de manu Domini duplicia. Ser. III. 337
Sed quomodo verū est, quòd suscepit, &c. Ser. IV. 341
Suscepimus Deus misericordiam tuam. Ser. V. 346
Parasti ante faciem omnium populorum. Ser. VI 350
Sicut lilium inter spinas. Ser. VII. 355

De sancto Blasio.

Gloria & honore Ser. vnicus. 361

In Cathedra sancti Petri.

Digitized by Google

Exaltent eum in Ecclesia plebis. Ser. vnicus. 364

De sancto Thoma Aquinate.

Quid vis vt faciam tibi. Ser. vnicus. 370

De sancto Benedicto.

Benedictionem omnium gentiũ dedit ei. Ser. vni. 376

In Annunciatione Dominica.

Aue gratia plena, Dominus tecum. Ser. I. 381
Boni rumores lætificant cor. Ser. II. 386
Missus est Gabriël Angelus. Ser. III. 391
Astrologi dicunt, &c. Ser. IIII. 397
Ecce nunc dies salutis. Ser. V. 404
Secundum Ambrosium, &c. Ser. VI. 409
Missus est Gabriël Angelus Ser. VII. 415
Hodie Filius Dei descendit in terris. Ser VIII. 420
Salutate Mariam. Ser. IX. 423
Aue gratia plena Dominus tecum. Ser. X. 428
In mense sexto &c. Ser. XI. 435

De S Maria Ægyptiaca.

Indicauit de meretrice magna, Ser. vnicus. 440

De S. Opportuna.

Mulier timens Dominum ipsa laudabitur. Sermo vnicus. 447

De S. Guilielmo Aquitaniæ Duce.

Sitnt tenebræ eius. Ser. vnicus. 452

De S. Eutropio.

Iustus perit, & non est qui recogitet. Sermo vnicus. 453

De sanctis Philippo & Iacobo.

Qui sunt isti, qui vt nubes volant. Ser. I. 462
Talis est dilectus meus. Ser. II. 465

In festo S. Ioannis ante portam Latinam.

Ioannes testimonium perhibuit, &c. Ser. vnicus. 473

De translatione S. Nicolai.

Ante translationem testimonium habuit. Sermo vnicus. 476

De Ascensione Domini.

Quis ascendet in montem Domini. Ser. I. 482
Inter omnes anni solemnitates, &c. Ser. II. 491
Ascendit Deus in iubilo. Ser. III. 497
Dicunt Genitalici, &c. Ser. IIII. 505
Ascensiones in corde suo, &c. Ser. V. 511
Quoniam fecisti iudicium meum. Ser. VI. 516
Trahe me post te. Ser. VII. 520

In die sancto Pentecostes.

Legatum misit ad gentes. Ser. I. 526
Cum ad aduentum huius legati, &c. Ser. II. 530
Ignis à facie eius exarsit. Ser. III. 535
Quod Spiritus sanctus post Christi, &c. Ser. IIII. 540
Spiritus Domini repleuit orbem terrarũ Ser. V. 546
Repleti sunt omnes Spiritu sancto. Ser. VI. 550
Venite emite absque vlla cõmutatione. Ser. VII. 555

Feria secunda post Pentecosten.

Cecidit Spiritus sanctus Ser. I. 560
Cum deuotione maxima. Ser. II. 565

Feria tertia Pentecostes.

Huic ostiarius aperit. Ser. in Processione. 568

De sanctissima Trinitate.

In tribus beneplacitum est, &c Ser. I. 574
Ex scripturis quatuor inueniuntur, &c Ser. II. 581
Dicit Origenes super Exodum Ser. III. 590
Funiculus triplex Ser. IIII. 593
Benedicat nos Deus. Ser. V. 599
Videmus nunc per speculum. Ser. VI. 605
Laudate eum secundum multitudinem, &c. Ser. VII. 609
Ab Oriente porta tres. Ser. VIII. 612

De sancto Yuone.

Si quis peccauerit. Ser. vnicus. 614

De sancto Germano.

Rogo te Germane compar. Ser. vnicus. 621

De S. Illidio Aruernensi Episcopo.

In tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Sermo vnicus. 625

De sancto Claudio.

Ibat proficiens atque succrescens. Ser. vnicus. 629

De sancto Medardo.

Tota die miseretur. Ser. vnicus. 632

De S. Barnaba Apostolo.

Vos amici mei estis. Ser. vnicus. 636

De inuentione, & translatione S. Ant.

In memoria æterna erit iustus. Ser. vnicus. 642

De sanctis Geruasio & Prothasio.

Isti sunt qui venerunt, &c. Ser. I. 647
Quæritur: Quare sancti, &c. Ser. II. 652

De decem millibus Martyrum.

Consueuerunt de infirmitate. Ser. vnicus. 656

Digitized by Google

INDEX MATERIARVM

IN HAC PRIMA PARTE DE SS. CONTENTARVM.

A



Bortiuum procuratur multipliciter. pagina 622 B
Abſentia ſeu receſſus Chriſti periculoſus. 225 H
Acceptio perſonarũ fugienda. 561 C
Quomodo Adam tam ſapiens, tam graue mandatum preterijt. 52 H
Ada imperata eſt res vilis ad merendum. 52. F
Aduenienti Domino occurrit pœnitens, & deplangens peccatoris. 96 B
Aduenienti Domino quomodo debent occurrere proficientes. 96 C
Aduenienti Domino qualiter occurrere habent contemplatiui 97 D
Aduenienti Domino qualiter perfecti occurrũt 97 F
Aduentum Domini diuerſi diuerſimode nunciabant 96 A
Adulatio fugienda, 455 K
Adulationis vnguentum 31 K
Aduocatia debet fieri propter honorem Dei & bonũ commune. 620 S
Aduocatiarum officiũ non debitè exercetur niſi concurrentibus quatuor cauſis 618 M
Aduocatus debet eſſe conſtans, & firmus 617 H
Aduocatus debet eſſe perſona bona. 620 Q
Aduocatus debet liber eſſe ad loquendum. 618 L
Aduocatus non erat in celo ante Chriſti Incarnationem. 615 B
Aduocatum decet eſſe in experientia & ſtudio diligentem. 616 F
Aduocatum decet eſſe ſapientem 615 C
Aduocati mali deſcribuntur à Bernardo 620 R
Aduocati mali lingua ſtutera comparatur. 619 N
Aduocati mali non modo lingua, ſed & ſilentium venale eſt. 617 I
Aduocati ſunt Beati pro bonis, & non pro malis aduocatis. 620 T
Aduocatorum ignorantia & negligentia, ſimiliter & auaritia culpantur. 616 G
Aduocatorum modernorũ auaritia taxatur. 617 K
Nota de Alexandro magno 128 B
Alma quando ſignificat virginem abſconditam. 342 F
Ambitioſus ſemper manet in pendulo. 454 H
Amicitia perfecta non habetur ad plures diſcordes. 590 B
Amicitia virtutem commendauit Dominus, quærendo multipliciter amicitiam hominum 636 A
Amicus quis cognoſcitur ex conuerſatione. 628 A
Amicus verus eſt Deus non deficiens in neceſſitate. 304 A
Amici Dei confunduntur & tribulantur in hoc mundo. 616 A
Amici veri tres conditiones 466 B
Amicorum Dei ſex modi. 465 A
Amor carnalis & amor mundi impediunt volatum in calum 509 I
Amor diuinus differenter ab alijs amoribus vnit ſibi. 382 D
Amor fuit cauſa Natiuitatis Domini. 116 H
Amor temporalium & timor defectus impediunt iter cæli. 525 R
Amor verus differt ab amore temporali non vero. 568 F
Amor Chriſti carnalis Spiritus ſancti miſſionem impediebat in diſcipulis. 508 F
Andreas bene vſus eſt Chriſti familiaritate. 4 F
Andreas quomodo multipliciter ſequutus eſt Dominum. 11 H
Andreas vocatus eſt ad Chriſti familiaritatem propter duo. 3 D
Andreæ priuilegia. 13 L
Angelus Domini apparuit quater Ioſeph, id eſt inſpiratio diuina pœnitenti quatuor inſpirat. 214 C
Angelus cur Mariæ nomen ſalutando tacuit. 414 M
Angelus quare apparuit paſtoribus in Natiuitate Chriſti. 147 H
Angelus quare miſſus eſt ad Mariam non Prophetam. 406 C
Angelus ſiluit de fructu Mariæ; Eliſabeth non. 412 K
Angelus triplex à Deo miſſus. 435 C
Angeli ſalutatio ex multis Mariæ ſuſpecta fuit. 413 L
Angeli interfuerunt nuptijs Mariæ 90 C
Angeli multi cur non ſunt miſſi ad virginem. 392 D
Anima accipitur in vanum quinque modis. 595 I
Anima iuſti faciliter & cito aſcendit in celum propter multa. 514 M

Quomodo miserabiliter incarceratur anima in corpore suo. 65 E
Anima iuste non potest obstrui iter paradisi. 515 N
Animam pretiosam ostendunt pretij magnitudo, & imago Dei 495 L
Quare animam pretiosam iungit Deus corpori corrupto 76 K
De triplici anno, scilicet malitiæ, benignitatis & iustitiæ. 242 G
Annunciationis dies quasi dies gratiæ est populo notificandus 185 B
Antipater. 330 E
Antonij inoratione assiduitatis 644 F
Antonij vita merito recitatur 642 A
Aperiendum est cor Christo pulsanti. 570 D
Apostoli carbones & lampades in Ecclesia. 536 B
Apostoli & Episcopi procuratores Spiritus sancti. 534 M
Apostoli erant conuenientes tesles Christi. 509 G
Apostoli facti sunt quasi Cardinales in Pentecoste. 532 G
Apostoli fuerunt oculi Ecclesiæ 141 G
Apostoli habebant timorem ante aduentum visibile Spiritus sancti. 547 D
Apostoli quasi interpretes nauis Ecclesiæ omni lingua loqui debuerunt. 534 I
Apostoli quomodo facti sunt milites Spiritus sancti. 534 N
Apostolis tamquam stomacho Ecclesiæ plenis totus mundus dicitur plenus 532 E
Aquæ baptismi sunt aquæ effectiuæ & nutritiuæ Spiritualiter, & ibi de duplici natiuitate. 281 F
De nouem proprietatibus aquæ baptismi competentibus. 279 B
De virtutibus datis aquæ. 277 I
Aranea superbus comparatur propter tria 9 E
Aristodemus 453 D
Arturnorum terra 625 C
Ascendere in cælum cur distulit Christus per dies quadraginta. 483 C
Ascendere nituntur mali virtute aliena multiplicater 505 V
Ascendens Christus cur increpauit discipulos. 489 F
Ascendentem tremefaciunt duo, periculum, & obstaculum 492 C
Ascendentis & descendentis differentia quoad quietem & motum mysticè declarata. 525 T
Ascendentium cum tubilo multiplex genus. 497 B
Ascendentium multiplex finis. 497 A
Ascendisse dicitur Christus specialiter super Cherubin. 509 X
Ascendit caput Christus in cælum cum suis membris. 496 M
Ascendit Dominus ad vtilitatem populi sui, & quomodo. 493 T
Ascendit Dominus videntibus discipulis, & quare 488 L
Ascendit Christus in Cælum propter se, & propter nos. 501 N
Ascendit Christus vsque ad connexum vltimi cæli. 503 Q
Ascenditur cum Christo quinquè habitis. 518 G
Ascensio est festum Dei Patris Christi, Angelorum, Patriarcharum, Mariæ & nostrum 491 A
Ascensio Christi: cur non fuit tertia die, sicut resurrectio 502 O
Ascensio Christi quæ dona nobis peperit. 524 O
Ascensionis & Natiuitatis solemnitates comparantur. 492 B
Ascensionis Christi & malorum differentia multiplex 503 R
Ascensionis festum cur non dicitur annuale. 506 B
Ascensionis festum quare est solemnissimum. 512 C
Ascensus in cælum via ante Christi Ascensionem difficilis 482 B
Ascensus Christi multiplex. 501 M
Ascensurus Dominus: cur apparuit discipulis recumbentibus. 507 C
Ascensurus Dominus, cur durè redarguit discipulos. 508 D
Ascensurus Dominus quare eduxit discipulos extra ciuitatem 487 H
Ascensurus in cælum cur exprobrauit incredulitatem discipulorum 484 E
Ascensuro in cælum innocentia necessaria est. 493 D
Asperitas est via ascendendi in cælum. 499 G
Auaritia est quædam insania. 623 E
Auaritia inducit continuam sitim temporalium. 559 K
An auaritia sit in iuuene laudabilior quàm prodigalitas. 123 F
Auarus comparatur limaci 571 G
Auari sibi soli prosunt. 464 H
Nota contra aulicos 295 D
Auris quatuor conditiones mystice declarate. 319 L

B

Baptismus est Sacramentum non reiterabile, & prima tabula post naufragium. 280 O
Quare baptismus non excludit mortem, cùm sit effectius culpæ originalis. 282 A
Baptismus quare datus est Christianis, & circumcisio Iudæis 282 A
Baptismus sanat infirmitates mentis & quandoque corpo-

Digitized by Google

corporis. 279 C
De septem effectibus baptismi. 287 B
Tota pœna æterna tollitur in baptismo, non autem temporales pœnæ. 289 D
Quare pœnæ istæ remaneant post baptismum 163 Q
Quare interrogantur pueri de fide in baptismo cum non sint rationis capaces, & quomodo per alios procuratur eorum salus. 285 K
Multum culpantur violantes promissa in baptismo. 292 I
Per baptismum acquiritur triplex dignissima filiatio. 275 E
De natiuitate spirituali per baptismum facta. 290 E
Baptizandus vngitur oleo propter duo, & ibi quòd per baptismum consecratur in Prophetam & Regem. 284 F
Quare baptizandus vngitur in tribus locis. 288 C
Propter tria Christus à Ioanne baptizari voluit. 273 A
Barbaram & martyres quare Deus varijs & sæuissimis permisit affici cruciatibus. 9 L
Quomodo stat, quòd Barbara miserit pro fide ad Originem 16 D
Barbara pater quomodo motus est, vt vellet occidere eam. 7 H
Quomodo verisimile sit beatum Ioannem Baptistam descendisse ad Barbaram baptizandam. 16 E
Triplex causa absconsionis Barbaræ in turri. 17 F
Barnabas, & Paulus an licitè dissenserint. 340 G
Barnabas fuit ordinatus Apostolus cum Paulo. 637 B
Bellum carnis aduersus Spiritum. 104 K
Bellum corporale & spirituale, quomodo differunt. 447 A
Primum bellum Christi fuit ex innocentibus 219 E
Benedicitur populo in fine Missæ exemplo Christi ascendentis in cælum. 488 K
Benedicunt Deum & mundus diuersimodè. 381 L
Benedictio Dei differt à benedictione Episcopi. 601 B
Benedictio duplex, dextra & sinistra 501 L
Benedictio spiritualis à Maria petenda est 412 I
Benedictio Trinitatis quantum valeat 601 C
Benedictio triplex confertur per vota religionis. 380 K
Benedictio triplex 599 A
Benedictionem meretur qui circumciditur à vitijs. 378 D
Benedictiones Iacob applicantur beato Benedicto. 376 A
De sex benedictionibus Domini. 241 E
Benefactorum Deus non obliuiscitur. 663 S
Benefactorum sibi numquam obliuiscitur Deus, sed benè homo. 659 H
Beneficium paradisi Christus est, continens duo incompatibilia per dispensationem. 336 F
Beneficia parua sola manent propter Deum. 407 E
Blasio cur seruiebant aues in eremo, non in mundo. 363 D
Bona spiritus non diminuuntur sui communicatione. 551 D
Bona temporalia excludunt deuotionem à religione. 381 M
Bonitas vitæ meretur eleuationem scientiæ. 631 E
Boni mitigant iram Dei. 465 I
Boni tenent iter rectum, mali obliquè incedunt. 645 B
Bulla quatuor sunt petenda à summo Pontifice Christo. 572 H

C

CHaritas est lapis pretiosus duplicis virtutis. 325 N
Charitas omnia facit communia. 345 K
Charitas gradus est ascendendi in cælum. 514 L
Charitas sola pugnat, & coronatur. 461 M
Charitas Stephani erat fortis vt mors, ex tribus. 186 G
Canonici moderni taxantur. 631 F
Carcer duplex, scilicet corporis & mundi. 350 I
Carcer triplex corporis, mundi, & claustri. 522 I
Carnalis affectio quorumdam parentum reprobatur. 335 E
Caro & spiritus in quibus aduersantur, & in quibus conueniunt. 374 L
Carnis insultus quàm sit vehemens & tenax. 17 G
Carnis schola quare plures habeat quàm schola Dei. 32 C
Carnis schola à schola Nicolai seu Dei differentia tres. 2. 32 C
Carnis vitia primò sunt vincenda. 657 C
Cathedra debetur summo Pontifici. 369 F
Cathedra sancti Petri cur fiat solemnitas. 365 A
Causa etiam iusta quandoque nõ inuenit patronũ propter tria quæ mysticè declarantur. 516 A
Cælestia, terrestria, & inferi obediunt nomini Iesu. 181 B
Cæli distantia à terra. 489 M
Cera quare carnem Christi signet. 347 E
Circumcisio multiplex. 237 E
Quare circumcisio celebratur prima die anni, cum in ea fuerit effusus sanguis. 235 A
Quare fiebat circumcisio octaua die. 338 H
Propter multa debuit potius fieri circumcisio in mẽbro genitali, quàm alibi. 232 C
Circumcisionis festum ab omnibus est celebrandum. 230 A

De differentia circumciſionis carnalis & ſpiritualis. 233 D
De multiplici circumciſione. 231. B 237 E
Duo tantum erant de neceſſitate circumciſionis. 539 K
An omnes pueri non circumciſi vel morientes ante octauum diem peribant. 239 I
Quare Chriſtus circumciſus eſt, cum non fecerit peccatum. 236 G
Propter duo res aliqua ſcinditur, propter quae debemus ſpiritualiter circumcidi. 253 E
Tria ſunt circumcidenda ſpiritualiter. 238 P
Clauis duplex, portarum, ſcilicet Eccleſia, & arcarum, ſcilicet conſcientia. 625 I
Clauis ſcientiæ & clauis poteſtatis quid ſint, & quomodo dantur cuilibet ſacerdoti. 467 C
Claudianorum & heluidianorum error. 408 G
De ſeptem proprietatibus columba relatus ad ſeptem dona Spiritus ſancti. 278 M
Conceptio inſtituta eſt tamquam quintus terminus ad debitum honoris Mariæ perſoluendum 72 D
Si Maria concepta fuit ſine originali peccato, quomodo indiguit redemptore. 58 G
Quia Maria ſine originali concepta eſt, probatur multipliciter 61 H
Tribus modis capi poteſt conceptio. 260 M
Conceptio Chriſti cur verno tempore facta eſt. 353 E
Conceptio Mariæ quomodo figuris declaretur. 46 I
Conceptio maſculi quot diebus perficitur. 347 C
Conceptionis Mariæ ſanctitas probatur figuris. 47 L
In conceptione Mariæ dedicatum eſt templum corporis ſui. 65 A
Quomodo differunt Chriſti & Mariæ conceptiones. 45 F
Quomodo ſanctitas conceptionis Mariæ rationibus ſuadetur. 47 L. 61 N
Concupiſcentiarum motus quomodo ſunt noſtri atrociſſimi hoſtes. 58 F
Concupiſcentijs ſuis deditus, non homo eſt ſed beſtia. 334 B
Confeſſio niſi ſit integra non ſanat animã. 297 G
Confeſſores reſeruati ſunt inter martyres. 629 I
Confiteri nomen Domini glorioſum, & erubeſcere periculoſum. 459 G
Confiteri oportet Chriſtum. 459 H
Confuſio duplex. 362 A
Coniugalis actus cauſa prolis & debiti reddendi eſt licitus. 332 N
Coniugalis actus cauſa vitandæ fornicationis eſt licitus. 332 O
Commendare ſpiritum exemplo Stephani debemus Deo in morte. 170 H
Comparatio Mariæ & Eccleſiæ. 205 C
Conſcientia vermis pungit continuè malos. 635 G
Conſilij donum, quid ſit, & quomodo differt à dono ſcientiæ 545 N
Conſolatio ſpiritualis quatuor gradibus attingitur. 342 D
Reprobantur dicentes hominem ſubdi conſtellationibus. 259 E
Contemplatio ſolis perfectis congruit. 380 I
In hoc mundo non eſt perpetua contemplatio. 140 E
Contemplatiuorum oculi abſtractione à ſenſibilibus illuminantur amplius. 321 D
Continentia duplex acceptio. 416 D
Contritio. 130 F
Conuerſio peccatoris tria exigit. 441 B
Conuerſionis initium multis eſt difficultatibus reſperſum. 445 K
Cor & interiora quærit Dominus. 351 C
Quomodo cor noſtrum eſt ſtatera doloſa. 65 C
Cordis duritia quare magis increpatur, quàm oris, vel operis. 517 E
Nota de cornu 625 K
Corporum ſanctorum Domini non ſumus. 479 F
Corona triplex reperitur in ſacra ſcriptura 170 G
Creſcunt boni vt granum ſinapi, mali autem vt rapa. 214 D
Credibilia difficilia propoſita ſunt nobis propter multa. 610 D
Crudelitate deſtruuntur regna, & clementia conſeruantur. 454 F
Crux pœnitentiæ, vel memoria mortis debet eſſe gubernaculum hominis. 228 C
Crucis Chriſti, Petri, & Andreæ differentia. 12 K

D

Delectatio duplex, temporalis & ſpiritualis. 320 B
Dæmones iuſtè hic torquentur à ſanctis. 646 I
Dæmones quandoque non expelluntur à ſanctis. 644 D
Dæmoni credere quandoque non eſt inconueniens. 644 E
Deſiderio feruenti attrahitur Spiritus ſanctus. 536 C
Deſponſata & nupta differunt. 394 H
Detractor eſt canis. 13 M
Deuotio non eſt neceſſaria ad orationem. 521 D
Deuotionis ſanctorum cauſa memoria mortis Chriſti. 469 L
Deus eſt fideliſſimus ſuis creaturis. 84 A
Deus quare factus eſt puer paruulus. 122 C
Deus præcogitauit modos pacis cum homine faciendæ. 103 I
Deus vocat nos ab Ægypto, id eſt mundo dupliciter. 225 F

Digitized by Google

Diabolus magis impetit innocentes pueros. 652 L
Diaboli ala Diocletianus & Maximianus. 18 I
Nota dialogum inter Pastores & Angelum, exponendo Euangelium. 148 I
Dies bonorum. 246 F
Dies gloriæ Christi. 246 G
Ter legitur prolongata dies. 240 C
De triplicibus diebus. 244 B
Quinque digiti in manu signant quinque gradus discretionis. 79 D
Quid sit inferre digitum in loca clauorum Christi, vt iubebatur Thoma. 78 B
Dignitas est laqueus difficile frangibilis. 632 I
Dilectos à Deo an sit necesse diligi ab hominibus. 296 F
Diligendus est Deus multipliciter. 567 E
Diligere inimicum est magis meritorium quàm diligere amicum. 188 H
Quomodo sit intelligendum quod teneamur diligere inimicum quoad naturam. 186 D
De nobilitate & necessitate discretionis. 81 E
Disputatione cognoscitur veritas. 651 F
Diuites habent hic suum tempus. 177 B
Diuitiæ naturales præstant artificialibus. 635 H
Dominus facit continuationem annorum propter multa. 239 A
Dominus quomodo est in natiuitate sua cum pœnitentibus, proficientibus, contemplatiuis, perfectis & perseuerantibus. 97 H
Dominus tecum exponitur. 432 K
De dominio maximo quod habuit homo in Paradiso. 40 I
Domus idem quod prius. 42 B
Domus triplex, quam Deus ædificauit. 42 A
Dona Spiritus sancti distinguuntur à virtutibus, & quid sint. 541 C
Dona Spiritus sancti multiplici septenario designantur. 542 D
Dona Spiritus sancti quomodo iuuant hominem. 554 I
De tribus, scilicet matre, Ecclesia, & bursa, quæ diuersis Christus commisit. 196 D
De causa euagationis mentis in oratione. 37 E

E

EBrietatis spiritualis signa. 557 F
Ecce verbum magna dulcedinis & affluentia. 428 K
Ecclesia nunc carnalis. 471 Q
Ecclesia cur super duas fraternitates in initio fundata est. 6 M
Ecclesiastica dignitates non sunt acquirendæ per principes. 623 F
Electio cur non sit modo cum populi consensu. 627 F
Electio in dignitatem propter merita fieri debet. 302 B
Electurus mundus aliquem ad quid respicit. 627 E
Elegit Dominus piscatores non senatores. 5 K
Eleemosyna largitio conceditur puero in casibus certis. 634 D
Eligendi modus triplex. 5 H
An iuuenes eligi debeant in Episcopos. 28 E
Eliguntur à Deo in prælatos puri & mundi. 632 E
Epiphania celebranda est cum gaudio propter tria. 257 B
In die Epiphaniæ fecit Deus mirabilia. 262 A
Equi quatuor mystici, quibus extrahitur anima à peccato. 521 D
Erubescere debent qui contra sacram conceptionem Mariæ insaniunt. 46 K
Euangelium quare dicitur flando. 518 F
De Euangelio Ioannis. 151 B
De figuris quatuor Euangelistarum. 207 G
De quatuor Euangelijs: & excellentia Ioannis super cæteros Euangelistas. 206 F
Exaltatio in temporalibus est periculosa. 190 B
Exaltatio triplex. 190 B
Excellentia doctrinæ Ioannis. 198 G
Excommunicatio timenda est. 454 I
Per exorcismos quodammodo potestas diaboli cohibetur. 292 H
Expectandus est Dominus ad tria. 21 B

F

FAmiliæ principum duplex genus. 472 S
Febris colebatur à Romanis, vt minus noceret. 656 F
Fœcunditas est donum Dei, per accidens tamen causat tristitiam. 623 C
An fefellit Dominus Abanem, dando ei Thomam pro lathomo corporali. 86 C
Festum Innocentium quare cum alijs duobus comitatur festum Natiuitatis. 217 A
Festum vnde dicitur annuale. 511 A
Fides aliena proficit pueris, & bonitas patrinorum. 485 F
Fides de Deo secundum gradus accrescit. 579 H
Fides & cognitio fidei differunt. 588 F
Fides propter quatuor multum placet Deo. 83 H
Fides Christi prauia est ad martyrium. 456 F
Quia nunc non sufficit sola fides pro paruulis. 235 H
Fiat Maria. 419 O
Fidelium tres gradus. 592 D
Quare Filius Dei dicitur verbum. 152 D
Forma triplex cuius terra fuit capax. 409 A
Fortitudinis donum quid respicit. 544 M
Fortitudinis donum quàm sit efficax. 539 L
Fortitudo martyrum Dominus. 174 F

Fratres mali detestandi. 467 D
Nota de regno Francorum 603 C
Propter multa fugit Dominus persecutionem Herodis. 215 C
Quare Dominus fugit. 220 A
Quare potius fugit Dominus in Ægyptum, quàm alibi. 215 F
Quomodo Matthæus scripsit de fuga Domini, cum videatur ignominiosa. 216 G
Fullonibus comparantur hominum oppressores. 473 T

G

Gabriel cur mittitur ad virginem plusquam alius Angelus. 392 C
Nota de gallis. 346. H. 344 N
Gehennantur boni & mali in hoc mundo, sed differenter. 305 F
Genouefa portabat denarium aureum, & quare. 255 C
Genouefa quare constituta est custos vrbis Parisiensis. 252 G
Genouefa quare permisit aliquando à Normannis incendi suam Ecclesiam. 253 I
Genouefa an erat licitum impedire ne mali punirentur. 250 E
Genouefa pulchritudo Spiritualis probatur. 255 D
Gloriantes in turba & cauda magna. 145 D
Gloria contemptus gloriam promeretur. 510 K
Gratia datur homini secundum finem, ad quem ordinatur à Deo. 630 B
Gratia requiritur cum libero arbitrio ad pugnam contra vitia. 462 B
Gratia Spiritus sancti est quid magnum in valore & virtute. 565 A
Gradimur duplici pede spiritualiter. 12 I
Grex Domini quomodo est pusillus, & quomodo magnus. 638 E
Gula iuueni periculosissima. 453 C
Gula obnubilat intellectum. 545 P
Gula sæpe litigat cum bursa. 37 D
Gustatur hic dulcedo spiritus solum in riuulo. 528 E
Gustum dulcedinis Spiritus sancti duo impediunt. 528 F

H

Hæreditas cæli multum differt ab hæreditate terrena 156 L
Tres conditiones requisitæ ad hæreditatem cæli percipiendam 20 A
Hæresis deterior persecutio tyrannide. 586 E
Hæresum multiplex occasio 351 E
Hæreticus quis dicitur multipliciter. 498 D
Hæretici diuisi sunt inuicem, quia diuiserunt Trinitatem. 177 E
Hæretici non fuerunt Apostoli, licet dubij de fide resurrectionis. 499 E
Herodes quare turbatus fuit audita Christi Natiuitate. 259 F
De morte Herodis. 220 H
Nota de Homero. 321 C
Homo quid est. 25 A
Homo quis dici non meretur propter solam effigiem humanam. 341 B
Homo tria obseruat, quibus medentur tres scientiæ. 616 D
Hominis exterioris & interioris differentia. 342 C
Hominis miseria quinque, & totidem Dei misericordiæ. 336 D
Hominum triplex genus, incipientium, proficientiũ, & perfectorum 377 B
Quomodo sex modis comparatur homo iumentis insipientibus 55 N
Honor duplex homini factus à Deo. 415 A
Honores quomodo infatuant hominem. 54 M
Quare de limo facta est humanitas Christi. 159 F
Quare Christus voluit fieri homo. 104 A
Humanitas Christi quare dicitur humilitas nostra. 158 E
Humiles multa commoda consequuntur à Christo. 124 D
Humiliata sunt corpus & anima propter peccatum. 158 E
Humilis erubescit laudari. 387 D
Humilitas. 159 E
Humilitas est primus gradus ascensus in cælum. 513 E
Humilitas & paupertas fuerunt spirituales obstetrices Christi. 142 I
Humilitas ficta reprobatur. 450 E
Humilitas causa gratiæ. 430 E
Humilitatis descensus est via in cælum. 498 C
Humilitate procuratur aduentus Spiritus sancti propter tria. 529 I
De humilitate quæ est intersignium ad quod inuentus est Christus paruulus. 119 E
Quanto quis melior, tanto maiorem habet humilitatem. 161 H

I

Iacobus Minor cur ordinatus est Episcopus Hierosolymitanus & non Petrus. 470 P
Iacobus Minor primus Missam celebrauit. 469 K
Iacobi Minoris octo prærogatiuæ. 467 C
Ieiunio, vt gratiùs fiat superaddi debet opus pœnale. 443 D

Iesum

Iesum Nazarenum cur potius se nominauit Christus Paulo 318 H
Multi olim vocati sunt Iesus, sed impropriè. 184 F
Ad nutriendum spiritualiter puerum Iesum multa requiruntur. 129 D
Ignis duplex, charitatis & cupiditatis 513 H
Ignis qui dicitur S. Antonij similis est igni infernali. 646 H
Ignis sacer à Deo incenditur propter multa. 213 K
De triplici proprietate ignis amoris in Ioanne reperta, 209 A
Illudere debemus carni, mundo & diabolo. 225 G
Illuditur diabolus à pœnitente, quando dimissus non reuertitur. 218 D
Impiorum magnitudo rebellionibus subiacet. 637 B
Incarnandus Christus diuertit in hospitium uteri virginei duplici consuetudine motus. 380 A
Incarnatio per ignem in rubo figuratur. 428 A
Incarnationis beneficium an erat subtrahendum propter ingratitudinem hominum. 398 C
Incarnationis & annunciationis dies est tempus oportunum ad initiandam salutem peccatoribus. 40, A
Incarnationis & annunciationis solemnitas est Patris, Filij, & Spiritus sancti, Mariæ, & humanæ naturæ. 40, B
Incarnationis & passionis mysteria deuotius recolenda sunt. 391 A
Incarnationis tempus cur dicitur plenitudo temporis. 438 F
Incarnationis & natiuitatis mysterium est inscrutabile. 111 A
Incarnatione liberati sumus à potestate dæmonis. 435 B
Incarnatione Christi dignificata est natura humana. 398 B
In Incarnatione & Passione maxima misericordiæ signa apparuerunt. 352 B
In Incarnatione noua facta sunt omnia. 435 A
Indeuotionis modernorum causa. 469 M
De multiplici inferno 138 C
Infirmitas prosperitatis peccatum est. 628 H
Inimicis pugnantibus an sit succurrendum. 187 G
An liceat optare mortem inimici 187 E
Iniuria recompensatio queri potest. 187 F
Innocens adhærendo Christo, ascendit in cælum. 493 E
Innocens quomodo ascendit in cælum 494 F
Innocentes opprimuntur ab astutis & malis: & quòd mali comedunt carnes in quadragesima. 219 F
Benè fuit Innocentibus per mortem. 220 I
Innocentes priuantur bonis à mundo, sed non à Deo. 212 A
Omnes Innocentes etiam incircumcisi ab Herode trucidati salvati sunt. 221 B
An sit celebrandum festum Innocentium. 213 B
An dies Innocentium sit infortunatus, & ibi improbantur superstitiones quorumdam. 222 E
De triplici vera innocentia seruanda sicut bulla prabenda paradisi 217 B
Quomodo homo fuisset immortalis in statu innocentiæ 40 K
Intellectus dono penetrantur occulta in diuinis & in creaturis & clarius quam per fidem. 545 O
Inter bonos & malos est continua inimicitia & pugna 172 A
Inuidus est denaturatus 543 K
Inuidi sunt socij diaboli 543 I
Inuidorum iustus locus est infernus. 518 H
Ioannes Baptista an cognoscebat Dominum. 274 C
Ioannes Baptista quare tremebat baptizando Christum 275 D
Ioannes confundebat hæreticos, & perturbabat buccina Euangelica. 203 F
Ioannes dilexit fratres recto amore. 209 B
Ioannes erat lucerna. 155 I
Ioannes Euangelista custodiebat Mariam, & custodiebatur ab ea. 105 D
Ioannes Euangelista dimissus est diu in hoc mundo propter multa 311 E
Ioannes Euangelista fuit thesaurarius Christi & custodia matris suæ. 195 C
Ioannes Euangelista virgo permansit. 474 D
Ioannes fuit Apostolus, Euangelista, & Propheta. 197 F
Ioannes fuit Camerarius & Secretarius Christi. 195 B
Ioannes fuit Protonotarius Christi, & quare. 196 E
Ioannes significat nobis omnium virtutum custodem animam 207 I
An Ioannes plus diligebatur à Christo, quam Petrus, & de signis familiaritatis Christi ad Ioannem. 194 E
Quare pingitur Ioannes Euangelista iuuenis, cùm fuerit senex mortuus. 212 F
Ioannis ante Portam Latinam solemnitas rationabiliter celebratur 473 A
Quare celebratur memoria transitus Ioannis post natalem Domini, cum tunc non fuerit mortuus. 190 A
Quod Ioannes sit in cælo in corpore & anima, probatur aliquibus rationibus. 199 I
Aliquæ rationes, propter quas celebratur transitus Ioannis secunda die post Natiuitatem Christi. 194 A

Digitized by Google

Excellentia doctrinæ Ioannis. 198 G
Propter prærogatiuam virginitatis Ioannes meruit à Domino amplius cæteris edoceri. 199 A
In doctrina Ioannis eſt refectio omnium fidelium. 204 A
Humilitas Ioannis fecit eum exaltari ad cæleſtia myſteria intelligenda. 204 B
Propter multa diligebat Dominus Ioannem Euangeliſtam. 192 C
Ioſeph ſeptem honores & prærogatiuas habuit. 95 L
Cur timuit Ioſeph accipere Mariam in coniugem ſuam. 93 I
Ira Dei multipliciter oſtenditur 627 G
Iram ſuam oſtendit Deus tripliciter. 253 I
Iudæi atteſtantur fidei Chriſtianæ 261 I
Iudæi non curabant de veritate, & defecerunt reſpondentes Herodi. 260. G. 267 E
Iudæi quare hactenus manent deſolati. 360 H
Iudex & aduocatus quando tenentur gratis patrocinium præſtare. 619 O
Iudicare non debemus ſecundùm exteriorem apparentiam. 354 B
Iudicis & aduocati officium practicam prauiam requirit 616 E
Iudicium humanum ſequitur ad affectiones proprias. 38 F
Iudicium multiplex Chriſti. 362 F
Iudicium ſanguinis non eſt citò proferendum & ibi de triplici fulgure Iouis ſignante triplicem punitionem. 312 F
Iuramenti violatio fuit cauſa deſtructionis regnorum. 495 L
Iuſtitia. 131 H
Iuſtitia an ſit iudicanda. 517 C
Iuſtitia facienda eſt de furibus vitijs. 450 G
Iuſtitia facienda eſt in terra corporis noſtri. 23 G
Iuſtitia impugnatur auro & argento. 451 H
Iuſtitia originalis quid ſit. 56 B
Iuſtitiæ deſcriptio. 39 H
Iuſtitiæ perditio quanti periculi eſt in regno. 41 N
Iuſtificatio impij an ſit opus miraculoſum. 447 L
Iuſtificatio impij exigit diſplicentiam peccati in iuſtificando. 317 F
Iuſtificatio impij exigit humilitatem iuſtificandi. 317 E
Iuſtificatio impij non fit ſine gratia Dei præueniente. 316 B
Iuſtificatio impij requirit obedientiam iuſtificandi. 318 I
Iuſtificationis conſeruatiua eſt frequens ſacramentorum communio 323 I
Iuſtificatio operationem ſecundùm gratiam ſibi datam requirit. 327 S
Iuſtificationis impij & creationis comparatio. 447 M
Iuſtificationi conſeruandæ neceſſaria eſt bonorum imitatio. 322 E
Iuſtificationem fouet oratio deuota 322 B
Iuſtificationis conſeruandæ neceſſaria eſt perſeuerantia. 327 T
Iuſtificationem conſeruat humilitas & proprij ſenſus depoſitio. 321 C
Iuſtus eſt in ſe quaſi tres reges habentes tria regna. 271 F
Iuſtus tripliciter deficit in via mundi. 522 G
Iuſti exterius punguntur, mali interius ſpinis peccatorum. 663 R
Iuſti ex triplici victoria ſunt in memoria æterna. 643 C
Iuuenis in bonis propoſitis dirigendus eſt, non totaliter impediendus. 24 I
Iuuenis malitia vnde procedat. 454 G

L

Labor & dolor competunt homini propter originale peccatum. 56 C
Labori & tribulationi eſt exponendum corpus in hoc ſæculo. 107 L
Lapidantur nunc homines à buſonibus, id eſt, malis hominibus. 660 K
Septem leguntur lapidati in ſacra ſcriptura. 172 C
Lapides Stephani fuerunt pretioſi propter tria. 170 F. 172 B
Quare non nocuerunt Stephano lapides 180 H
Latrones parui & magni 635 F
De multiplici lauacro. 278 A
Laudantium Dominum triplex genus. 571 F
Lætitia exterior ex interiori penditur. 627 D
Lenita antiqui non habebant terras in Iudæa, ſed bene in terra aliena. 639 E
In lege natura erat certum remedium contra originale, ſcilicet fides parentum. 224 F
Liberalitas Dei erga nos multiplex. 563 I
Liberalitas Dei erga homines. 566 C
Liber ſcripturæ continet in ſe lamentationes, carmen, & væ. 376 Q
Liber triplex, naturæ, ſcripturæ, & vitæ. 375 P
Differenter ligantur homo & brutum. 130 G
Lignum vitæ quaſi ſacramentum erat datum. 41 M
Lilium quadruplex, & quid ſignificet vnumquodque 355 A
Lingua efficax ad merendum. 539 E
Literæ regiæ quatuor perenda. 72 I
Locus ſanctus non ſanctificat. 53 I
Exemplo Mariæ prius conferamus in corde quàm loquamur. 143 I
Lucifer excommunicatus fuit maiori excommunicatione. 381 A

Lucis & tenebrarum proportio triplex myſticè declarata. 452 A
Nota de ſancto Ludouico. 284 H
Lumen cur portant frequenter mulieres in Eccleſijs. 331 B
Lumen multiplex, à lumine Chriſti differens. 352 D
Differentia multiplex inter lumen corporale & ſpirituale ex Euangelio Ioannis. 154 H
Lumen offertur, & non anes. 357 D
Lupi ſeu lupa quinque conditiones myſticè declarata. 228 D
Luxuria maximè principem dedecorat 453 D
Luxuria infirmitas ſex mala facit. 442 G
Luxuria tenacitas & gula, à quibus ſola gratia liberat. 453 E

M

Magi venerunt ab Oriente. 266 B
De fide Magorum. 267 D
De muneribus Magorum & quid ſignificent. 263 C
Quidam ſunt qui munera Magorum auferunt Deo, non offerunt. 272 I
Mali ſunt potius beſtiæ quam homines. 348 G
Malorum eſt hic memoria non in futuro. 643 B
Mandata Dei amicis præcipiuntur magis quàm ſeruis. 637 C
Mandata Dei nobili animo facilia. 638 E
Mandata Dei ſeruanda propter amicitiam Dei, etſi quòd eſſent difficilia. 638 D
Mandatorum Dei obſeruatio multiplicem confert vtilitatem. 640 H
Mandatorum obſeruatio neceſſaria eſt vt perueniatur ad vitam æternam. 642 L
Mane iuuentutis quomodo debeat exerceri. 27 C
Manſuetudo & contemptus ſunt ala, quibus volatur ad dignitatem Eccleſiæ. 632 H
Manus dextra quid ſignat, & quid ſiniſtra. 79 C
Mare quadruplex. 8 D
Maria abſtulit va excommunicationis à mundo. 383 F
Maria aduocata ſapientiſſima & gratiſſima 615 A
Maria an fuerit vera mater Chriſti. 135 F
Maria cur appelletur mare 397 N
Maria cur deſponſata eſt fabro non diuiti. 408 I
Maria cur habuit pœnam mortis & famis. 64 T
Maria cur præ cæteris gratia plena eſt. 430 E
Maria cur præ cæteris ſanctis Chriſtum inuenit. 422 F
Maria cur purificari voluit, cùm non indigeret. 338 C
Maria cur ſe humiliauit ancillam vocando. 419 N
Maria cur veſperi ſalutatur cum pulſu. 417 H
Maria dicitur merito gratia plena. 409 D
Maria fuit ab omni va peccati libera. 385 E
Maria fuit ſummè grata Chriſto. 396 M
Maria fuit ſummè pulchra in corpore. 72 E
Maria fuit virgo, per quam infuſa eſt theriaca pro genere humano contra ſerpentem. 48 A
Maria habuit aureolam virginum. 416 E
Maria habuit Dominum ſecum multipliciter habitantem. 384 H
Maria habuit donum ſapientiæ, prophetiæ, & virtutum. 411 E
Maria habuit multa iocalia ſeu prærogatiuas in Natiuitate Chriſti. 107 C
Maria inuenit pretioſam margaritam in Incarnatione. 388 G
Maria inuentrix ordinis virginum & quaſi Abbatiſſa. 395 G
Maria iunit Chriſtum in opere redemptionis. 384 I
Maria maximè à Deo ornata eſt. 36 A
Maria mediatrix efficaciſſima, qua orante, orant omnes ſancti pro peccatore. 285 L
Maria meritò ab Eliſabeth replicatur benedicta in mulieribus 412 H
Maria multas habuit tentationes ab extrinſeco. 59 I
Maria multum deſiderabat aduentum Spiritus ſancti, & quare. 526 A
Maria non dubitauit de Incarnatione, ſed de modo. 389 H
Maria obtulit munera Deo Patri. 401 H
Maria peperit Chriſtum ſine corruptione. 107. D 236 G
Maria propter quatuor dicitur benedicta. 384 R
Maria quare non dicitur plena gratiarum, ſed ſolũ gratia. 431 F
Maria quare turbata eſt in ſermone Angeli. 418 I
Maria quare peperit Chriſtum in via & ſuper fœnum. 147 F
Maria quatuor nunciji, id eſt, virtutibus attraxit Chriſtum. 391. L
Maria quomodo dicitur interemiſſe cunctas hereſes. 352 E
Maria quomodo benedicta in mulieribus. 433 L
Maria quomodo fuit ſicut lilium inter ſpinas in Purificatione. 35. B
Maria quomodo meruit Chriſtum portare, & de duplici merito. 434 O
Maria rubus fuit, & tamen ſpinis caruit, ſcilicet peccatorum. 356 C
Maria ſalutata eſt ab Angelo in ortu ſolis. 417 F
Maria tenet virgam Dei, ne peccatores percutiat. 422 G

Maria triplici bonorum affluentia dotata est. 431 G
Maria triplicem statum obtinuit. 433 M
Maria triplicem thesaurum nobis inuenit. 426 F
Maria vbi erat quando Angelus ad eam venit. 398 D
Maria tulit Christum in templum sicut mulier fructum ad forum. 339 D
Maria virgo virginum. 420 B
Maria virum in originali peccato fuerit concepta. 43 E
An Maria & Ioseph tenebantur obedire edicto Cæsaris cum videretur esse iniustum. 133 C
Quid fecerit Maria de muneribus Magorum. 264 D
Quomodo Maria virtutes habuerit, cùm nihil in se difficultatis haberet, & virtus est circa difficile. 59 H
Virum Maria fuerit concepta in peccato originali 43. C. 57 E
Quomodo soluuntur authoritates omnes scripturæ, quæ dicunt Mariam conceptam in originali. 43 D
Quomodo soluuntur omnes authoritates sanctorum & Doctorum, qui dixerunt Mariam conceptam in originali. 44 E
Maria appropinquare debemus, vt gratiam hauriamus. 432 H
Maria charitas largissima in exhibitione Christi in purificatione. 331 H
Maria conceptus ab alijs differentia. 389 I
Maria conditiones bona ancillæ conuenientes. 390 K
Maria conditiones sex ad virginem requisita. 421 E
Maria consensus patem operatus est. 404 M
Maria cum Christo quadruplex vnio. 432 I
Maria custodia Angelica. 74 G
Maria excellentia inter cæteros sanctos. 419 M
Maria fructus quàm multipliciter sit benedictus. 433 N
Maria humilitas consummata. 428 H
Maria humilitas in Purificatione. 328 B
Maria humilitas summa fecit causam gratiæ capacissimam. 427 G
Maria in qua forma apparuit Angelus. 399 E
Maria minuta duo, humilitas & fides. 404 N
Maria nomen quam sit commendabile 395 I
Maria omnia eximia in Purificatione. 330 F
Maria prudentia. 418 L
Maria pulchritudo in aspicientibus esse, omnem libidinem auferebat, probatur multipliciter 72 F
Maria de pulchritudine quomodo loquendum est. 71 A
Maria taciturnitas imitanda. 418 K
Maria turbatio in Annunciatione vnde processit. 387 C
Maria turbatio vnde processit. 400 G
Maria virginitas excellentissima. 416 C
Maria virginitatis excellentia. 393 F
Mariam capacem plenitudinis gratiæ probatur ex similitudine vasis. 430 D
Mariam cur Angelus plus solito reuerenter salutauit. 400 F
Mariam cur decuit esse plenam gratia. 383 G
Mariam donum linguarum habuisse probatur. 530 A
Mariam Lucas virginem, Christus mulierem appellauit, & quare. 407 F
Mariam repudiandi nulla causa suppetebat. 90 D
Mariam tria monerunt ad votum virginitatis. 402 L
Mariam verisimile est sæpè à Christo & Patriarchis ante Ascensionem visitatam fuisse. 482 A
Rationibus probatur Mariam non fuisse in originali conceptam. 61 N
An in Maria fuerit fomes 59 K
Quare non sunt à Maria ablata pœna peccati originalis. 61 O
Maria Aegyptiaca (cùm fuerit peccatrix maxima) cur fit solemnitas in sacris Paschæ diebus. 440 A
Maria Aegyptiaca eleuatio à terra vnde procedebat. 444 F
Martyr quomodo victor dici potest, cum moriatur. 364 G
Martyres à Christo quasi à fratre iuuabantur & consolabantur. 655 C
Martyres cur non erubescebant duci ad mortē ignominiosam. 460 K
Martyres fortificabantur diuina virtute. 659 I
Martyres latabantur in tribulationibus 655 D
Martyres multiplici de causa se obijciebant tormentis. 660 L
Martyres non obstantibus liberis morti se exponebant. 653 B
Martyres non tristabantur de flagellis aut morte. 662 Q
Martyres quanto plus torquebantur, plus redolebat. 400 I
Martyres quomodo vicerunt tyrannos, licèt occisi corporaliter. 20 M
Martyres sanguinem voluntariè fundebant. 656 E
Martyres triplices, mundi, diaboli & Dei. 660 N
Martyres tristabantur de perditione impiorum. 662 P
Martyrum constantia Ecclesiam fundauit 652 A
Martyrum fortitudo erat in clypeo fidei, spei, & charitatis. 461 L
Martyrum mors lucrosa, & pretiosa. 660 M

Digitized by Google

Martyrum vexationes paucæ reſpectu gloriæ æternæ. 661 O

Martyrum virtus per tribulationes clareſcebat. 363 E

Mater Iacobi & Ioannis dicti poteſt exaudita in ſua petitione. 230 G

Matrimonium Mariæ & Ioſeph fuit perfectiſſimum. 92 F

An fuerit verum Matrimonium inter Mariam & Ioſeph. 91 E

Quare voluit Dominus Mariam Matrimonio iungi. 93 H

Quomodo puniuntur in filijs, qui indebitè iunguntur Matrimonio. 92 G

Non contingit mereri aut bene agere ex ſolo libero arbitrio. 154 G

Melius eſt quærere bonam vitam, quam ſcientiam. 54 L

Memores debemus eſſe Chriſti ſicut ipſe fuit noſtri. 162 L

Dupliciter intelligitur Deus memorari. 157 A

Meretricia permittuntur, ſed cum reſtrictione. 445 H

Miſericordia aſſignat loca in cælo. 488 M

Miſericordia Dei magna, multa, & abſcõſa. 610 C

Miſericordia Domini. 243. *H.* 436 D

Miſericordia gradus eſt aſcendendi in Cælũ. 513 H

Miſericordia plenus cantus 242 F

Miſericordia operibus inſiſtendum, præſertim in Maio. 463 D

De miſericordia Chriſti poſt Natiuitatem. 148 K

Militia duplex. 141 G

Miracula cur non tot fiunt ſicut in primitiua Eccleſia. 486 G

Myſteriorum Dei aliqua magis, alia minus intelliguntur. 593 A

Mititas gratiarum Dei & hominum acquirit. 4 E

Mors quomodo videatur. 334 D

Mortis memoria inducit ad refrænandas voluptates. 463 C

Morientium triplex genus cum moralitate. 641 K

Quinque rationes quare mors corporalis non auferatur per baptiſmum. 64 S

Quomodo in primo ſtatu fuiſſet homo à morte præſeruatus. 41 M

Motus cordis duplex ſicut motus maris. 570 B

Motus & mutationis differentia ac periculum mutationis ſubitæ in moribus. 311 B

Motus ſanctorum duplex per amorem & gratiam ſignatus per duplicem motum nubis. 463 E

Motu quodam circulari redeunt beneficia Dei in eũ per gratiarum actionem. 361 I

Primos motus reprimere poſſumus, & non omnino extinguere. 66 D

Nota de Moyſe. 110 F

Scitur mulier virtuoſa ex tribus conditionibus. 210 C

Mulieres aſſumuntur merito ad militiam Chriſti. 447 B

Multitudo & magnitudo quomodo ſit in Deo 610 B

Mundatur conſcientia quatuor virtutibus ſignificatis per quatuor quæ fiunt in lotione panni. 651 K

Munditia cordis eſt gradus aſcenſus in Cælũ 513 F

Munditia cordis ex tribus probabiliter perpenditur. 513 G

Munditia cordis neceſſaria eſt ad aſcenſum in Cælum. 494 G

Munditia cordis quibus modis cuſtoditur. 490 H

Mundus aduerſarius, & proditor Dei. 566 B

Mundus cur mare dicitur. 7 B

Mundus propter quatuor dicitur vallis lachrymarum. 512 D

Mundus quare contemnendus eſt. 636 I

Mundus relinquendus eſt ſuis bonis. 377 C

Mundi ſchola quomodo differt à ſchola Nicolai ſine Dei 34 D

Mundum inhabitantes debent vigilias & talliam. 573 K

Mutatio duplex, dextra ſcilicet & ſiniſtra. 320 A

N

NAtiuitas Chriſti cur ſolemnius celebratur quàm Conceptio. 409 B

Natiuitas Chriſti fuit illuſtrata mirabilibus in creaturis irrationabilibus. 147 G

Natiuitas Chriſti fuit medium & cauſa pacis inter Deum & hominem. 144 B

Natiuitas Chriſti ſeu partus Mariæ mirabilis propter tria. 146 E

An Chriſti Natiuitas attulerit gaudium omni populo. 140 F

Ex amore ſummo proceſſit Incarnatio & Natiuitas Chriſti. 127 B

Quòd fructuoſiſſima fuerit nobis Chriſti Natiuitas. 138 B

Natiuitatis Chriſti Annunciatio quàm grata fuerit mundo. 148 M

Natiuitatis Chriſti beneficium magnum eſt propter tria quæ facilint amplecti aliquod donum. 144 A

In Natiuitate Chriſti fuit coniunctio copulatiua diuinitatis cum natura humana 99 A

In Natiuitate Chriſti quare Angelus apparuit Paſtoribus. 147 H

In Natiuitate Chriſti refecti ſumus pane & carne. 149 N

Ad quatuor datus eſt nobis Chriſtus in Natiuitate. 125 E

Digitized by Google

De misericordia quæ apparuit in Natiuitate Christi 119 D
Nomen miraculis est manifestata Christi Natiuitas. 138 C
De sex querimoniis natura humana sopitis in Natiuitate Christi. 105 B
De triplici natiuitate apud Romanos celebri. 138 A
Facile est obtinere quod volumus in natiuitate. 122 B
Nulla fuerunt obstetrices in Natiuitate Christi. 128 C
Quare gaudebat Maria in Natiuitate Christi. 150 P
Quomodo Christus in Natiuitate sua fecit quoddã Matrimonium cum natura humana 117 A
Ante Christi Natiuitatem erant tres inimicitiarum parietes. 100 C
Per Natiuitatem Christi multa sunt nobis collata beneficia. 108 E
Quare potius naturam humanam quàm Angelicã suscepit Christus. 111 G
Quomodo natura hominis semper nititur in vetitum. 58 K
Nicolaus quomodo inter sanctos est magni meriti. 30 I
Quomodo ad quatuor terminos B. Nicolaus rationem reddidit. 22 D
Quomodo custodiuit thesaurum virginitatis 22 D
Quomodo potuit habere illud donum abstinentiæ, in sua iuuentute. 23 H
De causis vocationis Nicolai ad Episcopatum. 28 D
Quare B Nicolaus non fuit martyr, cùm fuerit tẽpore persecutionis tyrannorum. 30 H
Oleum cur fluat à tumulo Nicolai 478 D
Nicolai doctrina, & vita quare nobis propenitur. 32 E
Nicolai seu Dei schola quomodo docet quatuor virtutes Cardinales. 35 E
Nobilitas carnis sine nobilitate mentis periculosa est. 448 C
Nobilitas carnis quomodo est laudanda. 371 C
Nobilitas carnis triplici ratione laudanda est in sanctis. 299 B
Nobilitas clariorem reddit humilitatem. 15 C
Nobilitas in sanctis laudatur. 15 B
Nobiles carne quinque habent ad malum indutentia. 371 D
Nobiles tripliciter cooperari possunt ad bonitatem filiorum 271 E
Nobilium officia ex tribus exemplis naturalium clarescunt. 299 C
Nomen Domini terribile peccatoribus, nomen Mariæ pium. 395 K
Nomen Domini tripliciter laudatur. 248 K
Nomen Iesu est efficax ad miracula facienda. 183 D
Nomen Iesu est maxima vtilitatis. 184 E
Verum hoc nomen Iesus fuerit bene impositum in Circumcisione 247 H
De suauitate nominis Iesu, & comparatione ad oleum 182 C
Nomen mutatur propter quatuor 312 F
Nominis mutatio differens in Matrimonio carnali & spirituali. 313 G
Nubium proprietates Apostolis applicantur. 463 E
Nubibus sæpè vsus est, & vtitur Dominus. 462 A
Cum quali tunica interfuit Christus nuptijs Mariæ 90 B
Ad nuptias Mariæ inuitamur propter tria 89 A
Quomodo possunt esse multæ nutrices ad nutriẽdum Christum. 132 I

O

Obedientia Spiritus sanctus attrahitur. 528 G
Obedientia. 378 E
Oblatio argenti pro Christo fiebat Deo Patri in recognitionem dominij. 340 G
Oblatio de auibus gemebundis fieri debuit. 354 G
An obseruatio nouenaria sit licita. 224 E
Occasio ruinæ duplex 341 A
Oculus hominis triplex. 651 I
Oculus Ioannis quasi aquila clarius cæteris vidit mysterium Trinitatis. 200 B
Oculi interiores duo vnus quo se & creaturas videt homo, alius quo Deum. 370 B
Pluribus modis aperti sunt oculi primorum parentum. 75 I
Odium inueteratum quomodo peruertit iudicium. 17 H
Varij diuersimodè se habent ad odorem Christi. 203 E
Quomodo tam fuit offensa Ada grauis, vt tam acerbè puniretur. 51 E
Oratio feruens facit descendere Spiritum sanctum sicut fumus calidus ignem in candelam 560 A
Oratio solicitatrix est Spiritus sancti vt veniat. 527 B
Oratio vt impetret aduentum Spiritus sanctis debet tria habere 527 C
Orationes nostræ cur non semper diriguntur immediatè ad Deum, sed sæpe ad Mariam & sanctos. 396 L
Oratione illuminatur intellectus 651 H
Oratione inuitatur Spiritus sanctus 536 D
Originales pœnæ nos erudiunt in duobus. 63 R
Quomodo originales à parentibus traducitur in posteros 68 H
Ostiarius & ostium dicitur Christus. 568 A

P

Panibus diuersis diuersi sensus scripturæ signantur. 194 B
Parentes debent filijs procurare bonitatem, disciplinam, scientiam. 442 C
Contra malos parentes. 297 F
Parere masculum quid sit moraliter, & parere fœminam. 328 B
Parisius quomodo plus cæteris vrbibus antiquis duranit, & quòd hoc fuit meritis sanctorum. 252 H
Passionis Christi memoria est scutum repellens omnes sagittas malorum. 298 K
Pastores Ecclesiæ quare Deus permisit primos ferre persecutionem. 102 H
Pastorum Ecclesiæ & brutorum differentia. 301 G
Quid signat visitatio Pastorum in præsepio. 141 H
Quare reuertebantur Pastores glorificantes Deum. 143 M
Quid sibi vult quod Pastores nihil portauerunt in Natiuitate Christi, sed bene reges. 150 O
Patientia gradus est ascensus in cælum. 514 K
Pati quinque debemus pro Christo, quæ pro nobis prior passus est. 326 P
Paulus cur ad Ananiam missus est instruendus. 311 C
Paulus cur non fuit conuersus viuente Christo. 316 C
Paulus cur de persecutore factus est vas electionis. 326 R
Paulus & Moyses viderunt clarè diuinam essentiam in via. 323 H
Paulus fuit vas electum ad multa. 324 M
Paulus fuit vas optimum secundum septem virtutes. 323 K
Paulus in triduo raptus est. 323 G
Paulus enim occidit fideles, licèt desideraret. 311 C
Paulus propter quatuor obediuit Domino vocanti. 319 M
Paulus quinque modis nomen Domini Iesu portabat. 325 O
Paulus quomodo per Beniamin significatur in Prophetia Iacob. 311 D
Pauli conuersio multiplici de causa celebratur. 310 A
Pauli vocatio in septem ab aliis differebat. 315 A
Paulo nobilitas, scientia, & zelus sine discretione cõferebant audaciam malè agendi. 314 H
Paulo quadrupliciter aperuit Dominus ANTEM 318 K
Paulum non reprehendebat Gamaliel, & quare. 315 I
Paupertas fuit hæreditas Christi ex parte matris, quam participare debemus. 156 K
Paupertatis ancilla est securitas. 118 C
Paupertatem debemus amplecti cum Christo. 461 I
De paupertate Christi multiplici in natiuitate & de laude paupertatis. 118 C
Pax seu concordia magnum est bonum. 537 F
Pax seu vnio promeretur Spiritum sanctum. 528 H
De pace annunciata in Natiuitate Christi, & quomodo sit quærenda. 120 F
Peccatum Adæ tria damna intulit. 603 D
Peccatum eijcere extra domum conscientiæ nobile opus. 453 B
Peccatum nihil valet, nisi cum expuitur per confessionem. 337 A
Peccatum non est reiterandum. 265 E
Peccati tria damna per salutationem Angeli seu Incarnationem reparata. 425 D
Peccatorum grauitas & multitudo faciunt peccatorem à Deo dimitti. 472 R
Quomodo propter peccatum in mulierem, & serpetem vindicatum est. 52 G
Peccatum originale peccatum est natura. 67 F
De duplici pœna originalis peccati. 62 P
Duo mala consecuta sunt originale peccatum. 45 H
Quid sit originale peccatum, & est ibi duplex opinio. 49 C
Quomodo originale peccatum traducitur in posteros. 50 D
An lex originalis peccati sit inutilis. 56 A
Sex infirmitates ex peccato originali procedentes. 65 B
Verum ex scripturis trahi possit aliquod esse peccatum originale. 48 B
Quomodo Poëta somniauerunt peccatum originale. 42 O
Pellicium quare Deus fecit Adæ. 41 L
Pœnitentia gradus est ascensus in cælum. 514 I
De duplici modo percutiendi, scilicet cæsim, & punctim. 175 H
Dies Pentecostes, dies ignis & amoris. 533 L
Perfecti non inquinantur à malis cum quibus conuersantur. 658 D
Persecutio. 176 I
Persecutio est fabricatio corona patienti. 324 L
Persecutio falsorum fratrum pessima. 588 G
Persecutionis Christi nulla causa rationabilis erat. 318 G
Perseuerantes quomodo occurrent Domino. 97 G

Digitized by Google

Perſeuerantia ſola coronatur. 152 C
Quid requiratur ad petere in nomine Domini. 181 A
Pietatis donum quid ſit. 543 H
Pietas ſeu miſericordia corporalis duplex. 220 D
Pigro non ſuccurritur à Domino 21 C
Plenitudo gratiæ 166 G
Plenitudo gratiæ differem in Chriſto, Maria, & Stephano. 162. A. 411 F
Differenter replentur res à ſpiritualibus & corporalibus 164 D
Quid ſignificatur per pomum, quod in imagine tenent Imperatores. 39 H
Pontem fecit Chriſtus ad aliud ſæculum differentiã à ponte diaboli. 229 E
Portarum nomine ſignantur perſonæ in diuinis. 612 B
Poſitionum quatuor differentiæ. 2 C
Potentia duplex in Apoſtolis, actiua, & paſſiua. 346 B
Prædicare non omnibus doctoribus Theologiæ datum eſt. 301 F
Prædicare non præſumant niſi in ſcientia perfecti. 300 I
Prædicatori non ſufficit verbum, ſed opus requiritur. 522 F
Prædicatores vana glorioſi culpantur. 630 D
An credibilia difficilia ſint prædicanda populis. 153 E
Præferri debent in dignitatibus, qui plus meruerunt. 208 K
Prælatus quomodo debet tollere animas de manu inimici 29 F
Prælatus tendere debet ad lucrum animarum. 10 G
Prælatus vindicet iniurias factas Deo, ſuas autem patienter ferat. 309 E
Prælati debent vigilare ſuper gregem ſuum. 139 D
Prælati & doctores pigri culpantur. 508 E
Prælati moderni, & eorum inſtitutores taxantur. 624 G
Prælati primitiuæ Eccleſiæ ſancti, recentes cæci vel claudi 468 F
Prælati ventoſi cauſant in Eccleſia tempeſtatem. 464 F
Nota contra Prælatos nimiũ terrena ſectantes. 11 G
Præſumptio de meritis eſt vitanda. 334 C
Proceſſionis cuiuſdam pro Papa cauſa. 440 K
Proficere continuè quomodo debeat homo, & quomodo non. 379 H
Proficere debemus continuè in hac vita. 629 A
Proficiendum eſſe continuè in virtutibus ſuis deſtur exemplis. 379 G
Propoſitum bonum ſæpe extinguitur in filijs per matres. 022 D
Diligendi ſunt proximi propter multa. 210 C
Pudor & timor ſunt præuia ſaluti. 387 B
Tres pueri ſunt nobis neceſſarij. 216 H
De quadruplici occiſione puerorum, & quid ſignificet. 226 I
Pulchritudo duplex. 254 A
Pulſat Dominus manu & virga. 570 E
Purificationis feſtum triplex nomen ſortitur. 347 B
Purificationis myſterium à quibus viſum fuerat. 333 A
Purificationis tempore nunc non prohibetur Eccleſiæ ingreſſus. 330 G
Purgatio huius mundi ſuauis eſt reſpectu futuræ. 329 C
Purgatio rei quintuplex. 329 D
Purgatio ſpiritualis per contritionem tria requirit. 329 E
Purgatur cordis hoſpitium aqua pœnitentiæ & igne diuini amoris 537 E
Purpura martyribus attribuitur 647 A

Q

QVidam quærunt Ieſum ad perdendum: quidã ad ſaluandum. 220 G

R

REdemptio duplex. 235 B
Refectionis corporalis & ſpiritualis differentia 557 E
Religio eſt ſchola virtutum 372 F
Religionis ingreſſus præter parentum voluntatem an ſit licitus 373 H
Nota abuſum religioſorum. 114 F
Religioſus debet relinquere ſua, ſuos & ſe. 368 D
Religioſus debet offerre Deo aurum, thus, & myrrham. 272 G
Religioſus perſeueret in Cruce pœnitentiæ exemplo Chriſti. 278 E
Religioſi filij affectus an poſſit negari matri. 373 I
Religioſi quare maior eſſe debet abſtinentia quàm ſæcularis. 470 O
Reliquiæ ſanctorum quare in pluribus locis diſperguntur. 481 H
Reliquiæ ſanctorum cur honorari debeant. 481 I
Reliquiæ ſeu corpora ſanctorum non debent vendi. 429 E
Reſponſorium, Gaude Maria, quo tempore factum ſit. 353 E
Reſtituendum eſt cùm dantur inducie. 487 I

Quare

Digitized by Google

Quare Dominus permiſit beatum Thomam dubitare de reſurrectione 82 F
Reptilia ſunt lubrici. 8 C
Rete predicationis eſt inſtar retis materialis. 10 F
Retia reficiunt, ſed non piſcantur quidam predicatores 6 L
Ridere eſt leuium ſubridere ſapientum 306 I
Rigare ſeu effundere bona diuerſis diuerſimode conuenit. 464 G
Rigorem iuſtitiæ conuertit Deus in dulcedinem miſericordiæ. 121 A
Rex ſit literatus ſaltem in conſilio ſuo 458 D
Rex Chriſtus habet vnam conditionem, quam non habent cæteri reges. 208 A
Differt rex noſter Chriſtus à cæteris regibus. 265 A
Reges & filij in quibus ſcientijs ſunt inſtruendi. 457 C
Quomodo reges quærebant regem paruulum & magnum. 270 D
Quomodo reges venerunt ſine inuitatorio vel inuitante, & de multiplici venire. 266 C

S

SAcerdos eſt propriè miniſter baptiſmi. 283 C
Sacerdotes lubricos cur non arcet Dominus ab Eccleſia, ſicut Mariam Ægyptiacam. 445 I
Sacerdotum poteſtas magna & magna dignitatis. 532 H
Sacrificium vetus, victima: nouum, laus Dei. 509 H
Sagittarij mali ſunt miniſtri diaboli. 297 I
Sagittarium tria genera. 298 A
Sal datur in baptiſmo multis de cauſis. 284 I
Salutatio Angelica Mariæ frequenter offerenda eſt. 424 B
Salutatio triplex. 378 F
Salutationis Angelicæ excellentia ſupra cæteras. 426 E
Salutationis Mariæ motiua ſeptem 424 C
Sanctitas filiorum ex vtero à bonitate parentum quinque procedit. 468 G
Sanctitas in infante vnde procedit. 626 B
Sancti an recte orauerint pro ſe inuocantibus. 304 F
Sancti candorem habent ab intus non ab extra. 443 E
Sanctificatus in vtero adhuc deberet baptizari. 469 I
Sanctis non in omnibus ſunt imitandi. 470 N
Sanctis variè remunerantur pro ſimilibus meritis. 478 C
Sanctorum corpora meritò honorantur. 227 B
Sanctorum corpora quàm ſint Eccleſiæ vtilia. 561 I
Sanctorum victoriæ ſimul cum caſibus cur recitantur quandoque ab Eccleſia. 456 L
Sanctorum Dei & mundi multiplex differentia. 468 H
Sanguis Chriſti dealbat, ſimiliter mundat & lauat 648 B
Sapientiæ donum nominat cognitionem experimentalem. 546 Q
Sapientia mundi in diuina eſt ſicut tenebræ ad lucem. 316 D
Sapientia nunc eſt maior quàm ante incarnationem. 439 H
Sapientia triplex, mundi, carnis, & Dei 14 A
De duplici ſapientia ſub nomine auri. 272 H
Scala aſcenſus in cælum eſt fides. 500 K
Scientiæ donum quid habet affixum. 544 L
Scientia duplex, acquiſita, & infuſa. 300 D
Scientia humana comparatur oculo ſiniſtro, diuina verò dextro. 300 E
Scientia in homine malo periculoſa eſt propter multa. 316 A
Scientia infuſa ſolis mundis communicatur. 300 E
Scientia requiritur ad prælaturam & vſum clauium. 266 B
Scientiæ difficultas procedit ex nobis. 56 C
Scire duplex. 249 C
Scire hominem eſſe virtuoſum contingit tribus modis 249 B
Scire multipliciter appetunt homines. 630 C
Scripta ſunt pauca de ſanctis primitiuæ Eccleſiæ, &c. 625 A
Scriptura ſacra non omnia credenda expreſsè continet. 484 D
Scrutari vitam quorum oportet, & quorum non. 248 A
Sebaſtianus ad quid ſuam fidem aliquamdiu occultauit. 295 E
Sebaſtiani conditiones optimæ. 294 D
Quare pingitur cum ſagittis beatus Stephanus. 293 B
Sedes triplex Chriſto conueniens. 517 D
Semen bonum duplex 633 B
Semen malum eſt multiplex. 633 A
Senſualitas dominatur rationi. 39 G
Senſus doctrinæ duo viſus & auditus. 370 A
Sepelire mortuos quomodo prohibuit Chriſtus. 226 A
Sepultura ſpiritualis bonorum & malorum differentia. 230 E
Sequendus eſt Chriſtus, non caro, non mundus, nec dæmon 7 A
Sequi habemus Chriſtum tamquam ductorem. 525 Q

Digitized by Google

Sexus virilis muliebrem excedit in quatuor. 408 H

Signa quatuor inhabitantis Spiritus veritatis. 531 D

Signa tria deuotionis ad Mariam. 71 C

Silentium triplex. 417 G

Syllogiſmus Chriſti. 650 E

Simeon ſimul dicit Gratias & Benedicite. 343 F

Simeon tripliciter habuit Spiritum ſanctum. 342 E

Simeonis canticum quatuor complectitur requiſita in morte. 349 H

Simeonis canticum quatuor modis exponitur. 355 I

Simeonis duplices oculi. 345 I

Simoniaci notantur. 569 C

Sobrietas 129 E

Societas bona quàm ſit vtilis 634 E

Societas triplex magna, quarum quamlibet habuit Maria cum Chriſto. 411 G

Multum vtilis eſt bona ſocietas. 205 E

Sol iuſtitiæ Chriſtus cauſat diuerſos dies, naturæ, gratiæ & gloriæ. 243 A

Sol iuſtitiæ, qui diu latuerat, tandem eſt publicè reuelatus. 133 B

Solitariorum commendatio. 410 C

Solitudo mentis. 421 E

Speculorum falſorum diuerſitas applicata moraliter. 607 D

Spes auxilij diuini & præmij incitabat Stephanum ad certamen. 167 A

Spes præſupponit merita. 451 I

Spes addito titulo fit ſpecies. 344 H

Spina peccatores ſignant multiplici ratione. 358 E

Spiritus dulcedo dulcedinem mellis propter tria excellit. 556 D

Spiritus ſanctus ignis eſt longè differens ab igne materiali. 538 H

Spiritus immundus vocatur luxuria Spiritus. 549 L

Spiritus leuis dicitur qui citò credit, & ideo facilè ſeducitur. 549 G

Spiritus malus dicitur qui caret timore Dei, & quomodo talis rectè comparatur diabolo. 547 C

Spiritu conſilij pleni quid faciunt. 539 I

Spiritus ſanctus cur apparuit in linguis diſpartis. 539 L

Spiritus ſanctus cur apparuit in modum linguæ. 538 I

Spiritus ſanctus cur in modum venti deſcenderit. 537 G

Spiritus ſanctus datus eſt in ſpecie colũbæ, in flatu, & linguis. 541 B

Spiritus ſanctus differenter illuminat bonos & malos, ſicut ſol terram & lunam. 529 K

Spiritus ſanctus gloſſator ſcripturæ ſacræ. 551 B

Spiritus ſanctus quater cecidiſſe legitur propter quatuor virtutes quibus impetratur. 529 L

Spiritus ſanctus quomodo replenit Apoſtolos, & fecit loqui variis linguis 550 A

Spiritus ſanctus quomodo dicitur ſuſcitaſſe ſemen Chriſto. 565 L

Spiritus ſanctus quod mitti debuerit. 540 A

Spiritus ſanctus reformabit mundanos de tribus. 534 O

Spiritus ſanctus triplici de cauſa replenit Apoſtolos. 546 A

Spiritus ſanctus vinum propter tria vocatur. 556 C

Propter multa apparuit Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ. 277 L

Spiritus ſancti decem poteſtates ſub nomine legati. 532 F

Spiritus ſancti largitas inſtar fontis, & ſolis. 563 H

Spiritus ſancti miſſio decem diebus dilata eſt poſt Chriſti aſcenſionem. 548 E

Spiritus ſancti miſſio fuit rationabilis. 535 A

Spiritus ſancti operationes ſeptem in cordibus pœnitentium. 563 G

Spiritus ſancti quinque conditiones optimæ. 530 E

Spiritu ſancto veniente ſol intelligentiæ fuit coniunctus lunæ, id eſt Eccleſiæ. 551 C

Spiritus ſoporatus quis dicatur. 549 K

Spiritus ſubitus quis ſit. 549 I

Spiritus ſubtilis quis dicatur. 549 H

Spiritus terribilis vocatur ille, qui non eſt miſericors. 548 F

Status triplex, ſcilicet virginalis, vĩdualis & coniugalis. 201 C

Stephanus erat immobilis in fide Chriſti. 176 K

Stephanus fuit fortis contra tres inſultus. 168 C

Stephanus fuit miles nobilis propter tria. 167 B

Stephanus habuit conditiones boni capitanei. 173 D

Stephanus habuit munditiam & ſoliditatem ſicut vas, in quo miniſtrandum eſt Domino. 163 B

Stephanus ſicut & cæteri maximè dolebat de peccato perſecutorum. 188 I

Stephanus vidit cælos apertos. Notatur quòd martyribus eſt ianua cæli aperta. 169 D

Stephanus primus habuit præbendam Paradiſi abſq;

hoc quòd fieret iniuria Apostolis. 165 E
Stephano ostendit Deus calum. 177 C
Stephanum habemus siqui sicut regulam, & de triplici regula. 166 F
An licebat Stephano durè increpare suos persecutores. 174 G
Ex bona vita Stephani secutus est bonus finis. 171 I
Propter quatuor Stephanus potius lapide passus est quàm aliter. 179 G
Quare plus celebratur mors Stephani quàm natiuitas. 176 A
Quomodo non erubescebat Stephanus sic publicè duci ad mortem. 185 A
Ex duobus pugna Stephani reddebatur difficilis. 185 B
Quatuor consolabantur Stephanum, qua consolantur pugnantem. 169 E
Martyrium Stephani erat quoddam torcular. 178 E
Stella, id est gratia perditur in curia Herodis, id est diaboli 269 B
De quadruplici stella. 270 C
Stimulus triplex, diaboli, carnis, & mundi. 320 N
Stipendiarij duplices, & qui sint moraliter. 302 I
Studendum est præsertim sacræ Scripturæ. 651 G
Studium exigit laborem multiplicem. 649 D
Studium Spiritus sancti sive Dei est triplex. 552 E
Studio multiplici decepit Christus dæmonem. 452 F
Triplex est subiectio. 113 D
De subiectione Christi in natiuitate. 113 C
Exemplo Christi debemus Principibus & Prælatis subijci. 114 E
Propter multa voluit Dominus subijci Imperatori. 134 D
Superbia radix omnium malorum, humilitas verò bonorum. 467 E
Superbia timori opponitur. 543 G
Superbus ascendens quare citò cadit. 503 S
Nota contra superbos & auaros. 604 E
Suscepturus Christum quas conditiones habere debet. 359 F
Suspenditur res propter tria, propter qua ante oculos nostros suspenduntur passiones sanctorum. 1 A

T

TAciturnitas præsertim in muliere est signum virtutis. 251 F
Temporalia nihil sunt. 553 G
Temporalium abundantia prælatis nocet nunc. 29 G
Tentationis ventum lumen imperfectæ iustitiæ declinare debet. 373 K
Testimonium inimici fidei scilicet Machometi de conceptione virginis. 45 G
Testis verus tria habet 554 E
Testes falsi sunt multum culpandi. 173 E
Timor est fundamentum boni spiritualis 558 G
Timor Dei habet duo officia. 542 E
Timor multiplex scilicet is, initialis & filialis. 542 F
Tyrannidem quasi auangardiam debilem expugnauit omnipotentia Patris. 585 D
Thomas an bona mundi contempserit. 375 O
Tria sunt considerandæ in solemnitate beati Thomæ, & cæterorum sanctorum 77 A
Quomodo vicit Thomas per fidem qui tamen occisus est. 84 H
An peccauit Thomas, dando pecuniam Gondophori pauperibus 87 D
Quomodo Thomas fuit vere patiens, qui imprecatus est mortem percutienti se in maxilla. 88 E
Quomodo fuit vere obediens B. Thomas, qui dixit Domino: Mitte me quò vis præterquam ad Indos. 85 B
An B. Thomas rectè fecerit separans vxores à maritis infidelibus. 88 F
Thomæ Aquinatis ad bona mundi contemptus. 375 O
Tonsurantur Clerici & Monachi propter multa. 475 F
Tractum se quis cognoscit à Christo tribus signis. 523 M
Trahere nos quærit Christus varijs modis. 523 L
Trahi quærit sponsa à Christo propter multa. 510 A
Trahi solent tria hominum genera. 521 C
Trahuntur boni ad Christum corde, gustu, & olfactu. 523 K
Transferuntur corpora sanctorum certis de causis. 480 G
Translatio triplex 476 A
Translationis bonorum & malorum differentia. 477 B
Tribulatio rectè amari potest & pati. 305 G
Tribulationis bonorum & malorum differentia. 649 C
Tribulatione iungitur quis Deo 365 H
Tribulationes sunt iocalia Dei. 362 A
Tribulationibus aptantur homines ad ædificium cæleste 307 K
Trina arma diaboli, luxuria, auaritia, superbia. 588 H
Trinitas bona inuenitur quadruplex 583 A
Trinitas diaboli tyrannis, hæresis, & prava

ſyndereſis. 585 C
Trinitas diligenda eſt. 599 I
Trinitas eſt chorda ex tribus funiculis, qua maximè trahitur peccator. 522 E
Trinitas eſt origo omnis boni. 601 C
Trinitas ſancta an ſit immediatè invocanda vel ſancti. 591 E
Trinitas ſancta poſſidetur mediante Trinitate virtutum Theologicarum. 574 A
Trinitas ſancta quantum diſtet à Trinitate diaboli. 589 I
Trinitas ſancta trahit nos in ſpem multiplicem. 598 G
Trinitatis articulus à quibuſcumque adultis explicitè credendus eſt. 578 G
Trinitatis articulo credendum eſt, Deo, ſcripturis, & doctoribus ſacris. 575 C
Trinitatis cognitio non habetur hic, niſi mediante fide. 605 A
Trinitatis feſtum cur ſit ſpecialiter. 584 B
Trinitatis contemplatio per tria impeditur. 598 H
Trinitatis materia ſolis literatis & bonis conceditur diſputanda. 578 F
Trinitatis myſterium cur voluit Deus eſſe obſcurũ. 606 C
Trinitatis myſterium multum ſcrutari, periculoſum eſt. 576 D
Trinitatis myſterium non traditur ratione inueſtigandum. 595 E
Trinitatis myſteria an ſint explicanda populo. 611 E
Trinitatis notitia poteſt quari ſimilitudinibus creaturarum, licet improportionabiliter diſtent. 582 K
Trinitatis notitia quibuſdam manuductionibus haberi poteſt. 579 I
Trinitatem probare laborans ratione naturali fidei derogat. 597 F
Trinitatibus omnia diſponuntur in cælo, & in terra. 574 B
Triumphus propter quinque hoſtium millia caſa cõcedebatur. 511 L

V

Vaſis plenitudo per quinque cognoſcitur. 164 C
Vendidit ſe primus parens, & poſteritatem 67 G
Venite poſt me, tribus hominum generibus dicitur 2 B
Verbum eſt principium viſibilium & inviſibilium. 183 F
Verbum Dei argento comparatur. 474 E
Verbum Dei calefacit frigidos in devotione. 375 N
Verbum Dei eſt ſagitta, & Prædicator ſagittarius. 294 C
Verbum Dei valet ad converſionem peccatorũ. 555 K
Verbum Patris, Filius eſt. 608 F
Verbi Dei auditus Spiritus ſancti ſuſceptionem operatur. 560 B
Verbi incarnatio an ex divina ſapientia proceſſerit. 382 C
Verbi Dei caſta, id eſt caſtè loquentia, & ad caſtitatem inducentia. 474 C
Verbi Dei effectus ſex. 297 H
Purgatio ſeptuplex verbi Dei. 476 G
Verbi divini gladius terribilior eſt gladio materiali. 500 H
Veritas eſt puer, quem iubetur Ioſeph, id eſt, quilibet homo accipere 221 C
Veritas in fine vincet. 619 P
Finaliter veritas vincit licet opprimi poſſit 273 L
In vexillo Chriſti tria depicta 97 E
Vexillo Chriſti tria inſunt lilia. 148 L
Via duplex ad cælum. 456 A
Via malorum obliqua. 562 D
Via triplex cæli, in qua hic laborandum eſt 522 H
Vie diverſarum civitatum in mundo. 525 S
Videre curioſa aliqua licet, aliqua non. 458 E
Vigiliæ Evangelicæ explicantur. 20 B
Vincentius quare tam alacriter properabat ad pœnam ignis. 208 M
Vincentij conſtantia magna unde proceſſit. 305 H
Vincentio commiſſa eſt provincia reſpondendi tyranno ab Epiſcopo Valerio propter multa. 304 E
Vincentio tormentum erat quoad corpus trahi de loco in locum, ſed gaudium quoad animam. 303 C
Vincentium præmium cur dicitur eſſe eſus ligni vitæ. 305 B
Vincentibus quare nunc promittitur præmium maximè æternum non in lege veteri. 293 A
Vincentibus ſolis datur præmium inæſtimabile cæli. 302 A
Vindicta poſt mortem crudeliſſima. 309 O
Propter tria non debemus appetere vindictam de inimico 189 K
Vinum Spiritus ſancti non conſtat niſi petere. 555 A
Vini Spiritus ſancti conditiones bonæ. 555 B
Virga Dei duplex, ferrea & plumbea. 18 K
Virginis uterum non ſolum excellentibus, ſed etiam vilibus laudare conceditur. 429 B
Virginitas & pietas nutrices Chriſti. 142 I
Virginitas margarita & topazio comparatur. 449 E

Virgi-

Digitized by Google

Virginitas mundat hominem 448 D
Virginitas nobilior est matrimonio, sed non semper conuenientior, 634 C
Virginitatis Mariæ & Euæ differentia. 420 D
Virginitatem superbia sequi solet 426 C
De virginitate perpetua Mariæ contra Heluidium. 94 K
Vita triplex qua Christus vixit ab instantia suæ cõceptionis 415 B
Vita longitudo ex meritorum multitudine, & magnitudine pensanda est 641 I
De differentia vitæ actiuæ, & contemplatiuæ. 201 D
Visio triplex. 605 B
Visus duplex, corporalis & spiritualis. 473 B
Quomodo visus inter omnes sensus est sumptuosior. 70 M
Propter multa Deus permittit malos diu viuere in delitijs, & iustos parum. 244 C
Vnicornes Iudæi. 174 F
Vnigenitum suum quare dedit Deus mundo 516 D
Vnitas Dei potest ratione deprehendi 595 D
Vniuersitas Parisiensis quam sit vtilis. 201 F
Vocati ad Ecclesiasticam dignitatem dicuntur plures habere conditiones 4 G
Vocati ad dignitatem citò debent obedire verbo Dei. 5 I
Voluntas propria quàm mala sit. 378 F
Vxores fideles virum rectè à maritis infidelibus separentur 88 F
Multis modis contingit habere pluralitatem vxorum. 117 B

X

XPs *ad quid missus sit in mundum*. 419 I
Christus aperuit quatuor humano generi. 569 B
Christus assumpsit naturam humani defectus, demptis ignorantia & peccato 420 A
Christus corde, ore, & manu ferendus est. 354 H
Christus cum sapientia naturam diuinam nostræ copulauit. 457 E
Christus cur seruauit cæremonialia legis. 338 C
Christus cur venit in sexta mundi ætate. 418 G
Christus dum ascendit, implenit cælum gloria, & lætitia, 524 N
Christus Deus fortis 102 G
Christus, & mundus dant differenter copulatiuas & disiunctiuas. 99 B
Christus est magnus consiliarius, & differenter ab alijs. 101 F
Christus fuit vir in Conceptione 112 B
Christus impressit sibi notulas humilitatis & paupertatis in Natiuitate. 160 G
Christus in alto exiens fortius defendit exemplo pugnantium, qui auxilium capiunt ex loco alto. 524 P
Christus infans vagiebat 142 K
Christus in primo instanti suæ Conceptionis fuit perfectus in scientijs & virtutibus. 420 C
Christus infudit Samaritani oleum misericordiæ, & vinum timoris supplicij infundit. 564 K
Christus magnus multipliciter & secundùm omnia prædicamenta. 401 I
Christus nodum fecit in corrigia in Natiuitate, vt nostri memoraretur 158 D
Christus non est inuentus in curia Herodis, quia nõ audiebat veritatem. 267 D
Christus non fuit propriè desolatio Israel, sed magis consolatio. 360 G
Christus non nascitur spiritualiter apud diuites, nec ab eis recipitur. 137 K
Christus non potentia, sed sapientia dæmonem vicit. 516 R
Christus paratus est vt lumen ante faciem populorum. 350 A
Christus Pater futuri sæculi dupliciter 102 H
Christus per Incarnationem factus est paruus & amabilis nimis, sed etiam quia ex tribus substantijs homo infrangibilis. 423 A
Christus puer. 237 D
Christus quare conceptus in humili ciuitate, & passus in sublimi 407 D
Christus quare oblatus sit & redemptus, vide obiectiones deuotas cum solutionibus. 340 F
Christus quid operatur pro nobis sedens ad dexteram Patris. 490 O
Christus quomodo apparebit in fine. 212 G
Christus quomodo dicatur positus in ruinam multorum. 341 A
Christus quomodo sedit ad dexteram Patris. 502 P
Christus quod sit verè rex & Dominus ad longum probatur. 519 H
Christus ostendit Deum in Pentecoste. 530 C
Christus seruus noster. 428 I
Christus splendori comparatur 608 E
Christus spiritualiter à bonis & malis diuersimodè fertur. 331 I
Christus sol iustitiæ temperatus est, cùm descendit in signum virginis. 397 A
Christus sortitur quinque nomina in natiuitate. 101 E
Christus tamquam fructus terræ cælestis à quibus allatus est. 328

Digitized by Google

Christus ter apparuit in die Epiphania contra tria opera diaboli. 256 A
Christus tribus de causis dicitur misericordia 346 A
Christi festa magna quatuor. 507 B
Christi perfectiones quatuor in cantico Simeonis notata, quibus carent mali principes. 336 G
Christi regnum aternum. 402 K
Christi regnum per regnum Dauid & Salomonis differenter exprimitur. 422 H
Christi sessio à dextris Dei quomodo intelligatur. 490 N
Christi vulnera sunt potissimum refugium tribulatorum. 308 N
Christum decuit incarnari & nasci. 126 A
Christum decuit nasci ex virgine. 137 G
In Christo est inuenire exemplar eminium virtutum. 121 F
An Christus fuerit filius spiritualis Ioannis. 277 H
Quare Christus gloria Domini. 132 A
Quare Christus non dicitur habere sceptrum aureum sed ferreum. 273 K
Qui plus imitatur Christum se humiliando plus proficit. 126 G
Quomodo differenter labor & dolor fuerũt in Christo in Maria & in nobis. 57 D
Quomodo Christus venit in propria ad reformationem religionis dissipatæ. 150 A

Z

Zelus animarum. 178 F

FINIS.

SERMO-

Digitized by Google

SERMONVM

DE SANCTIS

SAPIENTISSIMI RELIGIOSISSIMIQVE PATRIS,

IOANNIS RAVLIN,

SACRÆ THEOLOGIÆ

Profeſſoris probatiſſimi, Ordinis Clun.

PARS PRIMA.

Ab Aduentu Domini vſque ad feſtum Natiuitatis Beati Ioannis Baptiſtæ excluſiuè.

SERMO I. DE SANCTO ANDREA.

PER THEMA.

Matt. 4



VENITE *poſt me*. Hæc verba dirigebat Dominus Petro & Andreę fratribus, qui ſicut Chriſtum in vita, ita & in morte ſecuti ſunt: quia ambo patibulo crucis, ſicut & Chriſtus, ſuſpenſi ſunt. Et ſicut coram toto populo appenſi ſunt ſic & vult Eccleſia eorū paſsiones coram oculis noſtris ſuſpendi propter tria, propter quæ res aliqua ſuſpēditur. Primo ſuſpenditur ad terrorem peccantium: vt in latronibus patet. Sic voluit Dominus, quod amici ſui in patibulis ſuſpenderentur, quātis iudicio populi eſſent innocētes: vt cognoſcant peccatores, quod ſi Dominus ſuis amicis non pepercit, quin eos cruciatibus expoſuerit: quāto minus peccatoribus & tranſgreſſoribus ſuorum mādatorum. *Ecce quibus non erat iudiciū vt biberent, biberunt*: ſcilicet ſancti. *& tu quaſi innocens relinquēris? Non eris innocēs, ſed bibens bibes*. Secundo ſuſpenditur in documentum & exemplum. Sicut in domibus filiorum ſuſpēduntur clypei & arma parentum ſtrenuorū: vt eorum filij ſequantur præclara eorum geſta, quorū illa ſunt in memoriam ſuſpenſa. Ait enim Auguſt. quod legere vitas martyrū maxime prouocat ad deuotionem, teneritudinem cordis, & ſanctitatem vitæ ducendam. Tertio in teſtimonium. Sicut baculi & potentiæ in Eccleſijs in teſtimonium miraculorū: ſic vita ſanctorum in oculis Chriſtianorū exponitur in teſtimoniū fidei: ita vt nullo modo vertatur in dubium, quādo miracula & in vita & poſt mortem fidem noſtram prædicāt: ita quod (vt dicit Guil. Pariſ.) non ſolum viui, ſed etiam mortui eam prædicāt. Et ad oſtendendum, quod eorum merita non ſolū eis, ſed etiam nobis, qui eorum facimus memoriam, proſunt. Eorum enim merita reponuntur in theſauro Eccleſiæ pro neceſsitatibus noſtris. Huius autem theſauri cuſtos eſt Maria: quæ quocumque modo ab Eccleſia

A ſuſpēditur res propter tria, propter quæ aliqua ſuſpēditur paſſiones ſanctorum illuſtrant

Luc. 23

A pingatur,

pingatur, vt plurimum pingitur portare thesaurum illum. Quandoq; enim tenet Christum paruulum, quandoque tenet
Col. 2. ipsum mortuum & vulneratum. *Ipse est autem, in quo sunt omnes thesauri scientiæ & sapientiæ Dei absconditi*. Nos ergo paupe-res ab ea quæramus eleemosynam, quæ in manibus suis thesaurum tenet: vt de laudibus sui familiaris Andreæ aliquid possimus dicere. Et vt nobis impartiatur verbum: & vobis cor & affectum ad exequendum illud, presentemus ei supplicationem, dicentes, Aue, &c.

B *Venite post me tribus hominũ generibus dicitur.*

Tribus hominum generibus dici solet: Venite post me. Primo, viam ignorantibus. Sic discipulos vocat Christus, dicẽs: Venite post me, quia ego sum via: vos nõ potestis deficere. Venite post me, quia errare non possum. Alij tancti errare potuerunt, sed non Christus. ideo sequens
Ioan. 8. eum non errat. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris*. Ideo etiam omnes nos vocat, vt post eũ eamus. & hoc per Apostolum suũ:
1. Pet. 2 *Sequimini vestigia eius*. quasi dicat: Non poteritis seduci si sequamini eũ Qui enim peccatores sunt in hoc mundo, in tenebris opus habent ductore Christo, qui eis clamat: Venite post me. Secundo, hoc dicitur timentibus viæ asperitatem, vel aliquod periculum transeundum, sicut solet fieri in transeundo pontem arctum, vel aquam profundam, vel locum lutosum. Tales, si habent securum ductorem, timere non debent. Christus est talis ductor. Cum enim occurrit aliqua difficultas, vel malus passus, tunc manum ex-
Psal. 62 tendit, auxiliũ impendendo. *Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua*. Et
Psal. 72 iterum: *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me*. Et sic nõ debemus timere asperitatem viæ, huius sæculi tribulationes, tentationes, & calamitates, si sequamur eum. Ipse enim semper extendit manum suam adiuuando nos.

Tertio, hoc dicitur seruis à dominis suis. Non enim iustum, est vt seruus precedat dominum suum. Ideo vult Dominus seruos suos sequi voluntatem suam, non propriam ipsorum. Propter quod reprehendit Petrum, quando dixit ei: *Absit hoc à te Domine*. vbi Dominus loquebatur de passione sua futura: & Petrus sequens propriam voluntatẽ volebat non ita esse. Cui Dominus: *Vade retro sathana*. Volebat enim quod Dominus crederet consilio serui, & sic antecedere eũ in consulendo. glo. super illud: *Auertantur retrorsum*. Pe- Psal. 36
trus præcedẽdo, sathanas: sequẽdo, Christi discipulus fuit. Ideo tenendũ est prælatis, qui præcedunt: quia Dominus eorũ numquam curauit de pompis & diuitijs, post quas currunt prælati nostri tẽporis. Itaque sic monet Dominus discipulos suos. Primo, tanquam ignorantes, vt veniant post eum ad suscipiẽdam doctrinã, quia ipse doctor & magister. Ac si diceret: Si ignoratis viam, venite post me, ego docebo eam. Si timetis pericula, venite post me, ego in eis vos iuuabo. Si mihi volueritis seruire, ego vos præmiabo: venite post me. Ad tria legimus B. Andream vocatum à Christo. Primo ad eius familiaritatem. Secundo ad Apostolatus dignitatem. Tertio ad æterni regni hereditatẽ. Duo prima mane. Tertium post meridiẽ declarabitur. Primo itaque vocatus est ad
Ioan. 1. Christi familiaritatẽ. *Stabat Ioannes & ex discipulis eius duo*. Stabat enim Ioannes cum discipulis: & Iesus ambulabat cum discipulis suis. Vnde dicitur: *Ambulans Ie-* Matt. 4
sus iuxta mare. Et de discipulis ait: *Posui vos vt eatis*. Logici enim dicunt quatuor esse hominum positiones, scilicet accubitum, sessionem, stationem, ambulationẽ. Omnis enim in loco positus aut iacet, aut sedet, aut stat, aut ambulat. Cum iacet homo, omnes partes corporis quiescunt. Cum sedet, inferiores partes eius quiescunt, quæ sede innituntur, superiores vero ipsa sui erectione laborant. Cum autem stat, totus laborat homo erigens se: qui naturaliter pondere suo ad ima defertur. Cum vero ambulat, additur labori grauis ex motu fatigatio. Secundum hunc modum sunt quatuor hominum status in Ecclesia. Primus est malorum:

C *Positionũ quatuor differentia*

quorum

Digitized by Google

quorum ſtatum non diſtinguimus: quia multiplicati ſunt ſuper numerum: & eorum confuſio diſtinctionem non admittit. Iſti ſunt iacentes, id eſt in mundo quieſcentes, qui totam ſpem & iucunditatem ponunt in incerto diuitiarum, quorum Deus venter eſt: nec poſuerunt Deum adiutorem ſuum. Secundus eſt bonorum coniugatorum, qui bene vtuntur licitis. Sed tales diuiſi ſunt: quia partim ſeruiunt Deo, partim mundo. Honorant enim Dominum de ſua ſubſtantia operibus miſericordiæ intenti, facientes ſibi amicos de mammona iniquitatis. Sed etiam ſoliciti ſunt de vxore & liberis, de agris & vineis, &c. in tantum quod cum hac ſolicitudine tranſeunt portantes ſecum ligna, fœnum, & ſtipulam. Et quia partim delectantur in mundo, partim in bonis operibus exercentur: ideo ſedere dicuntur, quia in ſuperioribus laborant, & in infimis quieſcunt. Hi ſunt quos cõ-
Rom. 12 mendat Apoſtolus: *Solicitudine non pigri*, quo ad infima: *ſpiritu feruentes, Domino feruentes*, quo ad ſuperiora. Talis erat Andreas, priuſquam beato Ioanni Baptiſtæ iungeretur, domum ſuam ſolicite & honeſte procurans: ſicut facere ſolent ciues honeſti. Tertius eſt contemplatiuorum, quorum conuerſatio in cęlis eſt, qui ſpem in Deo ponunt, in mundo autem preſſuras habent: quibus viuere in mundo mors eſt & mori lucrũ. Militant enim & laborant ſuper terrã, & ſuper ipſos pedum articulos innitentes, in nullo præterquam pedibus terram tangentes (quod neceſsitatis eſt) quadam ſuperioris auræ lenitate reficiuntur, licet ſtent in fame, & ſiti, & frigore, in nuditate & vigilijs multis. Sic fuit Andreas cum Ioanne, quando ſtabat cum eo eiaſsimiliatus in vita, nondum tamen peregre profectus ad laborandum in vinea Chriſti. Quartus vero gradus eſt prælatorum, quibus incumbit ambulare, id eſt, inter prædicta hominum genera diſcurrere, nunc vni increpationem, alteri exhortationẽ, alteri conſolationem, tamquã annonam verbi Dei, erogare. His dixit Dominus: Ite in orbem vniuerſum, prædicate Euãgelium. Sic dictum eſt beato Andreæ. Prius igitur dixit Dominus diſcipulis, cũ eſſent adhuc imperfecti: *Sedete hic donec vadam illuc & orem*, ſcilicet pro vobis, vt ſitis perfectiores. Mat. 26 Iterum dixit eis: *Surgite poſtquam ſederitis qui manducatis panem doloris*, id eſt, ſolicitudinis. Pſ. 126. Et iterum: *Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto*. Luc. 24. Stantibus etiam dicitur: State in vijs veſtris; *viriliter agite, confortetur cor veſtrum*, ſuſtinete Dominum. Pſal. 30 *Modicum enim & iam videbitis me*. Ioan. 16 Ambulantibus vero promiſſa eſt requies, de qua Matth. *Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim*, &c. Mat. 19 Qualis fuit Andreas, cum ambulans Ieſus iuxta mare vocauit eum. Primo itaq; ad familiaritatem ſuam propter duo. Primo, quia erat vir honeſtæ conuerſationis: etiã virum honeſtum coluerat, ſcilicet Ioannẽ Baptiſtam, de ſua ſalute ſolicitus. Erat enim eius diſcipulus. Sed quanti putas æſtimatur habitare aut conuerſari cum homine ſanctæ cõuerſationis & doctrinæ? *Cum ſancto ſanctus eris*. Pſal. 17 Carbo mortuus cum viuis poſitus facile accẽditur. Secundo, quia libenter audiebat de Chriſto loqui, inquirens ſolicite de ſalute ſua. Cum enim prædicaſſet Ioannes: *Ecce Agnus Dei*. audito hoc Ioan. 1. verbo, ſequutus eſt Dominum cum ſuo condiſcipulo, ſcilicet Ioanne Euangeliſta, vt probabiliter creditur. Sed pius Dominus in eos reſpiciens interrogauit quid quærerent, non quem quærerent, quia iam perſona ſua erant illuſtrati. Sed quæſierunt habitationẽ ſuam, vt poſſent ibidem ire, & ab ipſo inſtrui. Et Dominus ad eos: *Venite & videte*. Licet enim Dominus proprietariam non haberet domum, iuxta illud: *Filius hominis non habet vbi caput reclinet*. Mat. 8. Habebat tamen domum vel locatam, vel ſibi accommodatam, vel quam, tamquã in hoſpitio, habitabat. Ecce itaque primam vocationem horum Apoſtolorum: in qua dum Andreas audiuit à Ioanne, Ecce Agnus Dei. Andreas, qui erat omnium mitiſsimus, ſicut agnus

D. Andreas veritus eſt ad Chriſti familiaritatem propter duo.

E *Mitem gratiam Dei & hominis acquirit*

cum agno cucurrit, quia omne simile ad sibi simile coniungitur: propter quam mititatem gratiã Dei & hominum acquisiuit. Sicut enim adamas attrahit ferrum: sic mansuetudo corda hominum. *Vt adamantem dedi faciem tuã.* Talis erat Moyses, de quo: *Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est.* Et huius causa habetur: *Erat enim Moyses mitissimus hominũ, qui morabantur in terra.* Propter hoc Andreas amicus Dei appellatus est, qui contradicente populo à iudice fuit crucifixus. Inde dicitur: *Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super gloriam hominum diligeris.* Andreas autem inter truces, & crucem, & iniurias mansuetissimus fuit: quia cum pateretur, non comminabatur. Multi enim dicuntur mites: sed quando iniuriantur, perdunt patientiam. Si nullus esset ventus, arbor, quę vento mouetur, propter hoc non diceretur immobilis. Nec lignum, quod non ardet igne absente, diceretur incombustibile. Sic nec homo dicitur mansuetus, si non irascatur, quando nulla fit ei iniuria. Bern. Sunt quidam mites, dum eis fit vel dicitur quod placet eorum arbitrio. Patebit autem quàm longe sint à mansuetudine, si leuis oriatur occasio. Hac autem familiaritate bene vsus est ad tria. Primo ad Christum: eo quod audiens eum esse agnum, agnus cucurrit ad agnum. Super quo Chrysost. Multi non ita cito conuertuntur ad Christum, cum aliquid eis magnum & excelsum prædicatur, vt cum quid speculatiuum tractatur: sed citius, cum audiunt ipsum prædicari benignum & amicum hominibus, aut aliquid aliud ad salutem pertinens. Secundo ad seipsum, quia illic fuit ad audiendum verbum Christi vsque ad horam decimam serotinam, vt dicitur. Io. 1. Et forte illo die non comederat, quia res illa sibi cordi erat quia de salute sua agebatur. Chrysost. Multis quidem carni seruientibus tempus, quod est post escam, non est aptum ad quippiã necessariorum: eo quod corpus escis grauetur. Ioannes vero, cuius isti erant discipuli, eos escis vacare nõ docuerat. Ex quo sequitur, quod audituri verbum Dei post prandium, paucum debent prandere. Tertio bene vsus est quo ad proximum: quia immediate iuit ad fratrem suum Petrum, & dixit ei: Inuenimus Messiã, qui dicitur Christus. In quo designatur Andreæ pietas, qui de thesauro inuento vult alios participes fieri. Volebat enim, vt, qui erant germani carne, essent germani fide. Et, vt dicit actor de vita Christi, sicut Stephanus fuit primus martyr, ita Andreas primus Christianus. imo nec sufficit ei, nisi etiam adduceret eum ad Christum. Et ita secundum eumdem auctorem consueuit Ecclesia, dum ministrat sacramentum baptismi, habere aliquos, qui puerum adducãt, & præsentent baptismo, qui dicuntur patrini. Et sic Andreas iunior ætate Petro, quodammodo fuit patrinus Petri, quando eum præsentauit Christo. Isti vero discipuli, Ioannes scilicet & Andreas, in crastinum redierunt ad propria. Secundo vocauit eum Dominus ad Apostolicam dignitatem. Nam altera die ambulabat Iesus iuxta mare Galilææ, & post familiaritatem vocauit eos. Sic prælati nostri temporis primo ad sui familiaritatem nonnullos vocant, deinde ad beneficia. Et qui sic vocantur, deberent esse eiusdem conditionis cum Andrea. Primo, debent esse honestæ conuersationis: non macquerelli, non ribaldi, non gulosi, non aleatores. Secundo, debent libenter audire loqui de Deo, & inquirere de salute sua. Modo fit oppositum: quia si quis bene sciat mẽtiri, bibere, iocari, ludere, & facere bene, ridere Episcopum: talis est beneficio dignus. Si tales de sua salute non sint soliciti, quomodo erunt soliciti de salute subditorum: cum tamen debeant onus supportare prælati? Tertio, debent esse, sicut Andreas, soliciti adducere gregem Dei ad Christum: cum tamen nunc magis disgregent ipsum per malam vitam & exemplum. Ideo cum tales ordinantur & fiunt curati, non fiunt piscatores hominum,

F *Andreas bene vsus Christi familiaritate*

G *Vocati ad Ecclesiasticam dignitatẽ debent plures habere conditiones.*

Digitized by Google

minum, ſed præbendarum, & mercatores beneficiorum. Deberent enim Prælati facere ſicut fecit Chriſtus, qui, viſis his tribus conditionibus in Andrea, fecit eum Apoſtolũ ſiũ. Vnde tres ex ſcripturis ſacris inueniuntur modi eligẽdi, electio, ſubelectio, & prælectio. Electio eſt, quando de multitudine bonorũ & malorum eligũtur boni iuxta illud: *Elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerunt.* Eligitur enim de aceruo granũ, & de torculari oleum ſeparatur. Subelectio eſt, quãdo de bonis electis eliguntur meliores. Prælectio eſt, quando de melioribus optimi eligũtur. In hunc modũ & ordinẽ electus eſt Aaron & filij eius. Primo Dominus ex omni natione, quæ ſub cælo eſt, filios Iſrael elegit in populũ peculiarẽ ſibi. De his autẽ ſubelegit filios Leui, qui tamquam miniſtri ſpeciales in tabernaculo deſeruirent. De quibus nihilominus prælegit Aaron & filios eius in ſacerdotes, qui precibus & oblationibus ſuis indignationẽ Domini in populũ placarẽt. In hunc modũ elegit Dominus Andreã. Primo de malis, id eſt, de mũdo, ad ſuam familiaritatẽ euocans. Secundo inter euocatos primũ Apoſtolũ ordine tẽporis ipſum conſtituẽs. Tertio prælegens eum in cœna tẽpore paſsionis, quãdo fecit eum cũ cæteris paucis Apoſtolis ſacerdotem & Epiſcopum. Ad hũc modum eligit Dñs, quos in prælatos ordinat. Primo eos eligit, cũ per aquã & Spiritũ ſanctũ ab vberibus infidelitatis ſeparat. Subelegit, cũ in ſortẽ vocauit eos in ordinẽ clericatus promouẽs: tõſura quadã eos ſeparãs à cõmuni grege fideliũ. Prælegit autẽ, cũ poſuit eos ſuper capita hominũ diſpenſatores familiæ ſuæ, vt dẽt ei cibũ in tẽpore, quod eſt maximũ. Ad eleuationem enim manuũ eorũ, regũ & reginarũ capita inclinantur, & omnis Eccleſia eos patres confitetur, & expectat interceſſores. Vocauit itaque eos, dicens: *Venite poſt me.* Licet enim vocari à Chriſto ſit magnæ dignitatis, iuxta illud: *Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt.* Tamen vocari ore proprio Saluatoris, non ſolum ad ſocietatẽ futurã, ſed etiã præſentem, & ad hoc, vt per ipſos cæteri vocarentur, longe maioris eſt dignitatis. Sed quæret Andreas: Quid ergo ex hoc erit nobis? Reſpõdebit, Faciam vos fieri piſcatores hominum, ita quod capietis eos in profundo maris huius mundi, vel maris, id eſt, amaritudinis peccati & infidelitatis, & adducetis ad lumen fidei. Mirabilis valde piſcatio. Piſces cum capiuntur, cito moriuntur: homines cum capti ſunt prædicationis verbo, potius viuificantur. Piſces capiuntur, vt deuorentur: homines vero, vt nutriantur in fide. Piſces cum capiuntur, poſtquã comeſti ſunt, perit eorum memoria; homines capiuntur, vt ſint in memoria æterna.

H *Eligendi modus triplex.*

Mat. 13

Apo. 19

At illi, relictis retibus & naui, ſequuti ſunt eum, vt prælati, dimiſsis terrenis amaritudinibus, prædicationi Euangelij intenderent. Vnde Nume. 10. quando Principes & capita multitudinis conuocandi erant, vnico ſono tubæ pulſabatur. Sed quando populus conuocabatur, vel ad proficiſcendũ excitabatur, tunc tubarum ſonitus in longum protendebatur, & quandoque grauis, & quandoque interciſus fieri iubebatur, ad denotandum, quod Principes & capita multitudinum, ſcilicet prælati, iudices, & reges facilius debẽt tubis, id eſt, prædicationibus obedire, quàm alij: ita quod vna vox deberet ſufficere ad tales vocandos, vbi vox tubę prolixior, & vocatio & monitio diuturnior & grauior neceſſaria eſt ad excitandum populũ ad virtutes & ad opera bona, quia boni ſuperiores cito & faciliter obediũt, vbi duri & ruſtici rurales difficilius ad bona opera ire volũt. Sic Petrus & Andreas ad vnicũ tubæ ſonitũ, relictis retibus & patre, ſecuti ſunt eum. Modo è contrario fit, quia ſicut auis ſatura ad manum domini ſui non vult redire, ſic nec iſti ad Dei voluntatem, terrenis ſatiati, quibus ex toto implicantur.

I *Vocari ad dignitatem cito debent obedire verbo Dei.*

Sed quæritur, cur piſcatores & non ſenatores magis elegit Dominus? Reſpon-

K *Elegit Dominus piſcatores, non ſenatores.*

Digitized by Google

deo, quod hoc fuit duplici de causa. Prima, ne attribueretur illa electio mũdanæ sapientiæ. Vnde Aug. de verbis Domini: Dominus pro salute nostra piscatores magis voluit eligere quã senatores, quia si senator electus esset, diceret: Dignitas mea electa est. Si diues, diceret, quod diuitiæ: si Imperator, quod potestas: si orator, quod eloquẽtia: si philosophus, quod sapientia. Pauperi dictum est: *Sequere me.* quia enim vacuus, multũ erat in eo quod impleretur. Tam largo fonti vas immane admouendum erat. Hæc Aug. Secunda causa, quia diabolus per piscationem humanum genus deceperat, iustum fuit, vt piscatione deciperetur. Primo enim tentauit piscari in cælum, dicens: *Ascendam* Esa.14 *super altitudinem nubium, & similis ero Altissimo, &c.* Se inuadens alienum, quod Exe.28. suum erat amisit, & eiectus est. *Eleuatum est cor tuum in decore tuo, in terrã proiecisti &c.* Secundo piscatus est in paradiso, & quasi hamo & esca per gulam cepit primos parAbac.1 rentes. *Totum in hamo sublenauit.* Sagena eius fuit pœnalitas; rete, culpa. Sagena omnia retinet, sic & pœnalitas: rete non omnia, vt pisculos minutos. Sic pœnalitatis sagena omnes cepit, etiam Christũ, sed non rete originalis culpæ, quam Christus non habuit nec Maria, nec cessauit piscari vsque ad aduentum Christi, quia totam aquam reputauit suam, id est, totũ Apo.17 populum. *Aquæ multæ, populi multi.* donec veniret Christus, qui ipsum cepit, sicIob 40. cut exponit Gregorius super illud: *In oculis suis quasi hamo capiet eum. An extrahere poteris Leuiatham hamo?* Virga fuit bona virgo: linea, generationis successio: caro, esca: hamus, diuinitas, & cepit cete magnum. Hæc est linea generationis Christi, deseruiens ad capiendum diabolum.
Esa.27. *In die illa visitabit Dominus super Leuiatham in gladio duro, grandi, & forti.* Non enim credebat, quod tam grandis gladius posset in tam parua vagina, diuinitas in Ibidem. humanitate paruula. Et sequitur: *Et occidet cetum, qui in mari est.* cetum, scilicet, qui absorbuerat omnes pisces, qui absorbuit etiam Ionam, id est Christum. Quando autem cetus capitur, tota regio repletur. Sic corpus diaboli diuisum est Nota. in multa frusta, & incorporatũ est Christo. Alius enim est venter, alius oculus, alius auris, alius manus diaboli. *Concident eum amici, & diuident negotiatores.* Iob 40. quales fuerunt Petrus & Andreas, qui diuiserunt spolia eius in Ecclesia, vnde per eos decorata est Ecclesia. *Spolia domus diuidere spolia.* Deinde inuenit Ioannem & Iacobum & alios duos fratres reficientes retia sua, & vocauit eos. Multos habet Deus, qui reficiunt retia sua, paucos, qui piscari volunt. In quo notantur duo. Primo, quod retia reficiunt doctores, qui non cessant docere, sed non piscantur. Docent enim subtilia, nec vtilia. *Confundentur qui operabantur linum, pleEsa.19. *tentes & texentes subtilia.* Et hoc ideo, quia retia eorum rupta sunt per scissuram & discordiam. Rupta quidem, quia doctrina est sine vita, ideo nihil capiunt, & minus creditur eis. Vnde potest eis dicere Christus, quod dicitur Esaiæ 52. *Iugiter tota die blasphematur nomen meum.* Esa.52. Et plerumque contingit, quod tales loco piscis capiunt ranas vel colubros, quia sua vita mala sibi malos associant, & sic plerumque eluditur Christus, qui suo sanguine emit iactum retis illius. Secundum documentum est, quod ex istorum artificio concluditur eorum paupertas. Si enim habuissent quingentas libras annui reditus, non refecissent retia sua. Et cum Andreas & Petrus mitterent retia sua in mare, signum erat, quod non viuebant supra commune, sed communitas ex eorum artificio viuebat. Sed circa hoc quærit Chrysostomus, cur Dominus duas fraternitates vocauit à principio; quare non ira accipiebat Dominus homines diuersarum conditionum & regionum. Videtur enim, quod per hoc maiorem, & ad plures traxissent amicitiam. Respondet Chrysostomus, quod super vnam fraternitatem, scilicet Moysi & Aaron, posuit Dominus initium

L *Retia reficiũt, sed non piscãtur quidam prædicatores.*

M *Ecclesia cur super duas fraternitates in initio fundata est.*

ſnitium & fundamentum veteris teſtamenti. Super duas autem fundauit teſtamentum nouum, quia abundantior erat gratia, & maior charitas noui quàm veteris. Ideo, cum ſimus fratres in Chriſto, voluit geminare fraternitatem. Similiter parua erat Eccleſia & congregatio in veteri teſtamento, ideo ad fundandum illud ſufficiebant duo bona pilaria. Dominus autem voluit dilatare Eccleſiam ſuam, ideo fundauit eam ſuper quatuor firmas baſes. Cum autem magis ac magis dilatata eſt Eccleſia, tunc oportuit multo plures habere columnas, vt ſunt quatuor Doctores Eccleſiæ, & Prælati, & cæteri Doctores.

SERMO II. DE S. ANDREA. *Per Thema.*

Mat. 4. *Relictis retibus & naui, ſecuti ſunt eũ.* Homines errantes de nocte multum gaudent ad aſpectum luminis vel clamoris, & libenter illuc properant, vt dirigantur in viam ſuam. Errabant ergo in mari huius mundi homines in tenebris ambulantes, dum ſuperuenit lux mundi Chriſtus populo ambulanti in tenebris & in regione vmbræ mortis, iuxta illud: *Neſcierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Emittens vocem dum vocauit ſuos Apoſtolos, & emittens radios ſuæ lucis & doctrinæ, dicens: Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Omnes enim ambulant in mari huius mundi, & nemo quieſcit, & multi relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas & obliquas, & hoc propter multitudinem viarum, quia neſcit homo quam viam eligere. Poeta:

Ipſe ſtat incertus, & neſcit quò ſit eundum,
Cum videt ex omni parte viator iter.

A Sequẽdus eſt Chriſtus non caro, non mũdus, nec damon.

Ne ergo quis erret poſt multitudinẽ ambulantium, ponat ſe in via Chriſti ambulãtis iuxta mare, vnde videt ſuos electos, & clamat eis: *Venite poſt me*, non poſt carnem, non poſt mundum, nó poſt diabolum. Sunt enim qui ſequuntur carnem: vt ille, de quo dicitur, quôd *mulier meretrix iuuenem irretiuit multis ſermonibus, & blanditijs labiorum protraxit eum, & ſtatim ſequitur eam quaſi bos ductus ad victimam.* Primo quidem ſequitur lente quaſi bos ductus, &c. Secundo lætus quaſi agnus laſciuiens, & poſtea feſtinus quaſi auis feſtinans ad laqueum. In quo perpendendi ſunt periculi gradus. Primo iugulatur, & neſcit. Secundo ſagittatur, & nó exurgit. Tertio victimatur, occiditur, & perit. Iugulatur affectione, cum noxia gutturis videntur eſſe ſuauia. Sagittatur in occaſionis acceptione, vt in ritu vel verbo otioſo meretricis: occiditur in perpetratione. Sunt etiam qui ſequuntur mundum, non quidem iuxta mare mũdi ambulantes, ſed in mari illo ſeſe proijcientes, vbi merguntur tempeſtatibus ſæculi, iuxta illud: *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* Mũdus enim mare dicitur propter inquietudinem. *Cor impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt.* Sicut enim in mari non eſt quies, ſed ſæpiſſime tempeſtates, ſic in mundo anguſtiæ vndique, inuidiæ, lites, diſcordiæ, tribulationes, diabolicæ tentationes. Ideo Dominus opprobrijs & malis mundi ſatiatus, volens à mundo recedere, dicebat diſcipulis: *In mundo preſſuram habebitis, in me autem pacem, ſed confidite, ego vici mundum.* quaſi diceret: Videte, qualiter ego recedo de mundo, quomodo vulneratus toto corpore, aſperſus ſanguine, & velut ribaldus de taberna electus & verberatus: ideo fugite mundum, & venite poſt me. Sunt & qui dæmonem ſequuntur, quia ſicut ille vult exaltari, ſic tales de ſe præſumunt in dignitatibus, quibus ſunt indigni, exaltari, qui aliquando aſcendunt præſumptione ſui, & poſtea cadunt in præcipitium inferni & deiectionem ſui. *Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos.* De his tribus dicitur in Pſalm. *Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus: illic reptilia, quorum non eſt numerus.* Reptilia, quæ corpus trahunt

Prou. 7.

Pſal. 68

Eſa. 57.

B Mundus cur mare dicitur.

Ioan. 16

Pſ. 106.

Pſ. 103.

C Reptilia sunt lubrici.

per terram, sunt luxuriosi, vt anguillæ, quæ luto infigitur. Et hi sunt innumeri in omni statu, sexu, conditione, ætate, natione, vt merito dici possit: *Omnis quippe caro corruperat viam suam.* Superbiam vero ostendit in mari huius mundi, cum subdit: *Animalia pusilla cū magnis*, ibi sunt supple, quia pusilli pisces sunt præda magnorum, & ex eis nutriuntur. Sic in mūdo pauperes à diuitibus opprimuntur. *Facies homines vt pisces maris.* Auaritiam insinuat, cum dicit, spatiosum manibus, scilicet hominum vsurpantium aliena. Et vere latum est mare talibus manibus, quia *à minori vsque ad maiorem omnes auaritiæ student*, à sacerdote vsque ad leuitam, & ex hoc habent manus aduncatas ad rapiendum. Sed mundus peribit, & concupiscentia eius, id est, substantia rerum, quæ diliguntur & rapiuntur. Et sicut boni manibus sanctorum Angelorū, id est operibus, tenentur, ne offendant; sic mali manibus dæmonum, id est operibus, portantur ad inferos. Sed vt ait Psal. *Dominus non derelinquet eum*, scilicet electum, *in manibus suis*, scilicet dæmonis, quia si incurrit peccatum aliquod, habet nauem pœnitentiæ, qua poterit exire de manibus dæmonum. Et propterea electos suos Dominus, Petrum scilicet & Andream, vocauit de mari, vt sequerentur eum. Vocat & nos, si sumus digni, si sumus electi & filij Dei. Propter quod, vt ea vocatione digni efficiamur, ad matrem nostram Mariam recurramus, dicentes, Aue.

Gen. 6

Psal. 103.

Abac. 1

Hier 6.

Psal. 36

D Mare quadruplex.

Ex sacris scripturis quadruplex legitur mare, scilicet, inferius, superius, interius, & exterius. Mare inferius est infernus. *Transferentur montes in cor maris.* id est, dæmones superbi. *Equum*, id est, peccatorem, *& ascensorem eius*, id est, diabolum, circumducentē peccatorem fræno erroris, *deiecit in mare*. *Sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum*, id est, durum & obstinatum peccatorem, *& misit in mare*. Sed mare superius respectu inferni est mundus iste, qui tumet per superbiā, fremit & tumultuatur per iram & malitiam, fluctuat per curas & solicitudines, spumat per gulam & luxuriam, omnia in se recipit, & non redundat per auaritiam, maior piscis minorem deuorat per violentiā & rapinam, mortuos eijcit & viuos attrahit. Qui enim mundo moritur, cōtemnitur & eijcitur ab ipso. Nam mundus meretrici assimilatur, quæ quādiu eius amator habet quid expendat, blanditur & attrahit, deficientibus expensis, contemnit & expellit. Vix enim cor hominis quietatur in mundo, vero tamen Iona, id est Christo, proiecto in mari, reddita est trāquillitas. Viuentibus enim in mundo, in quibus est Christus, illic tranquillitas conscientiæ inuenitur. Sed mare interius dicitur cor hominis furore turbidū, rixis & litigijs amarum, elatione tumidū, fraudibus obscurum, curis inquietum, ventis quatuor affectionum, scilicet gaudij, amoris, spei & timoris, concussum, totum hominem & eius interiores habitus virtutum, reddens fœtidum. Mari enim assueti fœtorem eius non sentiunt. Ita quidā assueti peccatis, fœtorem eorum non sentiunt, sed stercoribus delectantur. Vel mare dici potest peccatorum amaritudo, de quo: *Congregans sicut in vtre aquas maris.* Quod fit, dum in ventre memoriæ amaritudines peccatorum congregantur ad plangendum. Quartum vero mare, est mare materiale & exterius, circa quod ad literam ambulabat Dominus, dum vocauit Petrum & Andream, & statim, iuxta thema propositum, relictis retibus & naui, secuti sunt eum.

Psal 45

Exod 15

Apoc. 18

Psal. 32

Circa quod primo dicemus, quæ retia reliquerunt. Secundo, quomodo eum secuti sunt. Circa primum dicendum est, quod duo sunt retium genera. Quædam sunt, quibus venantur muscæ, & illa sunt aranearum. Alia, quibus venantur pisces & bestiæ, & illa sunt piscatorum & venātorum. Primis retibus venantur araneæ muscas, id est, superbi honores & vanitates. Talia enim sunt musca grauissima,

Digitized by Google

E ſima, de qua Exodi 8. dicitur, quod ſuis aculeis infeſtabat Ægyptios. Sic ſuperbus grauis ad portandum, ſua auctoritate infeſtat pauperes & debiles, ita vt vix eum valeant portare. Nec mirum, quia Angelus ſua natura agilis, ſuperbia tamen onuſtus, nõ potuit nec à cælo, nec à terra portari, quin deſcenderit in abyſſum. Sic homini ex ſua natura graui, ſuperbo tamen continget, imo non eſt mirabile ſi alijs ſit importabilis, cum etiam ſibi ipſi ſit grauis: *Factus ſum mihimetipſi grauis.* Secundo comparatur araneæ, quia aranea paruum caput habet, pedes multos & magnos, & tota eſt in ventre. Sic ſuperbi parum aut nihil habent ſapientiæ, vt videre poteris in noſtris iuuenculis Epiſcopis, qui ſicut nani parui capitis, & ideo ſtulti, aſſumũt ſibi exercere officia gigantum & ſapientum, id eſt, Apoſtolorum Petri & Andreæ, ad quæ non poſſunt. Habent inſuper pedes multos & magnos, id eſt, affectiones aſcendendi ad ardua, multas & magnas, vel magis habent homines potentes eis cõfœderatos, progenie, affinitate, diuitijs, potentia aut amicitia, quibus tamquam pedibus portantur, & vſque ad picarum nidum volant. Inſuper totum habet aranea in ventre, quia vt ſuis ſtatibus & maieſtatibus ſatisfacere valeãt ſuperbi, omnia deuorãt. Propter quæ in perſona eorũ dicit Pſal. *Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur*, id eſt, anni vitæ eorum ad modũ aranearum texuntur. Non ſic fecit Andreas, qui vſque ad hũc diẽ texuit retia doctrinæ, quibus capta eſt tota Achaia (quę eſt Lacedęmoniorũ terra) & Chriſto acquiſita. In qua nõ grauisant durus (vt ſuperbi) apparuit, ſed mitiſsimus, lenis & miſericors, ita vt in ea etiam cõtinuam miſericordiã dicatur influere. Nam ſecundũ Gregor. Turonen. lib. de miraculis martyrum, cap. 30. Beatus Andreas in die ſolemnitatis ſuæ ex tumulo ſuo manna in modum farinæ vel olei cũ odore nectareo inundat, per quod anni ſequẽtis fertilitas oſtenditur. Si exiguũ profluxerit, exiguum terra profert fructum, ſi copioſum, copioſum. Ferunt tumulũ aliquando ita exundaſſe, vt vſque ad mediũ baſilicę profluueret riuus. Hæc in Achaia prouincia aguntur, in ciuitate Patras. Cũ autẽ oleum defluxerit, tantum ibi odorẽ præſtat, vt putares multorũ aromatum ſparſam eſſe congerie. Ex hoc enim vnctiones factæ, ſeu potiones languẽtibus ſæpe commodũ præſtant: hæc Greg. Turon. Tertio cõparatur ſuperbus araneæ, quia texit fila & in ipſis filis ſe ſuſpẽdit. Sic ſuperbi ſubtiles habent dolos ad capiẽdas muſcas, id eſt, honores & dignitates ſibi immeritas: quæ tamẽ telę vel fila non poſſunt repellere frigus, id eſt, ſententiã diuinam, quin ſtatim eos deijciat: *Dei eſti eos dum alleuarentur.* Facile enim diſsipatur tela, id eſt opus quod faciunt, ſicut opus araneæ per modicũ flatũ vẽti diſſoluitur, vt vult Grego. in moralibus ſuper illud: *Spes hypocritæ peribit, & ſicut tela aranearum fiducia eius.* Sed & aranea in opere ſuo mirabiliter vexatur, quia ſe euiſcerat vt telam ordiatur. Sic talis ſe totaliter conſumit: vt velut idolum, tamquam bonus, tamquam ſciens & ſapiens falſo honoretur, & tamen nihil inde lucratur, imo de huiuſmodi filis & operibus funiculos aggregat, vnde in patibulo inferni ſuſpendatur: *Exterminant enim facies* affligendo ſe, & nihil inde lucrantur, niſi humanam laudem vel gloriam, quæ nihil valet. *Tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius.* Vnde Amb. ſuper 3. Pſal. Non vana, non inania ſequamur, ne aranearum telam texere videamur. Albertus 8. tractatu de animalibus, de magis accidentibus apum dixit, quod quando in fauo earum naſcuntur araneæ, corrumpuntur apes vnà cum melle. Sic vbi debet eſſe mel, id eſt dulcedo ſpiritualis vitæ, naſcuntur cogitationes & ſolicitudines malæ circa honores & temporalia acquirenda, quæ quaſi aranearum telæ corrumpunt mel, quia pro dulcedine ſpiritalis vitæ non eſt niſi amaritudo maxima huius mundi, &

Aranea ſuperbus comparatur propter tria.

Iob 7.

Pſal. 89

Pſal. 72.

Iob 8.

Matt. 6

Pſal. 38

di, & perimũtur apes, id est ipsę animæ, propter vanitates inutiles, vt modo videmus in Ecclesiasticis & religiosis viris, propter huiusmodi omnem perire deuotionem. Modo enim educũt fila sicut araneæ, dum distrahuntur per varia desideria. Telam texunt inutilem, dum laborant propter rem transitoriam. Seipsos euiscerant, dum varijs cogitationibus consumpti, animi virtutem eneruãt. Secunda retia sunt, quibus venantur pisces & bestiæ. Et hæc licet ad literam reliquerint Apostoli, tamen ad meliora retia, quibus scilicet capiuntur homines velut pisces & bestiæ, transierunt. Est enim rete prædicationis, quod pro reti materiali susceperunt, instar retis materialis. Rete enim materiale primo texitur, deinde laxatur in capturã. Tertio siccatur, &, si fractũ est, postea reficitur. Deinde plicatur & in locũ suum reponitur. Sic de prædicationis reti. Nam materiã, vnde confectum est rete istud, protulit Moyses, quãdo verã doctrinam, & diuina mãdata & traditiones in vnum congessit: *Lex per Moysen data est*. Ex hac materia postmodum Prophetæ antiqui quasi diuersas maculas texerũt, dum varias de Christo prophetias & sententias protulerũt. *In manu Prophetarũ assimilatus sum*. Hæc retia postmodum Apostoli laxauerunt in capturam, quãdo in omnẽ terram exiuit sonus eorum, vbi interdũ ipsa retia rũmpebãtur præ multitudine piscium. Primo, quia ibi mali cum bonis: ibi palea cum grano, zizania cum tritico, lolium cum frumento, amurca cũ oleo, fex cum vino, fermẽtum cũ azymo, scoria cum argento, plumbum cum auro, malus cum bono. Cham cum Sem in vna arca, Hismael cum Isaac in vna domo, & in Rebecæ vtero Esau cum Iacob, & nũc non est discretio. Sed cum venietur ad littus iudicij, fiet segregatio, & erit tunc ventilabrum in manu Domini, & vẽtilabit aream suã, & congregabit triticum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. *Elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt*. Rumpebatur item rete præ multitudine piscium, cum inter Christianorum multitudinem hæretici intrauerunt. Sed ea refecerunt Apostoli, Andreas prædicando, Paulus scribendo Epistolas, Ioannes Euangelium, non quærentes quæ sua sunt, sed quæ Christi Iesu. Non enim retia aquam retinẽt, sed pisces. Sic nec sancti viri illi lucrum temporalium quærebant, sed quæ Christi Iesu. Siccabantur autem hęc retia ad solem iustitiæ Christum, si quid pulueris gloriæ inanis in prædicatione inhęsisset. In iudicio autem plicabitur rete, cum tunc non erit necessaria doctrina. *Complicabuntur vt liber cæli*. Item: *Non docebit tunc vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominũ. Omnes enim me cognoscent à minimo eorũ vsque ad maximum. Siue Prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur.* Et ita beatissimus Apostolus Andreas de primis fuit, qui misit retia sua in mare & cepit homines, vt patet in legẽda sua, quod magnam Græciæ partem ab idololatria ad fidem reuocauit.

1 *Rete prædicationis est instar retis materialis.*

Isa 34. Hier. 31. 1. Cor. 13. Luc 1. Mat 12. Mat 13.

6 *Prælatus tendere debet ad lucrum animarum.*

Secundo videndum est quo modo secuti sunt. Primo ambulantem, secundo vocantem, tertio officia tribuentem. Primo ergo secuti sunt Dominum ambulantem iuxta mare, id est Ecclesiam. *Erubesce Siõ*, id est, synagoga: *ait mare*, id est Ecclesia. *Congregans sicut in vtre aquas maris*, id est in vnitatem Ecclesię multitudinem populi. *Congregationes aquarum*, id est, populorum, *appellauit maria*. Ideo dicit Psal. *Transferentur montes in cor maris*, id est Apostoli in amorem cordialem gentium. Iuxta autem mare cœpit Dominus venari Petrum & Andream. Erãt enim aues aquaticæ in aquis victum quęrentes. Vnde dicit Auicenna lib. de animalibus, quod aquila, quãdo vult rapere aliquam auem aquaticam, per acumen sui aspectus in medio aëre existens videt motus illius auis infra aquã, & dum ascenderit ad superficiem aquæ, statim

Esa. 23. Psal. 32 Gen. 1. Psal 45

rapit

rapit ipſam. Sic Dominus, qui eſt aquila maris, quãdo cœpit venari in mari huius ſæculi, vidit corda natantium in hoc mari, & motus ſingulorum, & ſic aues aſcẽdentes ſuper aquam mox rapuit, quando pauperes diuitias & delicias huius mundi relinquentes, Petrum ſcilicet & Andream, ad ſe vocauit. *De cælo reſpexit Dominus*, id eſt, de homine aſſumpto: *vidit omnes filios hominum*, id eſt, omnes pertinẽtes ad filium hominis, ſecundum gloſ. : bi conformiter ad Dominum piſcari debent prælati, animas quidem non lucra temporalia, quæ non ſunt niſi muſcæ vel papiliones, in quibus multi prælati modo piſcantur, iurgia & plebiſcita pro terrenis ſectantes, animas ſuas & ſibi ſubditorum perdentes. Dicit enim Sueto nius lib. de 12. Cæſaribus, quod Auguſtus Cæſar prælium ſuſcipiendum negabat, niſi maioris emolumẽti ſpes quædam oſtenderetur. Nam minima commoda minimo ſectari debent diſcrimine. Similes (ait) tales ſunt aureo hamo piſcanti, cuius hami abrupti damnum nulla captura compenſari poſsit. Sic qui in mari huius mundi lucra terrena venantur. Nam hamus aureus eſt anima rationalis, quæ per amorem temporalium incuruatur ad ea. Iſte vero hamus abrumpitur, quando quis pro lucro temporali animam ſuam perdit, & lucrum tẽporale ante animam totaliter trahit, vt ſit vir diuitiarum, & non ſint diuitiæ ipſius viri, & ſeruus Mammonæ, & non dominus. Iſtud enim damnum nulla captura recompenſari poteſt. *Quid prodeſt homini, ſi mundum vniuerſum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?* Secundo ſecuti ſunt Dominum vocantem ad ſe eos, quem continuo ſecuti ſunt. Primo ardenter. Canis enim nobilis natura talis eſt, quod quando ſentit prædam, ardenter eam proſequitur. Sic Petrus & Andreas ſentientes prædam ſuam, ſcilicet Dominum Ieſum, ita ardenter ſecuti ſunt eum, quod propter hoc ſe fecerunt crucifigi, & ita allecti ea fuerunt, quod poſtea de nullo alio curauerunt. Sic Paulus poſtquam raptus eſt in paradiſum, ita allectus eſt, quod poſtea de rebus huius ſæculi non curauit. Oneratus enim, vel ligatus, aut aliter occupatus nõ poteſt alium velociter ſequi. Sic oneratus ſimo carnalitatis, ligatus ad aratrum cupiditatis, & occupatus negotijs honoris, non poteſt ſequi Chriſtum. Non ſic Petrus & Andreas, qui, relictis retibus & naui, ſecuti ſunt eum. Secũdo ſecuti ſunt eum gaudenter, ad modum boni canis, qui vadit cum magiſtro ſuo, & diſcurrẽs per campos ſæpe redit ad eum, ita vt aliquãdo pro quinque leucis, quas perambulat magiſter eius, quindecim faciat leucas hac illac diſcurrendo præ gaudio, quod habet de ſequendo magiſtrũ ſuum. Sic iſti ſancti Apoſtoli ita gaudentes fuerunt ſequi Dominum, vt nihil eſſet eis impoſsibile: adeo vt quod ipſi Domino viſum eſt oneroſum, & triſte, & doloroſum, ſcilicet crucem pati, hoc iſti anhelantes & gaudentes ſuſcipiebant. Tertio ſecuti ſunt eum perſeueranter. Erant enim animalia ſancta, *quæ non reuertebantur cum ambularent*. Nautæ dum ſunt in mari, ſemper ſunt in metu & periculo. Ideo multum deſiderant attingere terram ſtabilem & eſſe in portu, nec ceſſant quouſque contigerint. Sic iſti in mari huius ſæculi non ceſſauerunt poſt Chriſtum currere, quouſque ad terram & portum gloriæ applicuerunt. Et nos ſimpliciter a curſu bonorum operum ceſſare non debemus, quouſque portum ſalutis attingamus, iuxta documentum Senecę: In freto viximus, moriamur in portu. Sed multi aſsimilantur piratis, qui numquam vellent terram attingere, ſed ſemper in mari eſſe & viuere, vt tranſeuntes illac poſſent deprædari & occidere. Sic multi cęlum non curant, ſed ſemper deprædari & nocere cęteris: de quibus Pſal. *Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem*, ſcilicet cælum. Iſti vero Apoſtoli vſque in finem vitæ terram Chriſti deſiderabilem ſecuti ſunt, vſque quo eam perfecte

Pſal. 32

Nota. cõtra prælatos nimis terrena ſectantes.

Mat. 16

H Andreas quomodo multiplici ter ſecutus eſt dominũ.

Exech. 1

Pſ. 105

perfecte poſſederunt: poſiti in poſſeſsione eius per traditionē crucis in manibus eorum, ſicut per traditionem alicuius rei ſolidæ quis ducitur in poſſeſsionem alicuius beneficij vel dominij. Quarto, ſecuti ſunt eum prudenter ſiue ſapiēter. Nam non omni ſpiritui credentes, B. Ioanni Baptiſtæ adhæſerunt, qui eis oſtendit Chriſtum, dicens: Ecce Agnus Dei. Inde ſecundum Ale. de Hal. in 4. parte, graduale, quod dicitur in Miſſa, ſignificat vocationem iſtorum Apoſtolorum, quādo ſecuti ſunt Chriſtum. Ideo cantatur immediate poſt Epiſtolā: quia poſt prædicationem Ioannis, qui per Epiſtolam ſignificatur, iſti diſcipuli ſecuti ſunt Chriſtum. Prędicatio enim Euangelij per Chriſtum ſecuta eſt prædicationē Ioannis. Sapienter enim inter cautes & ceſpites ambulādum eſt. Inde ſapienter Chriſtum inter mundi pericula ſecuti ſunt. Duplici enim pede gradimur, dextro videlicet & ſiniſtro. Dexter, charitas eſt & amor æternorum: ſiniſter, cupiditas & amor terrenorum. Primus pes numquam illaqueatur: quia vel non eſt, vel liber eſt. quia *charitas non eſt ambitioſa, nō quærit quæ ſua ſunt.* Ideo ſuper iſtum pedem, ſicut & iſti beati Apoſtoli, debemus incedere. Nec timendum eſt de caſu: quia charitas omnia ſuffert, & numquā excidit. Saltem ſi nō poſſumus ſuſtinere laborem illū, vt vno tantum pede ambulemus, ſicut illi ſancti viri: ſaltem pedem iſtum ſiniſtro præponamus. Secundum enim Philoſophum 1. de animalibus, multa animalia præponunt pedem dexterū cum ambulant. Non minores ergo beſtijs, charitatē cupiditati, & amorem æternorum amori terrenorum pręponamus. Pes autem ſiniſter facile capitur & illaqueatur. *In laqueo iſto quē abſconderunt*, ſcilicet dæmones, *comprehenſus eſt pes eorū.* Cupiditas enim excæcat. Ideo qui cupiditati innititur, nō poteſt videre laqueos vt eos declinet: & in tantum excæcatur, vt etiā laqueos, quos alijs parat, non videat. Ideo in tali caſu oportet vti aſtutia vulpina. Dicitur enim in lib. de naturis rerum de vulpe, quod ſi capiatur in pedica, pedem proprium abſcindit, & ſic liberatur. Sic eos oportet facere, qui merito propter ſui doloſitatē vulpi comparātur: vt per confeſsionē & ſatisfactionem præſcindāt pedem illum, vt euadere poſsint manus venatorum: conſilio Saluatoris, qui dicit: *Si pes tuus ſcandalizat te:* *Mat. 18* *abſcinde eū, & proijce abs te. Melius eſt tibi ad vitam ingredi debilem, &c.* Quinto ſequuti ſunt eum audacter: quia Andreas lętus & gaudens ibat ad crucem, & de longe videns ſalutabat eam. Nec mirum ſi ſalutabat eam: quia olim crux fuerat terra inuia & inaquoſa, plena draconibus, beſtijs, & latronibus. Erat enim locus malefactorū. Nunc vero terra fecūda eſt, quia canit Eccleſia: Nulla ſilua talem profert fronde, flore, germine: ita vt locum ferum fecerit Dominus locum voluptuoſum & deſiderabilem: vt diceret B. Andreas: Salue crux. Et quæ prius erat inaquoſa, facta eſt irrigua: ita vt de latere Domini in cruce effluēret ſanguis & aqua. *Sciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitudine: & quæ erat arida, erit in ſtagnum: & ſitiens in fontes aquarum.* Differunt tamen crux Chriſti, Petri, & Andreæ ſecundum tres diſpoſitiones ſitus crucis, iuxta Eccleſiæ repræſentationem. Nam paſſus eſt Chriſtus ſtans, & erectos habens oculos conuerſos ad terram. Quam diſpoſitionem & ſitum dat charitas: quia in hoc notatur, quod ex ſua charitate pro nobis paſſus eſt, terrenos aſpiciens, pro quibus patiebatur: Petrus vero ſupinus crucifigitur, leuans oculos ad cælum. Quam diſpoſitionem dat obedientia. Diſcipulus oculum habet ad magiſtrum, ancilla ad dominam. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum.* Sic ſubditi in cruce debent eſſe prælatis obediendo. Andreas vero iacens ſuper latus crucifigitur. Quam diſpoſitionem dat ſpes in patientia. Spes enim de cruce facit ſibi lectum & locum voluptatis. Lectus enim locus eſt quietis & ſoporis. Talis erat Iob. Qui vt Iob, *Iob 34.*

1 Gradimur duplici pede ſpiritualiter

2. Cor. 13.

Pſal. 9.

Eſa. 35.

Pſ. 122.

qui

qui bibit ſubſannationem ſicut aquam? Spes de cruce facit ſibi dormitorium. Vnde de ſanctis martyribus dicitur: Obdormiuit in Domino. Sicut & ille, qui dicebat: In pace in idipſum dormiam. Dormitorium ſibi faciunt de cruce, quicumq; crucem non portant in angaria, ſed in delectatione: ſicut & beatus Andreas, qui ad crucem veniebat gaudens, & ab ea deponi nolebat, donec obdormiret in Domino. Tertio ſecuti ſunt eum beneficia & officia conferentem. Contulit enim beato Andreæ quinque officia. Primo, fecit eum primicerium ſuum, quando ipſum ante omnes Apoſtolos vocauit: Petrus, Andreas, & Philippus tres erant Apoſtoli de eadem patria, quos quaſi primitias ad ſe vocauit. Et quia illi tres erant agni, ideo ſicut agnus Chriſtus fuerunt in patibulo crucis immolati. Cæteri vero Apoſtoli ſicut oues fuerunt morſibus luporum laniati. Ideo primo collegit agnos, deinde oues. Secundo, fecit Andream nuncium ad vocandum Petrum. Tertio, fecit eum conſiliarium ſuũ, quando de turba ſatianda cum eo quaſi conſilium habuit. Philippus enim diffidebat: ſed Andreas confidens miſericordiam Dei prouocabat, dicens: Eſt puer vnus hic, &c. & adhuc prouocat miraculis ſuper infirmos, oſtendens quanti ſit apud Deum meriti. Vnde Gregor. Turonenſ. lib. de mart. cap. 30. Mummolus eum Theodeberti Regis Frãcorum tempore ad Iuſtinianum Imperatorem pergens Conſtantinopolim nauigio veheretur, ad vrbem Patras deuenit: & tunc calculoſus effectus, diuerſis doloribus arctatus, febre pene conſumitur, & quaſi mortem præſtolabatur. Quæruntur medici, munitur teſtamentum ſigillis. Cui tunc ciuitatis Epiſcopus ait: Fruſtra quæris remedium alibi, quàm à cæleſti medico, qui ſine herbis morbos propria virtute depellit. Et cum quærerent nuncij, quis ille medicus. Reſpondit Epiſcopus, quod Andreas. Quo audito, rogat infirmus ſe portari ad Apoſtoli ſepulchrum. Cumque pauimento proſtratus fideliter precaretur, circa medium noctis omnes, qui aderant, ſopor obtinuit. Statimque infirmus conatur vrinam eijcere, vocanſque vnum puerorum vaſculum poſtulat. Cumq; vrinam nititur eijcere, lapidem magnum emiſit: qui tam validus fuit, vt cadens in ipſa, quæ parata fuerat, concha, ſonum emiſerit. Et tunc ablata febre & communi dolore, naui reſtituitur incolumis. Hæc Gregorius. Quarto, fecit eum portarium ſuum. Nam quidam gentiles volebant videre Ieſum, & dixerunt Philippo. Et Philippus dixit Andreæ. Et iſti portarij nunciauerunt in palatio regis: & ſic portam aperuerunt, vt gentiles intrarent ad Chriſtum: imo impedientes intrare prohibebat Andreas. Nam (vt ex eius legenda habetur) ſeptem dæmones in forma ſeptem canum, dum Andreas in ciuitate Patras prædicaret, iuxta viam in ſepulchris quandoque habitantes, tranſeuntes lapidibus obruebant. Sed & nauigio venientes, vt prædicationem beati Andreæ audirent, naufragia ab ipſis patiebantur. Quos vt abijceret, rogauerunt Andream ciues vrbis illius: qui protinus ad præceptum eius eiecti ſunt. Per quos canes intelligi poſſunt detractores: & per numerum ſeptenarium ſeptem detractionis ſpecies, quæ ſunt ſeptem capita draconis, de quo Apocal. 12. Prima eſt, occulta mala publicare. Secunda, audita mala cum augmento proferre. Tertia, crimina falſa imponere. Quarta, bona occulta negare. Quinta, bona manifeſta vituperare. Sexta, bona in malum conuertere. Septima, bona immiſcere malis, vel mala ſua alienis addere; vt cum ſe accuſat, & defectus ſuos dicit detractor, vt de alijs malis, quæ ſubiungit, melius ei credatur: & ex compaſsione loqui videatur: *Videte canes, videte malos operarios, videte concaſionem.* Quinto, fecit eum commilitonem ſuum & aſſeſſorem in patibulo Crucis: de quo ſatis ſuperius dictum eſt.

L. Andreæ primilegia.

M. Detractores canes.

Phil. 3.

D E

DE BEATA BARBARA SERMO vnicus, in numero toto 3. Per Thema, Sapientia vincit malitiam. Sapientiæ 7.

A Sapientia triplex, mundi, carnis, & Dei.

SECVNDVM Bernardum in quodam sermone, triplex est sapientia, scilicet carnis, mundi, & Dei. Sapientia mundana est, qua homines reputantur prudentes: eo quod sciunt acquirere diuitias, & honores, & ascendere ad altas dignitates. Dicitur enim modo secundum mundi reputationem: est vnus notabilissimus homo, habet duo vel tria beneficia vel officia, ipse est prudens vel sapiens, ipse bene scit res suas facere. Et ista, sicut dicit Bernard. nobis pater est. Pater enim vult filium suum continuo laborare varijs modis, vt possit ad altum statum pertingere. Sic & hæc mundi sapientia hominem infinitis miserijs & quæstionibus immiscet, vt possit altos honores & diuitias acquirere. Sed audi quid dicat noster medicus Apostolus: 1. Cor. 3. *Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum*. Stultus est, qui ad hæc quærenda totum & tempus suum & etiam se ipsum perdit. Matt. 16 Vnde etiam Matth. *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur: animæ vero suæ detrimentum patiatur?* Sed hanc sua sapientia, aut magis diuina, quæ in ea habitabat, expulit Barbara, cum honores mundi & gazas spreuit, dum paterna bona & hæreditatem despiciens, vilissima morte in reputatione mundi, sed preciosa in conspectu Dei, mori pro Christo elegit. Sed sapientia carnis est, qua homo scit carnem suam nutrire in omni voluptate & delectatione, secundum quod solent carnales dicere: Talis est bene sapiens. Nam habet vnde viuere, & facit hilarem vultum, & sibi dat de bono tempore. Quid amplius oportet ei? Et ista nobis mater est. Sicut enim mater vult filium suum delicate nutriri, custodiri à frigore, à fame & siti, & sic de alijs: sic carnalis sapientia, quæ in carnalibus militat, vult carnem nutriri. Nam dicit sapientia carnis: Quid te abstinebis à cibo & potu? tu forte dolebis caput vel stomachum. Sed audi quid dicat noster medicus Apostolus: *Prudentia carnis mors est*. Prima quidem Rom. 8. sapientia est stultitia, quæ facit hominem esse extra sensum: quia sicut homo stultus hac & illac per vicos & plateas discurrit: sic & mundi sapientia ad coaceruandas diuitias & honores hominem per totum mundum currere facit. Sed sapientia carnis hominem totaliter destruit, iuxta illud: *Ducunt in bonis dies* Iob 21. *suos*. sequitur: *Et in puncto ad inferna descendunt*. Sed hanc sapientiam (quæ vere malitia est) sapientia diuina, quæ in beata Barbara habitauit, custodiendo diuina præcepta, vicit & exterminauit. Contempsit enim delicias carnis, vt patuit, quando respuit nuptias carnales, imo etiam carnem suam contempsit, dum eam pœnis & tormentis exposuit. Hoc autem fecit, vt aspiraret ad sapientiam diuinam, quæ non inuenitur in terra suauiter viuentium. Nam *abyssus*, Iob 28. scilicet cupiditatis, *dicit, non est in me, & mare*, hoc est amaritudo carnalitatis, quæ semper relinquit sui pœnitudinem, *loquitur, non est mecum*. Patuit autem in tribus fenestris, eius in diuinis sapientia, quia in illis ostendebat se recognoscere ipsam Trinitatem, quam cognoscere est summa sapientia & vita æterna, secundum illud: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum*. In ista sapientia vicit Barbara malitiam, sed efficacius virgo glorioſa Maria, pro qua singulariter dictum est ad serpentem (qui merito dici potest non solum malus, sed & malitia ipsa,) Ipsa conteret caput tuum, & hoc per sapientiam diuinam, quæ etiam corporaliter in suo ventre habitauit. Ad eam igitur, vt nos doceat eamdem malitiam vincere, & dignum aliquid ad honorem suæ dilectæ Barbaræ dicere, recurramus, dicentes, Aue.

SAPIEN-

SAPIENTIA B. BARBARAE vicit tripliciter malitiam. Primo quidem mundi, Secundo carnis. Tertio diaboli.

PRIMO, vicit malitiam mundi, contemnendo mundum & omnia eius bona, licet nobilis esset, & ex diuitibus parentibus. Erat enim ex matre, quæ dicitur prodijsse ex nobili radice Iesse: & ex patre Dioscoro rege, qui ideo forte rex dicebatur, quia aliquam prouinciam sub se regendam obtinuerat: sicut ille qui in Euangelio dicitur regulus.

Sed quæritur, an sit in ea aliquid laudis, quod ex nobili genere prodierit. Et videtur quod non. Primo, quia discipuli Christi fuerunt ex basso genere, & propter hoc non minus laudantur. Secundo, laudabilius est ex paruo venire ad magnum. Laudabilius est igitur venire ad regnum æternum ex basso genere. Hinc Magdalena laudatur, quia ex statu peccatricis venit ad statum valde perfectum. Dicitur primo, quod laudabile est sanctis, quod processerint ex nobili genere, propter tria. Primo, ad ostendendum grauitatem martyrij aut operum pœnalium per eos factorum. Nobiles enim delicate nutriuntur, & præcipue in pueritia: ex delicatis autē cibis generatur tenera caro. Magnæ vero admirationis est teneram carnem posse dura supplicia portare. Inde dicitur passio Christi fuisse acerbissima, quia Christus tenerrimæ erat complexionis. Similiter non assuescunt duris: ideo difficilius portant dura & aspera. Inde non mirū, si pauci nobiles faciunt opera virtuosa, cum virtus versetur circa difficile. 2. Ethico. Vnde Arist. in problematibus quærit: quare nobiles paucos generant filios, rustici vero plures. Et dans rationem dicit hoc esse: quia in nobilibus delicate nutritis pauca relinquitur materia ad ministrandū semen: in rusticis vero ex grossis cibarijs multa. Sic nobiles propter difficultatē paucam assumunt materiam ad ministrandum semen bonorum operum, & paucā relinquunt suis filijs & successoribus: rustici autē magis se exercent in materia virtutis. Idcirco ad grauitatem passionis B. Barbaræ ostendēdam, multum valet declaratio nobilitatis eius. Secūda ratio, vt declaretur, quod vere statum nobilitatis exercuerunt, & finē eius assequuti sunt. Nobiles enim ordinātur ad defensionē fidei, & ad tuitionem populi. Et quia hoc fecit Barbara moriendo pro Christo, & subueniēdo populo per multa miracula: ideo merito recitatur eius nobilitas: vt etiam exemplo eius nobiles ad similia prouocentur.

B *Nobilitas in sanctis laudatur.*

Tertio, ad ostendendum magnitudinē humilitatis eorum, quia secundum Bern. rara virtus humilitas honorata. Sic Phanutius nobilis senator Romanus, qui se humiliauerat relinquēdo senatū & plurima bona, amplius laudādus erat, quā monachus ille, qui solum aratrū reliquerat, licet modico vino vteretur, & alius aqua, vt recitat B. Hiero. Vnde & Apost. volens ostendere humilitatem maximā Christi, primo ostendit eum fuisse æqualē Deo, dicens: *Qui cū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* & deinde sequitur humilitas eius: *Sed semetipsum exinanuit.* Et Ioan. 13. Antequam ostendat Euāgelista humiliationem vsq; ad pedes, declarat eius dominiū dicens: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deū vadit.* Sic magnæ humilitati deputatur, quod magni viri & nobiles in mūdo se humiliauerunt pro confessione nominis Domini vsq; ad tormenta horribilia. Dicitur secūdo, quod licet aliqui sancti non fuerint nobiles genere, nō tamen propterea vituperabiles. Nō enim possunt omnes sancti de omnibus excellentijs aut nobilibus cōditionibus laudari: sed vnusquisq; in suo ordine habet suas prærogatiuas. Lapides precioſi nō laudātur omnes de vna & eadem proprietate: sed quidā vnam, quidam aliā habent. Similiter de quolibet cōfessore cātatur: Non est inuentus similis illi: quia vnus vnam habet laudabilē condutionem, in qua alios excedit, & alius aliam. Inde dicit Apost. quod

Phanutius.

C *Nobilitas clariorem reddit humilitatem. Phil. 2.*

Ioan. 13

1. Cor. 15. quod *ſtella differt à ſtella in claritate*. Nobilitas tamen virtutis gratior eſt & venuſtior, dum eſt coniuncta nobilitati carnis: ſicut lapis precioſus gratior eſt, dum coniungitur auro. Propterea ſtuduit Barbara cum nobilitate generis habere nobilitatem mentis & virtutis, inquirendo de vero Deo, cui ſeruire ſumma eſt mentis ingenuitas, & (vt dicitur) pro notitia eius habenda miſit ad Origenem.

Sed quæritur, quomodo poteſt eſſe verum, quod miſerit ad Origenẽ. Nam Origenes ſecundum Euſebium li. 6. Hiſt. Eccleſiaſt. ca. 1. ſub Seuero Imperatore puerulus erat, & ſub Gallo mortuus eſt, non ad integrum expleto ſeptuageſimo ætatis ſuæ anno, vt dicit idem lib. 7. c. 1. eiuſdem Hiſt. Cuius ſententiæ conſentit Hiero. li. de viris illuſtribus. Barbara autem ſub Diocletiano & Maximiano paſſa eſt. Modo inter Gallum & Diocletianum regnauerunt multi Imperatores, vt Valerianus & Galienus, & etiam Diocletianus vſque ad nonum decimum imperij ſui annũ non perſequebatur manifeſte Chriſtianos: ſed illo ſolũ anno cœpit eos crudeliter perſequi, vt habetur in prædicta hiſt. li. 8. ca. 1. Quomodo igitur poteſt ſtare, quod Barbara miſerit ad Origenem, vt ab eo inſtrueretur in fide? Reſpondetur, quod verum eſt, quod mortuus erat Origenes in ſe, ſed tamen adhuc viuebat in diſcipulis ſuis. Et ideo, quia Barbara forte miſit ad aliquem ex diſcipulis Origenis, dicitur miſiſſe ad Origenem, quaſi adhuc viueret in illo, ſecundum illud: *Mortuus eſt pater, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim reliquit poſt ſe*. Fuit nempe Origenes multum excellens in vita & doctrina. Quoniam vero nullus admittitur ad ſeruitium nobiliſſimum ſummi regis, nec de eius famulis eſſe poteſt, niſi ſit per baptiſmum regeneratus, ideo deſcendit Ioannes Baptiſta, vt eam baptizaret; vt dicitur in quadam legenda.

D *Quomodo ſtat, quod Barbara miſerit pro fide ad Origenem.*

Eccl. 30

Sed quęritur, an hoc ſit veriſimile, quod B. Ioannes Baptiſta deſcenderit ad Barbaram baptizandã? Et videtur quod nõ. Primo, quia miracula Dei non fiũt ſine cauſa ſed in ciuitate Nicomedię erant plures ſacerdotes, qui eam poterãt baptizare, cũ maxime ibi viguerit perſecutio, & ciuitas repleta eſſet Chriſtianis. igitur. Et ſi dicatur, quod Dominus bene miſit Petrũ Apoſtolum curare mãmillas Agathæ. Non eſt ſimile, quia illa curatio non poterat fieri virtute humana, ſed iſtud poterat ſuppleri per opus humanum. Ridiculũ eſt dicere, quod Deus faciat miracula, vbi ſufficiunt ad hoc homines. Itẽ, multi hiſtoriographi (vt Vincent.) aliter dicunt. Reſpõdetur primo, quod non multũ veriſimile eſt, quod B. Ioãnes Baptiſta deſcẽderit ad B. Barbaram baptizandam, prẽcipue propter primã rationẽ aſsignatam. Etiã ſicut dicit Aug. in legendis ſanctorũ, hæretici aliqua addiderũt quãdoq; ad cõfuſionem Eccleſiæ. Inde eſt, quod antiquitus nõ legebantur in Eccleſia. Dicitur tamẽ ſecundo, quod hoc poteſt habere veritatẽ altero trium modorũ. Aut propter honorem ſibi exhibendum: ſicut dicimus de beata Chriſtiana, quod Chriſtus eam baptizauit: & de B. Dionyſio, quod Deus eum communicauit, licet eſſent plures ſacerdotes, qui hoc libere potuiſſent facere. Alio modo propter neceſsitatem potuit iſtud contingere, quia erat in turri, ad quam non patebat liber acceſſus: & ideo forte timebant illuc intrare preſbyteri: & propter hoc Dominus miſit ad ancillã ſe inuocantem Baptiſtam ſuum. Tertio, propter eius conſolationẽ. Magna enim erat pro Chriſto paſſura, neque à Chriſtianis poterat libere conſolari propter patrem. Ideo miſit ei Dominus tã pro baptiſmo, quàm pro confirmatione & conſolatione eius. Sicq; confirmata, cõſolata, & nobilitata virgo Barbara gloriari poterat in Deo, & gratias ei agẽdo dicere: *Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem*: vulgo enim dicitur: *Beauté ſans bõté ne vault rien*, id eſt, pulchritudo ſiue decor ſine bonitate nihil valet. Vnde videmus plures pulchras & nobiles mulieres: ſed vbi non eſt bonitas, magnũ eſt periculum. Melior

E *Quomodo veriſimile ſit B. Ioannem Baptiſtam deſcendiſſe ad Barbaram baptizandã.*

Pſal. 29

eſt

est bonitas sine pulchritudine. Inter omnes arbores vinea turpior est, vt dicit Chrys. & tamē fert optimū fructū. Similiter quercus arbor pulchra, sed nō refert fructus, nisi pro porcis. Sed beata virgo Barbara cum nobilitate & pulchritudine carnis habuit gratiā & virtutes: nō solum infusas in baptismo propter merita Christi, sed etiam propter multa merita personalia. Secundo, sapientia Barbaræ vicit malitiā carnis, quando cōculcauit omnes voluptates carnales, permanēdo in proposito virginitatis, vt fieret sponsa Christi. Inde & patri offerenti nuptias respondit: Absit hoc à me pater, quia habeo sponsum Christū. Sed quare abscōdebat eā pater in turri, si eam volebat aliquādo matrimonio coniungi? Respōdetur. Triplex potuit esse causa illius abscōsionis. Prima quidē, quia forte primo concepe-

F Triplex causa abscōsionis Barbara in turri.

rat eam cōsecrare virginem deabus, propter stultā deuotionem, quam habebat ad deos suos & deas. Vult enim diabolus sibi seruiri de virginibus, sicut seruitur Deo: ita faciunt magici, habēt enim puerum virginem (vt ait Policraticus) ad faciendum carmina sua, faciendo illū respicere in speculo, vngue, vel alibi. Secūda causa potuit esse, propter eius pulchritudinem: ne à quoquā concupiscēretur, & sic fraudaretur debitis nuptijs secundum statū suum. Vtinā puellæ sic tenerentur clausæ vsque ad ætatē matrimonij, quod non vagarētur per villam: sicut Barbara, quę cōtinue in illa turri morabatur. Non fierent tot basia rustica & amplexus, ex quibus periculū oritur violādę castitatis. Sicut enim cattus frequēter tactus minus valet, & dimittit dē pilis: sic filiæ frequēter tactę à geneonibus. Inde grauiter tulit Octauianus Augustus, cum semel vidit

G Carnis insultus quàm sit vehemens & tenax.

filiā suam à quodam milite osculari. Mirabilis enim est insultus carnis, & tam tenax, quod multi qui amplius nō possunt complere opus lubricum, faciunt tamen sicut lecator, qui lambit hastile vel veru. Similiter mulier vetula se ornat & apta incedit: sicut vetus pelliparia volens vendere pelles suas veteres. Tertia nihilominus causa potuit esse, ne quis ad eam accederet de Christianorū secta: sicut legimus de sancto Iosaphat in historia, quā scripsit Damascenus. Vicit ergo nobiliter Barbara carnē, sponsum Christū sibi assumens: cui tamē poterat dicere illud, quod dixit Sephora Moysi viro suo: *Sponsus sanguinum tu mihi es.* quia prō eo sanguinem suū fudit. Tertio, vicit sapiētia Barbaræ malitiam dęmonis: quādo vicit filios diaboli & ministros eius, patrē suum & Martianum prędē. Primo, pater eius intellecto quod Christiana esset Barbara, quia Christum sponsum suum dicebat, & quia tres fenestras in honorem sanctæ Trinitatis se fecisse cōstrui fatebatur, voluit eā accepto gladio occidere: sed ipsa fugit à conspectu eius. Sed hic quæritur primo, quomodo voluit eā occidere pater eius, quomodo oblitus est paternitatis suæ. Respondetur, quod hoc potuit procedere ex tribus. Primo, ex falsa pietate, quā habebat ad deos suos. Ita enim arbitrabatur se obsequium præstare dijs suis, sicut illi Iudęi Deo, qui se deuouerūt non manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum. Act. 23. Nō minus etiā quam iusti, qui mouentur zelo recto secundum scientiā: quemadmodum ille sanctus homo, qui exheredauit filiū suū, eo quod negasset Christū coram Iuliano Apostata, li. 6. hist. tripar. c. 44. Secundo, ex odio inueterato & à longo tempore concepto contra Christianos. Odiū enim peruertit iudiciū. A veteri acere dolij nō potest remoueri fex: sic nec mala affectio ab habente odium inueteratum. Tertio, quia videbatur ei, quod filia sua faceret contra præcepta Imperatorum. Magnam autem terram, & magna officia habebat ab Imperatore. Ideo ne incurreret indignationem Imperatorum, & ne perderet terras suas, motus est ad persequendum filiam suam.

H Quomodo pater motus est, vt vellet occidere Barbarā

Odium inueteratum quomodo peruertit iudiciū.

Secundo quæritur, quomodo Barbara fugit, cum percuti quæreret propter nomen Domini. Dicitur, quod hoc

esse potuit, quia miserebatur patris, & ei compatiebatur, ne tantum scelus in eã perpetraret, & quia videbat ex furore subito hoc contigisse, expectans si forte postea mitigari posset furor eius, & sic lucrari patrem suum. Volebat ergo pater Barbaræ, vt ipsa dotem suam perderet: sed noluit, & fugit ab eo. Cum autem esset abscondita, vnus pastorum eam digito demonstrauit. Ille fecit Barbaræ sicut fabulose dicitur multorem fecisse vulpi absconsæ sub rota molendini sui: cui iurauit quod eam non reuelaret. Venientibus enim venatoribus, verso dorso ad vulpem, demonstrabat eam digito, dicens: Non est hic. Capta vulpes dixit: Bonum fuit os, sed malus digitus. Sic multi sunt amici verbis, sed operibus cõtrarij: multi habent multa bona verba, sed digitus, idest opera eorũ sunt cõtraria verbis. Sic ergo vicit patrem non acquiescendo eius peruersis suggestionibus. Secundo, vicit malitiam dæmonis in præside Martiano. Pater enim videns constantiam eius in fide Christi, tradidit eã Martiano præsidi sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, qui secundum Chryso. erant duæ alæ diaboli, deferentes per sua edicta persecutionem cõtra Christianos per totum mundum. Stetit autẽ Barbara ante præsidem imperterrita, quia sibi assistentem sciebat esse diuinam virtutẽ, & propterea merito nihil timebat. Sic Psal. *Dominus* (inquit) *illuminatio mea, & salus mea, quẽ timebo?* Et iterum: *Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.* Et Iob confidẽter dicebat Domino: *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* Permisit tamen Dominus ad tempus Barbarã diuersis tribulationibus & tormentis affligi, sed tandem eam liberauit, vt in ea verificaretur illud Iob: *In sex tribulationibus liberabit te: & in septima non tanget te malum.*

1 Diaboli ala Diocletiani & Maximianus.

Psal. 26

Psal. 117.

Iob 17.

Iob 5.

Prima autem eius tribulatio fuit, quod sicut puella tenera virgis cæditur. De virgis nihil est, sed per eas fit bona fleubothoma, & expulsio sanguinis mali, & ideo debet eas petere puer à patre, dicens: *Libera me de sanguinibus.* scilicet malis, hoc est, peccatis & malis inclinationibus, quod sæpe fit per correctionem virgarum in pueris. Istas sustinuit Barbara cum patientia, licet ministri tyranni percuterent sine misericordia. Sic in sexu fragili abscondita est fortitudo Domini. Et hoc amor faciebat in virgine: nec mirum, quia si amor sæculi facit amatores suos omnia perferre, vt suam compleant voluntatẽ, quid facere debet amor Dei? Sed aduertendum, quod etiam Dominus percutit homines virga; duplici tamen. Prima quidem ferrea, quæ non flectitur, quia mali perpetuo & inflexibiliter punientur, sicut de eis dicit Psalmista: *Tamquam vas figuli confringes eos.* Secũda virga est plumbea flexibilis, qua Deus iustos hic percutit: quæ nõ perpetuo affliget: quia *non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum.*

Psal. 50

K. Virga Dei duplex, ferrea & plumbea

Psal. 2.

Psal. 124.

Secunda tribulatio, quia fuit suspensa versis pedibus, & malleis caput eius cõtusum vsque ad stillationem sanguinis. Ecce quomodo permisit Dominus corpus dilectæ suæ ad horam pati: quia *terra data est in manu impij*, terra scilicet corporis, & (vt dicitur communiter) semper Abel habet suum Cain. Sed de iusto dicit Psal. *Dominus non derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eum cùm iudicabitur illi.* Et iterum: *Dominus custodit omnia ossa eorũ*, scilicet virtutes & merita. Et Dominus promisit suis: *Capillus de capite vestro non peribit.* Tertia tribulatio: quia in eculeo suspensa est, & ad eius latera lampades ardentes applicatæ. Sed Barbara Deo gratias agebat. Non potest à sacco exire, nisi quod intus latet: & per fumum camini cognoscitur ibi esse ignis. Sic ab ista bona virgine non nisi gratiarum actio & vox laudis, ex qua clarescceret intus esse ignem amoris diuini. Gratias autem agebat, quia sciebat se illo modo peruenturam ad sponsum suum Christum. Propter eamdem rationem gaudebat beata Dorothea, cum duceretur ad decollandum.

Iob 9.

Psal. 36

Psal. 33.

Luc. 21.

landum. Cuidam enim Theophilo nomine, quærenti, Quo vadis pulchra Dorothea? Respondit: Vado ad hortum sponsi mei. Cui ille: Affer ergo mihi de floribus eius. Tunc orauit ad Dominum, & per quemdã adolescentem allati sunt ei flores, quorum odore ac suauitate tractus, cucurrit ad martyrium, horum etiã florum dulcedine recreata Barbara, dicebat tyrãno: Vide miser, quia ignis iste nõ dolorem, sed refrigerium mihi præstat. Sed vtrũ licebat ei subsannare & irridere tyrannum? Respondetur, quod vbi nõ est spes emẽdationis, possunt irrideri ad suam cõfusionem: sicut fecerunt Machabæi & beatus Vincentius.

Vide solutionẽ quæstionis ad longum sermone 3 sancti Stephani.

Quarta tribulatio: quia euulsæ sunt ei mammillæ, quæ sunt partes tenerrimæ: sed nihilominus ipsa laudabat Dominum, figurata per illas aquas, pro quibus Psal. precatur. *Aquæ quæ super cælos sunt*, hoc est mentes tribulationibus ad superna eleuatæ, *laudent nomen Domini.* Sed quæritur, quare Dominus permisit Barbaram ita cruciari: homo enim mortuus fuisset ex ictibus mulleorum, quos sustinuit. Non enim oportet nisi habere vnum ictum in capite pro morte. Item mortuus fuisset homo ex vstione laterum. Similiter ex modico malo in mammillis. Quare non permisit Dominus, quod ipsa moreretur in prima vice, ne tanta pateretur? Videtur quod Dominus delectaretur in tormentis eius. Respondetur, quod hoc faciebat Dominus propter multa. Primo ad ostendendũ, quod pro mille mortibus non deberet homo negare nomen Domini. Passa est enim Barbara forte tot mala, de quibus tresvel quatuor fortissimi homines mortui essent, ad ostendendũ, quod in corde Christiani ita debet esse fixũ nomen Christi, quod nullis mortibus auelli debet; verificando illud: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatẽ.* Secũda ratio, ad ostẽdendum, quod sicut in manu tyrannorum erat terra corporum martyrum data, sic in manu Dei erat anima; ita quod sicut tyranni tangebant ex vna parte terram eorum: ita Deus vinculum animæ tenebat cum corpore supra naturam, vt non possent tyranni facere quod vellent: & sic ostendebat, quod nõ habebant omnimodam potestatẽ super eos. Tertia ratio, vt pluribus tormentis maior victoria haberetur in sanctis, & per consequens, beatior & efficacior corona. Barbara enim eo glorioſior fuit, quo plura tormẽta pro Christo gaudenter sustinuit. Quinta tribulatio est, quia fecit eam tyrannus nudã per totã ciuitatem circumduci in opprobrium & contumeliam; vt qui vellet, ea abuteretur. Sed ipsa orauit, dicẽs: Domine Deus, qui operis cælum nubibus, qui tegis & ornas cælos: iube operiri corpus meum, vt non videatur ab impijs tyrannis. Et tunc per Angelũ cooperta est stola candida. Dicunt quidam, quod opertura illa erat ex lumine causato ab Angelo: ita quod amicta esset tunc lumine quasi vestimento. Alij dicunt, quod astantes percussi sunt acrisia, id est, cæcitate: ita vt eã videre non possent in ea qualitate, in qua erat. Simile legitur Gene. 19. de Angelis, qui percusserunt Sodomitas acrisia, ita vt ostiũ domus Loth inuenire non possent. Similiter 4. Regum 6. de Helisæo, qui latrunculos Syrię cæcitate percussos introduxit in medium Samariæ. Tunc autem restitutæ sunt mammillæ Barbaræ, plagis omnibus sanatis. Sed quare ad sanitatem mammillarum & vestimentum luminosum non credidẽrũ pater & præses? Respondetur, quod hoc fuit. Primo, quia nõ erãt de prædestinatis ad vitam æternam. Secundo, quia hoc imputabant arti magicæ: sicut de Agnete legimus: & vocabant Christianos magos.

Ps. 148

L Barbara & martyres quare Deus voluit & fauitissimis permisit fieri cruciatibus Cant. 8.

Sexta tribulatio fuit in capitis amputatione. Prædictis enim visis, iudex nimio furore repletus, eam decollari mãdauit. Cuius sententiam pater Barbaræ executus, igne cælesti consumptus est: & ipsa ad sponsum suum Christum euolauit. Et sic in septima tribulatione, quæ solet esse post mortem in iudicio particulari,

Digitized by Google

non tetigit eam malum: quia ſtatim in cælum conſcendit cum victoria & triumpho de tyrannis. Ex ſupradictis ergo ſatis patet, quomodo ſapientia Barbaræ vicit malitiam. Sed quomodo vicit Barbara, quæ occiſa eſt? Communiter enim qui victoriam habet, non occiditur, ſed occidit inimicum ſuum, vel tenet eum captiuum. Reſpondetur. Vicit Barbara, cuius perſecutores potius occiſi ſunt, ſcilicet morte ſpirituali, animæq; per peccatum, quę eſt præcipua & peſsima mors, & etiã morte corporali miſerabili ſicut pater eius, qui fulgure obijt, & tandem morte æterna: ipſa autem proprie non eſt occiſa ex tormentis, ſed inde magis viuificata: licet aliter putarent tyranni. Nam *viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace.* Inde Auguſt. de ciuit. Dei lib. 13. cap. 8. Si diligenter conſideremus, cum quis pro veritate fideliter & laudabiliter moritur, mors cauetur. Adeo quippe aliquid eius ſuſcipitur, ne tota contingat. Suſcipitur enim à corpore ſeparatio animæ, ne à Deo anima ſeparetur. Sicut enim qui habet ſub veſte armaturam ad corporis cuſtodiam, cum gladio percutitur, ab his, qui armaturam neſciunt, occidi creditur, & tamen non læditur: ſic viri ſancti, qui intus habent virtutum armaturam, cum corporaliter vulnerantur, à fatuis creduntur occidi: vere tamen viuunt. Ideo Seneca hortatur: Intus inſtruamur. Si pars illa tuta eſt, pulſari poteſt homo, capi nõ poteſt. Vera enim mors hominis non eſt mors ſolius corporis. Quod quidam non clare videntes, & inter equum & equitẽ diſtinguere neſcientes, & quaſi à remotis reſpicientes, mortem equi mortẽ equitis eſſe putant, cum indubitanter à milite Chriſti vera mors caueatur, cum morte corporis pro Chriſto moritur. Ideo non eſt reputandus mortuus, qui ſolo corpore mortuus eſt. Anima enim viuit Deo, quæ eſt eius nobilior pars. Sicut non eſt reputãdus ille nobilis, qui ex meliore ſui parte ſeruus eſt, ſcilicet animæ. Inſipiens enim (vt ait Seneca) æſtimat hominem ex ea parte, qua non eſt homo, ſcilicet ex parte corporis. Ipſe enim in vanum accipit animam ſuam: quia de ea iudicat, ac ſi animam non haberet. Et tales hominem pulchrum putant, ſi corpus ſit pulchrum, tali fatuitate laborantes, quali ille, qui vas reputaret mundum, eo quod exterius eſſet mundum. Contra quos Matth. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi, qui mundatis quod de foris eſt calicis & paropſidis: intus autem eſtis pleni immũditia & rapina.* Reputant etiam eum ſanum, qui corpore ſanus eſt, & infirmus ad vitam æternam. Vnde recte de tyrannis dictum eſt: *Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis*: qui cum ſtrepitu grandi paruas ſpinas comburit, trunco integro remanente. Sic illi, cum terroribus & minis vitia, ſi qua erant, in martyribus conſumpſerunt, anima integra remanente. Hæc igitur fuit ſapientia Barbaræ, vt moriendo occideret inimicum & vinceret: atque ſic velut prudens virgo intraret cum oleo gratiæ & virtutum cum ſponſo Chriſto ad nuptias cęleſtes. Quæ nihilominus habet etiam oleum compaſsionis ad cõpatiendum nobis, ſi ex corde ad eam recuramus. Et certe exiſtimandum eſt, quod Deus aliquid, imo multum pro ea faciet, quæ pro eo plurima paſſa eſt. Rex enim militi, qui pro eius & patriæ ſuæ defenſione multa perpeſſus ſit, plurimum defert. Igitur non dubitemus ad eam recurrere in neceſsitatibus noſtris, & cum eius auxilio omnes aduerſantes nobis vincere poterimus.

Martyres quomodo vicerunt tyrãnos licet occiſi corporaliter

Sap. 3.

Mat. 23

Pſ. 117.

SERMO IIII. IN ORDINE, & primus de ſancto Nicolao, per Thema.

ET vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs. In quibus verbis propoſitis Dominus tres conditiones deſignat requiſitas ad hoc quod eius poſsideatur hęreditas. Prima tangitur, cum dicitur: Vos ſitis ſimiles hominibus, hæc eſt manſuetudo. Nam Ariſt. 1. Politi. dicit, quod homo eſt animal natura manſuetum. Ideo contra hominis naturam eſt, quod ſit in eo cru-

Luc. 12.

A Tres conditiones requiſitæ ad hæreditatem cæli percipiendã

Digitized by Google

eo crudelitas. Hoc enim magis accedit ad naturã bruti. Ideo instar B. Nicolai, qui à crudelitate mortis iuuenes eripuit, sitis similes hominibus, id est mansueti; quia
Psal. 36 *mãsueti hæreditabunt terram*. Secunda tãgitur, cũ dicitur: Expectantibus dominũ suum. Oportet enim esse expectantes, sicut qui habent gratiam expectatiuam super aliquo magno beneficiorum collatore, oportet quod expectent tẽpus vacationis beneficij: Dominus autem singulis dedit gratiam expectatiuam futuri beneficij, & hoc gratis, nec oportet tẽpus vacationis expectare: quia in paradiso locus vnius non impedit alterius locum. Vacauerunt tamen multæ prębendæ in cælo per ruinam Angelicam. Si Episcopus aliquem vocaret ad præbendas, cito curreret. Christus autem vocat ad has præbendas pro precio pauco, scilicet pro bonis operibus: & tamen nemo vult pro huiusmodi operari. Qui autem operaba-
Psal. 39 tur pro illis habendis, dicebat: *Expectans expectaui Dominum: & intendit mihi*. Quia vero multi expectant mundanos honores & præmia, & hic quærunt suam remunerationem: ideo subditur tertia cõditio, quod scilicet expectet eum quando reuertatur à nuptijs. Postquam enim dominus nuptijs gauisus est, & multa exposuit: post hoc ponit rationem cum seruis suis super villicatione & debitis eorum. Sic postquam se totum exposuit ad sibi coniungendum inseparabiliter naturam humanam, oportebit cum eo computare de honoribus, dignitatibus, scientia, eloquentia, diuitijs & alijs donis gratuitis. Multi enim nunc bene expectant eum
Psal. 48 cum eis aperit manum. *Confitebitur tibi cum benefeceris ei*. Sed quando veniet Dominus à nuptijs ad iudiciũ, stricte cõputabit cum illis. Dicitur enim: *Abijt via lõgissima*, scilicet in cælũ: *facculum pecuniæ secum tulit*: scilicet suam humanitatem: *in die plenæ lunæ reuersurus*: id est, quando electis plena erit Ecclesia: & tunc à singulis rationem requiret. Vel facculum pecuniæ, id est Mariam, quæ fuit facculus, in quo posuit Dominus omnes thesauros suos, vt in illo sæculo nos indigẽtes requiramus de thesauris altissimi. Vt igitur de eis participemus, dicamus, Aue. Expectandus est Dominus ad tria. Primo ad corporis sustentationẽ: vt pulli parentes expectant, nec nidum exeunt, contenti cibo quem eis parentes administrant. Sic à Deo expectare debemus, nec nidum fidei Christianę, nec mandatorum Ecclesiæ exire debemus, vt tẽporalia acquiramus. *Omnia a te expectant, vt*
Psal. 144. *des illis cibum in tempore opportuno*. Sed dicet aliquis: Ero ergo ociosus, & nihil operabor, expectans quod Dominus mihi ministret cibum. Ad hoc dicitur, quod hoc nõ vult Dominus. Bern. Piger à Deo sibi credit subueniri, qui in hoc mundo vigilare prẽcepit: vult enim Dominus laborem tuum. *Vanus quoniam tu laborem &*
Psal. 9. *dolorẽ considerasti*. Et quantũcumque laboraueris & sollicitus fueris de necessarijs habendis, si mãdata Dei & Ecclesiæ non fueris transgressus, nidum tuum non existi, id est, ab alieno quàm à Deo non quęsiuisti. Sed si pro temporalibus acquirẽdis mendacia, periuria, furta, rapinas, adulteria, & similia commiseris, nidum tuum existi, de quo Iob: *In nidulo meo*
Iob 29. *morior*, id est, ad temporalia non transibo propter diuitias acquirendas. Sic nec exiuit Nicolaus: non quęrens per mendacia à populo suo frumenta ad satiãdum eius famem, sed precibus promittendo tandẽ reddere in portu, ad quem tendebãt, sperans in diuino auxilio. Secũdo, expectandus est ad cõputandum. Sicut receptores dominorum facere solent in tẽrmino anni. Si enim alicui esset assignata dies aduentus domini sui, in quo sub capitali sententia haberet respondere de omnibus factis suis & expensis; & nesciret diem illam neque horã; nec cibis nec potibus vacaret, semper solicitus quomodo respõdere posset. In iudicio vero Dei dies assignatur nobis, non ad caput perdendum tantum, vel hæreditatem terrenam, sed ad perdendum cor-

B *Expectãdus est Dominus ad tria.*

C *Piger nõ sibi creditur à Domino*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

pus & animam, & hereditatem eternam, si male egerimus, & nescimus diem vel horã. Insanus est ergo, qui illã diem non
Luc.13. præcogitat & delicijs vacat. *Estote & vos parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.* Sic autẽ expectauit Nicolaus, quod numquam delicijs vacauit, imo à pupillo cœpit summa promereri gaudia. Non sic eum imitantur multi, qui expectant Dominum, sicut monachi Abbatẽ comedendo & deliciando. Cogitent tales, quod dum porcus vel bos versus natale pinguis efficitur, merito de morte
Mat.24 eius citius tractatur. Sic *in diebus Noe erãt ante diluuium comedentes & bibentes & ad nuptias ducentes, & subito venit ira Dei & diluuium, & tulit omnes: ità erit aduentus filij hominis.*

Tertio, expectandus est ad animæ retributionem: vt mercenarius mercedem pro labore expectat. Homines de nuptijs venientes solent esse suis amicis iucundiores & largiores: ideo cito quod volũt ab eis impetrant. Inimicis autem eorum crudeliores: sunt enim vino pleni. Sic Dominus de supernis nuptijs aduenies
Psal.77 facturus est. *Excitatus est tamquam dormiẽs Dominus: & tãquam potens crapulatus vino: & percussit inimicos suos in posteriora, &c.* Oportet ergo eum expectare non vt inimicos, sed vt amicos. Quemadmodum fecit Nicolaus, qui eum diu expectans tanta ab eo obtinuit, vt non solum pro se magnitudinem gloriæ, sed etiam multitudinem miraculorum infinitam ad auxilium & subsidium peccatorum meruerit. Ideo vt eum imitemur, nobis dicitur: *Et vos similes hominibus. &c.* Apostolus dicit, omnia quæcumque ha-
1.Cor.4. bemus à Deo illa accepisse. *Quid enim,* inquit, *habes quod non accepisti?* Ita vt bona naturæ, fortunæ, & gratiæ, omnia ab eo susceperimus: de quibus coram Deo ratio reddenda est. Quidam vero hanc rationem reddere susceperunt ad vnũ terminum, vt qui in infantia decedunt. Alij ad duos, vt in iuuentute morientes. Alij ad tres, vt morientes in virili ætate. Alij ad quatuor, vt morientes in senectute. Quia igitur beatus Nicolaus obijt senex, ideo sibi credita accepit ad quatuor terminos: quare in præsenti sermone dicemus, qualiter se præparauit ad reddendam rationem corã Deo in singulis terminis de sibi à Deo creditis. In infantia ergo accepit à Deo priuilegium maximæ gratiæ. Post baptismum quidem signum maximæ virginitatis, castitatis, & abstinentiæ. Vt scilicet cum infans esset, vbera matris non nisi semel quarta & sexta feria contingeret. In qua ætate multum videtur se præparasse ad rationem reddendam. Primo, custodiendo thesaurum sibi datum, ne perderet. Data enim erat sibi caro, sed mundata per baptismum, quã vnxit myrrha amaritudinis pœnitẽtiæ, ieiunando tunc bis in hebdomada, præseruandõ eam à putredine luxuriæ. In qua damnantur miserrimi, qui dicunt se non posse continere. infantia enim Nicolai eos condemnat. Si subtraherent ligna foco, sicut fecit beatus Nicolaus, & exemplo eius cõdirent suũ corpus myrrha pœnitentię, omnẽ luxuriæ tentationem superarẽt. Paruus enim dolor facit obliuisci aut diminui lætitiam maximã.
Eccli. 11 *Militia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ.* Vnde in vitis Patrum cum quidam tentaretur à spiritu fornicationis, ponebat digitos suos in ignem: & cum combureretur, nõ poterat sustinere. Túc dicebat: Quomodo fornicabor, vt pro fornicatione sustineam ignem perpetuum: quando in solis digitis nec ad momentum pati valeo ignem temporalem? Contra tales adducetur beatus Nicolaus in testimoniũ. Dicunt enim se non posse abstinere à cibis inflammãtibus eos: quibus dicetur: Iste infans abstinuit adhuc impotens, & tu potens & virilis abstinere nõ potuisti? Secũdo, se præparauit ad reddendã rationem, multiplicando thesaurũ Domini sui. Ab infantia enim thesaurizare cœpit Domino cũ dentibus. Sicut faciunt Longobardi, quando sunt ad proprios sumptus. Quàm diues, quàm

D Quomodo ad quatuor terminos beatus Nicolaus rationẽ reddidit

E Quomodo custodiendo thesaurum virginitatis.

auarus

auarus fuit beatus Nicolaus, quando sic iuuenis bonorũ operũ fuit thesaurarius. Vult enim Aristo. 4. Ethicorũ, quod auaritia quanto in homine sene senescit, tanto iuuenescit. Quanũ igitur gaudia auaritiam bonorum operũ in eo crescere, qui sic à iuuẽtute auarus esse inchoauit? Pro qua cõpensanda nũc videtur miraculorũ multitudo quasi infinita: sicut in collecta eius canit Ecclesia. Sed dicet aliquis: Si beatus Nicolaus laudatur de auaritia bonorum operũ, nũquid iuuenis similiter laudari debet exẽplo eius, & similiter de auaritia temporaliũ sicut & spiritualiũ? Et videtur quod non: quia radix mali in omni adolescente damnabilis est. *Radix autem omniũ malorũ est cupiditas.* Ergo. Dicitur primo, quod adolescens magis laudandus est de auaritia bonorum operum quàm de prodigalitate & effusione, quia non potest adolescẽs multa opera fecisse, aut multã doctrinã hausisse, vnde prodigus fiat. Primo enim oportet studere cũ magno labore, post eã doctrinã effundere. Primo haurire aquã de puteo sapiẽtię, qui altus est, quàm eã alijs effundere. Paruus institor vel mercerius tenere bancã nondũ potest: sed cũ (iuxta illud Hester 10.) paruus fons creuerit in fluuiũ, & in lucem soléque conuertetur, tunc iã senex poterit illã effundere. Et ad hãc iuuenum auaritiã debet refamulari rectores reipublicæ, vt iuuenes discãt scilicet reformari bonis moribus: quia sicut corpus sequitur vt plurimũ animæ affectiones, & secundum eas disponitur: sic secundũ directionem animæ bene dispositæ tẽporalia optime diriguntur. Dicitur secũdo, quod auaritia in iuuene, quæ est tẽporaliũ, excusabilior est quàm prodigalitas eorum: quia prodigalitas nutrit luxum & voluptatẽ, ad quam maxime procliuis est adolescentia: ideo magis cõtraria bonæ vitæ, & minus sanabilis in iuuene. Facilius enim laxatur venter durus, quàm restringatur laxatus dysenteria. Tertio, quia sibi commissum officiũ in tali ętate strenue gubernauit ad magnificentiã & honorem Domini sui. Dedit enim nobis Dominus officium regendi terrã corporis nostri, & manu tenendi eam in obedientia sua: vt faciamus in ea iudiciũ & iustitiam. Sic B. Nicolaus corpus & animã suam ab infantia sua fecit sub Deo regimine, & ad honorẽ ipsius maximã in eis iustitiã faciebat, iuxta illud: *Honorificabo eũ qui me diligit.* Pſal. 9. Modo vero de custodia corporis rara est opinio, nisi forte apud magnates, qui magnam habent pro corpore suo custodiam: sed de animæ custodia nullum est verbum. Plures inueniũtur corporis custodes, sed nulli animæ.

Hanc autem disciplinã accepit sibi Nicolaus duplici ex causa. Primo ne contra spiritũ eius sequeretur rebellio. A carne enim incipit tentatio, vt patuit in primis parẽtibus, Gene. 4. Et in Christo, Mat. 4. Ideo illic incepit Nicolaus fortificare castellũ, vbi erat periculum. Secundo, quia vulgo dicitur: Mane surgere facit optimã dietã. *Mane surgamus ad vineas.* Cant. 7. Ideo mane iuuentutis cœpit pœnitentiã facere, vt posset inde facilius vitæ dietã cõsummare. *Iustus cor suum tradidit ad vigilandũ diluculo, &c.* Eccli. 39 H. Sed quæri posset, vnde potuit tanta sanctimonia, & tantũ gratię priuilegiũ in hoc infante inueniri, vt tam magnifica abstinẽtiæ opera faceret: cum etiã omnes qui baptizãtur infantes (vt doctores dicunt) ęqualẽ gratiã baptismalẽ consequantur? Respondetur primo, triplici hoc ratione potuisse fieri. Primo, ex diuino instinctu quo tũc agebatur infans, vt videretur qualis esset futurus, qui sic abstinẽs in infantia iã videbatur in supernis delectari. *Delectabitur infans ab vbere.* Esa. 11. Dũ enim pẽdebat ad vbera matris, aspirabat ad mensam ęterni patris. Prophetabat in cunis, qualis esset in cęlis. Qui iã terrenas delicias abnuebat, quasi ad cælestes aspirabat. Prophetabat in cibo liquido, scilicet lactis materni, quid acturus esset in solido cibo Christi. Bene enim viuebat antequam sciret viuere, qui ieiunabat antequam sciret comedere: & docebat alios, non doctus ab aliquo. Erubescant ergo

1. Tim. 6. *An auaritia in iuuene sit laudabilior quã prodigalitas.*

C *Iustitia faciẽda est in terra corporis nostri.*

ergo ſenes frangere ieiunia, quæ obſeruabat beatus Nicolaus in ætatis teneritudine, qui per hoc quod aſpernabatur vbera naturæ, ſignabat ſe aſpirare ad vbera gratiæ. *Exitus matutini & veſpere delectabis*, id eſt, ſi in exitu matutinæ ætatis, quæ eſt infantia vel pueritia, delectaberis in Domino, cõſequens eſt, vt in ſenectute delecteris in eo: quanto magis qui iam in matutina ætate tantæ delectationis præſagium fecit. Secundo, hoc potuit eſſe ex merito parentum, qui (ſecundũ quod ſcribitur in eius legenda) erant Deo deuoti, Dominum rogantes, vt eis donaret ſobolem, qua Deus ipſe venerari poſſet. Ideo licet in Baptiſmo ex merito Chriſti tantundem habuerit ex gratia, quantum cæteri infantes, tamen propter merita & deuotionem parẽtum potuit ſuperuenire iſtud gratiæ priuilegium. Erat enim filius non tam naturæ quàm gratiæ, ideo conſequens erat, vt gratia Dei in eo exiſtens per aliquod inſigne miraculum demonſtraretur. Sic Samuel, filius per merita habitus, puer obſequebatur Domino. Sic beati Ambroſij infantis mellificabant apes in ore, prẽſagientes quanta eſſet futura eius doctrina. Modo vero pauci ſunt parentes, qui Dominũ corde efflagitent pro tali prole ſuſcipienda. Imo ſi forte Dominus eis dederit infantẽ aliquẽ, qui poſtea deuotus à iuuẽtute toto corde ſequatur Dominũ, paruipẽdunt eũ parentes, dicuntque eum nimis eſſe deuotum, non ſatis mundanũ, non ſatis conſecutũ ciuilitatem inter gentes, comeſtorem eſſe imaginum, ruminatorẽ crucifixi, ſomniatorem. Et ſi forte velit ſtudere ſacræ doctrinæ, non patientur, quia per illam non lucraretur panem ſuum, neque per eam aſcenditur ſuper mulam, neque portatur frænum aureũ, ſed oportebit eũ vacare mundanis & lucratiuis ſciẽtijs. Neque deſinet pater, niſi filius eius, non ſolum corpore ſed etiã anima repræſentet eum, vt ſicut ille deformis eſt vita, ſic filius erit pulchrior, ſi ſit ipſo deformior, & ſæculo maxime deditus. Simules bufoni, qui miſerat filium ſuum ad generale beſtiarum capitulũ, qui obuians lepori velociter currẽti ad dictum capitulũ, rogauit leporẽ vt portaret calceos filio ſuo, qui præ deuotione & celeritate eundi ad capitulum eos dimiſerat, & hoc vt honeſtius incederet inter alias beſtias. Cui lepus: Et quis eſt filius tuus? Ad quẽ pater: Eſt pulchrius animal quod videbis in toto capitulo. Cui lepus: Eſt ergo cygnus? Cui bufo: Nõ, quia turpiſsimos habet pedes. Eſt ergo (inquit lepus) pauo? Nõ, inquit bufo. Vocẽ enim habet horribilem, nec bene conſonantem. Quis ergo eſt, ait lepus? Reſpõdit pater bufo: Ille eſt, quẽ videbis habere tale dorſum, talẽ ventrẽ, talem mutellũ, tale corpus, quale me vides habere. Sicut bufoni videtur pulcherrima beſtia, quæ ſibi aſſimilatur, ſic tales filios ſuos pulcherrimos & honeſtiſsimos reputant, ſi in fraudibus, ſubtilitatibus, rapinis, & huiuſmodi videant ſibi eſſe ſimiles. Similis enim ſimilem ſibi quærit. Et ſic vir mundanus de puero qui ſe dat Deo, vult eũ omnibus viribus dare mũdo. Si itaque dederit tibi Deus filium, cui aliquam bonam aſpirationem dederit, ne eũ impedias. Quia ſi dixeris iuuenes huiuſmodi multa indiſcrete agere & vouere, quare non videtur malũ eos reprimere. Præterea, planta, quę cito poſt tranſplantationem fructum facit, non eſt magnæ durationis, & cito carebit fructu & ſiccabitur. Ad hoc dicitur, quod ſæpenumero in iuuenibus ſunt aliquæ indiſcretiones & multa fatua, quę debẽt prudẽtia parentum dirigi aut annullari. In ipſis enim bonus eſt zelus, ſed nõ ſemper eſt bona diſcretio, cũ tamen zelus & diſcretio ſimul coniungi debuiſſent. Et quod deficit in prudentia propter ætatis inexperientiã; debet ſuppleri prudentia parentum. Qui cũ vident eos in bono propoſito, nec debent ex toto eos prohibere propter timorem Dei, qui forte vult tales ſibi in poſterum famulari, nec etiam ex toto permittere eos agere ſecundum zelum, & deuotionem eorum.

Pſal. 64

I Iuuenis in boni propoſiti directione dirigendus eſt, non totaliter impedendus.

Ieiu-

Digitized by Google

Ieiunia enim, quæ tales faciunt, ex parē-tum discretione fieri debent. Vnde in vitis Patrum dixit quidā senex, quod si videret iuuenē, qui vellet cum duobus pedibus saltare in paradisum, & iam ipsum immisisset vnum pedem, alium retraheret, vt cum discretione illuc intraret. Ad quod est exemplum de Ioāne Abbate in Collationibus Patrū, qui dum triduo ieiunaret nullatenus comedendo, & iam propter debilitatem non posset opus assiduū exercere, vidit Æthiopem paruulū sibi dicentem, quod sibi ieiunauerat, non Deo. Et ideo licet vita Nicolai in abstinētia sit admiranda, non tamen imitanda. Quam ratione tangit Sco. 4. sen. di. 4. 5. 6.

Tertio, huius abstinentiæ causa potuit esse bonitas sacerdotis ipsum baptizantis & etiam patrinorum adsistentium, qui suis precibus hoc infanti impetrauerunt. Propter quod male faciunt, qui eos per pueros ignorātes, aut per viros male famatos de sacro fonte leuari faciunt. Qui enim cum taliter leuat, testis est huius & fideiussor pro nouiter baptizari fide, & sibi iniungitur, quod in absentia parentū eum doceat fidē. Quomodo ergo ad hoc potest obligari infans vel puer, qui in curia laica nondum posset obligari?

SERMO II. DE EODEM, ET *in numero* 5. *Per Thema præcedens.*

A *Homo quid est.*

SI similes iubemur esse hominibus, necessarium est nos scire quid sit homo. Quod duabus diffinitionibus notificari solet. Prima dat scriptura sacra.

Psal. 8. *Quid est*, inquit, *homo?* Et respondet: *Quod memor es eius.* Ita quod nihil est homo, nisi

Psal. 87 pro tāto quod est in memoria Dei. *Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt.* Vulnerati enim peccato & dormientes in fœtidis sepulchris conscientiæ malæ: repulsi sunt à manu & protectione Dei, quasi nihilum sint, sicut cadauer putridum. Et hoc ideo: quia nō est Dominus eorum memor, vt eos reducat ad vitam. Sicut fecit in Petro, qui si lapsus fuisset ab eius memoria, iam in nihilū redactus esset. Ideo, si quæratur, quid est homo? dicitur, quod memor es eius. Secūda diffinitio est Philosophorum dicentium, quod homo est animal rationale, mortale, gressibile, bipes. Logici autem dicunt, quod cum res non cognoscatur nisi per suam diffinitionem, qui ignorat vnam particulam, ignorat rem ipsam: & propter harum particularum ignorantiam multi nesciunt se homines. Quidam autem ignorant genus hominis, nescientes quod sint animalia, qui maxime videntur errare, cum ignorent quod sibi & alijs est commune. Tales sunt superbi, qui ignorant se esse animalia. Cum enim animal sit corpus animatum, debent scire quod habēt animā corpori alligatā, & per cōsequens sic depressam, quod nō licet eis dicere cum primo Angelo peccāte: Ascendā in cælum. Quia enim spiritus Angeli, qui erat absolutus à carne, in tantā prorupit elationē, quod vsque ad Dei æqualitatē tentauit ascēdere. Ideo fecit Deus hominē, in quo esset spiritus alligatus: & sic propter corpus à tali retraheretur conatu, & propter dignitatem animæ non nimis inclinaretur deorsum, sed se teneret quasi in medio inter supremum & infimum: in quo medio virtus humilitatis consistit. Et quia primis parentibus data sunt corpora nimis leuia, quia carētia inclinatione deorsum ad peccatum & ad pœnā: ideo in eis tātū præualuit inclinatio spiritus ad sursum, vt ipsi similes Deo esse vellent. Et ideo facta sunt eorū corpora magis grauia & pōderosa, vt magis deorsum traherēt. Nam *corpus quod corrumpitur, aggrauat* Sap. 8. *animam.* Ergo qui superbiunt, hāc alligationem cū corpore nō sentiūt: imo videtur ignorare quod sint animalia. Sicut Seneca narrat de Alexandro ep. 96. quod cum in obsidione cuiusdam vrbis grauiter vulneratus esset sagitta, & graui dolore vexaretur, ait militibus: Omnes me dicunt Iouis filiū, sed vulnus hoc hominem me clamat. Ideo similiter Deus superbientis

perbientis hominis conditionē deiecit: vt de Nabuchodonosor legitur, qui propter hoc mutatus est in bestiā, vt sibi videbatur. Glos. ibi: quia de magnitudine superfui tumuit supra homines, factus est infra homines. Secundā particulā, scilicet se esse rationales, videntur ignorare, qui vacant totaliter carni, & illi parti animæ, quæ nobis & brutis cōmunis est, non rationi, quæ nos à brutis distinguit, vt lubrici. Tullius li de senect. Impedit consiliū voluptas, rationis inimica, mētis oculos perstringit, nec habet vllū cū virtute cōmercium. Ideo 1. Tim. 6. *O homo Dei hæc fuge.* Tertiam particulā ignorant, qui se credūt esse immortales, vt cupidi. Nā secundum Hiero. in prologo Bibliæ, contēnit omnia qui se semper cogitat moriturū. Cū igitur isti nihil velint contēnere vel relinquere: videtur quod nō cogitēt se in breui morituros. Ideo relinquunt alienis diuitias suas: imo (quod mirabilius est) nec sibiipsis cōcedunt necessaria, quibus vita sustētatur: sed videntur imaginari, quod sine cibi adminiculo possit vita cōseruari: quasi iam essent immortales. *Est & aliud malum quod vidi sub sole, & quidem frequēs apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias & substantiam, & honorem: & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei potestatē Deus vt comedat ex eo: sed homo extraneus vorabit illud.* Quartā particulā, scilicet esse gressibilē, ignorāt otiosi, qui carēt sensu & motu. Peccator autē maxime otiosus nō habet operationes homini debitas. *In labore hominū non sunt.* Ideo perdiderūt humanā speciem. Operationibus enim distinguuntur species. Et quamdiu quis habet operationem debitam speciei, iudicamus ipsum in tali specie esse. *Video homines quasi arbores.* Hæc enim sunt plātę opera: cibari, in sublime crescere, florere, virescere: quæ talibus competunt. Sed dicit Philos. lib. de vegetabilibus, quod vnū opus animalis plus valet quā omne opus plantæ: quanto magis vnum opus hominis? Ergo operibus credite, & credetis otiosos non esse homines. Non enim graduntur de opere in opus, & de virtute in virtutem. Quintā particulam, scilicet esse bipedem, ignorāt, qui quadrupedes sunt vt bestiæ, vel multipedes vt muscę & araneæ. Tales sunt, qui nec Deum nec proximum diligunt: sed multiplicibus affectionibus, nunc in istum, nunc in illum vindicāt & vlciscuntur. Ambulemus igitur bipedes cum eo, qui bipes nobiscum ambulauit: scilicet pede diuinitatis, & pede humanitatis, quā assumpsit in virginis vtero. Ad quā recurramus, dicentes, Aue.

1. Tim. 6.

Eccl. 6.

Psal. 72

Marc. 8.

Vigilant qui expectant dominum suū à nuptijs reuersurum. Propter quod Dominus illos beatificat, quos secunda, tertia, & quarta vigilia inuenerit vigilantes. Has quatuor vigilias optime cōpleuit B. Nicolaus. Nam prima vigilia est ab infantia vsque ad adolescentiam, quā (vt mane diximus) laboriosa abstinētia deduxit. Secunda vigilia est ab adolescētia vsque ad virilē ætatem. Tertia à virili ætate vsque ad senectutē. Quarta vero à senectute vsque ad mortem. Quæ assumptæ sunt ex modo vigilandi quondā in exercitu obseruato. In cuius quarta vigilia senes ad vigilādum ordinabantur. Has vigilias cōpleuit B. Nicolaus, se præparans ad reddēdum pro singulis rationē. Aliter etiam possunt discerni hæ quatuor vigiliæ. Prima est, cum quis pœnas æternas considerans, timore tantummodo se à peccato subtrahit, quam præterit Euāgelista, quia nō est meritoria, licet bona. Secunda est, cum gratia illustratus quis sinistro oculo gehēnam, dextero patriā respicit. Tertia, cum iam serenata conscientia dulcedine patriæ totus accenditur: ita quod etiam si nulla proponeretur gehenna, non minus se illæsum seruaret à culpa: factus iā cicada noctium, quæ competit maxime cōtemplatiuis. Quarta vero vigilia est vigilantium pastorum supra gregē suum, quibus primo nunciatus est Christus natus. Vnde ianitori præcepit vt vigilet. Has tres vigilias vltimas multū obseruauit B. Nicolaus, nunc contemplatiue, nūc actiue deseruiens, expectando dominum

B Vigilia Euangelica explicatur.

suum

Digitized by Google

ſum: ideo de illis erat, de quibus thema dicit: *Et vos ſimiles hominibus, &c.*

c *Mane iuuētutis quomodo debet exerceri*

Poſtquam mane dictum eſt, qualiter ſe præparauit B. Nicolaus tempore infantię ad reddendum rationem de talentis ſibi tunc commiſsis: nunc dicēdum eſt, quomodo ſe præparauit ad ſatisfaciendum pro alijs terminis ſeu ætatibus.

Secundo igitur ſe præparauit B. Nicolaus reddere rationem de theſauro ſibi dato tempore adoleſcentię vel iuuētutis: ea ætate adhuc duobus modis theſaurum ipſum multiplicans. Primo, mutuando ad vſuram, vt veniens Dominus vtique cum vſuris exegiſſet illud. Sed an Dominus velit, quod concedatur mutuum ad vſuram? Dico quod ſic, ſed ſibi nō fratri. Si das temporalia propter eum, *centuplū accipies, & vitam æternam poſſidebis.* Sicut mutuat aliquis alteri viginti aureos tali pacto, quod Romæ in tali banca reddet multo plures: ſic qui dat pauperi, vt ei in paradiſo reddat. Sic Nicolaus legitur feciſſe tribus puellis, qui propter ſeruandum theſaurum Domini in eis repoſitū, ſcilicet caſtitatem & pudicitiam, & ad releuandam inopiam patris earum, trina vice aurum per feneſtras domus proiecit. Erat enim tunc clericus feneſtralis: non ſicut noſtri ſcholares feneſtrales, qui per feneſtras ſtudent, vt videant euntes & redeūtes. Iſte vero per feneſtras videbat inopiam & perditionem futuram puellarum, niſi occurriſſet: imo tantæ charitatis extitit, quod vt alijs poſſet miniſtrare, dum nil haberet, mendicabat: vt patuit in fame Myrrhæorum, quando à nautis triticum accepit tali conditione, quod in portu, ad quem applicare debebant, tantumdem inuenirent ſicut prius, antequam ab ipſis quidquam acciperet. Multi tamen, cum dant, volunt videri. Ipſe autem latenter hoc faciebat, ne Dei gloriam furaretur, operis boni ſibi aſſumens vtilitatem, & Deo ſuam relinquēs gloriam. Secundo, labore ſuo adaugebat theſaurum, mane ſurgēdo ad opera Dei: Quolibet enim mane primus inueniebatur in Eccleſia orans. Signū enim amoris eſt, quando frequentatur domus amici: imo ſecundum Chryſ. proprium eſt boni filij, vt veniens in ciuitatem primo currat ad domum paternā. Sicut ſolebat Chriſtus, quando ingreſſus in Hieruſalem, primo ibat in templum. In hoc etiam boni ſerui officium complebat. Bonus enim ſeruus mane ſurgit ad opera, & per hoc commendabilior redditur, iuxta illud Pſalm. *Mane aſtabo tibi.* Aſtat mane iuuentutis Deo operanti in eo, & Deum adiuuat, qui operatur omnia in omnibus. Multi tamen in iuuentute Nicolaū nolunt imitari, bonum vultum facientes, & dicunt, quod in ſenectute poſtea bene operabuntur: illi ſimiles, qui quatuor iumenta habens, & onera, ad quæ portanda vix ſufficerent, debiliori ex ipſis vellet ea imponere: ſenium autem debiliſſima eſt ætas. Exemplum in vitis Patrum de Arſenio Abbate, cui dictum eſt: Egredere, & oſtendam tibi opera hominum. Et egreſſus vidit Æthiopem nigrū cum ſecuri ſcindentem ligna. Et cum grandis eſſet eorum ſarcina, tentabat leuare: & præ grauitate non poterat. Iterum ſcindebat alia ligna, & addebat ſarcinæ. Talis eſt homo peccatis oneratus, qui ſemper grauiora addit, cum oporteret ea deponere. Quidam enim habebat aſellum pulchrum, cui nolebat imponere iugum propter pulchritudinem, quia diligebat eum. Tandem, cum aſellus venit ad ſenectutem, amittens pulchritudinem, voluit ſibi onera imponere. Aſinus autem nec potuit, nec voluit: quia iugum ferre non erat aſſuetus; & ſic perdidit ſeruitium aſini ſui in iuuentute & ſenectute. Et poſito, quod tales Deo ſeruiant in ſenectute, nihilominus Deum reputāt ioculatorem, vel clamatorem veterum drapellorum vel calceorum. Dant enim ſibi veterem pellem ſuam. Ideo bonum eſt cum beato Nicolao mane conuerti ad Dominum. Quia igitur cæteros ad Eccleſiam præueniebat, voce lapſa de cælo, dignus Epiſcopatu iudicatus eſt.

Mat. 19

Nota.

Pſal. 5.

Vidiſ-

Pro. 22. *Vidisti hominem velocem in opere suo coram regibus stabit*. Confundentur enim in iudicio tardi oleum non habentes, & ianuã clausam inuenientes. Et quamuis assentire nollet, quia ascensiones huiusmodi in corde suo non disposuerat: sicut multi disponunt modo episcopari in muneribus & amicis, & beneficiorum multitudine, in recompensationem & emptionẽ ordinatorũ. Tales enim plãtantur à mũdo, Nicolaus vero à Deo: ideo fecit fru-
Hier. 12 ctum magnum. *Plantasti eos, & radicẽ miserunt: proficiunt, & faciunt fructum.* Quos
Ioan. 15 enim plantat Dominus, fructificant. *Posui vos*, non vt sedeatis vt claudi, non vt iaceatis vt porci, nõ vt circumeatis vt vagi, nõ vt retrocedatis vt ebrij: sed *vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat.*

D *De causis vocationis Nicolai ad Episcopatũ.*

Causa autem, quare eum sic vocauit ad Episcopatum, multiplex est. Prima, quia dereliquerunt eum sapientia mundi & sapientia carnis. Sapientia quidem mũdi, quæ stultitia est apud Deũ: quando bona mundana dispersit, & dedit pauperibus: vbi huiusmodi sapientia solet ea colligere. Hæc enim in modum patris se habet: quia sicut pater vult filiũ vbique discurrere, vt possit prædia & diuitias congregare: sic hæc sapientia in mundanis agit. Sapientia vero carnis, quæ mors est, eum ab vberibus matris dereliquit: quando iã incipiebat eam domare, quæ in modum matris se habet, quæ puerum dum mittit ad scholas, eum delicate nutrit, & solicita est pro nutrimento eius. Ideo pote-
Psal. 26 rat dicere Nicolaus illud Psal. *Quoniam pater meus*: scilicet sapientia mundi: *& mater mea*: scilicet sapientia carnis: *dereliquerunt me Dominus assumpsit me*, in Episcopum. Secunda ratio fuit: quia B. Nicolaus in pecunia numerata soluerat vacãtiam illius Episcopatus summo Pontifici Deo: quia puellis illam ministrauerat: ideo nil mirum si Deus fecit eum Episcopum. Non enim potest Deus minus quàm nostri summi Pontifices nunc annatis persolutis decem vel duodecim milium aureorum huiusmodi instruere Episcopos. Sed circa hoc oritur difficultas,

B *An iuuenes eligi debeant in Episcopos.*

Cum decreta antiqua dicant laicum non debere eligi in Episcopum quia qui non fuit discipulus, eligi non debet in magistrum: nec qui non obsecutus est sacerdoti in aliquo gradu, eligi in summum sacerdotem: vt dicit decretum Innocentij distin. 61. cap. *miserum* quomodo Nicolaus ex laico electus est in Episcopum? Et Arist. dicit. 2. Topic. Nemo iuuenes eligit in duces: quia non constat eos esse prudentes. Ad primum respondet decretum, quod Ecclesiasticæ prohibitiones proprias habent causas, quibus cessantibus cessant. Quia enim laicus in Episcopum non eligeretur, hæc fuit causa: quia vita laicalis Ecclesiasticis doctrinis non erudita nescit exempla religionis de se alijs præstare, quæ in seipsa experimento non didicit. Cum igitur beatus Nicolaus merito suę perfectionis vitam clericalem transcenderit: merito rata fuit eius electio. Ad secundum dicitur primo, quod hoc non debet trahi in consequentiam: scilicet quod fuerit electus iuuenis in Episcopum: qui hoc fuit speciali prærogatiua Dei, qui in sanctis suis est mirabilis. Dicitur secundo, quod & si beatus Nicolaus fuit iuuenis ætate, erat tamen senex moribus. Deus autem neminem euocat ad talem statum, quin sibi det sufficienter sapientiam ad regendum populum: vt dicit Nicolaus de Lyra hoc dicere Hebræos super Psalm. *Dominus illuminatio mea.* Dominus autem elegit Nicolaum: ideo dedit ei sapientiam ad dirigendum populum: sicut & Salomoni adhuc puero dedit, quia ipsum ad regnum vocauerat. In sancta enim Ecclesia Dominus sanctos præuenire bat in benedictionibus dulcedinis, inspirando eis vitam & doctrinam: & sic ad Episcopatum vocabat. Nunc *Nota.* vero præuenitur Deus per Principes & Reges, qui eos instituunt, qui si possent eis infundere spiritum sapientię & intellectus, forte tolerarentur: sed ipsi hoc non possunt. Ideo ipsi regnauerunt,

Digitized by Google

runt,& non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui. Antiquitus dicebãt Epiſcopi: Dominus fecit nos & non ipſi nos: ſed modo fiunt non gratia Dei, ſed gratia regis & ſummi Pontificis.

F *Prælatus quomodo debet tollere animas de manu inimici. 1. Reg. 17.*

Tertio, in virili ętate cœpit theſaurizare Deo Nicolaus: & pro termino illo ſua computa ordinare. Debet enim Prælatus theſaurizare Deo, deprędando hoſtem, rapiendo animas de manu inimici, dicens illud quod ſcribitur: *Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem, & veniebat leo vel vrſus, tollebátque arietem de medio gregis, perſequebárque eos, & percutiebam eruebámque de ore eorum.* Sic fecit Nicolaus eripiendo animas ſua prædicatione & oratione de manibus inimici. Primo, ſubuertendo tẽpla idolorum, in quibus decipiebantur. Nunc autem in templis idola eriguntur, quę non clamant in gutture ſuo: ſed in gutture alieno, ſcilicet vicariorũ, quos cõſtituerunt: neque per ſe prædicant, neque cantant, neque orant: ſed per procuratorem, ideo per procuratorem Paradiſum obtinebunt. Secundo hoc apparuit in ſuſcitatione mortuorũ: vt patuit in filio ſuę hoſpitæ ſuſcitato. In die enim ſuę conſecrationis in Epiſcopum, ſua hoſpita gaudens de exaltatione ſui hoſpitis, ſcilicet Nicolai, cito occurrẽs dimiſit filium iuxta ignem, quæ rediens inuenit eum mortuum & aduſtum, diabolo volẽte feſtum eius turbare: quem prece ſua ſuſcitauit. Quãtum putas paratus erat eripere oues ſuas de manu inferi, qui etiam in terra & mari à periculis maris liberabat eos corporaliter: vt patuit in nautis periclitantibus, quibus dixit: Ecce adſum. Hoc etiam patet in eleemoſynis ſuis: quia totũ ęrarium parentũ pauperibus diſtribuit. Non enim theſaurizabat theſauros in terra: ſicut nunc temporis faciunt Prælati. *Prodyit quaſi ex adipe iniquitas eorum*: quia abundantia bonorum temporalium reddit eos omni voluptate plenos. Ab initio fuit Eccleſia fons paruus, ſicut Heſter per paupertatem & humilitatem, ſed creuit in aquas plurimas diuitiarum & voluptatũ.

Pſal. 72

G *Temporalium abundãtia prælatis nocet.*

Et quãdo fons ille paruus erat, purus erat & clarus, reddens imaginẽ inſpicientibus eum, ſicut ſpeculũ. Sed nunc fons iſte turbatus eſt: quia maior cura eſt in tẽporalibus dirigendis, quàm in animabus curandis. Bern. Cadit aſina, & eſt qui ſubleuet eam: perit anima, & non eſt qui requirat eam. Nicolaus autẽ paratus erat ſubleuare animas, & de eis reddere rationẽ. Quãdo cẽſuum receptores reddunt rationem, ſi recepta non excedat miſiam, bene actũ eſt: ſi aliter, male. Nos omnia à Domino recepimus mẽbra, tempus & tẽporalia: & credo quod in ſeruitio Domini miſimus pauca. Vix de ſeptimana vnum diẽ reddimus Deo, & de die vix duas horas, vt eamus ad Eccleſiã ad cogitandũ de Deo, & de temporalibus multis. Vix de pane buccellã pro Deo damus: & de mille verbis, quę de ore procedunt, vix quatuor ad Deũ pertinent. Quid plura? In nobis ſunt longe plures receptę & quaſi infinitę reſpectu miſiarũ: & quod plus eſt, à Deo ſeruitium recepimus: ita quod pro triginta tribus annis, quibus in labore & paupertate pro nobis fuit, vix poſſumus pro eo vnam abſtinentiam facere. Quid ergo facient, qui cũ eo numquam cõputauerunt? Timeo valde ne eis detur illa ſententia: *Mittite eum in tenebras exteriores, Amẽ dico vobis: non exibitis inde, donec reddatis vſque ad nouiſsimũ quadrantẽ.* & quia talis in tenebris poſitus nihil habet aut habebit in perpetuũ, ideo inde in perpetuũ non exibit. Sequamur ergo aſtutiam vulpis, quæ per greſſus beſtiarum citatarũ ad ſpeluncam leonis, & per veſtigia earum, quia nullam redire videbat, citata & ipſa caute reſpondit: Ego illuc nõ ibo, niſi ſciã bene quo modo. Ita & nos prępparare debemus ad inſtar Nicolai, vt illuc euocati cũ Deo computare valeamus. Quarto, in ſenectute præparauit ſe optime ſeruando iura, franchiſias, & libertates Domini ſui. Primo, ſeruando gregẽ Domini ſui tamquã veteranus miles & bene emeritus. Corrigens abuſus in curia laica, dũ tres innocẽtes in ea morti adiudicatos liberauit, & ſimiliter

Mat. 25.

militer tres Constantini milites, qui se similiter auxilio eius suppositerunt. Sed & errores Ecclesiæ extirpauit. Primo extirpando fanum Dianæ: ex quo iratus diabolus nautis oleum obtulit, quo liniri deberent parietes Ecclesiæ Myrrheæ. Sed B. Nicolaus apparens eis, iussit oleū in mare proijci: quo proiecto, incepit per mare ardere. Secundo, extirpādo hæreticos. Dicitur enim iam senex Niceno Concilio interfuisse: vbi Arrium cum sua hæresi damnauit. Sed hic oritur quæstio, cum B. Nicolaus sub persecutione Diocletiani & Maximiani floruerit Episcopus, & cum maximæ famę Pontifices tunc vbiq; trucidabantur, & in loco Episcopatus sui, vt puta in Asia & Sicilia maxime viguerit illa persecutio, cum ille esset tantę auctoritatis & famę, quomodo nō est assecutus martyrij palmā? Tunc enim Romæ propter persecutionem vacauit sedes plusquam sex annis. Respondeo. Dicitur quod hoc potuit fieri propter tria. Primo, noluit Dominus Ecclesiam suam ita turbari, quin in ea remaneret aliquis bonus pastor tamquam Ecclesię firmamētum. Vnde in persecutione facta sub Achab & Iezabel, vbi fere omnes Prophetę interfecti sunt, Helias inter eos perfectior reseruatus est. 3. Reg. 19. Secundo, quia potuit esse, quod licet persecutio in illa patria vehementer grassaretur, non tamen vbique: quia iuxta dictum Saluatoris: *Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Ideo Nicolaus remanebat in Myrrhea ciuitate, vel ad recipiendū profugos Christi, ne perirent: vel ad custodiēdum gregē suum, ne veniret ad direptionē: quia scriptum est Percutiam pastorē & dispergētur oues. *Diripuerunt eū omnes transeuntes viam posuisti firmamentū eius formidinem.* Direptio enim Ecclesię quandoq; procedit ex crudelitate tyrannorum, & non ex defectu prælatorū: & cum corporibus sępe diripiuntur tęporalia, sed non animæ. Aliquādo ex defectu prælatorū procedit, qui sunt fornices nec moribus nec virtutibus solidati, tunc diripiunt diaboli animas, seruatis corpore & tęporalibus. Ait enim diabolus regi Sodomorum: *Da mihi animas: cætera tolle tibi.* Tertio, hoc potuit esse, quod multos de amicis suis noluit Deus martyrio coronari: ad ostendendū, quod nō soli martyres sunt amici Dei, sed etiā sancti confessores, qui sua & aliorum deflēr peccata, & quod etiam ad tātam gloriā & ad tantū meritū peruenire possunt: sicut & quidā martyres peruenerunt: vt patuit in Ioanne Euāgelista, & in Basilio magno: qui fuerūt tępore multarum persecutionum. Itaq; vir Dei post multos agones dicens: In manus tuas cōmendo, &c. cum Angelorum allocutione cęlos penetrauit, inter omnes sanctos maximi reputatus meriti. Quod probatur: quia *omnis misericordia facit vnicuique locū.* Ita quod secundū Guil. Paris. in Paradiso misericordia assignat loca: vt qui eā melius locauerunt in hoc sæculo, melius locętur in altero. Sed ipse fuit maxime pius & misericors: vt patet ex multis, quæ in legenda sua traduntur. Fuit enim misericors ad seipsum, in infantia castigans carnem suam: sicut dictum est matrem misericorditer agere cum filio, quando castigat eum. Vnde potuit dicere: *Ab infantia mecum creuit miseratio.*

Secundo, in subuētione pauperis patris & suorum filiarū. Tertio, in subuentione damnatorū & in subuentione famis, &c. Secundo, hoc patet ex oleo fluente ex mēbris eius, ita vt sicut fuerat totus misericors, sic totū corpus in oleo nataret: quod refrigeriū infirmis præstat. Fuit enim de prudentibus virginibus, quę sumpserunt oleum secum, non quidē oleum adulationis, quod prębent vēditores olei, de quo: *Oleum peccatoris nō impinguet caput meum.* Hoc vnguēto quis vngitur, vt in peccato fortius succendatur, & in futuro fortius comburatur. Quod oleū detulerat diabolus peregrinis quibusdā nauigantibus, apparens in similitudine cuiusdā matronæ nobilis, tradēs pixidē, in qua dicebat esse precioſum vnguentū, rogans vt inde linirēt parietes Ecclesię sancti Nicolai: quibus Nico-

H Quare B. Nicolaus non fuit martyr, cum fuerit tempore persecutionis tyrannorum.

Mat. 10

Psal. 88

I Quomodo inter sanctos Nicolaus magni est meriti. Eccl. 16

Iob 31

Psal. 140

Nicolaus apparens precepit vt vnguentũ in mare proijcerẽt: quo facto, exarſit mare. Sic vnguentũ adulationis vbiq; cõburit: & Eccleſiã & mare amaritudinis pœnitentię aut aduerſitatis: ita vt & in proſperis & in aduerſis ſoleũ illud ardeat, & omnia vaſtet. Tertio, hoc patet ex infinitis miraculis. Non enim ceſſat nunc adhuc iuuare ſuos: ita quod adhuc relucet eius miſericordia ſuper miſeros: de quo dicere poſſumus: *Scitote quia mirificauit Dominus ſanctum ſuũ: dominus exaudiet*, &c. Et: *Petra fundebat riuos olei*. Erat enim petra ſibi, id eſt durus per auſteritatẽ: ſed alijs fundebat riuos olei, id eſt cõpaſsionis, & in vita, & in morte & poſt mortem. Vnde Petrus Cluniacen. Quidã vir ſanctus in oratione proſtratus in die Veneris ſancta raptus vſque in diẽ Paſchę, de raptu reuerſus dixit, quod viderat quẽdam religioſum magnæ pœnitentię ſuffocatũ à diabolo in potu, in quo ſolebat excedere menſuram, trahi ad iudicium. Sed occurrente B. Nicolao, cui deuotus fuerat, adiudicatus eſt grauiſsimis pœnis in Purgatorio. Ideo ad ipſum maxime habemus recurrere. Primo, quia pius. Ad ſanctos maxime, qui in hac vita ſuper afflictis cõpaſsionem habuerũt, debemus accedere: quia nunc etiam maiori charitate abundant: *Dixit Dominus, cuius ignis eſt in Siõ*, id eſt in hac Eccleſia militãte: *& caminus*, id eſt fornax, *in Hieruſalẽ*, id eſt ciuitate ſuperna. Secundo, quia multũ potẽs: vt probat multitudo miraculorũ & in vita & poſt mortẽ. Non enim diminuta eſt eius poteſtas, cum omnipotẽti adſiſtit.

K. *Adulationis vnguentum.*

Pſal. 4. Ioh. 29.

Iſa. 31.

IN EODEM FESTO SER. III. & in numero 6. Per Thema.

Apo. 2. *HAbeo aduerſus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Nicolaitarũ.* Quia melius cognoſcitur doctrina aliqua, quando viſa eſt & ſcita doctrina ei contraria & aduerſa. Tunc enim cognoſcuntur argumenta & apparentiæ contrariæ: & ſic citius ſoluuntur. Ideo quia doctrina Balaam & Nicolaitarũ eſt huic noſtræ doctrinæ contrariaſ: ideo oportet ire ad ſcholas eorum, vt ſciatur ſi quam docent veritatem. Et ſi dicas: Nõ ſunt magiſtri tenentes ſcholas illius doctrinæ. Reſpondeo, quod ſic: habes enim illic tenentes doctrinam Nicolaitarum. Scientia in homine malæ conſcientiæ periculoſa eſt valde propter multa. Primo, quia eã corrumpit & inficit. Vas enim corruptum corrumpit vinum ibi poſitum. Sic cor vitijs infectum doctrinam & ſcientiam corrumpit & inficit. *Modicum fermenti totam maſſam corrumpit*. Ideo, ſicut dicit Chriſtus, *nemo ſapiens mittit vinum nouum in vtres veteres*. quia faciunt male ſentire. Ideo fornicator male cõmuniter exponit paſſus ſcripturæ, & ad vitium ſuũ trahit: auari & vſurarij etiam ſuo modo intelligunt. Sic Nicolaitæ bona facta ſanctorum Apoſtolorum & diſcipulorum praue appropriabãt, & ſingulariter factum Nicolai, qui non intendebat, proferendo vxorem ſuam publice, quod vxores eſſent cõmunes, ſed maxime volebat perſuadere ſe non eſſe zelotypum, quaſi innuens per hoc, ſe nõ tantũ affici ad ſuã vxorẽ, quin, ſi fuiſſet licitum, eam alteri cõmunicaſſet. Secundo, quia ea abutitur. Eſt etiã ſciẽtia in homine malo nequitia habẽs arma: eſt & gladius in manu furioſi. Sicut patuit in B. Aug. qui quãdiu in hęreſi Manichæorũ perſeuerauit, ſemper contradicebat matri vere fideli, eã per ſuã ſcientiã ſuperans. Sic Balaã ſua ſcientia male vtebatur, quãdo pergebat vt malediceret filijs Iſrael. Sic male vtuntur illi, qui ingenioſi ſunt circa principes, quando eã ad maledictiones & malas inuẽtiones applicant. Similiter illi, qui in curia iuſtitię nouos excogitant modos proceſſuũ. Tertio, quia quod Dei eſt, in diaboli poſſeſsionẽ conuertit. Sciẽtia enim Dei eſt, ſed ille diabolo dat, quãdo in eius ſeruitiũ expẽdit: ſimilis illi, qui caſtrũ aliquod munitũ accepiſſet à rege, ſed poſtea de illo impugnaret regẽ, & iuuaret inimicum eius: ſicut Balaã, qui ſcientia, quã Deus ei donauerat, cõſilium dedit Balach mittere ſcãdalum coram filijs Iſrael, proponendo eis mulieres pulchras:

A. *Scientia in homine malo periculoſa eſt propter multa.*

1. Cor. 15

Mat. 13

chras: vt inde prouocarẽtur ad luxuriam, & conſequenter ad idololatriã: & ex hoc Deus offenſus permitteret populũ perire. Sed nonne hic ſunt Balaamitę, qui ingenium ad malum applicant, qui male ſcholares docẽt, qui abutuntur legibus & doctrina, qui aliorũ geſta male exponunt & obloquũtur? Certe habes hic tenẽtes doctrinam Balaã, & Nicolaitarũ, id eſt, paucos habes qui teneant doctrinã noſtri Nicolai: qui primo in bonitate eruditus eſt à parentibus, deinde in diſciplina pœnitẽtiæ & abſtinẽtię, deinde in doctrina ſciẽtiæ, vt decet prẹlatum: hanc enim petebat
Pſ. 118. cum regio Propheta, dicens: *Bonitatem & diſciplinã & ſcientiã doce me*. per quod inſinuatur bonitatẽ eſſe prius quærendã quã ſcientiam. Inde etiã dicitur primo: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini*, deinde ſequitur: *beati qui ſcrutantur teſtimonia eius*. Ad habendũ autem doctrinã Dei, neceſſe eſt adire ſcholã doctrinę Dei.
Sap. 8. de qua: *Doctrix eſt enim diſciplinæ Dei, & electrix operũ illius*, quam ſalutabimus, &c.

In verbis thematis reprehẽduntur, qui exorbitant à vera doctrina, ſequentes doctrinas alienas & peregrinas, cuiuſmodi erat doctrina Nicolaitarum dicentiũ vxores eſſe omnibus cõmunes: motiq; erant ad hoc ex vno facto Nicolai diaconi vnius ex ſeptem ordinatis tẽpore Apoſtolorum: qui ad repellẽdum notã de nimia zelotypia vxoris, produxit vxorem ſuam in publicum, & expoſuit eam omnibus: ſed nõ reprehenduntur qui ſequuntur doctrinã huius noſtri Nicolai: quia illa per omnia vera inuenta eſt: & ideo nõ repellẽda, ſed ſequenda. Hinc eſt quod Eccleſia hodie nobis eam proponit: & hoc propter quatuor. Primo quidem, ad nos erudiendũ. Eſt enim magiſter totius ſanctitatis & vitæ, & tamquã ſpeculum ſine macula poſitum ante oculos noſtros: vt ſciamus qualiter procedere & viuere debeamus: ita vt merito poſsit fidelis quilibet de eo dicere:
Pſ. 143. *Docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellũ*, ſcilicet cõtra tentationes carnis & mũdi. Secundo, proponitur ad correctionem noſtrã. Dicitur in vulgari: *Bõne doctrine prẽt en luy, qui ſe chaſtie par autruy*. ad quod Prouerbium ſpectat illud Poẽtę. *Felix quem faciunt aliena pericula cautum*.

B Nicolai doctrina & vita quare nobis proponitur.

Debemus ergo ex doctrina beati Nicolai nos corrigere, eamq; conuertere in ſalutem noſtram, vt vere dicamus ei: *Et diſciplina tua correxit me in finem, & diſciplina tua ipſa me docebit*. Pſal. 17
Tertio, proponitur ad admirationem excitandam. Mirabile enim eſt, quod tam iuuenis talem abſtinentiam feriæ quartæ & ſextæ in hebdomada faceret. Vnde poterat dicere Deo cum Dauid: *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me*. Pſ. 138
Mirabilis enim fuit prouidentia Dei, quæ beato Nicolao adhuc ratione carenti communicauit tantam prærogatiuam abſtinentiæ, quam alij non habuerant. In quo erat quodammodo ſimilis Chriſto, de quo dicitur: Mirabantur omnes ſuper doctrina eius. Quarto, proponitur ad glorificandũ Deum, ſicut nos hortatur Pſal. dicens: *Laudate Dominũ in ſanctis eius*. & ita ſolet Eccleſia facere, maxime in ſolẽnitatibus ipſorum ſanctorum. Pſ. 150.
Sapientiam ſanctorum narrãt populi: & laudem eorum pronunciat omnis Eccleſia. Eccl. 44
In prima parte igitur dicemus, in quibus differant ſcholę Nicolaitarum & Balaam, id eſt, carnis & mundi, à ſchola Nicolai ſiue Dei. In ſecunda parte, quid doceatur in ſchola ſancti Nicolai. Itaque quo ad primam partem dico. Primo, quod ſchola prudentiæ carnis, quæ prudentia docetur in ſchola Nicolaitarum, qui dicebant matrimonia nulla eſſe, differt à ſchola ſancti Nicolai: quia docet voluptates ſequi cõtra ſobrietatem & abſtinentiam, & exinde inconſtantiam & leuitatẽ mentis cõtra fortitudinẽ. Ipſo multo plures habent auditores & ſcholares, quia multo plures ſtudẽt voluptati quã abſtinentię & bonitati, & huius multiplex eſt ratio. Prima eſt, quia magiſtri, qui ſuis ſcholaribus blandiuntur & adulantur, & dant eis licentiã ſpatiãdi & ludẽdi & voluntatem ſuã faciendi, habẽt plures ſcholares, & omnes male proficientes ad eos

C Carnalis ſcientia à ſcientia Nicolai & Dei diſſentiens.

Carnis ſcientia quare plures habeat quã ſcientia Dei.

con-

confugiunt. Qui vero eos arctant & cogunt, & qui timentur, paucos habent. Sic autem facit schola carnis, quę suis dat licentiam vbique currendi & spatiandi, indulgetq; suis longũ matutinum dormire: postea ludere, discurrere, & spatiari. In hac schola studebãt filij Israel. De quibus
Exo. 32 Exod. *Sedit populus mãducare & bibere: & surrexerunt ludere*, id est fornicari. Vnde &
Sap. 2 dicunt discipuli huius scholæ: *Coronemus nos rosis, antequã marcescãt: nõ prætereat nos flos temporis nostri: non sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra.* Sed scholã S. Nicolai fugiunt: vbi docetur mane surgere. (Erat enim primus in Ecclesia, inde sortiEccli. 6. tus est Episcopatum,) quia *aspera nimis est indoctis hominibus sapientia*. Cum enim de ieiunio vel abstinentia Nicolai fit mentio, statim dicunt: Durus est hic sermo. Mane itaque iuuentutis surgendum est ad bene operandum. Hinc dicit Apost. *Sciens quia*
Rom. 13 *iam hora est nos de somno surgere.* Imo docet mane surgere ad literam. *Mane surgamus ad vineas*. Manna enim colligebatur
Cant. 7. Prou. 8. mane. *Qui mane vigilauerint ad me: inuenient me*, imo cõtinue & die & nocte ad discendum exercet. Iustus enim in lege Domini meditabitur die ac nocte. Vnde mane iuuentutis vigilandum est super carnem & custodiam suam: quia cõmuniter in aurora, cũ lux oritur, veniunt hostes ad insidias ciuitatis. Secunda ratio, quia in tali schola scholares semper habent festum in Calendario eorum: nõ laborant, sed semper expendunt multum secundum temporalia & spiritualia, & æterna & seip-
Esa. 1. sos, quorum festa abominatur Deus. *Calendas & festiuitates vestras odiuit anima*
Ioan. 7. *mea.* Et iterum: *Vos ascendite ad diem festum hunc: ego autem non ascendam ad diem festum istum*. Exemplum de diuite Euangelico, qui in schola carnis reputabatur sapiens, quia multa expendebat, multa cumulauerat: qui tamẽ in fine reputatus est stulLuc. 12. tus. Dictum est enim illi: *Stulte hac nocte animam tuam repetent à te*. Sed non sic in schola Nicolai, qui docet laborem, vbi nõ sunt multa festa, nec quietem inordinatam patitur, Iob dicente: *Nimirum interIob 12. roga iumenta, & docebunt te.* Iumenta enim multum laborant, & parum expendunt. Ante peccatum in statu innocentiæ homo laborabat, & sciebat quid agebat, & pro qua re. Sciebat enim opera sua esse meritoria: & sciebat quid agendum, & quid non: sed postquam peccauit, cõparatus est iumentis insipientibus. Iumenta enim licet per totum diem laborẽt, nesciunt tamen quid faciunt vel qualiter faciunt, sed ducuntur ab operatore. Sic nec homo amplius scit an amore vel odio dignus sit, an sua opera sint retributione digna vel nõ. Ille solus nouit, qui ea in thesauro reseruat. Ideo dicebat Psal. *Vt iumẽPsal. 72 tum factus sum apud te: & ego semper tecũ*, scilicet ad laborandum. Si enim ducas me vt agricola ad laborem, scio quia mihi reddetur merces. Inde sequitur: *TenuistiIbidem. manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me.* & additur merces: *& cum gloria suscepisti me*. Sed est vnus defectus. Sicut enim iumenta respiciunt & arant terram & laborant in ea multum, sed nesciunt cui thesaurizant: sic est de multis: & ideo de aliquo eiusmodi ait Psal. *ThePsal. 38. saurizat, & ignorat cui congregabit ea.* Periculum est, ne deteriòris cõditionis simus quàm iumenta: sicut sunt illi, qui se non recognoscunt, iuxta illud: *Si ignoras te, ô Cant. 1. pulcherrima mulierum: egredere & abi post greges sodalium tuorum.*

Tertia ratio, quia magistri in illa schola non habent virgã vel ferulam: ideo habent tot scholares, quod faciunt vniuersitatem. Omnes enim sequuntur gaudia & risus. Ideo in fine gradus non ascenditur, sed descenditur: ita vt non acquirant gradus, sed descensus. Vt patet Iob 21. *DuciIob 21. in bonis dies suos*, ecce studium assiduum: sequitur finis: *& in puncto ad inferna descẽdunt*. Sed bene schola Nicolai habet virgam. *Qui diligit filium, assiduat illi flagella.* Eccl. 30 Quandoque enim mittit Deus infirmitates, quandoque aduersitates & displicentias. Exemplũ de Paulo: *Esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur.* 1. Cor. 4.

Digitized by Google

In illa ſchola lugetur: nec bene tractatur corpus, ſed anima. In domo autem bene recta melius debet tractari domina quã ſeruus. In ſchola S. Nicolai male tractatur ſeruus, quia verberatur, & affligitur, & anima in pace quieſcit. Sed ecõuerſo fit in ſchola carnis: ideo plures vadunt ad eam. Sed tamen alia melior eſt. Audi Sapientẽ: *Eccleſ. 7* *Melius eſt ire ad domũ luctus, quã ad domũ cõuiuij.* Secundo, differt in quęſtionibus. Ibi enim quæritur quis cibus magis eſt temporaneus, vtrum alozæ, vel murenæ, vel megari, vel anſeres, vel perdices, vel venatio. Quo tẽpore bibi debet mellicratum, vel hypocraticum. Quo tẽpore gelu miniſtrandũ, vtrum aſſatũ vel elixum ſit proferendum: vinũ cuius ſaporis vel coloris, vtrũ lagena ſit bene animata vel non: de appoſitione in principio vel in fine, de ſalſa: de mulieribus, vtrum pulchrę vel nigrę, & quæ magis placent: de ludo, quis melius ludit pila, vel ad ſcaccos, taxillos, & huiuſmodi. Sæpe in iſtis ſunt multi tales rei ſeu victi. Difficile enim eſt apud multos his annis reſpõdere propter cariſtiam. Tales ſæpe plus rogant Deum pro vitibus, quàm pro anima ſua. Iſti etiã poſt quęſtiones habẽt reparationes more ſcholaſticorum, ſcilicet ſumere vinum & ſpecies, & poſt gratias bibere: & Deus ſcit quale ibi eſt Latinũ, & quale linguagiũ, quod vulgo dicitur: *le gergon, & Latin des commeres.* Sed in ſchola S. Nicolai quæritur de abſtinẽtia, & quantum & quomodo debet ieiunari, quomodo impleri præcepta Dei & Eccleſiæ: & pauci in illa ſtudere volũt. Tertio, differunt in bidellis: quia bidelli ſcholæ carnis ſunt clamatores vini, courretarij, macquerelli & vetulæ. In ſchola Nicolai, prædicatores & *Pſal. 33* viri ſancti, qui clamant: *Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus.* Sic guſtabat Nicolaus iam infans, quando ceſſabat à dulcedine corporali: quia guſtato ſpiritu, deſipit omnis caro.

D Mundi ſchola quomodo differt à ſchola Nicolai.

Secundo dico, quod ſchola prudentiæ mundi differt à ſchola Nicolai: primo, in ſtudio, quia docet ſtudere in vanitatibus, diuitijs, & honoribus: in qua ſtuduit Balaam, qui vt honoraretur à Balach Rege Moabitarum, paratus erat maledicere filijs Iſrael: & cum muneribus venit ad eũ, & docuit mittere coram filijs Iſrael ſcandalum, ſcilicet pulchras mulieres: vt illi prõpti ad luxuriam offenderent Deum, & fierent idololatrę. Sic mundi prudẽtia docet omnem maledictionẽ: vt perueniatur ad honores & diuitias, cõcupiſcibilia & delectabilia ante oculos ponit: vt offendamus Deum & idololatremus, quia auaritia eſt idolorum ſeruitus. Et iſta habet multos ſcholares, & credo omnes. *A minimo vſque ad maximũ omnes auaritiæ ſtudent.* Et: *Non deficit de platea eius vſura & dolus.* Prudentia vero Nicolai eſt, contemnere diuitias, & honores: ideo pauci ſunt eius diſcipuli. Fere omnes dicunt quod Iudęi cæco nato: *Tu diſcipulus illius ſis, nos Moyſi diſcipuli ſumus*: qui terrena permittebat. Secundo, differũt in diſputationibus & quæſtionibus, quia in iſta ſchola primo fit quæſtio de primatu, & poteſtate & honore. *Facta eſt cõtentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior.* Modo enim in regno omnium quęſtionum occaſio ex illo procedit, quis debet regere. Sunt ibi tam magnę quæſtiones & difficiles, quod ſapiẽtiores in illa arte neſciũt ſoluere. Omnes ſunt ad metá non loqui immediatę, quod proponuntur. *In tẽpore illo prudens tacebit, quia tẽpus malũ eſt.* Aliquando tacetur præ timore: quandoque vero vnum os proiectum in ore facit tacere. Item fit quæſtio de Epiſcopatibus, & Abbatijs, & ſimilibus. Modo non ſunt aliæ diſputationes, & quiſquis ſit fortior, vincit in illis quæſtionibus. Secundo, fit quæſtio de diuitijs inter meum & tuum. Talis quęſtio orta eſt inter Loth & Abraham paſtores. Dicitur de ſcientia nominalium quod multum ſubtilis: ſed nihil eſt in cõparatione ad hanc artem. Multo plures inueniuntur hic ſubtilitates & ſophiſticationes in cõtractibus & proceſsibus, & magis in cauſa iniuſta, quàm in defenſione iuſtæ inuenirentur, ita quod *filij*

de diſſert à ſchola Nicolai ſine Dei

Ieremi. 6 *Pſal. 54* *Ioan. 9.* *Luc. 22* *Amos 5.* *Gen. 13.*

huius

Digitized by Google

Luc.16 *huius ſæculi prudẽtiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.* Sed in ſchola Chriſti & Nicolai fit quęſtio de contemptu honorum & diuitiarum. Fugit enim iſta Nicolaus, ideo non diſputauit. Placeret Deo quod ita diſputaretur cõtra bonos ad acceptãdum, ſicut fit cõtra malos, qui acceptant. Tertio, differunt in linguagio ſiue Latino: quia ſcholaſtici mundi ſemper loquuntur de terris & de beneficijs, & ibi habent cor ſuum, quia *vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.* Scholares vero Nicolai de cæleſtibus loqui ſolẽt. Primi habent os verſus terram ſicut beſtiæ, alij verſus cælum. Bidelli mundi ſunt adulatores, reportatores, iurgiorum ſeminatores, mali procuratores & aduocati, qui conſulunt malas cauſas fouere, qui inde tenentur ad reſtitutionem: de quibus Matth.15. ex Eſaia ſumptum eſt: *Sine cauſa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominũ.* ſine cauſa, id eſt fruſtra, quia ille cultus non ducit ad vitam ęternam: ſicut fruſtra eſſet medicina, quę non induceret ſanitatem. Sed bidelli Nicolai ſunt, qui conſulunt mundum contemnere, & cæleſtia appetere, ſemper bona facientes & loquentes.

Mat. 6

Mat. 15

E Nicolai ſcholares quomodo docent quatuor virtutes cardinales.

Pro ſecunda parte dico, quod in ſchola B. Nicolai docentur quatuor: de quibus Sap. *Sobrietatem & prudentiã docet, & iuſtitiam & virtutẽ: quibus nihil eſt vtilius in vita hominibus.* In illa enim ſchola, vt ſcribitur, *ipſe palam faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ.* Primo igitur docuit ſobrietatem nõ tam verbo quam facto. Ideo quæritur: *Quem docebit ſcientiam, aut quem intelligere faciet auditum?* & reſpõdetur, *ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.* Illi enim ſequũtur aſperam vitam vel temperatam, non delitias carnis, illi apti ſunt ad ſcientiam Dei percipiendam. Et ideo pueri debent temperate & ſobrie nutriri. Huius exemplum eſt B. Nicolaus, qui in lacte matris ſobrie viuebat. Quantæ abſtinentiæ fuit, dum ratione vſus eſt, & ratione ductus, qui ante rationis vſum ſic abſtinebat? Quantum theſaurizauit auarus meritorum, qui ſic iuuenis fecit theſaurizans cum dentibus? Erubeſcant lubrici & guloſi, qui dicunt quod non poſſunt continere vel ieiunare, quando infantia ita decliuauit hæc omnia. Si enim macerarent carnem ſuam, ſicut B. Nicolaus, non dubitó quin bene cauerent ſibi. Et ideo cõtra huiuſmodi adducetur in teſtimonium. Secundo, iuſtitiam docuit nõ tam verbo quam facto. Sciebat enim quod plus mouent exempla quàm verba. Parua ſiquidem terra ſibi data erat in regimen, ſcilicet terra ſui corporis, ſed ita corripuit eam, quod faciebat eam ieiunare. Sed ad honorem Dei regis: quia *honor regis iudicium diligit.* Modo vero paucum aut nihil iuſtitiæ facimus. Vbi tamen dedit nobis Dominus baſſam, & mediam iuſtitiam.

Tertio, docuit prudentiam. Primo, prudenter miniſtrando ſua, & diſtribuendo prout opus erat, & multiplicando. Quantum multiplicauerit, ſatis liquet ex auro dato puellis. Sciebat enim quod ſemen iactum in terram multiplicatur: quod fimus niſi diſperſus non fœcundat. Sed ne furaretur, prudenter occulte dedit, & tunc ſoluit ſuum vacantem. Secundo, apparuit eius prudentia in benigna & humili reſponſione: cum veniſſet ad eccleſiam mane ante cæteros, & quæreretur quis eſſet: vbi vocatus eſt ad Epiſcopatum. Tertio, apparuit eius prudẽtia in hoc, quod prudẽter reſpuebat onus Epiſcopatus, ſe indignum proclamans. Quarto, apparuit eius prudẽtia in prudẽti regimine ſui gregis, quia ſcilicet ſubuenit eis nõ ſolum ſpiritualiter, ſed etiam corporaliter in neceſsitate famis durãte vita, & poſt mortẽ per multa miracula eis ſubuenit. Quinto autem fortitudinis virtutẽ docuit, cum nec regem timuit. Dominum Conſtantinũ nõcte per viſum terruit, & innocẽtes morti addictos incolumes ſeruauit. Sic & diabolum Myrrheam Eccleſiã comburere volẽtem reppulit. Vide quæſtiones. &c. in alijs ſermonibus præcedentibus.

Digitized by Google

SERMO PRIMVS DE CONceptione Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & in ordine VII.

Pſal. 92. A Maria maximè à Deo ornata eſt

DOmum tuam decet ſanctitudo Domine in longitudinem dierum. Diuites homines & potentes habentes plura domicilia & maneria, illud ſpecialius dicuntur habere & ſolent amplius diligere, quod abundantius muniunt, & libentius frequentant. Secundum quem modũ ſancti dicuntur aſcenſionem ſuam ædificare in cælis; quia illud ædificium ſpecialiter diligunt, & ſua merita illic præmittendo illud ſpecialiter præmuniunt: & illuc per ſancta deſideria frequentius tendunt. Habent enim hic ciuitatem, ſed nõ manentem. Sic & Paulus, qui dicebat:

Philip. 3. *Noſtra cõuerſatio in cælis eſt.* Similiter Deus ante ſuam incarnationem habuit multa præclara maneria, ſicut Saran, Rebeccam, Heſter, Iudith, &c. & illa multum diligebat, ſed Mariam præ omnibus dilexit. De qua canit Eccleſia: Elegit eam Deus &

Pſal. 86 præelegit eã. *Diligit Dominus portas Siõ*, id eſt fidem Mariæ ſpeculantis, per quam ingreſſus eſt in mundum, *ſuper omnia tabernacula Iacob*: id eſt, ſuper omnes animas, quas inhabitauit ad tempus. Hinc eſt quod Dominus eam multipliciter muniuit & dotauit priuilegijs. Propter quod

Pſ. 111. canit Pſal. *Gloria & diuitiæ in domo eius: iuſtitia eius manet in ſæculũ ſæculi.* Gloria quidem: quia gaudiũ matris habẽs cum virginitatis honore, nec primam ſimilẽ viſa eſt nec habere ſequentem, ſed diuitię, id eſt virtutes multæ & magnę fuerũt in ea. Et ſi forte aliquę earum virtutum poſt tẽpus in ea virgine per ſtudioſum exercitiũ acquiſitæ ſunt & deuenerunt, iuſtitia tamen manſit in ea inſęculum ſæculi, id eſt iuſtitia numquã defuit ei: propter quod creditur abſq; peccato originali cõcepta.

Pſal. 64 Vnde poſſumus dicere Domino: *Sanctum eſt templum tuum, ſed mirabile in æquitate*, id eſt iuſtitia, quæ in ea ab ortu vſque ad occaſum mortis remanſit. Vt igitur de iuſtitia eius aliquid pertractare poſſimus, ad eam recurramus, dicentes: Aue.

Ad pertractandum igitur materiam de Conceptione Virginis glorioſæ Matris Dei, an videlicet fuerit cõcepta in peccato originali, duo ſunt pertractanda. Primo, quid ſit originale peccatum: & illud matutino ſermone terminabimus. Secundo, an ſit ſine originali concepta: & illud ſermone promeridiano dicemus. Et quia cognoſci non poteſt qualitas originalis peccati, niſi præcognoſcatur ipſa iuſtitia originalis quę & qualis ſit: ideo primo de ea tractabimus. Originalis iuſtitia ſecundum Doctores erat quędã virtus gratis à Deo data, qua mediante ratio immediate erat Deo ſubiecta, voluntas rationi, ſenſualitas voluntati & rationi, & bruta animalia ſenſui, voluntati & rationi, & vinculum animæ cum corpore ea manente manebat indiſſolubile. Sic igitur virtutis huius quinq; erant effectus pręclariſſimi. Primus erat, quod ratio immediate ſubijciebatur creatori, ſic quod nulla inclinatione, nullo errore, nulla difficultate aptũ fuiſſet liberũ arbitrium, aut etiã rationem auerti ab ipſo Deo, ſed immediate ſine quacunq; difficultate homo tendebat in Deum, cognoſcẽdo & diligendo eum. Sed contra, peccante homine cecidit in ignorantiam agibiliũ, & difficultatem cognoſcendi Deum & alia intelligibilia. Iuxta illud: *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me.* Gloſ. magiſtri ſenten. id eſt ex me peccante in primo homine. Iuxta illud: *In quo,* ſcilicet Adam, *omnes peccauerunt*, facta eſt mihi mirabilis ſciẽtia diuina & magis quã ante difficilis. Ideo ſequitur: *Cõfortata eſt*, non per additionẽ ſcientiæ ad ſcientiã diuinam, ita vt Deus ſit minus ſcibilis quãtum eſt de ſe: ſed propter debilitatem noſtri intellectus & caſum & infirmitatẽ noſtram apparet nobis difficilior, & ita *non potero ad eã*, prę debilitate intellectus aſpicere. Et huic ſentẽtiæ ſatis cõcordat Ariſt. 1. Metaph. dicens, difficultatem ſcientiarũ non ex ipſis ſcibilibus procedere, ſed ex debilitate noſtri intellectus. A principio enim ſęculi faciliter apprehẽdebat homo

B Inſtantia originalis quid ſit.

C Scientia difficultas procedit ex nobis Pſ. 138.

Rom. 5.

diuina,

Digitized by Google

diuina,& etiã quę agenda erant,nunc vero ex lapſu intellectus omnia plena ſunt opinionibus & contradictionibus. Vnde Richardus de ſancto Victore ſuper illud:
Iſaie 1. *Omne caput languidũ.* In nobis poſt lapſum primi hominis cogitationes cogitationibus contradicũt,affectiones affectionibus reſiſtunt: & ſurgit gens cõtra gentem, & regnum aduerſus regnũ,& inſurgunt ſępe boni motus cõtra malos,& econuerſo mali contra bonos, & diuiduntur contra ſeipſos: imo,quod his omnibus miſerabilius, boni inſurgunt contra bonos. Quis enim neſciat,quã ſępe grauis cõtentio fiat inter auaritiã & gulam, nõ dico de talento,ſed de ſolo nũmo,dum quod vna vult expendi, alia præcipit reſeruari: & aliud ſępe loquitur iuſtitia,aliud miſericordia, & quod dicitur ab vna, contradicitur ab alia.Hęc ille.Sępe enim cõtingit quod gula deſiderat, quod burſa dicit eſſe nimis ſumptuoſum: ideo ſibi inuicem cõtradicunt. Bern.in quadã Epiſt.Fac burſam litigare cum gula: & caueas cuius aduocatus exiſtas.Sępius,& nõ ſemper,pro burſa ſententiam feras.Similiter iuſtitia vult latronem ſuſpendi, miſericordia abſolui, &c.Secundo,nõ ſolum cecidit ratio in errorem & difficultatẽ cognoſcendorũ,ſed etiam in difficultatẽ eleuandi mentem in Deum. Experimur enim quod quãdo cũ hominibus de noſtris negotijs agimus, ſemper mentẽ ad ea quę dicimus intentã eſſe volumus. Cum autẽ ad Deum volumus eleuare eã, ſtatim in noſtra negotia
Sap. 9 recidimus. *Corpus quod corrũpitur aggrauat animã: & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantẽ.* Iſte autẽ caſus procedit ex caſu primi hominis. Vt enim vult Ambr. Homo male recedẽs à Deo cecidit in ſeipſum. Corpus enim(vt vult Guil.Par.)naturaliter eſt ſicut domus animę,anima ſicut habitator. Cõtingit autẽ quandoq; vt qui debuit in domo ſua habitare pacifice & quiete,ibidem religetur,& captiuus in vinculis tamquã in carcere teneatur. Sic eſt de animabus noſtris per corruptionẽ originalẽ & caſum iſtũ,vt cũ velint exire & ſe leuare ſupra ſe,vinculis teneãtur: ſicut auis,quę ſurſum aduolare nitur,ſed per filũ in pede poſitũ retinetur, ſic anima nititur in Deũ tendere,ſed per ſolicitudines temporales,quę pedẽ affectionis detinent,retinetur.Eſt enim caſus iſte(vt dicunt antiqui Theologi)ſicut caſus cadẽtis in lutũ lapidoſum,in quo mergitur,& vulneratur, & inquinatur homo. Inquinantur enim animę noſtrę à puritate ſua, & vulnerãtur multiplici infirmitate viriũ ſuarum,ita vt nõ poſsint ſe erigere,& immerguntur vt lapſi ab adiutorio Dei prorigentis dexterã ſuã in lacum miſerię & lutum fœcis,in profundum tenebrarum, quantũ ad vires apprehẽſiuas: & in profundũ fetulãtiarum, quantũ ad motiuas. Et ſi quæratur, quomodo cadit homo in hoc miſeriarũ profundũ. Reſpõdet Guil. quod homo primo cadit in ſolicitudinẽ prouidendi corpori victũ & veſtitum, & cuſtodiendi & protegẽdi ipſum, ideo cadit in cõſiderationem omniũ moleſtiarũ corporis, vt eas euadat,propter quod ſecundo inardeſcit in omnes delicias corporis ſibi cõgruas. Poſtquã enim omnes moleſtię corporis ſuper ipſam animã deuolutę ſunt (quarũ nullã pateretur,ſi nõ peccaſſet Adã, quia nulla earum eſſet) in laqueos voluptatum ſenſibilium cecidit, irretiẽda miſerabiliter ab eiſdem. Si enim non fuiſſet illud peccatũ, ſuſpenſa fuiſſet anima ad ſpirituales delicias, & propter hoc iſtę ſenſibiles ei nõ ſaperẽt,imo nullę eſſent quantum ad illã.Sicut ecõtrario videmus,quod ita deiecta eſt in delicias ſẽſibiles, quod internæ non ei ſapiunt,imo nullę ſunt quantũ ad eã.Si enim in ſublime rectitudinis remanſiſſet,nec moleſtias à ſenſibilibus, nec voluptatũ laqueos ſuſtineret.Et hoc,quia ſpiritualibus delicijs occupata ita illis adhęreret,quod ad ſenſibilia, niſi propter neceſsitatẽ corporis, aut aliã cauſã, quæ internas eius delicias non euacuaret, ſe nullatenus inclinaret.
Gen. 3. Quod apparuit in Adã & Eua ante peccatum, qui propter hoc nõ cognoſcebant ſe eſſe nudos. Adeo enim occupati erãt ſpi-

D Gula ſæpe litigat cum burſa.

E Triplex optio de cauſa euagationis mentis in oratione.

ritualibus, vt quod in eorum corporibus esset vel fieret, nō sentirent. Sicut & modo pleriq; adeo occupati sunt in sensibilibus & corporalibus, vt quid in eorū animabus fit vel fiat, prorsus ignorent. Solā enim molestiā corporis curare videntur, vt scilicet eam fugiāt, & voluptates obtineant. Hæc Guil. Et ne hoc videatur incredibile, hoc contingat quibusdā sanctis viris ex speciali dono Dei, qui ita rapti sunt à sensibus, vt quid circa eos agatur
2. Cor. 12 ignorent, vt patuit in Paulo: qui videns arcana verba nesciebat an in corpore an
Act. 12 extra corpus esset. Sic Petrus in extasi, quando ceciderūt cathenæ, aliud estimabat quā fieret. Sic B. Thomas Aquin. coram B. Ludouico murenulā comedit, nesciens quid ageret, dicens: Consummatū est, post suæ difficultatis inuētionem. Sic sancti viri, qui Chartusiam fundauerunt, multo tēpore quid circa corpus agebatur ignorabant. Quidam tamē causam huius alienationis mentis in oratione & deuotione aliā assignāt: & precipue ipse Guill. hoc sępe procedere ex diaboli artificio, qui cognoscit orationem cōtra se & suas machinationes ad Deū dirigi: ideo quantum potest mouēdo phantasiā orantis, & ei ostendēdo varias species, impedit quātum potest intentionē orātis, ne se ex toto ad Deum cōuertat: & sic cōtra eum nō prealeat oratio. Vnde in vitis Patrū legitur de B. Machario, quod cum dęmoni obuiasset dicenti quod ad orationē fratrū accelerabat: tādem in choro fratrū psallētium vidit maximā multitudinē paruorū Æthiopū volitare per chorū, vnus nunc se transformabat in mulieris speciē, alius in speciē lathomi lapides dolātis, alius in aliam speciem. Quod cū vidisset, interrogauit singulos fratrū, quid psallēdo cogitassent: & statim cōperit illa eos cogitasse, quorum diabolus speciē ingerebat. Quia autem hoc permittat Deus, fit ad humiliationem nostrā, ne forte pręsumamus de exauditione, aut ipsa nimia cōtemplatione contenti, de nobis nimium cōfidamus, quemadmodū Adam, qui huiusmodi contemplatione illectus, ad se non respexit: & cum credidit se securū, cecidit. Quidam tamē huius alienationis in oratione aliā videntur assignare causam magis naturalem: quia secundum Philosophum, pręsentia sensibus magis mouent quàm absentia. Ideo cum loquimur de re absente, facile euagamur, sed cū de negotijs nostris agimus, quę fortiter sensum mouent, non est mirum, si non vagemur. Cum autem Deo, qui sensus nostros sensibiliter nō mouet, orando loquimur: nil mirum, si fugax animus sępe alienetur. Secundus huius virtutis effectus erat, quod voluntatis affectus rationem rectā prompte sequebatur, vt absq; difficultate omnia sua iudicia secundum eam proferret. Inde fecit Deus hominē rectum, scilicet ad iudicandum. Sed nunc omnes in iudicando nisi cum difficultate, nostras sequimur affectiones. Vbi autem ratio sequitur affectionem (vt vult Seneca) vix rectum inuenitur iudicium: & quadriga boues antecedit, & cęcus videntem puerum nititur ducere, id est rationē, quę in nobis ad modū pueri medica est, vbi nimium de affectione, quę cęca est, inuenitur. Inde est, quod omnes in iudicijs nostris afficimur ad commoda nostra: vt secundum Guil. Par. inde assumptum sit illud Prouerbium: Innatum est filijs Adę commoda sua diligere. Sic enim homo propter peccatū tenetur religatus in seipso catena, quę dicitur sui ipsius amor, quē Augu. posuit fundamentum ciuitatis Babylonicę, quod non nisi ad sua & suorum commoda & delicias afficitur, aliena negligens. Vnde: *Fatius sum sicut vter in pruina.* Sicut enim vter in pruina & gelu constrictus nihil ex se emittere potest, sed intra se retinet omnia: sic ita obfriguit homo ab amore Dei & proximi sui vsq; ad gelicidium, quod nec amor eius ad Deum dirigitur, nec ad proximum compassio, sed omnia ad se cōuertit, ita vt sicut vilis vter ex pellibus extra domum ad pruinam deijcitur, sic homo post peccatum coopertus pellibus extra domum

Iudicia humana sequitur ad affectiones propriας

Nota.

Ps. 118.

para-

paradiſi & eius feruorē quaſi nullius valoris ad frigus mentis deijcitur. Secundo ex peccato ipſo facta eſt voluntas noſtra prona ad malum magis quā ad bonum.

Gen 8. *Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* Sicut enim ſpōte terra ex ſe gignit herbas nociuas & inutiles, fructuoſas autem non gignit niſi culta: ſic ſpōte mala & primi motus mali ex nobis oriuntur. Et ſicut ex nihilo facti ſumus: ita ad nihilū ipſius mali, niſi manu artificis noſtri teneamur, continue tēdimus. Tenet autem nos illa creatrix manus, cum vel ad amorem cōpungendo viuificat, vel ad amorem flagellādo reſtaurat. Scriptum eſt enim: *Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.*

Iob 10.

G

Senſualitas dominatur rationi.

Tertius illius vitiatis effectus erat, quod omnes ſenſus tā exteriores quā interiores ita ordinati erant, vt eorum appetitus ad eorū obiecta tantum ſe extenderet, quantū recta ratio & electio voluntati ſequens illā rationē permittebat: & taliter fuiſſet ſenſualitas rationi conformis, quod nulla fuiſſent carnalia deſideria ſubſecuta rationi deformia. Nunc econtrario videmus, quod rebellis eſt pars ſenſitiua ſpiritui, & caro aduerſatur ei per concupiſcentias beſtiales, quas vt plurimum ſequuntur homines. Sunt enim (vt vult Guil. Pariſ.) anima & corpus ſicut rex & regnū. Interdū enim contingit, quod qui in aliquo regno debuit regnare, in eodē redigatur in ſeruitutem. Sic & miſerę animę noſtrę in corporibus noſtris ſeruitute premuntur miſerrima, ſeruientes corporibus & corporalibus voluptatibus: niſi hoc per baptiſmum pro parte refrigeretur, & per eū libertatem filiorum Dei cōſequatur. Vnde & poſt comeſtionē cibi vetiti ſtatim ſubſecuta eſt carnis concupiſcentia: propter quam verenda ſua texerunt. Vnde Aug. in Hyponomicon. Quid indicāt folia fici, quibus nō Deo auctore, ſed peccato, pudenda membra texerunt: niſi quemdam pruritum libidinis turpem, ex quo ſecuta

Gen. 3

Aug.

eſt carnis tentatio? Vult enim Damaſcenus, quod ſpina roſæ cōiuncta ſit in ſignū & memoriam preuaricationis primæ, eo quod verecundus pruritus conſcientiam pungens voluptat: & delectationi cōiunctus ſit. Iſti pruritus ſunt fremitus gentium: de quo querit Pſ. *Quare fremuerunt gentes.* ſecundū enim Iſid. v. Etymol. Gēs eſt multitudo ab vno principio orta. Ideo per gentes intelliguntur cōuenienter voluptates carnis, quę ab vno inobedientię principio ortum habuerūt. Fremunt autem atrociter aduerſus ſpiritum. Seneca: Quis vmquā tam contumelioſus hoſtis, quā in voluptatibus ſeneſcere. *Poſuiſti in nervo pedem meum.* id eſt, affectionis pedem permiſiſti neruo ſenſualitatis detineri quaſi compedibus, vt contradicat rationi.

Pſal. 2.

Iob 13.

Quartus effectus fuit, quod omnia animalia, imo omnes creaturę, homini plenam præſtabant obedientiā *Faciamus hominem ad imaginē & ſimilitudinem noſtrā: & præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs, vniuerſæque terræ: omniq; reptili quod mouetur in terra.* Nullus vmquā rex fuit, qui beſtijs dominaretur, imo nec vniuerſæ terræ, nec ita pacificus poſſeſſor, ſicut ille fuit, in cuius poteſtate omnia erant, præter vnam arborem, quam tamen zelo & cōplacentia vxoris ſuę inuaſit, non obſtante Dei prohibitione. Sic modo contingit regibus & principibus, qui zelo regni & regiminis eius, quaſi vxoris ſuę zelotypia ducti, vt vult Chryſoſt. in homil. infinita mala perpetrant in ſubditos, & velut alter Adam mordent in pomo. Imperatores enim iuxta ſuarum imaginum deſcriptionem aut figuram pomum gerunt in dextera manu, per quod deſignatur mundus, quem in dextera, id eſt in potioribus bonis dirigere debent. Modo autem non plus in dextera pomum gerūt, ſed potius in ore mordentes & rodentes, imo deuorantes totum mundum. Si forte morderetur pomum in putrida parte, id eſt, in raptoribus, adulteris & homicidis, illud eſſet permittendum; ſed lupus non rapit lupum, nec leo leonem. Nec eſt conſuetudo

Gen. 1.

H

Quid ſignificetur per pomum quod in imagine tenent imperatores.

mordere in putrido, sed in sano, puta in
Esa.49. mercatoribus, agricolis. *Qui recessit à malo, præda patuit.* Et adhuc, quod deterius est, quia in morsu pomi maior pars relinquitur, nos autem ita magnum os & magnos dentes habemus, quod totum pomum deuoramus & deglutimus, puta totus probi hominis labor & fructus rapitur. Ideo nil mirum, si Deus hæc vidēs suis gladijs nos ferit: & si nullus sit amplius nunc monarcha, qui pomū teneat: quia pomum nunc à cunctis comeditur. Propter quod pensanda sunt mala, quæ subsecuta sunt hunc pomi morsū. Primo, terra optima paradisi deserta est ab habitatore. Sic propter exactiones principum
Eccli.16 terræ deseruntur incultæ. *Ab vno sensato inhabitabitur patria: & à tribus impijs deseretur.* Secundo, subsecuta est subditorum
De dominio maximo quod habuit homo in paradiso rebellio, tam bestiarum quàm sensualitatis. Ideo nō est mirum, si modo sequātur diuisiones, rebelliones, terrarū desertiones post morsum & deuorationē pomi, id est mundi. In signum tanti dominij, quod habuit homo ab initio (vt vult Guil. Altis. in secunda parte summæ in materia de Hierarchijs Angelorum) quidam sancti homines, qui macerando corpus peruenerunt ad statum tantum gratiæ, imperium super bruta habuerunt. Et exemplificat de B. Martino, qui præcipiebat mergis in flumine, & abscedebāt: gallis tacentibus, & canebant: serpētibus ne flumen transirent, & reuertebantur. In vitis Patrum Abbas Paulus manibus suis contrectabat aspides & serpētes, & scindebat per medium manibus suis, nec ei nocebant. Et cū quærerent ab eo fratres, vnde ista gratia, dicebat: Si quis possederit puritatem, omnia subijcientur ei, sicut Adæ in paradiso. In huius etiam signum (vt quidam dicunt) animalia maiora & etiam minora nos infestant & impugnāt: vt leones, vrsi, lupi, & vulpes: & sic de alijs, quę sunt maiora bruta: & pulices, pediculi & muscę, quæ sunt minora, & hoc in memoriā præuaricationis primæ. Sed in signum dominij, quod dudum habuimus super ea, adhuc media animalia sub nostra sunt obedientia: vt oues, boues, canes, equi, &c. Vnde & de sancto Cerbonio legimus, quod accusatus apud Papam, quod Missam de nocte cantaret, venit ad curiam vnum solum clericū secum ducens, eo quod esset valde pauper Episcopus. Cumq; appropinquaret Romæ, vidit anseres siluestres, quibus præcepit vt societatē ei facerēt, & cum ipso ad curiam pergerēt: & vt haberet encenia Domino Papę præsentanda. Cumq; anseres sancto viro obedirent, & ante ipsum precederent: cum nunciatum esset Papæ, ab omnibus impositis eum absoluit, & ad propria remisit honoratū. Nec solum bestiæ, sed & terra ipsa obediebat, suos fructus sponte ad nutū hominis producēdo sine cultura. Posuit enim Deus hominē in paradiso voluptatis, vt operaretur cōplendo mandata Dei, & custodiret illum tamquam propriam hæreditatē, etiam à dæmonibus, ne illuc intrarent. Sed quia Adam Deo reddidit spinas inobedientię, etiam terra sibi spinas & tribulos germinat, habebat etiā super dęmones potestatem: sicut & multi sancti imperauerunt eis. Non enim custodiebat Adam paradisum à bestijs: quoniam adductæ sunt ad Adam, vt vocaret eas nominibus suis. Hæc ergo erat custodia à dæmonibus.

Quintus huius virtutis effectus fuit immortalitas. Impediebat enim hęc virtus, ne mors corpori humano noceret, aut animæ & corporis vinculū dissolueret: ita vt homo mansisset immortalis, id est potens non mori. Vnde Aug. lib. 1. de mirabilibus, ca. 3. Enoch sine mortis pœna, & totius sæculi tempore remotus ab hominū conuersatione custoditur, vt in eo ostenderetur, qualiter homines, si non peccassent, generata prole in vitā spiritualem sine morte commutarentur. Sed non est mirabile, si subtracto illo impedimento secuta est mors: *graue quidem iugum super omnes filios Adam.* Et non solum mors, sed etiam omnia antecedentia ad mortem, scilicet calor, frigus, esuries, sitis,

K
Quomodo homo fuisset immortalis in statu innocentiæ

Eccli. 40

sitis, & infirmitas. Terrâ propterea, quâ à patre nostro Adam recepimus tamquâ hæreditariam, cum illis hypothecis velimus nolimus persoluendis possidemus. Nil mirum enim, si voluntate voluntarie deserente Deum creatorem suum, anima incurrit necessitatem deserendi corpus suum. Vt enim dicit Aug. Antea mortalis erat conditione corporis, immortalis beneficio conditoris. Et hoc ostendit Aug. per exemplum: quia sicut præstitum fuit filijs Israel, quod in quadraginta annis vestimenta eorum non veterascerent, sic Adæ præstitum est, vt non moreretur, si nõ comederet de ligno vitæ sed proprijs dentibus & manibus fecit sibi pellicium mortis. *Deus mortem non fecit: impij autem manibus ac verbis accersierunt illam.* Et propterea Deus fecit eis pellicium ex pellibus animalium mortuorũ, vt memores essent se esse mortalitate vestitos: & etiam in medicinam, vt insinuaret carnẽ eorum contra motus sensualitatis mortificandã esse. Expedit enim carnis superbiam domare, & contra stimulum eius calcitrare. Et si dicatur, quod si quis tũc in illo statu percussisset aliquẽ hominem gladio vel lapide, tunc fuisset occisus. Respõdet Doctor sanctus in secũdo scripto, quod quatuor modis res aliqua potest desinere esse. Vno modo, quia finita: & sic res omnis ex natura sua habet periodum determinatam, nec potest multo durare tempore. Secundo, quia componitur ex contrarijs: quia cum vnũ excedit, aliud statim agit in illud ipsum corrumpendo, & quo ad istos duos modos originalis iustitia hominẽ conseruabat, ne videlicet per vetustatẽ consumeretur, & ad harmoniã contrarias qualitates reducebat. Tertio, poterat desinere esse per extrinseca læsiua fortuito superuenientia, puta lapidem vel gladium: & sic solus Deus illum præseruasset. Nec enim Deus permisisset pœnã inferri homini ante culpam. Quarto, per deperditionẽ humidi radicalis: & sic perpetuabatur homo per esum ligni vitę. Secundum tamẽ Bonau. in secundo scripto: lignum vitæ poterat longo tempore facere, vt homo ex eo comedens viueret. Et ad hoc cõformiter dicit Glos. super illud: *Ne forte vivat in æternũ*, quod Enoch & Helias sic cõseruantur in paradiso terrestri. Multa enim aromata, vt myrrha & balsamũ, corpus hominis diu à putrefactione conseruant: multo fortius diuina virtus, mediante illo ligno, potuisset conseruare hominis corpus, ne moreretur. Non tamen poterat lignum illud perpetuum seruare, nisi specialiter diuina virtus assisteret. Ideo dicit allegãdo B. Aug. quod illud lignum erat primo parẽti tantum tamquam sacramentum. Sacramentum autem in se non habet nisi virtutem assistentem: sic ibi poterat esse, quod dum cõederent de fructu ligni vitæ, haberent tunc diuinã virtutem assistentẽ, qua mediante vnà cum fructu comesto deperditum restauraretur. Melius tamen dicendum est, vt volunt Doctores, quod homo post multa tẽpora vitæ suæ, & post multa merita fuisset de hoc mũdo in paradisum trãslatus, & quod lignum vitæ per multa tẽpora potuisset restaurare deperditum, licet non per infinita, quia nec homo per tẽpus infinitum sic duraret: Modo autẽ nõ transfertur homo de paradiso in paradisum, licet hoc quidam putent fieri, vt de paradiso deliciarum huius sæculi ad æternas transeant delicias: nescientes quia in vallem hanc lachrymarum vectus est homo, vt lugeret, & sic de luctu ad gaudiũ transiret. Vbi etiam hic aduertendum est quàm periculosa est in regno aliquo perditio iustitię originalis. Sic enim per eum animæ regnum seruabatur integrum, & in debita subiectione: quod ea perdita facta est domina quasi ancilla, imo ancillæ seruiens. Sic in regno per perditionẽ iustitiæ, per quã in regno originantur omnia bona, perduntur omnia bona. Tollę solẽ, & terra non fructificat. Tolle iustitię solẽ, quæ sola inter virtutes in scripturis sol appellatur, & omnia destruuntur. Ex omnibus præcedẽtibus colligi potest pro secunda parte, peccatum originale nihil

Sap. 1. — *Pellicũ quale fecit Ada.* — *M Quomodo in primo statu fuisset homo à morte præseruatus.* — *Lignum vitæ quasi sacramentum erat datum.* — *N Iustitia perditio quanti periculi sit in regno.* — *Gen. 3.*

aliud esse, quàm carentiam iustitiæ originalis debitæ inesse, seu concupiscentiam carnalem imputabilem, vt dicunt alij. Et hoc peccatum somniauerũt antiqui Philosophi, qui dixerunt corpus esse sepulchrum animæ, & animam mortuam esse, dum est in corpore: imo antiqui Poëtæ dixerunt corpus esse infernũ animæ. Vnde Macrobius recitat animã ex coniunctione eius cum corpore inebriari Lethæo flumine, qui est inferni fluuius: cuius potatione anima obliuiscitur veritatis. Et mirabile est, quomodo ex vna scintilla, id est ex ipso primo peccato, processit ignis in toto mundo, vnde totus mundus in maligno, id est in malo igne concupiscentiæ, positus est. Et de hoc amplius dicetur in sequentibus.

Q *Quomodo Poetæ somniauerunt peccatum originale.*

SERMO SECVNDVS DE CONCEPTIONE Virginis gloriosæ, & in ordine VIII. Per themia supradictum.

A *De triplici domo quã Deus ædificauit.*

BEata Trinitas ab exordio sæculi ædificauerat Angelis cælum, quę est domus gloriæ: damnatis infernum, quæ est domus iustitiæ: hominibus lapsis mundum, qui est carcer miseriæ & patria bestiarum: pisces etiã posuerat in aquis, aues in aëre, & stellas in firmamento. Sed nec sibi ipsi Dominus parauerat domum. Ait enim. 1. Paral. 17. *Neque enim mansi in domo ex quo eduxi Israel vsque ad diem hãc: sed fui semper mutãs loca tabernaculi. Numquid saltẽ locutus sum vni iudicũ Israel: quare non ædificastis mihi domũ cedrinam?* Dominus enim in antiqua lege habitauit in tabernaculis & tẽtorijs, id est in animabus sanctorum hominũ: sed ibi requiẽ non habebat propter frequentẽ peccati lapsum: quia *omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.* Rom. 3. Ideo arguebat iudices, rectores, & pastores populi, qui debebant esse sanctiores, cur non ædificabant sibi domum cedrinam: id est per peccatum imputribilem. Nunc autem videns Dominus quia *omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt*, ad hoc ædificandum, ideo sapientia sua proposuit sibi ædificare domum, ornatissimã quidem & de lignis imputribilibus factam. Et quia reges & magnates dum sibi ædificant domos vel mansiones, maiori studio & cultiori schemate ędificant proprium thalamũ, & ex parte melioris & purioris aëris, & à parte orientis, & extra omnem infectionem: ideo etiam summũ Imperatorem decuit suã domũ omnibus virtutibus munitissimã facere & ab omni infectione secluſam. Quod nõ fuisset, si in originali concepta fuisset. Vt igitur eius virtutum bonis valeamus repleri & ditari, ad eã confugiamus, dicentes, Aue. Psal 13.

In sacris scripturis legimus Dominum triplicem domũ, scilicet cælum, Mariam, & ęternam beatitudinem habuisse. De prima quotidie recipimus bona naturę: de secunda bona gratiæ: de tertia bona gloriæ. Cælum enim materiale quoddã cellariũ est, à quo nobis effunduntur bonitates naturales: vt calor vitalis, vina, fruges & cætera. Est quoque illa larga manus, de qua. Ps. *Aperiente te manum tuã omnia implebũtur bonitate.* Sed cũ illud nõ sufficeret inopiæ nostræ, cogitauit Dominus aliã facere domũ sibi & nobis magis accommodã. Sibi, vt ibi hospitaretur: nobis vero, de qua nobis bonitates spirituales effunderet: dona scilicet gratiarum & vnguenta virtutum, quæ sunt nostrorum medicamenta morborum. Inde Bern. ser. 3. Vigiliæ Natalis Domini: Nihil nos Dominus habere voluit, quod per manus Mariæ nõ transiret. Ædificauit etiam illã domũ, vt nobis esset propinquior & magis ad manum quàm ipsum cælũ, de quo fluunt nobis dona naturæ: quia magis indigemus bonis gratiæ quã naturæ, quanto anima nostra dignior est & necessariõr corpore nostro. Domus autẽ ista est Maria, quæ nobis iam dudũ fuit horreũ frumẽti & cellariũ vini altaris & olei misericordiæ, & apotheca totius medicinalis vnguẽti. Propter quod inanes & famelici ad Dominũ dicere possunt: *Replebimur in bonis domus tuæ.* Psal 64. Nam ante aduentum Saluatoris in terra, erat inopia, fames, & caristia in Ægypto, id est in mundo, donec

B *Domus idẽ quod prima.*

Ps 103.

nec verus Ioseph in beatam virginē quasi in granarium suum frumenta congessit, quibus satiaretur Ægyptus tota, id est mundus. Istam etiam domum multū dilexit Deus Pater, de quā in figura dixit ad
3. Reg 9 Filium: *Sanctificaui domum hanc, quam ædificasti: vt* scilicet *ponerem ibi nomen meum in sempiternum: & erunt oculi mei ibi* (quia vbi amor, ibi oculus) *& cor meum cunctis diebus*, & non vno tempore tantum: vbi est thesaurus, ibi est cor. Maria vero thesaurus Dominī est, & thesauri sui repositorium. Inde dixit Filius: *Domum maiestatis meæ glorificabo*, scilicet præseruando eā
Isa. 60. ab omni infectione peccati. Et hoc est, quod dicitur in Themate: *Domum tuam decet sanctitudo, &c.*

C *Vtrum Maria concepta fuerit in originali peccato.*

Nunc inquirendum est, an beatissima virgo fuerit in originali concepta. Et videtur quod sic. Primo per illud; *Omnes in Adam peccauerunt*. Qui autem omnes dixit, nullum excepit. Maria igitur non est excepta. Secundum glos. super illud Psal.
Rom. 5. Psal. 50 *Ecce in iniquitatibus conceptus sum*. Nemo nascitur nisi trahens peccatum & meritū pœnæ, nisi tu qui de Spiritu sancto natus es. Et Hier. supra illud Psal. *Erue de manu canis vnicam meam*. videtur dicere quod solus Christus sit sine originali cōceptus. Ad hanc quæstionē respōdetur negatiue, scilicet, quod pie credendum est, Mariam matrē Dei sine originali concepti fuisse. Hoc primo potest induci & persuaderi auctoritate scripturæ sacræ. Et primo per illud iam pro themate allegatū. *Domum tuam decet sanctitudo Domine*. non solū vno die vel anno: sed, *in longitudinem dierum*, id est quādiu durabit. Sed Maria fuit specialis domus Dei, in qua requieuit nouem
Eccl. 24 mēsibus. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*. Ergo per totam suā durationē decuit eā esse sanctā. Fecit autē Dñs omne quod decuit: igitur. Secundo per illud
Aggai 2 *Magna erit gloria domus istius nouissima plus quā prima*. Sed prima domus, in qua habitauit Dñs à principio sæculi, fuit Eua mulier prima & Adā. Et illa fuit ita gloriosa, quod numquā originale peccatum habuit: imo producta est in statu innocētiæ plena gratia & virtutibus. Ergo huius nouissimæ domus maior erit gloria. Sed hoc nō esset, nisi Maria creata esset innocēs. Et hoc est, quod iuxta Ecclesiæ cantū de se dicit: Ab initio & ante sæcula creata sum: id est, sicut ab initio sæculi & ante sæcula creabatur innocētia, & ego creata sū. Ideo ab Ecclesia stella maris appellatur, quia sicut illa nescit occasum: sic Maria nullius peccati originalis aut actualis passa est occasum. Et si dicatur, quod sacra scriptura in multis passibus dicit, *omnes natos esse filios iræ*. Omnes declinasse, & simul inutiles esse. Omnes in Adā peccasse, & sic ex scriptura contrarium inuenitur. Respondetur primo, quod summus Imperator Deus non est suis astrictus legibus plusquā princeps tēporalis: ideo supra legē suam potuit aliquam eximere ab imputatione peccati. Non enim aliud est, omnes in Adam peccare, quàm peccati in patris Adæ ad peccatum filijs imputari. Secundo dicitur, quod non minus priuilegiata est Imperatrix cęli & mater Christi, quā reginæ temporales, quæ sunt priuilegiatæ cōtra seruitutes ciuiles, quibus cæteri subduntur. Cū etiā à cęteris maledictionibus donatis Euæ priuilegiata sit, sicut ab illa: *In dolore paries, &c.* cur non
Gen. 3 igitur ab ista cum in figura dicatur ei: *Nō*
Hest. 15 *pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est*. Tertio dicitur, secundum Arist. Ethic. 5. quod leges non dantur sic vniuersaliter, quin in casibus particularibus cadat exceptio. Summus autem Imperator propter minorem causam, quā propter honorare matrem, mutauit leges naturę & etiā scripturæ. Naturæ, cum propter Iosue sole fecit stare, & propter Ezechiam retrocedere, & tres pueros in igne, & cōtra naturam ignis seruauit illæsos. Similiter cōtra legē scripturæ, cum in vtero materno Hieremiam & Ioannē Baptistam sanctificauit, & Enoch & Helię temporalem paradisi reddidit hęreditatē. Et per hoc solui possent omnes scripturæ auctoritates, quæ ad oppositum adduci possent.

D *Quomodo soluuntur auctoritates omnes scripturæ, quæ dicunt Mariam concepta in originali.*

Ioſue 10 4. Re. 20 Dan. 3.

Hiere. 1. Luc. 1. Gen. 5. 4. Reg. 2

Secun-

Digitized by Google

Quomodo soluuntur omnes auctoritates sanctorũ & doctorum, qui dixerũt Mariã conceptã in originali.

Secundo hoc idem probari & persuaderi potest doctorum sacrorum auctoritatibus. Primo per Aug. lib. de natura & gratia: & recitatur à magistro 3. sen. dist. 5. Cum de peccatis agitur, nullam volo de ea habere quæstionem, scilicet de Maria, quasi dicat: cum de quorumdam peccatis inquiritur, de illa nõ loquor: eo quod omni peccato caruit. Secundo auctoritate Hildefonsi Toletani Episcopi dicẽtis. Denique si non in vtero magis sanctificata fuisset, eius natiuitas colenda non esset. Nunc autẽ quia venerationi habetur totius Ecclesiæ, cõstat eã ab ipso peccato originali fuisse immunẽ: per quã non solũ Euæ matris deleta est maledictio, verũ etiam omnibus condonata benedictio. Nullis ergo delictis, cũ nata est, subiacuit: nec originale peccatum in vtero sanctificata contraxit. Tertio auctoritate Anselmi. Non credo (inquit) amatorẽ esse virginis, qui respuit festum celebrare cõceptionis. De nullo autem, nisi quod factum est, celebratur: igitur consequens est, vt eius conceptio fuerit sancta. Et si dicatur quod multi sancti vidẽtur dicere oppositũ, vt B. Ber. in ep. ad Lugd. & B. Ansel. in lib. cur Deus homo: & multi alij. Isti autẽ maxime deuoti fuerunt beatissimæ virgini, ergo. Respondetur primo, quod Deus reuelauit aliquibus sanctis de Ecclesia, qui floruerũt in vltimis tẽporibus, aliquas veritates vel sacrę scripturę expositiones, quas prioribus non reuelauerat. In figura cuius Exod. 24. Moyses partim sanguinem effudit, partim in crateres reseruauit: quia sacrarũ scripturarũ intelligentia partim in mundo iã effusa est, partim posteris ad aspergendum tantum: & si non tam abunde ad effundendum sicut priores. Vnde Greg. super illo: *Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia*, dicit quod Moyses sciuit plusquàm Abrahã: & plura ei de secretis diuinis reuelata sunt. *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum Adonai non indicaui eis.* & sic Moyses posterior plura intellexit. Sed & Dauid plura intellexit de illis quã Moyses. Iuxta illud: *Supra senes intellexi.* Sunt enim Doctores moderni in ordine ad alios doctores antiquos, sicut nani supra humeros gigãtum: quia vidẽt ea quæ illi viderũt & scripserũt, & adhuc vltra. Nõ est igitur mirabile, si hanc veritatẽ nouissimis de Ecclesia reuelauit, quã prioribus non ostendit. Dicitur secundo, quod non sunt semper tenendæ opiniones Doctorum, & maxime quãdo apparet ratio, vel auctoritas Ecclesiæ, vel reuelatio ad oppositũ. Sicut tẽpus fuit in Ecclesia, in quo non tenebatur virginẽ Mariam assumptã fuisse in corpore & anima in paradisum: quod Hiero. sub dubio reliquit: quod tamẽ modo creditur. Similiter opinio Aug. de Purgatorio, quę aliquando credita est, nũc nõ tenetur. Dicitur tertio, quod Prelati & Doctores temporis huius tantam habent auctoritatem in exponendo sacrã scripturam sicut priores: licet in eis nõ sit tanta sanctimonia. Et hoc est contra eos, qui de ista sancta conceptione insaniunt, sanctorum & venerabilium antiquorum Doctorum multitudinem maximã in suę insaniæ testimoniũ aduocantes. Est enim maius periculum blasphemare, & blasphemando errare in eam, quàm nimium laudãdo errare in ipsam, quam nulla lingua sufficienter laudare potest. Ait enim Hiero. in ser. de Assumpt. quod quidquid potest dicere lingua carnis, minus est à laude cæli, qua beata prædicatur. Dicitur quarto, quod viri sancti, qui de hac cõceptione locuti sunt, generaliter loquebãtur: volentes dare intelligere, quod sine priuilegio speciali & secundũ causas generales Maria est in peccato, sicut & aliæ mulieres, cõceptã. Et in his, qui fidẽ & religionẽ Christianã tangũt, mature semper processerũt, absque hoc quod cito terminarẽt veritates dubias: & in hac materia magis locuti sunt inquirendo quã terminando. Ideo aliquando videntur dicere cõtraria, & nõ sunt. Et in tali casu potest teneri cõtra opinionẽ eorũ absque aliquo errore periculoso. Et ideo Ber. in epistola ad

Dan 12

Exod. 11

Psal. 118.

Digitized by Google

laud Lugdunen. reprehendit eos, quia hoc festum nimis cito celebrabãt: sicut si fieret modo de vno sancto non canonizato, aut non consueto sine auctoritate Ecclesiæ Romanæ. Propterea beatus Bern. in fine se refert determinationi Ecclesiæ: modo autem veritas est magis circa hanc materiam determinata exẽplis, auctoritatibus, reuelationibus, & Ecclesiæ determinationibus, & fidelium adhæsionibus deuotissimis.

Tertio hoc idem probari potest ex Ecclesiæ auctoritate. Primo Ecclesia de ea canit. Felix namque es Maria, & omni laude dignissima. Nõ esset autem omni laude dignissima, si illam non haberet laudẽ, quam habuerunt primi parentes: igitur. Secundo canit & legit Ecclesia de
Cant. 6. ea: *Pulchra vt luna*, id est, vt vniuersalis Ecclesia. Sed in vniuersali Ecclesia inuenitur hæc pulchritudo fuisse in primis parẽtibus. Si igitur ita non esset, non inuenirentur in ea omnes Ecclesiæ perfectiones. Et si dicatur: ergo Ecclesia nõ videtur. Christi conceptionẽ anteferre cõceptioni Mariæ: sed quod ex æquo se habeant: quia ambę sunt sine macula originalis delicti: & sic tãtus honor exhibẽdus est conceptioni Marię, quãtus cõceptioni Christi. Sed ad hoc respondetur, quod inter Christi & Mariæ conceptionẽ multiplex est differentia: & Christi conceptio multiplicites excellit conceptionem Mariæ, licet vtraque sine macula fuerit. Primo, quia Christus ex modo suę conceptionis nõ habuit originale peccatum, neque maculã contrahere poterat. Maria vero contraxisset ex modo suę cõceptionis. Ideo Christus sine priuilegio ullique originali conceptus est. Maria vero cum priuilegio. Lex enim de cõtractu originalis peccati non nisi procreatos ex mare & femina tangebat. Secundo, quia Christus de Spiritu sancto cõceptus est in virginis vtero. Maria vero ex communi eoẽuntium semine, & modo cõmuni cohabitantiũ, & in vtero corruptę. Tertio, quia Christus in conceptione redẽptione passiua non indiguit: Maria vero indiguit: quia habuit naturã pronam ad labilitatem peccati, nisi præuenta fuisset sanctificatione & gratia. Quarto, humanitas Christi in primo instãti fuę coceptionis organizata fuit, & anima eodem instanti corpori cõiuncta: & vtrũque à verbo assumptũ. Ista vero tã præclara in conceptione Mariæ nõ fuerũt: quare multũ lata est differẽtia inter Christi & Marię cõceptionẽ. De quarum vtraque dicitur: *Erue* *Psal. 21.* *à framea*, id est, à sententia data cõtra hominem propter primã præuaricationem, *Deus animam meã*, quã assumpsi: *& de manu canis*, id est, diaboli per peccatũ, *vnicã meam*: scilicet matrẽ, quę vnica inter matres incorrupta permãsit. Quarto hoc idẽ probari potest per aduersariorũ testimoniũ. Nam Machometus in Alchorano suo dixit quod nõ est in filijs hominũ, quẽ nõ tetigerit Sathã, excepto Christo cũ S. Maria. Tactus autem iste nõ alius esse potest quàm spiritualis, qui est per peccatũ: ergo secundũ ipsum Christus & Maria fuerunt ab omni peccato exẽpti. Quid enim mirũ, si in creatione mundi vir & mulier præditi sunt gloria & honore tã corporis quàm animæ: si in reparatione mulier & vir etiam inueniãtur tali honore præditi. de quo Psal. *Gloria & honore coronasti eũ.* *Psal. 8.* A principio enim duobus his præditus erat homo: quia per iustitiam originalẽ anima (vt dictum est) erat perfecte Deo subiecta: quod erat valde glorioſum: quia *gloria magna est sequi Dominum*. Et ipsum *Eccl. 23.* corpus perfecte subiectum erat animę, vt nullus motus carnis posset insurgere: quod erat valde honorabile. Nã eius oppositũ, scilicet carnis concupiscentia, est maxime verecundum. Hinc primi parẽtes hoc dono spoliati statim erubuerunt de sua nuditate: & merito spoliati sunt hoc honore. Nã honor est prẽmium virtutis, Ethico. 5. Ideo nulli debetur nisi virtuoso. Hinc B. Aug. 5. de ciu. Dei. c. 11. Antiqui quondam virtutem & honorem pro dijs colebant: & ædes coniunctissimas habebant, in signum quod via ad ho-

G *Testimoniũ inimici fidei, scilicet Machometi de conceptione virginis.*

P *Quomodo differãt Christi & Mariæ conceptiones.*

H *Duo mala consecuta sunt originale peccatũ*

honorem est virtus: & qui carebat vno, scilicet virtute, carebat & reliquo. Ideo in illo statu merito dicebatur coronatus gloria & honore: quia corona est signũ regiæ potestatis. Et duplex regnum sibi datum erat, quorum vtrumque pacifice possidebat; scilicet corporis & animæ.

1 Mach. 11. *Imposuit sibi duo diademata Aegypti & Asiæ.* Asia interpretatur, Sustollens dona: & significat animã. Egyptus, Vmbra: & significat corpus, quod de limo formatũ est. Sed cum primum regnum perdidit erigens se contra illũ, qui sibi ipsum dederat, secundum perdidit: vt inobedientia Dei, inobedientia corporis puniretur. Si illis duobus illa duo regna, corporis scilicet & animæ, data sunt, qui in peccatum postea turpiter ceciderunt: non mirum, si in principio redemptionis huius peccati mulieri primum hæc duo restituta sunt. Quinto hoc figuris declarari potest. Primo, quia habetur Gen. 1. *Dixit Dominus, Fiat lux, & facta est lux.* De qua luce, secũdum cõmunem Doctorum sententiã, factum est corpus solis. Lux est Maria, de qua formatum est corpus veri solis. Lux autem inquinari non potest, etiã si cloacã pertranseat: nec tenebras secum patitur. Ergo nec Maria inquinata est, dũ per matris vterum pertrãsijt: nec tenebras originalis peccati secũ passa est. Excepta enim luce, quælibet alia qualitas corporea aliã habet contrariam: quæ introductionem eius in subiecto retardat: vt sic successiue introducatur: sicut calor in aqua inuenit frigiditatem, quæ sibi resistit. Vnde regula est in philosophia, quod quanto virtus vnius qualitatis est fortior & magis dominatur alteri oppositæ, tanto amplius motum eius retardat & impedit. Lux autem in aëre qualitatem sibi contrariam non inuenit: ideo sine mora per totum aërem se diffundit. Sic, excepta Maria, omnis pura creatura inuenit in se cõtrarietatem quãdam & rebellionem carnis contra spiritum: propter quam spiritus retardatur à suo motu in Deum. Ideo quanto maius habet dominium caro supra spiritum, tanto retardat eum à motu in Deum. Inde est quod spatium illud, quod est ab oriente in occidentem, id est à natiuitate vsque ad mortem, nullus potest ita prompte transire, quin impediatur à motu in Deum per peccatũ mortale, vel veniale, vel saltem originale: excepta vera luce Maria, quæ nullum inuenit contrarium: de qua Aug. Excepta virgine Maria, si omnes sancti & sanctæ, dũ adhuc viuerent, interrogati fuissent, omnes vna voce clamassent: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. Et quia Maria hanc in se cõtrarietatem non inuenit, ideo sine retardatione à principio, scilicet à conceptione vsque ad occasum vitæ in Deum trãsiuit. Secunda figura habetur Exod. 37. vbi dicitur: *Fecit Beseleel arcam de lignis sethim, vestiuitque eam auro purissimo intus & foris.* Arca ista est Maria, quam fecit Dominus de lignis sethim; quæ sunt vtrina & imputribilia. *Forte lignum & imputribile elegit artifex sapiens.* In illa enim arca repositus est thesaurus redemptionis nostræ: panis qui nobis pueris quotidie datur in altaris sacramento. Ipsa est arca fœderis, per quam fœderantur & iũguntur ima summis. Facta est autem de lignis sethim, id est corpore & anima imputribilibus per peccatum: & vestiuit eã Dominus intus virtutibus, & foris pulchritudine corporali & alijs donis quam plurimis.

Gen. 1. 1 Quomodo figuris declaratur Mariæ cõceptio.

Exod. 11

Exod. 37

Sexto hoc idem patet per reuelationes factas pluribus in hac sacra conceptione. Nam Abbati Helsino nauigãti virtus cælestis apparuit, promittens ipsum liberãdum à naufragio, si festum conceptionis celebrare vellet: quod & fecit. Et promissum inde secutum est, scilicet aëris serenitas: quod erat veritatis reuelatæ satis euidens argumentum. Multæ etiam reuelationes alijs factę sunt, quę in Ecclesia Paris. legũtur: de quibus breuitatis causa nihil dicemus. Erubescant propterea nõnulli, qui tantæ tamque mundæ conceptioni detrahere non cessant, oblatrare & cum

Erubescere debent, qui contra sacram conceptionem Mariæ insaniũt

cum blasphemijs & conuitijs contra eam insanire. Quidam aperte, qui libellos ad hoc faciunt plenos argumentis, quæ omnia breui solutione facillimaque dissolui possunt. Alij occulte, similes illi, de quo recitat Hieron. contra Heluidium hæreticum, qui apud Ephesum incendit templũ Dianæ, quod apud idololatras erat fanũ famosissimum. Et cũ perquirerẽt singuli, quis hoc scelus perpetrasset: prosilijt, qui incendij causa fuerat, in medium, dicens: Ego feci, ego feci. Interrogatus cur tã nefandum opus perpetrasset, respondit: Vt quia bene non potui, omnibus male innotescerẽ. Cupiens enim nomen suũ celebrare in populis, nec hoc virtute potẽs, præclaro facinore voluit nomẽ sibi celebre facere. Sic tales in vanum laborantes, nisi vt male alijs innotescãt & appareant, quia bene loquẽdo de templo Dei & sacrario Spiritus sancti, & prædicãdo apparere non possunt, incendunt ipsum tẽplũ Spiritus sancti, dicentes ipsum fuisse concupiscentiæ fornace succensum. Caueant ergo sibi, ne tales blasphemias in matrem Christi proferant. Nã Dominus iniurias matris facile vindicat. Sicut enim ille fatuus, de quo supra dictũ est, per decretũ Senatus Ephesini deletus est à scriptis, ita quod vbiq; iussum est deleri nomẽ eius: licet à Poẽtis postmodũ fuerit in malitia maxime exaltatum. Ita caueant qui eiusmodi sunt, ne nomen eorum deleatur de libro vitæ. Septimo hoc idem rationibus suaderi potest. Primo, secundũ Ioã. Gers. charitas numquã potest simul esse cũ originali peccato: igitur, si in Maria fuisset originale peccatũ, sequeretur, quod anima sua pro tunc nõ fuisset Deo chara: & sic Maria aliquando fuisset spiritualiter mortua, turpis, nõ placens Deo, decolorata, nec à Deo dilecta, imo Dei & Angelorum societate indigna, & ab eis digna separari perpetuo: & si in illo statu moreretur, digna subire dãnationem ęternã: & cum hac esset tenebrarum habitatio, quæ debuit portare lucem æternam. Secundo secundum eumdẽ sequeretur, quod stella matutinalis in ortu suo obtenebraretur, cum tamẽ ex antiquo canit Ecclesia: Oritur vt lucifer inter astra ætherea. Hæc autẽ stella apparet vndique clara, & nusquam tenebrosa. Sequeretur etiam, quod fons gratiæ esset exiccatus, mater vitæ mortificata, regina cęli subiecta vilissima & abominabili subiectione. Hæc autem sunt maxima inconuenientia. Minimum vero incõueniens secundum Anselm. apud Deum est impossibile: igitur. Tertio ad idem, pretiosum Christi corpus formari debuit de purissimis Mariæ sanguinibus, vt dicit Damas. sed Mariæ sanguines non fuissent purissimi, si fuissent aliqua infectione corrupti: igitur. Et si dicatur: Dato quod esset Maria sine originali cõcepta, si ante passionẽ filij sui mortua fuisset, vbi inuẽtus fuisset locus, ad quẽ iuisset anima eius? Non in paradiso, quia adhuc clausa erat ianua. Non in limbo, quia sine originali. Nõ in purgatorio, quia sine actuali: ergo non fuisset inuentus locus eius. Respondetur, quod descendisset in limbum Patrum, siue in sinum Abrahæ. Neque enim cæli ianua aperta est per passionem præuisam, sed iam exhibitam & acceptã tantum. Sancti autem Patres in limbo tunc existentes fuerant à peccato originali purgati: & tamen clausa fuit eis ianua vsque ad solutionem pœnæ debitæ pro peccato Adæ. Ita enim determinauerat Deus, quod licet acceptaret passionẽ pręuisam, ad remittendum culpam originalem omni credenti & credituro illã passionem, non tamen remittebat totam pœnam illi peccato debitam, scilicet carentiam visionis diuinæ: sed tantum propter illam exhibitam. Ideo sicut illis sanctis patribus non patuit ianua vsquequo fuit passio exhibita, iuxta illud: *Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi*. ita probabile est, quod nec Mariæ. Quarto ad idem, dicitur de Maria ad serpentem in opprobrium & pœnam eius: *Et ipsa conteret caput tuum*. Si autem Maria in originali fuisset concepta, posset inimicus arguere, & contra eam deri-

Hebr. 10

Gen. 3.

Quomodo sanctitas conceptionis ratio-nibus suadetur.

sorie

sorie allegare: Ecce Dominam, quæ contriuit caput meum: sed ego prius calcaui caput eius per originale peccatum mihi subiectę. Ecce matrem vestri regis: sed illius primo fui rex & dominus per originale peccatum. Absit autem hæc derisio à fideliū mentibus. Cessentque blasphemare, qui eius Domino eam subiungat.

SERMO III. ET IN ORDINE II. de Conceptione: Per Thema.

Hest. 15 A Maria fuit virga, per quam infusa est theriaca pro genere humano contra serpentē

NOn pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. Philosophus Plinius lib. de Naturalibus dicit quod in India inuenitur quædam arbor, cuius flores, & fructus non solum dulcem odorem, sed etiam saporem emittunt. Iuxta prędictā arborem, manet serpens, qui dicitur Atysus: qui arboris odorē multū odit. Ideo vt flores, & fructus destruat, ad radicem arboris veniens eam veneno intoxicat. Quod videntes illius patriæ hortulani, theriacam accipiunt, & in summitate cuiusdam virgæ ipsius arboris infundunt: quod mox venenum expellit, & quam prius venenū infecerat, fœcundam reddit. Per istā arborem intelligitur homo: *Mar. 8. Vidi homines quasi arbores ambulantes.* Inde Philosophus 1. cæli, & mundi dicit, quod homo est arbor euersa. Flores huius arboris sunt bonæ cogitationes, & bona proposita: fructus sunt bona opera. Nam sicut fructus ostendit qualitatē arboris: sic bona opera conditionem *Matt. 7* hominis manifestant. *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Hæc arbor ante lapsum primi hominis fructus dulces produxit: vt de ea dici posset: *Flores mei, fructus honoris & honestatis.* Sed hos fructus serpēs antiquus sustinere non potuit: sed venenum in ea posuit, & radicē infecit, quando sua suggestione primum hominem peccatorem fecit: & tunc arbor illa stetit infecta: ita quod multo tempore fructum portare non potuit: quia per nulla opera quantumcumque bona cælum ingredi potuit, sed gratia Dei fuit, quia ei maledictionem sempiternam nō intulit Deus: quia tanto tempore fructum in ea non inuenit: sicut ficulneæ maledictionē dedit; vt numquam fructus ex ea nasceretur in sempiternum, & continuo aruit: quia ex arboris malitia, nō ab extrinseco procedebat. Sed sapiēs hortulanus pater cælestis malitiā, & calliditatem serpentis cōsiderans, theriacā, id est, filium Dei infundit in virga quadam istius arboris, quę est Maria, de qua: *Egredietur virga de radice Iesse.* & sic peccati venenū curauit, & expulit: arborem ipsam fœcundā reddens, quia nunc potest homo per fructū boni operis, & pœnitentiæ consequi vitā æternam. Ad fructus igitur obtinendos ab arbore ista, necesse est virgam arboris contingere, & sic facere vt declinet ad nos. Aliter nō possemus eius fructus carpere, qui communiter crescunt in virga. Virgam igitur illam aggrediamur, vt ad nos declinet dando fructum suum, & eam salutando, dicamus, Aue. *Mar. 11* *Esa. 11.*

In hoc præsenti sermone matutino tractabitur de originali peccato: & post meridiem, an beata Virgo in originali peccato sit concepta.

Supposito igitur ex sermonibus præcedētibus quid sit iustitia originalis. Primo dicendū est de peccato originali. Circa quod quæruntur quinq;. Primo, si ex scripturis sacris noui & veteris Testaméti possit trahi aliquod esse peccatū originale. Secundo, quid sit lex peccati originalis. Tertio, si tale ac tantum fuerit primi hominis peccatum, quod sic debuerit puniri. Quarto, quomodo Adam plenus virtutibus & sapientia potuit sic grauiter errare.

1 Vtrum ex scripturis trahi possit aliquod esse originale peccatum.

Circa primum dicitur, quod ex scripturis sacris potest trahi aliquod esse originale peccatum, in quo concipitur homo & communiter nascitur: quod negauerunt Pelagiani, & Cælestiani. Primo, hoc apparet per scripturas veteris Testamenti. Primo per illud: *Masculus, cuius præputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo.* ergo si propter negligentiam aut parentum incuriam non circum- *Gen. 17*

circumcidebatur infans in octauo die: si moriebatur, tunc damnabatur: & nó pro peccato parẽtum, vt clarum est. ergo pro peccato suo: nõ propter hoc, quia non est circumcisus: quia nec se circumcidere poterat, nec debebat: ergo pro peccato contracto. Ex concupiscentia enim nascimur omnes, ita vt videatur esse mater nostra: cum illa sit, aut debeat esse ancilla. Propter hoc omnes nascimur serui: quia (vt dicunt luristæ) partus sequitur ventrem.

Iob 14. Secundo patet per illud: *Quis potest facere mundũ de immundo conceptũ semine? Nónne tu qui solus es?* Cum ergo semen hominis sit immũdum: sequitur, quod quicumq; ex eo nascitur, immundus nascitur: alioquin nõ mundaret eum Deus. Vnde & factus est primus Adã & secundus Adam in animam viuentẽ: nos vero in animam mortuam. Nec hoc est intelligendum de immunditia corporali: eum eã mundare posset homo, & sic nõ solus Deus. Tertio

Iob 25. per illud: *Numquid apparere potest mundus natus de muliere?* quasi dicat, Nõ. Et per il-

Psal. 50 lud: *Ecce enim in iniquitatibus cõceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.* Gloss. magistri. Intelligitur hoc de peccato ori-

Psal. 13 ginali: Et per illud: *Omnes declinauerũt simul.* Non autem potuerunt omnes declinare simul, nisi in Adam peccante. Vrtica crescit vltro in fimo: sic peccatũ illud originale vltro crescit in limo Adæ, scilicet in limo carnis nostræ: quia nobis inuitis insurgũt motus, & pruritus libidinis. Sed de hoc debemus humiliari: & sic ad aliquid valet, quia de cinere vrticę fit lixiuium: ita de cõsideratione huius miseriæ cõsurgit humiliatio nostra. Secundo illud

Rom. 5. idem habetur ex nouo testamẽto: *Omnes*

Ibidem. *in Adam peccauerunt.* Et iterum: *Per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti*

Ephes 2 c *sunt multi* Et: *Eramus natura filij iræ.* Circa secundũ dicitur, quod originale peccatũ

Quid sit originale peccatum, & est ibi duplex opinio. secundum aliquos Doctores est quędam qualitas morbida in anima existẽs, inclinans appetitum sensitiuum delectabiliter aut tristabiliter ad actum interiorem: aliter quàm sit secundum rectã rationem eligendum: quę ab aliquibus vocatur fomes, ab aliquibus concupiscentia: de qua Apost. *Sentio aliã legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ.* Hæc autem qualitas ante baptismum imputatur ad culpã & peccatum: sed post baptismũ non imputatur. De origine autẽ huius qualitatis est apud Doctores cõtrouersia. Nam quidam dicunt illã fuisse causatam à morsu pomi vetiti, qui cum diuina maledictione propter trãsgressionem præcepti quasi intoxicauit carnẽ, & inclinauit eã ad rebellãdum cõtra spiritum: quã nunc rebellionẽ satis experimur, vt quæ noluit Domino suo naturali obedire, sentiat sibi seruum suũ cõtumacem. Vnde Ansel. plangẽs huiusmodi casum in prosologion c. 1. O durus, & dirus casus ille. Heu quid perdidit homo, & quid inuenit: quid abscesit, & quid remãsit. Perdidit beatitudinẽ ad quã factus est, & inuenit miseriã propter quã factus non est. Abscesit sine quo infelix est: & remãsit quod per se nõ nisi miserũ est. Manducabat tunc homo panẽ Angelorum: quẽ nunc esurit. Manducat nunc panem doloris: quẽ tunc nesciebat. Heu publicus luctus hominũ, vniuersalis plãctus filiorum Adam. Hæc Ansel. Et vere magnus planctus, in quo plangitur illud celebre & vniuersale homicidium, quo omnes in Adã moriuntur. Si magnus fuit luctus Ægypti, quãdo interfecti sunt omnes primogeniti eius: quantus luctus esse debuit, quãdo interfecti sunt omnes geniti & generãdi ex primo homine. Adeo vt quidam dicant quod ex eo die Sol & Luna partem splendoris amisẽrũt: quasi lugentes illud peccatũ & homicidiũ graue. Vnde Ansel. ibi. Vnde precipitati: quo obruti? A patria in exiliũ: à visione Dei in cęcitatem nostram: à iucunditate immortalitatis in amaritudinem, & horrorem mortis. Misera mutatio de quanto bono in quantum malum, graue damnũ, grauis dolor, grauetotũ. Hęc Ansel. Alijopinãtur secundũ sententiã B. Aug. in Hyponomicon. & Gre. de Arimino, quod hic fomes, & infectio ex sibilo venenosi serpentis

Exod. 12

Mata.

Rom. 7.

processit. Cum enim inobedientes fuerint Deo primi parentes, nō fuerunt digni, vt eos præseruaret ab infectione, quā intulit eis serpens. Sicut aliquando ex sibilo serpentum & draconum ita inficiuntur homines, vt subito moriantur: alij autem grauiter ad interitū vrgeantur. Quā quidem infectionem, postquam de paradiso sunt electi, in posteros transtulerunt. Quod potest per plura exēpla demōstrari. Primo, quia appropinquās ad hominē peste infectum, si eius anhelitu afficiatur, statim eadem peste percutitur: & consequenter omnes fere de domo sua inficit. Nil mirum ergo, si primi parentes infecti cæteros sibi succedentes infecerunt. Secundum exemplū: quia leprosi cōmuniter generant leprosos: ita infecti infectos generant. Et hoc apparuit in Cain, qui primus in peccatis cōceptus, iniquitatem (vt vult Augustinus) attulit ex vtero matris. Est enim macula originalis peccati lepra quædam adhærens animę, nisi diuina virtute incurabilis. Propter quod Guil. Par. lib. de virtutibus, dixit pueros sine baptismo decedentes, mitti ad leprosariam paradisi: nec vmquā ciuitatem illam ingressuros tamquam leprosos, sed esse à ciuitate paradisi perpetuo resecatos: nō tamen patientur pœnam ignis, vt quidam dicunt. Vnde: *Ex ore Altissimi non egrediētur nec mala nec bona:* scilicet cōtra pueros sine baptismo decedentes non egredietur sententia diuina damnans eos ad ignem, aut liberans ad vitam, quia neq; fruentur visione diuina, neq; pœnā ignis sustinebunt. Tertium exēplum: quia si putrescat radix arboris, arescunt omnes rami: fuit Adam radix totius generis humani, & ideo ad putredinem eius aruit tota humana natura. *Aruit tamquam testa virtus mea:* in qua nihil est humoris gratiæ: *& in puluerem mortis deduxisti me.* Exinde enim mors & incineratio processerunt. Et propter hoc (vt dicit Guil. Paris. peccatū originale dicitur hæreditarium, quia quasi hæreditatem à parētibus illud habemus. Adam enim factus est ex limo, nos ex profundo limi. *Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.* Sicut enim piscis in stagno sentit limum: sic pleno gutture sentimus limum Adæ: & nostrum Adam vulgo dicitur. Nemo est, quin in eo sit aliquid de homine. Et sequitur: *Et non est substantia*, scilicet liberās, quousq; superuenit Christi substantia, de nostro assumpta, nos liberans. Ideo dicit Ps. *Et nūc quæ est expectatio mea*, ad liberationem: *nonne Dominus: & substātia mea*, id est de meo assumpta, *apud te est.* Quartum exēplum: si aqua intoxicatur in fonte, eadē infectio sentitur in fluuio defluente. Sapit etiam vinum dolij corruptionem, pasta modici fermenti infermentationē, & filius patris ęgritudinē, maxime in guttis inossatis. Nil mirū, si Adę infectionē sentiant filij eius. Secundo, peccatum illud dicunt Doctores aliqui esse carentiam iustitię originalis debitę inesse, nō quod illa carentia sit aliquid, sed iustitia illa erat obstaculū, quo remoto, secuta est illa infectio. Et ideo priuati illo dono, nobis & nostræ posteritati donato, priuati etiam sumus paterna hæreditate, tamquā rei ęsæ maiestatis diuinæ. Sic enim videmus agi in sęcularibus curijs propter forefactum patrū, vt filij eorum & filij filiorum in hęreditate non succedant. *Patres nostri comederūt vuā acerbam, & dētes filiorū obstupescunt*, id est, patres nostri primi parētes comederunt morsum amarissimum, quem filij eorum sentientes & masticantes obstupescūt. Et quomodo potuerunt gustare morsum tā amarum, quod gustatum attulit mortē? Talem enim morsellum comederunt, quod tota posteritas eorum nō potest illum digerere. *Omnis labor hominis in ore eius*, id est, ex ore eius processit omnis labor, dum cibū vetitum comedit. Propter quod à medico Psalmista postulat auxiliū dicens: *Dominus opē ferat illi super lectum doloris eius*, qui lectus doloris est caro infirma. *Sicut ostiū vertitur in cardine, ita piger in lecto suo*, id est in carne. Sicut enim cardo ex frequenti reuolutione ostij cōsumitur: sic caro ex superflua cura sibi impensa.

D Quomodo originale peccatum traducitur in posteros.

Thren. 3

Nota.

Pſal. 21

Pſal. 68

Pſal. 38

Hier. 31

Eccli 6.

Pſal. 40

Pro 26

Psal. 40 impensa. Vnde sequitur: *Vniuersum stratũ eius versasti in infirmitate eius*: quia sensualitas præponitur & dominatur rationi.

Nota. Insuper si mirabilis fuit iste morsellus, mirabilior fuit mensa: quia maiores fuerunt reliquiæ quàm cibus mensæ: quia in mensa fuit solus morsellus pomi, & tamẽ totum mundũ reliquiæ eius impleuerũt.

Esa. 28. *Omnes mensæ repletæ sunt vomitu & sordium: ita vt non esset locus vltra*. In quo significatur, quod reliquiæ sunt maiores in peccato, quàm fuerit eius refectio, id est, delectatio: quia, vt ait Greg. momentaneũ est quod delectat, æternum quod cruciat. Propter quod ecõuerso Dominus miraculose fecit, vt similiter appositis mensæ superabundarẽt reliquiæ: vt dicitur Ioã. 6. de quinque panibus & duobus piscibus, quod impleuerunt duodecim cophinos:

Rom. 5. quia *vbi abundauit delictũ, superabundauit gratia*. Hæ secundæ fuerunt reliquiæ vitæ:

Psal. 16 primæ morti. Psal. *Saturati sunt filijs*: id est, abundauerunt filijs. Miser enim vt egenus homo communiter abundat in multitudine filiorũ: licet nõ habeat vnde eis prouidere, nisi de miseria sua. *Et dimiserũt reliquias suas paruulis suis*: quia satis abunde eis dimiserunt de sua miseria & afflictione. Tertio quæritur, vtrũ fuerit tam grauis offensa, quod propter eam tanta in mundo mala oriri debeãt? Et videtur quod non debuerit sic puniri: quia homo nõ est nisi stipula & foliũ, quod ab

Iob 13. arbore vetita in paradiso cecidit. *Contra foliũ quod vẽto rapitur ostẽdis potentiã tuam: & stipulã siccã persequeris*. Greg. Cur tanta rectitudine impetis, quẽ sic infirmum, dũ tentatur, esse cõspicis? Secundo videtur, quod non fuerit ita grauis offensa: quia præceptum transgressum erat paruum. Si quis enim præciperet pueris nõ comedere fructus, & comederẽt: nõ propter hoc essent multũ puniendi. Cum igitur Adã in ætate prima hoc fecerit, eo scilicet die quo creatus est: videtur quod nõ erat tã graui pœna plectẽdus. Cum etiam iuxta Terentij Andriã pro peccato magno filij paululum supplicij satis sit patri. Ad hoc

E Quomodo fuit offensa Adæ tã grauis vt tam acerbi punire-tur.

respondetur per aliquas propositiones. Prima est: maxima fuit Adæ inobedientia. Probatur primo, quia quanto præceptum fuit facilius ad obseruationẽ, tanto fuit inobedientia maior. Vnde Aug. 14. de ciuit. Dei. Quisquis huiusmodi dãnationem nimiam vel iniustam putat, profecto nescit quanta fuit in peccando iniquitas, vbi tanta erat in nõ peccando facilitas. Et hoc probat quasi à cõtrario dupliciter. Primo, sicut Abrahę non immerito magna obedientia prędicatur, vt occideret filium: (res enim difficillima imperata est) ita & in paradiso tanta inobedientia fuit, quãto id, quod pręceptũ est, nullius fuit difficultatis. Si igitur ex misericordia Dei hoc obediẽtiæ factũ Abrahę reputatum est ad iustitiã vsq; in sempiternum: cur ex diuina iustitia hoc inobedientiæ factum Adæ & suæ posteritati non reputabitur durante sæculo in pœnam? Secũdo hoc idem ostendit B. Aug. quia sicut obedientia secũdi hominis, scilicet Christi, eo prædicabilior est, quo factus est obediẽs vsque ad mortẽ: ita inobedientia primi hominis eo detestabilior est, quo factus est inobediẽs vsq; ad mortem. Vbi enim magna inobediẽtiæ pœna proposita est, & res à creatore facilis imperata, quisnam satis explicet, quantum malum sit non obedire in re facili, & tãto potestatis imperio, & tanto terrẽtis supplicio? Secũdo hęc eadẽ propositio probatur: quia *ille seruus, qui cognouit voluntatẽ Domini sui, & nõ præparauit, & non fecit secundũ voluntatẽ eius, vapulat multis*. Sed primus homo post Christũ maximã habuit rerũ omniũ cognitionẽ: ita vt Deus adduceret omnia animantia ad Adã, vt videret suę scientiæ experiẽtiam, scilicet quo nomine vocaret ea iuxta proprietates suas. Vix autem vnus doctus cognoscit proprietates vnius musçæ: imo, sicut dicit

Nota. Aug. in quodam sermone, quidã philosophus multis annis secutus est apẽ, vt cognosceret eius proprietates. Iste autem omniũ proprietates cognoscebat. Nõ est ergo mirũ, si ita perfecte sciens voluntatẽ

Prima. Gen. 3

1. Gen. 3

Rom. 4.

Phil 2.

Luc. 12

Gen. 2.

Domini ſui,& non faciés,plagis vapulat ab eo varijs. Secũda propoſitio,quamuis res imperata fuerit modica,tamen imperatum eſt illud ex cauſa legitima, & ei ad merendum vtili. Primo quia Adã præcepta,quæ tangunt proximum,implere nõ poterat. Neque enim tunc poterat honorare parentes,cum non haberet: nec colere ſabbatum,cum omnibus diebus erat ei requies à labore, cum terra ſponte dabat fructus ſuos: nec homicidium perpetrare, cum ſolus eſſet cum vxore ſua ſibi nimium dilecta: nec furtum facere,cum tunc omnia (præterlignum vetitum) ſub ſua eſſent poteſtate: nec mœchus eſſe poterat, cũ ſola eſſet ei vxor: nec teſtis iniquus, cum nullum haberet qui ei aduerſaretur. Voluit ergo Dominus tenere quaſi locum proximi: vt ſcilicet aliquã ſibi reſeruaret hæreditatem, quam non cõtingeret Adã. Vbi autem præter lignũ illud cætera omnia poſsidebat, non potuit continere à ligno: quod fuit grauiſſimum in homine tantæ perfectionis. In quo notatur, quod rerum adminiſtratio adoleſcẽtibus & iuuenibus nõ eſt diſtribuenda: quia faciliter eam expendũt, ſicut faciliter eam habuerunt, ſicut fecit Adam in infantia ſua. Secundo, hoc idem patet, quia Dominus dederat Adę totius terrę dominiũ, & aẽris, & aquarum: quia omnibus animãtibus terrę, aquę, & aẽris eum pręfecit: nec vmquam fuit tã grandis Imperator, qui ſolius terrę totum occupauerit dominium: imo nec tertiã partem totius terrę. Hoc autem ei dedit retinens lignum in recognitionem feudalem feudi, ſcilicet totius mũdi. Iure autẽ cautum eſt, quod qui ſuperiorẽ nõ recognoſcit in feudo, feudo priuatur, & tota eius poſteritas. Hoc ergo datũ erat ei in obedientiæ meritũ: ad oſtendendũ quãti periculi ſit ſuis ſuperioribus nõ obedire & eis cõtradicere. Dicitur tertio, quod licet in ſua prima ætate vir & mulier comederent fructum vetitũ, & illud ſit puerorũ opus: fuerunt tamen creati in ætate perfecta, ſciẽtia, & virtutibus pleni. *Dei enim perfecta ſunt opera.* Ideo tamquam imprudentes & ſtulti cõcupierunt fructum illũ. *Stulti quæ ſibi ſunt noxia, cupiẽt.* Nam ſicut paruuli cum comedũt fructus, inde graues morbos incurrunt: ſic in prima ætate natura humana fructũ vetitum guſtauit, quem ſummus medicus vetuerat interminans mortẽ: ideo nõ mirum, ſi incurrit grauiſsimũ morbum: cõcupiſcentiam ſcilicet, quæ in membris eſt, de qua tamquam de radice omnia mala noſtra ortũ habent. *Radix omnium malorum cupiditas.* Inde mors exorta: quæ eſt extremũ terribilium Ethi. 3. De qua Pſal. *Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua.* quia videlicet homini in paradiſo peccãti iratus Dominus ſemel de mortalitate carnis noſtrę ſententiã tulit: quę ex tunc vſq; ad vltimam diem ſeculi mutari non potuit. Vnde tam grande fuit peccatũ, vt nõ ſolum vir, ſed etiam mulier graue inciderit in vindictam. In duobus ſiquidẽ: Primo, quia peccauit in fructu; punita eſt in fructu ſuo, cum dictum eſt ei: *Multiplicabo ærumnas tuas, & cõceptus tuos*, &c. Secũdo peccauit ſuadẽdo viro: ideo dictũ eſt: *Sub viri poteſtate eris.* Serpẽs vero in pluribus & grauius punitus eſt. Primo, quia hominem deiecit, proſtratus eſt: cũ tamẽ prius erectus incederet. *Super pectus tuũ gradieris.* Secũdo, quia habuit in ore mendaciũ, habet in ore ſibilũ & venenũ. Tertio, quia per cibum decepit, in cibo punitur. Ideo dicitur ei: *Terram comedes*, &c. Quarto, quia mulierẽ decepit, dictũ eſt ei: *Inimicitias ponã inter te & mulierẽ*, &c. *Ipſa conteret caput tuũ*, &c. Quarto quęrebatur, cum Adam eſſet plenus ſciẽtijs & virtutibus, quomodo tã graue mãdatũ & ſub tã graui pœna trãſgreſſus eſt. Quis enim crederet tã prudentẽ tãque virtuoſum propter rẽ paruã & pauci valoris in tã dãnabilẽ ſententiã incidere: in tãta ſublimitate & in loco tã honorabili? Dicitur primo, quod in hoc eſt multiplex doctrina. Prima, quod nõ eſt ita ſapiẽs, quin (ſi nõ ſtet ſupra cuſtodiã ſuã) ſtatim corruat in ſtultitiã. Huius habetur exẽplũ in Salomone. Hier. 9.

P *Adã imperatũ eſt rei vtili ad merendum.*

Deu. 32

Prou. 8.

1. Tim. 6.

Pſal. 75

G *Quomodo propter peccatum in mulierem & ſerpẽtẽ vindicatũ eſt.* Gen. 3.

H *Quomodo Adã tam ſapiens tã graue mandatum præterijt.*

Non

Hiere. 9 *Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis, ſed in hoc glorietur, qui gloriatur ſcire & noſſe me.* Adã autẽ de ſapientia ſua cõfiſus, & adaltiorem volẽs aſcendere, nõ confiſus in Domino cecidit.

1 Locus ſanctus non ſanctificat. Secunda doctrina eſt, quod in loco ſanctitatis non eſt tã confidendum, quin homo ſtet ſupra cuſtodiam ſuã. Ceciderunt enim primi parentes in paradiſo. Grego. Si deſit ſpiritus, nõ adiuuat locus. Bernar. Numquam eſt ſecuritas, fratres, neq; in paradiſo, multominus in mũdo. In cælo enim cecidit Angelus ſub præſentia diuinitatis, Adam in paradiſo loco voluptatis, Iudas in mundo de ſchola Saluatoris. Ex quo patet, quod locus non facit hominem ſanctum, ſed ſanctus locum ſanctificat. Adam in paradiſo cecidit, Iob in ſterquilinio ſtetit.

Tertia doctrina, quod plerumq; fit vt offendatur Deus, ne offendatur proximus. Ne enim mulierem offenderet Adã, Deum offendit. *Noli fieri pro amico inimicus proximo.* quanto minus Deo. Sic Salomon licet non crederet deitatem eſſe in idolis, ne tamen cõtriſtaret vxores, Deũ offendit. Vnde Ber. Multi dedignãtur aduerſus Adã, quod obedierit voci vxoris ſuæ magis quam diuinæ, & ipſi quotidie Euam, carnem ſuã videlicet audiunt pluſquam Deum. Iterũ Bernardus: Fratres, ſi præſentem videremus Adam in eo articulo poſitum aſcendentibus cogitationibus in cor eius arctati inter preces vxoris & præceptum creatoris, nonne clamaremus aduerſus eum, dicentes: Caue tibi miſer, vide ne feceris. Seducta eſt mulier, ne acquieſcas ei. Vt quid ergo quoties apprehendit nos tentatio ſimilis, nõ perſuademus ſimiliter nobiſipſis? Sicut autẽ Adam delicias ſuas cõtriſtari noluit, ſic multi carnis ſuæ delicias nolũt cõtriſtare per aſperitatem pœnitentiæ, licet ſcriptũ ſit Qui amat animam ſuam, id eſt animalitatem, perdet eam. Quod enim in primis parentibus factum legimus, hoc in nobis fieri quotidie videmus. Propterea non eſt mirandum eorum peccatũm.

Ecclꝛ. 6. 3. Re. 11

Quarta doctrina, quod homo in agendis ſuis ſemper debet proponere Deũ in conſpectu ſuo. Quia enim primus homo licet ſapiẽtiſsimus fuerit, negligens tamẽ fuit in conſiderãdo diuinũ præceptũ, & in recurrẽdo ad Deum: propter hoc meruit à Dño derelinqui, & ſic in peccatum cecidit. *Qui ſpernit modica, paulatim decidet.* Ipſe enim à Deo derelictus ſuę naturę & arbitrio, ſecutus eſt naturã ſuã, quæ nititur in vetitũ. Vulgo dicitur: Natura filiorum Adam nititur in vetitũ. Si forte non fuiſſet vetitum illud lignũ, nec Adã, nec Eua comediſſent. *Principes eius facti ſunt velut arietes.* Sic principes humani generis Adã & Eua. Nã aries talis eſt naturæ, quod dũ ardet ſtabulũ eius, & prohibetur à paſtore intrare ne ardeat, nihilominus cõtrã prohibitionẽ totis viribus intrare nititur. Sic nos cum patre noſtro Adam contra nobis præcepta naturaliter nitimur. Fluuius appoſito ligno vel alio obice impetuoſius fluit. Sic inhibitione facta magis nitimur eã infringere. Narratur autem, quod quidã diſcipulus petijt à magiſtro ſuo, quomodo Adã potuit ita excęcari, quod comederet de ligno vetito, cũ lõge meliora eſſent in paradiſo. Et cum magiſter ei reſpõderet illud Poëticum. *Nitimur in vetitũ ſemper, cupimuſque negatum*, non ſatis erat hæc ſolutio, ſcilicet eam multũ extortã iudicabat, dicens, quod ſi fuiſſet in locõ ſuo, numquã hoc feciſſet, & quod Deus pro ſuo primo opere ſtultiſsimũ hominẽ cõdiderat. Intra quę verba intrauit ille magiſter intra camerulam ſuã, & auiculam, quam in caueola habebat, inter duas ſcutellas magnas & pulchras poſuit, eijciens inde caueolã. Poſtea vocans eum intra camerã, oſtendit ei libros ſuos & pixides electuariorum ſuorũ, dicens: Vado ad Eccleſiã pro Veſperis audiẽdis, interim cogitabo de quęſtione tua, vt ſi quid melius inuenero, tibi ſatisfaciã cũ venero. Interim hic ſpacieris, videas libros meos & electuaria mea. Nolo tamen quod tãgas ſcutellas,

K Quomodo natura hominis ſemper nititur in vetitum. Eccl. 19 Thre. 1.

tellas, quia est aliquod secretū inter illas, quod volo esse cęlatū, & sic recessit. Discipulus autē ille reuoluens libros, cœpit cogitare, quare inhibuisset ei de scutellis, alijs relictis sibi. Et primo cœpit mirari quid intus lateret, & tandē cupiens hoc videre, scutellas aperuit, & auicula illa auolauit. Et tunc primo cognouit, quod vera esset magistri solutio. Quo redeūte, pręuenit eum, dicens quod non amplius oportebat ipsum circa quęstionis suæ solutionem laborare: quia ipse experimēto didicerat primā solutionem esse verā. Hęc ex libro de dono fortitudinis. Similiter Nicolaus de Lyra narrat de quodam, qui centenarius vixerat, nec vmquam ciuitatem suam exierat, quod audiens rex interdixit ei exitum ciuitatis. Qui cōtinuo tentatus exire, non quieuit, donec rex exeundi vrbē per amicorum intercessionem concederet facultatem. *Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est omnem concupiscentiam.* Rom 7.

L *Melius est quærere bonam vitā quām bonam scientiam quāuis in paradiso.*

Quinta doctrina est, quod melius est quęrere bonam vitā quām bonam scientiam, quāuis in paradiso vtrumq; lignum debeat inueniri, hoc est in vnaquaq; domo, maxime religionis. In paradiso enim maxime inter alios fructus notantur duo ligna, scilicet lignū vitę, & lignum scientię boni & mali. Et licet vterq; fuerit bonus, vnus tamē cōcessus fuit, alter interdictus, in signum quod nō est nisi duplex genus boni operis. Vnū quod pertinet ad meritum bonę vitę figuratum per lignū vitę, & hoc cuilibet vti pręcipitur. Sed scire nulli pręcipitur, nisi pro quanto necessarium est ad salutē & bonam vitā. *Fructus iusti lignū vitæ.* Curiosi autem scrutatores eorum, quorū cognitio prohibetur, forte quia trāscendunt eorum capacitatem, vel quia ducunt ad malos mores, vt sunt artes magicę, vel quia tales doctrinæ de nihilo deseruiunt nisi ad curiositatem, vt sunt artes ioculatorum, tales peccant, & assumunt de ligno prohibito. Ideo, *non plus sapite quā oportet.* Prou. 11 Rom. 12

Nō legimus Adam vsum fuisse ligno cōcesso, sed tātum prohibito: quia multi negligunt bonā vitam, & quęrunt scientiam infructuosam. *Vacua est spes illorum, & labores sine fructu.* Plus enim diligūt scire quā viuere, citius currentes ad scientiā quam ad vitam: potius appetentes fieri docti quàm fieri boni, currentes potius ad rumores audiendos vel ad ioculatorem quam ad prædicatorem, & ad lignum scientię vt Adam, quā ad lignum vitæ. Ideo tales de paradiso, id est de statu salutis facile eijciuntur. Sap. 3.

M *Quomodo honores infatuant hominem.*

Sexta doctrina est, quod homo in dignitate cōstitutus (quamuis prudens) cōmuniter tamen pro honoris fastigio infatuatur. Sic iudicatus est fatuus Adā, dum esset in sublimitate rotę fortunę, sed cum descendit, sapiens effectus est. Primo in asinum transmutatus, cum sederet in supremo rotę fortunæ, cum autem in imo se consideraret, de asino in hominem cōuersus est. A manu figuli qui de nouo finxerat, illud cecidit vas, & confractum est, & cum difficultate postea ab eodē reparatum, sed non in pristinam dignitatem. *Homo enim cū in honore esset, non intellexit: cōparatus est iumētis insipientibus, & similis factus est illis:* quia cum in honore esset, non intellexit se per omnia debere esse subditum Deo, ideo se facile casurū, & multa alia per incōsiderationem prætermisit, nec se cognouit, quousque *sola vexatio dedit intellectū auditui.* Cum enim vexationes sensit Adam, quas per peccatū incurrit, quā grande peccatum cōmiserat, tunc sensit, & quā similis erat brutis, & à quanta suę naturę sublimitate descenderat. In quo docemur nō multum desiderare magnos honores & magnas prælationes, quia homo cum in honore esset, non intellexit. Non enim se multum cognoscūt viri honorati. Vt enim vult Ber. Rara est humilitas honorata. Credunt enim nobiles & honorati rusticos & seipsos esse de duobus Adā, vno nobili & alio rustico. Tum etiā quia Adam cum in honore esset, cecidit in peccatum. Nō legitur autem cum esset in terra laboris ad colendū eā deiectus, quod amplius peccauerit. Psal. 48 Esa. 28. Nota de Arnaro

Digitized by Google

cauerit. Sic ſtantibus in ſtatus altitudine propinquus eſt caſus, tã à gratia in peccatum, quã à ſtatu in miſeriã. Hoc dicit grãmaticus: Prępoſitioni inquiẽs quot accidunt? vnum, quod caſus tãtum. Sed quot caſus? duo, accuſatiuus ſcilicet, qui accuſat coram Deo vel hominibus: & ablatiuus, qui aufert eos à dignitate ſua ſpirituali aut tẽporali. Pro quo aduertendum eſt, quod ſex modis homo cõparatur iumẽtis inſipiẽtibus. Primo, quia a principio comes erat Angelorũ, cum quibus intrepide cõuerſabatur: nunc datus eſt beſtijs in ſocium. Sciuit enim ſimilia ſimilibus cõuenire: ita vt homo beſtias nutriat, & per eas verſa vice nutriatur. Inde eſt quod nos nũc ad Angelorum aſpectũ aut colloquiũ trepidamus. Gre. In quantã miſeriã cecidimus: qui ad Angelorum præſentiã formidamus? Hinc de ſeipſo dicit Ezech. *Ecce gloria Domini ſtabat ibi quaſi gloria quã vidi iuxta fluuiũ Chobar: & vidi, & cecidi in faciẽ meã.* Simile de Dan. legitur. Secũdo, quia poſt peccatũ homo ſequitur ſuas cõcupiſcẽtias ſicut bruta. Anſel. Amiſſa originali iuſtitia, homo factus eſt ſicut fera indomita, quę ruptis vinculis ſęuit: & ſicut nauis, quę dimiſſo gubernaculo in pericula quęq; iactatur. Sed tamẽ paſsio in feris nõ eſt culpabilis: tũ quia habent hoc à naturę ſuę productione: nec rationẽ habent, per quã has paſsiones cohibere poſſint. Sed in homine culpabilis eſt, quia nõ habet hoc à natura ſua niſi per vitiũ corrupta: & adhuc rationẽ habet, per quã eas cohibere poteſt: & in hoc deterior eſt homo beſtijs & poſterior. Tertio, quia expertus erat homo linguã ſerpentinam & humanã: & optime nouerat earũ diſtantiam, cũ omnibus iuxta ſuas proprietates nomina impoſuerat. Sciebat enim hominis linguã debere eſſe veracẽ, linguã vero ſerpentinã verſutã & fallacẽ: & tamen cũ ſe ſciret iã deceptũ eſſe per eã, ſecutus eſt illam linguam beſtialẽ, quando Domino mentitus eſt, & ſuum auſus eſt infamare auctorẽ. Ex tũc enim filij Adæ ad mẽdacia proni facti ſunt. *Vani filij hominũ, mendaces filij hominũ in ſtateris*, id eſt, in ordine & mẽſura iuſtitię. Eſt enim ſtatera iuſtitiæ: eo quod ad ęqualitatẽ partes reducit. Sic primi parẽtes cõtra iuſtitię librã, iniquitatẽ, quã ſupra ſe retorquere debebãt, in ſuũ auctorem refuderũt. Quarto, quia ante peccatũ diſtinxerat Dñs locũ & pabulũ hominis à brutis. Nã locus eius erat paradiſus terreſtris, & reliqua terrę pars cęteris animalibus erat cõceſſa: ita vt paradiſus eſſet ciuitas, iſta rus: Sed conſummata pręuaricatione cæleſtis homo mittitur ad ouile vt pecus, & ad portã paradiſi (ne ſit facilis ſpes redeũdi) collocatur Angelus cũ verſatili gladio. Similiter pabulũ arborũ & fructuũ parauerat homini, fœnũ & herbas iumẽtis: & ſic vtrorũque mẽſę diuiſæ erãt. Sed cum ad vitium peruẽtum eſt, ad brutorum mẽſam inuitatus eſt: cum dictum eſt ei à Dño: *Comedes herbas terræ*. Quinto, quia aſſuetus erat homo ante peccatum cæleſtia contẽplari: nunc mutatum eſt ſtudiũ, vt ad terrena ſicut bruta diuertat: & totum ſtudiũ filiorum Adã nunc circa terrã & terrena cõſideranda vertatur. Iob: *Nec dimittis me vt glutiam ſaliuam meam.* Saliua ſapor eſt intimę contemplationis, quæ nunc non inuenitur in homine. In ore autem guſtus eſt, in ventre ſatietas. Hæc ergo ſaliua contemplationis in aliquos labitur: ſed vt veniat in ventrem non glutitur: quia aliquando guſtamus aliquid modicum de contemplatione, ſed non ſaturamur: neque lumen, ad quod facti ſumus, plene intuemur. Sexto, ne à mente eius deperiret quod beſtijs ſimilis eſſet, pelle indutus eſt beſtiali. Primo enim veſtitus erat nobiliſsima cute innocentiæ: & cum ſe aut ſodalẽ inſpiceret, hominẽ intuebatur: quia homo erat quẽ videbat. Modo vero oculis inſpiciẽtibus objcitur pellis brutorũ aut lana ipſorũ: & nõ niſi quia ſimilis factus eſt illis. Cultus enim exterior maxime ordinatur ad hoc, vt interiorem hominẽ pãdat. Inde eſt quod ſortiti ſunt homines vt plurimũ brutorum nomina. Nã ſuperbi vocãtur leones, crudeles lupi,

Nota.

N

Quomodo ſex modis homo cõparatur iumẽtis inſipiẽtibus.

Ezech. 3

Dan. 8.

Genes. 3

Iob 7.

Pſal. 61

detractores canes, astuti vulpes, stulti capræ, simplices oues, & sic de alijs. Et breuiter pene vnicum signum remansit, quo non se totaliter in brutum conuersum existimaret: scilicet quod corpus eius remansit erectum. Vnde Ouidius:

Pronaque cũ spectent animalia cætera terrã:
Os homini sublime dedit: cælumque videre
Iussit: & erectos ad sidera tollere vultus.

SERMO X. IN ORDINE, ET IIII. de Conceptione Virginis gloriosa. Per Thema precedens.

A Aut. lex originalis peccati sit in omni.

SEcundum Arist. 2. Politicę, barbaræ leges, & inutiles populo debent in meliores cõmutari. Cum igitur lex illa originalis peccati inutilis sit, & barbaræ naturę nostræ, sequitur, quod ex toto debuit à Deo annullari. Male enim igitur concludit thema. *Non pro te: sed pro omnibus hæc lex constituta est.* Ad quod facile respondemus, quod differt loqui de humanis, & diuinis legibus. Nam humanę leges, secundum Arist. 1. Ethic. multã variabilitatem habẽt: ita quod secundũ conditiones politiarum, & hominum variãtur, ita vt vno tẽpore sint vtiles, alio tempore non. Sed lex diuina (saltẽ quę est per definitiuam sententiam) mutari nõ potest.

Hest. 15

Psal. 88 *Quæ procedit de labijs meis: non faciã irrita.*

Ps. 118. Et iterum: *In æternũ omnia iudicia iustitiæ tuæ.* Potest tamẽ quos vult ab huiusmodi lege eximere: sicut & principes sæculi, quando vltra, & prẽter leges quibusdam priuilegia cõcedunt. Et sic ab hac lege originalis peccati excepit beatissimã Virginem Matrem suam: quasi in dicẽdo sibi thema propositũ: Nõ pro te, sed pro omnibus hęc lex constituta est. Sicut enim Vasti regina contẽnens regis Persarũ imperiũ, à sua dignitate deposita est, & eius loco ordinata est Esther: sic propter contemptũ prẽcepti Dei Eua à dignitate sua (quę erat in ornatu originalis iustitię) destituta est, & eius loco substituta est Maria: ita quod in gratia cõcreta sit. *Etenim firmauit orbẽ terræ, qui non cõmouebitur. Parata sedes tua Deus ex tunc.* Maria est orbis terræ, melior isto materiali qué videmus. Orbis enim terræ idem est quod circuitus terræ. Hic autẽ circuitus terrę ambit, & in se cõtinet, & claudit infernũ, qui secundũ Doctores est in medio terræ: sed circuitus terrę Mariæ ambiuit, & clausit in se verũ paradisum, scilicet Christũ. Secundo differunt hi orbes: quia iste materialis, qué videmus, frequenter cõmouetur. Sępe enim fit terræmotus. Sed orbis terræ Marię numquã motus est ab integritate sua, sed semper integer permãsit. Tertio, quia ista terra sępe de domino in dominũ transit: ita vt sępe cõmoueatur propter varios hęredes. Hæc vero solum fuit ipsius. *Deus in medio eius, non cõmouebitur.* Fuit enim ita repleta gratijs & virtutibus ex tempore suæ conceptionis, vt ex eo tempore semper in ea Deus quandoque corporaliter, semper tamen spiritualiter permãserit. Ideo sequitur: *Parata est sedes tua Deus ex tunc*, scilicet ex cõceptionis suæ tempore. Terra autem cadẽtes adiuuat, vt resurgãt. Sic Maria peccatores, vt à peccato resiliant. Vnde de ea canit Ecclesia: Succurre cadenti, surgere qui curat, populo. Ad eam igitur, vt nos adiuuet, recurramus, dicentes, Aue.

B Quomodo Maria dicitur orbis terræ.

Psal. 45

Omni homini ex primo parentum casu competit labor, & dolor. Ber. in sermone: Duo nobis in hæreditate reliquerat ille vetustus Adã, qui à facie Dei fugit: laborẽ scilicet, & dolorẽ: laborẽ in actione, dolorẽ in passione. In quo similis erat vulturi. De quo philos. & de animalibus. Vultur postquã de pręda comederit, id quod superfluit de suo cibo seruat, vt inde cibare possit pullos suos: quia nõ acquirit cibum nisi cum difficultate. Sic primi parentes postquã comederunt cibũ vetitũ, id quod superaret, scilicet reliquias, nobis filijs suis reseruauerũt, quę sunt labor, & dolor. *Amplius eorũ labor, & dolor.* Fuerunt enim istę reliquię loco panis, & potus. Nã ad panẽ pertinet labor. *In laboribus comedes ex ea cunctis diebus.* Et iterum: *In sudore vultus tui vescêris pane tuo.* Et Ps. *Labores manuũ tuarũ quia mãducabis.* Ad potũ pertinebat

C Labor & dolor cõpetunt homini propter originale peccatum.

Psal. 89

Gen. 3.

Psal. 127.

tinebat dolor. *Potum meũ cũ fletu miſcebã.* Fletus enim, & dolor aqua eſt vino delectationis appoſita. Cauſa autem quare nos ita exiliter cibauerunt, eſt quia cibum ſuum vetitum habuerunt cum difficultate, id eſt cum peccato: quia ſecundum Auguſtinum contra naturam eſt, & ſic eſt quoddam violentum, & difficile,
Sap 5. iuxta illud Sap. *Laſſati ſumus in via iniquitatis: ambulauimus vias difficiles.* Solus Chriſtus eſt, de quo Pſalm. *Tu ſolus laborem & dolorem conſideras*: remedium ſcilicet adhibendo, tam in præſenti quam in futuro. In præſenti, quia contra panem laboris dedit corpus ſuum, ſine labore, & ſine opere humano formatum:
Sap 16. quia de Spiritu ſancto conceptum. *Panem de cælo præſtitiſti eis omne delectamentum in ſe habentem.* Contra potũ dedit ſanguinẽ ſuum. In futuro autem exhibebit finem omnis laboris & doloris. Quæ quidẽ pœnæ, laboris ſcilicet & doloris, in Chriſto & Maria remanſerunt: quamuis ab earũ radice fuerint alieni. Differenter tamen: quia in Chriſto remanſerunt ad opus redemptionis conſummandũ, in Maria vero ad virtutes habitas conſeruandum, & perficiendum; in nobis autem ad humiliationem, & vitiorum extirpationem.

D
Quomodo differenter labor, & dolor fuerunt in Chriſto, in Maria & in nobis.

Iob 11. *Vir vanus in ſuperbiã erigitur, & quaſi pullũ onagri ſe liberum natum putat.* Pullus ſine fræno naſcitur: homo cum fræno originalis peccati, & legis naturalis. Dum autẽ non attendit miſeriã ſuam, erigitur in ſuperbiã, & ſibi arrogat libertatẽ: ita vt mirabili, & inexcogitato artificio de ipſo morbo fecerit Deus medicinam. Cõſiderans enim: quod culpa intulerat pœnam, excogitauit per pœnam tollere culpam,
1 Macab. 3. Quod ſignatum eſt in Iuda, qui tulit gladium Apollonij, & occidit eum, & erat in gladio illo pugnans cunctis diebus. Gla-
1. Cor 15 dius peccati mors eſt, & pœnalitates: *ſtimulus autem mortis peccatum eſt.* Poſtquam igitur culpam per paſsionem occidit, nũc in nobis per gladium pœnalitatum, laborum & dolorũ pugnat aduerſus peccata,
Rom. 1. ita vt *de peccato*, id eſt de pœna peccati, *dinet peccatum*. Et hoc in nobis, non in virgine glorioſa: de qua Thema: *Non pro te,* Eſth. 15 *ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt.*

Mane diximus de lege peccati originalis, & quid ſit, & an ſit. Nunc vero dicemus, an in illa lege originalis peccati incluſa & concepta fuit virgo glorioſa. Et videtur quod ſic, quia *quod natum eſt ex carne caro eſt, & quod natũ eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt.* Cum igitur ſolus Chriſtus fuerit de Spiritu ſancto conceptus, & Maria de carne, ſicut omnes alij: decuit, vt ſola Chriſti conceptio nihil haberet Spiritui ſancto contrarium. Et ſic omnes alij ſicut non fuerunt priuilegiati, vt conciperẽtur de Spiritu ſancto, habuerunt culpam originalem, quæ repugnat ſpiritui. In oppoſitum eſt propoſitio pro themate allegata. Ad quæſtionem reſpondetur, quod pie credendum eſt Mariam abſque originali macula fuiſſe cõceptam. Probatur primo per illud Pſal. *Sanctificauit tabernaculum* Pſal. 45 *ſuum altiſſimus.* Quomodo autẽ ſanctificauit, poſtea exprimit, dicens: *Deus in medio eius, non commouebitur:* ſicut in nobis ſolet fieri, qui dum eum in noſtro hoſpitio recepimus, ſtatim eum reijcimus. Sed in ea numquã commouebitur. Et ſi quæras quando ſanctificauit, reſpõdet: *Adiu-* Pſal. 45 *uabit eam Deus mane diluculo.* Mane quidem, quando lux apparet, quod fuit in natiuitate, eam perficiendo gratijs & virtutibus. Sed diluculo, quod apparet ante mane, fuit in conceptione ſua. Non autẽ adiuuiſſet eam, niſi præſeruando à macula originali, & generaliter ab omni labe peccati: igitur. Secundo hoc idẽ patet per illud Prouerb. vlt. vbi de forti muliere dicitur, cuiuſmodi fuit iſta. *Multæ filiæ* Pro. vlt. *congregauerũt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas.* Non autem fuiſſet ſuam ſupergreſſa, quæ fuit ſine originali producta. Tertio hoc idem patet per illud Eſa. *Ve-* Eſa. 57. *niat pax, requieſcat in cubili ſuo.* Cubile pacis, imo principis pacis fuit Mariæ corpus. Si autem fuiſſet labe originali poluta: quomodo ibi requieſceret pax cum atrociſsimis hoſtibus: ſcilicet motibus

E
Vtrum Maria fuerit concepta in peccato originali.
Ioan. 3.

carnalibus, qui ex originali oriuntur.

F Quomodo concupiscentiarum motus sunt nostri atrocissimi hostes.

Sunt enim concupiscentiæ hostes nostri pessimi, in medio nostri existẽtes, nos assiduo persequentes tanto periculosius quanto magis domestici. *Inimici hominis domestici eius.* Narrat Iustinus de Annibale, quod Romanos aggressurus bello nauali, in fictiles vtres poni iussit aspides, quos incantationibus ceperuntin proxima insula, medioque prælio in naues hostium misit. Hoc primũ parti aduersæ ridiculum fuit, vt scilicet fictilibus dimicarent, qui ferro nequirent. Sed quando naues repleri cœperunt serpentibus, hosti victoriam concesserunt. Sic diabolus seruiuit nobis. Quia enim nos vincere nõ poterat per potentiam, aggressus est per malitiam, implẽdo naues corporum nostrorum serpentibus, id est concupiscẽtijs carnalibus, quibus iam multi perierunt.

Mat. 10

Iudith 7 Ezech. 2

Exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt. Inde: *Subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas.* Male igitur cum talibus serpentibus in gloriosa virgine requiesset pax æterna. Et ad obiectum ante oppositum dicitur, quod Dominus dicendo verba illa, voluit intelligi, quod omne quod est ex carne caro est, quia generatio ex carne non nisi carnẽ potest dare. Et sic verbum caro factum est, quando non opere carnali, sed ex carne virginis factum est verbũ Dei in carnem. Quod vero natũ est ex spiritu, vt in baptismo, spiritualiter est genitũ, & non carnaliter. Maria vero genita est ex carnali, & ex carne, sed priuilegiata: ideo, &c.

Secundo hoc idem probatur Doctorum auctoritate. Primo Anselmi dicentis: Decebat ea puritate nitere, qua sub Deo maior nequit intelligi: quam Deus Pater Filio eligebat in matrem. Hoc autem non esset, si esset in originali concepta: quia tunc maior posset intelligi puritas, scilicet sine originali conceptione. Item alibi dicit: Non credo esse amatorem virginis, qui renuit festum celebrare conceptionis. De nullo autem nisi de sancto celebratur. Ergo consequens est, vt eius conceptio fuerit sancta. Et si dicatur: Cum Maria originali peccato caruerit, sequitur, quod non indiguit redemptore, iuxta illam Apostoli consequentiam: *Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei*: quæ ostensa est in redemptione generis humani. Respondetur, quod supposito quod Maria sit sine originali concepta, tamen adhuc redemptore indiguit. Hoc deducit Durandus in 3. dist. 3. q. 1. quia licet ille non fuit obligatus nec in se, nec in suis parentibus, non indigeret redemptore: qui tamen fuit in suis parentibus obligatus: quia potest impediri, ne obligetur in sua propria persona, redemptore indiget. Hoc enim facere, est ipsum redimere: vt si aliquis impetret, quod proles nascitura ex parentibus seruilis conditionis, non incurrat seruitutem, talis vere diceretur redemisse prolem à seruitute. Cum igitur Maria esset obnoxia seruituri peccati originalis in suis parentibus, si fuit impeditum virtute Dei, ne sua persona seruitutem hanc incurreret, vere potest dici Filium Dei eam redemisse, & tanto familiarius, quãto redemptio fuit in ipsa celerius inchoata. Et hoc maximum fuit signum dilectionis Christi, qui ita excellẽter eam super omnes redemit. Maius enim est signum dilectionis, apud aliquem facere, vt non cadat in lutum, qui tamen casurus erat, nisi preseruaretur, quàm post casum eum extrahere à luto. Sic Mariæ maximum signum amoris exhibuit, cum eam in lutum originale casuram à casu illo præseruauit. Et si dicatur, quod maius est dilectionis signum dimittere peccata, quàm præseruare ab eis, iuxta illud Saluatoris: *Cui magis dimittitur, magis diligit.* Respondet August. quod omnia non cõmissa, sed committenda, nisi esset speciale adiutorium Dei, sunt dimissa ac si essent commissa. Ideo excellentius beneficiũ est præseruare à malo, quã permittere incidere in malum, & postea ab illo liberare.

G Si Maria concepta fuit sine originali peccato, quomodo indiguit redẽptore. Rom. 3.

Luc. 7.

Tertio hoc idem probatur Ecclesiæ auctoritate, quæ iamdudum festum conceptio-

ceptionis celebrat, quod non esset, nisi conceptio eius esset sancta & immaculata. Vnde & sacrosancta synodus Basilien. hoc determinauit anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono, quintodecimo Kalendarum Octobris, in Ecclesia maiori Basileæ, & omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui interessent matutino seruitio, centũ dies indulgentiarum concesit, & totidem in primis Vesperis, & totidẽ in secũdis, & cẽtum quadraginta his, quia sermoni interessent. Et si dicatur, quia dicit Philosophus 1. Ethicorum, quod virtus est circa difficile, sed nõ est difficile agere, vbi nõ est bellũ, & resistẽtia. Vbi autẽ nõ est aut fuit peccatũ originale, non est resistentia, quia ibi nõ est fomes. Plus autem & maiori conatu resistit qui habet fomitẽ, quã qui nõ habet: sicut qui habet aduersariũ, quã qui nõ habet. Ergo maioris & perfectioris virtutis est indicium, habuisse originale quã non habuisse. Diciur primo, quod licet Maria ex minori conatu resisteret tentationibus, quã Paulus stimulatus stimulo carnis, tamẽ non propter hoc Paulus dicitur Maria virtuosior, quia secundum Durandum 3. sent. dist. 30. q. 2. conatus maior quando requiritur solum ex parte operãtis, qui est male dispositus, nõ auget meritum. Alioquin plus mereretur continens quã temperatus, faciẽdo simile opus de genere virtutis, quia oportet continentem plus conari quã temperatum, propter malam eius dispositionẽ. Hoc autẽ non est verum: quia tunc virtutes magis obessent quàm prodessent. Sed quando maior conatus habetur nõ propter indispositionẽ operantis, sed propter difficultatẽ operis, tũc maior conatus faciens quod actus difficilior sit magis intẽsus, auget meritũ: vt patet de dilectione inimicorũ in ordine ad actum diligendi amicos. Modo Maria maiorem habuit conatum ad opera difficilia quã Paulus, puta ad credẽdum altissima fidei mysteria, insuper ad se humiliãdum, quia eius humilitas honorata fuit summa: & sic de alijs. Pauli vero conatus ex sua indispositione procedebat: igitur.

H *Quomodo Maria virtutes habuerit, cũ nihil in se difficultatis haberet, & virtus est circa difficile.*

Dicitur secundo, quod non obstante quod Maria fomitem non habuerit, habuit tamen maximas tentationes ab extrinseco. Patet, quia qui sunt in statu perfecto, maxime impugnantur à diabolo. Probatur in Christo, qui fuit impugnatus ab eo & ministris eius per totam vitam suam, qui tamen fomite caruit. Patet etiã in sanctis Eremitis, qui cum maxima abstinentia eremum colebant, qui tamen à diabolo tẽtationibus carnis maxime agitabantur: vt patet in Hieronymo, qui non nisi pellem & ossa pro magnitudine abstinentiæ habebat; & tamen in eo regnabat luxuriæ igniculus. Maria autem inter omnes perfectissima fuit: igitur non obstante quod in carne rebellionem nõ habuerit, ab extrinseco nihilominus multa habuit sibi contraria, per quæ coronata triumphauit. Quidam tamen dicũt, quod licet Maria caruerit peccato originali, nõ tamen sequitur, quin fomitem habuerit: sed sibi nõ fuit imputatus ad peccatum, sicut nec nobis post baptismum. Et dicunt, quod à conceptione propter non imputationem ipsam, & Dei voluntatem fuit ligatus, sed in conceptione Filij Dei, vbi fuit secunda sanctificatio, fuit omnino extinctus: ita vt quando intrauit veterum rex gloriæ, rex pacificus dixit: Pax vobis: & ex tunc pax vniuersalis inter carnẽ eius & spiritum facta est. Sed melius dicendum est, quod Maria fuerit sine quocumq; fomite, eo quod fomes ex natura corrupta & vitiata habet originẽ. Licet enim naturaliter ante lapsum primi hominis homo esset mortalis & passibilis, nisi præseruaretur auxilijs iam dictis, non tamen naturaliter habuisset rebellẽ partem sensitiuam rationi: nec pronitatem illã ad malum. Ideo fomes magis sequitur vitium naturæ, quam naturam. Ideo si in Maria non fuit vitium naturæ, sequitur, quod nec sequela eius. Item: *Non est seruus maior domino suo.* Sed futurum erat, vt homines nascerentur de Ecclesia incorrupta,

I *Maria multas habuit tentationes ab extrinseco.*

K *An in Maria fuerit fomes*

Ioan. 13.

rupto,& ſine fomite:qui tamen ſunt ſerui Chriſti: ergo Chriſtus Dominus de matre ſine fomite. Præterea in terra Mariæ erat pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, id eſt omnem ſenſualitatem: ergo omnem fomitē. Præterea Maria omnibus inclinantibus ad peccatum caruit, igitur & fomite. Aſſumptum patet: quia quantum terra ſeminãda eſt bono ſemine, tanto præparatione indiget,ſpiniſque & nociuis herbis diligentius emũdari,ne ſemen perdatur. Sed terra Marię ſeminãda erat ſemine lectiſsimo: ideo decuit in ea ſummam præcedere præparationē, vt nullæ ſpinę,id eſt cogitationes mũdiales: & vrticę,id eſt cogitationes carnales in ea viderentur. Hiero.in quadam Epiſt. Vaſa limo plena liquorem puri elementi recipere & continere non poſſunt. Ager ſpinoſus,niſi labore cultoris fuerit extirpatus,non nutrit in ſe iactatũ ſemẽ, ſed ſuffocat:ſic animus ſolicitudinũ plenus verbũ non poteſt ſuſtinere diuinũ,niſi prius ipſarum ſolicitudinum culparumq; omnium maculas ſucciderit: hæc Hieron. Si hoc ſit verum de verbo Dei vocaliter in aëre prolato, multo magis de verbo Dei incarnato. Quinto hoc idē probari poteſt per Iudæorum teſtimonium. Nam Bonauen.refert 2.ſen.quod Maria ita in corpore ſuo erat ordinata: quod licet eſſet mulierũ pulcherrima, vtpote mater ſpecioſi præ filijs hominũ,omnes tamen,qui eam reſpiciebant, ab ardore libidinis refrigerabat. Signũ eſt igitur, quod fomes ille ſeu concupiſcẽtia, qui à natura nobis ineſt,erat ab ea ex Dei dono totaliter ablatus: quando etiam in alijs actionẽ eius auferebat. Inde eſt quod myrrhę cõparatur. *Sicut myrrha electa dedi ſuauitatẽ odoris*: quia ſicut myrrha interficit vermes: ſic eius ſanctitas concupiſcentias carnales. Quarto,hoc idem figuris demõſtrari poteſt. Primo.4.Reg.19. *Hæc dicit Dominus de Rege Aſſyriorũ: Non ingredietur vrbẽ hanc, nec mittet in eam ſagittã,nec occupabit eã clypeus,protegamque vrbẽ hanc, & ſaluabo eam propter me,& propter Dauid ſeruum meum.* Iſta ciuitas regis magni eſt Maria; quam non ingredietur rex Aſſyriorũ diabolus per quodcumq; peccatum. Nec mittet in eam ſagittã peccati, quæ penetret animã eius. Hanc ciuitatem, vt dicit Pater,protegam propter honorẽ meum, & propter Dauid,id eſt filium meum: qui quaſi ſernus meus faciet omnia, ad quæcũq; mittã eum. Huius ciuitatis Dñs fines poſuit pacẽ & intus &extra. Secunda figura,qua figurata eſt per arcam veteris teſtamenti. Anima eius per vrnã,in qua poſitum fuit manna. Cũ igitur vrna illa prius fuit impleta, quàm in arca poſita: videtur quod anima B. virginis prius fuit impleta gratia ſaltem natura,quã corpori vnita. Et ſi dicatur, quod in cõceptione virginis nõdũ erat anima, ſed multo tẽpore poſt: cũ iã dictũ ſit, quod eius corpus formatũ ſit ſicut cæterorũ corpora; Quomodo ergo hoc die celebratur feſtũ cõceptionis,cum nihil ſanctitatis tũc in ea fuiſſet,& necdũ eius anima creata? Reſpõdetur,quod tripliciter accipi poteſt cõceptio. Vno modo pro miniſtratione materiæ prolis concipiendæ, quæ fit in cõmixtione ſeminum maris & feminæ. Et hæc hodie facta eſt. Secũdo modo pro cõfiguratione mẽbrorum,quam facit vis formatiua ſeminis vt artifex:& hæc hodie incepit,licet nõ fuerit niſi vſque ad certũ tẽpus cõpleta. Tertio pro infuſione animæ in corpus organicum,quando proles ſecundũ ſuã ſpeciẽ perfecta eſt: & hæc non eſt hodie facta. Quia tamẽ ſemẽ viri eſt infectũ ex maledictione data ei. *Maledicta terra in opere tuo.* id eſt ſemen in operatione generationis eius:vt vult Gloſ.Aug. Et ex infectione illa cauſatur qualitas morbida in anima, quando incipit habitare in corpore noſtro. Ideo hodie creditur eſſe præuẽta Maria ab illa infectione & cauſa peccati originalis:ita vt cum creata eſt anima,recepta ſit in corpore mundo. Ideo conuenienter hodie pluſquam alio tempore celebratur eius cõceptio: quando ſcilicet facta eſt ſeminum commixtio & purgatio. Vnde & illo primo modo proprie dicitur

Eccl.24.

L Conceptionis Mariæ ſanctitas probatur figuris.

M Tribus modis capi poteſt conceptus.

Gen.3.

eitur,& vulgariter cõceptio. Tertia figura fuit in arca Noe. Sicut enim in illa omnia animalia fuerunt pacata: vt lupus, & agnus: leo,& onager, & sic de alijs. Sic in ista arca, quæ tulit verũ Noe in aquis diluuij huius sæculi, omnia fuerunt pacata: scilicet omnes sensualitatis motus: ita vt nihil rebellionis fuerit in ea, & si nihil rebellionis, igitur nec originale peccatum. Inde cõgrue dicitur ciuitas quasi ciuiũ vnitas: quia ibi sensualitatis & rationis perfecta cõcordia fuit. Ciues illius ciuitatis fuerunt sanctæ cogitationes, deotę affectiones, feruẽtia desideria: quę omnia tẽdebant ad illud vnũ quod est necessarium. Et quia ciues regendi sunt consilio, ideo isti ciues regebantur cõsilio Spiritus sancti. Ideo in hac ciuitate summus imperator magnifice hospitatus est: iuxta illud Psal. *In pace factus est locus eius*. Quinto hoc idem probari potest per reuelationes, & miracula. Vnde refertur magister Hẽricus de Hassia, quod lector quidã Paulus nomine negando beatam virginẽ sine originali peccato fuisse cõceptã, corã toto populo & clero in Cracouia cecidit & expirauit, sermone nondum finito: & hoc recitatur in Fasciculo temporum. Quod si dixeris in istis asserendis nõ esse periculum, eo quod de sanctificatione cõceptionis eius scriptura nullam fecerit mentionem. Respondetur, quod multa sunt reuelata à Deo, quę tamẽ in scriptura non habentur, & sunt de pie credẽdis. Hoc autem ideo potuit esse, quod nihil de huiusmodi sanctificatione scriptum est, vt dicit Argentina. in. 3. senten. dist. 3. quia non debuit Maria deterioris esse cõditionis quàm Ioan. Baptista. Sed scriptura tradit Ioannem Baptistam sanctificatum fuisse in materno vtero: iuxta illud: *Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ*. Ideo scripturæ nõ fecerũt mentionẽ de huiusmodi sanctificatione, quia quilibet fidelis hoc pia mente pro certissimo debet supponere. Sexto hoc idẽ rationibus persuaderi potest. Primo, apud omnes tam Philosophos quàm Poẽtas naturale est filium honorare matrẽ, cum hoc etiam sit de iure diuino. Hoc autẽ nõ faceret Christus matri suę, si eã permitteret in lutũ originalis peccati cadere, cũ posset eam præseruare. Posset enim ei tũc dici illud Psal. *Exurge in præcepto quod mandasti*. scilicet de honore parentum. ergo. Secundo sic ostenditur: quia opus miserationis in Deo maius fuit quã opus creationis: iuxta illud Psal. *Miserationes eius super omnia opera eius*. Igitur conueniens fuit maiora aut æqualia fieri in opere redemptionis, sicut in opere creationis. Sed in tali opere natura humana creata fuit munda, & in gratia, nullis meritis præcedentibus: igitur multo magis in merito Christi fuit conueniens præseruare totã humanam naturã in aliqua creatura pure humana, ne talis originale peccatum contraheret. Sed nulla pura creatura fuit à Deo magis dilecta quã Maria, & in qua voluerit maiora exercere opera: igitur. Si enim vir & femina contraxerunt originalem culpam vel mortalem, quæ in posteros traducta est: & hoc in destitutione, ac deformatione humanæ naturæ: conueniens fuit, vt in reparatione eiusdẽ inuenirentur & vir & femina sine originali peccato. Tertio, Christus perfectissime mediauit inter Deum & Mariam, sed non mediasset perfecte, nisi impetrasset quod Deus nũquã esset ei offensus. Plus enim est placare eũ, ne ei irascatur, quàm postquã iratus fuerit: ergo numquam ei Deus offensus fuit. Cum igitur Deus per motum interiorẽ in ipso nõ offendatur, sed tantummodo propter culpam in ipsa anima existentem: sequitur, quod impetrauerit eam numquam fuisse iniquam, sed absque peccato. Et si quæratur: Cum Maria fuerit in vtero sanctificata, vel etiã postea (vt creditur) à Christo baptizata vel à discipulis: quare nõ fuerunt ablatæ ab ea passiones & pœnæ peccati originalis, sicut & culpa: cum tamen baptismus dicatur omnem culpam & pœnam delere. Et idem quæreretur de nobis, qui baptizati sumus. Itẽ, cum tales pœnæ infligantur

Psal. 7.

Psal. 144.

Luc. 1.

N Rationibus probatur Mariam non fuisse in originali conceptã

O Quare non sunt à Maria ablata pœna peccati originalis.

dum corpus. Posset etiam hic exemplum adduci de fure & homicida, qui per pœnitentiam reparantur ad gratiam: sed eorum fama non propter hoc restituitur.

Q. Quare pœna ista remanent post baptismum

Dicitur tertio, quod pœnæ istæ remanent in nobis post baptismum propter multa. Primo, vt vult Guillel. Parisiē. ad humiliandum nos. Nihil enim (vt dicit) magis animā humanam humiliat quàm pœnę assidua vilificatio & contumelia: quas à parte carnis patitur: rememorādo illud quo homo cōparatus est iumentis insipiētibus, & similis factus est illis. Vnde Alchuinus ait, quod terra propter hoc nobis germinat vrticas & venenosas herbas & spinas, vt ante oculos semper habeat homo originale crimē & suę conditionis miseriā, scilicet quod propter eum talia nocina crescāt in terra. Aug. tamē dicit, quod illa, quę producuntur à terra ad hominis pastū, cū laboribus & pœnis maximis producūtur: vt cognoscat se homo per peccatum nō modo brutis æqualem, sed etiā inferiorē: quādo terra sponte gignit & sine labore vtilia bestijs, & sponte nociua hominibus: & vix cū magno sudore vtilia: ita vt magis videatur terra brutis famulari quàm homini. Secundo, vt dicit Guil. Parisiens. valent hæ pœnæ ad incussionē terroris & iaculorū mortiferorū, tam ex parte corporis in infirmitatibus, quā ex parte animæ in moribus: quæ omnia nō solū minātur separationē animæ à corpore, sed etiā à Deo: imo etiā illę scintillæ libidinū minantur, non solū ardorē libidinis in præsenti, sed etiā ignis æterni in futuro. Ideo etiā Dominus cōtra hoc peccatum impugnat igne & aqua Spiritus sancti, & aqua baptismi. Inde est quod pœnæ istę ad memoriam reducunt quis sit adiutor in opportunitatibus & in tribulatione, quis sit etiā illius peccati persecutor, & cōsequenter aliorū peccatorum maiorum: quoniā si punit tā acerbe peccatū originale in omnes homines, quomodo puniet mortale in quolibet, quod maius est originali? Tertio, valēt hę pœnę ad priorum & sequentium peccatorum medicinam, & maxime libidinis. Ignis enim ārsuram digiti cōpescit & dolorem. Et sicut dicit Guillelmus Parisien. de scorpione medicina fit contra ipsius percussuram. Et de bufone lapis extrahitur, qui contra venenum ipsi est saluberrima medicina. Et de dracone carbunculus nobilissimus in fronte existēs, de quo non est dubium quin valeat contra venenum ipsius. Sic non est dubium, quin carnis stimuli & pœnæ valeant ad extinguendum venenum peccati, & ad infirmorum & infectorum sanitatem: iuxta illud: *De peccato damnauit peccatum.* Rom. 8.

Nota.

Quarto, valent ad eruditionem nostram. In cuius figura scribitur Iudicum 3. *Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit: vt erudiret in eis Israelem: & posteà discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi.* Istæ gentes sunt carnales motus, qui in nobis sunt ex corruptione naturæ primorum parentum. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit.* Rom. 5. In istis enim gentibus erudimur in duobus. In ipsis enim agnoscimus, quid sumus ex nobis: secundo, quid sumus ex munere Dei. Prima doctrina, quasi prima lectio, duas habet partes. Nam ex nobis duo habemus. Primo, pronitatem ad malum. Propter quod Apostolus dicebat: *Scio quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum:* quia tota inclinatio mea prona est ad malum. Secundo, difficultarem ad bonum. *Non quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago.* Ideo clamabat Apostolus: *Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et sequitur consolatoria responsio: *Gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum.*

Iudic 3.

Rom. 5.

R. Originales pœnæ nos erudiunt in duobus.

Rom. 7.

Ibidem.

Ibidem.

Secūda doctrina duas etiā habet partes secundū duo, quæ gratiā in nobis operātur. Primū est, quod constituit nos in esse honestatis vitæ. *Gratia Dei sum id quod sum.* 1. Cor. 15. Secūdo, nos inducit ad exercitiū bonorum operum. Ideo subditur: *Et gratia eius in me vacua non fuit.* Ibidem. Dicitur quarto, quod quāuis Adā satisfecerit pro peccato suo,

Digitized by Google

ſuo, & etiam Chriſtus: nihilominus poſt remiſsionem iſtius peccati adhuc manẽt pœnæ peccati. Hoc deducit Guil Par. per exemplum. Nam benignus paterfamilias Luc. 15. cum filium ſuum, poſtquam conſumpſit diuitias ſibi à patre traditas, reuertentem ad cor & pœnitentem in priſtinam gratiã recepit, & pœnitentiam & ſatisfactionem eius acceptauit: nõ imputat ei vllo modo priſtinam diſsipationẽ, verumetiam diuitias non ſtatim ei reſtituit: imo in paupertate detinet ipſum, attẽdens quod diuitiæ ſibi fuerũt occaſio diſsipationis luxurioſæ: & ita paupertas erit ei ad humiliationẽ & cuſtodiam. Nemo enim auderet dicere, quod paupertas iſta infligatur in vindictã, etiam ſi ille paterfamilias vſque in milleſimã generationẽ ſic protraheret. Sic pater miſericordiarum videns corruptionẽ, quæ in carne eſt, & cæteras pœnas neceſſarias eſſe ad cuſtodiã & humiliationem filiorum ſuorũ, ſeruat eam in eis vſque ad vltimam generationẽ: non in vindictam vel plagam, ſed in medicinã ſaluberrimam. Vnde primus homo fuit in diuitijs & delicijs paradiſi, & ibi ſtulte propter vnũ morſum conſumpſit & diſſipauit hæreditatem ſuam: ideo in valle lachrymarum & paupertatis cũ filijs ſuis deiectus eſt, & ei collatæ ſunt multę paupertates & tribulationes in ſubſidiũ: iuxta illud Pſal. *Adiuuit pauperem de inopia:* Pſ. 106. *& poſuit ſicut oues familias*: id eſt ſicut iumenta & beſtias terrę. Iſtas quippe miſerias immittendo & infligendo (vt dicit Guillel. Pariſ.) maxime patuit filijs Adæ, quia ex ipſis non intendit percutere, ſed ſanare. Adæ enim [illegible]uæ ſuperbiæ occaſio fuit felicitas, & ſtatus ſublimitas in qua erant. Ideo ſtatuit Deus pro medicina humiliationem huius miſerię, vt contraria cõtrarijs curentur. Et hoc eſt quod dicit Aug. Summa Dei ira eſt, cum Dominus hic parcit. Hic enim parcit, vt in æternum non parcat: hic non parcit, vt in æternum parcat. Et ita non portant filij priorum parentum pœnam in vindictam pro eis illatam, ſed potius in medicinam, qua diſcant non imitari peecata parentũ.

8 *Quinque rationes quare mors corporalis non auferetur per baptiſmum.*

Vnde Guil. Altiſsiod. in 3. parte Summæ quinque rationes aſsignat, quare Dominus non aufert mortem corporalem per baptiſmum. Prima eſt, quam diximus, ſcilicet humiliatio: vt per miſeriam humilietur homo, qui per ſuperbiam cecidit. Quam cauſam ponit Iob, dicens: *Sagittæ Domini in me ſunt: quarum indignatio ebibit ſpiritum meum*: id eſt ſuperbiam meam. Secunda eſt incuſsio terroris. vt homo attendens ſeueritatem virgæ Domini, à gladio ſibi caueat, id eſt à pœna inferni, quæ in infinitum crudelior eſt. Virga enim ſua percuſsit Dominus primos parentes, & neceſsitatẽ addidit moriendi pro primo peccato: qua percuſsione percuſſum eſt totum genus humanum vſque ad finem mundi. Ideo ſequitur in auctoritate Iob allegata: *Et terrores Do-* Ibidem. *mini militant contra me*. Tertia cauſa eſt ſtimulatio: vt hominem quaſi inuitum trahat Dominus ad ſe. *In funiculis Adam* Oſeæ 11. *traham eos in vinculis charitatis*. Quarta, vt homo attendens vitæ huius miſeriã, conetur quęrere meliorẽ. Vnde primus homo creatus eſt in campo Damaſceno: deinde ductus in paradiſum quaſi in meliorẽ terram: vt de hac vita miſerabili tranſiremus ad meliorem. Sed idem propter peccatũ repulſus eſt: vt cognoſcat homo non naturæ eſſe, vt ſit in paradiſo, ſed ſolius diuinę gratię. Quinta eſt, ne homines magis appeterent baptizari propter vitã temporalem perpetuandam, quàm propter ſpiritualem. Dicitur quinto, quod mors, fames, & cætera alia mala (dempta carnis rebellione & concupiſcentia cõtra ſpiritum) ſunt mala conſequentia conditionem naturæ hominis: quæ ei inhæſiſſent, niſi obſtitiſſet originalis iuſtitia. Ideo quia Maria iuſtitiam originalem non habuit, propterea illas afflictiones naturaliter ſuſtinuit. Quia vero rebellio cõtra ſpiritum ex vitio naturæ corruptæ procedit, & in ea non fuit natura corrupta: ideo nec fomes, nec concupiſcentia contra ſpiritum in ipſa fuerunt.

9 *Maria cur habuit pœnã mortis & famis.*

SER-

SERMO V. DE CONCEPT. Virginis, & in ordine XI. Per Thema.

Cant 4. A In cõceptione Mariæ dedicatum est templũ corporis sui.

TOta pulchra es amica mea, & macula non est in te. Si verum sit quod de Maria canit Ecclesia, quod est templum Domini, sacrarium Spiritus sancti, eo quod Dominus eam corporaliter & spiritualiter inhabitauit, & Spiritus sanctus in ea Dominum Iesum tamquam in sacrario induit pontificalibus vestimẽti: scilicet humanitatis nostræ, in qua sacrificium obtulit in ara crucis. In quo etiã sacrario positæ sunt pretiosissimæ reliquiæ paradisi: sequitur, quod Mariæ sancta conceptio sit ipsius templi dedicatio. Tunc enim sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Sed longe aliter dedicauit, quàm faciant Pontifices moderni.

Nota. Primo, quia moderni dedicant & consecrant Ecclesiã postquam fabricata est: hic autem simul fundauit eam, & dedicauit, & sanctificauit. Secundo, quia consecrato templo quodam ab aliquo Pontifice iuncta sibi delegatã potestatem, confertur indulgentia populo: & quanto excellẽtior, tanto ibi maior indulgentia reperitur. Et quia tota Trinitas fuit huius tẽpli consecrat ix, ideo vltra omnium Præsulũ potestatem in ea maximę conferuntur indulgentiæ. Ad hoc ergo templũ in suæ dedicationis die rei gaudiis sicut ad refugiũ incurramus; & vt indulgentiam ipsam percipiamus, aliquid de nostro offeramus, cor scilicet pium vna cum Salutatione Angelica, dicentes, Aue.

B Sex infirmitates ex originali peccato procedẽtes.

In matutino sermone tractabimus quod supereſt de labe originali, qua omnes sordidamur. In sermone pomeridiano de pulchritudine Marię & priuilegijs sanctitatis eius, quibus tota pulchra facta est. Mane igitur primo dicemus infirmitates, miserias, & incõuenientia, quæ nobis attulit originale peccatum. Secundo, quomodo traducitur in posteros. Tertio, cum manus & ora pomumvetitũ tractauerunt, quare in mẽbris verẽdis facta est punitio, non in illis? Ad primũ dicitur secundum Arist. 1. Physicorũ, quod vno inconuenienti dato multa cõtingunt: sic quod per illud incõueniens, quod accidit primo parẽti, multa incõuenientia in sua posteritate secuta sunt, & infirmitates. Prima fuit, error virtutis appetitiuę: qua bona nobis male sapiunt, & mala bene: qua nobis velut filijs Israël sapiunt allia & pepones Ægypti, & mãna cęleste fastidimus. Hac enim febre peccati ita infectũ est palatũ cordis nostri, vt omnia nociua dulcia nobis videãtur, & saluti nostrę vtilia amara iudicẽtur. De quibus ait Ps. *Filij hominũ vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatẽ & quæritis mendaciũ?* Sunt enim graui corde, qui sic afficiũtur. Nam pondus animæ est amor eius: vt si amat terrena, amor trahit deorsum: si cælestia, sursum. Põdus rei valor eius. Ideo cũ incõparabiliter sint meliora ęterna tẽporalibus, & spiritualia carnalibus: plus eis ponderãt, & plus amãda sunt. Et sic cũ in statera cordis nostri temporalia æternis præponderãt, dolosa est statera nostra & mendax. Dicimus cõmuniter, cũ quis aliquid alio magis æstimat, quod illud plus alio ponderat. Inde Psal. *Vani filij hominũ, mendaces filij hominũ in statera:* quibus prępo[illegible]erant terrena cælestibus. *Factus sum sicut nycticorax in domicilio:* quę odit lucem & diligit tenebras. Sic nos bonũ odimus, & diligimus malum. Secunda infirmitas fuit error intellectiuæ virtutis, qua bona iudicamus mala, & ecõuerso: vt patet in delicijs corporalibus, in quibus ducimus dies nostros: & d[illegible]icias cælestes pro nihilo ducimus, quasi elõgati à st[illegible]lis: sicut corpora stellarũ, cũ incredibilis sint magnitudinis, nobis paruissima videntur, imo nonnullis nihil esse videtur: vt patet in Galactia, vbi multæ stellæ nihil iudicantur. Sicut enim catulus nascitur cęcus, sic & nos nascimur cęci & ignorãtes eorũ, quę saluti nostrę cõueniũt, cognoscentes satis facile quę nobis obsunt. Ideo paucos videmus ad cognitionẽ diuinorũ tendere, fere omnes ad terrenorũ cognitionẽ & acquisitionẽ. Est enim iam cõtra

Exod. 16

Psal. 4.

C Quomodo cor nostrum est statera dolosa.

Psal. 61.

Ps. 101.

naturam suã depressus oculus intellectus nostri: vt semper ad infima respiciat, & numquam sursum: iuxta illud Ps. *Oculos suos statuerunt declinare in terrã.* Tertia infirmitas est, continua guerra inter sensitiuam & rationalẽ partẽ. Nã ex eo die, quo peccauit primus parens, tã mirabiles insurrexerũt hostes, vt eos omnino debellare nõ possimus, quin semper insurgãt: licet eos arcere possimus, ne nos cõprehendãt. Nõ enim potest rex in regno suo ita iustitiam exercere, quin in nemore lateant latrunculi: qui tamen eius timore egredi nõ audẽt. Pilos carnis radere possumus nõ eradicare. Sic primos motus cõpescere, non ex toto euellere. In visione Moysi rubus ardebat, & nõ cõburebatur. Qui etiã si in mõte perfectionis cõstituatur homo, ita vt igniatur igne diuino: nõ tamẽ consumit ignis ille spinas, quia motus carnales adhuc permanẽt. Vnde præceptum est Leuit. 14. Pilos carnis suæ radere, nõ euellere, id est, prauos motus carnis abijcere, licet sit impossibile penitus euellere. Nõ sit ergo homo, quãtumcũq; spiritualis, securus: nec de castitate præsumat, nec quinq; sensuũ custodiã paruipẽdat: quia per eos ingreditur hostis. *Non credidерũt reges terræ & vniuersi habitatores orbis: quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Hierusalẽ.* Ideo Ps. *Nõ est pax ossibus meis, à facie peccatorũ meorũ*, id est, rationi & voluntati, quæ sunt vires animæ fortiores. Hæ enim cõcupiscentię, & motus earum refricatio & memoria vsq; ad medullã cordis & ossium penetrant. Vix enim dediscitur cõsuetudo & delectatio peccati. Inde est, quod cõsuetudo Ægyptiaca ferculorũ & cultuũ per quadraginta annos vix potuit obliuiscι. Frænanda propterea est ista caro. Iturus in prælium in equo omnino non frẽnato, facile capitur. Si bellũ infra vnũ regnum periculosum est, & magis infra ciuitatẽ, & magis adhuc infra domum: intolerabile videtur esse bellũ, quod infra hominẽ ortum est: quãdo ipsemet aduersus se cõsurgit. Nec mirum, vt qui bellũ egit cõtra Dominum suum, in se sentiat rebellionẽ: & qui noluit Dominũ superiorẽ in parua recognoscere, saltẽ confusus & ignominia plenus, ipsũ quęrat & cognoscat. Iuxta illud Ps. *Imple facies eorũ ignominia: & quærẽt nomẽ tuũ Domine.* Qui enim volũt reos ignominiosè tractare, solent mala excogitare ad eorũ confusionẽ, vt nõ statim moriantur, sed in dolore viuãt. Inter quę primũ est, vtvbi quis nobilius gloriatus est, ibi ignobilius tractetur. Et si in propria domo prius delicijs abũdauit, & in illa, & de illa gloriatus est, in illa ligetur, & captiuetur, & fiat ei carcer. Quod factũ est in primo parẽte. Caro propria, quę erat ei domus glorioſa, ipsi in carcerẽ conuersa est. Vnde Hester 7. de ipsa domo Amã lignũ sublatũ est, quo suspensus est. Carcer iste tenebrosus est quãtum ad caliginẽ rationis, & lutosus propter corruptionẽ affectionis: vt iam satis dictum est in duabus primis infirmitatibus. Secundũ est, quod in tanta angaria constituitur angariatus, quod cogitur proprium carcerẽ reparare sumptibus suis, & propriũ carcerarium pascere. *Pascet & potabit ingratos.* Tertiũ est, quod in ipso carcere cõpeditur cõpedibus infirmitatis, de quibus viuẽs expediri nõ potest: quę sunt sitis, fames, calor, frigus, &c. *Humiliauerũt in cõpedibus pedes eius*, id est affectiones. *Circũædificauit in me vt nõ egrediar, aggrauauit cõpedem meũ.* ita quod ad bene operãdum exire nõ valeo. Aggrauãt cõpedes, quãdo voluptas corruptioni, vel corruptioni pœnę corruptio culpę additur. Quartũ est, quod in ipso carcere bestijs traditur ad deuorandũ, id est, bestialibus mortibus. Quod significatũ est in Daniele, qui missus est in lacũ leonum, sed nõ tetigerũt eũ: quia aduersus iustum inclusum in carcere carnis nõ pręualẽt bestiales tẽtationes. *Bestiæ terræ pacifice erunt tibi: & scies quod pacẽ habeat tabernaculum tuũ.* Item: *Obturauerunt ora leonum.* Non sunt tamen, quantumcumq; iusti, securi, quamdiu sunt cum bestijs illis: sicut nec securus dormiret, qui inter leones vel serpẽtes habitaret. Quod sentiens

Ps. 16 D *Primos motus reprimere possumus, & non omnino extinguere*

Exod. 3.

Thren. 4

Ps. 37

Nota.

Ps. 72 E *Quomodo miserabiliter incarceratur anima in corpore suo.*

Eccli. 29

Ps. 104. Thren. 3

Dan. 6

Iob 5.

Heb. 11

Pſ. 141. tiens clamabat Dauid: *Educ de cuſtodia animam meã, vt confiteatur nomini tuo.* Richardus de ſancto Victore libro de contemplatione: Ex fonte originalis peccati modo ſordida titillatione caro inflãmatur, modo fœda cogitatione animus ſordidatur. Et hæc duo, ſcilicet titillatio carnis, & cogitatio cordis, figurantur in illis duabus catenis Petri, quibus vinctus ſtringebatur, vt ſurgere nõ valeret, donec ruptis vinculis diceret ei Angelus magni conſilij, id eſt gratię, Surge velociter. Hęc Richar. Quintũ eſt, quod in ipſo carcere ad maiorẽ pœnã cuſtoditur: ſicut quando rex cepit maleficũ, præcipit eum ſeruari in cuſtodia carcerali: donec iudicauerit quid agendum: & quandoque educitur ad patibulum, quandoque de miſericordia educitur ad liberationẽ. Quod ſignificatur in pincerna & piſtore Pharaonis: quorum alter ad patibulũ ductus eſt, alter ad regis obſequium. Sed Ioſeph cum illis erat innocẽs: ſcilicet Chriſtus in carcere corporis noſtri ſolus ſine culpa circumdatus infirmitate noſtra: & cum eo Maria virgo ex priuilegio. Quarta infirmitas eſt incuruatio ad ea, quæ infra nos ſunt: & declinatio ab his, quæ ſupra nos ſunt. Pſ. *Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finẽ.* Adeo enim inclinati ſumus ad ea, quę carnis & mundi ſunt, vt pene aliud non cogitemus. Inde videmus, quã difficile calefactibiles ſumus calore ſpiritualis amoris & cœleſtiũ deſideriorum, & quàm facile ardeamus ecõtrarijs. Nec mirũ, quia ex cõcupiſcentia naſcimur omnes: & ita (vt videtur) mater noſtra eſt: & cũ illa ſit aut debeat eſſe ancilla, naſcimur ſerui omnes, quia partus ſequitur ventrẽ: & per cõſequens nõ liberi, ſed ad inferiora depreſſi. A quo tamẽ excipitur Dominus ſine concupiſcentia natus, & Maria ex priuilegio. Quinta infirmitas paralyſis eſt, quæ eſt corporis morbus, cum nõ habeat anima poteſtatẽ mouendi membra corporis. Et ſic vbi nõ poteſt anima habere poteſtatẽ mouendi membra ſpiritualia, videtur eſſe paralyſis ſpiritualis. Quod manifeſtũ eſt in nobis: quia non amamus Deum, quãtum volumus, vel cum volumus, vel prout volumus: imo videtur quod ipſum corpus totum regat & dirigat. Quod enim corruptum eſt in parte, tẽdit ad corruptionẽ totius, vt patet in piſce & pomo. Sic *corpus quod corrũpitur aggrauat animã:* & propter hoc iſtud peccatũ dicitur peccatũ naturę. Cõmuniter dicunt homines peccaſſe naturã, quando gignit homines ſenos digitos habẽtes in pedibus vel manibus, aut gibboſos, aut alijs deformitatibus monſtruoſos. Sic iſtud dicitur naturę peccatũ: quia gignit incuruatos, quos debuit gignere rectos: & beſtiales, quos debuit gignere natura ſpirituales. Licet enim homo ex parte corporis proximior ſit terrę quã cælo, ex parte tamẽ animę quodãmodo cęleſtis eſt, & cęlo proximior, ad quod tẽdere debet. Eſt enim homo magis cęleſtis quã terrenus, quia ab illo magis denominatur res, quod eſt in ipſo optimũ & fortiſsimũ. Anima autẽ fortior eſt corpore, quod propter ipſam creatũ eſt. Sexta infirmitas eſt paupertas & inopia, in quã decidit. Alienauit enim primus parẽs à ſe gratiã, & pretio peccati ſeipſum vẽdidit & omnẽ poſteritatem ſuam. Et hoc ideo, quia cuius eſt labor, eius eſt fructus. Cũ ergo tota poſteritas Adæ fructus eſſet velut arboris, eo vẽdito, tota poſteritas eius vendita eſt & alienata à dono: quod deplorabat Apoſtolus: *Ego* (inquit) *carnalis homo venundatus ſum ſub peccato:* id eſt pretio malę voluntatis Adæ ſubditus peccato: id eſt concupiſcentiæ, ex qua oriuntur omnia peccata. Quicquid enim peccatorũ eſt in dictis, factis & cogitationibus, à mala concupiſcẽtia eſt. Ideo miſerabiliter venundatus homo clamat ad refugium Dei, dicens: *Vendidiſti populum tuum ſine pretio*: ſcilicet Adam & Eua: *& non fuit multitudo in commutationibus eorum:* quia illi duo ſoli omne genus humanum vendiderunt. Et quia hæc duplex cauſa malæ venditionis aſsignatur, ſcilicet defectus iuſti pretij vltra me-

Nota. Act. 12 Gen. 40 Pſal. 37 Sap. 9. P Peccatũ originale peccatum eſt naturæ. G Vendidit ſe primus parens & poſteritatem. Rom. 7. Pſal. 43

dietatem, & quod hoc ſine cõſilio actum eſt: ideo dum non erat qui redimeret, vt alienatam hæreditatẽ reuocaret & repararet, noſtram humanitatem aſſumpſit Dominus, vt frater noſter, & propinquus iure propinquitatis eam ſibi vendicaret: qui factus eſt in animã viuentẽ, ſicut nos in mortuã. Et ita plenus erat homo miſerijs, vt diceret: *Factus ſum mihimetipſi grauis*: id eſt, meipſum portare non poſſum. *Iob 7.*

H Quomodo originale à parentibus traducitur in poſteros.

Secundo quęrebatur, vtrũ originale peccatum à parentibus traducatur in poſteros? Et videtur quod nõ, argumento Iuliani hęretici, quia nuptiæ ſunt honorabiles & bonæ: ergo nihil ex eis oritur & generatur mali. Item parẽtes per baptiſmum mundati ſunt ab originali peccato, quomodo igitur per ipſos traducitur in poſteros? Ad hoc reſpõdetur. Prima propoſitio, ſecundum Alexandrũ de Hall. 1. par. ex patre & matre non peccatoribus naſcitur puer peccator. Probat hoc à ſimili. Nam de grano ſeminato puro oritur granum cum palea, & de acinis verarum arborum naſcuntur ſilueſtres & acerbæ arbores in fructu. Item Aug. ex circũciſo generatur præputiatus. Poſt tamen ablationem peccati originalis numquã vltra reuertitur: ſicut nec præputium aut palea poſt ablationẽ redit. Secũda propoſitio. Dato quod nuptię ſint bonæ, non tamen ſequitur, quin ex eis aliquid mali per accidens oriatur: ſicut nec ſequitur, quod quãuis Angeli ſint boni, quod nihil ex eis oriatur mali: & ſi granum vt purũ, quod nihil ex eo oriatur paleæ. Vnde Aug. de nuptijs & cõcupiſcentijs li. 1. Nuptiarum bonum malo originali nõ poteſt accuſari, ſicut adulterorũ & fornicatorum malum, bono naturali, quod inde trahitur, nõ poteſt excuſari. Sicut enim peccatum ſiue hinc ſiue inde trahatur à paruulis, opus eſt diaboli, ſic homo ſiue hinc ſiue inde naſcatur, opus eſt Dei. Hæc Auguſt. Tertia propoſitio. A parentibus per concupiſcentiam & emiſſionẽ ſeminis traducitur originale in poſteros, nõ propter eorum peccata particularia, ſed propter tranſgreſſionem primã. Probat Alexander de Hall. parte 1. Nam cũ propter peccatum Giezi dictum ſit, Lepra Naaman adhęrebit tibi & ſemini tuo vſq; in ſempiternum, ergo propter peccatum Adæ, quod fuit multo maius, non eſt mirabile ſi lepra infectionis eius adhæſit ſibi & ſemini ſuo vſq; in ſęculum. Et ſi quæratur à quo cauſetur iſta infectio originalis peccati: videtur quod nõ à corpore, quia lux corporalis attingens ſordes corporales propter ſui munditiã nullam cõtrahit fœditatem, igitur cum anima rationalis incomparabiliter ſimplicior ſit & purior luce corporali, & quæ immediate à Deo producta eſt, iuxta illud Pſal. *Qui finxit ſigillatim corda eorũ*: ſequitur, quod per cõtactum corporalẽ nullam contrahit maculam. Ad hoc dicitur ſecundũ Duran. 2. diſt. 31. q. 1. quod modus traductionis originalis eſt iſte. Cũ enim natura nihil agat vltra ſpeciem ſuã, deficiens à dono, quod ei gratis impenſum erat, non poteſt alteri cõmunicare donum quo caret, & quod ſupra naturam ei collatum fuerat, ſed ſolum cõmunicat quod ad naturam pertinet corruptam & infectam cum carentia doni ſupernaturaliter toti naturę collati, ſcilicet rebellionem & concupiſcentiam malam. Vnde Aug. contra Pelagianos, & Cœleſtianos: Qualis terrenus, tales & tereni, & hoc nõ niſi per ſeminis ſparſionem. Semen enim vitiatum erat & maledictum ab initio, quia maledicta terra in opere tuo, id eſt in opere generationis ſemen. Hæc Aug. Qui autem hoc potuerit ex carne vel ſemine traduci, varijs ſimilitudinibus oſtendit Guil. Pariſ. libr. de virtutibus. par. 3. Primo, quia à diuitijs, quę tam longe ſunt ab animabus noſtris, peruenit ad eas corruptio auaritiæ & ſuperbiæ, quanto fortius ab ipſis corporibus paſsiones, quales inferre poſſunt corpora, eiſdem adhærebunt. Secundo dicit Galenus in li. de Elemẽtis, vt allegat Doctor iſte, quod phlegmatica complexio, nullam animæ virtutem iuuat, ita vt eam brutalẽ faciat: quare hoc nõ faciet corpulentia

4. Reg. 5.

Pſal 32.

I Vide ſimilitudines.

lentia noſtra propinquior, vt obtenebret animam à cognitione & rectitudine ſua? Dixit etiã alibi, quod mala cõplexio ſtimulat animã, & hoc manifeſtum eſt ad ſenſum. Videmus enim clericos iracũdos & impatientes, & melancholicos triſtes, ſanguineos ad gaudiũ, riſus & vanitates leues. Si ergo creditur medicis, manifeſtũ eſt corpora humana per malas cõplexiones ſuas, & alias diſpoſitiones innumerabiles, animas humanas obtenebrare & inficere: quãto magis per naturã ſuam, quæ interior eſt corpori quàm ſua cõplexio? Manifeſtum eſt etiam illud ex ſeparatione corporum, ſicut apparet in extaſi vel raptu, animas confortari & dirigi: & eas poſſe, quæ non poſſunt in coniunctione contraria: & manifeſtum eſt eas debilitari & incuruari ex coniunctione corporum. Hæc Guill. Nec eſt intelligendum, quod peccatum patris vel matris trãſeat in filios: ſed ſolum ſimile cauſatur. Vnde Aug. Trãſeunt quę ſunt in aliquo ſicut in ſubiecto: ſed afficiendo, nõ emigrãdo: velut Æthiopes, qui, quia nigri ſunt, nigros gignunt, nõ ſuum colorẽ trãsferentes, ſed ſui corporis qualitate corpus, quod de illis gignitur, afficiẽtes. Et ſtatim ſequitur:

Gen. 30 Colores virgarum, quas variauit Iacob afficiendo, trãſierunt in animas pecorum matrum, atq; inde eadẽ affectione tranſeundo apparuerunt in corpora filiorum. Tale vero aliquid in fœtibus humanis poſſe cõtingere, Solinus medicinę auctor ſcribit, & exemplo cõfirmat. Dionyſium enim narrat, eo quod ipſe deformis eſſet, nec tales filios habere vellet, vxori ſuæ in concubitu formoſam ſolere picturã proponere, cuius pulchritudinẽ cõcupiſcendo quodammodo raperet: & in prolem, quam cõcipiebat, afficiendo trãſmitteret. Hæc Aug. Ex quibus manifeſte apparet, exteriora agere in animam, & poſſe trãſmutare fœtus interiores: quãto magis ea, quæ ſunt in corpore animæ coniuncto. Nec eſt ſimile de luce corporali, vt vult Alexander de Hal. Nam lux corporalis cũ ſit fœda, quam contingit, non ita coniungitur, vt ex illis duobus fiat vnum ſecundum ſubſtantiam, quorũ alterum ex altero inficiatur. Ex quo patet, quod iſtud peccatum neceſſario cõtrahitur, cum infunditur anima. Vnde propter hoc appellatur hoc vitium multis nominibus. Vocatur enim vitium naturæ: quia totã naturam ex ſemine Adæ modo naturali procedẽtem (niſi ex ſpeciali priuilegio) vitiat & inficit. Secundo, vocatur peccatũ originale: quia in origine cuiuſlibet hoc vitium primum eſt, & ſimul oriente natura oritur. Tertio, vocatur peccatũ hæreditarium: quia cum hęreditate patris noſtri Adam tamquam hypotheca poſſidetur, & ſemper ipſum poſſidemus, etſi non culpam, tamen pœnam & ſequelas eius. Quarto, vocatur peccatũ neceſſariũ: quia neceſſitate, non voluntate trahitur. Inde orabat Dauid: *De neceſſitatibus meis erue me*, id eſt, de peccato & peccati ſequelis neceſſario cõtractis. Propter quod gratias agebat ſperans de ereptione per Chriſtum, cũ dixit: *Saluaſti de neceſſitatibus animam meã.* Vulgo dici ſolet: Quod noua teſta capit, inueterata ſapit. Adam vero, adhuc exiſtens noua teſta humanæ naturæ, infectus eſt. Nõ eſt ergo mirum, ſi inueterati & induti pellem veterẽ ipſius Adæ illam ſentiant infectionẽ. Tertio quærebatur, cum manus & ora pomum vetitum contrectauerint, quare vindicatum eſt in membris verendis, cum tamẽ pars illa ad hoc nihil videatur egiſſe? Reſpondet ad hoc Guil. Pariſiẽ. Primo, quod vis guſtabilis & eius vſus ad conſeruationem vitæ reſeruatus eſt. Et propter hoc vſus eius moderatus non habet culpam: igitur nec pœnã. Vſus vero virtutis generatiuæ non habet illam neceſſitatẽ. Propter hoc vſus eius totus à primo motu vſque ad vltimum culpabilis eſt, niſi matrimonij ſacramento excuſetur. Ideo potius in illa parte vindicatũ eſt, qua minime licet vti; quàm in illa, quæ neceſſaria eſt. Secundo dicit Guillel. Pariſien. quod magis in partẽ generatiuam vindicatum eſt, vt iuſtitia Dei euidens fieret, &

K *Quomodo iſtud vitium multis nominibus nominatur.*

L *Quare non eſt vindicatum in tactu, guſtu & viſu, ſicut in mẽbris generationis.*

illi peccato retributio cõgruentissima: vt videlicet per mulierem torqueatur secũdum vim generatiuam, qui per mulierem peccauit: & ab ea patiatur ardores concupiscentiarum acerrimos, quam neglecto Dei mandato noluit contristare. Similiter & ab ea prematur hac seruitute turpissima, cui regendo ac corrigendo noluit ab initio sanctissime dominari: & vt eam sequatur, & post eã abeat, turpissima vrgente concupiscentia, quã post se trahere ad Deũ debuit, & à suggestione retrahere serpentina. Secundam rationem assignat, vt per generationẽ peccatum istud traxisse à primis parẽtibus reminiscentes, recognoscamus nos filios iræ esse natos: & recognoscendo gratiam redemptionis & regenerationis, semper illud in corde habeamus. Vnde Hugo de S. Victore li. de sapientia, par. 8. c. vl. Quia in hoc membro, per quod humana propagatio transit, signũ inobedientiæ positum est, cunctis per illud transeuntibus manifeste ostensum est, quoniã cum culpa inobedientiæ generantur. Hi enim in hoc ipso titulo, qui in portis inscriptus est, per quas transeunt, agnoscunt vnde veniant, aut quo vadant. Aliam tamẽ solutionem dat Guil. Pari. quod etiam omnes aliæ vires infectæ sunt & punitæ. Nam vis gustabilis sic punita est, vt secundum illam homo fame & siti crucietur; vis tactiua frigido & calido, & cæteris qualitatibus & infirmitatibus; vis odoratus fœditate cõtinuo descendente à cerebro pernares. Similiter prurigo vitium est in auribus, dicente Apostolo: *Coacernabunt sibi magistros prurientes auribus*, id est scalpentes. Est enim pruritus in auribus sæpissime proueniens (vt dicit Guill.) ex illa lepra originalis peccati. Similiter in oculis concupiscentia, propter quod crebro nominatur cõcupiscentia oculorum. *Habẽtes oculos plenos adulterij & insatiabilis delicti*, id est originalis. Vnde Aug. Nõ dicatis vos habere animos pudicos, cũ oculos habeatis impudicos. Impudicus enim oculus impudici cordis est nuncius. Hinc de hac oculorum concupiscentia recitat liber de oculo morali, quod fuit quæstio mota in mensa cuiusdam Prælati: cuius erat cõcupiscentia sumptuosior, an oculorum, an ventris? Responsum fuit ab omnibus, quod ventris, iuxta illud: *Omnis labor hominis in ore eius*. Sed quidam Philosophus præsens super hoc interrogatus: Sentio (inquit) quod oculi plus cõstant quàm membrum quodcunq; aliud corporis: quia sex sunt quæ diuitibus sumptus nimios afferunt: scilicet pretiositas vestium, equorum, ædificiorum, liberorum, cibariorum, vasorum aureorũ & argenteorum. Superfluitas autem omnium istorum ad nihil aliud inuenta est, nisi ad pascendum proprios oculos, &, quod mirabilius est, alienos. Vnde Seneca: Non fames magis nobis, sed ambitio constat. Et idem libro de Moribus: Iã nõ sunt homines ad rapinã dentibus & ventre cõtenti, oculis quoque gulosi sunt. Ita enim bene vestiretur homo de scarleto Aruerniẽ, sicut de scarleto sancti Marcelli, nisi esset pastus oculorum: & ita cõtenti essent paruis ædibus sicut magnis, & asinis sicut mulis: nisi esset pastura oculorum. Ad hoc recitat Helinãdus exemplũ de Guillelmo rege Angliæ filio Guillelmi regis & ducis Northmannorum: qui dũ vestiret caligas nouas, & ipsi de pretio earum petẽti responsum esset, quod quindecim solidos constitissent. Respondit dicenti sibi iratus: Filr mulieris vltro rapiẽtis virum, cur nõ emisti de vna marca argenti? Istæ parui valoris nõ sunt dignæ regia maiestate. Quo dicto, sequenti die allatæ sunt sibi caligæ paris pretij, scilicet quindecim solidorum, cui cũ diceretur, quod essent pretij vnius marcæ argenti. Respõdit: Tales caligæ decẽt regẽ. Et sic indifferenter calciabat & vestiebat vestimẽta, dũmodo dicerẽtur esse magni pretij. Talis enim magis oculis delectabatur in pretio. Ex his patet, quod nihil corporis fuit, quod nõ maculauerit lepra originalis peccati, maxime tamen mẽbra generationis: quod patet ex indecentibus

2. Tim 4.

2. Pet. 2.

Eccles 6

M. Quam. de vitijs inter omnes sensus est sumptuosior.

bus

bus motibus, qui, velimus nolimus, nobis accidũt. Secũdo, ex hoc quod primi parẽtes poſt morſum vetitũ cucurrerunt ad folia ficus, ad cooperiẽda pudibunda ſua: quæ tunc quãdam rebellionẽ inferebant. Erant enim prius veſtiti pulchritudine ſua, ſicut ſol vel liliũ ſua luce vel formoſitate. Tunc vero in ſignũ furti, probroſa veſtimẽta acceperunt. Ideo qui de veſtimentis in ſuperbiã attolluntur: idẽ eſt ac ſi fur de aduſtione cauterij ſibi facta propter furtũ glorietur. *In veſtitu ne glorieris vnquã*. Vtilior enim eſt in cõflictu lorica ferrea, quàm ſtola linea vel veſtis purpurea: licet oneri ſit illa, hæc honori.

Eccl. 11

SERM. XII. IN ORDINE, ET VI. de Conceptione. Per Thema immediatè præcedens.

A Quomodo loquimur de pulchritudine Mariæ. Eccli. 15

SI nos velimus loqui de tota pulchra & ſanctificata, oportet nos à nobis ipſis omne peccatum expellere quia *non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*. Sed timẽdum eſt, ne ſimiles ſimus cornici, quæ ſe ſæpe balneat, nec propter hoc albior efficitur. Sic ad Dei verbum audiendum plures concurrunt, quod eo prædicatur, vt anima à ſordibus peccatorum lauetur & fiat placens Deo: ſed recedunt ita nigri ſicut ante: & aſſimilantur his, de quibus dicit Ariſtoteles, quod audiunt diligenter medicos, ſed nihil inde cõſilij eorum faciunt. Nos autem nõ ſic, ſed cum Pſ. dicemus Deo: *In multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuã*, id eſt, ibo ad domũ tuam, ſcilicet Mariam in multitudine miſericordię ſuę: vt ea mediãte lauer à peccatis meis dicatq; noſtrũm quilibet: *Domine dilexi decorem domus tuæ*: id eſt, audire loqui de decore, puritate, & pulchritudine domus tuæ. Non ſicut illi qui inquinant ſacrarium Spiritus ſancti, dicentes eam eſſe in originali conceptam: & locum habitationis gloriæ tuæ: id eſt filij tui, qui eſt gloria tua. *Filius ſapiens lætificat patrem*. Ideo ſequitur. *Non perdas cum impijs Deus, animam meã*: qui ſcilicet mentiuntur eã eſſe in originali cõceptam. Vt ergo poſsimus aliquid dicere pauperes ſenſu & intellectu, ad hoſpitale Dei recurramus, vt ibi nobis de alimẽto prouideatur, ad virginẽ ſcilicet Mariã, dicẽtes, Aue.

Pſal. 5.

Pſal. 25

Prou. 10

Sed quæri poſſet, quare quotidie fit ſeruitium de B. Virgine, & non de cæteris ſanctis: cum tamen in vita ſua non legatur feciſſe aliquod miraculũ, ſicut fecerunt ſancti ad noſtrum adiutoriũ. Cum etiã cæteri ſancti ſint ſicut & illa adiutores noſtri? Reſponſio. Multiplex poteſt aſsignari cauſa. Prima eſt: quia ab ea quotidie cognoſcimus habere panem noſtrum quotidianũ Dominũ Ieſum, quem ſecundũ Eccleſię repreſentationẽ in imaginibus tenet in manibus, vt nobis eum miniſtret. Non ſic habemus ab alijs ſanctis. Ideo quia quotidie eſurimus, & illo pane indigemus, ad eã quotidie recurrimus, gratiarũ actiones pro alimento reddendo, ſeruitiũ propriũ de ea, nõ de alijs agendo. Secundã rationẽ tangit Bonau. 3. ſent. diſt. 3. in expoſitione textus, dicens quod hoc procedit ex fideliũ deuotione. Nam Spiritus ſanctus inhabitãs fidelium corda, deuotionẽ ipſorũ magis erga eam inflammat quã erga alios ſanctos. Quod multipliciter patet. Primo ex multiplicibus Eccleſijs in eius memoriam cõſecratis. Per vniuerſalem Eccleſiam de nullo ſancto vel ſancta tot inueniuntur Eccleſię fundatæ ſicut de B. Virgine, nec ita bene dotatæ optimis præbendis. In ſignum, quod eſt mediatrix ad intercedendũ pro præbendis paradiſi. Fundatores enim Eccleſiarum ita dotauerunt eas: vt pro huiuſmodi darẽtur præbendę paradiſi, iuxta illud Chriſti: *Date & dabitur vobis*. Secundum ſignum eſt multitudo peregrinationum, quę quotidie fiunt ob eius reuerentiam. *Et tempus affuit quo ſol refulſit qui prius erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarentur*. Sol iſte Maria eſt, quæ quamdiu fuit in via, fuit quaſi ſub quodam nubilo: quia nec legitur tunc miraculis claruiſſe. Sed ex quo à filio ſuo clarificata eſt poſt aſſumptionem ſuam, feruor in eam deuotionis eſt

B Quare ſit ſeruitium de B. Maria quotidie nõ de alijs ſanctis.

C Signatura deuotionis ad Mariam.

2. Mach. 1.

accensus: ita vt sub feruore isto, sicut ad ignē perdices pingues, capiuntur pingues oblationes. Tertium signū est ex multitudine solēnitatum, quę fiunt in eius memoriā plus quā de quibuscumq; alijs sanctis. Quinq; enim solēnitates eius cōmuniter recipit Ecclesia, licet nuper non nisi quatuor. Hāc enim plus quā per ducētos annos non recepit Ecclesia. In quo notari debet, quod nō sunt faciliter recipiendæ aliæ solēnitates: quia propter tales antiquę minus habentur in reuerētia. Scriptū est enim: *Et vetera nouis superuenientibus proijcietis.* Nec tamē istas nouas adinuentiones reprobo, aut approbo. Nō enim satis est laudabilis, quę laudabilis est nimis: per quā, quicquid boni habemus, possidemus. Ideo videns mater Ecclesia, quod multū ei debemus, nō satis fuit de ea celebrare quatuor festiuitates, nisi & superadderet quintā, scilicet hodiernā. Nimiū enim pauperes sumus: & vix ad quatuor terminos de censu sibi debito satisfacere possumus. Est enim eius Natiuitas pro tēpore autūni: eius Purificatio pro hyemali: eius Annūtiatio pro verno tēpore: Assumptio pro æstiuo. Ideo quintū terminum superaddidit in hyeme, ad soluendū quod supèrest pro possibilitate nostra. Tertia ratio potest superaddi, quę historialis est. Nam Tartari inuaserunt terras Christianorum, maxime Poloniā, Vngariam, Ruteniā, & vicinas regiones in tāta multitudine, vt cum vno die occisi essent eorū triginta millia, sequenti die apparebāt bellaturi quadraginta vel quinquaginta millia. Ideo Ecclesia apud Clarummótem cōgregata in generali synodo decreuit, vt singulis diebus diceretur seruitium B. Virginis Marię: vt flagellum illā & cladē bellorū pacificare dignaretur, quod & fecit. Nam Tartari inter se diuisi ad sua loca statim remeauerūt. Sic ergo propter adiutorium impensum Ecclesiæ, Ecclesia seruitium quotidianum in eus decorem celebrat. De qua ipsa canit: Tota pulchra es amica mea: & macula non est in te. In hoc autem sermone dicemus de pulchritudine Marię intus & extra, iuxta Thema propositū: extra in corpore, intus in anima. Sit igitur prima propositio: Maria inter omnes mulieres fuit corpore pulcherrima. Patet per illud: *Quo abijt dilectus tuus ô pulcherrima mulierū.* Secūdo, hoc ratione patet: quia *Dei perfecta sunt opera.* Sed Deus principaliter fundauit corpus eius: iuxta illud Ps. *Homo natus est in ea: & ipse*, scilicet qui natus est, *fundauit eam altissimus.* Cōgruum igitur erat, vt formosissimum opus faceret. Secundo, quia filius assimilatur patri vel matri: Christus autē matrē habuit in terris, nō pātrē: igitur debebat matri assimilari, sed ipse fuit speciosus forma præ filijs hominum: igitur & illa speciosa præ filiabus hominum. Tertio, quia virtutes eius ex huiusmodi erant hominibus acceptabiliores. Poēta:

Gratior est pulchro veniēs in corpore virtus.

Et Arist. Ethic. 1. Nō omnino felix est, qui specie turpissimus est: maxime ergo felix mulier fuit corpore pulcherrima. Et si dicatur quod talis pulchritudo est vana & periculosa: quia *fallax gratia & vana est pulchritudo*: non ergo debuit esse speciosa. Respondetur, quod, sicut de Iudith dicitur, *omnis hæc pulchritudo non ex libidine, sed ex virtute pendebat.* Et quod ita sit, huic pulchritudini adiuncta est virtus mirabilis: vt etiā testimonio Iudæorum omnes eam videntes, quantacumque libidine inflammarentur statim infrigidabantur, cessabatq; libido: nec vnquam ab aliquo male dicitur concupita. Taliter enim fuit pulchritudo compensata, & talis temperantiæ & harmoniæ naturalis, quod non cōmouebat aspicientes ad dissolutam delectationem, sed potius ad castitatem & deuotionem, vt dictum est prius ex Bonauent. Quod autem congruum fuerit, vt ei donaret Deus talem qualitatem, probari potest multipliciter. Primo, quia multum vellet amator feruens & zelotypus, quod nemo cōcupisceret amicam suam: sed Christus fuit zelotes. *Ego sum Dominus Deus tuus fortis & zelotes*; & amator Marię, iuxta illud Ps.

Et con-

D Cōceptio instituta est tamquā quintus terminus ad debitum honoris Mariæ persoluendum

E Maria fuit sum mi pulchra in corpore.

Cant 4.

Deu. 32

Psal. 86.

Pro. vlt.

Iud 10.

F Maria pulchritudo in aspicientibus eā omnem libidinē auferebat. Probatur multipliciter

Exod. 15

Psal. 44. *Et concupiſcet rex decorem tuum.* Probabile igitur eſt, quod dederit ei Deus talē prę-rogatiuam. Secundo ad illud arguit Ioā. de Gerſonno: quia ſecundum Ariſto. natura ita phyſionomiam principū virtuoſorum diſpoſuit, quod aſpiciētes ſe commouet ad tremorē & reuerentiā, vt experientia docet: ſicut & leonis aſpectus terribilis eſt: ergo ſimiliter cōgruum eſt, quod Maria habuerit faciem cōmouentem ad caſtitatem & temperātiam. Vnde & phyſionomia Chriſti talis erat, quod in ea relucebat exēplar omniū virtutū. Malis apparebāt terribilis & auctoritate plena: ita vt commoueret ad bonum tremorē: vt apparuit in die ramiſpalmarū, quando à templo eiecit maximā vendētium multitudinē. Nā ſecundū Hiero. ex eius facie videbatur fulgor exire terrens eos. Sic & eodē tēpore filij Iſrael eū adorauerunt tamquā eorū regē. Sic etiā quādo apparuit quaſi furioſus propter feruorem maximū, quē habebat in ſeruādo ſui patris honorē inter Iudæos, qui eum blaſphemabant. Et ibi maxime inuehitur in eos, qui patiēter audiunt iniurias Dei, aut eas dicere permittunt quaſi non curādo: & ſuas iniurias & ſeruorum ſuorū acriter vindicare volunt. Bonis autē phyſionomia Chriſti videbatur placēs & amica: & ad hoc inuitabat eos, dicens: *Diſcite*
Mat. 11 *à me quia mitis ſum & humilis corde.* Sic & dicere poſſumus, phyſionomiā Marię cōmouere ad omnē caſtitatē, omnē lubricā
Exo. 34 cogitationē extinguēdo. Tertio legimus, quādo Moyſes locutus eſt Deo, quod facies ſua reſplendebat, multum quidem & ſanctum timorem in aſpicientibus generans. Quare igitur facies Mariæ nō poterat generare talem ſanctum timorem contra turpem cogitationem: cui non ſolum Deus aſſiduo locutus eſt, imo intra ipſam habitauit: imo plus videtur dicere
Matt. 1. Gloſſa ordinaria ſuper illud: *Et non cognouit eam Ioſeph, donec peperit*, &c. Quod ita relucebat vultus eius, dum erat à Spiritu ſancto impręgnata, quod non poterat in eā Ioſeph aſpicere: & illud allegat in quodam argumento S. Thomas in 3. ſentent. in materia de Transfiguratione, & Magiſter Ioannes de Gerſonno in ſua Ioſephina. Non mirum, ſi ſic vultus eius relucebat, quæ in ventre ſolem gerebat. Nil igitur mirū, ſi illam virtutem prius in ſe habuit. Quarto, quia in operibus naturæ videmus, quod Baſiliſcus ſuo ſolo aſpectu hominem occidit: igitur Maria ſolo aſpectu ſuo virus peccati & libidinis non occidet? Videmus enim in quibuſdā lapidibus pretioſis, quod quidam eorum naturaliter commouent ad delectādum. Ideo gratia iſta transfuſa eſt in Mariam, quaſi quoddam ſpiramentum odoris cedrini, ad occidendum in intuētibus eam carnales concupiſcentias, quæ quaſi venenoſi ſerpentes in carne ſerpunt. Odor enim & ſuccus cedri fugat & extinguit ſerpentes. Maria autem cedro comparatur. *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano.* Eccli 24.
Quinto, experimur hominum vitia palam ſe in vltu exterius demonſtrare, vel in modo continendi apud homines: vt ſuperbia in vultu tumido, luxuria in vultu procaci & nimium iucundo, timor in vultu pallido, ira in vultu rubicundo, triſtitia in vultu lugubri: iuxta illud: *Fa-* Iob. 16.
cies mea intumuit à fletu. Et ſapientia in vultu bene diſpoſito. *Ab occurſu faciei co-* Eccli. 19.
gnoſcitur ſenſatus. Quare igitur non poterit pie credi, faciem Mariæ caſtiſſimam caſtitatis habere inſignia: vt ſicut hęc, quę prius memorata ſunt, habent virtutem imprimendi in intellectu videntium indicia complexionum ſuarum: ſic Mariæ facies virtutem imprimendi frigiditatem libidinis. Sexto, facies Helenæ, propter quam dicitur apud aliquos Troia deſtructa, ſic lubrica erat, vt aſpici non poſſet abſque incontinentia: iuxta Ariſtotelem 2. Ethicorum dicentem: Senes Troianæ vrbis dicebant: Abijciamus Helenam, & minus peccabimus. Propter quod conſulebant, vt ab vrbe Troiana eijceretur: quare per oppoſitum non potuit Deus, ſicut & congruebat facere, quod talem qualitatem haberet Maria, quod à nemi-

ne propter ſuã pulchritudinẽ cõcupiſceretur. Licet aliæ bonæ mulieres fuerint male cõcupitę: vt Sara, Rebecca, Suſanna, Iudith, Agnes, Lucia, & aliæ multæ. Sed dicet quis: Mulieres multæ propter pulchritudinẽ perierunt. Neceſſe eſt ergo eas habere cuſtodiã. Cum igitur Maria fuerit pulcherrima corpore, debuit magnã habere cuſtodiã. Dicitur primo, quod mulier pulchra, ſi ſapiẽs eſt, nulla indiget cuſtodia, ſi fatua, etiã nulla indigebit. Quia ſi omnis ſibi cuſtodia adhibeatur, adhuc trãſibit per foramẽ acus: quia *breuis omnis malitia ſuper malitiã mulieris*. Dicitur ſecũdo, quod Mariæ data eſt maxima Angelorũ cuſtodia, qui eã circumſtabant. Patet per illud: *Ecce lectulũ Salomonis ſexaginta fortes ambiũt ex fortiſſimis Iſrael. Omnes ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſque enſis ſuper fæmur ſuũ, propter timores nocturnos*. Fuit enim iſte lectulus paruus in cõceptione, in quo debebat requieſcere verus Salomõ, rex pacificus, qui factus eſt lectus magnus in annũtiatione, dũ intra ſuiuteri ſpatia clauſit quẽ totus nõ capit orbis. *Sexaginta ex fortiſſimis Iſrael*: id eſt vidẽtibus Deũ, ſcilicet Angelis: numerus certus pro incertò. *Omnes ad bella doctiſſimi*. In quo ſignatur eorũ prudẽtia ad reſiſtendũ cõtra omnes inſultus dęmonũ. *Vniuſcuiuſque enſis ſuper fæmur ſuũ*: id eſt, eorum poteſtas ſemper parata eſt ad prælium. *Propter timores nocturnos*: hoc eſt, nõ ſolũ ad repellendum grauiores tẽtationes, ſed etiã leuiores vſque ad venialia: quia nũquam veniale cõmiſit. Solet enim fieri timor nocturnus pueris. Secũdo, decet Imperatorẽ & Imperatricẽ circumuallari cuſtodia: maxime vbi eſt in patria nõ tuta, ſed inter hoſtes. Decebat igitur Imperatricẽ orbis circũuallari magna multitudine exercitus ſupernorum contra inſultus dæmonũ. In quo notantur principes, qui magnam habent guardam corporis, ſed nullã animæ.

G De Mariæ cuſtodia Angelica.

Eccl. 25

Cant. 3.

H Quia Maria ſine originali concepta eſt, probatur multiplicitèr.

In ſecunda parte tractandũ eſt de pulchritudine ſpirituali ipſius Mariæ. Pro quo fit cõclutio, quod Maria tota pulchra eſt, non ſolũ in corpore, ſed etiã in anima ab omni labe peccati etiã originalis immaculata. Probatur primo auctoritate Eſaiæ: *Gloria Libani data eſt ei*. Gloria Libani hæc eſt, quod ligna eius ſunt cedrina, quæ ſunt imputribilia. Igitur fuit imputribilis per peccatũ, ſi hæc gloria data eſt ei. Indede ea dicitur: *Ferculum fecit ſibi Salomon de lignis Libani* id eſt, euectoriũ fecit, quo verus Salomon nouẽ menſibus portatus eſt: ſcilicet de lignis Libani incorruptibilibus. Ideo de ea illud poteſt intelligi: *Nõ audietur vltra iniquitas in terra tua: vaſtitas & contritio in terminis tuis*. Cõgruũ enim erat, vt ea naſceretur æterni regis filia, nõ ſerua vel ancilla. Omnes enim orti ſumus ſerui, hæc ſola libera. Omnes cũ onere peccati, de quo Pſ. *Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me*: ſcilicet iniquitates. Iſta vero ſine onere concepta eſt, quæ portauit onus quod tulit omne onus: quod quidẽ onus eſt ad inſtar auis, quę dũ plures habet plumas, magis fertur ſurſum. Stat enim huiuſmodi onere nobili onerata Maria. Ponit enim Ariſtot. 1. Polit. differentiã inter ſeruos & liberos, quia ſeruos natura fecit ad portãda onera, nõ autem ingenuos. Secundo hoc idẽ probatur: quia quos Deus elegit, ita appropriat & diſponit, vt ad id, quod elegit, inueniãtur idonei: iuxta illud: *Idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti*. Beata Virgo electa fuit, vt eſſet Dei mater: igitur nõ eſt dubiũ, quin Deus eam per ſuam gratiã ad hoc idoneam reddiderit: iuxta quod Angelus dixit: *Inueniſti gratiam apud Dominum*. Ecce idoneitatem. Et ſequitur: *Ecce concipies & paries*, &c. Ecce diſpoſitionẽ ad concipiendum, & eſſe matrẽ Dei. Non autẽ fuiſſet idonea mater Dei, ſi aliquãdo peccato deturpata fuiſſet. Cum quia ſicut honor parentum redundat in prolem, ſic etiam dedecus eorum prolem quodãmodo inficit & dehoneſtat. Tum etiam, quia caro Mariæ ad carnem Chriſti ſingulatẽ affinitatem habuit, quia carnem de carne ſua contraxit: & *quæ ſocietas luci ad tenebras*, peccati originalis? Cum etiam quia nõ ſolum Filius Patris, qui eſt ſumma ſapientia,

Eſa. 35.

Cant. 3.

Eſa. 60.

Luc. 1.

2. Cor. 6.

2. Cor. 6.

Digitized by Google

pientia, habitauit in animo Virginis: sed
Sap.1. etiam in vtero. Hinc dicitur: *In animã maleuolam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis*. Igitur conuenit dicere eam sine originali fuisse conceptã. Tertio, decuit, quod sicut mulier munda tota sumpta est de viro toto mũdo: sic & vir totus mundus de muliere tota mũda. Sic autẽ factũ est à principio, quãdo Eua ex Adam producta est toto mũdo: igitur ita debuit fieri in productione secundi Adam. Vnde Arist. dicit 1. Meteor. quod vas de cera virginea cõpositum natans in mari, sine sui perforatione suscipit aquã, sed sine amaritudine. Sic Maria, cuius vas virgineum, posita est in mari huius seculi, suscipiens in se aquã sapientię Saluatoris, sed sine amaritudine peccati. Quod enim in eam ingressum est, dulcedo fuit. Quarto, in li. de nat. animal. dicitur (& ita experimur) quod vellus ouis discerptæ à lupo trahit corruptionem: ita quod vestis facta de illo vellere scaturit in vermes. Sic caro nostra, quam diabolus in primis parentibus quasi lupus dente tẽtationis suę momorderat, in vermes primorum motuum & concupiscentiarum scaturire nõ cessat. Ideo nil mirũ, si Dominus descendẽs sicut pluuia in vellus, id est, in Mariæ corpus: de vellere eius accipiẽs, vellus ipsum à lupi dentibus voluit esse immune, & sic illã sine originali cõceptam. Et hoc magnũ virginis priuilegium, vt illud in conceptione sua remaneret quod erat ad pœnam, & recederet quod erat ad culpã. Vnde Psal. *Venite & videte opera Domini quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad finem terræ*. Sicut enim maximũ fuit prodigiũ, quod tẽpore natiuitatis Dñi bella nõ erant in terra, sic fuit quãdo in terra virginis omne bellũ ablatũ. Est enim Maria velut fenestra vitrea in arca Noe, ad quã aquę diluuij nõ intrauerũt, sed sola lux per eã intrauit, quę totã arcam illuminabat. Sic per eã nõ trãsierũt aquæ peccati, sed sola lux, quę illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hũc mũdũ.

Sed posset quis dicere: Quomodo primi parentes incurrerũt tenebras peccati, cum eo tẽpore, quo cõederunt, *aperti sunt oculi amborũ*, nõ ergo obtenebrati. Respõsio. Quadrupliciter aperti sunt oculi primorũ parentũ. Non enim erãt antea cęci, sed ideo aperti sunt. Primo, quia visu tale quid perceperunt quod nõ ante, scilicet, discõuenientiã nuditatis suæ corporalis. Illis enim nulla erat in genitalibus membris discõuenientia, nec erubescebãt, sicut nec pueri, suã nuditatem. Secundo, aperti sunt oculi interioris cognitionis, vt cognoscerent quã grauiter Deũ offendissent. Latebat hominẽ quantitas diuinæ offensæ: de qua dicitur: *Tactus dolore cordis intrinsecus*: donec in eos vindicatum est. Gregor. Qui stultus est in culpa, sapiens erit in pœna. Culpa oculos claudit, quos pœna aperit: vt patuit in Lazaro & diuite Epulone. Tertio, aperti sunt oculi interiores, id est, riui concupiscentiarum. Erãt enim in eis prius sicut in pueris motus concupiscentiæ clausi & repressi: sed tunc apparere cœperunt: & mẽbra videntes contra se erigi, erubuerunt. *Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum diruptum ad solum est*. Portæ sunt concupiscentia carnis & cõcupiscentia oculorum. Portæ ad voluptatem, concupiscentia carnis: portę ad vanitatem, concupiscentia oculorum. Fluuij enim sunt transitoria vanitas, & fluxa voluptas. Dũ portę istę aperiuntur, templum Dei, id est anima, dissipatur & destruitur. Quarto, aperti sunt oculi interiores, vt se viderẽt omnibus virtutibus esse nudatos. Quod deflens vitiata propago per Psal. ait: *Cogitaui dies antiquos*, &c. Vsurpans enim lignum vetitũ, tunc discretionẽ miseriæ, & beatitudinis habuit: nouitque homo per experientiã malum, quod ante non nisi per speculationem nouerat. Per speculationem enim, & prudentiam bonũ scitur, & sentitur: malum scitur, sed non sentitur. Tenebatur enim bonum, sed nõ sentiebatur malũ. Per experientiã mali malũ scitur, & sentitur: bonũ scitur, & amittitur. Homo enim lapsus cogitauit dies antiquos, & annos æternos?

1 Pluribus modis aperti sunt oculi primorum parentũ

Gen. 6.

Luc. 16.

Naum 2.

Psal. 76.

Digitized by Google

rior. Ad hoc respondet Guil. Paris. in loco allegato: quod non ad hoc, vt corrũpatur ex carne, carni cõiungit animã Deus: sed magis vt caro ei seruiat, & ministret de ipsa corruptione carnis ad multas vtilitates. Eadẽ enim quæstio fieri posset, cur Deus creauit, quos malos & damnandos fore præsciuit. Ad hoc respondet Augu. quia sciebat de malis eorũ quid boni esset facturus. Vt vinũ optimum in vas, vbi acredine corrumpendũ est, sciẽter & prudẽter mittitur à patrefamilias, vt ibi acredine corrũpatur. Scit enim quid boni de acredine illa eliciat. Acredo enim necessaria est ad salsamẽta, condimenta, & medicinam. Sic malitia reproborũ vtilis est ad bonorum condimenta, medicamenta, & multiplicia eorũ incremẽta. Malitia enim reproborũ omnes martyres fecit: & patientiæ & humilitatis pene omnia merita ex ea sunt. Hęc Guil. Ad secundũ respõdet Richard. de Media Villa in quadam expositione textus sent. quod Deus non est causa illius originalis peccati, sed culpa parentis, licet Deus non conferat gratiã. Nã si erigamus corpus opacum in lumine solis, efficitur vmbra, ad quam, vt efficiatur, necessario conturrunt duo: lux solis, & erectio corporis opaci, sed lux solis nõ est causa vmbræ. Absurdũ enim esset dicere lucẽ esse causam tenebrarum, & causam priuationis lucis: sed illius causa est erectio corporis opaci. Sic delinquentis culpa, nõ iusti iudicis sententia vel iustitia, est causa originalis delicti. Et si Dominus animam luto vel limo coniunxit, nõ est inconueniens, imo (vt dicit Magister sentent.) propter hoc Dominus animam limo sociauit, vt ostenderetur qualis erit coniunctio, vbi spiritus spiritui diuino coniungetur: si tanta coniunctio & amor est inter spiritum & lutum.

DE S. THOMA APOSTOLO

Sermo I. & in ordine XIII. Per Thema Euangelij.

Ioan. 20 *INfer digitum tuum huc, & mitte manum tuam in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis.* Per verba prædicta, quæ dixit Dominus B. Thomæ, hortatur nos in hac solemnitate mater Ecclesia, ne simus beneficijs Dei, incarnationis videlicet & natiuitatis, increduli; sed perveram fidem præparemus hospitiũ cordis nostri Domino vẽturo, sicut B. Thomas pręparauit habitaculum seu palatium Gondophoro regi Indiæ. Vnde fides nos incitat ad tria hodie cõsiderãda, vt melius prępar̃emus, quæ (secundum Bern. in sermonibus) in sanctorum solemnitatibus cõsiderare debemus, exemplum Sancti, eius auxilium, & cõfusionem nostram. Primo cõsiderãdum est, quomodo B. Thomas tandẽ per fidem verã & charitatem placuit Deo, per quam viam ad gloriã peruenit, quia per varias tribulationes & pœnalitates. Illa enim est via ascendendi in cęlum: hæc est regula generalis, à qua nullus vmquã sanctus fuit exceptus. Nam *omnes qui Deo placuerunt, per multas tribulationes transierunt fideles*. Sed non sufficit ista cogitare mente, sed oportet inferre digitum suum illuc, id est, similia operari sicut B. Thomas, & se præparare ad similia patiendũ, vt ad similẽ gloriã peruenia̅mus. Dicebat enim Scipio Africanus, nihil eum magis animare ad virtutem, quã suorum maiorũ exempla, quorũ imagines in foro depictas videbat. Vnde Paschasius Diac. in epist. ad Euagium Presbyt. Quod sanctorum exempla multum cõmoueãt ad virtutẽm, videtur insinuare Matathias morti appropinquans, filijs suis hæreditario iure sanctorum exempla derelinquens: quorum certaminibus admirandis excitati animas suas pro legibus Dei, sanctitatis feruore contempserunt. Tantum eis profuerunt facta maiorum, vt armatos principes aperta fide deterrerent. Hinc Aug. Quod nobis beatus martyr imitãdũ proposuit in sua passione, hoc attendere, hoc implere vere est martyris solemnia celebrare. Secundo, si secuti fuerimus B. Thomã, debemus ab eo auxiliũ sperare, & oratione & obsequio illud impetratur. Solent enim homines benigni sequẽtes se iuuenes

A Tria sunt cõsiderãda in solemnitate B. Thomæ, & cæterorũ.

Iud. 2.

est instructio. Bene ergo per operationes nostras tangimus Christum, quando per illas vnimur Christo per amorem & charitatem eius. Quæ enim se contingunt, quasi vnum effici videntur. Et secundum illud: *Qui adhæret Domino*, scilicet per amorem, *vnus spiritus cum eo est*. Talis autem operatio procedēs ex charitate & amore Christi, nō potest esse nisi discreta. Et certe rationabile est, quod ille à nobis diligatur, qui tanta pro nobis sustinuit, qui, iuxta illud dictum Ioannis, *prior dilexit nos*. Nam qui claui gigantem illum fortissimū perfodissent & tenuissent, nisi hoc charitas voluisset? Aut quæ lancea latus eius perforare potuisset, si non illud charitas Dei erga nos imperasset? Hinc ipse Dominus aiebat: *In funiculis Adam traham eos: in vinculis charitatis*. Et: *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans*. Mittamus ergo manus & digitos in latus Christi apertum, & pertingamus vsque ad cor eius, ita vt omnia opera nostra propter eius amorem fiāt. Cor enim sedes est amoris. Et sic dicat vnicuique nostrūm illud Canticorum ad animam deuotam directum: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, in vno oculorum tuorum*: id est, in opere procedente ex discretione & amore mei. Oculus nempe & rerum discretiones seu differentias nobis ostendit, & amorem ad eum, ad quem frequenter subleuatur; quia vbi amor, ibi oculus, & ita designat amorem discretum, quem habet anima sancta ad Christum. Vel per latus Christi intelligi potest beatus Thomas, & cæteri sancti, qui Deo tamquam latera eius adhæserunt: Horum operationibus actiones nostras debemus cōformare, si eas volumus Deo gratas inueniri. Hoc enim est eos manibus & digitis tangere, operari sicut & illi operati sunt. Hęc sunt latera, à quibus nobis continue profluit benedictio, scilicet, boni exempli & suffragiorum. Iob: *Si nō benedixerunt mihi latera eius*: & ideo ipsa assidue tangenda sunt ei operibus bonis & orationibus. Itaque manus significat operationē: sicut etiam patet ex illo Psal. *In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis*. Et rursum ex illo: *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium*. Duplex autem est manus, dextera scilicet & sinistra. Dextera vero fortior est sinistra: & ideo per dexteram significantur opera fortitudinis, per sinistram autem opera mansuetudinis & misericordiæ. Vtraque hæc opera exercuit B. Thomas. Opera scilicet fortitudinis, cum viriliter stetit ante reges & præsides propter nomen Domini, paratus omnia tormētorum genera pro fidei conseruatione fortiter sustinere. Opera autem mansuetudinis & misericordię habuit & exercuit. Primo corporalia, cum pecuniam sibi à rege Indiæ datam distribuit pauperibus. Secundo spiritualia, cum verbum Dei populo prędicabat, exhortans vt in mansuetudine susciperent insitum verbum diuinum, quod posset saluare animas eorum. Discretionē etiam (quæ per digitos notatur) in omnibus suis operibus habuit, ita vt posset dicere: *Manus meæ distillauerunt myrrham, et digiti mei pleni myrrha probatissima*: id est, operatione pœnali discreta. Vnde in qualibet manu sunt quinq; digiti, id est, quinque gradus discretionis in omni opere obseruandi. Primus, est dijudicatio, qua discernimus inter licitum & illicitum. *Diuisit lucem à tenebris*. Et in lege maledicitur animal, quod non ruminat, & vngulam non findit. Ideo: *Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur*. Ecce quàm vtile dijudicationis officium, quod nos in conspectu iudicis à iudicio absoluit. Hunc discretionis gradum habuit beatus Thomas, cum licet sensualitas refugeret immanitatem populi Indiæ, ita quod suggereret ei illuc non ire, iudicauit tamen magis parendum Christo mittenti, dicens illi: Tu es Deus meus, & ego seruus tuus, fiat voluntas tua. Secundus gradus est deliberatiō. Et hæc discernit inter commodum & incōmodum. Non enim omnia, quæ licent, expediunt.

2. Cor. 6

Ioan. 4.

Osee 11.

Hier. 3.

Cant. 4.

Iob 31.

Psal. 76

Ps. 143.

c Manus dextera quid signat, & quid sinistra.

Cant. 5.

D Quinq; digiti in manu signant quinque gradus discretionis.

Gen. 4.

1. Cor. 11

Ideo ſecundum locum habet: quia nō deliberamus niſi de licitis. Tertius, eſt diſpoſitio: quia nō niſi de licitis & vtilibus ordinamus: & medius dicitur, quia rector medium locū tenere debet, cuius eſt aliorum officia ordinare. Vnde & Dominus ſemper medius fuit, quia inter duos latrones, inter diſcipulos, & in iudicio inter bonos, quos à dextris: & inter malos, quos à ſiniſtris cōſtituet. Quartus, eſt diſpenſatio: quia quę recte deliberauimus & ordinauimus, occaſione opportunitatis exitu meliori mutamus. Et bene dicitur medicus: quia ſicut illius digiti leuior eſt tactus, & leuius palpādo infirmis mēbris medetur: ita diſpenſatio, dum pro emergente opportunitate de rigore propoſiti ſubtrahitur, quaſi medicus infirmitati conſulere videtur: quia (ſicut dici ſolet) fragilitas noſtri corporis nō patitur tantā manere cenſurā. Sicut & Aug. ſuis feciſſe legitur in cap. illo. *Certe ego qui ſtatueram*, &c. Melius (inquit) volo habere claudos quā nullos. Et Apoſt. ait: *Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerē. omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.* Quintus digitus eſt moderatio: qui dicitur auricularis, qui purgādis auribus accōmodatius adhibetur. Et tunc aures vere purgantur, cum in omnibus agendis obedientiæ debitus modus ſeruatur. Hinc ſcribitur: *Qui moderatur labia ſua, prudētiſſimus eſt.* Nō autē mirum, ſi Dominus vult nos inferre digitos diſcretionis in latus ſuum: hoc eſt, opera noſtra cū diſcretione facere. Nā primo, diſcretionis magna eſt nobilitas. Secundo, multa eſt neceſſitas. Primum patet tripliciter: ſcilicet exēplo, hiſtoria, & auctoritate. Primo quo ad exemplum. Nam in omnibus nobilis vocatur, qui eſt de magno genere, quantum ad naturā & locum: & cum etiam eſt potens in opere ad habendum magnā familiā & ad ducendum maximum exercitū. Quod ſi iſtę cōditiones faciunt nobilitatē in hominibus: patet, quod diſcretio habet maximam nobilitatem in virtutibus & moribus. Primo, quia quantum ad locum & naturam. De nobiliori enim loco non poteſt eſſe quā de cælo & Deo. Quod autem diſcretio ſit à Deo, patet per hoc quod Apoſtolus enumerans dona quæ à Deo dantur, inter alia dicit: *Alij diſcretio ſpirituū.* Secundo, totā virtutum familiā nutrit, & bonorum morum exercitum ducit & ordinat. Vnde Bern. ſupra Cantica: Diſcretio (inquit) virtuti ordinē tribuit & modum. Eſt igitur non tam virtus, quàm virtutum moderatrix & ordinatrix, & affectuum doctrix. Tolle hanc, & virtus vitium erit. Ecce ſine iſta nutrice viuere non poſſunt virtutes: nec ſine iſta Principe regi, vel duci: quia iſta omni militiæ virtutum in pugna cōtra vitia modum imponit: ſine quo modo in bello vincuntur. Diſcretio non tantum eſt virtus, ſed auriga virtutū. Præcedere itaque debet iudiciū diſcretio, ſicut auriga bigā. Sic enim in proceſsione poſt cereū fertur crux. Crux enim pœnitentiæ debet ſequi lumen diſcretionis. Sicut autem ſolet contingere tēpore veris, quod ſtultus hortulanus volēs deponere bruchos & locuſtas à plantis ſuis, tanto impetu & violentia ramos excutit, quod flores & fructus pro locuſtis eijcit. Sic qui motus vitiorum vult ſine diſcretione excutere per pœnitentiam nimiam, quandoque bona naturæ & gratiæ perdit: vt poſsit dicere illud Pſ. *Excuſſus ſum ſicut locuſtæ: genua mea infirmata ſunt à ieiunio.* Et ita contingit circa materias aliarū virtutū, ſi homo ſe in illis ſine diſcretione exerceat. Secundo patet per hiſtoriam nobilitas diſcretionis. Quidam enim vir magnus requiſitus à Ludouico Rege Franciæ, vt ſcriberet optimum verbum, quod vmquam didicerat: Scripſit in vna magna pelle ſigillata hoc verbum, Modus. Rex vero chartam aperiens, & exiſtimans ſe deluſum, vocauit magiſtrum illum: qui cum oſtendiſſet nullam virtutem valere ſine modo, placauit eum. Modus autem totam ſuam nobilitatem habet à diſcretione; ſicut patet per hoc, quod dicit Petrus Rauēnas in quodam ſermo-

1. Cor. 9.

Prou. 10

E

Diſcretio. De nobilitate & neceſſitate diſcretionis.

Digitized by Google

ne: Discretio, inquit, virtutibus modum imponit: sine qua virtutes sunt vitia. Nã si adsit timor & non discretio, transit in desperationem: si dolor, in amaritudinẽ: si amor, in adulationem: si spes, in præsumptionem: si lætitia, in dissolutionem, si ira, in furorem.

Tertio, huic discretionis nobilitati cõsonant auctoritates Iuris Canonici, dicẽtes discretionem esse matrẽ omnium virtutum: sicut expresse patet 1. q. 5. c. præsentium, & extra de offi. custo. c. 1.

Secundum, scilicet necessitas, discretionis probatur. Nã sicut nautis necessariũ est super mare habere acũ & lapidẽ. Ipsis etiã intrãtibus in obscura nocte portum, necessarium est eis lumen. Vnde in aliquo portu de consuetudine habent semper de nocte duo luminaria infra vitrũ inclusa super altas colũnas: ne naues arctum portum intrantes frãgantur, vel in ripas impingantur. Sicut enim operarius inutiliter sine arte laborat, nec peregrinus velociter & recte sine ductore vadit: ita necessaria est transeunti per mare huius mundi discretio, & veniẽti ad portum mortis luminare maius increatũ, & luminare minus discretio spirituũ. Nec labor & peregrinatio istius vitę est vtilis & expediens, nisi quantum ad illos, qui exercitatos habent sensus quo ad discretionem boni & mali. Hinc Hugo libr. 5. Didascalicõ: Qui sine ordine & discretione operatur, laborat quidem: sed nõ proficit. Aspice duos pariter siluam transeuntes; & hunc quidem per deuia laborantem: illum vero recti itineris cõpẽdia cogentẽ: pari motu cursum tenuit, sed non æque perueniunt. Propterea dicebat Abbas Moyses: Quia Saul discretionis oculũ non habuit, ideo velut toto corpore tenebrosus etiam ipso deiectus est regno, dum lucernæ suæ tenebris & errore deceptus credidit acceptabiliora Deo
1. Re. 15 sacrificia sua, quàm præceptis Samuelis obedire, atque ex illa parte magis causam offensionis incurrit, ex qua repropitiandum sibi sperauerat diuinam maiestatem. Item Achab post triumphum sibi Dei fauore concessum compulit credere meliorem esse misericordiam suã quàm Domini seueriſsimam consecutionẽ præcepti, & quemadmodum ipsi videbatur, crudelis imperij. Qua consideratione mollitus, dum mauult cruentã victoriã clementia temperare, ob indiscretã misericordiam velut toto corpore redditus tenebrosus irreuocabili morte dãnatur. Ex prædictis apparet, quã nobilis & necessaria sit virtus discretionis, ad quã nos cum beato Thoma mystice hortabatur Dominus, dicens Thomæ: *Infer digitum tuum huc.* &c. Pro secunda parte aduertẽdum est quod Dominus ad instar boni hortulani priusquam plantaret bonas herbas fidei in corde beati Thomę, voluit extirpari malas herbas infidelitatis, & ideo hortabatur eum, dicens: *Noli esse incredulus, sed fidelis.* Quod enim esset Christus verus hortulanus spiritualis, ostenderat antea per apparitionem, qua apparuerat beatæ Mariæ Magdalenæ in specie hortulani corporalis, per hoc insinuans se venisse, vt extirparet & eradicaret de corde eiusdem omnẽ dubietatẽ infidelitatis. Sic & voluit vt prius remoueretur infidelitas & incredulitas de corde beati Thomæ: vt sic esset capax receptionis fidei. Neque enim possunt simul se compati fides & infidelitas, cũ sint contraria. Nolebat ergo Dominus discipulum suum remanere in infidelitate, sed tamen dereliquerat eum ad tempus. Primo propter nos, vt discipulus dubitãs & palpãs, testis fieret veræ resurrectionis. Vnde Grego. in Homilia octauarum Paschę: Egit miro modo superna clemẽtia, vt discipulus dubitans dũ in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim nobis Thomę infidelitas ad fidem, quàm fides credentium discipulorum profuit: quia dum ille ad fidẽ palpãdo reducitur, nostra mẽs omni dubitatione postposita in fide solidatur. Hæc ille. Secundo, vt ipse suã recognosceret infirmitatẽ, & post-

Ioã. 20.

Ibidem.

F

Quare Dominus permisit B. Thomã dubitare de resurrectione

modum

modum in fide feruentior resurgeret. Sicut enim nutrix volens discere puero ad ambulandũ, solet se ab eo paululũ elõgare: ita quod quandoque propter imbecillitatẽ membrorũ cadit in terrã, ex eo quod nõ se apodiat nutrici: subito tamen releuatur à nutrice: sic Dominus, qui dicit: *Ego quasi nutritius Effraim portabam eos in brachijs meis*. Dimiserat ad horã beatũ Thomã, vt disceret ambulare in fide: sed quia nimis innixus est propriæ prudẽtiæ & opinioni, non se appodiando Christo, nec credẽdo verbis eius, quæ aliquando prædixerat de sua resurrectione, ideo cecidit in peccatũ infidelitatis: sed tamen cito subleuauit eum Dominus, ostẽdendo ei manus & latus & dicendo: *Noli esse incredulus, sed fidelis*: & ita bene docuit eum ambulare in fide, vt non solũ ipse fidem incõcussè teneret: sed etiã alios in ea verbo prædicationis & exemplo instrueret. In signũ quoque firmissimæ fidei, quam habuit de resurrectione, posuit in symbolo articulũ resurrectionis. In hoc etiã fecit Dominus ad instar boni Principis. Quẽadmodũ enim rex vel Princeps permittit quãdoque militẽ sibi dilectũ sustinere belli pericula, & capi ab inimicis suis: sed nihilominus eũ tãdẽ liberat soluens pretiũ redẽptionis pro eo: vt miles ille feruẽtius regẽ suũ diligat, eique fidelius seruiat: sic Dñs permisit ruere beatũ Thomã: sed postea liberauit. Psal. *Quoniã non derelinquet Dominus sanctos suos: in æternũ conseruabuntur*. Et: *Ad punctũ in modico dereliqui te: & in miserationibus magnis cõgregabo te*. Ostẽdit enim beato Thomæ suã magnã misericordiã, quando, ne periret, voluit per se venire: & eũ tactu sui lateris & manuũ manifestatione erigere & cõgregare in numerũ electorũ suorũ: addẽs ad hęc verbũ suũ, & dicẽs: *Noli esse incredulus, sed fidelis*. Nõ sine causa autem volebat Dominus, vt B. Tho. esset fidelis & fidem haberet. Nã inter cętera maxime fides Deo placet: imo sine fide impossibile est placere Deo. Et hoc propter quatuor. Primo, quia fides est illud, quod attrahit Deũ ad se. Multũ placet illud nobili, quod inducit eũ ad despõsãndũ mulierem adulterã. Ita est de fide, per quam maiores nostri, licet fornicati fuissent in idolis & adiuuentionibus suis, despõsati tamen sunt Christo in baptismo. *Despõsabo te mihi in fide*. Fides enim anulus est, qui ponitur in digito, id est, in ratione, quæ sicut digitus ostendit quid secundum fidem agendũ sit. Vnde licet multi habuerint aliquas virtutes morales, temperãtiã, fortitudinem, voluntariã paupertatem, &c. nõ tamen Christũ habuerunt, quia nõ inueniebatur in eis fides. Plures enim pagani Deũ amãt, magnis holocaustis honorãt, in multis virtutũ exercitijs Christianis pręualent: sed, quia fide carent, frustra laborãt, necvitã cõsequentur æternam. Hæc nempe est, quę sola viuam procreat ex spõsa soboleꝫ: sine qua aliæ virtutes steriles sunt & abortiuæ. *Iustus autẽ in fide viuet*. Hinc Aug. super Ioã. Sicut in radice arboris nulla apparet pulchritudinis species: & tamen quidquid est in arbore pulchritudinis vel decoris ex illa procedit, sic quicquid meriti, quicquid pulchritudinis anima susceptura est, ex fidei fundamẽto procedit. Hęc est in quã primo cõplacet ipõsus, quia oculi Domini respiciũt fidẽ. Inde est quod fide Marię prouocatus Christus humanitati nostrę despõsatus est. Secũdo, quia fides nobiles & magnos in seruitutẽ Dei redigit. Multũ placeret miles regi, qui omnes sibi rebelles subijceret, & ad pacem conuerteret. Sic & fides, quę tyrannos, reges & persecutores ad Christũ cõuertit, sicut & Thomas Indorũ regẽ & Indos crudelissimos populos ad fidẽ & Christi subiectionẽ cõuertit. Vnde sicut cũ à rege accipimus terrã aliquã, iuramus fidẽ, & homagium ei facimus: sic in baptismo fidẽ Deo permittimus, & ita sibi subijcimur. *Hæc est victoria quæ vincit mundũ fides nostra*. Fides est sicut vexillũ regis, quod ponitur in arce muri in signũ dominij. Sic fides in arce mẽtis cõtra tentationes diaboli & tyrãnorũ. Nã per hanc martyres,

Esa. 54

1. Ioã. 5

Fides propter quatuor multum placet Deo.

vt B. Thomas, fulciti ſunt cõtra impetus tyrannorum. Et ſicut in homine laborãte extremus calor omnium mẽbrorum recurrit ad cor, vt ad caſtrum naturę, vt ibi ſe ſoluat: ſic quodammodo in homine multipliciter tribulationibus & paſsionibus concuſſo vigor cæterarum virtutum currit ad fidem, & ſe defendit: vt patet in martyribus. Tertio, quia fides Deum ad hoſpitãdum ſecum allicit. Præparat enim hoſpitium cordis, ſicut facit tabernarius, qui domum mundificat, & herbis prępa-
Act. 15 rat, vt alliciat tranſeuntes. *Fide purificans corda eorum*. Ideo beata virgo per fidem ſuam allexit Chriſtum, vt veniret in mẽtem & in vterum eius, cui poterat dici:
Mat 14 *O mulier, magna eſt fides tua:* imo dicit Auguſt. quod beatior fuit Maria virgo percipiendo fidem Chriſti, quàm cõcipiendo carnem Chriſti. Quarto, quia fides omnia præter Deum ipſum cõtemnit. Multum placeret viro vxor illa, quæ omnes præter ipſum contemneret, & eum ſequere-
Heb. 11. tur: quod facit fides. *Fide Moyſes grãdis factus negauit ſe eſſe filũ filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æſtimans theſauris Ægyptiorum improperiũ Chriſti.* Sic B. Thomas per fidem omnia præter Chriſtum cõtempſit. Vnde & in auxilio fidei, ſicut alter Alexander, adijt extremas Indorum partes. Ille cum militum maxima multitudine, iſte ſolus cũ Abane: ille armatus armis mul-
Heb. 11. tiplicibus, iſte fide. Nam Sancti *per fidem vicerunt regna* ille vi & violentia occupauit eam, iſte vero ſanctis operibus, & ſermonibus, & eleemoſynis: ille tyrannide, iſte benefaciendo.

H Quomodo dicitur Thomas per fidẽ, quia tamen occiſus eſt

Sed quomodo dicitur B. Thomam per fidem viciſſe, qui in bello occiſus eſt. Nõ enim victor eſt qui occiditur, ſed qui occidit? Reſpõdetur ſecundum Aug. Differentia eſt inter bellum mundi & Dei: ſiue eorum qui pugnant pro his quæ mundi ſunt, & eorum qui pro his quæ Dei ſunt. In bello mundi cõmuniter qui moritur, vincitur: in bello Dei qui corporaliter moritur, pro iuſtitia vincit. Hier. Apud Chriſtianos nõ eſt miſer qui patitur: ſed qui iniuriã facit. Ratio eſt: quia ille vincit, qui de bello reportat intentionẽ ſuã: ille vincitur, qui ab intentione deficit. B. autem Thomas in hoc bello intentionem reportauit, nõ tyrannus. Quod patet, quia B. Thomas intendebat per ſuam mortem Eccleſiam fundare, illuminare, & augere: quod completum eſt. Intentio tyranni erat, & extinguere & annihilare fidem: quod non eſt factum. Inde Pſ.
Pſ. 140 *Sicut craſsitudo terræ erupta eſt ſuper terrã: diſsipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernũ*. Hoc enim canit Eccleſia, ac ſi diceret: Oſſa noſtra, id eſt viri fortes, ſecus infernum, id eſt, iuxta virorum infernalium voluntatem, diſsipata ſunt, id eſt, multis modis martyrizata: ſed hoc fuit ad vtilitatẽ Eccleſiæ. Licet enim eſſent eis cõtemptibiles, tamen apud Deum verum agricolam fuerunt ſicut craſsitudo terræ erupta ſupra terram: quæ licet vilis ſit, tamen facit fructificare terram. Sic B. Thomas terrã Eccleſiæ ſuo ſanguine incraſſauit, & bonis temporalibus, & bonis exemplis, & virtutibus, & meritis ampliſsimis. Hæc autem omnia fecit per fidem Chriſti, ad quam eum hortatus fuerat Chriſtus, dicens: *Noli eſſe incredulus, ſed fidelis.*

DE BEATO THOMA APOST.

Sermo II. & in ordine XIIII. Per Thema.

Iſa. 20. *Deus eſt fideliſsimus ſuis creaturis.*

NOli eſſe incredulus, ſed fidelis. Non eſt mirum ſi Dominus præcipiebat Thomæ, vt ipſe eſſet fidelis, & fidelitatem ſeruaret. Nam rationabile eſt, vt ſeruus ſit fidelis, quando habet dominum ſibi fidelem. Deus autem ſuis creaturis fideliſsimus eſt. Et propterea dicit
Pſal. 32. Pſ. quod *omnia opera eius in fide*, id eſt, in fidelitate, fundantur. Primo enim eſt fidelis in commiſsis: quia ſi ei commiſerimus theſaurum noſtrorum bonorũ operum cuſtodiendum, fideliter ipſum ſeruabit, & reſtituet nobis tempore opportuno. Vnde de tali fidelitate aſſecuratus Apoſtolus dicebat: *Scio cui credidi, & certus*
2. Tim. 1.

tus sum, quia potens est depositum meum
2. Tim. 1. seruare in illum diem. Et: Reposita est mihi corona iustitiæ: quam reddet mihi in illa die iustus iudex. Et ex isto debet erigi, & sursum attolli spes nostra. Sic enim est fidelis, quod nullus sperauit in eo, & confu-
Ps. 144. sus est. Secundo, est fidelis in verbis. *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis*. Et:
Mat. 24 *Cælum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt*. Ex hoc autem debet roborari fides nostra: vt credamus omnibus quæ locutus est, & dicamus cum
Ioan. 6. Apost. *Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes*. Tertio, est fidelis in promis-
1. Cor. 10 sis. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis*. Quæ enim promisit, omnia compleuit: quæ videlicet promissa fuerant in veteri testamento: licet sibi difficilia ad complēdum. Et propter-
Ioan. 19 ea in passione dixit: *Consummatum est*. Hoc est, consummata sunt omnia, quæ implenda promiseram pro salute generis humani. Et ex hoc debet accendi erga eum charitas nostra, vt dicamus cum
Rom. 8. Apostolo: *Quis nos separabit à charitate Christi?* Vnde & propter hoc quod Dominus impleuit promissa, fideles inuenti sunt Prophetæ: & qui istam consummationem promissionis non credebant,
Luc. 24. ab eo redarguti sunt dicente: *O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ*. Inter quos erat & ipse B. Thomas. Primo quidem infidelis in seruando depositum sibi à Domino commissum: hoc est animam suam, ne à peccato contaminaretur. Peccauit enim dubitando in fide. Et ideo hortabatur Apo-
1 Tim. 6 stolus Timotheum. *O Timothee, depositum custodi*. Secundo, infidelis in verbis, id est, ostendens infidelitatem suam ex verbis
Ioan. 20 suis, per hoc videlicet quod dicebat: *Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, non credam*. Tertio, infidelis in promissis, quia promiserat cum Petro & cæteris Apostolis mori cū Christo. Hinc & ipse
Ioan. 11. dixit: *Eamus & nos, vt moriamur cum illo*. Et tamen ipse fugit necessitate passionis imminente. Non sic Maria, quæ corde & corpore Christum vsque ad mortem secutā est: cui dicemus, Aue.

Restat dicere in præsenti sermone, quomodo B. Thomas, postquam apparuit ei Christus post resurrectionem suā, optime seruauit fidelitatē ad Christum. Et hoc in tribus. Primo quidem, in obedientia. Secundo, in dispēsando bona Domini sui. Tertio, in aduersitate numquā deserendo Dominū. Laudatur enim seruus ex tribus, scilicet quando ést promptus & obediens, quādo fideliter dispensat bona domini sui & ad honorem eius, & quando nec aduersitate frāgitur, quin Dominum suum vbiq; comitetur. Quantum ad primum: licet ex diuisione Apostolorum B. Thomas accepisset Parthiam tamquā sedem Episcopalem, in qua haberet euangelizare verbum Dei, sicut dicitur 3. lib. hist. Eccles. c. 1. & etiam 10 lib. c. 10. placuit tamen Domino eum mittere ad Indos conuertendos. Primo ergo obediuit B. Thomas Christo mittenti eum ad Indos populos infideles, qui erāt in extremis partibus terræ: vt testificaretur eis de fide eiusdem, iuxta illud: *Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos: & eritis mihi testes*. Act. 1.

A Quomodo fuit vere obediens B. Thomas qui dixit Domino: Mitte me quò vis, præterquam ad Indos

Sed videtur quod non fuerit vere obediens, sed multum pusillanimis: quia Domino iniungente sibi officiū prædicationis ad Indiam, recalcitrauit, & respondit: Domine mitte me quo vis præterquam ad Indos. Videtur enim fuisse de illis qui nolunt acceptare onus, nisi secūdum beneplacitū suum: ita quod oportet superiorē quærere ab eis, sicut Dñs quærebat à cęco: *Quid vis vt faciā tibi?* Respōdetur primo, non erat pusillanimitas, sed propriæ infirmitatis recognitio. Ex se enim ad cōuersionem gentis Indorum se impotentem experiebatur, qui cum Dei adiutorio facile omnia poterat. Libenter enim passus esset vnum vicariatum vel vnū procuratorium ad resignandum illud officium sibi cōmissum, secundum Episcopatum totius Indiæ. Non sic modo: sed quæritur passim: Domine mitte me, non

curatur, dummodo habeatur Episcopatus. Multi enim se ingerũt per ambitionẽ, aut carnis affectionem, seu simoniam: de
Hier.23 quibus dicitur: *Non mittebã Prophetas, & ipsi currebãt: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabãt.* Nam deberent expectare Domini præceptum: & tunc ire ad populum, si-
Ezech.1 cut dicitur: *Animalia ibant, & reuertebãtur in similitudinẽ fulguris coruscãtis*: quia cum doctrina, & lumine vitæ debent viriliter dissipare omnẽ malitiam quã attingunt. Bene tamen ageretur cum illis, qui quærunt, si à Domino mitterentur. Nam sicut dicit Nicolaus de Lyra super *Dominus illuminatio mea*: numquam Dominus eligit hominem ad dignitatẽ aliquam, quin sibi conferat quod vtile & necessarium est ad exequẽdum illud officium. Et hoc bonũ esset principibus, qui vi & violẽtia introducunt prælatos: si eis necessaria ad executionẽ tanti officij possent elargiri. Dicitur secundo, quod sensualitate cõpulsus verba illa protulit: quia gens illa Indorũ remotissima, crudelis, & nõ multum sensata erat: sed cum Dominus perseuerauit in iussione, tunc cessauit sensualitas. In hoc videtur Dominum suum imitatus, qui considerata acerbitate suæ passionis
Mat.26 orabat, dicens: *Pater mi, si possibile est, trãseat à me calix iste:* agens ibi partes sensualitatis: sed dominabatur nihilominus ratio: propterea subiunxit: Verumtamẽ nõ mea voluntas, sed tua fiat. Sic enim B. Thomas cum se prius excusasset, post modum intellecta Dei voluntate, ait: Dominus meus es tu, & ego seruus tuus: fiat voluntas tua.

Cum ergo pergeret B. Thomas secundum præceptum Domini ad Indiam, apparuit Dominus Abanæ, quem miserat Gondophorus rex Indiæ, vt inueniret artificem peritum & expeditum ad ædificandum sibi palatium opere Romano: & præsentauit ei B. Thomam tamquã operarium expertissimum.

An fefellit Dominus

Sed numquid fefellit Dominus Abanẽ, & Gondophorum per æquiuocum dando eis lathomum spiritualem, dum quæreret corporalem? Respondetur quod nõ, quia nõ fallit, qui dat alteri melius quã petat: vt si quis peteret plumbum, & alius propinaret aurum. Sic Dominus quærẽti lathomum tẽporalem dedit meliorem, scilicet spirituale. Hic certe erat optimus artifex, & quasi alter Beseleel. (Nam Beseleel interpretatur Vmbra Dei, quia sub vmbra orationum & meritorũ B. Thomæ quasi sub vmbra Dei protegimur ab aduersis:) quem impleuerat Dominus spiritu, & sapientia in omni opere ad excogitãdum quicquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære, & marmore, & gemmis, & diuersitate lignorum: hoc est, ad inueniendum prudẽter modum, quo in fide Christi instrueretur populus cuiuscumq; cõditionis esset: ita videlicet, vt sciret proferre de corde suo doctrinã cõgruam virtuosis & doctis viris, qui per aurum, argentum, æs, & gẽmas designãtur: per quam animarentur ambulare de virtute in virtutẽ, vt etiam sciret insculpere legem Christi stylo diuini eloquij in cordibus duris, & marmoreis, aut ligneis, id est, mediocriter dispositis. Huic autem B. Thomæ, sicut Beseleel dederat Dominus socium Ooliab, qui interpretatur Tabernaculũ meum Pater: ita dedit B. Thadæum vnum ex 72. Discipulis: in cuius corde Pater cęlestis posuerat tabernaculum suum, inhabitando spiritualiter per gratiam, iuxta illud: *Ecce tabernaculũ*
Apo.21 *Dei cum hominibus: & habitabit cum eis.* Imo, vt dicit Chrysost. in Homil. Epiph. B. Thomas conuertit tres reges, qui coniuncti sunt ei in prædicatione.

Abanẽ dando eĩ Thomã pro lathomo corporali.

Exod. 31

Secundo, inuentus est obediens sanctus Thomas: quia cõformiter ad reuelationem Dei misit ad regem Abagarum B. Thadæum: vt instrueret eum in fide Christi, & doctrina Euangelij. Non sic moderni Prælati & Archidiaconi mittunt ad Curas pauperes in vigilijs diœcesium pro salute populi, & instructione eius in via veritatis; sed potius vt impleant bursas suas. Iste autem est Abagarus rex, ad quem legitur scripsisse Dominum:

num: qui numquam alibi legitur scripsisse nisi in terra. Historia habetur in Eusebio in hist. Eccles. lib. 1. cap. 15. 16.

Secundo, fuit fidelis B. Thomas: primo fideliter dispensando bona temporalia sibi cõmissa. Bona enim quæ habuit à Gondophoro rege, bene expossuit ad honorem Dei: dando videlicet ea pauperibus membris Christi: sicut patet ex historia legendæ eius. Sed esset obiectio:

D An peccauit Thomas dando pecuniã Gondophori pauperibus.

quomodo erat licitum B. Thomæ pecuniam sibi datam à rege ad ædificandum palatium distribuere pauperibus? Credo quod reges non quærerent tales Apostolos receptores, & lathomos. Respondetur primo, quod secundum Theologos vbi duo principes se habent sicut superius & inferius, & ambo præcipiunt diuersa nõ se compatientia, semper faciendum est superioris præceptum, si sit licitum. Sic itaq; Dominus preceperat Thomæ, vt iret ad Indiam ad fabricãdum palatium, nõ quidem temporale, quia illud nesciuisset facere, ergo spirituale: & per consequens tunc cessare debuit præceptum regis inferioris. Non sic habent facere receptores regis, qui non habent tale præceptum. Dicitur secundo, quod hoc potuit Dominus rationabiliter facere: quia talis Gondophorus multa vi rapuerat à populo: sicut illi, de quibus dicitur: *Principes tui infideles, socij furum.* Ipsi enim non per se faciunt, sed per officiales suos, qui habent partem in lucro. Ideo sunt socij eorum in furto. Vnde ita est de principibus eorum officialibus, sicut de magnis mastinis, & paruis circa cadauera. Licet enim vtriq; canes comedant, magni tamen semper volunt habere maiorem partem. Sic principes non permitterent officiales suos comedere populum, nisi ipsi haberẽt maiorem partem in præda. Quia ergo rapuerat ab eis, conueniens fuit per Apostolum fieri restitutionem: & de bene acquisito, & sibi debito ædificare Ecclesias, & non de rapina, quia dicitur: *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.* Sciebat autem quod misericordia ædificet in cælis, ita vt quot damus eleemosynas pauperibus, quasi tot lapides mittamus ad ædificandum nobis solium in cælo. Hinc dicitur: *Præparabitur in misericordia solium.* Et: *Quoniam dixisti: in æternum misericordia*, id est, per misericordiã, *ædificabitur in cælis.* Sciebat etiam quod nullum bonum datum pauperibus manet irremuneratum. Nam illud promittit Christus, dicens: *Quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicẽ aquæ frigidæ tantùm in nomine Discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam.* Ipse etiam reputat misericordiam pauperibus exhibitam sibi exhiberi. *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Secundo, fuit fidelis B. Thomas in dispensando bona spiritualia sibi credita. Primo enim fuit fidelis in dando benedictionem sponso & sponsæ, quos inuenit nuptias celebrantes in quadam ciuitate media inter Cæsaream à qua discesserat, & Indiam ad quam pergebat: quę sic fructificauit, vt ambo cõtinentiam seruarẽt, & altera, scilicet Pelagia virginitatẽ profiteretur, & martyriũ subiret; alter vero Dionysius nomine fieret Episcopus prędicti loci. Secundo, fuit fidelis in exercendo officium prædicationis sibi commissum. Nam secundum Isid. lib. de Obitu Sanctorum, prędicauit Parthis, & Medis, & Persis, Hircanisque, & Bactrianis, & intrans orientalem plagam, & interna gentium, ibi prædicationem compleuit. Et adeo efficaciter prædicauit, vt vno die in regno Gondophori regis Indiæ conuerterentur nouem millia hominum, exceptis paruulis & mulieribus.

Tertio, fuit fidelis B. Thomas Domino, quia fideliter comitatus est eum, nec deseruit fidẽ eius quibuscumque aduersitatibus occurrentibus, seruans illud Christi præceptum: *Esto fidelis vsque ad mortem.* Vnde multa pro Christo sustinuit. Cum enim nollet ad iussum regis reducere Reginam & Migdoniam ad thoros virorum suorũ, tunc rege præcipiente

Esa. 1.

Eccli. 34

Esa. 16.

Mat. 10

Mat. 25

Apoc. 2

piente, iussus est primo ambulare super laminas ardẽtes, sed tamen ibi fons erupit, & ignem extinxit. Secundo, missus est in fornacem, sed tandẽ illæsus exiuit. Tertio, cum idolum cõminuisset, gladio transuerberatus est à Principe idoli.

Sed videtur primo, quod non fuerit semper fidelis imitator doctrinæ & patientiæ Christi. Nam cum Christus dicat: *Si quis te percusserit in vna maxilla, præbe ei* Matt 5. & Lu. 6 *& aliam*. Ipse nihilominus in prandio nuptiali pro vna percussione maxillæ imprecatus est mortem, dicens se nõ discessurum à prandio, quousque canis afferret manum eius, qui illum percusserat: quod & factum est. Respõdetur primo. Illud videtur apocryphum, & à Manichæis conscriptum, qui fidem nostrã mẽdacijs obnubilare nituntur: sicut sentit Augustinus. Secũdo, hoc dictum est prophetice: vt contigit de illo Propheta, qui prædixit cuidam volenti eum percutere, quod leo de silua eum percuteret & occideret. Tertio, hoc potuit dicere deprecatiue, vt puniretur peccatum eius in hoc sæculo: vt eius exemplo cæteri auerterẽtur, ne similia in sanctos Dei perpetrarẽt. Sicut etiam fecisse videtur Helisæus, quãdo maledixit in nomine Domini pueris ei illudentibus, & clamantibus: *Ascende calue, ascende calue.* 4. Reg. 2 Et in hoc fecit sibi misericordiam: quia forte, si diutius vixisset, plura mala perpetrasset, & grauius damnatus fuisset. Vnde bene est malis, quando breuiantur dies eorum, quia simul breuiatur malitia: & hoc sæpe & misericorditer facit Dominus, secundũ illud Psal. 54 Psal. *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Et Sapiens dicit: Sap. 4. *Adulterinæ plantationes non dabũt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt.*

E Quomodo fuit verè patiens, qui imprecatus est mortem se percutientis in maxilla 3 Re. 20

Secundo, videtur quod non recte fecerit, separando Migdoniam à Carisio cognato regis, & reginam à rege, cum essent inter huiusmodi matrimonia cõsummata, & dicat Apostolus: *Saluabitur vir infidelis per mulierem fidelem*. Respondetur primo: non est multum securum, homines diuersi cultus habitare simul, sicut fidelem cum infideli. Quod patet: quia cũ fides nostra contineat aliqua credibilia, quæ sunt supra rationem naturalem, in quibus captiuandus est intellectus noster in obsequium eius: & cum hoc reuocet ab his, quæ corpus ipsum delectant: aliæ autem leges talia non contineant, & indulgeant voluptates corporales: facile posset seduci is, qui amplexus esset legem Christi. Nam Sap. *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem*: nec sinit corpus animam ipsam assurgere ad ea quę sunt supra mundana & supernaturalia. *Sensus enim & cogitatio humani cordis* Gen. 8. *in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Magisque mouent bona mundi præsentia: quàm absentia, quæ repromittuntur in cælis. Vnde sicut ille, qui diutius habitauit in carcere tenebroso, nõ potest oculis fixis clare videre solem: sic nec nos, qui habitamus in corpore mortali, tamquam in carcere, possumus facile conspicere splendorem luminis fidei nostræ. Et maxime hoc esset periculosum illi, qui vellet habitare inter infideles, qui dominarentur terræ: sicut contingebat in proposito. Inde præcipitur filijs Israel, vt animalia diuersi generis simul habitare non faciant. Disparitas enim cultus & religionis est sæpe nociua fideli. Præceptũ est etiam illis, ne fererent agrum diuerso semine. Sic nec ferendus est lectus matrimonialis hominibus diuersarum sectarũ: quia sicut vnum semen, & maxime illud quod est inutilius, facile aliud suffocat: sic infidelis fidelem. Et propterea dicitur: *Quid communicabit cacabus ad ollã? aut quæ* Eccl. 13. *communicatio homini sancto ad canem*: Non enim bene trahitur currus à bobus disparibus: & ideo præcipitur: *Non arabis in* Deu. 22. *boue simul & asino.*

F An recte fecerit Iosaphat separãs vxores à maritis infidelibus 2. Cor. 7

Dicitur secũdo, quod vbi esset homini probabile, quod altera pars cõuerteretur ad fidem, & videret probabiliter nullum sibi imminere periculum fidei vel peccati, tunc sequẽdum esset consiliũ Apostoli, dicen-

1 Cor. 7 dicentis: *Si vir infidelis consentit habitare cum muliere fideli, non dimittat virum*. Et secundum hoc Aug. exponēs verba Apostoli, dicit licere relinquere infidelē, sed non expedire: vt cauetur 28. q. 1. c. *Ī nuptijs*. & assignat duas rationes. Prima est, vt infidelis quæratur in Christo, id est, vt cōuertatur ad fidē Christi. Secunda est, ne scandalizētur infideles, & prouocētur ad passim dimittendas vxores suas. Nō autē sic erat in proposito. Cōstabat enim Apostolo, quod numquam conuerterentur rex & Carisius ad fidē Christi, dato quod eis redderentur propriæ vxores. Vnde si nō possit altera pars habitare cū pari, nisi in contumeliam creatoris, non debet cōmorari cum ea. Matrimonia enim infidelium, licet sint legitima & licita: nō tamen rata: vt dicit Magister 4. dist. 39. & dissolui possunt, cum vnus suscipit fidem, altero nolente eam suscipere. Vel si sint rata, vt dicit Scotus in eadem dist. tamen hoc est intelligēdum, nisi superueniat fortius vinculum, cū quo istud non possit stare. Cuiusmodi est noua obligatio ad Deum per fidei susceptionē, quando alter cōiugum nollet cōmorari cum cōuerso ad fidem, absque impedimēto illius fidei, ad quam magis tenetur quā ad vinculū cōiugale. Tunc autē per prædicationem B. Thomæ impletū est illud verbū Christi:

Mat. 24 *Duæ molentes in mola, vna assumetur, & altera relinquetur*. Mola enim molitur coniugatus, qui habet tribulationē carnis: & multis oportet eū placere. Nā in vno matrimonio vna mola, scilicet regina assūpta est ad fidem Christi, & rex relictus est suo errori: in alio matrimonio assumpta est Migdonia, & Carisius relictus. Et hæc occultissimo suo iudicio fecit ille, cuius iudicia abyssus multa: cū hoc quod mulieres prædictæ se disposuerunt, libenter audiendo verbū Dei ex ore Apostoli. Sic & nos disponamus, vt meritis B. Thomæ salutē cōsequamur. Ipse enim (si quod in nobis est fecerimus) facile obtinebit pro nobis gratiā. Nam abyssus, id est, B. Thomas, qui interpretatur abyssus, inuocat abyssum, scilicet misericordiarum Dei, pro eis, qui fideliter ad eum recurrunt.

IN VIGILIA NATIVITATIS Domini Sermo I. & in ordine XV. De coniugio Mariæ & Ioseph.

Apoc. vlt. *Sponsus & sponsa dicunt: Veni.* Ad nuptias solent vocari parentes, amici & proximi à sponso & sponsa propter tria. Primo, vt inuitati honorem faciant & sponso & sponsæ: quia quanto maior est societas, tanto magis honorantur, & eo magis dicuntur honorabiles nuptiæ. Secundo, ad euitandum odium. Si enim dimitteres proximū, statim diceret, quod hoc est propter aliquod odiū. Ideo dicis seruis: Inuitate eum, ne dicat quod tu odias eum. Tertio, vt reddas tantumdem pro alia vice, si te inuitauerit: vel si iā honorasti eū in suis nuptijs, quia tibi reddat æquiualens. Sic & sponsus Ioseph & spōsa Maria nos inuitant ad nuptias suas celebrandas propter ista tria. Primo, ad exhibendum eis honorem. Qui enim nolūt eis facere honorē, non est iustum, vt postea honorentur ab eis. Et maxime cū tu sis filius eius, iuxta illud: *Ecce mater tua.* Vbi secundum Anselmum in Orat. dicit Dominus hoc verbū Ioāni in persona totius Ecclesiæ. Sic itaque, si eis non facias honorem in nuptijs, degeneras à matre tua. Et propterea omnes fideles debent celebrare coniugium suæ matris tam piæ & tam benignæ. Est enim sicut pia mater. Quando pater vult verberare paruulum, dicit sponsa vel mater: Veni dilecte mi & abscondit eum sub pallio vel vlnis suis. Sic cum Dominus vult nos tot flagellis castigare, ipsa vocat nos, vt ad eam eamus per orationem & deuotionem, eā rogando, & præseruabit nos à flagellis, dummodo simus paruuli per humilitatem. Quia vero superbi sumus, & nolumus obedire Deo & mandatis eius: ideo Dominus flagellat nos, nec in flagellis nostris inuenimus finem. Sic igitur, quia de parentela nostra est, clamat: Veni.

A Propter tria inuitamur spiritualiter ad nuptias Mariæ. Ioan 19

Digitized by Google

Secundo, clamat omnibus ad euitandum odium. Deus enim iratus est contra peccatores, quia secundum Psal. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem*. Sed Maria est peccatorum refugium, qui ad thronũ misericordiæ eius cõfugiunt, ideo ne desperent, vocat eos hodie sponsa cum sponso suo, & dicit, Veni. Quod si nõ venias vocatus, oportet quod sit per odium vel negligentiam. Ideo debes cito accedere cũ deuotione ad castas Mariæ nuptias celebrandas. Tertio vnumquẽq; vocat, vt postea tantũdem reddat. Si enim nũc venis ad celebrandas nuptias Mariæ, tua anima coniungetur sponso suo Christo, agno in cælestibus, quia, secundum Apostolum, *qui adhæret Domino, vnus spiritus cum eo est*. Tunc Maria aderit, quæ te iuuabit, & tibi tantũdem reddet, & non solum hoc faciet, sed etiam parata erit ad ostiũ tibi subuenire, & fugare hostes, qui te impedient de introitu ad sponsam, imo quasi impossibile est transire ad spõsum, nisi per eam. Vnde sicut non nisi per inclinationẽ virgę capitur flos, & si sit puer paruulus, oportet vt pater subleuet eum: sic nos, cum simus paruuli, si velimus accipere florẽ, qui est Christus, oportet primo leuari à bono patre Ioseph, & túc poterimus attingere virgã, & declinare ad nos, & sic accipere florem Christum, de quo: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*. Vt autẽ facilius possimus eã inclinare ad nos, verbum Angelicum, quo inclinata est & humiliata sub Domino, præsentabimus ei, dicẽtes, Aue.

Psal. 5.

1. Cor. 6

Esa. 11.

B Cum quali tunica interfuit Christus nuptijs Mariæ.

Ad nuptias celebrandas solent sponsus & sponsa tantummodo inuitare parẽtes, amicos & proximos: extranei vero non vocantur, nisi ad domum aliquali notitia pertineãt. Ideo ne prætergrederetur mos solemnis in nuptijs Mariæ, prædicti cum magna solemnitate vocati sunt. Primo enim vocatus est Christus, qui inter omnes propinquior erat, vtpote filius, qui in nuptijs istis mirabilem celebritatẽ fecit. Nam primo sicut solet in nuptijs fieri, ipse nouam vestem assumpsit, tunicam inconsutilem Spiritus sancti, tamquam textoris opère factã, in qua nulla fuit peccati futura, quia *habitu inuentus vt homo*. Phil. 2. Sed quod hoc fuerit in desposatione, apparet, quia in Euangelio hodierno dicitur: *Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph: inuenta est in vtero habens*. Antea multum rogatus fuerat venire ad nuptias, & tamen numquam voluit venire: sic quod illam sacratissimam & deauratã diuinitate indueret tunicam, quia illæ nuptiæ non erant castæ. Quia vero istæ castissimæ fuerunt, & ille pascitur inter lilia castitatis & munditiæ. *Dilectus meus mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia*. Ideo venit ad istas. Sed quod hodie illam tunicam dilectus induerit, patet per illud Cant. *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius & lætitiæ cordis eius*. O quanta lætitia Mariæ, quando poterat dicere illud, quod scribitur in Act. *Inueni virum secũdum cor meũ*: scilicet paratum ad caste viuendum sicut ego sum. Sed non suffecit Christo sic se induere in die nuptiarum harum, sed etiã euntibus ad nuptias parauit cibos. Et vbi hoc scribitur? Certe Ioannis primo: *Verbum caro factum est*. Sciebat enim Dominus, quod nos sumus boni socij, & quod magis diligimus carnem quàm pisces, & duos dies carnium quàm vnum piscis, ideo iuxta verbum Ioannis seipsum præparauit carnem, vt magnum vultum faciamus in die nuptiarum matris suæ. Sed nonne Angeli huic interfuerunt solemnitati? Dico quod sic, propter duo. Primo quia parentes & cognati. Nam secundum Hiero. ad Paulã, Angelis cognata est virginitas, & in carne præter carnem viuere non terrena vita est, sed cælestis. Et ideo ipsi non defuerũt. Secundo, ipsimet fuerunt ambasiatores huius matrimonij. Nonne Angelus venit ad Ioseph, dicens: *Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariã?* Matth. 1. Tria enim sunt, propter quę solet repudiari puella à viro. Primo, quando nõ est satis nobilis, aut sibi proportionata per nobi-

Cant. 2.

Cant. 3.

Act. 13.

Ioan. 1.

C Angeli interfuerunt nuptijs Mariæ.

D Mariã repudiãt

& nulla causa suppetebat.

nobilitatem. Sed ecce Angelus: *Ioseph fili Dauid*, id est, nobili genere, *noli timere. Inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto:* id est, repleta est omnium gratiarum generibus, in quibus maxima consistit nobilitas. Secundum est, quando timetur de eius castitate. Sed ecce noster ambasiator subdit: *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est*, id est, quod in eius vtero est, non est per operationem carnalem & naturalem, sed per operationē illius, qui est omnis auctor castitatis, & amator virginitatis. Tertiū, est paupertas. Ideo subditur: *Ipse enim saluū faciet populū à peccatis eorum*, id est, in vtero habet pretium pro redimendo totum genus humanum: vel in vtero habet diuitias, quibus totum genus humanū ditabitur. Sic ergo Christus & Angeli fuerunt vocati ad istas nuptias, & interfuerunt celebritati. Sed nōne nobis dicunt sponsus & sponsa, Veni: qui diligimus eam? Certe sic. Ideo oportet cum omni deuotione talibus nuptijs interesse. Et si causemur de paupertate nostra; quia non habemus vnde in tantis nuptijs faciamus xenia & donaria. Dico quod sponsa (vt diximus) satis diues est, & sufficit vt ad eius nuptias aquam contritionis aut deuotionis afferamus. Et

Ioan. 2.

tunc magister festi Christus, qui iam preparauit discum carneū: qui est quasi architriclinus nuptiarum, mutabit aquam nostram in vinum gratiæ & gloriæ. Si enim hoc fecit in nuptijs alienis: quanto magis in nuptijs matris suæ. Sic ergo omnes inuitant ad nuptias suas Ioseph & Maria: vt de cętero nullus se possit excusare, cum sponsus & spōsa dicunt, Veni.

Secundum Euangelium hodiernum Math. 1. duo dicemus. Primo, quomodo Ioseph accepit Mariam in coniugē, tractando de eorum matrimonio. Secundo, de modo quo vixerunt in matrimonio. Circa primum dicemus primo: vtrū matrimoniū Ioseph & Marię fuerit verum & perfectum. Secundo, cur voluit Dominus matrem suā despōsari. Tertio, cur dubitauit eius maritus, & timuit eam accipere in vxorē. Quo ad primā quęstionem, videtur quod nō fuerit verum & perfectum matrimonium, cum prius emisisset votum. In cōsummatione enim matrimonij requiritur carnalis coniūctio maris & feminę: cui repugnat votum. Ad hanc quæstionem respōdetur per tres cōclusiones. Prima est. Ante despōsationem Mariavotum emisit nō solum cōditionaliter, scilicet si Deo placeret, quia hoc omnes faciunt, & in omni voto intelligitur, vt dicit Scot. in 4. sen. di. 30. sed absolute & sine cōditione. Hoc autem ex tribus potuit ei persuaderi. Primo, ex reuelatione diuina & inspiratione: quę ita sibi reuelauerat esse melius agendum. Nec hoc est cōtra legem scriptam: cum Hieremias, Helias, & Ioan. Baptista permāserint virgines. Secundo, hoc potuit esse ex persuasione Angelica. Angeli enim sibi familiariter colloquebātur: vt patet in salutatione eius: & probabile est, quod de hoc suadebant ei volētes suā plantam virginitatis esse in terris. Tertio, hoc potuit ei à parentibus persuaderi: vt dicit Ioan. Gerson: & singulariter à senibus: puta à Zacharia, qui cognoscebat eam esse de semine Dauid: ideo poterat sibi dicere: O filia mea Deo dilectissima, vtinam tu sis honor nostri generis. Ecce nunc tempus imminet, in quo debet venire ille, qui est desideratus cūctis gētibus: quia iam sceptrum Israel ad alienigenas translatum est, scilicet ad Herodem, qui erat genere Idumęus. Et iam etiam hebdomadę annorum, de quibus mentionem facit Daniel, finē habēt: post quarum cōpletionē debet esse puella de semine Dauid, quæ virgo concipiet expectationē totius mūdi. Similiter ille senex Simeō sanctissimus & Anna vidua, qui cōtinuo pernoctabant in templo vbi erat Maria Domino dedita in studio & orationibus cum alijs puellis, poterant eis persuadere. O pulcherrimæ puellę, ecce nunc tempus aduentus Domini: quia certificati sumus in proximo videre eum, nec moriemur ante eius visionē, ideo oportet vt vestrū vna se prę-

E An fuerit verū matrimonium inter Mariā & Ioseph.

paret

paret ad portandum illum fructum, quo totus mundus pascetur. O felix illa, quæ votum emittet Domino, & erit digna parere redemptorẽ, quoniã ex virgine Esaias descripsit eum nasciturũ. Sic enim decantare poterant illæ auiculę in aurora diei, quãdo sol debebat nasci. Et ista causa pie potest credi cur Maria Spiritu sancto repleta votum virginitatis emisit. Secũda cõclusio. Nõ obstante voto, matrimoniũ Marię & Ioseph fuit perfectissimum. Patet: illud est perfectissimum matrimoniũ, in quo omnia bona matrimonij inueniũtur, sic est in hoc matrimonio. Quod probatur. Nam 27. qu. 1. cap. *Omne itaque.* dicitur quod omne bonũ matrimonij est fides, proles, & sacramẽtũ. Sed hæc omnia fuerũt excellẽter in matrimonio Marię & Ioseph. Ibi enim fuit excellẽtissima fides, cum vterque virginitatẽ seruauerit vsque ad mortẽ: vt postea dicetur. Secũdo, quia numquã in necessitatibus vnus alterũ dimisit; vt patet de profectione in Ægyptũ & reditione; & sic de alijs. Secundo, fuit proles benedictissima filius Dei vnigenitus, nõ quidẽ ex matrimonio, sed in matrimonio, nata. Istud est bonũ matrimonij: vt vir vxorẽ quęrat, vnde possit habere prolẽ, quæ Deo obsequatur. Sed nunc multi quęrũt vxores propter pulchritudinẽ: sicut quęrẽtes florẽ in horto propter pulchritudinẽ, postmodum, cum siccatur proijciunt. Sic isti qui vxorẽ propter pulchritudinẽ accipiũt, cessante pulchritudine in eis deficit illa fides, & nõ plus de ea curant, quęrẽtes implere libidinem suam alibi. Non sic Ioseph, qui, quamuis Maria esset pulcherrima, nõ tamen eam propter pulchritudinẽ concupiuit: sed quia ex genere suo erat, & quia à Deo vel à parentibus suis ad hoc instructus erat. Alij sunt, qui quęrũt eas propter diuitias suas. Vnde Cato filiæ suę viduę & quęrẽti vt maritaretur, reluctabatur, dicẽs. Vellẽ quidẽ filia, sed isti quærunt tua, non te. Itẽ cũ à quodã philosopho quæreretur sua filia à duobus: ab vno paupere sed prudẽte, & ab alio diuite sed fatuo, respõdit. Malo filiam meã dare viro indigẽti pecunĩa, quã pecunię indigẽti viro. Inde Chrys. Hom. 1. super Matth. dicit quod qui sic vxores petunt, potius pulchritudinẽ quàm fidẽ petentes, diuitias quàm prolẽ, sicut pelliparij qui quęrũt pellẽ cotti & nõ propter cattum, in sua prole sentiunt irreligiositatem suam, quia sentiunt vt in pluribus filios suos rebelles, Deo odibiles, & Deum & Ecclesiam fugientes: ad omne malum pronos & potentes, & ab omnibus maledictos. Sed econtrario Psal. *Beatus vir qui timet Dominũ, in mandatis eius volet nimis: potens in terra erit semen eius.* Tertium bonum est sacramenti, quod consistit principaliter in inseparabili cõiunctione animorũ; quia sicut dicit Doctor subtilis, coniunctio carnis non est de necessitate sacramenti, sed tantummodo conditionaliter, scilicet si petatur. Sed quia forte diceret aliquis, quod Maria se subdẽdo legi matrimonij, se exponebat periculo fractionis voti, ideo sit tertia conclusio. Licet Maria in coniugio assentiret, quod si Ioseph peteret consensum carnis, quod daret; tamen certificata est per diuinam reuelationem, antequam consentiret in matrimonium, quod Ioseph statim emitteret votum, nec in suo corpore quęreret vmquam habitationem, vel coniunctionẽ aut copulam carnalem. Probatur, quia in principio post desponsationem Angelo Marię annuncianti quod ipsa pareret Iesum, dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam virũ nõ cognosco?* id est, quomodo fieri potest quod ego concipiam despõsata puerum: cum iã ego proposui numquam cognoscere virum. Est enim modus loquẽdi: vinum non bibo, id est, votum habeo numquam bibere vinum. Hoc autem non potuisset dicere, nisi iam de hoc certificata esset, quod Ioseph numquam carnalẽ cõcubitum cum ea petijsset, cũ mulier sit in potestate viri. Secundo, si Ioseph instructus est per angelum ad accipiẽdum Mariam: cum hoc totum fieret propter eam: sequitur à fortiori, quod Maria debuit de hoc diuinitus instrui.

F Matrimonium Mariæ & Ioseph fuit perfectissimum.

G Quomodo puniuntur in filijs, qui indebitè cunctantur matrimonio.

Luc. 1.

Ad

Ad ſecundam quæſtionem dicitur, quod nō obſtāte voto Dominus voluit eā matrimonio iūgi propter tria. Primo, ſecundū ſententiam Ambroſij ſuper Luc. ne partū virginis calumniaretur Herodes, in principio ipſum perſequendo, & Iudæi poſtmodum ipſum quaſi de adulterio natum increpando: & ſic, cum virginis fama ſit fragilis, & cito violabilis, Dominus voluit huic ſuccurrere, malens de ſua diuinitate dubitari, quàm de virginitate matris. Et ideo voluit cuſtodiri & cęlari virginitatē eius ſub pallio matrimonij: quia ſciebat illo modo producere fructū ſine læſione floris virginitatis. Hinc eſt, quod licet eſſet deſpōſata & virgo, tamē *inuenta eſt in vtero habens*: vt dicit Matth. Sed nō dicit quid habens. Nec eſt mirabile, quia vulgo dicitur de eo qui totam patriā occupat: *Il a tout*: Habet omnia. Sic & Maria. Quid enim eſt quod non habeāt, qui habentem omnia habent? Secūdo, vt partus cælaretur diabolo. Licet enim multis modis hoc cognoſcere potuiſſet, nō eſt tamē permiſſus: quia litteræ clauſę amicis, & nūquam inimicis, referātur. Hęc eſt ratio Origenis, quæ ponitur 17. qu. 2. c. *Inuenta eſt*. vbi ait: Dico cōiugem propterea, vt diabolo virginitatē eius occultem, & legis inſtituta nō deſtruā. Tertio, vt Ioſeph eſſet cuſtos & nutritius Chriſti: vt ſecum duceret in Ægyptum & reduceret, & nutriret eū in vita ſua. Erat enim Ioſeph *Garde de corps*, id eſt, Cuſtos corporis Domini: & *Valet à pied*, Pediſſequus, cū iret in Ægyptū. Vnde male pingitur Ioſeph ab aliquibus ſicut ſenex, cū vna potentia, & in decrepita ætate cū capillis canis. Primo, quia dicitur: *Habitabit iuuenis cum virgine*. Secūdo, quia tunc Maria fuiſſet paſſa infamiā, cum talis ita ſenex fuiſſet impotens generare: imo tūc diceretur de matrimonio caſtiſſimo Marię & Ioſeph, quod fuiſſet ſimile modernis, in quibus accipiunt ſenes iuuenculas propter lubricitatem & carnalitatē, & delectationem impudicam: quod impium eſt credere de Ioſeph & Maria. Tertio, quia tunc talis ſenex nō potuiſſet de ea curam gerere eundo in Ægyptū, & redeundo. Talis enim cum potentia ſua, & cum paupertate ſua non multā feciſſet viam in vno die. Creditur autē (ſicut dicit Gerſon) quod erat inter quadragenarium & quinquagenarium annū. Sic itaq; voluit Dominus non obſtante voto, matrē ſuā coniungi matrimonio. Ad tertium cū quæritur, cur ergo Ioſeph timuit Mariā accipere in coniugē ſuam, cum tamē eſſet iā deſpōſata? Dicitur primo ad hæc, quod Maria erat deſponſata Ioſeph ſecundum cōmunem modum loquendi Iudęorum, ſicut nūc dicūtur affidatæ: quia mos erat Iudæis, poſtquā mulier erat à parentibus donata viro, quod eā conſideraret & mores eius, vt ſcilicet poſſet poſtmodum cū ea cōuiuere. Duræ enim ceruicis erat populus Iudaicus: & pro modico libellum repudij dabat vir vxori. Ideo ne ita eſſent proni, antequam per verba de præſenti cōiungerentur, dabatur eis vxor in familiaritatem: vt poſſent eam conſiderare, & mores eius. Hinc Chryſ. (& habetur 33. q. 2. c. *Priuſquam conuenirent*.) ait: Non dixit priuſquam in ſponſi adduceretur domū. Hunc enim morem ſeruabat antiquitas, vt ſponſæ in ſponſorum domibus haberentur, ſcilicet ad conſiderandum mores earum. Dicitur ſecundo, quod ſtatim poſt illam deſponſationem, id eſt, receptionē in fidem & familiaritatem, Angelus nuntiauit Mariæ myſterium Incarnationis: & ſtatim aluus virginis cœpit intumeſcere. Cū enim Chriſtus fuerit *ſpecioſus forma præ filiis hominum*: forte erat alicuius quantitatis ſatis magnæ, & tunc faciliter potuit intumeſcere vēter Mariæ poſt annunciationē. Virgo autē in Domino ſperabat, cogitans in ſeipſa quod opus erat diuinū: & quod qui cœpit, ipſe perficiet. Ideo noluit hoc expreſſe ſuo ſpōſo indicare: ſed totum cōmittebat diuinæ prouidētiæ: nolens ſacramētum regis, niſi cum eius voluntate indicare: & ex hoc Ioſeph ſuſpicari potuit. Creditur tamē ſecūdum Gerſo. quod ſtatim cognouerit, & quod ſtatim nuptias fecerit. Dicitur tertio, quod

Mat. 1

Eſa. 62

1 Cur timuit Ioſeph accipere Mariam coniugē ſuam.

Exo. 32.

Pſal 44.

Digitized by Google

quod ſecundum diuerſos Doctores multæ fuerunt huiuſmodi dubitationis occaſiones. Prima eſt ſecundum Origenem & Bern. quia indignum ſe exiſtimabat tanti myſterij fieri cuſtodē. Sicut & Elizabeth indignam ſe reputabat viſitatione matris
Luc 2. Domini, dicens: *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Et Ioannes Baptiſta dicebat: *Cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigeam calceamenti.* Similiter
Luc 3. Cēturio ait: *Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum.* Item Petrus Domino: *Domine exi à me, quia homo peccator ſum.* Secundo, vt ſicut Thomas Didymus fuit teſtis reſurrectionis, ita & iſte teſtis eſſet incarnationis. Sicut enim Thomam voluit de ſua reſurrectione dubitare, vt per hoc tolleretur omnis dubitatio de eius reſurrectione: ſic & Ioſeph de virginitate Mariæ dubitare voluit, vt per Angelū daretur teſtandi occaſio. Iſtā rationē aſsignat Greg. vt habetur 27. qu. 2. c. *Sic quippe*, vbi ait: Ita factus eſt diſcipulus dubitās & palpās teſtis veræ reſurrectionis, ſicut ſponſus fuerat & matris cuſtos integerrimæ virginitatis. Hinc eſt quod apparuit Angelus Ioſeph, ſed in ſomno, ſecundum Chryſ. vt quemadmodū dormiente Adam creauit Deus primā mulierem, ſic iſti dormiēti diuinitus aſsignaret vxorem, & ait: *Noli timere accipere Mariā cōiugem tuam.* Hoc poteſt dici illis, qui aliquando pœnitentiam agunt, ſed modica occaſione deponūt. Noli timere accipere Mariā, id eſt, pœnitentiam aſperam. Pœnitentia enim taliū eſt vt cappa pluuialis, quæ in tempore pluuioſo accipitur, & in placido deponitur, quia in aduerſitate pœnitentiam accipiūt, ſed in proſperitate
Exod. 5. eam deponunt, ſimiles Pharaoni, qui flagellatus emendam promittebat: ceſſante plaga peior fiebat. Vnde ſecundū primā rationē inuenta eſt à Ioſeph habēs à Spiritu ſancto, & ſic ſciuit, ſed timuit adeſſe myſterio. Secundū ſecundā cognouit per conſcientiā, quā habebat de caſtitate Mariæ, quæ in alijs ſolo aſpectu concupiſcētiā extinguebat, Ideo Mariā fornicari reputabat impoſsibile. Dubius tamen erat quomodo hoc fieri poterat. Similiter legerat hanc prophetiā, *Ecce virgo cōcipiet*, vt dicit Remigus. Imo in Euangelio Nazaræorū ſcribitur, quod potius Ioſeph credebat virginē ſine viro poſſe concipere, quàm eā poſſe peccare, præſertim cū eius facies poſt conceptionem ita lucebat, vt Ioſephi eius faciem videre nō poſſet. Ideo ſuſpicabatur aliquid diuinum eſſe in ea. Pro ſecūda parte debemus dicere de modo viuēdi in matrimonio, iuxta illud verbum: *Et nō cognoſcebat eā*, &c. Iuncti enim thoro matrimoniali debent primo viuere caſte, ſeruādo ſibi iuuicem fidelitatē. Secundo, in amore & non in diuiſione, mutuam ſibi exhibendo charitatem. Sic fecit Maria, & ſecundum hoc dupliciter exponitur textus. Primo, *Et non cognoſcebat eā*, carnaliter, *donec peperit filiū ſuū primogenitum*, nō quod poſtea cognouerit eam, aut quod habuerit alium filiū, ſed tantūmodo vult dicere Euangeliſta, quod ipſa cōceperat virgo, & ante partum nullo modo eā cognouerat. Et propterea in hoc reprobatur Heluidius maculās eius integritatem, primo arguens, quia ſi fuit primogenitus, ergo fuit alius ſecundus. Secūdo, quia nō cognouit eā, donec peperit, ergo poſt cognouit eam. Sed iſte primo erat ignorans ſcripturā ſacram. Nam *omne primogenitū adaperiens vulua ſanctum Domino vocabitur*. Si ergo ſequeretur: peperit primogenitum, ergo habuit ſecundum, tunc mulieres debuiſſent expectaſſe ſecundum filium ad hoc quod portarent in tēplum primogenitum. Vnde ibi primogenitum dicit, ante quem nullus eſt genitus. Ad ſecundū dicitur, quod ipſe nō erat Logicus, quia negatiua nō infert affirmatiuā. Dicitur ſecundo, quod iſte modus loquendi ſæpe ponitur in ſcriptura ſacra. Primo in Pſal. *Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ, donec miſereatur noſtri.* Non enim eſt ſenſus quod poſtquā Dominus noſtri miſerebitur, quod oculi noſtri non tendant amplius in Deū. Secundo alibi in Pſ. *Sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos*, &c.

K De virginitate perpetua Mariæ contra Heluid.

Exod.

Pſ. 122.

Pſ. 109.

Et ſic

Et ſic patet, quod ille miſer nõ intellexit ſcripturas. Et ideo cõtra eum ponitur iſta concluſio: Ioſeph numquã cognouit carnaliter Mariã, imo permanſit virgo. Probat B. Hieron. in Ep. cõtra Heluid. Dominus maiorẽ curam habuit de matre in iuuentute quàm in ſenectute, & ita munde voluit eam cuſtodiri tunc & nutriri: imo tũc maior cura debebatur iuueni puellæ: ſed in ſenectute poſt mortẽ Ioſeph & ſuã, eam cõmendauit Ioanni Euangeliſtę virgini, ergo à fortiori Ioſeph in iuuentute. Probabile enim eſt, quod ſicut filius Dei voluit naſci in puritate virginali: quod etiam nutriri. Secundo probatur ex teſtimonio Euãgelico: quia ex tali teſtimonio ante partum nõ eam cõtigerat Ioſeph. Sed ipſe ante partum & poſt partũ per miracula, quæ vidit in hoc partu, didicit quod illa erat templũ Domini, & ſacrariũ Spi-
1. Cor. 3. ritus ſancti. Scribitur autẽ: *Si quis templũ Domini violauerit, diſperdet illũ Deus*: ergo numquã, cum eſſet iuſtus ex teſtimonio Euangelij, auſus eſt violare templum Domini. Tertio, vt dictum eſt in quodã ſermone de cõceptione etiam ex teſtimonio Iudæorum inimicorum, Mariæ cõplexio erat ita cõpenſata, vt in reſpicientibus in eam extingueretur omnis libido carnalis concupiſcentiæ: ergo à fortiori, cũ Ioſeph eſſet pudicus & caſtus, omnẽ amorem lubricum extinguebat in eo, ſi quem haberet, quod nõ creditur, imo ſicut dicit Gerſon & multi alij, credibile eſt quod ex vtero matris ſit ſanctificatus & refrigeratus ab omni concupiſcentia carnali: & dato quod nõ eſſet ita, tamen ſequitur, quod ſi Ioannes ex preſentia Marię & Chriſti ſit ſanctificatus, & Elizabeth facta prophetiſſa: quod multo magis Ioſeph, qui eũ tã pie amplexatus eſt. Secundo, hoc exponit Chryſ. hom. 1. ſu. Mat. quod nõ cognouit eam, id eſt, nõ cognouit quantę dignitatis eſſet, donec peperit filiũ ſuum primogenitum. Tunc enim vidit mirabilia quę facta fuerunt, paſtores venientes & reges ſtella duce & huiuſmodi. Inde, & illi detulit honorẽ: ſicut ipſa faciebat ei. Ioſeph autem ſeptẽ honores habuit. Primus eſt, quod fuit de ſanguine regali & Patriarcharum: propter hoc dicit Angelus: *Ioſeph fili Dauid*, quaſi dicens in te filio Dauid adimplebitur promiſsio. Secũdus eſt, quod verus cõſanguineus & ſpõſus matris Dei & imperatricis mundi efficitur. Vnde ſi velis habere prębendas regni cęleſtis, nũc habẽtur duobus modis. Primo, precibus parentũ. Secundo, iuſſu aut precibus Imperatorum. Sic ambo ſunt parentes Ieſu, & Maria imperatrix orbis. Tertius eſt, quod ad cuſtodiã & tutelã Domini ordinatur. Si tantum deſideratur regi terreno ſeruiri, quantę putas dignitatis eſt ſeruire Chriſto in propria perſona? Si pro potu Mat. 10
aquæ frigidæ mercedem Prophetæ dare diſpoſuit, quantã putas pro ſeruitio Chriſto impenſo tãto tempore mercedem recepit? Quartus eſt, quod vocatus eſt pater Chriſti: non quod ita eſſet: ſed in æſtimatione hominum, eo quod eũ nutriret, amplexaretur, & cuſtodiret. O quam beatus fuit iſte. Multi enim reges & prophetæ voluerunt videre eũ, & nõ meruerunt videre. Iſte multo fortius meruit amplexari. Dicebat Dominus diſcipulis: *Beati oculi* Luc. 10.
qui vident quæ vos videtis: multo fortius beati oculi, qui tãto tempore viderunt eũ: & manus, quæ ipſum attrectauerunt: & os, quod oſculatũ eſt eum. Quod ſi multum veneramur Ioannem Baptiſtã, qui digito oſtendit Chriſtũ: & Ioan. Euangeliſtam, quia ſupra pectus Dñi in cœna recubuit, multo magis iſtũ, qui amplexatus eſt eum tãto tẽpore. Quintus eſt, quod ſecreta fidei myſteria velut regis ſecretarius nõ ab homine, ſed ab angelo didicit: ideo primus fuit Chriſtianus. Sextus eſt, quod Ieſus erat ſubditus illi: & Maria vocabat eum Dñm ſuum. Quantum ergo putas eũ poſſe apud Dñm, cui in terris ſe ſubdit Dominus? Ideo poſſumus dicere Domino illud Pſal. *Beatus vir cuius eſt* Pſal. 83.
auxiliũ abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Primus gradus ſcalę eſt ad beatum Ioſeph. Secundus ad Mariam. Tertius ad Chriſtum. Quartus ad Patrem.

VII. Ioſeph ſeptem honores & prærogatiuas habuit.

IN

IN EADEM VIGILIA Natiuitatis Domini, Sermo II. & in ordine XVI. Per Thema.

2. Par. 20. Pro. 13.

CRas egredimini, & Dominus erit vobiſcum. Vulgo dicitur: *Mal à qui attent. Spes quæ differtur affligit animam.* Ideo videns Dominus afflictionem antiquorum patrum aduentũ Saluatoris expectantium, nolens eos tędio in expectatione deficere, multis eos conſolatur rumoribus, diuerſos eis nuncios mittendo. Inter autem illos nuncios ille qui certiores rumores attulit, fuit ille qui propoſita verba nunciauit. Alij enim aduentum Domini ſimpliciter ſine aliqua determinatione nunciabant, dicentes:

A Aduentum Domini diuerſi diuerſimode nunciabant.

Iere. 23. *Ecce dies veniunt.* Alij: *Veniet deſideratus* Aggai 2 *cunctis gentibus.* Alij ſolum aduentum eius Abac. 2 celerem nunciabant, dicentes: *Si moram fecerit, expecta: quia veniens veniet, & non tardabit.* Omnes quidem determinate nũciabant, ſed non determinando tempus neque diem. Sed iſte tempus & diẽ proximum nunciat, dicẽs: *Cras egredimini.* Vt autem ſimus parati ad eum digne ſuſcipiendum, accedamus ad matrem noſtrã

Gen. 27 Mariã, vt ſicut altera Rebecca Iacob filiũ ſuum ab Iſaac patre benedictionẽ ſuſcepturũ ornauit: ſic nos ornet veſtibus virtutum valde bonis: vt digne videamus & ſuſcipiamus Dominum Ieſum, & ab eo benedicamur. Quod vt faciat, dicemus ei, Aue. &c.

In verbis præmiſſis duo facit propheta. Primo, vtitur exhortatione, dicens: *Cras egredimini.* Secundo promiſsione, cum ſubdit: *& Dominus erit vobiſcum.* Quaſi diceret. Sitis cras parati exire in occurſum eius qui cras erit vobiſcũ: ſecũ-

Mat 25 dum illud: *Ecce ſpõſus venit, exite obuiã ei.* Circa primum notandum, quod quãdo aliquis Rex venit in aliquam ciuitatem, maxime de nouo, ſolent ei diuerſa hominum genera in occurſum venire propter diuerſas cauſas. Primo, pauperes vt eleemoſynam recipiãt. Sic & nos vt eleemoſynam gratiæ ab eo recipiamus. Et ille

B Aduentui

egreſſus eſt pœnitẽtium, quos peccatum depauperauit: ita vt clamẽt illud Pſal. *Cito anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis*, vere nimis pauperes. Pauper enim eſt, qui omnino nihil habet: magis pauper, qui nihil habet, & multa debet. Sed adhuc magis pauper, qui nihil habet, multa debet, & nihil poteſt lucrari, & nihil poteſt ei dari, quin totum pro ſuo debito accipiatur. In quo ſtatu eſt peccator: ergo nimis pauper. Sic ergo pauper debet egredi in occurſum regis, vt eleemoſynam gratiæ recipiat. De quo egreſſu dicitur: *Egreſſus Ieſus*: ſci- Mat. 15 licet de virginis vtero: *venit in partes Tyri & Sidonis*: id eſt, in mundum ad venãdum. Tyrus interpretatur Anguſtia, & ſignat mundum, in quo ſunt anguſtię vndique. Sidon interpretatur Venatio. Ipſe enim fuit ille, quem pater Iſaac, id eſt, Deus Pater, miſit in ſiluã huius mundi ad venandum. Gen. 27. *Et ecce mulier*, id eſt, anima peccatrix, *egreſſa à finibus illis*, id eſt, à ſtatu peccati. Peccator enim eſt venatio diaboli. *Venatione ceperunt me* Thren. 3 *quaſi auem inimici mei gratis*. Item habet anguſtiam in cõſcientia. Illa igitur egreſſa in occurſum Ieſu, clamabat, dicens: *Fili Dauid, filia mea*, id eſt conſcientia mea, *malè à dæmonio vexatur*. Et notanter dicitur à finibus. Non enim ſufficit exire à peccato, dimittendo actum peccati: ſed oportet egredi à finibus, dimittendo omnes occaſiones peccati. De hoc egreſſu poteſt exponi illud Regũ. Dicebant enim Syri: *Audiuimus quod reges domus Iſrael clementes ſunt. Egrediamur ad reges Iſrael: forſitan ſaluabit animas noſtras.* Secundo, exeũt obſeſsi, vt auxilium eius implorẽt. Et nos contra hoſtem, vt ſic de eo victoriam obtineamus. Et iſte eſt egreſſus proficiẽtiũ, quos impugnat diabolus. Iſti enim confidentes de regis auxilio, debent egredi cras ad pugnam, tentationibus viriliter reſiſtendo. Ideo dicebat Moyſes ad Ioſue: *Egreſſus pugna contra Amalech cras.* Sed quare potius cras quàm aliàs? Quia ante diem craſtinum diabolus ita mundum

3. Re. 20

C Aduentui Domini ſimodo habis occurrere proficientes. Exod. 17

Domine curris pœnitẽs, & de paupertate peccatoris. Pſal. 78

Digitized by Google

dum obsiderat? quod nullus poterat egredi quin caperetur, secundum illud: *Nah. 1.* *Pardus vigilans super ciuitates eorũ. Omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur.* Nõ enim erat potestas super terram, quæ valeret ei comparari. Sed cras veniet de cælo Dei virtus ad eum debellandum. Ideo sequitur: *Confidenter state, & videbitis auxilium* 2 Paral. 20. *Dei super vos.* Et Sapiens dicit: *Cum quietum silentiũ contineret omnia, & nox in suo* Sap. 18. *cursu medii iter haberet, omnipotens sermo, tuus, Domine, exiliens de cælo à regalibus sedibus, venit durus debellator.* Propter quod cras possumus secure ad pugnandum cõtra hostem egredi. Secundo, occurrunt ei curiosi: vt ipsum & eius apparatum videant. Sic & nos, vt ipsum & eius apparatum videamus. Et ille est egressus contemplatiuorũ: quibus dicitur: *Egredimini* Cant. 3. *filiæ Sion*, id est animæ cõtemplatiuæ de occupationibus mundanis: secundum illud: *Vacate, & videte regem Salomonem*, id est, regem pacificum, *in diademate*, id est, in carne. O quàm delectabile est videre iustum regem & eius apparatum. Inde Bern. Plenum prorsus omnis suauitatis dulcedine videre hominẽ hominis conditorem. Apparatus eius scribitur: *Inuenietis infantem*, &c. In quibus verbis tria notantur depicta in eius vexillo: humilitas, paupertas, & puritas: cõtra tria depicta in vexillo mundi, de quibus: *Omne* 1 Ioã. 2. *quod est in mundo, à concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* Quarto, egrediuntur ciues siue amici, vt ipsi honorifice suscipiant. Et nos similiter cum laudibus. Et iste est egressus perfectorum: qui iam obtenta victoria de hoste, debent suscipere sacramentaliter vel saltem spiritualiter cum laudibus. 1 Reg. 18 Hoc figuratur: cum Dauid obtenta victoria de Philistæo veniret Hierusalem, mulieres, hoc est animæ sanctæ, egressæ sunt in occursum eius cantantes chorosque ducentes. Quinto, egrediũtur iniuriam vel calumniam sustinentes, vt coram eo querimoniam deponant. Sic & nos. Iste est egressus perseuerãtium: qui-

D *Aduenienti Domino qualiter occurrere habẽt contemplatiui*

E *Christi in vexillo tria depicta.*

F *Aduenienti Domino qualiter perfectis occurrãt*

G *Perseuerantes quomodo occurrunt Domino.*

bus aperte ante incarnationem fiebat iniuria. Nullus enim quãtumcumque sanctus, & in sanctitate perseuerans, mercedem accipiebat, imo omnes descendebãt in infernum, iuxta illud Zachariæ: *Ante* Zach. 8. *dies illos merces hominum non erat.* De hac iniuria dicit Dominus: *In Aegyptum*, id Esa. 52. est in Paradisum terrestrem, *descendit populus meus in principio*, scilicet mundi, *vt colonus esset ibi.* Posuerat enim Dominus Gen. 2. hominem in medio paradisi, vt operaretur & custodiret illum. *Sed Assur*, diabolus, *absque vlla causa calumniatus est eum*, scilicet seducendo, & ad peccatum incitando. *Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus.* Quasi dicens: Nihil me habere reputo, ex quo hominem amisi. Bene appreciatur cibum, qui eum capit in ore leonis. *Quoniam ablatus est populus meus gratis*, id est, diabolus iniuste detinet eum sub dominio suo. Non enim peccauit homo in diabolum comedendo, quia nec diabolus pomum creauerat, nec mandata dederat; imo potius diabolus in hominem peccauerat, cum innocentem ad peccandum seduxerat. *Iugiter nomen meum tota die blasphematur*, quod nomen est iustus & misericors, quia homini seducto non subuenio per misericordiam, & diabolum seductorem per iustitiam non punio, auferendo dominium hominis ab eo. *Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa*, scilicet incarnationis meæ, in qua faciam sicut iustus & misericors, *quia ego ipse qui loquebar per Prophetas, ecce adsum*, per præsentiam humanitatis. Egrediamur ergo in occursum eius, vt ante eum querimonias deponamus de hoste. De quo egressu dicitur: *Omnis populus, qui habebat aliquam quæstio-* Exo. 33 *nem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis:* hoc est ad Christum: qui confœderauit nos Deo Patri, de quo Esaias: *Dedi te mi-* Esa. 42. *hi in fœdus populi.*

H *Dominus quomodo est in natu-*

Pro secunda parte notandum, quod secundum hunc quintuplicem egressum, quinque modis erit cras Dominus nobiscum. Primo cum pœnitentibus per

uitate sua cum pœnitẽtibus, proficientibus, cõtẽplatiuis, perfectis & perseuerãtibus.

gratiæ collationem. In signum cuius Iudicum sexto Gedeoni purganti triticum in area cordis, hoc est, separanti paleas vitiorum à grano bonorum operum, vt scilicet paleas eijceret in confessione, & & granum sibi retineret, & sic paranti se vt fugeret Madian: id est, proponenti sic de peccato exire, (Madiã enim interpretatur Iniquitas) dictum est: *Dominus tecum virorum fortissime*. Et licet semper sit cum pœnitentibus, cras tamen specialius, abundantiorem gratiam conferendo, vt verificetur illud Regum: *Cras modius similæ*, hoc est gratiæ, qua sicut farina delicatissima nutriuntur animæ, *erit statere vno*: hoc est, pro nihilo: quia pro modico desiderio. Cras enim rex noster puer erit: & poterit eius gratia & gloria acquiri pro pomo, quæ ante incarnationem erat valde cara. Secundo, est Dominus cum tentatis, ad pugnandum contra hostem per auxilij impensionem, teste illo, qui dicebat: *Dominus mecum est quasi bellator fortis*. Specialiter tamen cras erit cum eis: quia cras egredietur sicut vir præliator de papilione suo, scilicet virginis vtero: quo armis se induit in humilitate, & paupertate, & austeritate, cõtra tria arma diaboli prius dicta. Propter hoc dicitur in verbis propositis: Iudæa & Hierusalẽ nolite timere, cras egredimini contra eos ad pugnam, & Dominus erit nobiscum pro vobis pugnando. Hoc figuratum est 1. Regum 11. cum Naas Amonites, id est diabolus, pugnaret contra habitatores Iabes Galaad, id est, habitatores mundi, nec vellet aliquo modo inire fœdus cum eis, nisi erueret omniũ oculos dextros, per quos contemplamur cælestia. Viri Iabes, id est, antiqui Patres miserunt nuncios, id est, orationes, ad Saul: id est ad Deum, quibus respondit Saul: *Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol*: & hoc est cum sol iustitiæ calorem suæ charitatis ostenderit in carnis assumptione. Quibus verbis confortati dixerunt ad Naas: *Mane exibimus ad vos.*

4 Re. 7.

Hier. 20

1. Re. 11

Tertio, erit cras cum viris contemplatiuis ad ipsum videndum per mirabiliũ ostensionem: & hoc in nostræ carnis mirabili assumptione. Psal. *Dominus virtutũ, scilicet operator, nobiscum*. Et quomodo? *suscepit nos Deus Iacob*; id est naturę nostræ; in cuius susceptione virtutes & mirabilia operatus est. Quæ mirabilia sunt: mater virgo, verbum infans, gaudium flens, paruus magnus, cibus esuriẽs, aqua sitiens: & sic de alijs: quæ omnia includuntur in hoc quod Deus homo. Propter quod dicitur: *Sanctificamini. Cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia*. Et bene dixit: *sanctificamini*. Non enim possunt oculi immundi ista mirabilia contẽplari. Quarto, erit cras Dominus cum viris perfectis ad ipsum susciendũ per proprij corporis communicationem, vel saltem per abundantiorem solito deuotionem. Vnde dicitur huiusmodi: *Sanctificamini, cras comedetis carnes*, illius scilicet incontaminati & immaculati Agni. Propter hoc anima ad eius susceptionem prẽparata dicebat: *Hanc*, scilicet sapientiam increatam, *proposui ad ducere mecum ad conuiuandum*, scilicet sacramentaliter, vel saltem spiritualiter in ea delectãdo: *sciens quoniam mecum communicabit de bonis. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Vnde pauper mercator libenter se associat diuiti: & erit allocutio, id est alleuiatio tædij mei, id est solicitabit me: & post intrans domum meã, scilicet per discussionem propriæ conscientiæ, non in alienam per falsa iudicia, sicut fatuus. *Pes enim fatui facilis in domum proximi*. Conquiescam, nõ sicut histrio, qui non inuenit peiorem domum quàm suam, cum illa: non cum carnalibus desiderijs. Non enim habet amaritudinem, id est, remorsum conscientiæ, conuersatio illius, nec tædium conuictus illius. Tædiosus est, cui non potest seruiri: non sic Dominus. Sufficit enim sibi quod inuenit in domo. Quin etiam si nihil inueniat in domo quod ei placeat, super peius vadium domus potest haberi quidquid quærit, scilicet super confessione peccati lætitia & gau-

Psal. 45

Ioſue 3.

Num. 11

Sap. 8.

Sap. 7.

Eccli. 22

& gaudium ſpei. Anima enim, quę ſic eſt cũ Deo, eſt quaſi ſemper ad nuptias: quia ſecura mens quaſi iuge cõuiuium. Quinto, erit cras cum perſeuerantibus, de dilatione mercedis conquerentibus, per mercedis retributionẽ. Ecce enim merces eius cum illo, & opus eius coram illo, illa ſcilicet merces, de qua Pſal. *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hereditas Domini.* Cras iſte fructus de ventre virginis exibit, & cras terra noſtra reddet & dabit fructum ſuum. Ideo dicebat Iacob: *Reſpondebit mihi cras iuſtitia mea*: quia cras iuſtitiæ meæ recondetur pars mercedis in viſione ipſius in humanitate: cuius viſio erit tota merces. Perficietur enim in gloria, quando erit nobiſcum per gloriæ retributionem. In ſignũ cuius dicit Booz meſſoribus: *Dominus vobiſcum.* Meſſores ſunt ſuperuenientes ad regnum: qui ſeminauerunt hic cum lachrymis, & in exultatione metent. Et dicitur: *Iterum veniam, & accipiam vos ad meipſum: vt vbi ego ſum & vos ſitis.* Sicut carnalis homo vadens obuiam amico ſuo. Veniet enim obuiam in area, & *ſic ſemper cum Domino erimus.* Et propter iſtos quinque modos dicitur à Sacerdote in Miſſa quinquies, *Dominus vobiſcum.*

Pſ. 126. Gen. 30. Ruth. 2. Ioan. 14 1. Theſſ. 4.

IN FESTO NATALIS Domini Sermo I. & in ordine XVII. Per Thema.

Pſal. 48. A In natiuitate Chriſti fuit coniunctio copulatiua diuinitatis cum natura humana Eſa 59.

Simul in vnum diues & pauper. Grammatici dicunt, quod coniunctionum quædam ſunt copulatiuæ, & quædam diſiunctiuæ. Coniunctio Adam & Euæ fuit coniunctio diſiunctiua: coniunctio duarum naturarum in Mariæ vtero fuit coniunctio copulatiua. Primum patet, quia coniunctio primorum parentũ, & conſenſus eorum in peccatum fuit cauſa diſſentionis & diſiunctionis inter hominem & Deum. *Iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos & Deum noſtrum.* Secũdo, fuit cauſa ſeparationis eorum à loco deliciarum: quia inde propter peccatum eiecti ſunt. Pſalm. *Contaminauerunt teſtamentum eius.* In teſtamento enim illo primo Dei, Deus eis omnia ſua dereliquerat, dempto fructu vnius ligni: ſed non ſunt habiti fideles in teſtamẽto ſuo: ideo ſequitur: *Et diuiſi ſunt ab ira vultus eius*, ſcilicet à terreſtri paradiſo ducti in hanc vallem miſeriæ & lachrymarum. Tertio, fuit coniunctio illa cauſa ſeparationis animæ & corporis. *Iniuſtitia eſt mortis acquiſitio.* Impij autem manibus & verbis accerſierunt illam. Acquiſierunt enim ſeparationem animæ & corporis, quæ eſt mors; verbis loquendo cum ſerpente, & manibus accipiẽdo lignum vetitum. Sed in vtero Mariæ miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, & iuſtitia & pax oſculatæ ſunt: & ibi factus eſt ſimul in vnum diues & pauper. Chriſtus enim naſcendo pacem attulit. Vnde & Angeli cantauerunt: *Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus.* Et eam moriendo legauit. Ait enim: *Pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat.* Solet quæri à pueris in Grammatica: Da copulatiuas, da diſiunctiuas. Chriſtus quidem illas dat & dedit, ſed nõ quomodo mundus dat: ſed econuerſo quia mundus dat copulatiuas in malo, & diſiunctiuas in bono. Cõiunguntur enim vt malum faciãt, vt puta in furto & rapina. *Abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra: marſupium ſit vnum omnium noſtrum.* Aut adulando principibus. *Verba omnium Prophetarum vno ore proſpera regi annunciant.* Aut vt Dei præcepta aliqualiter tranſgrediantur: quia Pſalm. *Conuenerunt in vnum aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius.* Vnde & vulpes Sanſonis iunctæ erãt per caudas. In cauda enim latet venenum, vt communiter dicitur: & ita mali in malum vniti ſunt. Ante vero diuiſæ, quia in bonis diuidũtur: ad quæ reſpicere debent, & faciem vertere. Dant enim & diſiunctiuas in bonum: quia numquam inueniri poteſt inter eos bonum pacis, ſed ſemper diuiſionis. *Dicunt, Pax, pax: & non eſt pax.* Chriſtus vero dat diſiunctiuas in malo.

Pſal. 54 Ibidem. Sap. 1. Luc. 2. Ioan. 14

B Chriſtus & mundus dãt differenter copulatiuas & diſiunctiuas. Prou. 1. 2. Paralip. 18. Pſal. 2. Iud. 15. Hiero. 6

Mat. 10 *Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram. Non veni pacē mittere, sed gladium.* Veni enim separare hominem aduersus patrem suum. Sed coniunctio copulatiua, quam Deus dat, est coniunctio
1 Cor. 14 charitatis. *Non enim est dissentionis Deus sed pacis.* Coniunctio autem charitatis copulat hominem cuilibet amico & inimico:
Rom. 12 iuxta illud: *Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes.* Itē etiam copulat hominem Deo: iuxta illud:
2 Cor. 13 *Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.* Hanc autem coniunctionē vt faceret, in se voluit experiri, quando simul in vnum diues & pauper. Diu enim diues altercatus fuerat cū paupere, vt debita redderet: ideo vt coniunctio hæc fieret, sol diuinus, sol iustitiæ apparuit in signo virginis, imo & in sinu virginis, in quo coniunctus est, lunæ nostræ mortalitatis: & sic iuncta sunt ima summis, & reconciliata vniuersa. Igitur ad gremium virginis conuertamur, & ibi reconciliationem & gratiam quæramus, dicentes, Aue.

C. Ante Christi Natiuitatem erant 4. inimicitiarum parietes.

Aduertendum est secundū Alexandrū de Hal. in 4. parte, quod ante natiuitatem Christi erant tres inimicitiarū parietes. Primus inter Deum & hominē. Secundus inter hominem & Angelum. Tertius inter hominem & hominem. Primo quidem homo per obedientiā Deum offenderat: & Deus offensus sibi varias plagas inferebat: econtrario homo eum suis maleficijs irritabat. *Irritauerūt me in vanitatibus suis.* Vulgo dicitur. *Deux gros ne peuuent tenir en vng pot*, id est duo grossa nō possunt simul esse in eodē poculo. Psal.
Deu. 32 *Dum superbit impius, incēditur pauper.* Deus
Psal. 9. enim erat vnus grossus, qui à nullo comprehendi poterat: & pauper superbus, qui nihil nisi animum habebat: & hoc ad irritandum Deum: ideo Deus offensus erat. Secundo inter hominē & Angelum, quia per suum casum restaurationem Angelicam impedierat. Inde & per Angelum expulsus est homo à paradiso, & ciuitates Sodomorum subuersæ. Tertio inter hominem & hominem: quia Iudæus cerimonias legis excolebat, Gentilis idololatriam: & vterque ritus alterius despiciebat. Veniens autem in mundum pax nostra fecit hodie vtraque vnum. Et lapis angularis vtrosque iunxit parietes. Nam abstulit peccatum, & reconciliauit hominem Deo: reparauit casum, & recōciliauit hominem Angelo: destruxit ritus, & reconciliauit hominem homini: & sic reconciliauit siue quæ in terris, siue quę in cælis sunt. Ideo illa multitudo militiæ cælestis hodie cecinit: *Gloria in altissimis*, id est, in Angelis, *Deo. Et in terra pax hominibus*, id est, in hominibus. Hinc est quod Angelus congaudet & loquitur pastoribus: quia pax est inter homines & Angelos reformata. Nascitur Deus & homo, quia pax est inter hominem & Deū restaurata. Nascitur in prę-
Luc. 2. sepi bouis & asini, quia pax est inter homines restituta. Per bouem enim Iudaicus populus, per asinum gentilis designatur: secundum illud: *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui.*
Esa 1. Glo. per bouem significantur credentes ex Iudæis, per asinum gentilis populus. Et ad designandum lætitiam duorum
Nota. populorum de Natiuitate Christi, in cornibus altaris ponuntur duo candelabra, quæ Cruce mediante faculas ferunt accensas: ad Iudaicum populum pertinet
Esa 60. illud: *Surge, illuminare Hierusalem quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.* Ad gentilem vero dicit Apostolus:
Ephes. 5. *Eratis aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino.* Nam noua stella apparuit Magis. Crux vero in medio altaris inter duo candelabra collocatur: quoniam inter duos populos Christus mediator existit lapis angularis, qui fecit vtraque vnum. In signum huius pastores Iudæi à Iudæa, Magi gentiles ab Oriente ad hunc adorandum venerunt. Sic igitur primo facta est reconciliatio Dei ad hominem, non ad dæmonem. Nam Christus consimiliter egit Pharaoni. Pharao enim duos
Gen. 40. habuit inimicos in carcere: scilicet pincernam,

cernam,& piſtorem:ſed in die natalis ſui vnum recipit in gratiam,alterum ſuſpendit in patibulo. Sic Chriſtus duos habuit inimicos:vnum ſibi reconciliauit per miſericordiam & gratiam, ſcilicet hominē: alium,ſcilicet dęmonem,per iuſtitiam & ſapientiam ſuam ſuperauit,& inferni patibulo adiudicauit. Inde dicunt Angeli pacificati: *Gloria in altiſſimis Deo*, pro dæmone ſuperato: *& in terra pax hominibus*, pro homine reconciliato. Et quia Deus erat diues, homo pauper: Angelus diues diuitijs ſpiritualibus,homo pauper:ſimiliter Iudęus diues in ſcripturis ſacris,homo gentilis pauper:hæc autē hodie vnita ſunt & reconciliata:valde bene concluditur, quod ſimul in vnū diues & pauper.

Luc. 2.

D Nota.

Igitur dicendum eſt de triplici coniunctione, quam ponit Aug. Coniuncta ſunt ad inuicem Deus,& homo:mater & virgo: fides, & cor humanum: Deus diues,homo pauper: virgo diues, quæ fructum habet cēteſimum: maternitas pauper, quæ tantum fructum habet triceſimum:cor humanum pauper,ſed fides diues. *Diuites in fide.* Hinc Aug. Mirabile eſt, quod cor humanum fidem his duobus accommodauerit:vt crederet quod Deus homo eſſet,& virgo permanſerit quæ peperiſſet. De prima coniunctione dicetur hoc in ſermone matutino. De reliquis vero duabus ſermone pomeridiano.

Luc. 2.

Itaque prima coniunctio eſt copulatiua, qua coniuncta eſt humana natura diuinitati: propter cuiuſmodi cōiunctionem ſortitur quinque nomina hodie recitata in prima lectione matutinarum. Dicitur enim primo *admirabilis*, ſecundo *conſiliarius*, tertio *Deus fortis*, quarto *Pater futuri ſæculi*, quinto *princeps pacis*.

Eſa 9. E Chriſtus ſortitur quinque nomina in Natiuitate Iude. 19

Primo,admirabilis ſecundum illud Iudicum: *Quid quæris nomen meum quod eſt mirabile?* Et hoc triplici ratione. Primo, admirabilis capacitate. Nam qui immenſus erat, factus eſt paruo corpore menſuratus: & ſe fecit menſuratum, vt nos ad menſuram reduceret: æternus factus eſt temporalis, & tempore menſuratus: & ille, quem mundus capere non poterat, clauditur in Virginis vtero. *Vas admirabile opus excelſi*. Vas enim illud humanitatis mirabilis fuit capacitatis: quia continet diuinitatem, ideo opus fuit mirabile excelſi. Mirabilis certe coniunctio,& quaſi impoſsibilis comprehendi à philoſophis, vt ſcilicet æternus eſſet temporalis & immenſus menſuratus, & immortalis mortalis. Secundo, dicitur mirabilis in humilitate: quando magnus factus eſt paruulus: quando excelſus præ regibus terræ factus humiliatus vſque ad beſtias terræ. Quod admiratus Abacuch ait: *Domine cōſideraui opera tua,& expaui: in medio duorum animalium cognoſceris*. Tertio, admirabilis in bonitate & ſuauitate. Bona quidem fuit Chriſti humanitas,ſed diuinitati iuncta ſuauitatem inæſtimabilem, ſed ineffabilem,affectui humano attulit. Ait Philoſophus 1. Metaphy. quod propter admirari nunc & prius cœperunt philoſophi philoſophari. Cum ergo odor & ſapor huius bonitatis effuderit ſe per totū mundum, admirati viri ſancti cœperunt in eo philoſophari, ita vt alij ad martyrium per hanc veram philoſophiam currerent:alij totum mundum (vt ſuauitatem hanc plenius deguſtarent) dereliquerunt: alij vero in laboribus, & ſudoribus,& ſtudijs vſque ad finem vitæ permanſerunt. Inde dicebat anima Catholica illud Pſal. *Mirabilia opera tua: & anima mea cognoſcet nimis*. Hæc mirabilia quærebant ſancti patres dicentes: *Innoua ſigna, & immuta mirabilia*. Feciſti mirabile producendo hominem, nec de viro, nec de femina, & mirabilius de viro ſine femina: ſed vileſcit iam tertius modus de viro & femina: fac nunc quartum de femina ſine viro.

Pſ. 138. Eccl. 33

Secundo,dicitur conſiliarius: iuxta illud: *Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus*. Dictus eſt autē conſiliarius: quia magni conſilij Angelus, id eſt, commiſſarius ad faciendum humani generis redemptionem. Et ſi dicatur quod tale nomen eſt ſatis commune,ſunt enim

Prou 8. F Chriſtus eſt magnus cō. ſiliarius & differenter ab alijs.

enim multi consiliarij. Respõdetur quod verum est, sed iste singularis est vnicus. Nam alij consiliarij & si frequenter iudicent & ordinent aliqua, tamen illa sæpe non permanent: sed versantur & reuer-
Eccl. 3. santur. Eccles. *Suus spatys transeunt vni-*
Psal. 32 *uersa.* Et Psal. *Dominus dissipat cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.* Sequitur: *Consilium autem Domini manet in æternum.* De cuius consilio processit, vt fieret ista coniunctio Deitatis cum humanitate, & illud matrimonium indissolubile & perpetuum: quod tanta dilectione vnitum est, vt etiã nec morte potuerit fieri, quin diuinitas semper vnita esset animæ & corpori. Secundo, quia ceteri de rebus terrenis & de terra consi-
Ioan. 3. liantur. *Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur.* Sed iste consiliatur de supernis habendis. Alij enim consulunt de modo terræ habendæ, iste de modo contemnendi eam. Illi cõsulunt de materijs regni terreni: iste de materijs regni cælestis. Ideo sequendus est iste consiliarius, qui ita bene cõsulit: quia nisi sequamur,
Prou. 1. poterit dicere: *Despexistis omne consilium meum: ego quoque in interitu vestro ridebo.* Tertio, iste consiliatus est, dum in hunc mundum venit, de his, quæ mundus & mundi consiliarij nesciebant consulere. Nullus enim sciebat viam salutis: omnes descendebant in infernum. Clamabat mundus, & quærebat hunc consiliarium.
Exod. 4. Nolebat amplius Moysen, quia erat im-
Hier. 1. peditæ linguæ. Nolebat Hieremiam, quia
Esa 6. puer erat, & nesciebat loqui. Nõ Esaiam, quia labia immunda habebat. Quærebat itaque hanc sanctam coniunctionẽ, hunc
Cant. 1. consiliarium, dicens: *Osculetur me osculo oris sui.* Et ita multifarie multisque modis olim locutus est Deus in Prophetis: no-
Nota. uissime locutus est nobis in Filio. Primũ quidem Deus literas mittebat, & per literas salutabat. Psalm. *Qui mandat salutes*
Psal. 43 *Iacob.* Nouissime vero in propria venit ad consulendum sobrietatem & abstinẽtiam, contra consiliũ quod dedit serpens de crapula. Tertio, dicitur Deus fortis.

G Christus Deus fortis.

Licet enim sit paruulus, tamen ibi abscondita est fortitudo eius. Fortis quidẽ erat in natiuitate vincens & terrens mundum in Herode, quando turbatus est & omnis Hierosolyma cum illo. Secũdo, in prædi- Matt. 2
catione, doctrina, & exẽplo, & vita, vincẽs carnales delicias. Tertio, fortis in passione, quãdo fortis impegit in fortẽ: ambo pariter corruerũt, sed fortior resurrexit. Diabolus autem se gigãtem reputabat in specie Roboam: *Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. Pater meus posuit super vos iugum graue, ego verò addam super iugum vestrum. Pater meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus.* Sed Christus econtrario, vt gigantem illum superaret, factus est paruulus: & in paruulo gigas geminæ substantiæ habebatur. Psal. *Tam-* Psal. 18.
quam sponsus procedens de thalamo suo: exultauit vt gigas ad currendam viam. Dicitur autem Christus Deus fortis, quia est fortitudo nostra. Et dicitur nobiscũ esse, quia Emanuel quasi nobiscũ Deus. *Si ergo Deus* Rom. 8.
pro nobis, quis contra nos? Est enim nobiscũ, vt nos cõseruet: & pro nobis, vt pugnet. Psal. 45
Dominus virtutũ nobiscum. Et ideo Iob cõfidenter dicebat: *Pone me iuxta te, & cuiusuis* Iob 17.
manus pugnet contra me. Quarto, dicitur pa-

H Christus pater futuri sæculi duplicater.

ter futuri sæculi: quod potest duobus modis intelligi. Vno modo, quia est pater futuri mundi. Sicut enim sol iste temporalis influit vitam temporalem: & dicitur pater vitæ huius. Et sicut pater influit vitam filio: sic filius Dei his qui erunt sui in alio mundo influet vitã æternam. Psal. *Secundum altitudinem cæli à terra,* Ps. 102.
corroborauit misericordiam suam super timentes se. Hoc est secundum glossam magistri, electos suos tantum in hac natiuitate exaltauit, quasi celum à terra: cum de terrenis cælestes effecit: & post vitam terrenam cælestem confert ex misericordia sua & liberalitate. Secundo, potest intelligi de sæculo noui testamenti. Abraã enim dicebatur pater veteris. Inde Iudæi glo- Ioan. 8.
riabantur Abraam esse patrem suum. Sed iste noui sæculi, quod tunc futurum erat, pater dicitur, quando genuit nos verbo veri-

veritatis, vt essemus initiũ aliquod creaturę eius. Hinc est quod ex latere patris nostri Christiani appellamur. Ipse enim in cruce latus aperuit, & tũc efluxit sanguis & aqua: aqua ad nos regenerandũ, & sanguis ad nos colorandũ gratia sua. Sicut enim primus Adã fuit initiũ prioris sæculi & pater: sic Noë secundi pater
Gen. 6. fuit. In cuius figura dicitur: *Noë vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis*, quod de Christo magis proprie dicitur. Neque enim generatio cuiuscumque hominis perfecta fuit, sed maculata. Istius autem triplex est generatio. Vna æterna, qua generatur à Deo Patre. Secunda ex matre & ex tempore: quæ perfecta fuit, eo quod vir perfectus gratia & gloria in instanti suæ conceptionis factus est. Sed tertia spiritualis, qua in nobis de die in
Gal 4 diem generatur. Sic dicebat Paulus: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis*. Et similiter nos generat. Inde est quod dicuntur tres Missæ hodie. Vna in media nocte, repræsentans Christi generationem æternam: vt patet in principio eius. Secũda in aurora, quæ repræsentat temporalem: & hoc etiã apparet in principio. Tertia in plena die, quæ significat spiritualem generationẽ.
Esa. 9. Ideo dicitur: *Paruulus natus est nobis*, id est in nobis. Vnde & prouidit eis pater iste de tanto bono, quod nõ esset ausa natura humana petere, scilicet quod Deus vilitatem nostræ carnis assumeret: quæ dice-
Cant. 1. bat quasi petere non audẽs: *Quis mihi det te fratrẽ meum sugentẽ vbera matris meæ?*
Psal. 7. Sed Pater ait: *Gloriam meam in puluerẽ deducam*. Quinto, dicitur princeps pacis, quia auctor pacis. Vt sectator pacis, vel filius pacis potest dici quilibet homo: sed solus Deus princeps pacis: qui sic paci
Ioan. 14 dominatus est, vt suam eam diceret. *Pacẽ* (inquit) *meam do vobis*. Princeps quidem pacis: quia ab eo pax prȩcipua descendit. Pax scilicet illa, quæ exuperat omnẽ sensum. Ille est, sine cuius prouidentia impossibile erat pacem dari rebus: & ideo pro bono pacis voluit incarnari & pati.

Inde pacem istam præcogitauit, cogitãdo omnes modos & punctos, quibus posset hominẽ ad pacẽ trahere. Et ideo dicitur:
Hier. 29 1 *Ego scio cogitationes, quas ego cogito super vos, cogitationes pacis & non afflictionis*. Secundo tractãuit, scilicet per Prophetas antiquis patribus promissionẽ pacis faciendo, & quasi matrimoniũ cum natura humana procurãdo. Vnde antiqui patres de promissione non sibi reddita quasi cõquerebãtur, dicentes: *Expectauimus pacem, & non erat bonũ*. Et Esaias clamabat: *Veniat pax, & requiescat in cubili suo*, id est, in vtero virginis. Tertio, nobis attulit in matrimoniũ in Incarnatione consummãdo.
Psal. 71 Ps. *Orietur in diebus eius iustitia, & abundãtia pacis*. Non dicit abundãtia iustitię, quia de nullo ita auarus est modo, nec ita magnum forum facit sicut de misericordia: econtrario erit in futuro. Fuit enim auarus de misericordia diuiti epuloni. Propter hoc Simeon eo viso dixit: *Nunc dimittis Domine seruũ tuum in pace*. Quarto, prædicauit eam & annũciauit per Angelos dicentes: *In terra pax hominibus bonæ*
Luc 2. *voluntatis*. Psal. *Loquetur pacem in plebem*
Psal. 84 *suam*. Iusserat autem filijs Israel offerre eam, primo: *Si accesseris ad aliquam ciuitatem, offeres ei primum pacem*. Et discipulis
Deu. 22 suis dicebat: *In quamcumque domum intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui*. Quinto, ostendit eam nobis in sua conuersatione pacifice nobiscum conuersando.
Luc. 10. *Viæ eius, viæ pulchræ: & omnes semitæ eius*
Prou. 3. *pacificæ* Et Psal. *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus*, vt scilicet exẽplo meo eos
Ps. 119. ad pacem reducerẽ. Sexto, eã emit in passione proprio sanguine. *Disciplina enim*
Esa. 53. *pacis nostræ super eũ*. *Per sanguinẽ crucis eius*
Coloss. 1. *pacificans, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt*. Propterea postquam eam dedit discipulis, dicẽdo: *Pax vobis*, ostẽdit eis ma-
Ioan. 20 nus & latus: ac si diceret: Videte quã care emerim eam. Septimo, eã dimisit nobis in suo testamento in recessu: *Pacem*
Ioan. 14 *relinquo vobis*. Hæc enim fuit primus eius bannus, & vltimum testamentum. Sed notabile est quod dicit: *Pacem meã*: quia

vulgo dicitur quod melior est bona guerra, quàm pax mala: propter hoc addit, *meam*. Est enim aliqua pax, quæ non est eius, quam nobis non dimisit, sed potius
Luc. 12. destruxit, de qua dicitur: *Putatis quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationem*. Et ista pax potest dici illa, quam facit spiritus cum carne, obediendo concupiscentijs eius: quam Dominus totaliter destruxit. Bona esset pax, si econtrario subesset omnino caro spiritui, & illam pacem Dominus habuit: quia nullam vmquam rebellionem carnis ad spiritum sensit, sed eam perfecte habere nō possumus, quia continue caro concupiscit aduersus spiritum. Hæc guerra continua carnis ad spiritum est guerra inter Isaac & Hismael. Nam sicut Hismael faciebat Isaac adorare imagines luteas, sic caro facit spiritum in apparenti pulchritudine delectari. Imagines enim luteæ sunt sicut lateres exterius plumbati, & lucentes. Licet autem ista guerra non possit omnino pacificari in hoc mundo, potest tamen reduci ad aliquam concordiam: vt saltem aliquam tranquillitatem pacis spiritus habeat, sed non plenam: propter fomitem concupiscentiæ, qui numquam extinguitur, sed continue viget in nobis. Quem quia non habuit B. Virgo Maria secūdum multos: ideo nec passa est guerram istam, sed ipsa secum pacifice habitabat, & cum alijs. Ioseph etiam erat cum illa pacificus in hac natiuitate, nec ab illa debitum requirebat: nec ardore libidinis ipsam infestabat: & sic ibi omnia erant pacata, & immaculata, & refrigerata. Vel dicendum est, quod ille, qui de Maria natus est, vocatur *Admirabilis*, in Incarnatione, & Natiuitate propter illam triplicem mirabilem coniunctionem, de qua diximus. *Consiliarius*, in prædicatione, & doctrina: in qua non solum præcepta, sed etiam consilia docuit. *Deus*, in creatione, Magorum adoratione, & miraculorum
Ioan. 3. coruscatione, iuxta illud Nicodemi: *Nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo*. Et in peccatorum remissione. *Quis enim potest dimittere peccata nisi solus Deus?* Et in mentium cognitione: quia *tu solus nosti corda filiorum hominum*. *Fortis*, in passione, vbi abscondita est fortitudo eius: sed tamen ipse fuit fortitudo nostra. Nam, iuxta Apostolum, *quod infirmum est Dei, fortius est hominibus*. *Pater futuri sæculi*, in resurrectione, quando incepit futurum sæculum in glorificatione animæ & corporis. Dicitur enim pater futuri sæculi, non huius in quo viuebat Propheta; sed sempiterni, cuius nemo potest esse pater nisi Deus, qui in eo omnes sanctos generat: propter quod eorum mors natalis dicitur. *Princeps pacis*: id est, mediator Dei & hominum, qui Deo, & Angelis nos reconciliauit: quod factum est in ascensione, quando naturam humanam assumptam cum diuina in dextera Dei exaltauit.

Mar. 2.
2 Paral. 6.
1. Cor. 1.

K *Bellum carnis aduersus spiritum.*

SERMO SECVNDVS ET POmeridianus eiusdem diei, & in ordine XVIII. Per Thema præcedens.

Quare Christus voluit fieri homo.

QVæritur, quare Deus voluit, vt simul in vnum essent diues natura diuina, & pauper natura humana: ita quod Deus fieret homo, & assumeret nostram miserrimam naturā? Respondetur, quod propter multa. Primo quidem, vt nostrum amorem alliceret. Nam prius hominem fecerat ad imaginem & similitudinem suam: vt homo in Deo delectaretur: sicut simile suo simili applaudit. Sed quia iam imago illa decolorata erat, nec in ea delectabatur homo, Deus non se ad similitudinem hominis fecit, sed verum hominem: vt in eo delectaretur homo, & amaret eum. Secundo, vt humanā naturam nobilitaret. Prius clamabat ad Dominum natura vilis: *Vide Domine & cōsidera, quoniam facta sum vilis*. Post incarnationē dixit Christo: Cum gloria assumpsisti me: & sic facta sum gloriosa. Sicut ignobilis mulier sublimatur, cum à viro nobili in matrimoniū assumitur. Ex quo patet, quod omne peccatum post incarnationē grauius est quā ante: sicut ignominio-

Thren. 3

minioſius eſt viro nobili viliter agere, quàm ignobili. Natura igitur prius pedibus Sathanæ ſubſtrata, nunc per Incarnationem ad meritum Angelorum eſt ſublimata. Tertio, vt caro per carnẽ liberaretur, & pro genere humano de ſuo ſumeretur in redẽptionis pretium, vt inde remedium fieret, vnde vitium contractum eſt, & in eodem monſtraretur & peritia medici, & iuſtitia redempti: quando de ſuo, & ſanando inuenitur remedium, & pretium redimendo. Quarto, vt de noſtra mortalitate ſuſciperet vnde mori poſſet vita pro mortuis: vt ſuam immortalitatẽ nobis conferret, & quod in filium Dei nõ potuit perpetrari, in filium hominis poſſet admitti. Quinto, vt Deus familiarius ab homine diligeretur: & vtroque ſenſu in Chriſto beatificaretur & reficeretur, oculus cordis in eius diuinitate, & oculus corporis in eius humanitate, vt ſiue ingrederetur, ſiue egrederetur, paſcua inueniret natura ab ipſo condita. Sexto, vt illa diuina potentia facilius ab homine ſuſtineri poſsit, & vt homo, cui parum legis & prophetarum præcepta profuerant, promptius ſalutem ſuam quæreret, cum ad eam ſaltus ipſa veniſſet, & qui miſſo toties de cælis non corrigebatur imperio, præſentiæ ſaltem inſtrueretur exemplo. Septimo, vt à diabolo difficilius agnoſci poſſet. Ideo enim ſub formæ ſeruilis abiectione latuit Deus: vt doloſum ſupplantatorem ſuis vicißim fraudibus irretiret, & humanæ auidam perditionis inexplebilem beſtiam per eſcam carnis illuſit. Sic Daniel draconem (quia diaboli ſpeciem præferebat) cibi virtute conficit: faciens de pice & adipe, id eſt, de duabus ſubſtantijs vnam offam, qua aſſumpta, quod putabatur cibus, interitus fuit. Sic ſapientia vicit malitiã, & carbones congeſsit ſuper caput peccatoris. Qui enim arte ſua ſophiſtica nos ſpe deitatis promiſſæ deceperat, dicens: *Eritis ſicut dij*: nunc per oppoſitum carnis obiectione decipitur, qua velatus Dominus hodie ex virginis vtero tamquam ſponſus de thalamo ſuo proceſsit. Et licet cælatum ſit myſterium diabolo, ipſum tamen voluit Dominus reuelari hominibus. Prius quidem obſcure, ſcilicet antiquis patribus. Vnus eorum dicit: *Aſpiciebam in viſione noctis*. Alia eſt viſio noctis, alia diei. Antiqui enim patres viderunt incarnationis myſterium per noctẽ. Nam non poterant reuelata facie magnitudinẽ gloriæ Dei aſpicere. Sed poſtea clare manifeſtatum eſt, quando antiquus dierum ſedit in humanitate per Incarnationem & Natiuitatem. Tunc enim quod erat occultum, factum eſt in Eccleſia manifeſtũ, cooperante ad hoc Virgine Maria: ex cuius puriſsimis ſanguinibus formatum eſt corpus Chriſti, & hodie terris effuſum, quam ſalutabimus. Notandum, quod Dominus volens ex miſericordia ſua reconciliari homini, per internuncios quæſiuit quid homo contra eum haberet. *Populus meus quid feci tibi, aut quid moleſtus fui, reſponde mihi?* Et per Hierem. *Quid vultis mecum in iudicio contendere? omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus*: & per hoc peccatum: quare indignaris aduerſum me fauilla, & cinis? Certe *indignatio eius pluſquam fortitudo eius*. Sed ad hæc natura humana ſex formauit querimonias per aduocatos ſuos: quas per eoſdem Deo propoſuit. Querebatur itaque primo, quod Deus nimis eſſet abſconditus: ideo difficile inueniebatur. Et hoc per aduocatum Eſaiã: *Vere tu es Deus abſconditus*. Ac ſi diceret homo: Tu me quæſiuiſti in dimidia die, & inueniſti, dicens: *Adam vbi es?* Ego iam te per quinque millia annorum quæro, & non inuenio, teſte Iob dicente: *Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum?* Teſte etiam Dauid, inquirẽte: *Quare faciem tuam auertis: obliuiſceris inopiæ noſtræ?* Quid ergo tanto tempore abſcondis te, & ſapientiam tuam à nobis? Ex teſtimonio enim Sapientis: *Sapientia abſconſa, & theſaurus inuiſus: quæ vtilitas in vtriſque?* Hoc autem confitebatur quo ad vtrumque, ſcilicet quod erat abſconditus, *Faciem meam videre non poteris*. Non enim

Dan. 7.

Mich. 7

Iud. 3.

Eſa. 16. B

De ſex querimonijs naturæ humanæ ſopitis in Natiuitate Chriſti.

Eſa 45.

Gen. 3.

Dan. 14

Gen. 3

Iob 13.

Pſal. 43

Eccl. 20

Exo. 33.

enim videbit me homo, & viuet. Et quod
Oſee 5. homo ab eo non abſcondebatur. *Ego ſcio Effraim, & Iſrael non eſt abſconditus a me.* Sic ergo, vt videtur, iuſte conquerebatur homo de Deo. Secundam querimoniam formabat de hoc, quod nimis erat altus; ideo ad ipſum cum difficultate pertingebat, ipſum inuocando, & deprecãdo pro negotijs ſuis. Et hęc proponebat aduoca
Pſal. 92 tus Dauid, dicẽs: *Mirabiles elationes maris*, id eſt, tribulationes in profundo huius ſæculi, & tamen mirabilis in altis Dominus; qui etiam conturbat ipſum mare: quare difficilis ad aggrediendum his qui
Cant 5. in imo poſiti ſunt. De quo ſimiliter conquerebatur ſponſa in Cant. *Quæſiui illum, & non inuẽi: vocaui, & non reſpondit mihi.* Cauſam aſsignare videtur Dauid in
Pſal. 90 Pſalm. *Altiſsimum poſuiſti refugium tuum.* Quod confeſſus eſt ipſe Deus. Primum
Eccl. 24. ſcilicet prodidit, dicens: *Ego in altiſsimis*
Eſa. 51. *habitaui.* Secundum vero Eſaiam: *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare: & intumeſcũt fluctus eius.* Tertiam quærimoniam de eo formare videtur, quia nimis magnus: ideo difficilius laudari poteſt. Hoc per ſapientem Ieſum Ioſedech propoſuit Eccl. *Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum poteſtis. Maior eſt enim omni laude.* Et ſequitur: *Ne laboretis. Non enim comprehendetis.* Et huic conſonat opinio
Pſal. 47 ipſius Dauid dicentis: *Magnus Dominus & laudabilis nimis.* Te enim debeo laudare, & præ magnitudine tua ſicut debeo non poſſum. Et hanc magnitudinem ipſe-
Hier. 23 met confitetur, dicens: *Numquid non cælum & terram ego impleo, dicit Dominus.* Quartam querimoniam formabat de eo, quod nimis fortis erat ideo difficile tolerabatur. Hoc propoſuit per aduocatum
Iob 9. Iob: *Si fortitudo quæritur, robuſtiſsimus eſt.*
Iob 23 Et inde Iob ſentiens hanc fortitudinem ſibi aduerſam, dicebat: *Nolo multa fortitudine contendat mecũ. nec magnitudinis ſuæ mole me premat.* Inde deficiens Dauid di-
Pſal. 38 cebat: *A fortitudine manus tuæ ego defeci.* Ideo de Domino ſuo meritò cõqueri videbatur natura humana: quod vix tolerari poſſet. Quintam, quia nimis facundus eſſet; ideo difficile conueniretur. Et hoc per aduocatum Iob: *Si voluerit quis* Iob 9.
contendere cũ eo, non poterit ei reſpondere vnũ pro mille. Vnde & Moyſi dicit: *Quis fecit os* Exod. 4.
hominis? Ac ſi diceret: Et ſi es impeditæ linguæ, ego tamen facundus ſum. Sextam vero, quia nimis iracundus, ideo difficile placaretur. Et hanc per Iob iterũ proponi
fecit: *Deus, cuius iræ reſiſtere nemo poteſt.* Et Iob 9.
per Dauid in Pſ. *Quis nouit poteſtatem iræ* Pſal. 89
tuæ: & præ timore tuo iram tuã dinumerare? quaſi dicat: Septuaginta millia hominum pro vna modica ſuperbia vna die occidiſti. Et Moyſes huius eſt teſtis: *Miſiſti iram* Exod. 15
tuam, quæ deuorauit eos ſicut ſtipulam, & in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ: imo quaſi omnes præter duos occidiſti in deſerto. Pſal. *Ipſi vero non cognouerunt vias* Pſal. 94
meas, quibus iuraui in ira mea: ſi introibũt in requiem meam. Quæ omnia audiens Dominus, ſtatuto tempore diſpoſuit ad has querimonias ſatisfacere. Hoc autem fuit in die natalis ſui, iuxta illud: *At vbi ve-* Gal. 4.
nit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum. Igitur vt primam placaret querimoniam, naſcitur Dominus in humana ſpecie, & in domo aperta, vt ab omnibus inueniretur. Sicut enim ſol diu aliquando latet in nubilo, qui tandem clare hominibus reuelatur: ſic Deus, qui ab origine mundi hominibus latuerat, in natiuitate ſua publice eſt reuelatus, iuxta illud Simeonis: *Viderunt oculi mei ſalutare* Luc. 2.
tuum. Contra ſecundam reclinatur in præſepio humili: vt facile inuocetur. Inde eſt quod non ſolum Magi & reges, ſed & ſimplices ad eum adorandum & inuocandum acceſſerunt, & tandem nouiſsime peccatores & publicani. Sicut enim dicit Bernard. Niſi gigas ille magnus in terra ſediſſet: ad eum populus nõ acceſsiſſet. Ideo nunc conſulit aduocatus noſter Eſaias: *Quærite Dominum, dum in-* Eſa. 55.
ueniri poteſt, contra primum. *Inuocate eum, dum prope eſt*, contra ſecundum. Contra tertium, ſcilicet magnitudinem eius, hodie paruulus factus eſt: ideo pro

paruo

paruo pomo placari poteſt. Contra quartum, ſcilicet fortitudinem, pannis inuoluitur, & manus & pedes faſcia ſtringit mater Et ideo cum paruulus eſt & ligatus, accedere potes ad curiam eius, & te repellere non poterit. Nam ſi aſcenderit in cælum, fortior eſt. Et ſi adhuc times ne propter fortitudinem faſciam fragat, permittit ipſe manus & pedes cruci affigi. Contra quintum, ſcilicet facúdiam, *Luc. 2.* iam inuenitur infans. *Inuenietis infantem:* & ſic loqui naturaliter impotentem. Propone ergo ei quod vis, quia eo modo ſe defendere non poterit. Vltimo vero, cóntra iracundiam, puer inuentus eſt: qui cito placari poteſt. Et propterea generaliter de omnibus iſtis querelis facta eſt reconciliatio inter Deum & hominem: cum ſororem noſtram humanitatem noſtram in vxorem accepit, tãquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, id eſt vtero virginco. Et quando ipſe diues pauperi non potenti ſoluere iunctus eſt. Tunc enim ſimul in vnum diues & pauper. Reſtat nunc conſequenter loqui de alijs duabus mirabilibus coniunctionibus, quæ hodie factæ ſunt. Quarum prima fuit coniunctio maternitatis cum virginitate. Hoc dixerat longe ante Eſaias, cum dedit ſignum idololatræ regi nolẽti *Eſa. 7.* quærere, ne Deus glorificaretur: *Ecce* (inquit *virgo concipiet*; & hoc dicit textus. Factum eſt, vt impleti ſunt dies Mariæ, & peperit filium ſuum primogenitum. Primogenitum in multis fratribus, non *Eſa. 66.* ſolum de patre, ſed de matre. *Numquid parturit terra in die vna, aut pariet gens ſimul? quia parturiuit Sion filios ſuos*: id eſt, Maria, quæ ſpeculata eſt humanitatem vnitam deitati. Non enim vult ſpurios habere filios, ſed legitimos, qui de Maria amaritudinis pœnitentiæ hæreditatem habeant, vt perueniant ad hæreditatem patris. Inde & de Maria: Ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Notantur autem ibi multa pulchra iocalia, quæ dedit Deus Pater beatiſsimæ Virgini in hac ſacra Natiuitate. Primum eſt,

C Maria habuit multa iocalia ſeu prærogatiuas in

quod ex Maria naſcitur & in Maria ſine peccato. *Quod enim in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt.* Et: *Ideóque & quod naſcetur ex te ſanctum.* Differt lumen quod oritur ab igne & quod à ſole, quia ab igne ſemper habet fumum, & aliquam impuritatem admixtam: ideo dicitur infumatum à Philoſophis, & hoc quia eſt in materia aliena. Non ſic quando in materia propria vel quando procedit à ſole. Sic eſt de Natiuitate filij Dei: quia ſplendor ſuæ natiuitatis fuit à ſole egrediens. Sicut lumen clare & lucide abſque corruptione oritur à ſole, ſic Chriſtus ex virgine. Non ſic de natiuitatibus aliorum hominum, quia cum fumo originalis peccati. Secundum eſt, quod ſine corruptione peperit, vt eſſet mater & virgo. In alijs enim mulieribus naſcente fructu cadit flos virginitatis: ibi autem flores eius fructus honoris virginalis & honeſtatis maternalis. Homo enim primus fuit de terra virgine nec culta nec inciſa: ſic debuit & ſecundus homo. Præterea terra ſine ſemine ſolet producere plantam ex ſola influentia ſuperiori, & terra humorem & materiam miniſtrante, quare non Maria ſimiliter? Præterea ſcriptum erat: *Ero quaſi ros, & Iſrael germinabit ſicut lilium* Sicut autem ros lilij candorem aut decorem non minuit, ſed potius auget & nutrit; ſic Dei filius Mariæ puritatem & virginitatem non minuit: ſed & auxit & decorauit. Item virga Aaron ſine quolibet adminiculo fructificauit: ita Maria. Nos quidem ſumus genimina viperarum penetrantes & corrumpentes viſcera materna: non ſic Chriſtus, qui ſine quacumque corruptione clauſtrorum virginalium & conceptus eſt & natus. Tertium eſt, quod ſine dolore peperit. Patet primo, quia *antequam parturiret peperit. Quis audiuit vmquam tale: aut quis vidit huic ſimile?* In cæteris mulieribus inter conceptum & partum media eſt parturitio. Hæc autem ſine parturitione edidit eum. Et hoc eſt quod

Natiuitate Chriſti. Matt. 1 Luc. 1.

D Maria peperit ſine corruptione

Oſee 14.

Eſa. vlt.

Angelus

Luc 1. Angelus ait: *Ecce concipies in vtero, & paries filium:* de parturitione nullam faciens mentionem. Hinc Bern. Quid enim mirum, si dolorem non intulit matri, qui Esa. 53. venerat tollere dolores totius mundi? *Vere languores nostros ipse tulit.* Secunda probatio est, quia libido in prima matre fuit causa doloris. Hinc propter libidinem & concupiscentiam inordinatam, quam habuit, dictum est ei in pœnam. Gen. 3. *In dolore paries filios.* Sed in Marię conceptu non fuit libido: ergo nec effectus debuit esse. Hæc ratio Richardi de S. Victore. Præterea si Iudæi concedunt Euam de latere Adæ productam sine dolore ipsius Adę: cur dicunt potentiam Dei diminutam, vt non possit secundum Adam de muliere sine dolore producere? Præterea nõne decuit imperatricem cæli esse liberam & priuilegiatam circa maledictionem, quæ cæteris illata est mulieribus: vt in dolore parerent filios suos? In cuius signum statim Maria inuoluit puerum: quod non possent facere aliæ mulieres propter impotentiam, imo vix semiuiuæ remanent in puerperio. Quartũ est, quod sine grauamine portauit Christũ. Inde canit Ecclesia. Stat onerata nobili onere Maria. Sicut enim auis portat plumas, sed non grauatur; imo portatur ab eis: sic & Maria à Christo portabatur. Hinc est quod ipsa grauida statim ascendit montana cum festinatione, vt visitaret Elizabeth. Quintũ est, quod habuit tractare eũ, qui erat verus filius Dei. Vnde pãnis eum inuoluit, Cant. 5. & lactauit. Dicit enim Dominus: *Bibi vinum meum*, id est passionis meæ, quod mihi soli proprium fuit: quia passus sum sine peccato, cum lacte meo, scilicet virgineo, quo solo pastus sum. Nam sola virgo lactauit Christũ: propter quod designatur per Moysem, qui nullius alterius mulieris præterquam propriæ matris voluit mammas sugere: vt dicunt Hebræi. Inde Cant. 4. dicitur: *Quam pulchra sunt mamma tua*, id est, cum quanto honore extollendæ, cum quanta dilectione amplectendæ. Ideo dicatur ei: Luc. 11. *Beatus venter qui te portauit: & vbera quæ suxisti:* quia, *esca vniuersorum in eo,* scilicet ventre: & vbera pietatis in ipsa virgine, vt dicat filio: *Cum iratus fueris: misericordiæ recordaberis.* Secunda coniunctio, quæ restat nunc declaranda, & est tertia quæ fuit hodie facta: fuit coniunctio cordis humani & fidei. Mirabilis enim fuit hæc credulitas, vt crederetur, quod Deus esset homo, & quod aliqua mansisset virgo post partum. Sed tamen ad hoc cõuincendum primo fuerũt veteris & noui testamẽti testimonia & promissiones. Magnum enim debebat illud esse, quod ab initio sæculi promissum erat, & per tot tempora quæsitũ, & petitum, & tam dilatum. Inde est quod in matutinis in primis tribus lectionibus adducuntur testimonia veteris testamẽti, in tribus vltimis testimonia noui. Secundo, fuerunt sancti viri, qui hæc ita prędicauerunt & docuerunt: nihil quærentes nisi salutem nostrã. Inde in medijs lectionibus sermones & testimonia sanctorum Patrũ adducũtur. Tertio, testimonia hominũ & Angelorum. Angeli enim dicunt: *Euangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Saluator mundi,* qui non potest esse nisi Deus. Homines autem dicunt: *Transeamus vsque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum est.* Quarto, hoc persuadet vtilitas, quæ nobis exinde secuta est. Filij enim Adæ propria quærunt commoda: & ideo non mirum si allecti sunt ad credendum mysterio Natiuitatis Christi. Nam per Natiuitatem Christi plurima nobis collata sunt beneficia. Primo, quidem illuminata est mens per fidem, quæ prius erat in tenebris ignorantiæ. *Habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis.* Esa. 9. Hinc Ioannes: Ioan. 1. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ante quidem Incarnationem vix videbant homines prope se, scilicet naturalia, & cum magnis erroribus, vt patet in libris Philosophorum: imo nec se nec intra se cognoscebant: quia animam suam quanti pretij erat non agnouerunt. Nunc vero dum exortũ est in tenebris synagogæ vel

Dan 4.

Habac. 3

Luc. 2.

Ibidem.

M

Per Natiuitatẽ Christi multa sunt nobis collata beneficia.

gæ vel gentilium, lumẽ rectis corde, miſericors & miſerator & iuſtus Dominus: homo ita illuminatur, vt nunc videat in terra & in cælo gloriam ſanctorum & Angelorum per fidem: imo & glorioſam Trinitatem: imo vſque ad profundum
Eſa. 9. abyſſi inferni qualitatẽ. Ideo Eſaias: *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem*
Mal. 4. *magnam*. Et Malachias: *Orietur vobis timẽtibus nomen meum ſol iuſtitiæ*: hoc autem
Pſ. 103. naſcendo de virgine. Nam Pſ. *Ortus eſt ſol*, ſcilicet Chriſtus: *& congregati ſunt*, ſcilicet paſtores ad præſepium: quia viderãt huius ſolis vnum radium. *Circumfulſit eos*
Luc 2. *lux de cælo*: & reges ad ſtabulum, quia vi-
Matt. 2 derant alium radium. *Vidimus ſtellam eius in Oriente*: ſacerdotes & ſcribæ ad Herodis palatium, vt iudicarent originis ſuæ locum. Tunc enim ad claritatẽ cœpit ſa-
4 Reg. 2 pientia proſilire. Sicut autẽ Heliſæus ponens ſal in vaſe nouo, ſanauit aquas Hierico: ſic Deus Pater quando in vaſe vteri virginalis poſuit ſal ſapiẽtiæ increatæ, & à vaſe eiectum eſt per natiuitatem: tunc aquæ Hierico, id eſt, ſcientię mũdi & doctrinæ Philoſophorũ, quę per multos errores faciebant terram ſterilẽ intellectus noſtri, per veram fidem fuerunt ſanatæ, & ab omni errorũ genere depuratæ. Vnde legitur quod in principio regni Auguſti Cæſaris apparuerũt tres ſoles in oriẽte: qui paulatim in vnũ ſolare corpus redacti ſunt: ad denotandũ, quod fides trini & vnius Dei toti mundo manifeſtãda eſſet, & tunc fides initianda. Secũdo, per eam roborata eſt ſpes noſtra: ſpes quidẽ
Rom. 8 obtinendi quicquid petimus. *Qui proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiã cũ illo omnia nobis donauit?* Ber. ſup. Cant. Puto iã me contẽnere non poterit hoc os de oſsibus meis, & caro de carne mea. In vitis Patrũ legitur quod quædã mulier cũ veniſſet ad B. Hilarionẽ pro ſterilitate tollenda, & illa fugeret eam: clamauit múlier hunc ſexum non eſſe contemnendũ, qui genuit & peperit Saluatorẽ, & tũc expectauit eam, & obtinuit ei fœcunditatẽ. Secundo, ad ſpẽ veniæ & ſalutis obtinendæ. Hinc clamabat Dauid: *Fiat manus tua vt ſaluet me.* Pſ. 118. Manus enim Dei, quæ operata eſt omnia redemptionis noſtræ opera, facta eſt in Maria, & hodie oſtenſa, quæ tãdiu quæſita eſt. Quęrebat enim Dauid: *Emitte ma-* Pſ. 143. *num tuam de alto, & eripe me*. Exemplũ ad hoc narrat liber de donis. Cũ eſſet fames in Ægypto, & quidã Saracenus pauperibus cõpatiens euacuaſſet horrea ſua, quędam domina, quæ videbatur honeſtiſsima, gerens puerum ſpecioſiſsimum, venit ad eum, rogãs vt benefaceret ei. Et cũ aſſereret nihil ſupereſſe: adiurauit illum per illam dominã, quæ virgo pepererat Saluatorẽ mundi, quod faceret videri ſi adhuc ibi aliquid inueniretur. Cum autẽ pietate motus curreret ad horreũ, inuenit omnia horrea plena: nec vltra dictam dominã potuit inuenire. Quo miraculo viſo, & pueri viſi gratia motus, cũ omni domo ſua baptizatus eſt. Ecce quomodo per viſionem pueri nati ſalutẽ cõſecutus eſt. Tertio, ad ſpem victorię de hoſtibus. *Ecce Deus Saluator meus: fiducialiter agam, &* Eſa. 12. *non timebo*. Quando enim quis eſt in cõflictu, & incipit ſuperari, libenter videt adiutoriũ veniens, quod poteſt & vult liberare ipſum. Sic ante aduentum Chriſti vt plurimum homo ſuperabatur in bello ſpirituali. Inde dicit Adam: *Timui eo* Gen. 3. *quod nudus eſſem*: ſcilicet diuino adiutorio. Nunc autem non eſt ita timendum, ſed magis de victoria ſperandum, quia Pſal. *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Pſal. 22

Tertio, valet principaliter ad charitatem augendam. *Sic Deus dilexit mundum,* Ioan. 3. *vt filium ſuum vnigenitum daret*. Bernard. Quomodo non te moueat ad amorem, ſi recordatus fueris, quia ille, qui erat in forma Dei in die æternitatis ſuæ in ſplẽdore ſanctorum ante Luciferum genitus, ſplendor & figura ſubſtantię Dei, venit ad carcerem tuum, ad lumen tuum infixus (vt dicitur) vſque ad cubitos in limo profundi. Sol enim appropinquans terram calefacit: quanto magis ſi in terra videretur? Sic ſol iuſtitiæ per incarnatiõ-

nem

nem, terram humanitatis noſtræ appropinquans, & in natiuitate ſua ſtans ſuper terram, calefecit terram amore ſuo: vt iam terram appetentes nunc cælum appetant, & terram contemnant. Refert Ioſephus, quod ſic Moyſen venuſtauerat Deus, vt etiam ab hoſtibus alimento dignus haberetur: & adeo pulcher erat, quod nullus ita ſeuerus eſſet, qui eius aſpectu non inhęreret, & multi dum cernerent eum per plateas portari, occupationes, in quibus ſtudebant, deſerebant. Si iſta de Moyſe pura creatura referuntur, quid putandum eſt de exteriori & interiori huius pueri pulchritudine: de quo ſcribitur: *Speciosus forma præ filijs hominum*. Propter cuius amorem & dulcedinẽ multi non ſolum ſuas mundanas occupationes, ſed etiam mundum ipſum dereliquerunt. Inde eſt, quod paſtores audito ortu eius, ſuos greges dereliquerũt, & reges terram ſuam, & Simeon totum mundum deſerere cupit, quem hic ſola eius expectatio detinebat. Quarto, per hanc natiuitatem debilitata eſt virtus inimici noſtri. Pſal. *Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi*. Hi ſunt dæmones, qui quærunt à Deo promiſſionem tentandi & deuorandi homines: ſed ſequitur: *Ortus eſt ſol & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur*: id eſt in locis, quibus detinentur, ne ad voluntatem noceant nobis. Vnde in libro de dono pietatis legitur, quod ſanctus Edmundus Cantuarien. cum legeret & vigilaret ad ſtudium, & deberet in craſtinum diſputare de incarnatione, apparuit ei diabolus, & cum eleuaret manum vt ſe ſignaret, tenuit eam diabolus, & cum vellet ſe ſignare de alia, tenuit eam ſimiliter. Et cum diceret: Ego me ſigno corde in nomine Patris & Filij, &c. diabolus dimiſit eum. Et cum quæreret ad quid venerat? Reſpondit diabolus, quod ad impediendum eum, ne haberet quid eleganter dicere de eo (quod maxime timebat) qui totam virtutem & potentiam dæmonum attriuerat & confuderat, ſcilicet eius ortus & natiuitas, per ea quæ geſsit in carne. Diabolus enim quondã reputabat ſe gigantẽ, in perſona Roboam ſtulti dicẽs: *Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei*: ſcilicet Dei, qui eſt pater omnium per creationẽ. Sed paruulus puer, ſcilicet Chriſtus de iugo graui impoſito ſuper omnes filios Adam ſubtraxit. Ait enim: *Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant*. Sicut enim pluuia de ſurſum adueniens in terra arida ſupplet eius indigentiam & defectum: ſic filius Dei deſcendens in mundum, terram ſiccã à gratiarum & virtutum humoribus, ſuppleuit eius ſpirituales miſerias & defectus. Et propterea clamat natura humana: *Emitte agnum Domine dominatorem terræ*: quia ſatis habuimus leonẽ & lupum dominantem nobis, & diſsipantem & deſtruẽtem omnia ſpiritualia bona noſtra. Quinto, per eã honeſtata eſt humana natura. *Venerunt mihi omnia bona pariter cũ illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius*. Sicut enim ſol in vere appropinquans facit arbores ſuis radijs & influentia virere, & florere, & fructus multiplices generare; & agricola veniens ad hortum ſuum, ipſumque diligenter excolens & frequentans, honeſtat eum quantum poteſt: ſic ſol iuſtitiæ & cæleſtis agricola Chriſtus, dum per natiuitatẽ ad hortum Eccleſiæ ſuę prędicationis rigare, per rigorẽ & pœnitentiã colere & putare, & per honeſtatẽ vitę refecit. Et inde eſt, quod propter huiuſmodi honeſtatẽ ſancti viri tunc maxime conuerſi ſunt ad laudes & gratiarũ actiones. Tunc enim & paſtores, & reges, & ſacerdotes: Zacharias & Simeõ, imo & Anna & Maria, vt vterque ſexus ad laudandũ cõueniret, tunc maxime decantauerunt, ſed & angeli. Pro nullo enim facto legimus cęleſtẽ militiã ſic cantauiſſe. Sicut autẽ in nouo tẽpore, ſcilicet verno, circa ortum ſolis noua tactæ dulcedine volucres magis concinũt: ſic viri ſpirituales circa ortum veri ſolis. Nã magna erat dignitas Deũ homini ſic con-

F Nota de Moyſe.

Pſal. 44

Pſ. 103.

3. Reg. 12

Ioan. 10

Eſa. 16.

Sap. 7.

Digitized by Google

coniungi, quod de Angelis nō eſt auditū. Hebr. 2. *Nuſquā angelos apprehēdit, ſed ſemē Abrahæ apprehēdit.* Et ratio huiuseſſe poterat: quia nō reputantur deliciæ cibi de animalibus domeſticis, ſed bene de ſilueſtribus; Angeli autē per gratiam ſemper fuerūt ſibi domeſtici: homines vero ſilueſtres per peccatū ſemper à Deo fugiētes, qui capti ſunt aucupio crucis, & venatione & latratione prædicationis. Propter quod voluit delicias ſuas eſſe cū filijs hominū, nō vnitas Angelicæ naturæ. Inde eſt quod nūc multo grauius peccāt luxurioſi, quādo incarnatus eſt Chriſtus, quā ante quādo ita atrociter puniti ſunt in diluuio & in Sodomis: quia ex incarnatione & natiuitate filij Dei multū dignificata eſt humana natura. Et propter hoc dicitur quod in nocte natiuitatis per totū mūdum interempti ſunt omnes Sodomitæ. Sexto, valet ad conſolationē fideliū hæc memorata & recitata natiuitas. Psal. 96 *Lux orta eſt iuſto, & rectis corde Lætitia.* Aug. Magna eſt conſolatio mēbris ex capite. Hinc hodie canit Eccleſia: Eſa 40. *Conſolamini, cōſolamini populę meus, dicit Deus veſter*: Et ſtatim ſubdit cauſam: *Suſcepit de manu Domini duplicia.* ſcilicet humanitatem & diuinitatem pro omnibus peccatis ſuis: quia ad ea deſtruēda venerat. Ad conſolationē pauperū & deſpectorū natus eſt, qui pauper natus eſt, vilibus indutus pānis, nō agnitus ſed Psal. 11. contemptus. Psal. *Propter miſeriā inopum & gemitum pauperū nunc exurgam,* ſcilicet ex matre, dicit Dominus. Sed, ſecundum Bernardum, non omnes cōſolatur Chriſti natiuitas. Non enim conſolatur Chriſti infantia garrulos, nō cōſolantur Chriſti lachrymæ cachinantes, non conſolātur panni eius ambulātes in ſtolis, nō conſolantur ſtabulū & præſepe amātes primas cathedras in ſynagogis. Et ſequitur: Quā multi hodie auro & gēmis fulgebāt, ſicut hodie fugēt altaria. Putas ad eos diuerterūt Angeli: imo ad pānoſos declinabant. Magis enim paſtoribus apparuerūt, quā terrę regibus, quā tēpli ſacerdotibus. Vnde & Angelus hoc maxime atteſtatur, cū dixit: *Annūcio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator.* Luc. 2.

Quare potius naturā humanā quā Angelicam ſuſcepit Chriſtus.

DE EODEM FESTO NATIVITATIS Domini Sermo 3. & in ordine 19. Per Thema.

APprehendent ſeptem mulieres virum vnum in die illa. Eſa 4. Salomō dixit: *Tria ſunt mihi difficilia. & quartū penitus ignoro. Viam aquilæ in cælo, viā colubri ſuper petrā, viā nauis in medio mari, & viā iuuenis in adoleſcentia.* Pro. 30. Sicut enim aquila trāſiens per aērē nullū ibi relinquit veſtigiū, nec coluber ſuper terrā aut petrā, nec nauis in mari: multo magis nec vir iſte trāſiēs per adoleſcētulā virginē. In primis tamē tribus eſt apertio manifeſta & diuiſio patēs intellectui humano: licet non ſenſui, ſaltē dū tranſijt. Sed hic neutro modo apparet via. Et ideo dicit Salomō ſapiētiſsimus, ſe penitus ignoraſſe incarnationis & huius ſacratiſsimæ natiuitatis myſterium. Incepit enim via viri huius in adoleſcētula in incarnatione, & terminata eſt in natiuitate: quæ via in alijs omnibus eſt pollutā: iuxta illud Pſ. *Ecce enim in iniquitatibus cōceptus ſum:* Pſal. 50. ſed via Chriſti fuit mūdiſsima. Pſ. *Deus meus, impolluta via eius:* & ſic huius viæ tā mediū quàm extrema ſunt incognita. Principiū occultauit virginitas: ſcilicet conceptū eius: extremū formoſitas: medium matris integritas. Concepit enim cū virginitate, trāſmiſit cōceptū ſine apertione. Vnde canit Eccleſia: Porta clauſa poſt & ante, via viris inuia. *Conuertit ad me viā portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad orientē, & erat clauſa.* Ezech. 44. Et quia peperit ſine dolore, ideo ſine faciei decoloratione, quę eſt pulchritudinis corporalis cōplementū. Hinc admirās ipſe Sapiēs exclamabat: *O quàm pulchra eſt caſta generatio;* Sap. 4. quaſi dicat: Si concepit, quomodo caſta: ſi peperit, quomodo pulchra, & nō potius pallida. Sic igitur allegat Salomon omniū ſapientiſsimus ignorātiam: Eſaias vero impotentiā: *Generationē eius quis enarrabit?* Eſa. 53. quaſi dicat: Nullus. Baptiſta ve-

A Myſterū incarnationis & natiuitatis eſt inſcrutabile.

sta vero, quo nullus maior inter natos mulierum, allegat indignitatem: *Venit fortior me post me, cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorũ eius* Si ergo Salomon sapientissimus hoc ignorauit. Esaias secretorum Dei maxime conscius & labijs tersus ad hoc tractandum se confitetur impotentem. Ioannes Baptista omnium sanctissimus se iudicat indignum, qui hoc propalet mysterium: quid à me exigitur in hac tã excellenti materia tractandum, qui peccatorem & ignorantem me profiteor? Sed qui facit vt cæci videant, & surdi audiant, & muti loquantur, vt spero, aperiet oculos meos, vt hoc sacratissimum mysterium aliqualiter videam: & linguã, vt quouismodo loquatur: & vobis aperiet aures, vt intelligatis: & hoc meritis intactissimę virginis matris, in cuius vtero factum est hodie matrimonium illud admirabile, in quo apprehenderunt septem mulieres virum vnum, quam salutabimus. Quæritur, cum vir importet ætatem perfectam, qualis non erat in Christo paruulo in vtero matris existente, quomodo potest ei cõuenire Thema nostrũ, in quo dicitur: *Apprehendent septem mulieres virum vnum?* Respondetur primo, quod ab instanti conceptionis Christi fuerunt in eo omnia dona gratiarum, ita quod tantam sapientiam, tantã virtutem habuit conceptus, quantam adultus. Probatur primo per illud: *Omnis sapientia à Domino Deo est, & cũ illo fuit semper.* Non ergo eum deseruit, quando opus summæ sapientiæ compleuit. Secundo, patet hoc idem in Hiere. *Nouum creauit Dominus super terram, femina circumdabit virum* perfectũ, scilicet virtutibus & scientijs: quod si ignorantem creasset, nõ fuisset nouum, sed antiquũ. Tertio, hoc patet per illud: *Plenũ gratiæ, & veritatis.* Prius tamen ait: *Verbum caro factum est*, quasi vellet dicere, quod verbum caro factũ est, & tunc fuit plenum gratiæ & veritatis, id est virtutibus & scientijs. Nã, *plenum*, construendo grammaticaliter, nõ videtur posse referri ad aliud substantiuum, quàm ad, *Verbum caro factũ*. In nobis autem gratiarũ dona successiue acquiruntur & paulatim. Nemo enim repente fit summus. Inde dicitur: *Omne datum optimũ & omne donũ perfectũ desursum est descendens* guttatim & in modum pluuiæ, & non subito & simul: vt ibi dicit quædam glos. Deutero. 32. *Quasi imber super herbam & quasi stillæ super gramina, fluat vt ros eloquium meum*, quæ guttatim omnia descendunt. Dicitur secundo, quod in instanti suæ conceptionis fuit vir in membris suis perfecte lineatus & compositus. Patet primo, quia si in seminibus corruptis non introducitur anima nisi in corpore perfecte organizato, à fortiori, neque Spiritus sanctus eam introducit, nisi corpus fuerit perfectũ. Secundo, quia hoc fuit opus Spiritus sancti, Dei autem perfecta sunt opera. *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Sola enim Maria Spiritu sancto operante ipsum membris cõclusit. *Gyrum cæli*, id est, illum qui omnia claudit, *circumiui sola*, & vestiui carne virginea. Hinc clamabat Eccl. *Innoua signa, immuta mirabilia.* Et vere immutata sunt, quia à principio voluit homo miraculo diabolico fieri Deus, & nunc econtrario Deus factus est homo: à principio de viro facta est mulier perfecta, nunc de muliere vir perfectus. Tertio, quia non est dignum respectu & consideratione animarum sanctarum, quod virtutibus & donis Dei vacuum est, sed quod opulentum est. Hoc enim dignum est visione animarũ sanctarum: sed *felix sterilis*, scilicet Maria virgo, *& incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum*, id est dignum consideratione animarum sanctarum. Oportuit ergo quod tunc plenus esset virtutibus & perfectus, & ita merito vir appellandus secundum Thema præassumptum, *Apprehendent septem*, &c.

Septem istæ mulieres, quæ Dominum Iesum dicuntur apprehendisse in die vna, sunt septem virtutes, quas ipse in sua

Mart. 1.

Esa 4.

B
Christus fuit vir in conceptione.

Eccl. 1.

Hier. 31

Luc. 2.

Luc. 1.

Eccl. 24

Eccl 37

Sap. 3.

Digitized by Google

ſua conceptione & natiuitate habuit, cũ quibus quodam matrimonio ſpirituali iunctus eſt, de quatuor tribus primis hoc ſermone matutino dicetur: de quatuor vero reliquis ſermone pomeridiano. Prima ergo mulier, quæ hunc Dominũ apprehẽdit, fuit de prima ſubiectio, quę etiã hunc in vtero exiſtentẽ deſponſauit. Cũ enim eſſet ſummus & regũ maximus, & priuilegio vtens, quo nemo regum vſus eſt, quia cõceptus & natus de virgine immaculata, nihilominus extremam ſubiectionem pati voluit. Aliqui tributa ſoluunt, ſed cum iam magni ſunt, iſte cũ eſſet adhuc in matris vtero. Aliqui in domibus ſoluunt, iſte deportatus eſt per lõgas vias ad tributum ſoluendũ. Et vt magis pẽſetur hęc ſubiectio, Euangeliũ Miſſæ maioris explanat. Nã ille, qui genitus ab æterno ex Patre Deo eſt, per quẽ omnia facta ſunt, & conſeruãtur, & viuunt, qui illuminat omnia, hodie omnium humillimus in vtero adhuc exiſtens ſubiectionẽ patitur. Diſcant ergo ſubiectionẽ impendere pueri parentibus, ſcholares magiſtris, ſeruidominis, religioſi patribus ſuis, Chriſtiani prælatis & principibus ſuis, & ne murmurent in eos: quoniam propter talẽ ſubiectionẽ nõ murmurauit Dominus omniũ. Secundo, diſcant reges & principes ſuper ſe habere ſuperiorẽ, & poſtea ſubtus ſe reſpiciant inferiorẽ. Signum eſt beſtię, ſemper ſub ſe & inferius reſpicere & numquã ſupra ſe. Hoc enim non faciebat ſanctus ille Cẽturio, de quo Matth. *Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus.* Hoc enim primo cognouit, & deinde reſpexit inferius, cũ dixit: *Habens ſub me milites, & dico huic Vade, & vadit; & alij Veni, & venit.* Sic legitur de Octauiano, quod tẽpore Chriſti voluit eũ populus adorare vt Deũ, & dominũ vniuerſi orbis appellare, propter pacis ac bonorũ abundantiã. At ille vocans Sibyllam Tiburtinam ſapientẽ & prophetiſſam, quę ſiuit ab ea, ſi eſſet in orbe maior illo. Illa vero: Oſtendã (inquit) tibi hodie maiorẽ te. Cũ ergo eſſet meridies circa tẽpus natiuitatis Chriſti, anno 42. imperij eius, oſtẽdit ei in circulo ſolis virginẽ geſtante in gremio puerũ. Tũc dixit ei: Hic te maior eſt, hunc vt Deũ adora: & in illo loco poſtmodũ fundata Eccleſia, quæ dicitur S. Maria de Ara cæli. Et ex illo tẽpore inhibuit Cęſar, ne vt Deus colerętur, aut dominus orbis appellaretur: ſed ſolũ patrię pater. Nũc vero principes ſolũ reſpiciunt ad inferiores, ſicut vulpes ad gallinas, capones, & anſeres; nõ ſurſum ad accipitres: & forte quia ſunt macilẽti, & inutiles ad comedẽdũ. Sed licet parui raptores ſint huiuſmodi, tamẽ magni aliquãdo conuertũtur in ardeas. Ideo bene plumãtur, & comedũtur tales. Vtinã ad illos fieret reſpectus, nõ ita ad populũ deuorãdum. Tertio, diſcãt reges, imperatores & præſides, ſubditos regere cũ modeſtia & manſuetudine, & nõ cum crudelitate, ne fortes inter eos Chriſtũ opprimant. Nã & Dominus Ieſus inter ſubiectos inuentus eſt. Sed modo verendũ eſt, ne ſubditi ſicut oues reputẽtur, qui bene herba paſcuntur; quia ita neceſſe eſt illis, eo quod omnis victus eorũ tollitur ab eis: ſed tamen hoc Dominus tollit ad eorũ vtilitatẽ, quia ſunt ſani: alij magni comeſtores, vt plurimũ ęgri, & ſemper medicorũ cura egẽt. *Aduuuit pauperẽ de inopia.* Eſt autẽ ſubiectio triplex, quædã culpabilis, cum quis peccatis ſubditur, & poſt concupiſcentias ſuas vadit, ſicut lecator poſt meretricẽ; contra præceptũ Sapiẽtis: *Poſt cõcupiſcentias tuas nõ eas.* Sed hãc ſubiectionem non apprehendit Dominus, quia *in malenolam animã non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Secunda eſt laudabilis, qua quis Deo ſubijcitur: & iſtã Dominus per omnia aſſumpſit, quoniã factus eſt per omnia patri ſuo obediẽs vſq; ad mortẽ à ſuæ conceptionis inſtãti, & propter hãc cõceptionis humiliationẽ omnia nobis impetrauit. Sic ſi volumus habere aliquid à Domino, nos ſubdamus eius voluntati. *Subditus eſto Domino, & ora eum*, & hoc iuſtũ eſt: quia *iuſtũ eſt ſubditũ eſſe Deo*. Si enim regi terreno pro modi-

c De ſubiectione Chriſti in natiuitate.

Matt. 8

Nota hi ſeriam.

D Triplex eſt ſubiectio.

Pſ. 106.

Eccl. 18.

Sap. 1.

Pſal. 36

2. Matth. 9.

ea ſpe retributionis trāſitorię, in tot moleſtijs & anguſtijs ſubdi, reputēt milites
Iob 36. eſſe delicias, iuxta illud Iob: *Eſſe ſub ſentibus delitias cōputant*, quanto magis reputare debemus delitias, eſſe ſubditos voluntati Domini Dei noſtri? Tertia eſt tolerabilis, ſcilicet imperatorum, regum, & dominorum, quā humani generis creator adhuc ex vtero matris accepit, nobis exemplum donās, vt ſuperiorum ſubiectionem nō dedignemur, ſed eis obediamus.

E *Exēplo Chriſti debemus principibus & prælatis ſubiici.*

Si enim te plāgas de alijs, & alijs maledictionibus, vide Dominum tuum, qui cōpulſus eſt adhuc in vtero matris exiſtens extra ſuā habitationē ire ad 18. leucas ad perſoluēdum tributum. Nō dedignentur propterea minores eſſe ſubditi ſuperioribus ſuis, quādo humani generis redēptor dignatus eſt collum ſubmittere. Non enim communiter dedit natura cornua ouibus, ſed ſolum arietibus: nec carnes arietū ſunt delicatæ, & eſibiles, ſed bene ouium: quia tales comeſtores non comeduntur, ſed bene ſimplex populus. Nec tamen debēt inferiores cōtra ſuperiores habere cornua, nec rebellare. Sed modo multi videntur ſimiles igneis vaporibus, & aēreis, vel exhalationibus, de quibus loquitur Ariſt. 1. Meteo. quæ ſunt reclu ę infra cōcauitates terrę: ſed locum ſurſum appetentes, & eſſe ſub terra abhorrentes exitum quærunt: & omnia concutientes terræmotum faciunt, & cum violētia ſupra aſcendunt. Sic ambitioſi religioſi & inutiles in Eccleſia vel in dignitate aliqua dedignantur eſſe in ſtatu depreſſo, & ſub ſuperioribus ſuis: ideo libertatē quærentes, vt faciant quęcumq; voluerint, vt videmus in diſſolutis religionibus, terræmotus, id eſt, lites & cōcuſsiones appellationū & tribulationū in domibus ſuſcitāt, vt ad alta aſcendāt: & ita aliquādo, quod domus ſupra ſe inuicē cadāt propter diſſenſiones & diſcordias. Et mirabile eſt modo, quod de diſciplina religioſorū appellatur ab Abbate immediate ad curias ſęculares: ita quod modo nulla penitus eſt diſciplina, aut ſubiectio, nec regula obſeruata. Diu eſt quod diabolus eſt in poſſeſsione taliū: & adhuc erit per huiuſmodi appellationes. Quicquid ſit, ſol nō tollit lumē ab aſtris, imo inflāmat quantū poteſt & illuſtrat ea: ſic nec iuſtitia ab alijs tollere debet quod rigoris eſt. Sed ſi forte hæc nō fierēt, nō eſſent tot venatores in curijs illis: nec caperētur beſtiæ rubeæ ſicut capiūtur nunc. Quomodo autē ſubiectionē iſtā ſibi aſſumpſit Dominus, declarat textus Euāgelij. Nā poſt edictum factum à Cæſare Auguſto, aſcēdit Ioſeph de domo & familia Dauid cū vxore prægnante. Non ſine cauſa dicitur Ioſeph de domo & familia Dauid, vt diſcāt quiſunt de magno genere nō ſuperbire: quādo tā ſanctus vir de tam nobili genere erat ad hoc inductus, vt ſolueret tributū extraneo: neq; confidāt in redditibus, theſauris, & præbēdis: quādo proles tam ſancti viri, ſicut Dauid, ad hanc paupertatē deuenit: vt etiā nō ſolum pro terra, quā tenebat, nō pro mercātijs: ſed & pro perſōna redderet tributum. Olim enim nobiles fuerunt ordinati ad protectionē populi: & huius occaſione data eſt eis terra nobilis, nō ſerua, & ſub ea erat terra ſubditorum. Propter quā protectionē ſtipēdiandā ordinatus eſt cenſus quidā ſuper terrā ipſorum ſubditorū: ita vt fieret terra villana nō homines. Sed nūc homines facti ſunt ſerui per taleas: ita quod primo terra facta eſt ſerua, deinde mercātię per impoſitiones. Tertio, homines ſerui facti ſunt per tales. Secunda mulier eſt munditia & puritas: quā ex cōceptu, vtero, & partu virgineo aſſumpſit ſibi vxorē perpetuā. Nam, vt impleti ſunt dies Mariæ, peperit filium ſuū primogenitū. Nō ſicut Eua, quę cū peperit Cain, ipſe Cain attulit iniquitatē ex vtero matris: ſed ipſe ex vtero matris innocentiā & puritatē attulit. Illa quidem peperit ſine dolore, ſine pudore, ſine corruptione. Primo, ſine dolore: quod patet. Primo, ex eo quod canit Eccleſia, dicēs: Neſciens mater virum peperit ſine dolore Saluatorem ſęculorū. Et propter hoc Ambroſius in Hymno petit:

F *Nota ab vſum religioſorum.*

G *Quod peperit Chriſtus ſine dolore, ſine pudore, & ſine corruptione.*

Oſtende.

Oſtende partum virginis, non dicit cõceptum: quia conceptus fuit occultus, nec manifeſtauit decorem, & nobilitatẽ nati, & virginis parientis ſicut partus. Non enim deceret alter partus Deũ. Nec enim decens fuiſſet, vt Maria in doloribus periſſet: vt nũc cũ ea lugeremus: nec hoc admirãdum eſſet mundo. Secundo, quia tunc Maria maxime lætabunda fuit & gaudens: quod nõ fuiſſet, ſi periſſet cũ dolore. Patet aſſumptũ. Primo per illud Eſa. 35 Eſa. *Germinans germinabit: exultabit lætabunda, & laudans.* Secundo, ſi huiuſmodi natiuitas maximum gaudiũ Chriſtianis Luc. 2. attulit, iuxta illud Angelicum: *Euangelizo vobis gaudiũ magnũ, quod erit omni populo: quia natus eſt vobis hodie Saluator.* Et improportionabiliter maius ſit Saluatorem de ſeipſo quàm ſibi naſci: ſequitur, quod improportionabiliter maiorẽ gaudij cauſam habuit, & magis gauiſa ſit quã cęteri fideles. Secundo, improportionabiliter maius eſt naſci ſibi Saluatorẽ filium quã naſci dominũ. Si beata gẽs, cuius eſt Dominus Deus eius; multo beatior, cuius Dominus Deus filius eius: ſed beatiſsimę virgini naſcitur filius, alijs dominus: ergo pluſquã alij tunc gauiſa eſt. Tertio, dicit Ioan. 14 Dominus: *Si diligeretis me, gauderetis vtiq;.* Dilectio enim eſt immediata gaudij cauſa: ſed Maria ſumme dilexit filiũ: tunc ergo ſumme gauiſa eſt. Quarto, Maria fuit tunc omnibus viatoribus & cõprehenſoribus cauſa gaudij & lętitię: ergo tũc plus habuit gaudij & lætitiæ. In cuius figura Sara dicit: *Riſum fecit mihi Dominus: & omnes qui audierint corridebũt mihi:* quaſi dicat: gaudium ad me primo pertinet: ſed alijs per me, & ex cõſequẽti. Et ideo vere Iud. 15. dicetur ei illud Iudith: *Tu gloria Ieruſalẽ: tu lætitia Iſrael: tu honorificẽtia populi noſtri.* Eſa. 9. Quinto, quia *lætabũtur corã te, ſicut qui lætantur in meſſe: ſicut exultant victores capta præda, quãdo diuidunt ſpolia.* Vbi tanguntur duæ cauſæ gaudij: ſcilicet meſſorum de fructu, & victorum de ſpolijs. Sed Maria tunc habuit fructũ beatiſsimũ, & victoriam & ſpolia, quãdo de faucibus Leuiathan mundum quaſi ſpolium eripuit ergo tunc ſumme gauiſa eſt, licet ex Euãgelio *mulier, cũ parit, triſtitiã habeat.* Si enim Iſa. 16. Chriſtus mẽbra aliorũ quaſſata, & infirma, & diſſoluta in melius reformat & cõſolidat: quãto magis per vterum virginis tranſiens intera ſeruauit mẽbra, quæ inuiolata reperit. Sexto, ſecundum Aug. in epiſt. ad Epheſ. exponentẽ illud Pſ. *Deus vltionũ libere egit:* quia Chriſtus inter omnes ſolus fuit liber à culpa, ideo libere egit, in naſcendo libere ex Maria: quod oſtendit Pſ. dicens: *Et ipſe tamquã ſponſus* Pſ. *procedẽs de thalamo ſuo.* Chriſtus tamquã ſponſus alacer exultans, & totus feſtiuus ad ducendã vxorem, id eſt ad coniungẽdam ſibi Eccleſiã in ſua natiuitate, proceſsit de virginis vtero quaſi de ſponſi thalamo: ad quod deſignãdum hora, qua de thalamo proceſsit virgineo, paſtoribus annunciatũ eſt gaudium magnũ, cãticum auditum eſt Angelicũ. Quod ſi tã exultans proceſſerit Chriſtus in nuptijs illis ſpiritualibus, nõ dubium, quin ſuũ, id eſt, virginem repleuerit lætitia.

Pſal. 93

Pſ.

Secundo, peperit ſine pudore. Non enim pudor eſt aut verecundia, niſi vbi præfuit peccatũ aut ſequela peccati: ſed nihil in hoc partu peccati aut immunditiæ interfuit, vbi permanſerunt pudica clauſtra virginea. Ideo ſine pudore peperit. Inde eſt, quod Dominũ non pudet in veteri teſtamẽto ſe appellare filiũ ancillæ: illius ſcilicet, quæ dixit: *Reſpexit* Luc. 1. *humilitatem ancillæ ſuæ.* Et in nouo teſtamento filiũ hominis, id eſt virginis, contra ſuperbiam noſtram, qui iactamus vel fingimus generis nobilitatẽ, & quaſi ex parte digniori nos nominamus. Similes mulo, de quo fabuloſe dicitur, quod interrogatus à vulpe cuius generis eſſet? Reſpondit: Sum creatura Dei. Cui vulpes: Scio me ſicut & te creaturã Dei, ſed de genere quęro. Mulus autẽ pudẽs dicere ſe eſſe filiũ aſinę: reminiſcẽs equũ nobilem, qui patris eius attauus fuerat, reſpondit: Nepos ſum illius regij equi. Sic nos interrogati de noſtro genere, ſtatim

in prõptu habemus magis dignũ in ore. Tertio, peperit ſine carnis corruptione. Sicut enim aër ſine corruptione attrahitur, ſine põdere retinetur, & ſine dolore emittitur: ſic Chriſtus ſine corruptione conceptus eſt, ſine põderis grauamine geſtatus in vtero, & ſine matris dolore ex vtero egreſſus. Secundo, poſſet dari exẽplum de luce: quia ſi lumen creatũ tranſiens vitrũ non ſolũ lumẽ per vitrũ emittit, ſed & ſpecies colorũ ſenſibiles vitri, per quod trãſit, ſecũ portat, & oculis intuentium oſtẽdit ſine vitri corruptione, cur non lumen increatum, de quo Ioan. *Ioan. 8.* *Ego ſum lux mundi*: tranſiens per virgineũ corpus, non ſolũ diuinitatis claritatẽ, ſed etiam ſenſibilẽ humanitatem per vitrum emittet in virgineũ corpus ſine ſuæ virginitatis detrimento? Cui cõſonat ſcrip- *Eſa. 62.* tura. *Egrediatur vt ſplendor iuſtus eius, & ſaluator eius vt lãpas accendatur*, id eſt, qui ab æterno egreſſus eſt à patre, ex tẽpore egrediatur à matre, vt ſplẽdor per vitrũ, & ſaluator vt lãpas accẽdatur; quia ſicut in lampade accenſa eſt natura vitri, olei, & luminis ad aliorũ illuminationem: ſic in illo fuit natura corporis & animæ, & lux diuinitatis ad omniũ, quantum in eo *Ioan 1.* eſt, illuminationẽ, quia *erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem*. Hæc autẽ mulier præcedentem ſubſequitur, ſcilicet ſubiectionẽ: quia cõmuniter qui in ſubiectione & obedientia verſantur, puriores ſunt quã qui regimen habent. Plures enim occaſiones mundi habent, qui alios ſuſtentant, quàm qui ſuſtentãtur: & qui in alto ſunt, quàm qui in imo. Tertia mulier eſt amor ſeu charitas. Legitur enim quod *Luc. 2.* Maria *pannis eum inuolut*, & brachia ſacra religauit. Et ſi quæreretur, quomodo Maria hoc potuit, cũ ipſe eſſet geminę gigas ſubſtantiæ; Deus, cuius poteſtati reſiſtere nemo poteſt? Certe nihil aliud detinebat eũ, aut ligari permiſit quã amor. Nihil enim ei reſiſtere poteſt quã amor. Amor enim erat eius vxor inter cæteras mag is dilecta: & quæ eũ magis regebat, quia omnia, quęcumque voluit, faciebat.

H Amor fuit cauſa natiuitatis Domini

Amor enim eũ primo ſaltare fecit de cęlis in terram, propter amicã ſuam naturã humanã. *Ecce iſte venit ſaliens in montibus,* *Cant. 2.* *tranſiliens colles*, id eſt, Angelos & dæmones, & apprehẽdens naturam noſtrã fugientem, vſq; ad vallẽ miſeriæ noſtrę trãſiliuit. Erat enim auis volãs vſq; ad cadauera, de qua Pſ. *Aſcẽdit ſuper Cherubin, & volauit: volauit ſuper pẽnas ventorũ.* *Pſal. 17* Sicut autẽ auis cõcupiſcẽtia cadaueris deducta deſcendit ad terrã: ſic Dominus vidẽs naturam humanã totam peccatis fœtentẽ, vt eam ſibi per amorem incorporaret, in vterũ virginis deſcẽdit. Sed modo pauci ſunt qui vellẽt facere vnum ſaltũ pro eo qui pro nobis tot fecit ſaltus, & de cælo in vterũ virginis, & de vtero in mundũ, & de mundo in crucẽ, & de cruce in infernum, & ab inferno in cælum. Similes illi mulieri, de qua dicitur, quod erat quidam qui de ſua vxore narrabat, quomodo tenerrime diligeret eum, & quod nihil volebat quin in prõptu faceret, ſed vicinus eius ſubridẽs vadiauit quod vnũ ſaltũ pro eo nõ faceret. At ille aggrediẽs vxorem numquã obtinere potuit, vt vel modicum pro eo ſaltũ faceret, dicẽte illa virum ſuum velle illudere ei. Sic nec nos pro quacumq; dilectione Dei nobis oſtẽſa aliquid pro eo volumus facere, neq; à peccatis noſtris abſtinere, neque extra ea ſalire. Secundo, non ſolũ amor fecit eum ſaltare: ſed etiã naturam humanã oſcula iamdiu quærentẽ, ſecundum illud Cant. *Oſculetur me oſculo oris ſui*, quãdo vinculo *Cant. 1.* amoris vnitus eſt Dominus humanitati, adeo vt ſicut aër receptus in ſtomacho propter raritatẽ eius inuiſibilis, tandem propter calorẽ ingroſſatus, reiectus apparet quodãmodo viſibilis: ſic Dominus inuiſibilis per naturã, attractus per amorem in ventre virginis apparuit ingroſſatus & viſibilis. Hoc autẽ fecit amoris calor. Tertio ligauit eum amor. Quis enim *Iudi. 16* Sanſonem fortiſsimum ligare potuit niſi amor? Quis leonẽ de tribu Iuda ſuperauit niſi amor. Certe zelus Domini exercituum fecit hoc. Funes enim & ligamina

non

Digitized by Google

non eũ detinebant, ſed amor. Amor enim in frigore eum calefaciebat: amor omnia difficilia portare, vulnerari, & mori faciebat. Et propter nimiã charitatẽ, qua dilexit nos, tradidit ſemetipſum pro nobis: imo, & ſeipſum pro nobis dedit, & diſtribuit. Quid ergo *retribuã Domino pro omnibus*, id eſt, pro amore, *quem retribuit mihi?* Certe, *ſi dederit homo omnẽ ſubſtantiã domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.*

Pſ. 115.

Cant. 8.

SERMO IIII. POMERIDIANUS eiuſdem diei, & in ordine XX. Per Thema præcedens.

SEcundum iura, regnum elongatũ & perditum, quantum ad ſucceſsionem propter generis diſtantiã, recuperatur per matrimoniũ contractũ inter perſonam diſtantẽ, & legitimum hæredẽ talis regni. Natura humana ſecundũ animã eſt de genere Dei. *Sicut & quidã veſtrorum Poëtarũ dixerũt, Ipſius enim & genus ſumus.* Per peccatũ tamẽ multum ſe elongauit à Deo, & hæreditate eius. *Longe à peccatoribus ſalus.* Quæ quãdiu ſtetit in recta linea deſcendẽte à ſtipite Dei, ſcilicet in veritate vitæ, quæ eſt linea recta, capax erat regni illius, ſicut illi qui ſunt in recta linea regali. Sed homo obliquauit à veritate vitæ, & adhuc quotidie declinat. Exemplo viatoris, qui conſiderans viam rectã duram eſſe & aſperã, videns iuxta ſe mollẽ & delectabilẽ per prata florida & amœna, declinat à via recta, ingrediens aliam viam, & dũ credit pertingere ad terminum, inuenit paſſum arctum & difficilẽ, quem putans tranſire, præcipitatur in foueam vel lutum. Sic multi, quia via cæli dura eſt & aſpera. Seneca: Nõ eſt ad aſtra mollis è terris via. *Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras.* Declinant ad delectabilia & voluptates mundi: & cum finaliter intendunt ſe reducere ad viam rectam, iuſto Dei iudicio accidit eis ſubito paſſus mortis arctus, & difficilis, in quo dum credunt redire ad Deũ, ſubito cadunt in infernum. *Gaudent ad ſonitũ organi, ducunt in bonis dies ſuos, & in punctо ad inferna deſcendunt.* Quod videns Filius Dei, matrimoniũ inter ſe & naturam humanã perfecit in virginis vtero. Vnde canit hodie Eccleſia: *Tamquã ſponſus* (Dominus) *procedens de thalamo ſuo.* Et per hunc modum hodie recuperatũ eſt cæleſte regnum. Propter quod hodie canit Eccleſia: Hodie rex cælorũ de virgine naſci dignatus eſt, vt hominẽ perditũ ad regna cęleſtia reuocaret. Hę nuptię factę ſunt in thalamo virginis, in ſacrario Spiritus ſancti; & capellanus, qui hanc fecit coniunctionẽ, fuit Spiritus ſanctus, & celebratũ fuit feſtũ earũ maxime in cælo ab Angelis: iuxta illud Canticũ: *Gloria in excelſis Deo.* Reliquię harũ nuptiarũ miſſæ ſunt in terra, & ideo dicitur: *Et in terra pax hominibus bonæ volũtatis.* Illius enim coniugij reliquię fuerunt pax. Fumus harũ reliquiarũ penetrauit, & deſcendit vſque ad poſitos in limbo. *Habitãtibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis.* Nos ergo tãquam nuptiales cum veſtibus nuptialiũ virtutũ, quas hodie ſumpſimus, ad thalamum ipſum progrediamur; ſi forte de reliquijs percipiamus, vel ſaltem fumus & odor ad nares animæ noſtræ perueniat, ſalutando Mariam.

Act. 17

Pſ. 118

Pſal. 16

Iob 21.

A Quomodo Dominus in natiuitate ſua fecit quoddã matrimonium cum natura humana. Pſal. 18

Luc. 2.

Eſa. 9.

Quæritur, quomodo Dominus tot ſibi aſſumpſit mulieres pro vno die, an diligeret tantum mulieres, vt tot ſibi acciperet? Nonne mulieres de hoc iuſte cõquerẽtur? Nã & legitur in geſtis Romanorũ, quod tẽpore Põpili mulieres in Senatu petierũt audiri, ne vir vnus plures haberet vxores. Reſpondetur quod ex ſcripturis ſacris tribus modis legimus quoſdã habuiſſe plures vxores. Primo, propter cõcupiſcentiam fouendam, & adimplendam, vt Tubalcain, ſeu Lamech. Sed hodie Dominus non propter carnales concupiſcentias, ſed magis eis oppoſitas virtutes omnes ſimul aſſumpſit, quæ à primo parente Adam fugatæ erant, vt diſceret generatio altera, ſpiritualis ſcilicet Chriſtianorum, non ſequi carnales concupiſcentias ſed magis ſpirituales. de quibus Sapiens: *Concupiſcentia ſapien-*

B Multis modis cõtingit habere pluralitatem vxorum

Gen. 4.

Sap. 6.

tæ deducitur ad regnum perpetuum. Secundo modo, ad multiplicandũ prolẽ Deo ſeruientem. Et hoc modo habuerunt plures vxores Patriarchę, Abraam, Iacob, Iudas & Moyſes: vt oſtẽdit Guil. Par. Ante illos plurimi producebãt fœtus: ſed ſicut glandes producũtur porcis. Producebãt enim prolẽ, quã in dæmoniorum ſacrificijs nutriebant & deuouebãt. Ideo porcis inferni reſeruabatur. Propterea Dominus hodie plures ſibi vxores aſſumpſit, id eſt, pluresvirtutes, vt prolẽ ſpiritualẽ multiplicaret in terra: ita vt vna illarũ, ſcilicet miſericordia, tot fecerit fructus, vt teſti-
Luc. 10 monio B. Virginis *miſericordia eius à progenie* vna, ſcilicet Iudæorum, in qua paucã prolẽ multiplicauit, tranſierit *in progenies* gẽtium, in quibus maximę progenies & generationes in Chriſto genitę ſunt. Tertio, cauſa pacis in regno ſeruãdę fiũt matrimonia. Per multarũ enim filiarũ matrimoniũ contrahitur multorũ fœdus: & hoc modo plures duxerũt vxores Dauid & Salomõ. Sic Dominus vt pacẽ reformaret inter Deum Patrẽ & genus humanũ, multas vxores Deo placẽtes, id eſt, virtutes ſibi aſſumpſit: vt inde pareret nouam creaturã. Propterea etiã, quia odio habet iniquitatẽ & ad iniquitatẽ reſpicere non poteſt: ideo ſibi aſſumpſit puritatẽ & mũditiã, vt filios mũditiæ procrearet. Si ergo hæ mulieres ita fœcundæ factæ ſunt, & pauci erãt fœtus diuinitatis cultores: non mirũ, ſi apprehẽdit & deſpõſauit iſtas ſeptẽ mulieres, vt ſic etiã mulieres illę deſponſarẽt eũ: Secundũ Thema prę aſſumtum. *Apprehendent ſeptẽ*, &c. Reſtat nunc conſequẽter loqui de quatuor alijs mulieribus, id eſt virtutibus, quæ Dominũ Ieſum apprehẽderunt, & quas Dominus ipſe apprehendit & ſibi ſociauit. Quarta igitur mulier in ordine eſt sãcta pauper-

C De paupertate Chriſti multiplici in natiuitate, & de laude paupertatis.

tas. Inde dicitur, quod mater eius reclinauit eũ in prę ſepio: quia nõ erat ei locus in diuerſorio. O magna paupertas: nõ ſolum nõ habuit domũ propriã, ſed in cõmuni diuerſorio animalibus & alijs repleto potuit habere locũ: ſed corã animalibus & poſt animalia habuit locũ arctiſſimũ. Vbi nunc delitiæ mundi, vbi vanitates ſæculi, vbi ſuperfluitates & carnis delectationes? Certe vno exẽplo omnia Dominus dãnat. Anſelmus: Tu Domine vniuerſorũ, qui nullã habes indigentiã, inter ipſa tuæ natiuitatis initia non horruiſti abiectiſsimę paupertatis deguſtare incõmoda: ſed in vili præſepio ſordentis ſtabuli tu, qui terrã palmo concludis, inuolutus panniculis reclinatus es: & hoc ipſum ab animalibus mutuo tua mater accepit. Ex hoc videri debet mirabile quod paupertas ita ab omnibus deijcitur, quãdo à Domino ita appretiatur: & quod reputetur immũda, cũ tamẽ omnis mũditiæ ſit cauſa, & per eã abijciãtur omnia ſtercora mũdi. Reputatur grauis ad portandum, & tamẽ facit hominẽ expeditũ ad natandũ per mare huius ſęculi ad gloriæ portũ. Reputatur tertio importuna & male gratioſa: ita quod in palatio regis omnes litigãt ad propellendum eã. Si eas ad forum, videbis ibi mercatores omnes ad vẽtum & pluuiam, & innumera pati, vt eam à ſe repellant. Imo illi, qui eã deſponſauerunt, reputant tædioſam: vt in clauſtro religioſorum, qui eã repudiant, & inducunt proprietatem: & tamẽ nihil eſt magis quietans animũ quàm paupertas. Non enim oportet pro ea defendẽda aduocatos conducere, nec tribunalia cõſcendere pro defenſione eius, nec cõſulere legiſperitos, nec gentes armare pro ea tutãda. Sicut enim oſſa denudata carnibus pacẽ habẽt cũ canibus: ſic paupertas cum mũdialibus. Et adhuc hęc dña habet ſecũ ancillã ſuã ſecuritatem. Nihil enim timet pauper. Horatius. *Cãtabit vacuus corã latrone viator.* Et maxime ea diligẽda eſt & appretiãda: cũ Dñs eam ita appretiauerit. Apoſt. *Cum dues eſſet, factus eſt pauper: vt illius inopia diuites eſſemus.* Cũ enim (vt Bern. ait) omnia in cęlis eſſent, & inuenirẽtur in eis abundãter diuitiæ: hoc tamen deficiebat, quod paupertas ibi non erat. Ideo allectus Dominus eius bonitate, conſiderãs quod filij hominũ eam dedignabantur in vxorẽ accipere, eã ſibi deſpõſauit, & vſq; in finẽ vitæ eã fideliter aſſociauit, & ſua

Paupertatis ancilla eſt ſecuritas.

æſti-

æſtimatione fecit pretioſam. Ita vt pẽſare poſsis hodie eius paupertatẽ ex quatuor. Primo, paupertatem eius deſcribit hodie Euangeliſta ex veſte. Nam inuoluit eum mater pãniculis. Vbi reprehẽduntur elati, qui præter ſtatũ ſuum veſtibus magni pretij induũtur. Omnis enim veſtis pretioſa quæritur aut ad paſcẽdum oculos, aut ad operimentum nuditatis; ſed pro operimento nuditatis ita bene induetur homo ſcarleto Aruerniæ ſicut ſcarleto S. Marcelli. Vnde Bernar. Magna abuſio & magna nimis, vt diues velit fieri vermiculus vilis, pro quo pauper fieri voluit Dominus maieſtatis. Secundo, fuit lecti paupertas maior, cũ dicitur: *Reclinauit eũ in præſepio*, nõ in reclinatorio aureo; quod fuit magna vilitas & paupertas. Nã præſepium non debet eſſe locus vel lectus hominum, ſed iumentorũ. In quo damnatur pompoſitas lectorum & voluptas contra ſuperbos, auaros, & luxurioſos. Vbi nunc ſunt ſuperbi in lectis eburneis, & paratis. Audi ò ſuperbe Ber ſuper illud: *Nõ eſt ſeruus maior domino ſuo:* Magiſter tuus pannoſus, & tu purpureus; magiſter tuus in præſepio, & tu in lecto eburneo; magiſter tuus venit miniſtrare, & tu vis tibi miniſtrari. Hinc etiam condẽnantur auari in ampliatione domorũ, & poſſeſſionum, quos antea dãnauerat Eſaias: *Væ qui conũgitis domum ad domũ, & agrum agro copulatis vſque ad terminũ loci. Numquid habitabitis vos ſoli in medio terræ?* Vbi etiã ſunt luxurioſi in delicijs lectorum, in quibus volutantur ad modum porcorũ. Contra quos Amos: *Væ vobis qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris*. O beatiſsima mãter, quanta tibi tunc inter immenſa gaudia erat illa anguſtia, cum videres omnium dominum, quem cæli & terra capere non poſſunt, in præſepio inclinatum. Non eſt ille lectus, qui Gallice dicitur, *de geſine*, qui conſtat pro præparatione centum vel quinquaginta francos. Tertio, non ſolũ fuit veſtis vel lecti paupertas, ſed etiam domus, quia non erat in domo clauſa, ſed vndiq; vẽtis & tẽpeſtatibus expoſita. Et vere ita decebat, quia tu Domine via es; ideo in cõmuni hominibus & animalibus immorari debebas, vt iuſti, & peccatores te facile poſſent inuenire. Beda. In diuerſorio naſcitur vt in via, qui ait: Ego ſum via, vt per eũ ad patriã veritatis & vitæ redeamus. Quarto, in vtenſilibus fuit paupertas, quia & ſi in præſepio poſitus eſt, nulla tamẽ habuit vtẽſilia, ſed (vt inquit Anſelmus) fœnum mutuo ab animalibus accepit. Quintà mulier fuit domina miſericordia. Hoc manifeſte demonſtrant Angelorũ verba. Nam cum paſtores eſſent in regione eadem, apparuit eis Angelus cum magna luce, & timuerunt, qui dixit eis: *Ecce annuncio vobis gaudium magnum: quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator*, qui eſt Chriſtus Dominus, *in ciuitate Dauid*. Nõ enim erat Saluator niſi per ſuã miſericordiã, quã ſibi deſpõſauit. Hoc dicit Paul. *Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundũ ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit.* Huius autẽ mulieris cõditio eſt, quod magis dilecta, & deſiderata eſt ab omnibus quã paupertas. Hinc & Dauid clamabat eã deſiderãs: *Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine*. Secundo, mutauit nomen mariti, Domini ſcilicet Ieſu, vt qui prius dicebatur Deus vltionũ Dñs, id eſt, Dñs exercituũ, nũc vocetur miſericors, & miſerator Dñs. *Exortũ eſt in tenebris lumẽ rectis corde, miſericors, & miſerator, & iuſtus.* Tertio, eſt fœcundiſsima, teſte Maria, quæ (vt prædictũ eſt) dicit quod *miſericordia eius à progenie in progenies*. A progenie ſcilicet Iudęorũ in progenies gentiliũ: ita quod vbi prius ſolũ gignebat in Iudęa, nũc vbique generet Dei miſericordia: quia ſecũdum Pſ. *Miſericordia Domini plena eſt terra*. Sexta mulier eſt humilitas, quod oſtendit Angelus. Nam ſubiungit reſpondẽs cuidam tacitę quæſtioni, quæ ſibi fieri potuiſſet à paſtoribus. Vbi ſcilicet inueniemus eũ, dicẽs, ad illud interſigniũ humilitatis inuenietis. *Inuenietis infantem pãnis inuolutum & poſitũ in præſepio.* Humilitas quidẽ ſignũ

Luc. 2.

Iohã. 13.

Eſa. 5.

Amos 6

D
De miſericordia quæ apparuit in natiuitate Chriſti.
Luc. 2.

Tit. 3.

Pſal. 88

Luc 1.

Pſal. 32

E
De humilitate quæ eſt interſignum quod in natiuitate eſt Chriſtus paruulus.
Luc 2.

est Domini Iesu. Et per oppositum si in aliquo loco videas superbiã, & elationẽ, signũ est habitationis diaboli. Hoc enim signũ, quod dedit Angelus, omnẽ modũ superbiæ tollit. Nam in tribus solũ consistit superbia, scilicet in scientia, diuitijs, & potestate siue honore. Primã superbiam destruxit, dum natus est infans, id est nõ potens loqui. Secundã, dũ natus est pauper pannis inuolutus. Tertiam, dum natus est in stabulo, & inter pedes animaliũ repositus. Intelligite hoc signum humilitatis vos, ô pastores, quia vobis dicitur: *Hoc signũ, inuenietis infantem*, &c. quibus concessum est cum Maria inuoluere eumdem infantem pannis, & in præsepio altaris reclinare. Respice hoc signum in te, ô sacerdos, si munditiam habeas, & pudicitiam, & tunc vide puritatem infantis, & cõtremisce. Ipse enim est, in cuius conspectu astra non sunt mũda. Vnde & dicebat Petrus: *Exi à me* Domine *quia homo peccator sum*. Splendidus es vestibus, & equorũ phaleris, & in pretiosa supellectile glorians. Vide pannis inuolutũ, & cõfũdere. Ipse enim est, qui vestit lilia agri, & qui dicit: *Pulchritudo agri mecum est*. Si primos recubitus, & primas cathedras in cœnis, & atria delicios & mollia requiris, vide in præsepio reclinatũ, & erubesce. Ipse enim est ille, *cui cælum sedes est, & terra scabellum pedum eius*. Cui dixit Centurio: *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum*. Sed heu, benedicte puer, nõ est qui amplectatur humilitatem tuam. Omnes abhorrẽt pãnos tuos, omnes præsepe tuũ refugiunt, omnes ad superbiæ sũgna declinãt. Sane dici potest: *Bos cognouit possessorem suũ, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit*. Quia bos, id est, viuens de opere manuum suarum, & asinus, id est, simplex & illiteratus cognouerunt Dominũ, & præsepe suum: sed Israel, id est literatus, me non vult cognoscere. De talibus scriptũ est: *Timebunt qui habitant terminos, à signis tuis*. Terminos, id est, *les frontieres*, qui cõtra inimicos pugnare die ac nocte debent. Vel terminos, id est temporalia, quæ finẽ & principium habent. Abhorrent enim paupertatẽ, humilitatẽ & munditiã; quia posuerũt signa sua, scilicet dæmones, sicut in exitu, id est in simplicibus, qui quasi situantur in exitu: iuxta illud: *Ite ad exitus viarum*. Ita etiã super summũ, id est, super maiores: ita vt sicut super subditũ, sic & super prælatum. Vnde quod Maria sub pannis humilibus inuoluit Dominũ, designat, quod sub humilitate bona omnia cõseruantur: & ideo sub humilibus pãnis omne bonũ inuoluit. Hinc Aug. in serm. de nat. Dom. Absconde Maria noui solis fulgorem, inuolue pannis infantẽ: nã & ipsi panni diuitijs omnibus pretiosiores sunt, omni purpura glorios iores: deniq; Christi paupertas cunctis opibus cunctisq; thesauris anteponẽda est. Hęc Aug. Quã pretiosum fardellum paupertatis & humilitatis ad portandũ, in quo inuenitur omne bonũ inuolutum. Sicut enim primus Adam de paradiso iectus est propter peccatũ, ita Adã secundus de paradiso descendit, vt aboleret peccatũ. Et sicut de malitia primi Adæ dictũ est derisorie: *Ecce Adã quasi vnus ex nobis factus est:* ita admirando humilitatem Christi dicere possumus: Ecce Adã quasi vnus ex nobis. Et sicut primus in hanc miseriã exijt indutus pelliculis: ita in eadẽ secundus inuentus est inuolutus pãniculis. Septima mulier est pax, cui attestatur multitudo Angelorũ. Nam post hoc facta est multitudo militiæ cælestis exercitus laudantiũ Deum, & dicentiũ: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Si pax exhibetur tãquam spõsa hominibus bonæ volũtatis: quanto magis huic puero, in quo semper optima volũtas fuit? Soli enim boni eam desponsare possunt, quia non est pax impijs. Tria enim pisa vix in vna vesica esse possunt, quin clamorẽ faciãt: sic tres maligni & astuti homines in regno, nisi infinita iurgia cõmouẽdo. Hęc autẽ vxor bene inuenietur, dũmodo bene quæratur, secundũ quod Psal. *Inquire pacẽ, & persequere eã*. Sed propterea vix eã habemus,

Luc. 5. Esa. 66. Matt. 8 Esa 1. Esa. 84. Gen. 3. Luc. 2. Psal. 33.

De pace annunciata in natiuitate Chri sti, & quomodo sit quærẽda.

aut:

aut quia pauci quærere velint, aut quia pauci sunt homines pacis. Si essent tot homines pacis sicut guerræ, bene ageretur. Sed nō est in isto regno garnitio hominū pacis, sed bene guerræ: qui nolunt populi pacē, quia non plus viuerent: vellem saltē quod esset vna bona lācea pacis. Secūdo, si velint pacē, non tamen quærunt modo quo debent, quia quærunt manu armata contra Deū, scilicet cū peccatis suis. *Non est pax ossibus meis*, id est principibus, *à facie peccatorum meorū*. Sed bonis pax erit, quia *pax multa diligentibus nomē tuum Domine*. Et: *Vtinā attendisses mādata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua*. Sed dices: Quomodo dicis, quod ista pax est difficilis ad inueniendū, nonne quotidie per Ecclesiā deportatur, & cuilibet offertur? Dicitur, quod verū esset, si nō reportaretur vnde accipitur. Pax enim dū accipitur, immediate dimittitur, & reportatur, & ita solū illa pax osculatur. Satis ore pulchra dicimus de pace, sed manus nō accipit eā, sed facit eā reportari. Sed quoadusq; iustitiæ manus eā accipiat, non permanebit, quia *iustitia & pax osculatæ sunt*. Et: *Erit opus iustitiæ pax*. Et Ps. *Orietur in diebus eius iustitia*: primo. Sequitur: *Et abundantia pacis*. Vnde quęrit Psal. *Vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur?* Respondet: *Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium, & qui iuxta illam, omnes qui recto sunt corde*. Prēterea illa pax, quę defertur, est de ligno vel lapide, nisi in magnis festis, quę cito frangitur, & pauci pretij est: sed si esset pax aurea, esset maioris durationis. Sic illa pax, quæ cōmuniter offertur, nō est magnæ durationis & firmitatis, & si esset de auro, ita quod homines possent viuere diuites: sic quod illa pax auro & argēto repleret pauperes cultores, & mercatores, & artifices, tūc deberet fieri magnū festū. Sed pax de ligno, quæ cū arcu & lācea fit, nullius est pretij, quia plus constat quā cōferat: & pauperes homines per illā euacuantur. Medici dicūt, quod quādo homo nihil cibi recipit, tunc stringuntur intestina, & vix aliquid recipiūt vltra. Deus fecit magnam gratiā pauperibus, quod eorū bursa non est de intestinis, sed de corio: quia diu est, quod nihil aut paucū recepit: in periculo esset, quod nihil postea recipere posset. Audita hac pace aurea per Angelos proclamata, ecce pastores dicunt ad inuicē: *Trāseamus vsque Bethleē, & videamus hoc verbū quod factū est, quod Dominus ostendit nobis*. Et venerunt festinātes. Sed cur non venerunt Pilatus, Caiphas, & Annas? Respōdetur, quia nolebant eā. Nā semper piscatur in aqua turbida, in aqua vero clara vix capiuntur pisces. Sic quādiu sunt litigia, dissentiones & processus in populo, iudices & magistratus, quales erāt prædicti, bene piscantur in bursis populi: non sic, si esset pax. Venerūt ergo nō illi, sed pastores, & inuenerūt Dominū Iesum septē istis mulieribus circūdatum, subiectū sicut & illi pastores, purum & innocentem, hominū amatorem, saluatorem, pauperem, humilem, & pacificum. Ita & nos disponamus ad videndum eum hic in humilitate: vt postea videre possimus in gloria.

Psal. 37
Psal. 118
Esa. 48.
Nota.
Esa. 32.
Psal. 71.
Psal. 91.
Luc. 2.

DE EODEM FESTO SERMO V. & in ordine XXI. Per Thema.

Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Ante descēsum Filij Dei in mūdū, terribilis erat Deus, ex magnitudine suæ potentiæ & sapiētiæ exercēs in homines iudicia terribilia. *Deus noster rex magnus, & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt*. Hoc patuit in perditione totius orbis per diluuiū, in subuersione quinque ciuitatū, & inde timebatur nimis. Nūc autē quia ipse magnus factus est paruus, & humilis in sua benedicta natiuitate, quia *parvulus natus est, & filius datus est nobis*. Ideo ex paruuli cōditione factus est tractabilis & misericors. Bern. Magnus Dns & laudabilis nimis, factus est paruulus & amabilis nimis. Prius quidē per terribilia iudicia eius, *notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius*. Nunc autem in Christianitate notus est Deus, & apud eos humile nomē eius, quia *parvulus natus*

Esa. 9.

A Rigore iustitiæ conuertit Deus in dulcedinem misericordia in sua natiuitate.

Psal. 82.
Esa. 9.
Psal. 75.

est nobis, & filius datus est nobis, id est, ad nostram vtilitatem. Dicunt enim Doctores, quod filium dari nobis est ipsum paratū esse facere ad voluntatē nostrā, quicquid ab eo rationabiliter petimus fieri. Sic igitur datus est nobis, quia paratus est, nisi ex parte nostra tenuerit: & singulariter in hac sancta natiuitate sua. Quamdiu enim pullus auis stat in nido, & pascitur à matre, nō potest volare, sed est paruulus: & tūc faciliter potest accedēs ad nidū prędā rapere, & pullū accipere, & secū afferre. Sic Filius Dei factus paruulus secundum carnē stat hodie nouiter natus in gremio matris, quæ nobis ipsum attulit in nido vteri sui: & modo pascit eum famelicum lacte suo virginali, & inuoluit eum pāniculis, & offert paruulū nobis, vt accedamus ad eū pro præda regni cęlorū percipienda. Scribitur enim: *Hæres paruulus est.* Gen.4 Quia enim hęres regni, ideo ipsum regnū ab eo habere possumus: sed, quia paruulus, faciliter obtinere. Tū quia modo nec fugere nec volare potest ad sinū patris in cælū: imo tenetur, vt nobis aperiat cælū, inter brachia matris. Tunc secundo, quia experiētia docet quod à paruulo faciliter habetur quicquid petitur, ita quod pro pomo daret scutū: & si ab eo dulciter petatur, melius obtinetur. Deus autem magnus secundum diuinitatē, hodie apparuit paruulus secundum humanitatem. Ideo hodie & faciliter ab eo, scilicet pro parua oratione obtinebimus gratiam & regnum gloriæ eius. Et hoc maxime petere habemus à matre sua: quia quando puer ita est paruulus quod nō loquitur, quāuis sit hęres & dominus, tamē ad matrē pro negotio expediendo fit recursus. Hæres autē regni Dei secundum Ecclesię repræsentationem paruulus est, & nō loquitur: ideo ad matrē eius recurramus, dicentes: Aue. Natus est puer, sed antiquus dierum: paruulus, cuius magnitudinis non est finis: magnus in forma Dei, breuis in forma serui: nec breuitas illa magnitudini officit, nec magnitudo breuitati; quinimo sub illa breuitate *attingit à* Sap.8.

B *Facile est obtinere quod volumus in natiuitate*

fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Natus est autem nobis, nō sibi, nō angelis: quia qui stabāt, nō indigebāt: qui ceciderant, irreparabiles erāt. Et boni angeli, qui eū magnum habebant, paruulū nō requirebāt; & ideo nobis natus & nobis datus, quia nobis necessarius. Sicut videtur bene intellexisse Propheta, dicens: *Paruulus natus est*, &c. Circa Thema nostrū dicemus primo, quare Deus factus est puer. Secūdo, ad quid datus est nobis iste puer. Tertio, vnde & ex qua radice processit, quod sic puer iste natus est nobis. Quarto, qualiter nutriēdus est puer iste, qui tam singulariter datus est nobis. De duobus primis dicetur hoc sermone matutino. Ad primum dicitur, quod factus est Deus puer paruulus. Primo, ne peccatores in principio terreret, sed se facile cōdonantē, & quasi pro nihilo placandū ostēderet. Ante enim incarnationē dicebat ei peccatori *Audiui vocē tuam, & timui, & abscondi me.* Sed post incarnationē pro pomo ad modū pueri potest placari, qui pro pomo prius offensus fuit. Hanc enim legē, scilicet facile condonare, retinet sibi iste puer, iuxta illud: *Quacumque hora ingemuerit peccator, vita viuet, & non morietur.* Ezec.18 De hoc enim puero dicitur Matth.12. & sumitur de Esa. 42. *Ecce puer meus, quem elegi: dilectus meus, in quo bene cōplacuit animæ meæ.* Et sequitur: *Non contendet*, ad modū mali & seueri iudicis, *neque clamabit.* Vnde recitatur ex li. de Dono Pietatis de quadā moniali publica meretrice, quæ post multos annos redijt ad locū suū. Quę cogitās ad Dei iudicia, & ad mala quę gesserat, & ad mala etiam quæ pro ea Christus passus erat, desperabat. Cōtinuo considerauit in nocte natalis infantiam Saluatoris; & in nomine pueri cito pacaturi petijt, & obtinuit veniam, voce pueri, quē tenebat virgo mater in vlnis secundum Ecclesiæ repræsentationē, dicentis sibi dimissa esse omnino sua peccata. Hoc etiam apparet exemplo Mariæ Ægyptiacæ peccatricis, quæ in deserto existens in tentationibus vehemētibus, quas patiebatur, & in orationibus Mat. 11 Esa 42.

C *Quare Deus factus est puer paruulus.* Gen.3.

tionibus ſuis ſemper habebat præ oculis puerũ illius imaginis beatę virginis, & ipſãm, per quam fuerat conuerſa. Eſt enim puer paruulus ad modũ ſpeculi, quod ſe conformat offerenti, vel obiecto, vel rei præſentatæ: quia ſi ſe offerens ſibi faciat pulchrum vultũ, vel arrideat, & ſpeculũ ſimiliter faciet. Sic de paruulo Chriſto nato. Si enim volumus habere gratiã eius, oportet ei facere bonum vultum & lætũ, per bonã voluntatem & propoſitũ firmũ perſeuerandi in bonis operibus: & tunc ſpeculum diuinæ maieſtatis faciet nobis pulchrum vultũ. Et ſi inueniamus eũ aut ſentiamus aliqualiter difficilẽ, recurrendũ eſt ad matrẽ eius Mariam, quia per eã cito placabitur. Non enim eſt aliqua perſona, quæ ita faciliter poſsit placare puerũ turbatũ, ſicut mater eius vel nutrix. Sic non eſt aliquis in cælo & in terra, qui ita faciliter poſsit iſtum puerum iratũ & offenſum placare, ſicut mater eius, quæ ipſum nutriuit & portauit: figurata per
Iudic 16 Dalidã, quæ Sanſonẽ fortem fecit obdormire in ſinu ſuo, & poſtea reddidit eũ debilem. Sic iſta fecit nouẽ mẽſibus obdormire Filiũ Dei in ventre ſuo, & modo in gremio: & de Deo cooperata eſt vt fieret homo: & de fortiſsimo ſic debilis, quod nec ire, nec loqui poteſt ſecũdum naturã, nec loquitur, nec vadit, niſi portet eum. Ante incarnationẽ enim durus erat Deus populo ſuo, ita quod iratus omne genus humanũ trudebat in infernũ. Inde que-
Iob 30. ritur Iob in perſona generis humani: *Mutatus es mihi in crudelem: & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi.* Sed Maria ita emolliuit eũ & placauit, vt immediate canerẽt An-
Luc. 2. geli: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Ideo hodie peccatores habent ab infante
Pſ. 118. quærere miſericordiã, & dicere: *Vam iniquitatis amoue à me*, tu ſcilicet qui ſolus delere potes iniquitates, *& de lege tua*, ſcilicet quã retinuiſti tibi de facile cõdonãdo, *miſerere mei.* Secũda ratio, vt facilius cũ ipſo negotiari poſſemus. Ante enim incarnationẽ nullus poterat facere bonũ forum cum Deo, quia quantũcumque daret, nõ poterant emere paradiſum, vt patet in Ioan. Baptiſta & multis alijs, qui etiã deſcẽderunt in infernũ. Sed poſtquã factus eſt puer, optimũ forum poſſumus facere cum eo, & eum quaſi puerum decipere. Quaſi enim pro nihilo modo dat regnum cælorum. Pſ. *Pro nihilo ſaluos facies illos.* Et *Pſal 55* vere pro nihilo, Recepit enim monetam, quæ nihil valet, imo omnino damnoſa eſt nobis, quia falſa: imo ſi capti eſſemus cum illa, bulliremus in caldaria inferni ſicut falſi monetarij. Illa enim eſt, propria peccata noſtra, de quibus Iohel: *Præſtabilis eſt* *Ioel 2.* *ſuper malitia.* Super peius vadiũ, quod ſit in domo cõſcientię noſtræ, cõcedit regnũ æternũ. Sicut enim pater volens filiũ aliquid habere de ſuo, vẽdit ei ſemipretio, & dimittit quaſi ſe decipi à filio: ſic Pater noſter volens nos habere regnũ, imo rogans nos vt emamus, quaſi permittit ſe decipi à nobis, pro nihilo illud vendens. Propter quod dicebat Dauid loquẽs Deo Patri: *Da imperiũ tuũ puero tuo*, quaſi dicat: *Pſal.185* Tu nimis bene ſcis, quãtũ valẽt tua, propter quod nõ poſſum bene tecũ bonũ forũ facere. Tu enim *extendis cælum ſicut pel-* *Pſal.113* *lem*, id eſt, ad modũ pelliparij extẽdentis & commendãtis ſuum pellicium. Sed da imperium puero tuo: vt ſcilicet cum eo faciliter negotiari poſsim, & ſic *ſaluum fac filium ancillæ tuæ*, id eſt Eccleſiæ. Et ideo nunc bonũ eſt emere, quamdiu denariatę ſunt in manu pueri: & quãdiu durat moneta, ſcilicet pœnitẽtię, quę cadet in morte. Noli expectare tẽpus illud, in quo erit maxima etiam guttę aquæ cariſtia, vt patet de diuite, Lu. 16. Tertia ratio: factus eſt Dominus omnium puer, vt cõdemnaret & humiliaret fatuam preſumptionem & ſuperbiam mundanam. Licet enim ſciat homo, quod in futurũ exponetur vermibus & putredini, & quod in hac vita vix aliud recipit pro omnibus laboribus ſuis quàm lãguorẽ, dolorẽ, pudorẽ, afflictiones, infirmitates, infortunia abſque numero, nihilominus inde ſuperbit cadauer vermiculoſum, & ſaccus plenus fimo. Et ſi hæc non ſufficiant ad tui humiliationem,

tionem reſpice regem tuum, Deum tuũ, Dominum tuũ quaſi infantẽ humiliatũ, quẽ totus mũdus capere nõ poteſt, intra clauſtra virginalis vteri clauſum. Reſpice, inquã, Dominũ & creatorẽ tuũ in ſimilitudine vnius pueri vagiẽtis, cubãtis in præſepio, ſociatũ à beſtijs & vna ſola puella virgine & vno homine: ita vt aula Dei tui ſit ſtabulũ, thalamus præſepium, cantus ipſi vagitus pueriles, laterales ſui cuſtodes bos & aſinus, curiæ frequentia Ioſeph & Maria. In quo igitur ſuperbis, ô ſtulta præſumptio? An de tua potentia, an nobilitate? quæ facit vt tibi videantur alij nõ eſſe homines ſicut tu? Reſpice regem regum miſera ſeruitute oppreſſum: quãdo cogitur venire ad reddendũ ſeruitutis tributũ. Et dic ibi ſi vis, quomodo aſcẽdit Ioſeph de Nazareth, & de edicto, &c. Si vnquã gloriaris & eleuaris propter veſtes, paramenta & ornamẽta, vt ea cum ſumptibus magnis & forte alienis tibi pares, reſpice omnipotentẽ Deũ propter te nudum, & poſtmodum à paupere matre vilibus pãniculis inuolutum, & ſicut omnipotentẽ deorſum inclinatum. Si etiã propter ſapientiã tuam ſuperbias, reſpice illum, cuius ſapientiæ nõ eſt numerus, nullũ verbũ dicentẽ quaſi ignorantẽ. Si de bonitate vel ſanctitate tua exaltaris, ecce ſanctus ſanctorũ reputatur inter beſtias. Si vnum tale exẽplum, vnum tale ſpeculum, vna talis medicina nõ ſanet cor humanum ab infirmitate ſuperbiæ: neſcio quid aliud ſanare poterit. Ideo, ſicut dicit Apoſt. *non glorietur omnis caro in* 1. Cor. 1. *conſpectu eius*, ſed eius exemplo humilietur, de quo idem Apoſt. *Semetipſum exi-* Phil. 2. *naniuit formã ſerui accipiens, habitu inuentus vt homo.* Quarta ratio. Factus eſt puer, vt facto prædicaret contra errores mundanos. Ante enim natiuitatem Chriſti mundus in ſua ſciola laudabat omnem complacentiam in diuitijs, delicijs & honoribus: & adhuc iſtud mundani prædicant. Nunc autem Deus ſapientiſsimus econtrario in ſchola ſua cœpit docere. Nam puer factus eſt nudus, vt diuitias doceret contẽnere. Non enim puer multum eas appreciari ſolet. Propterea non confundatur pauper de ſua paupertate, quando rex gloriæ eam ſibi dignatus eſt aſſumere ſponſam: vt ab initio natiuitatis ſuæ filius hominis non haberet vbi reclinaret caput ſuum, etiam nec in morte. Sed & honores paruipendit, quando *magnus Dominus & laudabilis nimis*, rex magnus & excelſus ſuper omnem terrã, factus paruulus, contẽptus, & contẽptibilis, & in contẽptibili loco natus. Non ergo reputẽt mundani illud ſummum bonum, quando rex æternus in hunc mundum veniẽs eos paruifacit, & ſuo exemplo damnat. Delicias etiam abhorruit, quando natus infans fœno loco puluinaris incubuit. Non igitur in his ſibi complaceat homo ſeruus Chriſti, homo redemptus à Domino: ſed magis in infantia ſui ſaluatoris. Ex eo enim maius commodum reportabit, ſi ſit ſicut paruulus iſte, quàm ſi fuerit magnus quemadmodum primus Angelus. Primo, ſi ſis paruulus & humilis, non inflatus: vocatus eris à paruulo Chriſto, quia ſolos paruulos vocat. *Si quis eſt paruulus, veniat ad me.* Et impedientes ne veniant prohibet: *Sinite paruulos venire ad me.* Secundo, in cuſtodia eius permanebis. *Cuſtodiens paruulos* Pſ. 114. *Dominus: humiliatus ſum, & liberauit me.* Tertio, erudit & inſtruit eos, quia Pſalm. *Declaratio ſermonum tuorum illuminat: &* Pſ. 118. *intellectum dat paruulis.* Et alibi: *Teſtimo-* Pſal. 18 *nium Domini fidele, ſapientiã præſtans paruulis.* Inde Matth. *Abſcondiſti hæc à ſapien-* Mat. 11 *tibus & prudentibus: & reuelaſti ea paruulis.* Quarto, promouet eos ad regnum & ad ſui ſocietatem. Propter quod his, qui non ſunt paruuli, comminatur dicens: *Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut* Mat. 18 *paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Vnde & Saul à regno deiectus eſt, quàm cito deſeruit paruitatem iſtam. Ei enim dictum eſt: *Nonne cum par-* 1 Reg. 15 *uulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es?* Sic igitur conſentiamus propter noſtram vtilitatem eſſe paruu-

D *Humilia multa commoda conſequuntur à Chriſto.* Prou. 9.

los

Mat 10 los ſicut Chriſtus. *Sufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius: & ſeruo, ſicut dominus eius.* Ad ſecundo quęſitum dicitur, quod quadrupliciter & ad quatuor datus eſt nobis puer iſte. Primo quidē datus eſt nobis in

E *Ad quatuor datus eſt nobis Chriſtus in natiuitate.*

ſocium & ductorē, ad conducendum nos tamquā cæcos per vias huius ſæculi: ſicut ſolet dari cæco puer pro ductore. Genus humanum cæcatum eſt per peccatū. Nec mirum, quia vulgo dicitur: Qui bonū videt, & malū accipit, mala gutta eruat ſibi oculum. Homo propoſito ſibi ligno vitę, & prohibito ligno ſcientiæ, lignum bonū vitæ non tetigit, & lignū ſcientię ſibi malū guſtauit. Ideo ei debuit dici quod mala gutta erueret ſibi oculū. Hoc eſt primū quod facit diabolus, ſcilicet excæcare hominē, vt pronus ſit ad omne malū, ſicut equus cæcatus audacter intrat in foſſatū, in quo quandoque remanet. Et ideo neceſſariū fuit humano generi, vt puerū iſtū haberet ſocium & ductorem. Non enim poſſumus ex nobis in opera ſalutis, licet bene dānationis. Quādiu Sanſon cæcatus ductorē habuit, ſine malo ſe rexit: poſtquā autem eum à ſe emiſit, ſe & alios interemit. Ita qui huic puero tamquam ductori innititur, licet ex ſe ſit cęcus, nec videat quę agenda ſunt: ſecundū illud. *Non ſumus ſufficientes aliquid cogitare à nobis tāquam ex nobis*: ad optatū tamen perueniet ſalutis finem. Qui vero proprio ſenſui & volūtati inniti voluerit, male ſe habebit. Vnde quod datus ſit nobis puer iſte tamquā ſocius, patet ex Hymno, in quo dicitur: Se naſcens dedit ſociū. Mercator autē ſolus nō bene poteſt ſecure trāſire nemus periculoſum: ideo indiget ſocietate, & quādo videt ſocietatē, gaudet, & ſe adiungit ei. Tranſitus vero huius mūdi periculoſior eſt tranſitu nemoris quantūcūque periculoſi: quia latrones in nemore nihil quærunt niſi quæ mercator portat. Sed latronibus inferni non ſufficit, quod homo omnia bona ſua deponat in morte, quia ſequūtur hominem propter animam. Nemo certe huius mūdi nemus ſecurus vmquam trāſiuit, imo Filius Dei in tranſeundo cōtremuit & expauit. Neceſſaria propterea fuit nobis ſecuri ductoris ſocietas, de quo Deut, *Dominus ſolus dux eius fuit, & nō erat cum eo Deus alienus.* Deu. 32 Hinc quia tā neceſſarius erat ducatus ſeu ſocietas huius pueri, ideo petebat Sapiēs in perſona generis humani: *Si quis eſt parPro. 9. uulus, veniat ad me.* Cui petitioni reſpōdet Deus Pater: *Filius meus puer paruulus eſt.* 1 Paral. 22. De quo Lucas: *Ieſus autem appropinquans,* Luc. 24. ſcilicet per incarnationē, *ibat cum illis.* Ille eſt paruus filiæ Pharaonis, qui populum Dei eduxit de Ægypto in terrā promiſſionis. Et quia homine formato poſitū eſt lignū vitæ in medio paradiſi, quo poſſet viuere: ideo ad reformandum hominem fructū vitæ paruulū hodie poſuit in medio duorū animalium: per quē poſſumus vitā recuperare. Ad rē, quæ in medio eſt, poteſt quilibet attingere. *Deus operatus eſt* Pſal. 73 *ſalutem in medio terræ.* Secundo, datus eſt nobis tāquam exemplū ad inſtructionē & correctionem noſtrā. Cum enim liber emendetur ad aliquod exemplar verum: propterea miſit Deus nobis ad correctionem veriſimum exemplar, paruulū hodie natum. *Exemplum dedi vobis.* Nec exIoā. 13. emplar potuit melius mittere. Nā Chriſtus eſt Dei virtus & ſapientia. Vt eſt Dei Eſa. 14. virtus, ad eum videtur reſpexiſſe primus Angelus, cum dixit: *Aſcendam ſuper altiF In Chriſto eſt inuenire exēplar omnium virtutū tudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo.* Ad ipſum ſicut Dei ſapientiam reſpexerūt primi parentes, quibus dixit ſerpens: *Eritis ſicut dii ſcientes bonum & malū.* Et vterque Gen. 2. ſic voluit Dei Filium imitari. Sed multū deficit de hoc quod fatuus cogitat. Virtus enim Dei eſt admiranda, & ſapiētia laudanda, & neutrum imitandum. Et propterea poſuit Deus Filiū ſuum in tali ſtatu, vt quicumque voluerit eū imitari, nō poſsit errare. Hinc eſt ſtatus ſummæ humilitatis, quando ſumme humiliatus eſt Deus factus paruulus. De quo: *Paruulum* Mat. 18 *ſtatuit in medio eorum, & dixit: Quicumque humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cælorum.* Paruulū prēterea ſtatuit tamquā exēplar ad dirigendum. Si enim

filius

filum, vel linea esset tensa à termino vsque ad terminũ viæ, nullus sequens filũ posset errare, etiã si esset domus Dædali, dummodo sequeretur filũ, vel lineam: nisi filum rumperetur, vel solueretur. In paruulo nato est quædã linea ab homine vsque ad Deũ, incarnatio scilicet nectens vtrumque inseparabiliter. Qui adhæret huic paruulo, impossibile est quin deducatur. *Puer paruulus minabit eos.* Fecit autẽ Deus Pater sicut Doctor Geometriæ, qui videns scholares nõ proficere, nec intelligere quod loquitur, quod dicit verbo, declarat exẽplo, protrahẽdo figuras in terra, & tunc scholares intelligunt & proficiũt. Sic *Deus olim loquẽs patribus in prophetis.* De virtutibus, de humilitate, de paupertate, de charitate, parũ aut nihil proficiebant, quia de hoc non curabãt. Ideo quicquid dixerat & prædicabat, scripsit in terra, & ostẽdit per exẽplũ in isto puero. Primo quidem exẽplum humilitatis, cum rex Angelorum factus est paruulus pendẽs ad mãmilas pauperculæ virginis. Secũdo, exemplũ paupertatis, dũ positus est in præsepio, vt halitu asini & bouis calefieret, qui non habebat in quo inuolueretur. Exemplum castitatis, dũ de virgine voluit nasci. Exẽplum charitatis, dũ cõmunis in cõmuni, & loco voluit nasci in quo dedit nobis tale exemplũ, vt nulla in nobis profectus cadat excusatio. Ait etiã Chrys. in quadã hom. super Epistolã ad Heb. quod Dominus fecit sicut sutor discipulo suo, qui verbo nihil intelligit, sed tũc facto & exẽplo genua ad consuẽdũ disponit & operatur, & in hoc magis facto, quàm verbo discipulũ instruit. Sed dicet aliquis: Nemo potest tantũ se humiliare, sicut paruulus iste, quomodo ergo nobis proponitur imitãdus? Respõdetur: Sufficit de malo debitore habere auenam pro tritico. Verumtamen qui plus imitatur, plus proficit. Imitãtur aliqui in humilitate, & magni fiũt. *Nónne cũ paruulus esses in oculis tuis: caput in tribubus Israel factus es?* Alij in austeritate, & ij satis proficiũt. Sed qui in paupertate, melius & in pluribus, quia ad paupertatem sequitur humilitas & austeritas, & ideo ij maiores sunt in regno cęlorũ. Vnde cõmuniter filię turpi plus datur in dotẽ. Talis est paupertas. Qui vero in charitate eũ imitãtur, optime proficiũt, quia charitas est potissima virtutũ, sine qua aliæ nihil prosunt, vt deducit Apost. 1. Cor. 13. Tertio, datus est in pretiũ redemptionis: ideo nascitur in foro, quando totus mundus Romanis seruiebat sub tributo, & quando conuenerat ad tributum soluendum. Ac si diceret Deus Pater: Ecce ego mitto Filium meum ad forum, vt sit pro omnibus tributũ. Inde est quod nũc est oblatio quotidiana populi Christiani, quasi pretium redemptionis peccatorum oblatum sibi. Quarto, datus est in pręmiũ laboris. Hinc est, quod quãdo natus est, pastores, qui in custodiẽdis ouibus per vigilias noctis laborabant, eum quasi præmiũ inuenerũt. Ecce quomodo natus est, & datus nobis, id est, ad vtilitatem nostrã, puer iste: scilicet, in socium peregrinationis, in exemplum instructionis & directionis, in pretium redẽptionis, & in præmiũ laboris.

Esa. 11.

Nota.

Heb. 1.

G Qui plus imitatur Christũ se humiliando, plus proficit

1. Re. 15

SERMO VI. EIVSDEM DIEI, & pomeridianus, & in ordine XXII. Per Thema supradictum.

QVæritur, vtrum decuerit Christũ incarnari, & fieri paruulum pro nobis? Et videtur quod nõ, quia iuxta sapientiam sæculi conculcat sublimis humilem, fortior minus fortem. *Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat: & ditiori te ne socius fueris.* Quomodo ergo sociauit corpus debile & fragile diuinitati omnipotẽti: cardum cedro Libani? Respõdetur per duas veritates: prima est. Non sic est in diuina sapiẽtia sicut humana, quæ stultitia est apud Deũ: hæc enim naturam nostram assumpsit, nõ illa Deũ: sicut corpus bestiale nostrum, quãuis sit omnium corporum nobilissimum, vtpote cõstitutum super omnem corporalem creaturam, tamen pure passiue se habet ad

A Christũ decuit incarnari, & ea sci. Eccli. 13

Digitized by Google

ad animam recipiendam, quæ cum Angelis cõmunicat. Ideo nec corpus assumit animam, sed anima corpus sibi à Deo & natura paratum, & tamen optima est cõiunctio, vtpote nisi cum violẽtia dissolubilis. Quanto magis illa beatissima vnio (quæ extremitatem amoris tenet) non conculcationis naturæ nostræ, sed magis exaltationis exordium fuit? Sicut corpus sine anima nihil est: anima vero corpori multa præstat beneficia, vtpote pulchritudinem, claritatem visus, sonum vocis, motũ gressus, & sic de alijs. Corpus enim sine anima truncus est inutilis. Sic natura nostra sine Deo inutilis, omnino sine ipso nihil poterat facere.

Secunda veritas: decuit Christũ incarnari, & susc ipere passibilitatem nostram. Primo, vt compati sciret, & misereri disceret: vt quomodo dicit Apostolus, quia didicit ex his, quæ passus est, obedientiã, disceret & misericordiam. Nõ quod ante misereri nesciret, cuius misericordia ab æterno, & vsque in æternũ: sed quod natura sciebat, didicit experimento. Debuit enim (sicut dicit idẽ Apost.) fratribus per omnia assimilari, vt misericors fieret, quatenus infirmi filij Adã, quos suos fieri & appellari fratres voluit, suas illi infirmitates committere non dubitarẽt, quas ille sanare posset vt Deus, & vellet vt proximus, & cognosceret vt eadẽ passus. Secũdo, caro factus est, vt nos spirituales faceret: inclinatus est, vt leuaret: exijt, vt introduceret: visibilis apparuit, vt inuisibilia monstraret: contraxit se maiestas, vt nos dilataret. Tertio, vt se homini sociũ daret in via ad eum iuuandum, & viam ostendendam, & via redeundi fieret per hominem Deum. Lõge enim distabamus ab immortali mortales, à iusto iniusti: propterea iunxit ima summis, vt sic via pateret, qua imis summa sociaret. Hęc autẽ coniũctio facta est in vtero Mariæ virginis, quam salutabimus, dicentes: Aue.

Puer iste in Maria natus est per operationẽ Spiritus sancti. Sic autem de Spiritu sancto Maria concepit, non quod de Spiritu sancto semen partus acceperit: sed quia per amorem & operationẽ Spiritus sancti ex carne sua diuino partui Maria substãtiam ministrauit. Nã quia in corde suo amor Spiritus sancti singulariter ardebat, ideo in carne eius virtus Spiritus sancti miracula faciebat. Cuius opere mulier ista in arca vterivirginalis misceuit tria sata similæ; verbi sapientiam, carnis mũditiam, animæ humanę substantiam simplicissimã, donec fermentaretur totũ fermento incrementi, non peccati: fermẽto nouo, de quo B. Benedictus in Regula: Doctrina magistri tamquã fermẽtum diuinæ iustitiæ in discipulorum cordibus aspergatur. Non fermento veteri, de quo Apost. *Expurgate vetus fermentum*. Hoc fermento fermẽtata sunt omnia regna ad gratiam, non ad culpam: ad vtilitatem & salutem, non ad damnationẽ: quia secundum Thema præassumptũ, *Paruulus natus est nobis*, id est, ad commodum & vtilitatem nostram, *& filius datus est nobis*. 1. Cor. 5. Esa 9.

B

Ex amore summo processit Incarnatio & Natiuitas Christi.

Consequenter dicendum est ad tertiũ quæsitum, in quo quærebatur, vnde processerit, quod sic Christus datus est nobis per incarnationẽ & natiuitatem. Respõdetur, quod nõ ex meritis nostris, sed ex benignitate & amore Dei ad nos processit incarnationis mysteriũ & natiuitatis, & quidẽ ex amore summo. Est enim dilectio quasi duos ligans, amantem scilicet & amatum, imo quodammodo facit trãsire amantẽ in naturã amati: & si sit verus amor, cęlari nõ potest, quin operę vel alio aliquo se ostendat. Nõ enim potèst cælari ignis, quin fumo vel flãma se manifestet. *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo: vt vestimenta illius non ardeãt?* Quia vero duorũ amicorum inuicẽ turbatorũ verior amicus prior procurat pacẽ, mittẽdo alteri munera: sicut fecit Iacob Esau: dicit enim: *Placabo eum muneribus*. Inter Deum & hominem (quem creauerat ab initio ad imaginem & similitudinem suam, vt inter eos amplior esset dilectio, quia *omne animal diligit sibi simile*) à principio fuit magna turbatio, & hoc pro- Prou. 6. Genes 32. Eccles. 13.

pter culpam hominis tranſgreſſoris, quæ turbatio diu durauit. Tandē Deus tamquam verior amicus, eo quod magis diligit, voluit ſibi reconciliare hominē. Propter quod miſit ſibi munus paruæ quidē oſtenſionis, ſed maximi valoris, verū Deū in parua humanitate inuolutū. Et impletum eſt illud Hiere. *Paruulum dedi te in gentibus*. Magnitudo valoris eſt ex parte patris: paruitas oſtēſionis ex parte matris. *Tunicam paruam faciebat ei mater ſua*. Et quia curialitas non cognita eſt perdita, ideo hoc inenarrabile donum ſibi hodie miſſum recognoſcit Eccleſia, dicēs: *Paruulus natus eſt nobis*, in quo oſtenditur paruitas oſtēſionis. Sed ſubditur magnitudo valoris, cū dicitur: *Et vocabitur nomen eius Deus fortis*. Fuit ergo tāta dilectio Dei ad genus humanum, quod verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Refert Iuſtinus in abbreuiatione Trogi Pōpei lib. 12. quod cum Alexander Magnus obtinuiſſet regnum Perſarum, cogitauit quomodo poſſet Perſas familiarius ſibi copulare. Et propter hoc, qui moribus & natione Macedo fuit, quo ad mores & habitum in Perſarū leges tranſiuit. Sic Filius Dei volēs nos ſibi familiares facere, habitu inuētus eſt vt homo, humanis legibus ſe ſubijciēs: & qui quōdā duriſsime iudicabat minora peccata naturę tūc vilioris, nunc amore & cōpaſsione motus expectat lōganimiter, nec vindicat. Sic propterea ex amore appropinquauit homini, vt homo fieret, quia vnumquodque approximare deſiderat rei quam amat. Vnde ſummus amor ſummā facit approximationē. Cum ergo Deus *non ſit lōge ab vnoquoque noſtrum*: quia ſi ſe elongaret, opus ſuū deſtrueretur. Specialius tamen in iuſtis habitat per gratiā, quí plerumque recedūt ab ipſo per culpam, nec eſt qui ſpiritū manētē habeat, niſi ille, de quo Ioā. *Super quem videris ſpiritum deſcendentē, & manentē ſuper eum, hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto*. Gen. *Nō permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt*: hoc eſt, quia tantum caro, quod nō ſolū intelligitur de ſpiritu iræ, ſed etiam gratiæ. Ideo manſit in Chriſto, quia non tantum caro, ſed caro & verbū. Cum igitur per culpā euelleretur ab his, in quibus erat per gratiā: miro modo cogitauit ex ineffabili ſua dilectione ſic amplexari hominem, ſic ei coniungi, ſic vniri, vt ab eo numquā poſſet auelli, & ſic verbū caro factum eſt. Et hanc inſeparabilē vnionem promiſit, dicens: *Sponſabo te mihi in ſempiternum, & ſpōſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & in miſericordia & in miſerationibus & ſponſabo te mihi in fide*. Ideo in morte eius licet anima à carne fuerit ſeparata, numquam tamen anima & caro à verbo. Nihil enim in illā vnionē potuit mors. Secūda ratio, vt homo conſiderans hæc erubeſceret ſe elongare à Deo, qui numquam ſe elongat ab homine, ſed homo à Deo. Nihil enim poſuit Deus inter ſe & hominem, qui immediate ſe homini coniunxit. Sed homo interpoſuit peccatum. Peccata enim noſtra diuiſerunt inter nos & Deum.

Pro ſecūda parte, & iuxta vltimo quęſitum videndū eſt, quomodo nutriendus eſt puer iſte. Dicunt autē quædam fatuæ mulieres, & habetur in quodam libro dānato, qui intitulatur de infantia Saluatoris, quod Maria habuit obſtetrices cū filiū ſuum enixa eſt: & quod infans tunc fecit quędam miracula, ſed hoc falſum eſt. Primo, nō decebat carnē tam pretioſam tāgi, niſi à mūditia virginea. Tū ſecundo, quia ſcriptura dicit, quod immediate poſt hoc eū Maria panniculis inuoluit. Non ergo obſtetrices præſentes: hoc autē eſt officiū obſtetricū. Tum tertio, quia obſtetrices ſunt præſentes in partu mulieris, & adſiſtentes propter debilitatē eius, ad ſubueniendum defectibus eius. Maria autē in partu nullo modo fuit debilitata, imo magis fortificata. Tūc enim creditur fuiſſe in ſumma cōtēplatione, & genibus flexis, & tunc quaſi radius ex vtero exiuit ſine vteri fractione, nouus infans, noua ſecundū hominē creatura. Inde eſt quod à pictoribus male pingitur. Tū quarto, quia ſecretū diuinū, quod adhuc abſcondendum

Hier. 49

1. Reg. 2

Eſa. 9

Nota de Alexādro Magno.

Act. 17

Ioan. 1.

Gen. 6

C Nulla fuerunt obſtetrices in natiuitate Chriſti.

Luc. 2.

Digitized by Google

dendum erat, multis fuisset reuelatũ, & singulariter illis obstetricibus, quæ vbiq; vadunt:, & cõmuniter loquaces sunt. Vidissent enim quomodo sine dolore, sine fractione enixa esset: quod nõ erat adhuc, sed suo tẽpore reuelandũ. Vnde & Maria conseruabat omnia verba hęc cõferens in corde suo, ad reuelandum Apostolis & Tob 12. Euãgelistis. *Sacramentũ* enim *regis abscõdere bonũ est.* Ideo loco obstetricum ibi fuerunt Angelicæ potestates secundum Aug. quę venerũt (vt dicit Chrys.) ad adorandũ, & homagium faciendum suo principi: quẽ videbat in cęlis ita magnũ, & in terris ita Heb. 1. paruum. *Cum iterũ introducit primogenitũ in orbẽ terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Propterea loco istarũ obstetricũ dicamus (loquẽdo spiritualiter de nutricibus spiritualibus) quomodo scilicet poterimus eũ nutrire. Ad nutricẽ ergo, quæ spiritualiter habet hunc puerum nutrire, multa requiruntur. Primũ est, quod habeat lac propriũ. Nutrix enim quãdo cõcipit, cito perdit lac. Ideo si vult bene nutrire puerum, necessario habet cauere ne aliũ cõcipiat. Per lac albũ & dulce intelligitur conscientiæ puritas, mũditia, & dulcedo, qua puer iste nutriri debet. Sãguis enim (vt dicunt Naturales) in lac cõuertitur. Ita sanguis & passio Christi debet in nobis in mẽtis dulcedinẽ cõmutari, vt ipsa dulcedine nutriatur infãs. Amara enim à nutrice sumpta, in lactis dulcedinẽ per calorem digerentẽ conuertuntur. Sic per amorẽ Christi amarę & passionis suæ & natiuitatis angustię in mẽtis dulcedinem conuertuntur: quibus quærit nutriri. Sed si vis istud lac habere, debes cauere ne cõcipias alium puerũ, scilicet amorẽ mũdi: quia si nimiũ diligis curiositatẽ mundi, perdes pulchritudinẽ & dulcedinẽ conscientiæ tuæ. Sicut cygnus diligit plumas albas, & ideo totã virtutẽ & intẽtionem ponit in plumis albis: sed multũ constãt ei, quia caro subtus turpis est, & nigra. Ideo est auis immunda, & de ea nõ debet Leui. 11 fieri oblatio. Sic quidã diligũt tãtum pulchritudinẽ plumarum, id est, corporis exterius, quod ad hoc ponunt totã intẽtionem, sed tãtum eis constat, quod per hoc perdunt totã interiorẽ pulchritudinem. Non enim potest mulier simul nutrire duos filios. Ideo quãdo burgensis tradit nutrici puerum nutriendum, oportet quod dimittat propriũ: quia aliàs quãdo deberet lactare burgensis filium, lactaret proprium, & propterea quãdo filius nutricis mortuus est, libenter traditur ei filius burgensis nutriẽdus. Sic impossibile est, cum amore carnali & inhonesto, quẽ de diabolo concipimus, nutrire puerum Iesum: sed oportet prius illum amorem turpẽ dimittere: & tunc Maria tradet nobis filium suum ad nutriendum: imo, & Deus Pater, dicens: *Accipe puerũ istũ & nutri mihi: ego dabo tibi mercedẽ tuã,* scilicet gloriã æternã. Ad multiplicãdum autẽ istud lac spiritualiter, oportet vti sobrietate. Vilia enim cibaria multiplicãt naturaliter lac. Inde in libro de naturis rerũ dicitur, quod fabę multiplicãt lac. Sic qui sobrie & parce viuunt, non in delicijs & ebrietatibus, illi sunt qui plus habent lac dulcedinis & puritatis. Hinc in Daniel & socijs eius vtentibus leguminibus inuẽta est maior sapientia, quã in cunctis vtentibus cibo regio. Vnde in eodẽ libro de naturis rerũ dicitur, quod lac magis abundat in muliere nigra quã alba. Sic in anima mortificata per sobrietatẽ vitæ. Vult enim Arist. lib. de somno: quod nutricibus nõ detur vinum, vel saltẽ detur modicum lymphatũ, ne per grossos fumos intereat infans nutritus. Sic sobrietate vtendum est, ne tãdem ebrietate nostra illum infantẽ nobis traditum à Deo Patre occidamus, cõtra illos qui in ebrietatibus tota nocte vacant. Secundo, requiritur quod nutrix cubet puerũ in lecto: hoc primo in loco in quo possit quiescere: quia *factus est in pace locus eius.* Iste locus Psal. 75 est conscientia à vitijs quieta. In domo enim vbi est taberna, & vbi sunt diuersæ cameræ, & diuersæ mensæ: ibi non est locus pacificus, sed tumultuosus. Ita in corde, vbi est taberna ribaldorum, scili-

D *Ad nutriendũ spiritualiter puerũ Iesum multa requiruntur.*

B *Sobrietas.*

Dan. 1.

Nota.

cet peccatorum. Nam in vna parte eſt camera luxuriæ cum ſocijs ſuis, quæ ſunt, malus viſus, vilis tactus, vilis amplexus, vile verbum, vile oſculũ. In alia parte eſt peccatum inuidię cum ſocijs, rancore ſcilicet, odio, detractione, & ſic de alijs. In alia auaritia cum ſocijs ſuis, ſcilicet rapina, furto, impietate, crudelitate, tenacitate, & ſic de alijs. In alia ſuperbia cũ præſumptione, inani gloria, iactantia, inobedientia, &c. Non enim eſt ibi aliquod latibulum, in quo Deus poſsit quieſcere. Ideo requirit locari in pacifica conſcientia, in qua non ſit aliquod peccatum tumultum faciens Deo. Et quia dum in aliquo loco quieſcunt reges, volunt habere cuſtodes, ne ſuperueniat hoſtis irruẽs in eos, ideo requirit in loco ſuo rationem & timorem Dei tamquã ſpeculatrices, ad de longe ſpeculandum, ne peccatũ introeat.

Pſal. 75 Inde ſequitur in Pſ. allegato: *Et habitatio eius in Sion*: quod interpretatur ſpecula, id eſt, in loco, in quo eſt aliquis ſpeculator. Charitas autem, quę ipſum amplexatur,

Cant. 1. ipſum recubat. Inde dicitur: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea cõmorabitur*, ſcilicet reclinatũ, ſcilicet in corde quod eſt inter vbera. Ibi enim quærit requieſcere. In corde enim mũdo requieſcit. Secundo tamen requiritur, quod eum cubet in pannis mundis. Nam magni Domini non libenter hoſpitantur in locis immundis, nec in ſtabulis equorũ, nec in latrinis, ſed in gratioſis cameris & mundis. Ita & rex regum, qui oculos habet ita mundos, quod iniquitatem videre

Abac. 1 non poſsit, iuxta illud: *Mundi ſunt oculi tui ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris.* Ideo non libenter habitat in conſcientia, quæ eſt quaſi latrina pec-

Iac. 1. catorum. *Abijcientes omnem immundiciam, & abundantiam malitiæ: in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum.* Sanctuaria enim reponuntur in loco mundo, quanto magis ſanctus ſanctorum. Rex enim multum turbaretur, ſi fieret de domo ſua repoſitorium omnium immundiciarum, ſicut faciunt multi de conſcientia ſua. Contritio autem lixiuium facit ex feruidis lachrymarum aquis collatis per cineres peccatorum, & per auſterum amaræ recordationis ſaccum. Quod lixiuium faciebat ſæpe qui dicebat: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo.* Tertio, nutrix habet ligare puerum inſtitis, dum cubat eum in lecto. Habet enim eum ligare ſibi, & quaſi fœdus inire ſecum de obſeruantia præceptorum & mandatorum ſuorum. Si enim quis alligatur ligno, lignum etiam alligatur illi. Si puer alligatur conſcięntię noſtræ lecto, & lectus conſcientiæ alligatur illi. Alligatur autem nobis ex mercedis promiſsione, ſi nos alligemur ſibi ex præceptorum ſuorũ obſeruatione. Differenter autem ſolet ligari brutum & homo; quia homo ligatur in infantia: & tunc cum ad ætatẽ peruenit, permittitur liber ire. Sed beſtia, vt equus vel aſinus, in iuuentute non ligatur, ſed ſinitur liber ire. Sed cum ad ætatẽ deuenit, ligatur. Sic qui viuunt vita humana, hic in infantia huius mundi ligantur vinculo diuinorum præceptorum, & ea implent: vt cũ peruenerint ad plenitudinem ætatis Chriſti, ſcilicet in morte, liberi abeãt ab hoc ſęculo. Sed qui vita beſtiarum viuunt, nullis præceptis, nullis cõſtitutionibus alligantur aut alligari volunt. In morte vero tunc ligantur ad onera ſempiterna patiẽda. Tertio requiritur, quod cuſtodiatur puer à nociuis. Primo, ab igne & aqua. Ab igne quidem luxuriæ, & aqua auaritiæ. Oportet enim domum corporis bene tenere clauſam: ne forte ſit aliqua porta aperta, per quam puer exeat. Si enim forte aperies portã viſus per incautũ aſpectũ, vel linguæ per incautum verbum, vel auris per detractionis auditum, tunc facile poterit exire; quod ſi bene teneas portã clauſam, tecum permanebit, dãs tibi ſolatiũ ſpirituale. Secundo, à luce nimia. Non enim dum cubat debet poni in luce radiãte feneſtrę, ne viſus eius diſpergatur: & ſic luſcus fiat. Sicſi in luce vanitatis huius mũdi ipſum expoſueris, vt quæras apparere, &

ſæculo

P Cõtritio

G Differẽter ligãtur homo & brutum

Nota

sæculo & mundo per obliquitates & iniustitias complacere: oblique te respiciet puer iste: imo continuo disperdetur, & discedet à te: poteris quoque dicere illud: *Puer non comparet, & ego quo ibo?* Sicut cæcus, qui ignorat viam, in periculo est sine puero duce, & de hoc conqueritur. Cæcus est autem homo, qui non videt periculum peccati sui. Tertio, à canibus, ne sibi subtrahant panẽ, id est, à vita canina, quæ est in rapiendo, furãdo, & violentiã inferendo proximo: vel à dæmonibus, qui volunt nos quotidie mordere suis suggestionibus. Quarto, quadrigarũ fragore: hoc est malarũ negocionũ & litium strepitibus, ad quod requiritur ista trãquillitas mẽtis, quę, dũ auribus vehemẽtior terrenarum curarum clamor insonuerit, illud Abner fortiter exclamat: *Quis es tu qui clamas, & inquietas regẽ?* Quarto, requiritur quod nutrix portet ipsum puerum per obediẽtiam. Nutritur enim per cordis deuotionẽ. *Erunt reges nutricij tui*, id est viri sancti, *& reginæ*, id est animę sanctæ, *nutrices tuæ:* & subdit modum deuotionis: *Vultu in terra demisso adorabũt te: & pulucrem pedũ tuorum lingent*. Sed portatur per bonam operationem, iuxta illud: *Glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Vel nutritur bene operando: *Meus cibus est, vt faciam volũtatem eius qui misit me.* Sed portatur mala sustinendo. Nec sufficit quod solum portet: sed etiã quod faciat eum ambulare. Nutrix enim corã infante ambulat, vt discat ambulare. Hoc autem faciet maxime per iustitiam. *Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos.* Nihil enim plus facit aut allicit magis hunc infantẽ ambulare in aliquo regno vel patria, & impartiri bona sua, quã iustitia. Timendũ est valde, ne diu sit, quod puer iste per regnũ istud trotauerit: quia diu est quod iustitia corã eo nõ ambulauit. Ideo nõ est mirũ, si nõ ministrat modo bona sua, vel tẽporalia vel pacis, quia sine nutrice iustitia pauca bona huius pueri habebimus. Scriptum est autem: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.*

Gen. 37

1. Reg. 26

Esa. 49.

2. Cor. 6

Ioan. 4.

Psal. 84.

H Iustitia

Sap. 7.

Quinto, requiritur quod balneum huic puero præparet, & hoc fit maxime per pietatem, quæ intuita sanctã meditationem alloquentem ipsum puerum in deuotione, ad fontem compunctionis currit, & de puteo cordis lachrymas sanctæ deuotionis effundit. Vnde: *Anima mea liquefacta est, vt* (dilectus) *locutus est.* Aliquãdo ad auditum deuotum verbi Dei lachrymæ sponsæ effluunt ab oculis de intimis cordis, quandoque vero ex cogitatione beneficiorum Dei, iuxta illud: *Factum est cor meum tamquam cera liquescens* per feruorem dilectionis causatum ex beneficijs Dei in me recollectis, & hoc *in medio ventris mei*: quia mediante memoria horum beneficiorum, quæ in ea velut in ventre retinentur. Sexto, necesse est vt puer iste pascatur: & hoc vel in mẽbris suis per misericordiæ opera corporalia, vel per pastum verbi Dei & eloquia Domini *dulciora super mel & fauũ*, vel in seipso dum pascitur teneritudine cordis & virtutibus & donis suis, quæ in creatura sua reposuit. Hinc Esaias: *Butyrũ & mel comedet, vt sciat reprobare malũ & eligere bonum.* Nam butyrum est flos, & pinguedo lactis. Inde caseus factus post butyrum est macer & insipidus & siccus. Ideo per butyrũ significatur teneritudo & dulcedo cordis. Tali cibo debet nutriri Christus. Esaias: *Præ vbertate lactis comedet butyrũ.* Mel vero est cibus dulcis descendens de cælo. Apis enim mel nõ facit, sed colligit: & significat gratias & virtutes venientes de cælo: & tali cibo etiam nutriri debet Christus. Vnde quãdo, descẽdit in personã gratia & virtutibus plenã; potest ei dici: *Mel muenisti: comede.* Et sequitur in textu: *Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Sicut enim faciens butyrum dimittit macrum & siccum, & insipidum: sic Christus corda insipida, & sicca sine deuotione, secundum illud: *Nauseam filiorum tuorũ reprobauit.* Et sicut apis non eligit in flore nisi quod melius est, scilicet mel: ideo si quandoque transeat super florem nihil habentem mellis,

Cant. 5.

Psal. 21

Psal. 18

Esa. 7.

Ibidem.

Prou. 25

Esa. 7.

Psal. 72

non quieſcit ibi nec moratur. Sic Chriſtus eligit quod melius eſt in corde tuo: ſcilicet gratiã & virtutes, & in perſona nihil habente gratiæ & virtutum, ſed potius odio & rancore plena non ſiſtit, nec moratur, licet quãdoque trãſeat per os ſuũ. Septimo, neceſſe eſt ipſum berſare, vt dormiat: hoc facit patientia, quæ ipſum berſat, & dormire facit. Inde eſt, quod diſcipulis exiſtentibus in naui verſata hinc
Matt. 8. inde, Dominus dormiebat. Sic dũ tẽpeſtas nos agitat, & non blaſphemamus, & nõ murmur reſonat, nõ querimonia, ſed corde tacito més bene conſcia conſeruat patientiã, tunc ilico puer dormit. Videtur enim dormire, quia non videtur ſuccurrere. Secundo videtur dormire, quia quieſcit in cõſcientia, in qua patiẽtia facit trãquillitatem, quia nec murmur reſonat
Cant. 5. nec querimonia. *Ego dormio*, ſcilicet in mente deuota, *& cor meũ vigilat*, ſcilicet cor, in quo habito, vigilat in tribulatione & aduerſitate. Octauo, neceſſe eſt puerũ excitare poſtquam dormierit, & leuare. Hoc facit ſancta meditatio, & deuota
Pſal. 43 oratio, dicens: *Exurge, quare obdormis Domine: exurge, & ne repellas in finẽ.* Pſ. *Voce mea ad Dominũ clamaui, & exaudiuit me*, & ſequi-
Pſal. 3. tur: *Ego dormiui & ſoporatus ſum, & exurre-*
Pſal. 77 *xi.* Et alibi: *Et excitatus eſt tamquã dormiens Dominus, & tamquã potẽs crapulatus à vino.* Sic fecerunt Apoſtoli, quando excitaue-
Matt. 8 runt Dominum, dicẽtes: *Domine ſalua nos, perimus.* Sic & facere debent illi, qui vexãtur aduerſitate vel tẽtatione. Induit etiã eum, quãdo reuoluit virtutes, & beneficia, & ſcripturas ſanctas, & alia de eo.

Ex prædictis patet, quod puer iſte debet habere multas nutrices. Prima quidẽ erit deuotio, quę eũ nutrit lacte, butyro, & melle. Secũda obediẽtia portat eũ. Tertia pietas balneat. Quarta puritas recubat in pannis mũdis. Quinta contritio mũdat pãnos. Sexta charitas amplexatur, & ligat. Septima patiẽtia berſat, & eũ dormire facit. Octaua ſancta meditatio & deuota oratio excitat, & leuat, & induit. Nona miſericordia paſcit. Decima iuſtitia ambulare docet. Vndecima diſcretio eũ ab igne, & aqua, & cæteris nociuis cuſtodit. Et ſi quęratur de nutricibus, quomodo poterũt tot eſſe in domo, & quod magna eſt ſæpe diſſentio tot mulierum. Reſpondetur, quod non erit nobis graue habere iſtas. Tum propter mercedem, quæ promittitur: *Accipe puerũ iſtũ, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam.* Secundo, quia ſumus reges qui nutrimus eum. *Erunt reges nutritij tui, & regine nutrices tuæ:* tales autẽ poſſunt ſatis habere nutrices. Vnde, & Chriſtus multas habuit nutrices in natiuitate, quæ eum nũquam deſeruerũt, ſed nutrierũt, & aſſociauerũt vſque ad mortẽ. Nutriuit enim eũ puritas in natiuitate, & aſſociauit vſq; ad mortẽ, ſcilicet Maria virgo, ſubiectio eũ corã iudicibus manere fecit, paupertas in cruce ſpoliauit, largitas ei donare fecit paradiſum, charitas mori, pax mundum reconciliare & ſuos crucifixores, miſericordia ſanguinẽ fundere.

1 Quomodo poſſunt eſſe multæ nutrices ad nutriẽdũ Chriſtum. Exod. 2. Eſa. 49.

DE EODEM FESTO SERMO VII. & in ordine XXIII. Per Thema.

Eſa 40. *Reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum eſt.* Quęritur, quare Chriſtus dicitur gloria Domini, vt patet in hoc themate. Et Exo. 16. *Mane videbitis gloriam eius.* Et item Pſal. *Vt inhabitet gloria in terra noſtra.* Et iterum: *Gloria Domini ſuper te orta eſt?* Reſpondetur quod propter multa. Primo, quia *gloria patris eſt filius ſapiens*. Si ergo carnalis eſt huiuſmodi, multo magis Filius Dei. Secundo, vt diſcant homines nunc reuereri Deum, & glorificare eum. Si enim non apparebat, vnde gratias agerent, nunc vero apparet. Ideo blaſphemi ſe cuſtodiant, qui multo nunc grauius peccant quàm Iudęi; quia de Iudæis dicitur: *Si cognouiſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Iſti autem poſt tot prophetarum veteris & noui teſtamẽti teſtimonia: poſt tot miracula & approbationes ſanctorum inhonorant Dominum, ſecundum illud. *Rurſum crucifigẽtes ſibimetipſis Filium Dei, & oſtentui habẽtes.*

1 A Quare Chriſtus dicitur gloria Domini Pſal. 84. Eſa 60.

Pro. 10.

1. Cor. 2.

Ter-

Tertio, vt humilietur homo, quãdo Deus gloriam suã ita humiliauit: sicut promiſ. 7. ſerat in Pſ. *Gloriã meã in puluerẽ deducã.* Nõ ergo apponat homo vltra ſe magnificare ſuper terrã. Si ſacco induta eſt gloria Dei Patris, non ſuperbiat in veſtibus. Si vſq; ad infantiã, non quærat altã dignitatẽ. Si vſquequo videretur ignorãs, non glorificetur in ſcientia. Quarta ratio: quia antiquitus dicebatur gloria Domini, quando exercebat iuſtitiam. Sæpe enim dicitur, quãdo Dominus faciebat iuſtitiã, quod gloria Domini erat ſuper tabernaculũ: ſicut quãdo Maria ſoror Moyſi percuſſa eſt lepra, & plures de populo interfecti sũt. Homo enim multũ offendebat patrẽ ſuũ: nec erat remedium, quouſq; clamauit, vt gloria iſta veniret: & tunc Filius poſitus eſt arbiter inter Deum Patrẽ & hominẽ: & illum arbitrũ quærebat homo cõfidẽs Pſal. 11. in illo. Dicebat enim Pater: *Ponã*, ſcilicet iudiciũ arbitrariũ, *in ſalutari*, hoc eſt in filio meo. Et homo de hoc contẽtus reſpõdebat: *Fiducialiter agam in eo.* Sciebat enim homo ipſum allaturũ ſecũ miſericordiã. Et propterea ſuper hoc arbitrio dicit: *Reuelabitur gloria Domini*, ſcilicet nouo modo, & alio quàm in veteri teſtamẽto, hoc eſt per miſericordiam, vbi priũs reuelabatur Eſa. 40. per iuſtitiam: *& videbit omnis caro pariter quod os Domini locutũ eſt*: quod hodie cõpletum eſt, quãdo *per viſcera miſericordiæ ſuæ viſitãs nos oriẽs ex alto*, prodijt ad nos viſibilis ex vtero Mariæ: quã ſalutabimus, &c. Luc. 1.

B *Sol iuſtitiæ, qui diu latuerat tandem eſt publice reuelatus. Luc. 24*

Sicut ſol diu aliquãdo latet in nubilo, qui tandẽ clare hominibus reuelatur, ſic Deus, qui ab origine mundi hominibus latuerat, in incarnatione & natiuitate eſt publice reuelatus. *Viderũt oculi mei ſalutare tuum.* Et hæc eſt reuelatio inæſtimabilis amoris. Magnæ charitatis eſſet regẽ ſedere iuxta pauperem: quanto magis quod Deus per carnem iuxta homines viſibilis apparet. Vnde Deus eſt ſicut rex, qui ſecrete cum cõſiliarijs ſuis tractat de regimine regni ſui: tãdem quod ordinatũ ſecrete fuerit, diuerſis diuerſimode publicat & reuelat: quia Deus in ſecreta camera ſuæ occultæ prudẽtiæ, primo diſponit omnia quæ facit, ipſaq; primo ſuis ſecretarijs, id eſt Angelis, oſtẽdit: tãdem ſeneſcalis & balliuis ſuis, ſcilicet Prophetis & Apoſtolis: & finaliter per ipſos cæteris publicat & denũciat. Sic enim fecit de ſecreto ſuæ beatæ incarnationis & natiuitatis: quod finaliter per Prophetas ſuos omnibus reuelauit. Dicit enim: *Iuxta eſt* Eſa. 56. *ſalus mea, vt veniat: & iuſtitia mea, vt reueletur.* Et ita verificatum eſt illud Thematis præaſſumpti: *Reuelabitur gloria*, &c. Iuxta Eſa 40. Thema & Euangelũ hodiernũ quod ſcribitur Luc. 1. dicẽda ſunt duo. Primo, quomodo reuelata eſt gloria Domini Mariæ, & Ioſeph in præſepio. Secũdo, quomodo paſtoribus eſt reuelata. Primũ matutino ſermone. Secũdũ vero pomeridiano declarabitur. In primo tria cõprehẽduntur. Primũ eſt, de edicto Auguſti Cæſaris. Secundũ eſt, quomodo aſcẽderunt Maria & Ioſeph, vt illi obtẽperarent. Tertium eſt, quomodo Maria peperit Chriſtũ in præſepio. Quo ad primũ, dicitur in principio Euãgelij prædicti: *Exijt edictũ à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.* Vbi duo quærũtur. Primũ eſt, cũ imperatoris edidum vel mandatũ eſſet illicitũ, an Ioſeph & Maria tenebantur ire in Bethleẽ iuxta formam edicti. Sed quod tale præceptum fuerit illicitũ, patet, quia cum ſic feciſſet Dauid, propter hoc iratus eſt Dominus, & grauiſsime punitus Dauid. Reſpõdetur primo, quod numeratio populi poteſt fieri ab aliquo principe. Primo, ad potẽtiæ ſuæ oſtentationẽ: & ſic eſt ſuperbię actus: & propter illud Dauid punitus eſt. Sic Ezechias, qui oſtendit Aſſyrijs & 4 Re. 20 Chaldęis diuitias ſuas, arma & ſcuta, qui erãt ſerui Babylonis. Secũdo, ad ſciẽdum quot eſſent capita: vt ſciretur quomodo diſtribui poſſent talęe & tributa ſine grauamine populi. Debẽt enim principes illã habere prudentiã, vt intendãt ad vtilitatẽ populi ſui. Sicut enim geniti ſub bono ſidere vel ſub bona conſtellatione, vt dicunt Aſtrologi, in maiori proſperitate viuũt: ſic qui ſub diſcreto principe. Inde

C *An Maria & Ioſeph tenebãtur obedire edicto Cæſaris, & videretur eſſe iniuſtum. 1. Paral. 21.*

Digitized by Google

de ſanctis animalibus, & oculatis & pru-
Ezech. 1 dētibus dicitur: *Manus hominis ſub pēnis eorū*, quia ſub pēnis bonorū principū viuūt in pace artifices, & operarij & cultores agrorum, nō moleſtati exactionibus. Hinc
Ezr 31. dicitur de bono præſide: *Sub vmbraculo illius habitabat cetus gentium plurimarum.* Sed mali principes ſunt malæ conſtellationes, ſub quibus affligūtur qui naſcuntur ſub illis, vt dicunt Aſtrologi: & multis
Prou. 28 ſubijciūtur infortunijs. *Regnantibus impijs ruinæ hominū.* Similes enim ſunt leonibus, & aquilis, quę deuorare ſolēt quæ ſub ſe ſunt animalia, & alijs tradere ad deuorā-
Pſal. 44 dum, vt dicatur illud Pſ. *Populi ſub te cadēt in corda inimicorū regis* & regni. Vnde de aſi-
Nu. 22. na Balaā dicitur, quod *cecidit ſub pedibus ſedētis.* Sunt enim ſimiles ſoli eclipſato, ad quē cōmuniter ſequuntur magna mala.
Eccl. 2. De quo ſole dicitur: *Vidi in omnibus vanitatē & afflictionē animi: & nihil permanere ſub ſole:* quia ſub talibus nihil permanet. Scri-
Nu. 16 ptū eſt enim: *Dirupta eſt terra ſub pedibus eorū.* Nā omnia in os eorū introeūt ſicut in abyſſum. Tertio, vt ſciretur diuerſitas, & nationū, & legū, & cōditionū: vt ſecundū illas leges & cōditiones poſſent cōformiter dirigi. Ideo qui ad regimina regnorū
Ezech. 1 aſcēdunt, debēt eſſe oculati, vt videant & iſta conſiderēt exēplo ſanctorum animalium, quę plena erāt oculis ante & retro. Quarto, hoc fieri potuit, vt profiterentur fidelitatē Imperatori propter pacis ſecu-
Matt. 8. ritatē, vt cognoſcat homo de ſe illud: *Nā & ego homo ſum ſub poteſtate cōſtitutus.* Et his tribus modis vltimis exijt edictū à Cęſare Auguſto: vt dicit Nico. de Lyr. Dicitur prēterea, quod dato quod illud prēceptū fuiſſet illicitum, tamē Ioſeph & Maria tenebātur obedire. Non enim ad inferiores ſpectat dijudicare de prēceptis ſuperiorū; & præceptū de ſe nō erat malū (vt iā dictū eſt) niſi pro quāto ex voluntate male circumſtātionata proceſsiſſet. Inferiores autem ſemper debēt de ſuis ſuperioribus bene exiſtimare & iudicare, niſi euidēter appareat de cōtrario. Secundo quęritur, quomodo Dominus, qui erat ſūmus Imperator orbis, qui habet in fœmore ſuo ſcriptum: *Rex regum & Dominus dominantium*, talē ſuſtinuit ſubiectionē: vt adhuc infans ſolueret tributū: cum reges & principes non propter aliud inter ſe pugnēt quā propter libertatē habendā? Reſpōdetur, quod hoc fecit primo ad oſtendēdum, quod noſtris principibus debemus obedientiā, vbi præceptum impleri poteſt abſque offenſa creatoris. Si autem creator omnium ab exordio illi ſeruituti ſubijci voluit, quanto magis vilis vermiculus in honore Dei? Si infideli & idololatrę, quanto magis fideli debemus obſequiū? Secundo, hoc fecit ad oſtēdendum quod nō venerat regnare tēporaliter, ſed ſoluni ſpiritualiter in animabus noſtris, ideo regnū eius ſtetit cum Romano imperio, nec in vita ſua ſe miſcuit de illo, nec ipſum voluit exercere: ad oſtendendum quod Eccleſiaſtici principes principaliusdebēt intēdere ſpiritualibus quàm tēporalibus: & principalius cum ouibus quā curis principum intereſſe. Nec expulit Romanum Imperatorē, licet potuiſſet: ſed ſecū permiſit. Nō ſic multi, qui cum principiantur, alios ſecum permittere nō poſſunt. Inde dicitur: *Conſiderabam cornua, & ecce cornu aliud paruulū ortum eſt de medio eorum*, &c. Et poſtea: *Aſpiciebā & ecce cornu iſtud faciebat bellū contra ſanctos, & prævalebat eis.* Sic in loco capituli vnius eminētię vel officij vel dignitatis aliquādo inter cæteros inuenitur aliqua perſona vilis & dura per obſtinationē, habēs ſubtilē & fallacē malitiam, & os loquens grandia per adulationē reſpectu maiorum, per accuſationē reſpectu pauperum, apud minores iactantiā & comminationē, apud omnes eloquentię deceptionē, & verborum palliationē. Et licet tale cornu ſit modicum: tamē quādoq; per fortunā ſic augmētatur, quod à facie eius euelluntur alia cornua magna, id eſt, alij potētiores, nobiliores, & meliores ſe. Tertio, ad oſtendēdum principibus modū viuēdi: quod vt pacē habeāt aliquid de ſuo vel de ſua poteſtate dimittāt. Hinc Dominus omnia

D
Propter multa voluit Dominus ſubijci imperatorib

Dan. 7.

regna;

Digitized by Google

regna terrarum dimisit terrenis, inde orta est iustitia simul cũ pace. Vnde: *Orietur in diebus eius iustitia.* Primo, orietur iustitia. Secundo, abundãtia pacis: quia numquã secundũ sine primo. Sic laudatur Theopõpus rex Lacedęmonum ab Arist. quod regiã potestatẽ prudenter minuisset. Pro qua re cum argueretur abvxore dicente, an nõ erubesceret, quod filijs minorẽ potestatẽ regiã reliquisset quã à parentibus ipse recepisset: Nõ profecto, inquit. Nã relinquo eis multo durabiliorem. Magna enim regna magis inuidię & bello subiecta sunt quã parua: sicut magna ædificia & magnæ domus magis patent ruinis, & casibus, & fulguri quã paruę domus. Pro secundo dicitur in textu Euãgelij: *Ascẽdit autem Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudeã, in ciuitatẽ Dauid, quæ vocatur Bethleẽ: eo quod esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnãte.* Et hic quęritur, quomodo ducebat Ioseph desponsatã Mariã adolescentulã per viã tã longã, quæ grauida erat, & tã pulchra, quia sicut speciosus forma præ filijs hominum fuit filius eius, ita illa speciosa, sicut recitat speculũ morale de oculo & pulchritudine eius. Quomodo enim non timebat Ioseph eã solus ducere? Dicitur ad hoc primo, quod tunc currebat maxima iustitia, ita vt vrbes nocte & die non clauderẽtur: & maxima pax, quę est signũ iustitiæ: ideo tunc nullus ausus fuisset illos molestare. Secundo, beata virgo licet esset pulchra, erat tamẽ illa gratia munita, quod à nemine cõcupiscebatur. Et (vt ait glo.) erat lucens in facie taliter, quod respiciẽtes eã à sui cõcupiscentia arcebat. Nec mirũ, quia habebat solẽ in vẽtre: habebat illũ, qui est vera lux illuminãs omnem hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Tertio, habebat custodiã Angelorũ: secũdum illud: *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiũt ex fortissimis Israel*, id est, ex supremis Angelis videntibus Deum. Israel enim interpretatur, Vidẽs Deum. Ioseph autẽ eã ducebat grauidã sine onere: quia onus illud nõ onerabat sicut nec alę auis: vt esset testimoniũ natiuitatis eius & nascentis pueri illius. Sicut enim Ioãnes fuit missus à Deo, vt testimoniũ perhiberet de lumine, quod illuminaret mundũ: ita & Ioseph, vt testimoniũ perhiberet de virginitate Mariæ & natiuitate Christi: & ideo manifeste suã ducebat vxorẽ. Nõ sic qui nubunt hora secũda vel tertia, qui timẽt ne videantur, qui nõ faciunt honorẽ matrimonio, vbi tamen Dominus voluit nuptijs interesse: vel tales credunt inhonestũ esse matrimoniũ, vel nolunt ipsum honorari, vel fecerunt aliquod dedecus. Quãtum ad tertiũ, subditur in textu: *Factum est autẽ, cũ impleti essent dies: peperit filiũ suũ primogenitũ:* & tunc per partũ reuelata est gloria Domini, Mariæ, & Ioseph. Sed ibi quęritur primo, quomodo peperit, an vera mater Christi? Et videtur quod non: quia nõ operata est sicut aliæ matres. Nõ enim egit ad cõpositionẽ corporis, cũ in instãti: nec ad exitũ de corpore, cũ trãsierit sicut radius solis. Si enim dicatur sufficere ministrare materiã, tũc lignũ diceretur vera materia scãni: quia ministrat omnẽ materiã. Prima propositio. Maria est vera mater Christi: quia fecit quicquid alia mater facit, quia ministrauit materiã ad opus Spiritus sancti, sicut aliæ matres ad opus viri. In vtero suo nutrimẽto nutriuit eũ, & aluit, & in fine ad hoc, vt tãquã fructus maturus caderet ex aluo virginis. Nõ enim habuit cõrpus allatum de cælo, vt dicit Valẽtinus hæreticus. Secũda propositio. Non obstãte, quod Maria fuerit naturalis Christi mater: tamẽ miraculose fuit ortus & productus. Primo, quia alij à sole & homine generantur, secundũ illud Philosophi: Sol & homo generãt hominẽ. Hic nec à sole nec ab homine, sed à Spiritu sancto productus est. Secundo, quia alij formãtur successiue, iste instãtanee. Tertio, quia alij aperiũt vluã. Nos enim sumus viperæ & semẽ serpẽtinum, quia vulneramus & aperimus matres nostras in partu suo: sed iste semẽ diuinũ, de quo Esaias: *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semẽ, quasi Sodoma fuissemus,*

Psal. 71 *Nota.*

Luc. 2.

Cant. 3.

Esa. 1.

Maria an fuerit vera mater Christi.

mus, & quasi Gomorrha similes essemus. Sed iste clauso exijt vtero aluum virginis, per portam scilicet clausam; & viâ mũdissimâ. In nobis polluta est via, quę incipit à conceptione, & terminatur in natiuitate.

Psal 50 Ps. *Ecce in iniquitatibus cõceptus sum*. Sed de
Psal. 17 eo dicitur: *Deus meus, impolluta via eius*. Et:
Prou. 3 *Viæ eius viæ pulchræ*, quia sine culpa in cõceptu, *& semitæ illius pacificæ*, quia sine pœna in exitu. Vnde in alijs cadit flos, scilicet virginitatis per coruptionẽ, quãdo venit fructus; sed ibi simul fuerunt flos & fructus. Secundo quæritur, quare ex in-

G Maria peperit Christũ sine corruptione

tacta virgine voluit nasci Christus? Respondetur per duas veritates. Prima. Beatissima mater Christi mansit virgo post partũ, ita quod sine corruptione peperit Christũ. Patet primo exemplo verbi humani, quia sicut verbũ humanũ ab homine prolatũ cor intrat auditoris sine auditoris corruptione, & quẽcumque locum clausum sine apertione; sic Dei increatũ:

Ioan. 1. de quo: *In principio erat verbum*: corpus, & animam intrauit suæ genitricis sine corruptione sui, quia oppositum sentire non esset aliud, quã maiorem potestatẽ attribuere verbo hominis quã verbo Dei. Secũdo, qui cõcedit, quod apes duas in flore colligũt naturas & substãtias, ceram, & mel sine floris læsione: quis negabit, quod Deus, qui apibus potentior est, non possit in virgine matre duas accipere naturas, corpus scilicet, & animã, sine floris virginitatis eius lęsione? Tertio, sicut flos sine sui labore & diminutione dat dulcẽ odorem: sic virgo mater peperit saluatorẽ. Ber. Si quæris quomodo virgo genuit saluatorẽ, vide quomodo flos vitis dedit odorẽ. Si inuiolatũ inuenis florẽ, eo quod dedit odorẽ: violatum nõ credo pudorẽ, eo quod genuit saluatorẽ. Ideo potest sin-

Eccli 24 gulariter dicere: *Quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris*. Quarto, quia si fructus arborũ tantã habeat potentiã, quod nasci de arbore potest sine macula & fractione, quãto magis fructus ille benedictissimus de matre sua nasci potuit absque macula maternæ puritatis, & absque diminutione integritatis? Quinto, patet auctoritate Hildephonsi Toletani in serm. de assump. dicentis: Absit, vt Dei Filius matris pudorem vllis vexauerit iniurariũ molestijs. Absit, vt illa, qua omnis Euæ maledictio soluta est, in partu maledictionibus subiacuerit. Absit, vt tanta tristitia & gemitus interuenerit, vbi gaudiũ omniũ prædicatur: ad cuius partũ multitudo cecinit Angelorũ. Absit, vt inter Angelorũ discursus immũda sedeat in sanguine septẽ diebus: ad quã, si ita esset, nec pastoribus iuxta legẽ (vt ita dicã) ingredi liceret. Et si dicatur: Scriptum est: *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustũ, aperiatur terra*, id est Maria. Et per cõsequẽs videtur, quod aperta sint claustra Mariæ per corruptionem, vel fracturã. Respõdetur: Aperta est terra Mariæ sursum, quia Ps. *Os meũ aperui* consentiẽdo Angelo, & aurẽ credẽdo, *& attraxi spiritũ*, sed numquã deorsum per cõcupiscentiã mundanã aut corruptionem, quia sine corruptione peperit, ideo etiam peperit sine dolore, & labore. Vnde Eua si ante peccatũ in paradiso cõcepisset, non peperisset in dolore, sicut nec fuisset in concupiscentia genita. Et ideo Maria in Nazareth tamquã in hortovoluptatis cõcipiens, & sine dolore pariens, demõstrat se ad primã innocentiam restitutam. Hoc autem non conuenit alijs mulieribus, & merito: nam differentia est in Ecclesia de canonicis priuilegiatis, & eorum vicarijs, quia canonici priuilegiati fructus suarum prębendarũ sine labore percipiũt, vicarij vero sine priuilegio existẽtes nõ nisi cum labore. Sic Maria inter mulieres sola priuilegiata fructũ suũ sine labore peperit. Et ideo hortatur Ecclesia, vt in hoc laudemus Deũ, & congaudeamus ei, dicentes: *Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes*. Rationẽ subdit: *Terra*, scilicet Maria, *dedit fructum suum*. Et sic ad literam exponit Nicolaus de Lyra. Terra enim maledicta in opere Adæ germinauit spinas, & tribulos etiam culta, sed terra Mariæ benedicta ab Angelo absque labore fructũ edidit. Ait enim Christus:

Esa. 45.

Ps. 118.

H Nota.

Psal. 66.

Ego

Digitized by Google

Cant. 2. *Ego flos campi*, qui ſine labore & cultura naſcitur. Secunda veritas. Multiplici ex cauſa decuit Chriſtũ naſci ex virgine. Prima eſt, quia ad hoc fuit incarnatio, & natiuitas Chriſti, vt homines renaſcerentur in filios Dei, ſecundum illud: *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.* Filij autem Dei (vt dicitur) non ex voluntate carnis & viri, id eſt, non ex coniunctione maris & feminę naſcuntur. Chriſtus ergo cũ ſit primogenitus inter filios Dei, eriã ſecundũ humanitatem nõ debuit naſci ex coniunctione tali, ſed ex virgine. Inde Aug. li. de virg. ait: Oportebat caput noſtrũ ſecundũ corpus naſci de virgine, vt ſignaret ſua mẽbra ſecũdum ſpiritũ de virgine etiã naſci-
Exec. 44 tura. Hoc enim præuidit Ezechiel in porta clauſa. Quod exponẽs Aug. dicit: Quid porta in domo Domini clauſa, niſi quod Maria erit ſemper intacta? Et quid eſt, quod vir nõ trãſibit per eã, niſi quod Spiritus ſanctus impręgnauit eam, & Dominus Angelorum naſcetur per eã? Et quid eſt, clauſa erit in ęternũ, niſi, quod Maria virgo eſt ante partum, virgo in partu, & virgo poſt partũ? Secũda ratio, quia â corruptione liberandũ erat genus humanũ: ideo pretiũ redẽptionis debuit eſſe incorruptum. Nil ergo mirũ, ſi de immaculata immaculatus naſcitur, vt ſicut in cælo habuit patrem immortalẽ æternus ſine matre: ſic in terra haberet matrẽ virginẽ incorruptus ſine patre; & ſicut in cælo qualis pater talis filius, ſic in terra qualis mater talis filius, talis agnus qualis mater agni. Congruũ ergo fuit, vt per incorruptionẽ veniret, qui corruptionẽ peccati tollere venerat. In ea enim ex Deo, & homine cataplaſma factũ eſt: quod ſanaret omnes infirmitates noſtras. Et cõmixtæ ſunt hæ duæ ſpecies in virginali vtero tamquã in mortariolo, Spiritu ſancto tamquã piſtillo illas commiſcente. In hac cellavenit Heliſæus tamquã anima in corpus mortuum, vt mortuũ hominẽ calefaceret, & in veteribus mẽbris vita noua, & in carnalibus vita ſpiritualis, & in terrenis cæleſtis. Tertia ratio: congruum fuit, vt ſicut primus Adam de terra virgine ortus eſt, ita & ſecundus; & ſicut per Euã virginẽ perditio: ſic per Mariã virginẽ fieret reparatio. Inde canit Eccleſia. Paradiſi porta per Euam cunctis clauſa eſt, & per Mariã virginẽ iterum patefacta eſt. Vnde
Gen. 15 Abraę dictum eſt: *Generatione quarta reuertentur huc in terrã*, id eſt, *promiſſionis*. Prima fuit in Adã ſine viro & muliere. Secunda in Eua ex viro ſine muliere. Tertia cõmunis eſt ex viro & muliere. Quarta eſt de muliere ſine viro, & hæc ſingularis: nec alia inueniri poterat, quæ tribus primis ſuccedere poſſet. Quarta ratio. Ille, qui venerat afferre gaudiũ mũdo, & lætificare triſte ſæculũ, nõ debuit cõtriſtare virginei vẽtris hoſpitium, naſcẽdo ſcilicet cũ detrimento ſuæ virginitatis, imo potius debuit naſci cum augmẽto eiuſdem: ſicut & fecit. Inde poterat Chriſtus dicere: *Ero*
Oſee 14. *quaſi ros, & Iſrael*, id eſt, Maria, *germinabit quaſi liliũ*. Sicut enim ros lilij cãdorem aut decorẽ nõ minuit, ſed potius auget & nutrit, ſic Dei Filius Mariæ puritatẽ, & virginitatẽ nõ abſtulit aut minuit, ſed magis auxit & decorauit. Et pãnis eũ inuoluit, Maria ſcilicet, & reclinauit in præſepio: Ecce quomodo panis Angelorũ factus eſt fœnum poſitũ in præſepio, nobis tamquã iumẽtis appoſitum. *Verbũ* quippe *caro factũ*
Ioan. 1. *eſt*, & *omnis caro fœnũ*. Sed iuxta prophetã
Eſa 4. *exiccatũ eſt fœnũ, & cecidit flos*. Sed certe vi-
Eſa. 40. ride erat, quãdo in viridi hæc tormẽta faciebãt Iudæi, nec cecidit flos, qui fructũ immẽſum parturijt. Subditur enim: *Verbũ*
Ibidem. *autem Domini noſtri manet in æternũ*. Si ergo fœnum eſt verbum: neceſſe eſt, vt maneat in æternũ. *Quia nõ erat eis locus in diuerſorio.* Nõ enim à diuitibus huius mundi recipitur, & ideo poterit eis improperare: Hoſpes fui, & nõ collegiſtis me. Sed ſolum in ſimplicibus, & pauperibus locum habet. Nam neque in palatio nec in diuerſorio Chriſtus naſcitur, ſed ſolum in præſepio reclinatur: eſto igitur præſepe, ſi vis eſſe locus Domini. Diuites huius mũdi inflati ſuperbia eius præſepe fieri dedignantur: id eſt ſimpliciter ambulare, & ſimpliciter intel-

1 Chriſtũ decuit naſci ex virgine. Ioan. 1.

K Chriſtus non naſcitur ſpl rituali-

ter apud diuites, nec ab eis recipitur. Iob 39. 2. Tim 6

intelligere: ideo Christum recipere non merentur. Iob: *Numquid volet rhinoceros seruire tibi: aut morabitur ad præsepe tuum?* Sed quasi præsepe eos fieri hortabatur Paulus, dicens: *Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere.*

DE EODEM FESTO SERMO VIII. & pomeridianus, & in ordine XXIIII. Per Thema præcedens.

A De triplici natiuitate apud Romanos celebri.

NIl mirum, si celebris est apud fideles hæc Christi natiuitas, in qua reuelata est gloria Domini. Antiquitus enim in Republica Romana inter festa, tria erant celeberrima, quæ erant tres natiuitates. Prima erat natiuitas Imperatoris: quia cõmuni omniũ sorte, sub fausta, vt dicebant, fortuna natus erat. Secũda erat natiuitas in imperio, qua die sibi regni diadema assumebat. Tertia vero erat ipsius vrbis natiuitas, in qua murorũ clausura perficiebatur, & legibus fundata erat. Prima ergo natiuitas ad diẽ natiuitatis Domini pertinet, in qua ingressus est mundum. Secũda, ad diẽ resurrectionis, in qua imperiũ & regnũ assumpsit, quando gloria & honore coronatus est. Tertia ad diẽ Pentecostes, quando Apostoli, qui fuerunt Ecclesię muri & defensores, Spiritus sancti doctrinis perfecti sunt, & in eorũ cordibus omnibus linguis lex inscripta est. Si igitur talis Imperatoris, qui miser nascebatur, ita festiue celebrabatur natiuitas, quantũ celebrari debet natiuitas Dei nostri, qui omnẽ benedictionem nobis attulit, & omnem exclusit maledictionẽ & captiuitatem? Primo quidẽ talẽ nobis attulit benedictionẽ, quod per illã quodammodo deificauit. Carnalis enim Christi natiuitas fecit in nobis spiritualẽ: vt sicut in illa Deus factus est filius hominis, ita in ista homo fiat filius Dei, secundum illud: *Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri.* Venit enim Christus nõ inuidus sibi quęrere fratres; vt quos nõ haberet per naturam, sibi cõpararet per gratiam: vt eis cõmunicaret suã hæreditatẽ. Et inde dicuntur Christiani. *Hæredes quidẽ Dei, cohæredes autẽ Christi.* Ecce benedictio perfectissima, quæ est in communicatione hæreditatis æternæ, in qua omnis alia benedictio includitur. Oppositũ fecit diabolus, de quo dicitur in figura, quod Abimelech interfecit omnes fratres suos septuaginta, vt solus haberet regnum. Diabolus enim in Adã interfecit omnes, inuidẽs illis hæreditatẽ. Sed Christus bonus frater voluit mori & interfici, vt suã nobis cõmunicaret. Secundo, per suã natiuitatẽ liberauit nos Christus à maledictione peccati & captiuitate diaboli. Ps. *Liberabit pauperẽ à potente: & inopem, cui non erat adiutor.* Nã liberauit hominẽ à diabolo, qui est tantæ potentiæ, quod *nõ est super terram potestas, quæ comparetur ei.* Et illa fuit perfecta liberatio, quia *si vos filius liberauerit, verè liberi eritis.* Homo autẽ erat pauper talis, quod non erat ei adiutor alius, quia nec Angelus, nec homo, nec lex, nec liberum arbitriũ poterat eũ liberare, nisi solus leo de tribu Iuda. Inde dicitur: *Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat.* Pauper autẽ est peccator, quia spoliatus est gratuitis, & vulneratus in naturalibus. Potens vero est peccatũ, quia rex, secundũ illud: *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore.* Multũ igitur nunc est glorificãdus Deus, qui per natiuitatẽ Filij sui tãta nobis beneficia cõtulit: & benedicendus est vẽter Mariæ virginis, in quo filius ipse requieuit, & vnde nobis ortus est. Propterea eãdem virginẽ salutemus, dicentes, Aue.

Rom. 8. Iudic. 9 Psal. 71 Iob 41. Ioan. 8. Eccli. vltimo. Rom. 6.

B Quod fructuosissima fuerit nobis natiuitas Christi. Ioan. 1.

C Nouem miraculis est manifesta Christi natiuitas.

Nouem miraculis reuelata est gloria Dñi, & manifestata est ac probata Christi natiuitas. Primum est, quia secundũ Innocentium Tertiũ pace existente Romæ continua duodecim annis, factum est tẽplum Apollini, quod, secundum respõsa, illa nocte ruit, quando virgo peperit. Secundum est, legenda Longobardica, quia ipsa die statua Romuli, & multæ aliæ in diuersis locis corruerunt. Et Hieremias Ægyptijs sacerdotibus signũ dedit, quod eorum simulacra corruerent, quãdo virgo pareret. Ideo sacerdotes idolorum

puerum

Digitized by Google

puerum virginis in gremio baiulantis fecerũt, & in ſecreto templi loco ponentes adorabant. Tertium ſecundum Oroſium & Innocentium: fons aquæ in liquorem olei verſus eſt, erũpens vſque ad Tiberim, & toto die largiſsime fluxit, ſicut Sibylla prophetauerat, quod fons olei flueret, dum naſceretur Saluator. Quartum ſecũdum Chryſ. quod Magis in ipſa nocte ſuper montẽ quẽdam orantibus ſtella quædam iuxta eos apparuit, quæ formã pulcherrimi pueri habebat, & in capite eius ſplendebat crux, quæ Magos alloquens dixit, vt in Iudæã pergerẽt. Quintum eſt ex legenda Longobardica, quia ipſo die tres ſoles in oriente apparuerũt, qui paulatim in vnũ corpus redacti ſunt. Sed Euſebius in Chronicis, & Hiſtoria ſcholaſtica dicunt, quod nõ ipſo die, ſed ante per aliquod tẽpus, ſcilicet poſt mortem Iulij Cæſaris. Sextum eſt ſecundũ Innocentium & Timotheum hiſtoriographũ ex facto Sibyllæ, quæ oſtendit Octauiano Aug. in circulo virginẽ geſtantẽ puerũ in gremio. Septimũ eſt ex hiſtoria Longobardica, quia ipſo die bos & aſinus miraculoſe Deũ in præſepio corã eis poſitum cognoſcentes flexis genibus adorauerũt. Octauum ſecundũ Hiero. quia illa nocte omnes Sodomitæ ſunt extincti per totũ orbẽ: ne in natura, quã Deus aſſumpſerat, tanta de cætero immundicia inueniretur. Nã, vt dicit Auguſt. videns Deus vitium contra naturam in humana natura fieri, fere deſijt incarnari. Nonum eſt ex legẽda Longobardica: quod ipſa nocte aëris obſcuritas in claritatem diei verſa eſt. Ex quibus omnibus patet veritas propoſitio
Eſa. 40. nis aſſumptæ. *Reuelabitur gloria Domini. &c.* Poſtquam dictum eſt, quomodo reuelata eſt gloria Domini, Mariæ, & Ioſeph in præſepio: nũc reſtat dicere, quomodo reuelata eſt paſtoribus. Vbi duo videnda ſunt. Primum eſt, quomodo Angeli nunciauerunt paſtoribus natiuitatem Chriſti. Secundum eſt, quomodo ipſi paſtores acceſſerunt ad præſepium, vt comprobarent veritatem rei. Quo ad primum, dicitur in textu: *Et paſtores erant in regione eadem vigilãtes & cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuum*. Erant quidem non ſicut pingitur, quia *pictoribus atque poetis quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas*: ſed erant in officio Patriarcharum. Exemplo iſtorum paſtorum debent Prælati vigilare ſuper gregem ſuum, & cuſtodire ipſum. Multa enim, quæ vicarij facere non poſſent circa reſuſcitationem ſpiritualem ſubditorũ, ipſi facere poſſent. Ad hoc eſt exemplum Heliſæi, qui præſens ſuſcitauit puerum Sunamitis, quem Giezi ſuo baculo ſuſcitare non potuit. Medici etiam corporales melius ſanant, cum ipſimet tangunt venam. Sic & Dominus ipſe non legitur aliquem per mediam curaſſe perſonam: ſed propria prẽſentia. Qui enim Lazarum abſens ſuſcitare potuiſſet: ſuam prẽſentiã adhibere dignatus eſt. Sic à Cẽturione rogatus deſcẽdit ad ſanandũ ſeruum. Sic manu propria leproſum tãgens ſanauit. Sic dicitur quod *ſingulis manus imponens curabat eos*. Exẽplum dãs ſtabulario ſuo, id eſt curato, cui committit ſpoliatum & ſauciatum curandum, dicens: *Curam illius habe*: offerẽs ei pro mercede denarios duos, ſcilicet victum & veſtitum de proprio Chriſti patrimonio, & vitam æternam. Stultus eſt medicus, qui pro tanta mercede non ſolicitatur infirmum viſitando, alloquẽdo, & manu propria tãgendo. Subditi etiam quærunt cõmuniter prælatos ſuos, ſicut mulier Sunamitis præſentiã Heliſæi. Et ſi forte dicant, quod ideo licentiam non reſidendi petunt, vt diſcãt, & poſtea melius populum ſuum doceant, ſicut fecerunt iſti paſtores, qui reliquerunt oues, & tranſierunt vſque in Bethleem, vt viderent verbũ illud, quod Dominus fecerat. Sed faciãt quod illi ſancti paſtores fecerunt, quia, vt cognouerũt de verbo, cito reuerſi ſunt, glorificantes Deũ. Sic iſti, poſtquã didicerint in ſcholis de verbo incarnato, pro gregis informatione redeant ad gregem ſuum, glorificãtes Deum, & docentes eos: ne coruo aſſimilentur, qui de arca egrediens, ad arcam.

Luc. 2. D Prælati debent vigilare ſuper gregem ſuum. 4. Reg 4 Ioan. 11 Luc. 7. Matt. 8. Luc. 4. Luc. 10. 4. Reg 4 Nota. Gen. 8.

eam non redijt. Exẽplum huius rei ſcribitur lib. 3. hiſt. Anglorum de Laurentio Epiſcopo, qui immediate ſucceſsit Auguſtino primo Epiſcopo Cantuarienſi, qui propter aduerſitatẽ regis propoſuit terram derelinquere. Cui nocte quadã poſt lacrymoſas preces B. Petrus apparuit, qui multo tẽpore flagellis illum arctioribus afficiens, ſeiſcitabatur quare gregem ſibi commiſſum relinqueret, vel cui oues Chriſti in medio luporum poſitas fugiens dimitteret. An mei (inquit) oblitus es exempli, qui pro paruulis Chriſti, quos mihi cõmendauerat, vincula, carceres, poſtremo etiam mortẽ crucis ab inimicis Chriſti cum Chriſto coronandus pertuli? His Petri admonitionibus & flagellis hortatus, mane venit ad regem, & relicto veſtimẽto, quomodo eſſet verberibus laceratus oſtendit. A quo rex quæſiuit, quis ei tot plagas intuliſſet: & rei audiens veritatẽ, timuit quod cauſa ſuæ ſalutis tanta eſſet perpeſſus, & relinquẽs idololatriam & illegitimum cõnubium, baptizatus eſt. *Et ecce Angelus Domini ſteterit iuxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno.* In hoc mundo eſt dies, & nox in futuro: vt dicitur in Apocryphis Eſdræ. *Lux perpetua lucebit vobis.* In hoc ſeculo nunc nox nunc dies, nunc actiua nunc cõtemplatiua vita: in futuro perpetua contemplatio, quãdo dicet ſpiritus vt requieſcãt à laboribus ſuis. Nam in hoc mundo paſtoribus vigilantibus ſuper gregem ſubito fulſit lux de cælo, quia in hoc mundo ſi cõtemplemur, hoc eſt paucum. Et quia paſtores viderunt lucem, audierunt Angelorum canticum: & delectati ſunt in cibo, quem inuenerũt in præſepio. Ideo contemplatio conſiſtit in auditu verbi Dei, in viſu, id eſt in meditatione ſancta, & in ſapore & guſtu illius cibi æterni. Et dixit illis Angelus: *Nolite timere: Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum.* Tunc enim mundus erat pene cæcus, & potuiſſet dicere Angelo nuncianti gaudium illud Tobiæ: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cæli non video?* Et ideo cum luce magna apparuit. *Euangelizo* (inquit) *vobis gaudium.* Si gaudium magnum eſt & dulce gaudere, conſiderare Chriſtum pauperẽ infantem pãnis inuolutum, quàm dulce & ſapidũ erit videre glorioſum & exaltatum. *Quod erit omni populo.* Sed quomodo hoc dicit Euangeliſta? Primo, quia de hoc Herodes iratus eſt, & omnis Hieroſolyma cum eo turbata eſt. Secũdo, quia non gaudent Pagani & Saraceni. Tertio, quia dicitur: *Dedit eum manifeſtum fieri non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo.* Igitur non debũit dici, quod erit omni populo. Dicitur primo, quod exponi poteſt, quod ſolus Iudæorũ populus dicebatur populus, quia *omnes gentes quaſi non ſint ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilũ & inane reputatæ ſunt ei.* Sic peccator nihil reputatur. Vnde: *Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei.* Ideo gentes nihil reputabantur, ſed poſtquam acquiſiti ſunt fidei, facti ſunt populi Dei, iuxta illud: *Gẽs ſancta, populus acquiſitionis.* Et illud Pſ. *Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eius, populus quem elegit in hereditatẽ ſibi*, & tunc gauiſi ſunt. Dicitur ſecundo, quod etiã nõ omnis populus Iudęorũ reputabatur populus Dei, quia dicitur: *Et nõ erit eius populus, qui eũ negaturus eſt.* Ideo Iudæi, qui eũ crucifixerũt & negauerunt, nõ fuerunt populus eius. Dicitur tertio, quod intelligitur illud dictũ, quod de omni ſtatu & natione vbiq; terrarum gaudebunt, ſicut dicitur: *Factũ eſt, cum baptizaretur omnis populus.* Nõ enim omnis populus baptizabatur baptiſmo Ioãnis, ſicut nec Chriſti; ſed intelligitur, quod de omni ſtatu Iudæorũ, & de Phariſæis, & principibus, & publicanis, & promiſcuo populo. Eſt enim communis modus loquẽdi populi, quãdo vadit magna multitudo ad aliquem locum, dicere quod omnes vadũt illuc. Dicitur quarto, quod nõ omnibus datũ eſt videre corporaliter ea, quibus multum clare poterant iudicari myſteria noſtræ redẽptionis, ſed tantum teſtibus. Et ſi arguatur, quia dicitur in Pſalm. *Viderunt omnes termini terræ ſalutare*

Luc. 2. E

In hoc mundo non eſt perpetua contemplatio

4 Eſdr. 2.

Tob. 5.

Luc. 2.

Dan. 9.

Pſal. 97

F

An Chriſti natiuitas attulerit gaudiũ omni populo.

Act. 10

ſalutare Dei noſtri. Reſpondetur primo, quod terra Hieruſalem poteſt dici terminus omnis terræ habitabilis, eo quod eſt in medio: centrum vero vel circũferentia circa centrũ eſt terminus omniũ aliorum. Ideo cũ illi de terra Iudæorum viderint eum, poteſt dici, quod omnes termini terræ viderunt eũ. Vel dic, quod dicitur totũ corpus videre, quando oculus videt. Oculi autẽ totius terræ & totius Eccleſiæ fuerũt Apoſtoli, qui viderunt Dominũ in carne, & qui in omnibus terminis terræ deportauerunt. Ergo, quia viderũt, dicuntur omnes termini terræ vidiſſe. Vel dicitur, quod oculo fidei viderunt aliqui de quolibet termino terræ, *Quibus non eſt narratum de eo, viderunt: & qui non audierũt, contemplati ſunt. Et hoc vobis ſignum: Inuenietis infantem pannis inuolutum.* Rex omnium non palatia diuitum, non miniſterium multorũ hominum, non pretioſum veſtimentũ in natiuitate elegit: inſtruens homines, vt in paruo domicilio pauco cõtenti obſequio, & in vili veſtimento, palatia cælorum, miniſteriũ Angelorũ, veſtimenta virtutum facilius acquirant. *Et ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis.* Duplex eſt militia. Vna armis corporalibus armata, ob iniuriã propulſandã, vel propter vindictã inferendã inſtituta, vt patet in decreto 23. q. 1. in principio. Alia eſt ſpiritualibus armis ornata, ad reſiſtendum militiæ carnis, mundi, & diaboli, & deſiderijs carnalibus, quæ militant aduerſus animam. Et de illa hic dicitur: *Laudantium Deum, & dicentiũ: Gloria in altiſſimis Deo.* Hunc Hymnũ, quẽ Angeli nato Dño cecinerunt, Sacerdos inchoat, quia Angelũ magni cõſilij repreſentat, & chorus cõcinẽdo proſequitur, quia ſubito facta fuit cum Angelo multitudo militiæ cæleſtis exercitus. In ſecũda parte dicendum eſt, quomodo paſtores venerunt ad preſepiũ, vt cõprobarent veritatẽ reuelationis. Dicitur enim in textu: *Et factũ eſt, vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cælũ, paſtores loquebantur ad inuicẽ: Tranſeamus uſque Bethleẽ, & videamus hoc verbum quod factum eſt, quod Dominus oſtendit nobis.* Sicut enim ros, qui naſcitur in alta regione aëris, nũquã etiã in ſuo deſcenſu videri poteſt, niſi quando eſt ſuper herbã vel foliũ arboris: ſic Filius Dei, qui ęternaliter generatur à Patre, nũquã apparuit viſibilis, quouſq; in gremio virginis reſideret: & ibi deſcendit ſicut ros ſuper herbã virentem virore omniũ virtutũ. Hinc dicitur: *Verbũ caro factum eſt, & vidimus gloriam eius.* Sicut etiã ſol in cælo exiſtẽs, nec cælũ relinquẽs, efficitur viſibilis per radios, quos in terrã emittit: ſic Filius Dei tamquam ſol deitatis Patri æqualis, ſemper fuit in ſinu patris; tamen ſicut radius ſolis nõ relinquens cælũ deſcendit, & viſibilis apparuit: & ſe oſtẽdit nobis. *Et venerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariã*, &c. Quia à paſtoribus viſitatur infans in præſepio, denotatur, quod noui hominis virtus infirma & tenera debet ſpiritualiũ & perfectorũ ſolatio cõfortari, & hoc in religionis præſepio. Quia ſi annũ tertiũ attigerũt, vt immunes inueniãtur à locutione, & opere, & etiã cogitatione malis, vel noxijs: tales non debẽt Herodẽ timere, quia triẽnij ſunt. Nõ enim occidit niſi à bimatu & infra, quia ſi quis à malo opere & locutione cauet, & interius à praua volũtate vel cogitatione corrũpitur, ſpiritualiter ab Herode interficitur. Qui autẽ inuenietur à tribus abſtinere, euadit Herodem. Propterea nouitij ſuas cogitationes habẽt ſenib. reuelare, vt eis medelã tribuãt opportunã. *Videtes autẽ cognouerunt de verbo*, &c. Sed quid viderũt paſtores, quando venerũt ad regẽ natũ? Quid glorioſum videtes in puero, *gauiſi ſunt gaudio magno?* An viderũt palatium marmoreũ, an matrẽ diademate fulgentẽ, aut in lecto aureo recubantẽ? Aut puerũ purpura vel auro inuolutũ, aut curiã diuerſis populis perſonantẽ? Sed quid viderũt? Certe domũ tenebroſam, & ſordidã, magis beſtijs quã hominibus aptã, in qua nemo eſſet quieſcere contentus, niſi itineris neceſsitate coactus. Matrem eius vix tunicam vnam habentem non ad ornatum corporis, ſed ad tegumentum nuditatis

G Apoſtoli fuerunt oculi Eccleſiæ.

Eſa. 52.

Luc. 2.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

H Quid ſignat viſitatio paſtorũ in præſepio.

Luc. 2.

Matt. 2.

ditatis, qualem habere poterat carpentarij vxor paupercula,& hoc in peregrinatione conſtituta. Sed non regem quærebant terrenum, quem audierãt à ciuibus cæleſtibus proclamatum. Quid,inquam, vidiſtis paſtores,annũtiate nobis,& quid audiſtis? Vidimus(inquiunt) puerũ pannis inuolutum,& vagientem. Intenderẽt vtinam mulieres huic vagiẽti puero, qui non propter ſuam neceſsitatem, ſed propter noſtram miſeriã vagiebat:quã iocũdũ eſſet eis cũ ſene Hieronymo, cũ Paula vidua,cũ Euſtochio virgine illic in Bethleem ſtare ante præſepe Domini, intueri infantem,& collocare in præſepio. Certe ſordidum illud ſtabulum totum redolet ſacramentis cæleſtibus,& pro fœtore ſtabuli diuerſos odores aromaticos ſpirat. O gratiſsimi vagitus, per quos æternæ mortis gemitus euaſimus. Hodie ſi vocẽ eius audieritis,nolite obdurare corda veſtra. Quid iterum vidiſtis paſtores in curia regis nati? Vidimus obſtetrices duas virgines, moribus inſignes, & natalibus illuſtres, ſacris & impollutis manibus regem paruulum pertractantes. Sicut enim ſecundum mulierum conſuetudinẽ parientibus feminis aſsiſtunt obſtetrices,& non niſi quæ obſtetricandi habent peritiam ex frequenti experientia, vt ſic corruptæ corruptis miniſtrent: ſic in partu virgineo ſolæ virgines obſtetricãdi habẽt officiũ. Hæ obſtetrices fuerunt humilitas & paupertas. Paupertas natum pãnis inuoluebat, humilitas eum in præſepio reclinabat. Et cũ paupertas eum pannis inuolueret, puero vagiẽti ſonora voce blãdiebatur decantans: O felices panni,quibus peccatorum noſtrorũ ſordes exterſæ ſunt,quibus alligata ſunt vulnera ſauciati,quibus Hieremias, id eſt, humanũ genus de lacu miſeriæ & de luto fæcis educitur. O felices panni,quibus intoluta eſt maieſtas æterna ligata, ne feriat poteſtas immenſa. In quibus leo factus eſt agnus, magnus paruulus, immẽſus ad menſurã noſtræ paupertatis redactus O beatũ præſepe,in quo bos cognouit poſſeſſorẽ ſuũ, & aſinus præſepe domini ſui: Iudæus ſcilicet & gentilis: paſtores & reges. Vidimus & aſtantes duas nutrices,virginitatẽ & pietatẽ: virginitas lactabat. Sola enim virgo lactabat,decantãs puero:O lac virgineũ dignum Deo ad potandum: ô puritatem immẽſam, quæ nutrit breuem in volatilibus apẽ, in qua delectatur infans ab vbere, quo nutritur ſpecioſus forma præ filijs hominũ. Pietas vero ipſum lachrymis balneabat,præ gaudio lachrymas mittens, præ admiratione imbrẽ effundens. Sed diceret quis:Quomodo ille homo perfectus vagiebat? Si quis nũc videret talẽ vagientem, delirũ & amentẽ reputaret. Sed Dominus omnes noſtras fragilitates (præter eas, quæ culpã deſignãt) voluit aſſumere,per omnia fratribus aſsimilatus. Iuſtũ eſt enim,vt qui in eadẽ cõmunitate vel religione vult permanere,ſimilibus ſubiaceat cærimonijs & inſtitutis. Dominus igitur habitu inuẽtus vt homo, non mirũ, ſi aliorũ infantum exẽplo vagiebat, relinquens paruulus ſenſualitatẽ ſuam ea quæ paruuli ſunt facere, ſicut & reliquit grandæuus eãdem triſtari,& tremere,& mœſtam eſſe;non obſtãte ratione imperante omnia fieri cõformiter ad Patris ſui voluntatẽ. Præterea venit ad extirpandũ radicẽ morbi humanæ naturæ: ſicut eſt boni medici opus. Prima autem radix fuit locutio temeraria cũ ſerpente. Secunda ſuperbia. Propter primũ voluit quaſi infans non loqui. Propter ſecũdum paruulus naſci. *In humilitate noſtra memor fuit noſtri.* Memorabatur quondam ſuper genus humanũ ſolius iuſtitiæ ſuæ: ita vt conſiderata hominis paupertate quereretur Dauid,dicẽs: *Quid eſt homo,quod memor es eius?* Et Iob: *Memento quia ventus eſt vita mea.* Nunc autẽ aſſumpta humanitate noſtra, cõuertit memoriam ſuam in miſericordiam. Et omnes, qui audierunt,mirati ſunt, de his quæ dicta erant à paſtoribus ad ipſos. *Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo.* Conſeruabat quidem omnia verba,quæ de Domino vel à Domino dicta cognouerat: vt cum

K. Chriſtus infans vagiebat.

Pſal. 135

Iob 7.

Luc 2.

1 Humilitas & paupertas fuerunt ſpirituales obſtetrices Chriſti: virginitas & pietas nutrices. Hier. 38

cum tempus prędicādę vel ſcribendę incarnationis & natiuitatis aduenirēt, ſufficienter vniuerſa, prout geſta erant, explicare poſſet. Hæc Beda.

1 Exemplo Mariæ primū conſeremus in corde quā loquamur

Imitemur & nos matrem Domini fixa tenentes in corde omnia verba & facta eius, vt eorum meditatione cōtinua, importunos in animā cogitationū atque nocentiū repellamus incurſus: & horū crebra cōſolatione nos & proximos noſtros & fabulis ſuperuacuis & detractionū colloquijs caſtigare, & ad diuinæ laudis frequentiā aſcēdere curemus. Vnde & Maria vſque in tēpus nullum incarnationis verbū protulit. Væ nobis ſecundū Bern. qui ſpiritum habemus in naribus. Vę qui totū ſpiritum proferimus. Maria filium audiuit nō ſolum turbis in parabolis loquentē, ſed & diſcipulis ſuis ſeorſum regni Dei myſteria reuelantē, vidit miracula facientē, vidit in cruce pendentem, expirantē, reſurgentem, aſcendentē. Sed in his omnibus quoties putamus verecūdiſsimę virginis & puriſsimę turturis vox memoratur audita. Vnde: *Verba prudentum* Eccl 21 *ſtatera ponderabuntur*: quia pōderate & deliberate loquentur. *In ore ſapientum cor eorū: & in corde ſapientum os eorū*: quia ſapientes & diſcreti prius diſcernēdo in corde deliberant, quàm loquantur; & ſtulti econtrario. Sic Maria paſtorū verba, & Simeonis, & Annę, & Angeli cōferebat in corde ſuo, priuſquā reſpōderet. Erat enim Maria arca, eo quod arcana Dei in ea reponi debebant. Præterea Maria non eſt dedignata erudiri à paſtoribus, quæ tamē huius incarnationis magiſtra erat, vt nec tu à vilibus diſcere contemnas. Ambroſius: Quiſquis vilior eſt ad prudentiā, eo pretiſior eſt ad fidē. Et ſi quæratur, an conferentia iſta fuerit alicuius quæſtionis aut dubitationis in mente ſuper his quæ audiebat, dicetur quod non: ſed erat delectabilis & admirabilis contemplatio & prudentiſsima attentio, quomodo prophetiæ implebantur in puero nato. Conferebat enim (vt ait Beda) quod acta videbantur conformia his, quæ agenda ibi legerat. Videbat ſe de Dauid ſtirpe ortam, in Nazareth de Spiritu ſancto concepiſſe. Legerat ex alia parte Prophetiam: *Egredietur virga dē radice Ieſſe*. Item: *Et tu* Eſa 11. *Bethleem Ephrata, paruulus es in millibus Iuda:* Mich. 5. *ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael.* Meminerat ſibi dictum ab Angelo: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*. Et cognoſcebat modum natiuitatis eius non niſi Angelo narrante cognoſci potuiſſe. *Generationem* Eſa. 53. *eius quis enarrabit?* Legerat inſuper illud Michææ: *Et tu turris gregis nebuloſa filia* Mich. 4 *Sion vſque ad te veniet, & veniet poteſtas prima, regnum filiæ Hieruſalem.* Audiebat Angelicas virtutes, quæ ſunt ciues ſupernæ ciuitatis, apparuiſſe paſtoribus in loco, qui à conuentu pecorum dicitur turris gregis, vno milliari ad Orientem à Bethleem diſtans, vbi nunc trium illorum paſtorum monumenta monſtrātur. Nouerat tunc in carne veniſſe Dominum, cui vna & æterna cum Patre eſt Maieſtas, qui regnum daret Eccleſiæ, quæ eſt cæleſtis Hieruſalem filia. Conferebat igitur hæc non ore promēs, ſed ſeruans corde. Fuit enim hæc Marię collatio (vt ait Hieronymus in Sermone de Aſſumptione) toti Eccleſiæ vtilis: quia poſt Aſcenſionē remanſit in terris, vt Apoſtolos plenius inſtrueret de verbo Incarnationis.

Et reuerſi ſunt paſtores glorificantes & laudantes Deū in omnibus quæ audierant & viderāt. Luc. 20 Paſtores enim ſatis inuenerūt in præſepio, à quo gaudiū & conſolationē æternæ vitæ reciperēt & acquirerent. Sic Paſtores Eccleſiaſtici ſatis habēt vnde ſe occupēt in pręſepio Domini, id eſt, in ſpiritualibus, ad quę principaliter vocati ſunt. Ideo non ſe debēt intromittere de iudicijs temporaliū, nec de diuiſionibus terrenorum tractare. Exemplo Domini, qui noluit ſe intromittere de tēporalibus: ſed ei, qui aduocabat eū pro diuiſione hæreditatis inter ſe & fratrem ſuū, ait: *Quis me conſtituit iudicē aut diuiſorē ſuper vos?* Duplex autem cauſa erat quare reuertebātur paſtores glorificātes & laudantes Deū. Prima erat, facies Domini Ieſu & benignitas maxi-

M Quare reuertebantur paſtores glorificantes Deum.

maxime in amorem diuinum attractiua.
Ezech. 3 *Vt adamantem dedi faciem tuam.* Quiavt adamas durum ferrum & frigidum ad se trahit: sic humanitatis Christi visio corda dura retrahebat ab amore peccati, & trahebat ad amorē Dei. *Benignitas & humanitas*
Tit. 3. *apparuit Saluatoris nostri Dei.* Vnde Hieron. in quadā Epist. Nisi quoddam gratiæ signū haberet in oculis, eius discipuli nō statim relictis omnibus eum secuti fuissent: nec pastores, qui erāt rudes, poterāt multa dicere, de quibus mirabantur homines, nisi in facie aliquid diuinitatis inspexissent. Secūda causa, quia in nocte viderant solem iustitiæ ortū in terris. Credēdum est, quod qui viderūt lumen exiens ab Angelis, viderūt similiter radios luminosos exeuntes à domino Angelorū. Et licet sol iste materialis nō penetret opaca, istius tamē lumen penetrat vsque ad in-
Psal. 111 teriora, illuminans iustos. Psalm. *Exortum est in tenebris lumen rectis* (corde.) Exurens superbos, vt Herodem & complices suos grauiter quidem in mūdo, grauius in iu-
Eccli 43 dicio, grauissime in inferno. Eccl. *Tripliciter sol exurens montes*, id est, superbos.

IN EADEM NATIVITATE Domini Sermo IX. & in ordine XXV. Per Thema.

Esa 9 *A Natiuitate Christi beneficiū magnum est propter tria quæ faciunt amplecti aliquod donum. Col. 2. Ioan. 3. 1. Ioā. 4. Esa. 9.*

Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Tria sunt quæ faciunt amplecti aliquod donum. Primū est, valor rei & pondus. Nihil autē pretiosius aut maius potuit excogitari beneficium quàm istud beneficiū, vbi datur totus thesaurus paradisi: ille scilicet, *in quo*, secundū Apost. *sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ abscondati.* Secundum est, magnitudo āmoris donantis. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.* Et: *In hoc apparuit charitas Dei in nobis: quoniam Filium suū vnigenitum misit Deus in mundum.* Vnde Esa. 9. paulo post verba proposita subditur: *Zelus Domini exercituum faciet hoc.* Et subditur quid: *Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel.* Tertia causa ratione personæ præsentantis: hoc autem xenium nobis præsentatum est per Mariam. De quo Bernard. in sermone hodierno: Nihil nos habere voluit, quod per manus Mariæ non transiret. Vt igitur illud donum habere possimus, ad eam recurramus. In statu innocentię homo creatus erat filius Dei per adoptionem, adoptatus in hæreditatem patris: sed sicut malus garsio iuit ad tabernam diaboli, & per vnum solum morsum obligauit hæreditatem suā. Pater videns hoc, quod fecerat filius suus, iratus expulit eum ab hæreditate sua sicut prodigum, qui propter vnum morsum talem obligauerat hæreditatem. Et tunc facta est dissentio inter patrem & filium. Filius, scilicet populus, irritabat eū in suis maleficijs & idolis: adorando aliū, & negando ipsum patrem, multiplicādo nomina deorum; ita quod non erat creatura, quæ non haberet vnum partialem Deum: sicut attribuendo mari Neptunū, inferno Plutonem, aëri Iunonē, igni Vestam, &c. Sed Deus iram suam ostēdebat, interficiendo eos. Vnde dicebat: *Mea est vltio, & ego retribuam.* Tandem homo fatigatus pœnis & cruciatibus, quęsiuit pacem, dicens: *Da pacem Domine sustinentibus te.* Et Angeli nos ad hoc hortabantur, dicentes: *Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.* Sed difficultas fuit, quis esset mediator. Deus volebat satisfactionē, & hoc non poterat homo facere solus: nec hoc debebat Deus, sed sibi debebatur. Tunc passauerunt vnum compromissum, quod nec esset Deus purus nec homo purus, sed homo & Deus. Tunc dixit Deus; *Pœnitet me feciſſe hominem*, id est, pœna me tenet. Et homo: *Redimes animam meam ūe manu inferi, cùm acceperis me*, id est, naturam meam per incarnationem. Ideo bene dicitur in Themate: *Parvulus natus est nobis.* &c. Quatuor videbimus breuiter. Primo, quo tempore celebrata est hęc natiuitas. Secūdo, quo loco. Tertio, qualiter facta. Quarto, à quibus celebrata. Quantū ad primum de tempore, dicitur primo, quod celebrata est tēpore vniuersalis pacis: ad ostendendum, quod rex pacificus nasce-

Deu. 32 *Natiuitas Christi fuit medium & causa pacis inter Deū & hominem.* Ps. 121

Gen. 6. C *Quare celebrata est tēpore pacis, vnius imperatoris, hyemis, & media nocte.* Esa. 9.

Digitized by Google

nascēretur, qui poneret pacē inter Deum & hominem: & vt impleretur Prophetia
Esa. 2. dicens: *Conflabunt gladios suos in vomeres.*
Psal. 71 Et Ps. *Orietur in diebus eius iustitia, & abundātia pacis.* Secundo, tempore imperatoris
Luc. 2. vnius, qui toti imperabat orbi. Vnde *exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis*, vt posset scire quot prouincias & regiones habebat in mundo, quot villæ & ciuitates essent in singulis regionibus, quot homines & capita in singulis ciuitatibus & villis. Vnde de hac
Ibidem. descriptione subdit Euangelista: *Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino.* Ista enim fuit prima descriptio, quæ postmodum fuit continuata, & Iudæa erat sub Syria. Hoc autē factum est propter duo. Primo, vt manifestaretur quod Imperium Iudæorum trāslatum erat ad alienigenas: & tunc erat tempus ortus Christi. Secundo, vt ostenderetur, quod debebat nasci qui dominaretur in cordibus omnium fidelium. Hoc autem fecit Euangelista, notans tempus, locum, & principes: sicut faciunt historiographi, quando volunt rem aliquam magnam & memoria dignā narrare. Virginem autem parere, & Deum fieri hominem fuit maximum mirabilium. *Et ibāt omnes, vt profiterentur singuli, in suā ciuitatē*: & afferebant vnum denarium, in quo erat imago Cæsaris; & ponebāt super caput suum, & coram præside offerebāt in recognitionem superioritatis dominij Romanorū. Tertio dico, quod natus est in tēpore hyemis nocte frigidissima & longissima anni. Primo, in hyeme, quia venerat ad calefacienda corda hominū totaliter infri-
Psal. 101 gidata à charitate. Hinc Psalm. dicebat: *Tu exurgens Domine, &c. quia tempus miserendi eius*, in quo pauper mundus frigore contremiscebat, sicut in aduentu secundo refrigescet multorum charitas. Secundo, in nocte media: quia venerat ad effugādum noctis tenebras.

Luc. 2. In secunda parte de loco dicitur: *Ascēdit autē & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazarethin Iudææ, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia Dauid: vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante.* Ierunt itaque in Bethleē propter prophetiam. Sciebat enim Maria scriptum esse: *Et tu Bethleē Ephrata, &c.* Mich 5. & licet distaret bene triginta quinq; miliaribus, sed non grauabatur, sicut canit Ecclesia: Stat onerata nobili onere Maria; sicut auis non oneratur seu grauatur à plumis suis. Cumque Bethleem venissent, non inuenerunt hospitium propter conuentum multorū, qui ob eamdē causam conuenerāt: & etiā propter paupertatem eorum. Quando enim videbāt eos homines sic pauperes, dicebant: Ite, ite, amici mei, non est magnū lucrum in vobis. Compatere hic dominę tuę, conspice delicatā puellā annorum quindecim relucentem in vultu, vt legitur in Euāgelio Nazaræorum, ex lōgo itinere fatigatam, & cum verecundia inter homines cōspicientem, & quærentē vbi quiescat, & nō inuenientē. Omnes eam licentiāt tremētem frigore. Considera & pauperem Ioseph lachrymantē in cōsideratione puellæ tenerrimæ, & quod sibi non potest ad nutum subuenire. Timens etiam ne sibi aliquid mali cōtingat. Sed omnia Domino cōmendabat. Quia vero nō inuenerūt hospitium in cōmuni trāsitu, se recipiunt in via. Vnde Chrysost. Quicumque pauper est, accipiat consolationem, Ioseph & Maria mater Domini non habebant seruulum, non ancillam. De Galilæa soli veniunt, non habebant iumentum. Ipsi sunt domini & famuli. Rem nouā, non ingrediuntur in diuersorium. Paupertas enim timida est inter diuites, ideo nō audebāt accedere. Et hoc contra illos, qui gloriā- D
tur & delectantur in turba & cauda ma- *Contra gloriātes in turba & cauda magna.*
gna. Multum autē cōstat illa magna cauda, cum sequentes eā non sequantur propter honorē personæ, sed propter suam vtilitatem. Inde Seneca: Mel muscæ sequuntur, cadauera lupi, prædā sequitur turba hæc, non hominē. Mirum est, quomodo tot pauperes fiunt & in tēporalibus & in spiritualibus ad manutenentiā

illius maledicti ſtatus, qui eſt quaſi vortex maris, Gallice *gouffre de mer*: & deuorat ſubſtantiã pauperum. Vnde Iſaias: *Diſperdet Dominus ab Iſrael caput & caudam incuruantem & refrenantẽ.* Dicens forte: Si ego fuiſſem illic, libẽter eos hoſpitio ſuſcepiſſem. Quomodo hoc feciſſes, cũ omni die percutiat ad oſtium, & tu ſibi claudas, imo tu inducis hoſtem ſuum? Sic tu peius feciſſes. Sed illi aliter faciunt, qui eum rite ſuſceperunt vel ſacramẽtaliter vel ſpiritualiter, quorum quilibet dicere poteſt: O Domine, feci iuxta poteſtatem meam, vt te ſuſciperem in hoſpitio meo. Esa. 9.

E Natiuitas Chriſti ſeu partus Mariæ mirabilis propter tria Luc. 2. Eſa. 7.

Tertia pars de natiuitate, qualiter facta eſt. Pro quo dicitur in textu: *Factũ eſt autẽ, cum eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret: & peperit filium ſuum primogenitum.* Partus iſte fuit mirabilis propter tria. Primo, quia peperit virgo, ſicut ſcriptũ erat: *Ecce virgo concipiet*: & poſt partum virgo permanſit, contra Heluidium hæreticum, qui ſe fundauit in Euangelio hodierno & heſterno. Sed primogenitum exponitur: nõ quod aliũ peperit, ſed ante quẽ nullum. Vnde Beda contra eum arguit, quia tunc numquã in lege debebãtur primogenita ſacerdotibus, niſi fuiſſent alia nata. Similiter quia dicitur: *Antequã conuenirent*, ſcilicet per verba de præſenti. Fuit alius hæreticus Manichæus putans virginẽ fuiſſe aliquando corruptam, contra quem Auguſtinus in perſona Saluatoris: Quid eſt quod te permouit Manichæe in mea natiuitate? Non ſum libidinis conceptus cupiditate. Ego matrẽ, de qua naſcerer, feci: ego viam meo itineri præparaui. Hanc quã deſpicis Manichæe, mater mea eſt, ſed manu fabricata eſt mea. Non potui inquinari, cum ex ea naſcerer. Sicut in tranſitu meo illius non eſt corrupta virginitas; ſic mea non eſt ibi maculata maieſtas. Si ſolis radius cloacarũ ſordes ſiccare nouit, & eis inquinari nõ nouit: multo magis ſplẽdor lucis æternę, in quo nihil inquinamenti incurrit, quocumq; radiauerit, mundare poteſt. Stulte, vides ſordes in homine, vbi non eſt cõcubitus cum homine patre? Vnde ſordes in domo, ad quam nullus habitator acceſsit? Solus ad eã fabricator eius & Dominus venit. Secundo mirabilis, quia ſine dolore peperit: *Antequam parturiret, peperit. Antequam veniret partus eius, peperit maſculum. Quis audiuit vnquam tale.* Item: *Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans.* Tertio, quia ibi Deus & homo genitus eſt ex tempore, & vnita humanitas diuinitati. O ſuperbe, qui dedignaris condeſcendere fratri tuo Chriſtiano ad cõponendum pacem cum eo. Quãdo Deus deſcendit & humanitatem aſſumpſit, venit ad eam, & non econtra. Sed mirabilius eſt ſecundum Bernar. quomodo cor humanum fidem his accomodauerit, vt crederet quod Deus homo eſſet, quod virgo manſerit quæ peperiſſet. *Et pannis eum inuoluit.* Et ſic fecit officium obſtetricum. Vnde & illa ſola lactauit lacte de cælo, hoc eſt à Spiritu ſancto manante, iuxta quod Eccleſia canit: Sola virgo lactabat vbere de cælo pleno. Vbi ſunt magni apparatus veſtiũ, vbi eſt ſuperbia hominis. Vide, clamat paruulus, exẽplo, quod poſtea docuit verbo: *Diſcite à me, quia mitis ſum.* Vnde arbores, quę meliorẽ fructum ferunt, cõmuniter habent viliorem corticem. *Et reclinauit eum in præſepio, quia non erat eis locus in diuerſorio.* Nota ſecundum Bedam, & ſecundum auctorem de vita Chriſti, quomodo mater in præſepio lapidem cum pauco fœno apposuit: quod ſecundum Anſel. etiam à brutis mutuo accepit. O magna paupertas Chriſti. Non ſolum non habuit domum propriam, ſed nec in communi diuerſorio, animalibus & alijs repleto, potuit habere locum, ſed ſolum in præſepio locum arctiſsimum obtinuit. Potuiſſet ergo dicere illud, quod poſtea dixit: *Vulpes foueas habent*, &c. & illud Pſal. *Pauper ſum ego & in laboribus à iuuentute mea.* O vbi deliciæ mundi, vbi vanitates ſæculi, abundantiæ, ſuperfluitates, mollicies, carnis delectationes. Vnde Anſel. ad Dominum dirigens ſermonem dicit: Tu Domine vni- Esa. vlt. Esa. 3. Luc. 2. Ibidem. Matt 8. Pſal. 87

vniuersorum, qui nullam habes indigentiam, inter ipsa tuæ natiuitatis initia non horruisti abiectissimæ paupertatis degustare incõmoda, sed in vili præsepio sordentis tabuli: tu qui terrã palmo claudis, inuolutus panniculis, reclinatus es. Vnde Maria peperit eum in via quasi à cõmuni quot, & in loco cõmuni: quia pro omnibus nascebatur, & pro omnibus erat hæc redẽptio. Corã animalibus in fœno positus, imo fœnum factus, quia *omnis caro fœnum*, & hoc pro nobis iumentis, qui portamus onera mandatorũ eius. Hoc fœnũ fuit herba virens, quamdiu pullulauit & viruit in terra vteri virginalis, quod produxerat terra illa natiuitate, iuxta illud: *Protulit terra herbam virentem*. Creuit hæc herba in profectu vitæ & famæ, prædicationis & doctrinæ. Excisa est à terra passionis falce, siccata est & in fœnum conuersa in ipsius passionis feruore. Sed cõeditur à fidelibus animalibus in sacramentali Domini susceptione. Quarta pars est, à quibus celebrata est hæc natiuitas. Dicitur quod à quatuor. Primo, à creaturis irrationalibus. Vnde in præsepio positus est inter duo animalia, quæ iacẽtem Dominum adorauerunt, secũdum illud: *Bos cognouit possessorem suum*. Legitur etiam quod illa nocte Romæ fluxit fons olei vsque ad Tiberim, in cuius memoria fundata est (vt dicitur) sancta Maria trans Tiberim, & imago Romuli, quã adorabant Romani, dissoluta est. Et tunc etiã (vt dicunt Historiæ) vineæ Engaddi, quæ sunt circa Hierusalẽ, portauerunt flores & fructus in vna nocte, & alia mirabilia contigerunt, de quibus in sermone præcedenti. Secundo, celebratur ab Angelis. Modus autem ponitur in Euangelio. Primo *pastores erant in regione eadẽ vigilãtes & custodientes vigilias noctis super gregẽ suum*. Vel quia mos fuit paganorum in vtroq; solstitio vigilias noctis obseruare ob venerationem solis, vt dicit magister hist. qui forte iam inoleuerat apud Iudæos ex cohabitationibus paganis, vel propter lupos, vel etiã propter timorẽ prædonum, quia tunc multi conueniebãt ad ciuitatẽ de multis locis, & erat locus ille prope Bethleẽ ad vnum miliare, & dicitur turris gregis: *Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos*. Ante erat terribilis Angelus faciendo terribiles executiones. Sed cũ vidit Dominum suũ appropinquare ad nos: ecce stetit iuxta. De mirabilibus executionibus patuit in pẽrsecutionibus Sodomæ & Gomorrhæ, & in eiectione hominis à paradiso, & quãdo tenebat gladium sanguineum super ciuitatẽ Hierusalẽ tẽpore Dauid. Et claritas Dei circũfulsit illos, nõ dicit claritas Angeli, quia nox à Deo illuminata est sicut dies, iuxta Ps. *Nox sicut dies illuminabitur*. Angelus autem apparuit in veste alba & relucẽti facie & iocunda. *Et timuerunt timore magno*, vt de Zacharia patre Ioannis legitur. Tum propter lumen, tum propter Angeli gloriosam dispositionem: & etiam quia non consueuerant videre. Apparuit autẽ pastoribus propter multa. Primo, quia pauperes, & ipse veniebat propter pauperes: *Propter miseriam inopũ*, &c. Secundo, quia simplices. Mundus enim simplicitatem deridet & conculcat, sed dicitur: Deo *cum simplicibus sermocinatio eius*. Tertio, quia vigiles. *Qui mane vigilant ad me, inuenient me*. In hoc ostenditur, quod Pastores Ecclesiæ debent vigilare super gregem suum & non super canes: & esse humiles, quia pastores. Si enim sic faciant, tunc astat Angelus iuxta illos ad eorum custodiam, & claritas Dei circumfulget eos ad suam & suorum directionem. Quarto, ad commendationem vitæ laboriosæ. Bern. quã multi nobiles secundum carnem, quàm multi sapientes huius sæculi hora illa stratis mollibus quiescebant. & nemo illorum dignus habitus est nouam videre lucem, scire magnum illud gaudium, audire choros Angelorum cantantium: *Gloria in altissimis Deo*, &c. Agnoscant homines, quia qui in labore hominum non sunt, ab Angelis visitari non merentur. Quinto, quia olim promiserat Deus pastoribus Christum vẽturum, & illis solis

F *Maria quare peperit Christũ in via & super fœnum.* Esa. 4.

Gen. 1.

G *Natiuitas Christi fuit illustrata mirabilibus in creaturis irrationalibus.* Esa. 1.

Luc. 2.

Ibidem.

Ps. 138.

Luc. 2.

Luc. 1.

Prou. 3.

Prou. 8.

H *In natiuitate Christi quare Angelus apparuit pastoribus*

ſicut Patriarchis, & regi Dauid: & propterea nũc mittit eis Angelũ ſuum quaſi dicẽs: Quod aliquãdo ego promiſi vobis,
Luc. 2. ecce hodie ego miſi vobis. *Et dixit illis Angelus: Euangelizo vobis gaudiũ.* Tacet Chriſtus, neque ſe extollit, neque magnificat, neque prædicat: & ecce eũ Angelus annunciat. Vbi tamẽ maximum facit miraculum. Tu qui Chriſtũ ſequeris, abſcide theſaurũ, ama neſciri, laudet te os alienũ, ſileat tuũ. Sed dicẽt paſtores: Quale gaudiũ annuncias Angele Dei? Gaudia, quæ habemus in hoc mũdo, habent tantas triſtitias admixtas, & ita cito finiuntur, & extrema gaudij luctus occupat. Nõ, dicet Angelus, ſed *euãgelizo vobis gaudiũ magnũ*, & intẽſiue, nõ ſicut gaudiũ hypocritę ad inſtar puncti, & etiã extenſiue: *Quod erit omni populo.* Sed quale gaudiũ? *Quia natus eſt vobis hodie Saluator*, id eſt, ad veſtrã vtilitatẽ, quia ad veſtrã redemptionem. Sed quærẽt: Quis eſt ille Saluator? Reſpõdet: *Qui eſt Chriſtus:* (quo ad humanitatem) & *Dominus* (quo ad diuinitatem.) Eſt enim Dominus ſine cauda. Sed vbi inueniemus? *In ciuitate Dauid.* Sed ad quod interſignũ, quia ſunt multi viri & multæ domus? *Et hoc vobis ſignum:* vos inuenietis ad tale interſignũ, ſcilicet *inuenietis infantẽ*, id eſt, innocentẽ: ecce interſignum Chriſti, quo ab alijs diſtinguitur: quia alij omnes naſcũtur in peccãtis. Nullũ eſt tale interſignũ in alijs. Sed quomodo audebimus
Exo. 24 ad eum accedere? Ipſe enim olim erat ita terribilis ſuper mõte Sinai, ſicut nos docuerunt patres noſtri, quod nullus auſus erat appropinquare ſibi. Prẽterea, nos ſumus ita pauperes, quomodo audebimus nos inuenire in curia tãti Domini & corã tãto Domino? Reſpõdet Angelus: Nõ timeatis, quia inuenietis eũ pãnis inuolutũ pauperibus, indutum ſicut vos. Similiter virgo inuoluit eũ pãnis, & ligauit paruo pãno brachia, ne percutiat: inebriauit eũ lacte ſuo, vt iocoſus ſit vobis. Vnde ipſe
Cant. 5. dicit: *Bibi vinũ meũ cum lacte meo.* Sic enim coniungit vinũ acuti iudicij cũ lacte dulcedinis maternæ. Nã qui antequã bibiſſet lac matris, diſtricte iudicãs cũ ſeueritate puniebat: poſtquã carnẽ ſumpſit de virgine, & bibit de eius lacte, ſeueritatem in miſericordiã cõmutauit, ita quod velut lacte materno inebriatus peccatorũ noſtrorũ videatur oblitus. Qui enim propter iniquitates mũdi ſic tactus erat dolore cordis intrinſecus, vt etiam vniuerſali mundo diluuiũ præpararet: poſtquã lac bibit de virgine, oblitus eſt triſtitiæ & malorũ, & ad beneficia ſe cõuertit. Vnde & mater dicit *Inebriabo partus mei fructum* Eccli 24
poſitũ. Paruulus autẽ faciliter inebriatur. Sed dicent paſtores: Nos inueniemus iſtud interſignũ, cũ ſit imperator in palatio regis Dauid. Nõ, ſed in præſepio. Nõ timeatis ire, vos ſatis conſueuiſtis ire ad viſitandũ agnos veſtros: ite & videte agnum illũ. Vos cognoſcitis bene qualitatẽ agnorũ. Quaſi vellet dicere: Ipſe eſt Chriſtus Dominus, Rex regũ & Dominus dominantiũ. Vos cognoſcetis eũ in vexillo eius. Et quid ibi depingitur? Tria lilia. Primũ liliũ innocẽtiæ, ſecundũ pauperratis, & tertium humilitatis. Iſta tria pulcherrima lilia ſunt depicta in cãpo azureo charitatis: à qua omnia iſta proceſſerunt, quia zelus Domini exercituũ faciet hæc. Sed dicẽt paſtores: Nobis mirabilia narras. Tu ſolus es qui teſtimoniũ tantorum mirabiliũ das. Quomodo credemus tibi? *Et ſubito facta eſt cũ Angelo* (qui annun- Luc. 2.
ciabat) *multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deũ* in teſtimoniũ. O quã bonus nũcius. *Aqua frigida animæ ſitienti, nuncius bonus de terra longinqua.* Tantũ ſitierant patres antiqui hanc diẽ. *Abraham exultauit vt videret diem meũ, & vidit* (ſolum in figura) *& gauiſus eſt.* Et quãto longior ſitis: tãto maius gaudium. Iſta autẽ ſitis pluſquã per tria millia annorum durauit. Sed hodie Angelus nunciat aquam viuã deſcendiſſe de cælis. Non eſt mirabile ſi Angeli gaudent. Nato filio principis fiunt ignes, & cum hoc cõmuniter fiunt cantilenæ. Sic nos in nobis accẽdamus charitatis ignẽ, & cantemus: *Gloria in altiſſimis Deo*, &c. Ibi cantãtur partagia facta inter Deum, & homi-

1 Nota dialogũ inter paſtores & Angelũ exponen do Euãgelium.

K De miſericordia Chriſti poſt natiuitatem.

L In Chriſti vexillo tria ſunt lilia.

M Natiuitatis Chriſti annunciatio quam grata fuerit mundo. Luc. 2.

hominem, vt Deus habeat gloriã, & nos commodum, scilicet pacem. Vnde Angeli in istis nuptijs fuerunt mimi. *Gloria in altissimis*, id est in cælis, vel in operibus arduis, sicut de opere incarnationis, *& in terra pax hominibus*. &c. *quia nõ est pax impijs, dicit Dominus*. Et Psal. *Factus est in pace locus eius*. Quasi dicerent. In cælis sit ei gloria, quia, licet in terris à multis despiciatur, in cælis tamen ab omnibus glorificatur. Vnde pacem habere cum Deo est velle quod iubet, & nolle quod prohibet. Nam secundum Leonem, Christiano vera pax est, à Dei voluntate non diuidi: & in his solis, quæ Dei sunt, delectari: & hoc intelligitur de pace conscientiæ & spirituali. Pax autem temporalis, quæ tunc erat, ita vt portæ non clauderẽtur ciuitatis, figura erat, quod nasciturus erat rex pacificus. Istum hymnũ vna cũ Missa nocturna instituit cantari Thelesphorus septimus à Petro, vel nonus computãdo Linũ & Cletum, post octoginta annos à morte Petri, de conse. dist. 1. c. *Nocte*, & beatus Hilarius residuũ addidit. Sed Anastasius secũdus ordinauit ipsum solis dominicis dici vel festis. Discedentibus autẽ Angelis in cælum, omnibus suis nunciauerũt, & gratiarũ actionibus exhibitis, venerũt omnes per ordines suos videre faciem Domini sui, & adorantes eum & matrẽ suam cum omni reuerentia, personabant cantica. In nullum enim eorum tãta potuisset cadere superbia, vt talibus nouis auditis non visitasset Dominũ suũ sic humiliter constitutum in terra. Sed vbi scribitur: *Cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei*. Ita exponit Chryso. homil. 3. & glos. Aug. & actor de vita Christi. Vnde Aug. O beatũ præsepium, in quo nascitur Christus. Ibi fuerunt obstetrices angelicæ potestates & solatia Angelorũ. Ibi erãt millia milium exultantium. Ibi vagiebat Christus in stabulo, & fiebat lætitia magna in cælo. Plorabat in præsepio Christus, & tamen de ipso exultabat multitudo militiæ cælestis exercitus.

Esai 41
Psal. 75
Hebr. 1.

Tertio, adoratus fuit à pastoribus, qui nihil respondentes Angelis, quasi extasi præ dulcedine cantus, adinuicem loquebantur, se excitantes. Erant enim homines non fatui, sicut quidam fingunt, sed erant agrorum cultores viuentes de ouibus & gregibus, sicut fuerunt olim sancti Patriarchæ. *Transeamus vsque Bethleem*, id est, domus panis: id est, vadamus vsq; ad bonam villam, ibi inueniemus panem illum cælestẽ & domum panis. Vnde Maria dicit: *Transite ad me omnes qui cõcupiscitis me, & à generationibus meis implemini*. Quasi dicens, sicut dicere solent aliæ hospitæ: Nusquam inuenietis ita bonum hospitiũ & securum, & tantarũ deliciarum copiã, & tam bonum mercatum omniũ necessariorum. Ceteræ possunt mẽtiri, hęc autem non, quia mater est veritatis. Inde ipsa dicit: *Omnes sitientes venite ad aquas gratiarum, & qui non habetis argentum*, &c. *emite vinum & lac*, vinum scilicet gloriæ in futurum, & lac doctrinæ in præsens, *absque vlla commutatione*, quia nihil de vestro apponitis, quia totum vobis manet. Opera enim bona, quibus emitur gratia & paradisus, ad nostrũ profectũ manent. Vnde iste panis, qui in clibano vteri virginalis coctus est igne charitatis nouẽ mẽsibus, hodie eductus est de clibano. Hinc dixit Filius Patri: *Tu es qui extraxisti me de ventre*, &c. Sed iterũ fuit recoctus in clibano passionis in ara crucis. Et sic fuit bis coctus, & cõpetit tendentibus ad supernam Hierusalem, qui sunt cruce signati in naui pœnitentiæ. *Et videamus hoc verbũ quod factum est, quod Dominus ostendit nobis*. Sed quia non sufficit de pane ad faciendum bonum vultum, sed oportet etiam carnẽ (sciebat enim Dominus quod diligebamus carnẽ,) ideo *verbũ caro factum est*. Propterea dicunt pastores: Videamus de illo verbo, quod verbũ caro factum est. Nos cognoscimus bene carnes, & libenter satis comedimus. Poterant autẽ dicere quod dicebat Moyses: *Vadam & videbo visionem hanc magnam*. Notanter dixerunt: *Transeamus*, quia pro solis peregri-

Eccli. 24
N
In natiuitate Christi refecti sunt pane & carne.
Esai. 55
Psal. 21
Luc. 2.
Ioan. 1.
Exod. 3.

grinis & transeuntibus Maria peperit filium. *Et venerunt festinantes*, &c. Sed quid portauerũt pastores? Respondetur, quod scriptura nihil de hoc loquitur: & videtur quod nihil tulerũt Christo. Pastores enim primo venerunt ad Christum, deinde Reges; ad denotandum, quod simplices homines, & qui debebant esse Ecclesiæ Pastores, primo venerunt ad Christũ, & postmodum lõgo temporis successu tẽpore Constantini venerũt principes. Sed simplices sine muneribus, quia tunc Ecclesia tenebatur in paruis habitaculis, & ornabantur mentes, non parietes, & dabantur dona, quæ erant bona opera spiritualia: sed superuenerunt principes cum muneribus, qui magnas Basilicas construxerunt. Sed refriguit charitas, & auaritia introiuit Ecclesiam, quæ indignos introduxit. Venerunt enim festinantes, quia famelici. Omnes enim homines erãt famelici, quia fame honoris, aut deliciarum, aut diuitiarum, sicut ad adhuc nunc videntur, omnes famebant. Nam *omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est*, &c. Ideo, vt saturarentur, cito venerunt. Et *inuenerunt*. An magnam caudam? Non. An mollibus vestitos? Non. An malignos & non timentes Deum? Non. Sed *Mariam, & Ioseph* timentes Deum. Ecce tota curia regis cælestis, ad cuius instar curia regum & principum debet ordinari. Vnde scribitur in Psal. *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat*. *Videntes autem cognouerunt de verbo*, &c. *Et omnes qui audierunt mirati sunt*. In quo ostenditur, quod non plures sapientes, philosophos, doctores, & principes, sed simplices ad annunciandum incarnationem ordinauit, sicut postea piscatores ad annunciandum omnia facta sua, &c.

Quarto, Maria exultauit & celebrauit, sicut canit Ecclesia: Ipsum quem genuit adorauit. Vnde ipsa dixit postea: *Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo*. Primo, quia de ancilla mundi regina efficitur, de innupta virgo puerpera, de paupercula Dei mater & filia. Nullus vmquam maior honor, secundum Anselm. quàm eam Dei matrem appellare. Vnde ipse ait: Solum prædicare de Maria, quod Dei mater est, excedit omnem altitudinem, quæ post Deum dici vel excogitari potest. Inde secundum August. contremiscit Maria mater Dei effecta, gaudẽt Angeli de Christo secure, ante quẽ cum timore & tremore mater exultat. Gaudet etiam, quia videt prophetias in se impletas. Hinc subdit Euãgelium: *Maria autem conseruabat omnia verba hæc*, quæ postea retulit Apostolis, & Euangelistis, & Lucæ eius notario, *cõferens in corde suo*: quia conferebat, quod in Bethleem conceperat: & quod legerat: *Et tu Bethleem*: legerat quia nazarenus vocabitur: & sciebat, quod in Nazareth eum conceperat: legerat quod virgo conciperet, & pareret, & sciebat se virginem concepisse, & peperisse: legerat: *Egredietur virga de radice Iesse*: sciebat se esse de stirpe Dauid.

Luc. 2. O Quid sibi vult quod pastores nihil portauerũt in natiuitate Christi, sed bene Reges.

1. Ioã. 2

Luc. 2.

Psal. 14

Luc. 2.

P Quare gaudebat Maria in natiuitate Christi.

Luc. 1.

Luc. 2.

Matth 5.

Esa. 7.

Esa. 10.

DE EODEM FESTO SERMO X. & in ordine XXVI. Per Thema.

Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Magister religionis seu Abbas solet mittere visitatores vicarios ad reformandum religionem in locis sibi subiectis: & quando correctio visitatorum non sufficit, venit magister in propria: qui in primo suo aduentu recipitur ad osculum pacis. Sic Dei Filius ad Christianæ religionis reformationem in paradiso terrestri dissipatæ, misit vicarios Prophetas, secundum illud: *Olim Deus loquens patribus in prophetis*. Sed videns quod non plene sufficeret, venit in propria persona: sicut dicitur in Euangelio hodierno Maioris Missæ: *In propria venit*. Et: *Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio*. Ideo in primo suo aduentu receptus est cum gaudio ad osculum pacis: quod petebat anima deuota in Cant. *Osculetur me osculo oris sui*. Ratio petitionis est secundum Philosophum: aues carentes felle, sicut columba,

Ioan. 1.

A Quomodo Christus venit in propria ad reformationẽ religionis dissipata.

Heb. 1.

Ioan. 1.

Heb. 1.

Cant. 1.

lumba, ſolo oſculo concipiunt ouum. Sic cor ſine felle peccati ad oſculũ Chriſti, id eſt, conſiderata eius manſuetudine, maxime in incarnatione & natiuitate, cõcipit propoſitum ſanctę vitæ. *Luc. 7.* Exemplum in Magdalena, quæ oſculabatur pedes eius, id eſt, contemplabatur beneficia nobis exhibita in aſſumptione humanitatis noſtræ. Accedens ad Papam pro indulgẽtia, recipitur ad oſculum pedis, & quãdoque de gratia ſpeciali poſtea vocatur ad oſculũ oris. Sic ſi quis vult à Deo ſuorum peccatorum remiſsionem ſuſcipere, & indulgentiam, neceſſe eſt vt prius recipiatur ad oſculum pedis per fidem incarnationis & natiuitatis, & per gratiam, vt ſic tandem dignus ſit recipi ad oſculum oris in beatitudine cæleſti, & ei dicat Do- *Gen. 27* minus: *Da mihi oſculum fili mi*, illum ducẽdo in domum ſuam ſupernam, ſicut fecit Ioſeph Beniamin, de quo dicitur: *Complexus eum, & in oſcula ruens duxit in domum ſuã.* *Gen. 29* Sed multi modo oſculando Chriſtum, *2. Reg. 3* imitantur Ioab & Iudam potius, quàm Magdalenam: ſimiles Iudæis, de quibus *Ioan. 1.* in Euangelio ſubditur: *Et ſui eum non receperunt*. Non ſic diſcipuli Chriſti, non ſic Maria, quæ felici oſculo more columbæ non ſolũ ſpiritualiter, ſed & corporaliter concepit Chriſtum, quam ſalutabimus, dicentes: Aue, &c.

Notandum eſt, quod Ioannes Euangeliſta ſeptuaginta quinque annorũ, ad preces Aſianorum Epiſcoporum (indicto tamen prius ieiunio, & orationibus ad Dominum in commune fuſis, vt recitat Hieronymus in prologo ſuper Euangeliſtas) compoſuit Euangelium, quod eſt principium noui Teſtamenti; non quod prius fuerit ſcriptum quàm reliqua Euangelia, ſed quia prius eſt dignitate, & ſecundum proceſſum rerum narratarum. Incipit enim loqui de verbo, quo ad proceſsionẽ æternam; & conſequẽter loquitur de his, quæ verbum operatum eſt circa creaturas. Alij autem Euangeliſtæ non inſiſtunt circa myſterium Trinitatis, ſed ſolum ea explicant, quæ Chriſtus operatus eſt in humanitate aſſumpta. Secundo, ſicut vetus Teſtamentum ſic incipit: *In principio creauit Deus cælum & terram*: ita & Euangelium Ioannis incipit: *In principio erat verbum*. Et ſic patet, quod nouum Teſtamentum eſt difficilius quàm vetus: quia vetus loquitur de creatione mundi, nouum vero de generatione æterna eius, qui creauit mundum: vt oſtendat quantæ benignitatis fuerit verbum ſic æternaliter & incomprehenſibiliter genitum ad nos temporaliter deſcendere pro ſalute noſtra. Vnde Dominus (vt ait Chryſoſtomus) prius loquebatur hominibus, vt Adæ, Noẽ, Abrahæ, & ſic de alijs. Licet non cõuerſaretur aut habitaret cum eis: ſed propter peccata elongauit ſe, & miſit eis litteras per nuncios ſuos Prophetas: tandem tamen ipſemet venit, habitum hominis ſuſcepit, & longe mirabiliora quàm ante recitauit: ſed *ſui eum non receperunt*. Prius enim erant inſtruendi homines in paruis, quaſi paruuli in tempore legis naturæ: & ſic deinceps procedendum erat per quædam incrementa cognitionis, quoadusque miſit Deus magnum magiſtrũ, qui homines quaſi perfectos altiſsima & valde mira docuit, qui etiam eos ita exaltauit, quod *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.*

Genes. 1 *Ioan. 1.* *Ibidem.* *Ibidem.*

In Euangelio Maioris Miſſæ duo facit Ioannes. Primo, oſtenditur generatio & dignitas Filij Dei. Secundo, oſtenditur modus adoptationis noſtræ in filios Dei. Et ſecundum hoc erunt duæ partes, in quibus inſiſtetur in hoc ſermone expoſitioni præfati Euangelij.

Primo igitur oſtendit Ioannes generationem æternã, cum dicit: *In principio erat verbum*. Hoc eſt, quinque credẽda ſunt de Deo filio. Primo, quod in principio & ante ſæcula erat verbum, ſcilicet ab æterno, & non ex tempore, ſicut putauit Arrius, dicens Filiũ Dei eſſe creatũ. Non ſolũ autẽ credẽdũ eſt, quod ſit ſine principio, ſed quod etiã ſine fine. Ipſe enim dixit: *Ego ſum alpha & omega, principiũ & finis:* *Ibidem.* *Apoc. 1*

B De Euãgelio Ioannis.

& non ſolum totius creaturæ corporalis, ſed etiam ſpiritualis, & ſingulariter operum noſtrorũ, ita quod in principio operum noſtrorũ ſemper debeat eſſe Deus, & in fine ſimiliter, iuxta illud Apoſtoli:
1. Cor 10 *Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Non ſic faciunt qui bene incipiunt, & male finiunt, qui volunt Deum eſſe principium ſuorũ operum, ſed non finem, quia perſeuerant in bonis operibus, cum tamen perſeuerantia ſit ſola regis filia, cui debetur hæreditas. Aliqua eſt terra (vt dicit Solinus) vbi homines in iuuentute canescunt, & in ſenectute nigreſcunt, id eſt, qui bene incipiunt & male perficiunt. Sed hoc valde timẽdũ eſt: ne qui cœpit opus bonum, male perficiat, aut retrocedat: quia periculum eſſet, ne occideretur à diabolo. Exemplum ad hoc habemus de duobus, qui volebant ad inuicem pugnare. Videns vnus quia alius vellet eum aggredi, ait: Ego non pugno cum duobus, recedat vnus veſtrùm. Tunc alius credẽs alterum eſſe poſt ipſum, retroſpexit, & dum retroſpiceret, alius percuſsit eum in capite. Sic diabolus facit ei qui recedit à bona conuerſatione priſtina. Dicit etiam
Luc 9. Dominus: *Nemo mittens manum ad aratrum & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.* Viam enim, quam quiſque cœpit, debet tenere.
Gen. 32. *Iacob abyt in itinere quod cœperat, fuerunt ei obuiam Angeli Dei.* Cuidam enim fratri in congregatione poſito ait ſenex: Talem te continuo ſerua, qualem te prima die exhibuiſti. Non enim eſt bonus miles, qui non habet diuturnum anhelitum.
2 Ti 2. *Qui certat in agone, non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit:* & dignus eſſet vt ei illu-
Luc. 14. dendo diceretur illud: *Iſte homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare.* Vnde ad confirmationem huius Catholicæ veritatis contra perfidiam Arrianam legitur 3. Dialog. cap. 31. de quibuſdam Epiſcopis Africanis, quod tempore Iuſtiniani Auguſti, dum ferueret perſecutio Arriana in Africa, & nollent abſtinere à prædicatione fidei, iuſsi ſunt à rege VVandalorum

C
Sola perſeuerantis coronatur.

mulctari abſciſsione linguarũ. Sed miro modo ita pro defenſione veritatis ſine lingua loquebãtur, ac ſi linguam habuiſſent: & addit Greg. Quid mirum ſi verba edere ſine lingua potuit verbum, quod fecit linguam? In hoc confundi debent ſacerdotes, qui deputant linguam ſuam verbis maledicis & diabolicis: vbi iſti ſine lingua loquebantur magnalia Dei, & veritatem fidei. Vtinã confunderẽtur publice, ſicut vnus eorum confuſus eſt, qui perdidit hoc donum loquendi ſine lingua, eo quod cecidiſſet in incontinentiã, ne ipſi confunderentur in extremo examine. Sunt enim ſicut candela extincta, quæ fœtet, & nares aſtantiũ inficit, adeo vt (ſecundum Ariſto. lib. problematum) fœtor eius, dum extinguitur, exhalãs ſufficeret facere abortiuũ in muliere prægnante, quæ illo inficeretur. Nam & vita talium & fama omnes videntes & audiẽtes offendit: & timẽdum eſt ne ſint cauſa abortiui bonorum operum in ſuis ſubditis: cum tamen ipſi deberent lucere corã populo per oſtenſionem boni exempli, ſicut lucerna poſita ſuper candelabrum. Secundo, credendum eſt, quod *verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum*, id eſt, quod filius Dei eſt vnum & idem cũ diuina eſſentia. In hoc debent filij ſumere exemplum, vt ſint imitatores Trinitatis. Ait enim Dominus: *Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi: vt ſint vnum ſicut & nos vnum ſumus.* Sic debent filij cum parentibus vnum eſſe in ſubſtantia, non per identitatem, ſed in eadem domo, non tamen omnimode, quia non oportet quod filius ſit æqualis patri, ſed obediens ſicut filius Dei. Sed modo plurimi filij ſunt inobedientes, qui diſsipant bona parentum & portant ad loca perditionis. Tertio, credendum eſt, quod ſit æqualis patri. Et ideo dicitur: *Hoc erat in principio apud Deum*, id eſt ſemper fuit filius Dei æqualis patri, & vnum cum eo in ſubſtantia, ſicut dicitur: *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ Deo.* In hoc confun-

Ioan. 1.
Ibidem.
Phil. 2.

funditur error Arrij, qui dicebat & baptizabat in nomine patris maioris & filij minoris. Ista sunt, quæ de Dei filio, quoad illam generationem æternam credere debemus. Appellatur autem verbum hic & in Psal. *Eructauit cor meum verbum bonũ*, duplici similitudine. Primo, ad verbum mentale, qui est conceptus mentis, quia est semper in mente, & numquam sine ipsa mente. Sic filius semper in patre & numquam sine patre. *Pater in me est, & ego in patre*. Et: *Philippe, qui videt & me, videt & patrem meum. Non creditis, quia ego in patre & pater in me est?* Et: *Non reliquit me solum*. Secundo, quia sicut per verbum vocale declaratur conceptus mentis & ipsa mens, sic pater per filium. Pater *manifestauit nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi*. Et Psal. *Dies diei eructat verbum*, id est, de plena scientia proferunt viri docti & illuminati à Deo populo deuoto & gratia illuminato sapientiam de patre genitam. Sed videtur quod ista non sint prædicanda populis, cum sint nimis difficilia & ardua. Respondetur quod populi non libenter comedunt offam, nec sibi incorporant, nisi offa illa condiatur speciebus quæ de longe asportantur, vt puta de India vel Arabia. Sic nec populus, nisi parum audierit de istis arcanis Dei, quæ nõ intelligit, vt ea admiretur & cognoscat factura non posse attingere ad suum factorem. Sed periculum grande est nimiũ de his serutari, quia *qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria*. Quarto, credendum est quod omnia per filium Dei facta sunt, contra errorem Manichæi, qui ponebat duo principia rerum, vnum bonum & aliud malum, & malũ esse principium omnium istorum inferiorũ propter deordinationem, quæ videbatur in istis inferioribus. Et istius opinionis videtur fuisse Tullius, qui ex eleuatione malorum ad dignitates & regimina populorum, ex depressione bonorũ arguebat Deum non regere ista inferiora, quia putabat illud esse inordinatum. Sed hoc est contra Ioãnem, qui dicit vniuersaliter omnia per verbum facta esse, & isti plurimum falluntur. Tum primo, quia non vident quanta bona elicit Deus ex malis permissis, ita quod maiora sunt bona quæ elicit Deus, quàm mala quę permittit. Secundo, si non esset malum, non esset virtus ei opposita, neque iustitia, neque misericordia, neque fortitudo, neque patientia, & tunc perderentur coronæ bonorum. Et si dicatur, melius esset quod perderentur, quàm tot homines qui sunt mali, Respondeo, quod plus valet iustus quàm decem mille viri impij. Sunt enim reprobi sicut malefactores suspendendi in patibulo: quorum quadrigata non valet vnum denarium. Et ideo Dauid imprecatur, dicens: *Fiat sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit*. Quod quidem fœnum est modici valoris. Tertio, opinio talium reprobatur ab vno amicorum Iob. Cum enim recitasset tales dicere de Deo: *Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat*, subdit postea: *Quorum sententia procul sit à me*. Quarto, necessario fatendum est, quod omnia merita nostra in nobis operetur. Hoc enim dicitur: *Omnia opera nostra operatus es nobis* (Domine.) Et ideo subiungitur: *Sine ipso factum est nihil*, quia opera Trinitatis ad extra sunt indiuisa. In hoc maxime debemus glorificare Trinitatem, & singulariter, quia operata est opus nostræ redemptionis. Quia si nos totos ei debemus iure creationis, quanto magis iure redemptionis, quia plus constitit ei ad recreandum quàm ad creandum. Nam in creatione dixit, & facta sunt: sed in recreatione multa dixit, & fecit, multa insuper passus est filius Dei. Et ideo si propter creationem quotidie tantum benedicimus Trinitatem, vt omne fere seruitium Ecclesiæ sit de ea, quanto magis pro redemptione.

Quinto, credendum est ipsum omnia conseruare. Multi enim artifices rem faciunt, sed ipsam conseruare non possunt; ipse autem omnia conseruat. Et ideo sequitur: *Quod factum est in ipso, vita erat*, id est,

D *Quare filius Dei dicitur verbum* — Psal. 44 — Ioan. 10 — Ioan. 14 — Ioan. 8. — Ioan. 17 — Psal. 18

E *An credibilia difficilia sint prædicanda populis* — Prou. 25 — Ioan. 1.

F *Verbum est principium visibilũ & inuisibilium* — Psal. 118. — Isa. 26. — Ioan. 1. — Ibidem.

id est, omne quod factum est, subsistit eo mediante. Vnde & Philosophi ipsum dixerunt esse animam mundi. Vel etiã omne meritum non nisi eo mediãte vita est animæ, secundũ illud: *In Deo faciemus virtutem.* Et: *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.* Ideo debemus cum Dauid singulis momentis Domino dicere: *Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea:* vt nostrum arbitrium quod procliuius vel ignoratione boni, vel oblectatione passionum fertur ad vitia, Deus potius ad virtutũ studia retorquere dignetur. Nam ait: *Impulsus euersus sum vt caderem;* in quo liberi arbitrij infirmitas designatur: *& Dominus suscepit me.* Et iterum: *Si dicebã, Motus est pes meus* lubrica arbitrij facultate: *misericordia tua Domine adiuuabat me.* Et rursus: *Secundum multitudinem dolorum meorũ in corde meo:* quæ vtique mihi nascebantur libero arbitrio: *consolationes tuæ lætificauerunt animã meam,* per tuã inspirationem venientẽ in cor meum. Et ob hoc sancti viri, qui ad consummationem venerunt virtutũ, industria propria hoc non se obtinuisse testati sunt: sed etiã potius à Domino precabantur, dicentes: *Dirige me Domine in veritate tua,* Et: *Dirige in conspectu tuo viam meã.* Et alius hoc experimento didicisse proclamat, dicẽs: *Scio Domine quia non est hominis via eius: nec viri est, vt ambulet & dirigat gressus suos:* Et ipse Dominus ad Israẽl: *Et dirigã eum* (inquit) *vt abietem virentẽ: ex me fructus tuus inuẽtus est.* Quia ergo prodigi sumus, debemus Deum orare, vt merita nostra cõseruet in thesauro suo: vt per ipsa postea viuere possimus. Ait enim: *Ego sum via, & veritas, & vita.* Sed nõ sic in hoc mundo. Antiquitus currebatur via mandatorũ Dei: sicut ille qui dicit: *Viam mandatorũ tuorũ cucurri.* Et: *Sine iniquitate cucurri & direxi.* Sed modo per fortunã guerrarũ diaboli non frequentatur illa via: sed modo plena est sentibus & spinis. Nunc per viã lapidosam superbiæ & obstinationis, & sabulosam auaritiæ, & lutosam luxuriæ passim curritur: ita quod modo & sacerdotes, & prælati, & cõmuniter populi sunt quasi omnes dediti illis pestibus. De vita, modo exponeretur vita proximi pro nihilo: & substãtia eius dimittitur perdi. De veritate modo nõ est loquendũ. Quẽ enim inuenies, qui custodiat veritatẽ & promissionẽ, & qui nõ perdat alterũ? Solebat dici: Regẽ, cui omnia viuũt, venite adoremus. Sed nescio quid dicetur modo. Timeo ne omnia moriãtur nõ in Domino, sed Domino. Deus velit, quod quicquid faciamus, maneat in Deo vita. Manebit autẽ opus nostrũ in Deo vita, si procedat ex viua fide: si credamus de eo quę nobis suggerit Ioannes. Promittit enim nobis Deus vitã æternã sub credo, id est, sub fide: quia secundũ Ps. *Omnia opera eius in fide.* Si essent tabernarij, qui vinũ sub credo magno vel paruo concederẽt, omnes histriones illuc discurrerẽt vt inebriarẽtur. Et vinũ gloriæ proponit nobis Deus sub credo & paruo & magno: & tamen non curamus, nec illuc tẽdere volumus. Pro secunda parte aduertendũ est, quod Dominus circa eos, quos vult adoptare in filios, multa facit. Primo, illuminat eos & viuificat lumine cognitionis & gratiæ: Hinc subditur: *Et vita erat lux hominũ.* Lux enim gratiæ & cognitionis constituit & cõseruat animã in vita. Corporalia enim per animã subsistunt, sed anima per gratiam. Vnde ponitur ibi multiplex differentia inter lumẽ istud spirituale, & inter lumẽ corporale solis. Prima est, quia ista lux viuificat animam, & procedit à fonte vitę: sed lux solis viuificat solũ corporalia, nec procedit à corpore viuente. Non enim viuit sol, licet sit causa vitæ corporalis. Inde male dixit Pythagoras (sicut refert Lactant. li. diuinarũ institutionũ) dicens quod nos sumus facti causa lunæ solisque videndi: nisi forte diceret quod nos sumus nati ad videndũ verum solẽ iustitiæ: & lunã, id est, congregationẽ fidelium: & hoc verũ est. Secunda differẽtia, quia sol materialis illuminat exterius, iste interius: ideo dicitur ante: *Quod factũ est in ipso, vita erat,* id est, vitalis operatio

Non cõtingit mereri, aut bene agere ex solo libero arbitrio.

Psal. 59
Ioan. 5.
Psal. 118.
Ps. 117.
Psal. 93
Psal. 32
Psal. 24
Psalm. 5
Iere. 10
Osee 14
Ioan. 14
Ps. 118.
Psal. 58
Ioan. 1.
Ibidem.

¶ Differẽtia multiplex inter lumẽ corporale & spirituale ex Euãgelio Ioannis.

ratio Dei ex gratia proueniẽs facta eſt in ipſo operante: imo aliquãto exterminat oculos exteriores. Exẽplum habetur 3. dial.c.31.de quodã Epiſcopo Arriano, qui cum in vrbe Spoletana, negante Epiſcopo ciuitatis locum, quem ſuo errori dedicaret, collecta hominum multitudine vellet infringere fores Eccleſiæ S. Pauli Apoſtoli: tunc portæ diuinitus apertæ ſunt, & lãpades accẽſæ: & effuſo deſuper lumine ſubita cæcitate percuſſus eſt, & alienis manibus ad ſuum habitaculũ reductus. Tertia differentia: quia ſol materialis non lucet in tenebris, iſte vero in tenebris, quia in malis hominibus: vt patet de Agrio, qui erat doctus: & quomodo luxit remordendo conſcientiã: ita vt territus in conſcientiæ ſecreto & cõmotus intra viſcera, qui volebat temerare Eccleſiam Alexandrinam, cui præerat B. Alexander, quæreret non Eccleſiam, ſed locum infectum cloacarum: vbi miſerabiliter interijt, ſicut recitatur lib. 10. hiſt. Eccleſ. c. 13. Dicit enim Pſalm. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Ideo dicitur: *Et lux in tenebris lucet.* Vel luxit in tenebris humanitatis noſtræ, quando aſſumpſit eam: quia Pſal. *Poſuit tenebras latibulum ſuum.* Quarta differẽtia: quia iſtius ſolis materialis comprehenditur qualitas, quia calidus & ſiccus, & quantitas, quia certæ quantitatis, & videtur totus, & tota quantitas eius: ſed non ſic iſte, quia *tenebræ eam non comprehenderunt.* Pſal. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: turbati ſunt omnes inſipiẽtes corde.* Inde Paulus raptus vſque ad tertium cælum, non niſi cum admiratione loquebatur, dicẽs: *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei: quàm incõprehenſibilia ſunt iudicia eius.* Quinta differentia: quia ſol materialis non indiget teſtimonio quod luceat (quia aperte videtur) niſi à cæcis, & quia cæci ſumus omnes, & alius non videtur oculis corporeis, ideo *fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioãnes. Hic venit in teſtimoniũ, vt teſtimoniũ perhiberet de lumine. Non erat ille lux: ſed vt teſtimoniũ perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illũ.* Fuit enim ſicut lucerna accenſa ad querendũ paruulum Ieſum in tenebris noſtræ ignorãtię, & hũc inuenit, & oſtendit, dicẽs: *Ecce agnus Dei.* Qui mittuntur à Deo ſicut Ioannes, non mittuntur niſi ad perhibendum teſtimonium de lumine deitatis miſſo in mundum. Hoc autem perhibent doctrina & vita. Sed qui mittuntur ab hominibus non ſic, ſed perhibent magis teſtimonium quod vita eorum mala ſit, & quod à Deo non ſunt miſsi. Vita eorum oſtendit *(leur cõmiſsion)* hoc eſt, commiſsionem eorũ. Loco puritatis, ad quam ordinantur, ſunt lubrici: loco miſericordiæ ſunt crudeles in populum, & ſic de alijs. Sed dices: Habetur Ioan. 5. *Ego autem non ab homine teſtimonium accipio:* quomodo ergo Ioannes fuit miſſus, & quaſi videtur quod Ioannes non fuerit homo. Dicitur ad hoc primo, quod Ioannes fuit purus homo, ſed repletus Spiritu ſancto à principio, & ideo dicitur: *Fuit homo,* &c. Et licet fuerit Angelus puritate, nõ tamẽ natura. Secundo dicitur, quod non accipit teſtimonium ab homine, ſi quod indignat propter ſe & ſuam dignitatem, ſed tantum propter noſtram miſeriam ſubleuandam & ignorantiam tollẽdam. Chriſtus enim natus erat de patre ſicut radius ſolis à ſole ſine aliqua diminutione ſuæ ſubſtãtiæ, & oculi Iudæorũ infirmi magnã claritatẽ Chriſti non poterant comprehẽdere, ideo neceſſe fuit aliquod lumen præmitti, quod aſſueſceret eos ad maiorem claritatẽ ſuſcipiendã. Auguſt. Tantæ cæcitatis erat homo, vt ad diẽ ſine lucerna venire non poſſet: & ideo dicit Deus Pater in Pſalmo: *Paraui lucernam Chriſto meo.* Perhibebat autem teſtimonium, quod *erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem:* niſi ponat obſtaculũ: & tunc nõ eſt defectus ſolis, ſed defectus obijcientis: quia *ſol illuminans per omnia reſpicit.* Secundo, familiaritatem exhibet Dominus, & familiarem ſe reddit eis, quos vult adoptare. Vnde *in mundo erat*, id eſt, in cordibus mundanis erat inſpirãdo eos: *& mundus*

Pſal. 4 Ioan. 1. Pſal. 17. Ioan. 1. Pſal. 73 Rom. 11 Ioan. 1. 1 Ioannes erat lux. Ioan. 1. Ioan. 5. Ioan. 1. Pſ 131. Eccli 42 Ioan. 1.

dus per ipſum factus eſt: ſed mundus eum non cognouit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. In hoc Iudæorum oſtenditur malitia, quia ſui erant non ſolum iure creationis, ſed etiam quia ſibi delegerat, & peculiarem quodammodo fecerat illum populum ex Abraam ſene & Sara ſterili, ſecundum illud: *Populum iſtum formaui, laudem meam narrabit.* & miraculoſe liberauit de Ægypto, miraculoſe etiam nutriuit in deſerto. Sed *hoc eſt iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.* Multi enim hanc deteſtantur, quia habent oculos læſos per peccatum. Nam ſecundum Augu. oculis ægris odioſa eſt lux, quæ tamen ſanis eſt amabilis. Sed vę illi, qui non recipit eum: ſed facit eum tamdiu heurtare & muſare ad oſtium conſciẽtiæ, nec ei aperit. Certe ad magnitudinẽ tuę dãnationis eſt, quod non ſolũ es eius iure creationis, ſed etiam redẽptionis, quod te dignatus eſt redimere ſanguinis ſui pretio, & paſcere corpore ſuo. Alij eum receperunt, ſed contumelioſe expulerũt, de quibus Iob: *Qui dixerunt Deo, Recede à nobis.* Similes Iudæis, qui loco Chriſti receperunt Barrabam latronem & homicidam. Et ſingulariter ſunt ſui ſacerdotes & clerici, quos etiam temporaliter ſuis proprijs bonis paſcit, quia peccata populi comedunt, id eſt, oblationes, quę fiũt Deo ad expianda peccata populi. Sed Eſaias: *Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me.* Tertio, tandem adoptiuos Dei filios conſtituit. *Quotquot autem receperunt eum*, per fidem in baptiſmate: *dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: his qui credunt in nomine eius*, ſcilicet habere remiſſionem peccatorum: non quod iſta natiuitas ſit ex ſanguinibus, neque ex voluntate feminæ aut viri, ſed ex Deo. *Nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus.* Aug. Quid eis præſtitit magna beneuolentia & magna miſericordia? Vnicus natus eſt, & multos filios adduxit vnus. Cõtra illos, qui fratres ſuos & patres vellent eſſe interfectos, vt haberent eorum ſubſtantiam, imo ſoluit eorum peccata, & fecit cohæredes ſuos. Vnde Chriſtus vocat nos fratres, dicens: *Ite, nunciate fratribus meis.* Et: *Ego ſum, ait Ioſeph, frater veſter, quem vendidiſtis in Ægypto.* Et ſequitur: *Pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos.* Sumus autem fratres Chriſti tam ex parte matris quàm patris. Inde Mariam vocamus matrem noſtram. Et de patre dicitur: Pater noſter qui es in cælis. Ideo debemus participare hæreditati Chriſti. Habuit autem duplicem. Vnam ratione matris, ſcilicet paupertatem & miſeriam, quam habuit ratione corporis ſumpti à matre. Hæreditas, quam habuit à patre, eſt gloria paradiſi. Ex quo ergo ſumus fratres & ſorores eius, debemus participare in illa hæreditate. Sed multi libenter participarent hæreditatẽ patris, quettantes hæreditatem matris. Hoc autem non licet, puta, quod filius adoptiuus habeat hæreditatem patris, niſi ſicut filius naturalis, mediante hæreditate matris. De qua dicitur: *Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.* Nemo igitur cõfidat eam habere, niſi mediante hæreditate matris, ſcilicet tribulatione: quia *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Iſta vero hæreditas patris, ad quam prẽcipue nos adoptauit Filius Dei, habet conditiones mirabiles contrarias hæreditati terrenæ. Primo, quia ſancti filij Dei non niſi poſt mortem in poſſeſsionem hæreditatis inducuntur, ſecundum illud Pſalmiſtæ: *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini.* Secũdo, quia viuente Deo Patre, & regnante, hæreditate fruuntur, ideo dicuntur hæredes Dei, & cohæredes Chriſti, id eſt, cum Chriſto. Hinc dicitur: *Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ.* Et ſequitur: *Dominus regnabit in æternum, & vltra.* Tertio, quilibet eorum totam hæreditatẽ poſsidet, nec propter multitudinẽ poſsidentium minus habetur à quolibet. Inde dicitur: *Exaltabit te, vt hæreditate capias terrã.* Nec mirum, quia Dominus ipſe, qui eſt immutabilis, ſimplex, & infinitæ bonitatis, eſt hæreditas ſanctorũ, ſecundũ illud:

Pſal.43 *Ioan.3* *Iob.21* *Eſai. 1.* *Ioan.1* *1 Ioan.3* *Mat. 28* *Gen.45* *Luc. 24.* *Act.14* *Exod 15* *Pſal. 36*

K. *Paupertas fuit hæreditas Chriſti ex parte matris, quã participare debemus.*

L. *Hæreditas cæli multum differt ab hæreditate terrena.* *Pſ.126.*

Ego

Nu 18. Deu. 18 *Ego pars & hæreditas tua Israël.* Et: *Dominus est ipse hæreditas eorum.* Quarto, exhibuit Ioan. 1 nobis suam præsentiam, quando *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*, quando verbum abbreuiatum est in carne. Si nos faciamus breue verbum, & nos humiliemus, habitabit nobiscum. Aliàs non erimus digni conuersatione eius. Consideremus autẽ quanta fecit, quia Deus eternus factus est vnius diei puer; & qui cælum & terram implet, in virginis vtero. Et sic Verbum caro factum est, vt sicut aurum sub sacco absconditur, sic diuinitas lateret sub carne. Inde dicitur: Esai. 45 *Tu es Deus absconditus.* Et: Zach. 4 *Lampas eius super caput ipsius*, id est, humanitas super diuinitatem eam tegẽs. Humanitas vero dicitur lampas propter fragilitatem, quæ in vitro significatur. Ioan. 1. *Verbum caro factum est:* ecce mirabilem conuersionem, quam quærebat Dauid, dicens: *Domine conuertere de cælo, & vide*, id est, fac conuersionem Dei in hominem, vt Deus homo fiat, *& fie visites vineam istam.* Ecce qui in terra iamdudum in lapide scripserat Iudæorum duriciam, inclinans se in carnem, scripsit in terra cordis teneritudinẽ. Et qui portat omnia verbo virtutis suæ, nunc ab infirmitate nostra portatur, & radix omnium de virgula sua nascitur. Quinto, communicauit nobis sua dona, suam gloriam & Ibidem. virtutes, quia *vidimus gloriam eius* in miraculis, in transfiguratione, *gloriam quasi vnigeniti*, id est, solius filij regis naturalis. Ibidem. Et sequitur: *Plenum gratiæ & veritatis*, gratiæ contra defectum peccati, & veritatis contra defectum ignorantiæ. Vnde August. Filius Dei venit ad nos, scilicet illuminis veritas, errantibus via, mortuis vita, fatuis sapientia, infirmis medicina, captiuis redemptio, famelicis refectio: & ideo desideratus cunctis gentibus. Quia humilis venit, offenderunt in illum homines: quia excelsus, venturus est ad iudicium, super quem venerit, conteret eum. Sed illum non conteret venturus, quem non quassauit cum venit. Qui humilem non offendit, non formidabit excelsum.

DE EODEM FESTO SERMO XI. & in ordine XXVIII. Per Thema.

IN *humilitate nostra memor fuit nostri.* Sed quomodo dicitur quod Deus fuit memor nostri? nonne ipse patitur obliuionem, vt sic aliquando obliuiscatur nostri? Scriptum est: *Memor erit in sæculum testamenti sui*, id est, ordinationis suæ, quam de nobis fieri instituit. Quomodo igitur dicimus quod in humilitate nostra memor fuit nostri? Respondetur: Dupliciter dicitur recordari Deus. Vno modo memoria simplicis visionis, qua omnia memoriter tenet, nec cuiusquam obliuiscitur, sicut quis memoriter tenet multa, nec tamen propterea exit in actum eorumque cognoscit. Et de hac dicitur: *Memoria mea in generationem sæculorũ.* Alio modo dicitur memorari, quia & cognoscit, & cognita in tempore opportuno ad effectum producit: & obliuiscì, cũ non videtur educere: & sic Deus cum iustitiam facit, videtur suæ misericordiæ obliuiscì. Sic memoratur iustitię suę quãdo nos flagellat. Inde Psalm. ait: *Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.* Sic vidua Heliæ: *Quia diuertisti ad ancillam tuam, rememoratæ sunt iniquitates meæ.* Similiter de iustitia dicit: *Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.* Obliuiscì autem videtur iustitiæ suæ, quando pro tempore patitur malos ad libitum agere, & non punit. Similis magistro, qui aliquãdo dissimulat pueros punire, & ideo videtur fuisse oblitus defectus eorum, sed tamen reseruat in scrinio pectoris sui vsque ad tẽpus opportunum: sic & Dominus, qui dicit de vitijs malorum. *Nonne hæc condita sunt apud me: & signata in thesauris meis?* Qui quo ad misericordiã obliuiscetur eos in inferno. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Sed recordabitur iustorum ad præmiandum. *In memoria æterna erit iustus.* Huius misericordiæ, quam pollicitus erat patribus, videbatur obliuiscì, propterea clamabat natura humana: Vsquequo cõtinebis in ira tua misericordias tuas. Memento

Psal. 135. Psal. 110. *A Dupliciter intelligitur Deus memorari.* Eccli. 24 Psal. 78 Psal. 70 Deut. 32 Psal. 15. Psal. 111

Digitized by Google

mento noſtri Domine in beneplacito populi tui. Viſita nos in ſalutari tuo. *Verè* Eſa 45. enim *tu es Deus abſconditus.* Vnum peccatũ commiſi, & me perditum requiſiſti, & bene inueniſti in vna hora. Ecce iam te quęrimus per quatuor aut quinque milia annorum, & non te inuenimus. Sed hodie audiuimus eum dicentem: Ecce ego ipſe, qui loquebar, ecce adſum. Inde Luc. 1. Maria ait: *Recordatus* (eſt) *miſericordiæ ſuæ: ſicut locutus eſt ad patres noſtros.* Ad quam confugiemus, dicentes: Aue.

B Humilitas ſunt cor pus & anima propter peccatũ.

In humilitate noſtra vel quam nobis inflixit, vel quam oblatam à nobis vltro ſuſcepit, vel quam de noſtro aſſumpſit, memor fuit noſtri. Primo, in humilitate noſtra inflicta, quia inſoleſcimus, virga nos percutit & humiliat. Sicut enim humiliatus Manaſſes reſpectus eſt à Deo: ſic humiliata erat natura humana ante Chriſti aduentum. *Quoniam humiliaſti nos in loco* Pſal. 43 *afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis.* Humiliata erat natura vſque ad puluerem mortis. Et non ſolum corpus, ſed etiam Pſal. 88 anima, propter peccatum. *Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum*, ſcilicet Adam inobedientem tuis mandatis. Et iterum: Pſal. 43 *Humiliata eſt in puluere anima noſtra.* Et rurſus: Pſ. 104. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius.*

C De multiplici inferno.

Homo exiſtens in compedibus, neque manibus, neque pedibus ſe iuuare poteſt. Sic nec operibus nec affectionibus bonis ſe poterat homo iuuare, quin in infernum deſcenderet, non in infernum profundiſsimum nec in inferiorem, ſed bene in ſuperiorem. Eſt enim infernus Iob 17. profundiſsimus ſecundum illud: *In profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea.* Pſal. 85 Eſt inferior: *Eruiſti animam meam ex inferno inferiori.* Et iſte eſt conſcientia mala, quæ continue torquet impium remordendo. Eſt infernus baſſus, & ille eſt limbus. Pſal. 87 *Vita mea inferno appropinquauit.* Eſt infernus ſuperior iſte mundus, de quo Pſ. Pſ. 140. *Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum.* Et in iſto vexabantur homines quantumcumque iuſti ante Chriſti aduentum, & tandem deſcendebant in infernum baſſum, ſcilicet in limbum. Secundo, in humilitate noſtra, quam oblatam vltro à nobis ſuſcepit: memoratur noſtri, cum ſcilicet humiliamus nos ante eum recognoſcentes defectus noſtros, & iſtã non deſpicit Deus. *Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies*, contritum, id eſt, in minuta diuiſum ſecundum particulas cordis. Tertio, Pſal. 50 multo amplius in humilitate noſtra, id eſt, illa quam de noſtro aſſumpſit, memor fuit noſtri. Quoniã dupliciter ſolemus memorari. Primo quidem, quando nodum facimus in corrigia. Secundo, quando ſcribimus pro memoria. Idcirco ſecundũ hęc duabus partibus oſtẽdemus quomodo Dominus memor fuit noſtri.

D Chriſtus nodum fecit in corrigia in natiuitate, vt noſtri memoraretur, Ioan. 1.

Primo igitur Dominus, vt noſtri memoraretur, nodum fecit in corrigia: quando videlicet nodauit diuinitatẽ cum humanitate. Cuius nodum, confeſſus eſt Ioannes ſe neſcire diſſoluere, dicens: *Cuius ego non ſum dignus, vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.* Vnde malleus vniuerſæ terræ hominem ſolum ex duobus, ſcilicet anima & corpore compoſitum confregerat, quia non ſatis erat fortis: hic autem cum duobus tertium adiunxit, ſcilicet diuinitatem, & ideo non potuit eum diabolus vincere. Et propterea clamabat natura humana, vt Filius Dei in auxilium eius mitteretur, conquerendo: *Tu vero repulſti & deſpexiſti: diſtuliſti Chriſtũ tuũ.* Et ſequitur: *Memorare quæ mea ſubſtantia. Numquid* Ibidem. *enim vanè conſtituiſti omnes filios hominum.* Et iterum: *Vſquequo Domine obliuiſceris in finẽ.* Ibidem. Sed in conceptione in humilitate Mariæ memor fuit noſtri, quando factus eſt nodus ille, & in ſacrario virginis repoſitus. Hodie vero apparuit nobis hæc miſericordia, hodie *miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi*, hodie cũ diuina iuſtitia mixta Pſal. 84 eſt miſericordia æterna, hodie in ſtabulo à communi quot apparuit, quãdo in noſtra fragilitate memor fuit noſtri.

E Quare humanitas Chriſti dicitur humilitas noſtra.

Sed quõmodo dicimus humanitatem Chriſti eſſe humilitatẽ noſtram? Dicitur primo, quod quatuor modis capitur humilitas. Vno modo pro flagellatione & depreſ-

depreſsione alicuius: quando ab eo auferuntur ea, ex quibus natus eſt erigi, vel ea ſibi inferuntur, propter quorũ abſentiam inſoleſcere ſolet. Sicut illi faciebant Ioſeph, de quibus Pſal. *Humiliauerunt in cõpedibus pedes eius.* Et: *Qui ſe exaltat, humiliabitur.* Secũdo modo, pro ſeruilitate & obſequioſitate. Inde dicit Ariſt. in 4. Ethic. Propter quod omnes blanditores & obſequioſi ſeruiles, & omnes humiles blanditores. Tertio modo, pro exhibitione ſignorum humilium. Quarto, pro contemptu firmo & rationabili earum rerũ, quæ communiter eximiæ & præclarę ab omnibus videntur, vt propter præſentiã earum non erigatur animus ſupra dignitatem ſuam & ſupra ſe: & iſte eſt virtus. Secundo dicitur, quod humanitas noſtra poteſt dici humilitas cauſaliter, quia vera humilitas cauſatur & oritur ex vera noſtrę fragilitatis recognitione. Tantum enim eſt paupertatis, defectuum, & terrenitatis, & peccatorũ in nobis, vt inde occaſionaliter in nobis humilitas oriri debeat. Ideo dicitur: *Humiliatio tua in medio tui*, id eſt in conſcientia vel in corde, quod eſt in medio hominis, quaſi dicat: Nõ eſt tibi longe quærenda humilitas, cuius tãtam in temetipſo inuenis materiam. Sicut enim aranea in medio telę reſidens omnem motum factum in quacũque parte telæ ſentit & percipit: ſic anima in in cẽtro cordis quaſi in medio ſui omne factũ in quacumque parte corporis deprehendit. Et ita ſi homo id ſtuderet, cauſam ſuæ humilitatis proculdubio inueniret, nec inſoleſceret proſperis, nec frangeretur aduerſis. Dicitur tertio, quod humanitas Chriſti poteſt vocari humilitas noſtra. Primo, quia omnibus flagellationibus, depreſsionibus, & miſerijs, quibus affligimur (dempta culpa & conſequentibus ad eam) vexatus eſt Chriſtus & humiliatus, ſicut patuit per totũ decurſum vitæ ſuæ. Secundo, quia humanitas illa de tam humili materia formata eſt, quo ad corpus, ſicut noſtra, ſcilicet de terra, imo & de limo terræ. Ad hoc autem, vt ſit limus, duo requirũtur, ſcilicet humor & terra. Qualiter ergo factus ſit iſte limus, docet Pſal. dicens: *Deſcendet ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram*, ſtillicidia ſtillãt ſuper terram, & faciunt limum, quia cæli rorauerunt deſuper, & Spiritus ſanctus pluuiam voluntariã gratiæ deſuper effudit, & ſic factum eſt corpus Saluatoris animatũ. Simul enim ſunt, quæ Moyſes ſimul dicere nõ potuit. Ait enim primo: *Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ*, & hoc quantum ad corpus. *Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem*, & hoc quo ad animam dictum eſt. Sed quãm cito virgo credidit, tam cito corpus Saluatoris de carne virginea formatum fuit, & anima eidem infuſa, & deitas vtrique vnita. Limus autẽ terra eſt aqua perfuſa, & mollis. Dicitur quarto: quod ideo ex tam humili materia, ſcilicet de limo terræ, formauit Deus humanitatem Chriſti, vt ſcilicet ex formatore haberet puritatem, & de limo infirmitatem. Haberet puritatẽ, qua te mundaret: infirmitatem, qua te redimeret. Niſi enim haberet infirmitatẽ, pro te mori non poſſet. Factus eſt de limo terræ, vt te de limo profundi extraheret. Iacebas, ô homo, in limo profundi: ſecũdum quod ſcriptum eſt: *Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia*, id eſt, non eſt vbi pes ſubſiſtat, qui infixus eſt in limo habẽte profunditatẽ. Pedem enim inde extrahere nõ poteſt, ſed nec pedẽ alicubi ſtabilire: imo huc illucq; labitur. Ita eras tu infixus in limo profundæ carnalis voluptatis, & ſæcularis cupiditatis. Sed Chriſtus inde te extraxit factus de tuo limo. Eras tu lutum compaginatum, & habebas in te lutum innatum peccatum hęreditarium, & lutum aliunde delatum. Sed Chriſtus fecit tibi lutum ad medicinam datum. Eras lutũ compaginatũ, ſecundũ quod dicit Iob: *Memento quæſo, quod ſicut lutum feceris me.* Erat tibi lutum innatum carnale deſiderium, hoc eſt, lutum fęcis, de quo tu dicis referendo gratiam Chriſto: *Eduxit me de lacu miſeriæ & de lu-*

Pſ. 104. Luc. 14. & 18. Humilitas. Matth. 6. Pſal. 71 Gen. 2. Ibidem. F Quare de limo facta eſt humanitas Chriſti. Pſal. 68 Iob 10. Pſal. 39

de luto factis. Erat lutum aliunde delatum, cupiditas, quę ab iſtis exterioribus venit, quæ vocatur lutum platearum. Ex viſione enim platearum & locorũ diuerſorũ
Pſal.17. conſurgit illa cupiditas, de quo Pſ. *Vt lutũ platearum delebo eos.* Sed ipſe fecit tibi lutũ ad medicinam datum, ſecundum quod
Ioan.9. dictum eſt. *Lutũ fecit, & vnxit oculos meos.* Et non tantum oculos tuos illuminauit, imo te totum ſanauit. Factus eſt ergo homo iſte de limo, vt te liberaret à ſeruitio, quod impendebas diabolo in luto & latere, id eſt in peccato luxuriæ per prauam conſuetudinẽ indurato. Quid enim later niſi lutum induratum? Si igitur te eripuit de luto homo de luto factus, quomodo te iterum proijcies in lutum? Dicitur quinto, quod veritas, hoc eſt Filius Dei, qui eſt veritas, de terra orta eſt, aſſumens humanitatem de terra, vt excluderet falſitatẽ, quæ in cælo orta eſt. In principio mundi orta eſt falſitas in cælo & de cælo, ſed ipſa pondere ſuo ſuum genitorem de cælo ad terram traduxit, & totam terram repleuit. Sed in nouiſsimis diebus veritas de terra orta eſt, quæ falſitatem à terra ſubduxit, & dilectoribus veritatis viam in cælo parauit. In hac terra aurum eſt optimum inuentum: ſecundum quod
Gen.2. dicitur. *Voi naſcitur aurum, & aurum terræ illius optimum eſt.* In hac factus eſt anulus
Eſther 2. Aſſueri regis, in quo erat aurum & gemma, & nomen regis. Aurum caro, gemma anima, & regium nomen deitas filij, qui anulus ablatus eſt ab Aman, & datus Mardochæo, quia ablatus eſt à populo Iudaico, & datus populo Chriſtiano: iux-
Act.13 ta illud Apoſtoli: *Quoniam repellitis verbum Dei, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gentes.* Huius terræ (vt dicit
Eſai. 4 Eſaias) fructus eſt ſublimis, quia homo natus eſt in ea, & ipſe homo, non ſecundum quod homo, ſed ſecundum quod altiſsimus, fundauit eam. Pro ſecunda parte videndum eſt, quomodo Dominus, vt noſtri efficacius memoretur, ſcripſit & impreſsit in pargameno ſuæ humanitatis ſex notulas, cum quibus cantauit canticũ nouum, & vult quod ſimiliter cum eo cãtemus. Sunt autem inter alias duę notulę infimæ ſcilicet *vt, re*: duæ mediæ, ſcilicet *mi, fa*: duę ſupremæ, ſcilicet *ſol, la*. Primæ duę ſignificant duas virtutes, ſcilicet humilitatẽ & paupertatem, quæ maxime ei competebat puero naſcenti. Duæ mediæ ſignificant iuſtitiam & veritatem, quæ ei conueniebant vt proficiẽti. Duę ſupremæ fuerunt pietas & poteſtas, quæ ei cõpetebant, vt viro iam perfecto. Primo igitur Dominus naſcendo impreſsit in ſua humanitate notulas humilitatis & paupertatis. Humilitatis quidem, quia *ſemetipſum exinanuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinẽ hominũ factus.* Paupertatis autem, quia factus eſt vir videns paupertatem noſtram. Cuius rei Dauid figura fuit. Rex quidem in bello victorioſiſsimus, & imperioſus, qui tamẽ humilis ait: *Ludam, & vilior fiam.* Diues & inclytus valde, qui dicit in Pſ. *Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuẽtute mea.* Paupertas vero Chriſtum in ſua natiuitate pannis inuoluit, & humilitas in præſepio reclinauit. Iſta eſt humilitas Chriſti, per quã vita primo intrauit in mundum: ſicut per ſuperbiã mors primo intrauerat in orbem terrarum. *Per aliã* enim *viã*
Matt.2 Magi *reuerſi ſunt in regionẽ ſuam.* Sicut enim per ſuperbiã primo recedimus à Deo: ſic per humilitatẽ primo accedimus ad eum Et cum Dominus Ieſus in omnibus virtutibus polleat & commẽdetur, maxime tamen de humilitate commendatur, adeo quod prę cæteris virtutibus de ea ſcholas cæleſtes erexerit, dicens: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Sic & Maria præ cęteris virtutibus, quas habuit, humilitatem præpoſuit, quia ſicut per ſuperbiam Euæ mors intrauit in mundum, ſic per humilitatem Mariæ vitæ introitus panditur; vt tanto humilior, quanto altior.
Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Gloſſa. Mons myrrhæ, altitudo contemplationis: collis thuris, humilitas in intentione. Vnde & Maria poſtquam ſe dixit exultaſſe in ſpiritu contemplationis, ſubiunxit de humilitate, & paruitate

Phil.2. G *Chriſtus impreſſit ſibi 6 notulas humilitatis, & paupertatis in natiuitate.*
2. Reg. 6 Pſal. 87
Cant. 4.

8 Quæſtio qui melior, tãto maiorẽ habet humilitatem.

uiente ſua oraculum. Vmbra enim corporis breuior eſt in meridie, ſcilicet contẽplationis: & luna accedens ad ſolem decreſcit, & ſol altior humiliores radios emittit. Arbor etiã quanto magis eſt fructibus onerata, tanto magis ſe inclinat. Sic quanto quis eſt melior & plenus bonis operibus, magis humiliatur. Vas enim vacuũ ſupernatat, plenum autẽ auro fundum petit. Sic vacuus diuina gratia ſuper alios natat, & ſe extollit. Sicut autem equus infrænatus non poteſt herbam minutã & breuẽ comedere, ſed longam: ſic diabolus à Domino infrænatus, ſuperbis nõ humilibus poteſt nocere. Et ſicut in ſtatera nũmus qui põderat, mittitur in theſaurum, & qui aſcẽdit, non: ſic ſuperbus, qui non habet pondus humilitatis, à theſauro regni cælorum excluditur, ſecundũ illud: *Argentum reprobum vocate eos.* Paupertatem inſuper talẽ habuit Chriſtus, quod nõ habebat vbi caput ſuũ reclinaret: niſi forte, quod intrãs in mundum habuit ſtabulũ pro hoſpitio cũ boue & aſino, inuolutus in vili panniculo.

Mare 6

9 Paupertatẽ debemus amplecti cum Chriſto.

Hinc Auguſt. Quid ſolicitus es de regali ædificio? ecce Saluator tuus non habet locum in diuerſorio. Quid ſolicitus es de clientum collegio? ecce Saluator tuus cũ boue & aſino. Non ergo debemus paupertatẽ abhorrere, ſed libenter amplecti. Glorioſus miles non dedignatur portare pannum vilem, ſi rex prius portauerit. Paupertas primo fuit dedecori: ſed nunc decori nobilitata per regem noſtrum. Similiter miles Chriſti non timet portare vexillum eius. Paupertas autẽ vexillum eſt Domini, cui contradicitur à multis,

Pſal. 73

maxime auaris, dicentibus illud Pſ. *Signa noſtra non vidimus.* Modo enim relinquitur paupertas diuinæ prouidentiæ: ſicut pueri qui proijciuntur ad hoſpitale. Sed merces magna repromittitur amplectẽti paupertatẽ. Vnde quidã rex duas habuit filias, vnam pulchrã, & alteram turpem. Pulchra ab omnibus amabatur, & venerabatur. Turpis vero ab omnibus contẽnebatur. Quæ dum fleret coram rege, ait rex: Noli flere, quia qui te acceperit, dabo ei regnum. Qui autem acceperit ſororem tuam, nihil accipiet ſecum niſi pulchritudinem ſuã. Soror pulchra vita eſt proſpera, qua qui fruitur, non habebit regnũ cæleſte. Soror vero turpis paupertas eſt voluntaria, cui repromittitur vita æterna à Domino, dicente: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Anaxagoras poſt longam peregrinationem pro ſtudio ſapientiæ in patriam reuerſus, cum poſſeſsiones ſuas deſertas videret: Non eſſem (inquit) ego ſaluus, niſi iſtæ perijſſent. Secundo, impreſsit Dominus in ſua humanitate notulas iuſtitię & veritatis, & eas oſtendit in progreſſu. Aſtitit enim puero proficienti ſapientia, & ætate comes & magiſtra veritas ad loquendum, ad ambulandũ recte iuſtitia. Nam veritas docebat eum loqui, iuſtitia vero ambulare. Veritas in prędicatione, iuſtitia in conuerſatione. Vnde Chriſtus peccatores ſilueſtres dulcedine conuerſationis ſuæ & prædicationis ad Eccleſiæ & religionis ciuitatem vocauit. Sicut Orpheus primo induxit ſua dulci monitione homines ſilueſtres ſeparatim morãtes ad cohabitationem communẽ. Hoc autẽ reputat Aug. vnum de maximis miraculis Chriſti, quod per ſe pauperẽ & abiectum, & Apoſtolos paucos & rudes, maiores totius mundi ad Eccleſię ciuitatem conuocauit. Iſta duo debent habere prędicatores, vt ſcilicet veritatem doceãt, & iuſtitiam in conuerſatione ſeruent, vt ſic tandem fructum afferant in conuerſione peccatorum, de quo gaudere poſſent: ſecundum illud: *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe.* Paſtoribus enim primo annunciatur gaudium de natiuitate Domini, ad oſtendendũ quod cum gratia Dei naſcitur in homine, maxime gaudere debent prædicatores & prælati, exemplo Apoſtoli, quem nihil lætificare poterat niſi animarum conuerſio. *Quis eſt qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me,* id eſt, ſecundũ cor meum, ſcilicet ad pœnitentiam. Sunt tamen multi, qui magis

K Iuſtitia & veritas ſicut in Chriſto, & in prædicatoribus eſſe debent.

Eſa 9.

2. Cor. 2

Digitized by Google

diem natalitium celebrant cum Herode: magis gaudentes, cum diabolus nascitur in corde peccatoris per peccatum, quàm cum Christus per pœnitentiam, de quibus dicitur: *Laqueo peribunt, qui oblectantur casu iustorum.* Tertio, impressit Dominus in se notulas pietatis & potestatis. Hæ tamquam viro iam perfecto assistunt, & in eius curia præcipuum sibi vendicant locum. Pietas erga ciues, potestas contra hostes. Pietas erga humiles & subiectos, potestas contra rebelles & superbos. Pietas erga homines, potestas contra dæmones. De prima dicitur: *Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.* De secunda: *Dominus fortis & potens: Dominus potens in prælio.* Pietas in passione, quando secundum suam misericordiã saluos nos fecit. Potestas in eius resurrectione: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.* His omnibus notulis in humanitate sua impressis, memor fuit Dominus nostri, & ideo debemus nos esse etiam memores sui, & singulariter in hac sacratissima natiuitate. Primo, diligendo ex corde puerum istum, & dando ei totum cor nostrum. Si enim partiremur ipsum alienis, non remaneret nobiscum. Quia enim *Salomon adamauit mulieres alienigenas, alienauit se Dominus ab eo, & suscitauit ei aduersarium.* Et vxori Hieroboam dicit Propheta: *In ipso introitu pedum tuorum*, id est, affectionum carnis, *in vrbem*, id est, in domum cordis, *morietur puer*, id est, perdetur innocentia. Secundo, custodiendo eum solicite à nociuis. Sicut enim volens custodire paruulum, cauet ne forte appropiet igni vel aquæ: ne ad modicum alterius impulsum, cadens comburatur vel submergatur. Sic volens se custodire, cauere debet, ne appropiet igni carnalis voluptatis, vel aquæ fluxibilitatis mundanæ: ne impulsus à maligno spiritu se perdat vel paruulum Iesum, vnde: Malignus spiritus *frequẽter quemdam in ignem & in aquas misit, vt eum perderet.* Isidorus de summo bono: Satis ratum est, vt inter mundi voluptates positus, à vitijs maneat illibatus. In quibus, & si non cito multiplicatur, aliquando trahitur. Nec enim diu potest esse securus, qui periculo fuerit proximus. Hoc in Tobia minore patet, qui mansit iuxta fluuium Tigris, non intendens profundum fluuij intrare: sed solum vti fluuio ad necessitatem, & pedum ablutionem, & ecce piscis immanis exilijt, vt eum per pedes traheret, & deuoraret. Sic quidam nullo modo intendunt se mundi periculis inuoluere, sed manent iuxta mundum, vt inde habeant necessitatem: & quando quærunt necessitatem suam, accedit eis magnus piscis, id est, magnus status honoris, à quo pedes eorum trahuntur, id est affectiones ita tenentur, quod ab eis deuoratur. Tertio, omnia opera nostra ad hunc puerum ordinãdo. Si enim probari potest, quod viro absente vxor eius conceperit, filius eius est illegitimus: nec est causa pacis inter virum & vxorem, sed diuisionis potius. Sic si opus faciendo non habuisti cor ad Deum, tale opus inter te & Deum non est materia pacis, sed diuisionis. Cum autem opus bonum propter eum fit, nascitur paruulus in nobis legitimus ex patre, qui nutriendus est in paupertate & pœnitentia. Nutritus enim fuit Samuel in Sylo, vbi erat arca Domini, in qua erat virga, manna, & tabulæ testamenti. Virga, id est pœnitentia: manna, id est dulcis affectus, & deuotio & tabulæ testamenti, id est, mandatorum Dei, & eius præceptorum recordatio & obseruatio.

L *Memores esse debemus Christi sicut ipse fuit nostri.*

Ecclu. 14

Hier. 11

Psal. 23

Ioan. 10

3 Reg. 11

3. Reg. 14

Marc 9.

1. Reg. 2.

DE SANCTO STEPHANO protomartyre Sermo 1. & in ordine XXVIII. Per Thema.

Stephanus plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Videtur ex isto verbo, quod B. Stephanus in maiori priuilegio sanctitatis præcesserit Mariam. Nam hic dicitur Stephanus plenus gratia & fortitudine. Maria autem solum dicitur plena gratia. Plus

Act. 6.

A *De triplici plenitudine gratiæ Christi, Mariæ, & Stephani.*

Plus autem est, esse plenum gratia & fortitudine, quàm esse plenum gratia tantum. Respondetur primo, quod sicut venit plenitudo temporis secundum Apostolum: ita venit tempus plenitudinis, in quo nobis adducta est triplex plenitudo gratiæ: scilicet superefluentiæ, excellentiæ, & sufficientiæ. Inde est quod licet Christus dicitur plenus gratia, & Maria plena gratia, & Stephanus similiter plenus gratia: non tamen sequitur quod sint æquales in gratia. Aliter enim fons plenus est aqua, aliter riuus, & aliter vas. Christus habuit plenitudinẽ fontis, quia
Ioan. 1. ab ipso omnis gratia deriuatur: *De plenitudine eius nos omnes accepimus*. Sed Maria plenitudinẽ riui habuit. Per ipsam enim ad nos fons deriuatur, quia de ipsa dici-
Eccli. 24 tur: *Sicut aquæductus exiui de paradiso*. Sed Stephanus habuit plenitudinem vasis, quod non tantum continet sicut riuus, ideo licet sint omnes pleni gratia, non tamen æquales. Dicitur secundo, quod licet Maria tantum dicatur gratia plena, non tamen negatur, quin sit plena fortitudine, & cęteris virtutibus. Vnde Christus est sicut caput Ecclesiæ, à quo omnis gratia & fortitudo deriuatur in Ecclesia Dei: sed collum, quod est Maria (de qua
Cant. 4. dicitur: *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*) descẽdit in cætera membra, puta in martyres, qui sunt brachia Ecclesię protegentia Ecclesiam, vel etiam humeri ad sustinendum Ecclesiam, vel etiam barba capitis, sicut dicimus quod viriles habent bar-
Ps. 132. bam hominis. Et ideo gratia est *sicut vnguentum in capite* Christi *quod descendit in barbam Aaron*, id est, in fortes Ecclesiæ, & *quod descendit in oram vestimenti eius*, id est, in minores de Ecclesia. Ideo ad Mariam, quæ est Ecclesiæ collum, & riuus gratiarum, recurramus, offerentes ei illud salutare Angelicum, Aue.

B Stephanus habuit mẽ dicam, & soli-

Dicimus itaque, quod S. Stephanus est plenus gratia sicut vas. Vas autem, in quo debet ministrari Domino, duo debet habere. Primo, quod sit mundum & ter- *duo debet sicut vas in quo ministrãdum est Domino*
sum, quia in vase lutoso non offerretur Domino. Vas autem quanto macula plus manet in eo, tãto cum maiori difficultate auferetur. Ideo vas, quod frequenter colligit immunditias, frequenter debet lauari. Vasa autem, quæ frequenter colligunt immunditias, sumus nos, & hoc quantum ad corpus, in ore, oculo, & aure, & in corde cogitationes immundas. Ideo debemus nos frequẽter lauare per pœnitentiam. *Auser rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum*. Nam persona inueterata in peccato vix aut numquam se potest corrigere. Sicut multi, qui vix in anno se possunt lauare. Propterea timendum est, ne Dominus faciat eis, sicut fecit Dauid Miphibosech, de quo dicitur, quod occurrit Dauid illotis pedibus & 2. Reg. 19
barba intonsa: nec vestes suæ fuerant lotæ à magno tempore. Et tunc Dauid diuisit sibi hæreditatem suam, & dedit vnã partem Sibæ. Sic Christus venit ad nos tempore natiuitatis, & in alijs magnis festis, sed multi sibi occurrunt immũde: quia cor non habent lotũ nec conuersationem. Numquam enim propter bonũ festũ mutant suam malã vitam, licet mutent suam malã tunicam, & barba est intonsa, quia superflua bona sua non distribuũt pauperibus. Ideo amouebit eis Dominus meliorẽ partem hæreditatis suæ, scilicet æternã, dimittendo eis hęreditatẽ mundi, quę parum valet. Sed non sic venit Stephanus obuiã Deo, qui virginitate purus erat & castus, qui omnia sua dereliquerat cum cæteris qui erant de primitiua Ecclesia. Mundus quidem à mundo per abrenuntiationem: mundus à carne per abstinentiam & continentiam: sed mundissimus per sanguinis sui ablutionem, ideo bene dicitur: *Stephanus plenus* Act. 6
gratia. Secundo, debet esse vas firmum & solidum: quia aliter non esset multum appreciabile propter insoliditatem eius, sicut nec vitrũ: quod si esset firmum appreciaretur sicut aurũ. Inde (vt dicit Policraticus) Octauianus fecit occidi vnum,

qui sibi attulit vitra, quæ proiecta in terram non frangebantur: & hoc ne vilesceret aurum, & vitrum esset in maiori reputatione. Inde dicitur: *Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit.* Sed iustus est quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Sic & Stephanus in omnibus tentationibus fuit firmus, & vas auri solidum, nec infirmũ, sed constans, quia plenus gratia. Vas vacuum statim ad ignem frãgitur, sed quia ad ignem tribulationis non est fractus, concluditur, quod Stephanus erat plenus gratia & fortitudine.

Ecclı 21

Matutino sermone iuxta Thema dicemus, quomodo Stephanus gratia Dei repletus est: post prandium vero, quomodo fortitudine & constantia.

C *Per quinque cognoscimus plenitudinem vasis.*

Per quinque cognoscere possumus quando aliquod vas est plenum liquore. Primo, quando non potest amplius recipere, sed si quid superinfunditur, defluit per superius. Sic aliquis dicitur plenus gratia Spiritus sancti, quãdo ita repletus est gratia & Spiritus sancti consolatione, quod nullam aliã consolationem recipere potest, nec inuenire complacentiam in aliqua re mũdi, sed omnia sunt sibi amara, iuxta illud Psalm. *Renuit consolari anima mea*, scilicet in his temporalibus, *memor fui Dei, & delectatus sum.* Nec mirum, quia qui habet bonum vinũ gratiæ, non quærit aquam fœtidam delectationis mũdanæ. Et secundum Bern. delicata est diuina consolatio, nec datur admittentibus alienam: sed in mẽte, quam Spiritus sanctus repleuerit, (vt ait Greg.) amaritudinem terrenorum in dulcedinem ęternorum commutat. Sic & B. Stephanus ita fuit repletus Spiritu sancto & gratia Dei, quod in nullo alio delectabatur. Et quod ita sit, apparuit, quia (vt dictum est) omnibus bonis suis abrenunciauit, & ad pedes Apostolorum posuit, cum illis de quibus legitur, quod *multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Ipse enim erat de credentibus. Vnde inuenitur differentia inter repletionem factam à corporalibus, & à spiritualibus: quia corporalia quanto magis multiplicantur, tanto magis implent vas materiale, & reddunt magis ponderosum, & inclinant deorsum; & quanto magis multiplicantur, tãto minus implent vas spirituale, scilicet cor hominis, imo potius euacuant. *Auarus* (enim) *non implebitur pecunia*, & Aristot. dicit in primo Politicæ, quod appetitus cupidi est insatiabilis, & tamen replendo sic efficiunt ipsum magis ponderosum, & inclinant deorsum. Ideo tales, qui ita se replent bonis temporalibus, reprehendit Psalm. dicens: *Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium?* Mendacium quidem sunt, quia multa promittunt ista bona, scilicet saturitatem, & securitatem, & iocunditatem, & de his omnibus nihil habetur. Hæc etiam promittit mundus fallax sibi seruientibus, ideo fatuus est, qui sibi seruit. Fatuus enim ille est, qui sua expendit pro persona quæ nullius est valoris, & quæ non potest sibi retribuere mercedem. Mundus autem parum valet, parum potest. Inde dicitur: *Quid prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Male enim retribuit amatoribus suis pro eo quod sibi faciunt, & expendunt, dum ab eo recedunt, quia pro seruitio, quod fecerunt sibi, dat eis modicam vestem de tela, & sic recedunt. O vere fatui, qui sic totum tempus expenduntad seruiendum vanitati & mundo. Et inde est, quod religiosi iam de mundi seruitio expediti, portant illud in quo debent sepeliri, ac si essent iam ab eo soluti, quia mortui sunt mundo. Beatus ergo Stephanus cum omnibus abrenunciasset, non sic mundo seruiebat, nec terrenis intendebat, sed (vt dicit Epistola) intendens in cælum vidit gloriam Dei, ac si vellet dicere, quia intendebat, & insistebat seruitio Dei, ideo vidit paratum sibi præmium. Sed Spiri-

Pſalm. 76

Act. 4

D *Differẽter replentur res à spiritualibus & corporalibus*

Eccli 5

Pſalm. 4

Mat. 16

tus

tus ſanctus quanto magis abundat, tanto magis replet, & replendo alleuiat, & trahit ſurſum, quia de ſurſum eſt: ſicut ignis, qui quãto maior, tanto velocius mouetur, ſecundum Ariſt. ſurſum eſt. Ideo
Act. 7. *cùm* (Stephanus) *eſſet plenus Spiritu ſancto*, non mirum, ſi ſurſum eleuatis oculis, & mente *intendens in cælum, vidit gloriã Dei.* Etiã Spiritus ſanctus eſt veritas, ideo fecit contemnere vanitatem.

Secundo cognoſcitur quod vas eſt plenum, quod, dum vertitur, non claquetat liquor intus exiſtens: Sic hoc modo Stephanus deputatus ab Apoſtolis ad officium viduarum, vt miniſtraret eis, & vocatus ab officio prædicationis ad tale minus officium, nullum verbum dixit, ſed humiliter acceptauit. Licet enim eſſet Archidiaconus, haberet gratiam prædicandi & miracula faciendi: tamen non eſt dedignatus implere officium ſibi iniunctum humile, comminiſtrando fratribus. Et in hoc Dominum imitabatur, qui non venit miniſtrari, ſed miniſtrare. Cauſa autem huius inſtitutionis fuit, quia (vt
Act. 6. habetur in Actibus Apoſtolorum) *in diebus illis, creſcente numero diſcipulorum, factum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos, eo quòd deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum*: & hoc propter alterum duorum; aut quia non eis ita miniſtrabatur ſicut Hebræis, aut quia erant rudes magis quàm Hebrææ. Sed, audita diſcordia,
Ibidem. dixerunt Apoſtoli: *Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis*, hoc eſt, æquum eſt nos prædicare verbũ Dei, & temporalibus non tantum ſe intermiſcere. Sed modo fit oppoſitum, quia dimittunt Prælati prædicationem, & inſi-
Nota. ſtunt temporalibus. Dicunt enim, quod oportet res Eccleſiæ ſeruare. Falluntur tamen, quia ſi inſtarent prędicationi, ſeruarentur res Eccleſiæ. Quis enim tantum dotauit Eccleſias? omnia apportabantur ad pedes eorum, propter vitam & prædicationem Apoſtolorum, ſicut in primitiua Eccleſia. Vtrum propter nobilitatẽ eorum qui erant ibi? Vtrum propterea, quia ſciebant bene plebiſcitare, & circumire curias? Non certe, ſed propter vitæ ſanctitatem & prædicationem. Modo vero, quia iſta ceſſant, propter quę dabantur bona, ideo nunc magis deſtrueretur Eccleſia quàm conſtrueretur. *Elegerunt* ergo Apoſtoli *Stephanum virum plenum fide & Spiritu ſancto*, & alios ſex ad miniſtrandũ menſis, ſcilicet, *Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonẽ, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum.* Et ſic in iſta ordinatione Stephanus fuit Archidiaconus, & inter ſeptem primatum habuit. Inde dicit Auguſtinus, quod Stephanus inter Diaconos nominatus eſt primus, ſicut inter Apoſtolos primus nominatus eſt Petrus. Qui licet eſſet Apoſtolis minor officio, tamen omnes præceſſit martyrio: & qui primus erat diſcipulus in miniſtrando, fit conſequenter magiſter in viam docendo, non ſolum verbo, ſed opere.
Act. 6.

Sed videtur, quod Chriſtus iuiuriam fecerit Apoſtolis, non tam cito eos euocando ad cælum ſicut Stephanum, nec tam cito conferendo eis præbendam paradiſi ſicut Stephano. Quod patet, quia iuſtum eſt, quod qui prius habet gratiam expectatiuã, primo prouideatur in præbendam. Sed Chriſtus prius promiſit Apoſtolis præbendam paradiſi quã Stephano, dicens eis: *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum*, &c. Sed ad hoc dicitur, quod Papa in eadem Eccleſia bene concedit præbendam iſti, & illi, tamen de gratia ſpeciali ponitur aliquando in litera vnius, Volo autem hũc omnibus anteferri: & ſic qui vltimus impetrauerat, ante omnes poſsidebit. Sic Chriſtus primo promiſit præbẽdam cæli Apoſtolis, ſed de gratia ſpeciali Stephanum antetulit, & primum introduxit in poſſeſsionem eius per martyrium, nec in hoc fecit iniuriam Apoſtolis. Primo, quia non minus participauerunt de præbenda cæli, quàm ſi fuiſſent primo vocati: imo plus, quia continue poſt mortem beati Stephani merebantur, & augmen-

E *Stephanus primus habuit præbendam paradiſi abſque hoc quod fieret iniuria Apoſtolis.* Luc. 22

tabant ſuam gloriam. Secundo, quia nemini Deus obligari poteſt, & licet ei facere gratiã cui vult. Alioquin poſſet dicere murmuranti illud patrisfamilias: *Amice non facio tibi iniuriam. Non licet mihi quod volo facere?* Tertio, quia licet prius eis promiſiſſet dare regnum cælorum, non tamen promiſerat eis, quod ipſi introducerentur primi in poſſeſsionem illius: ſed ſufficiebat ad impletionem promiſsionis ſuæ, quod aliquando eos introduceret in illud, ſicut & fecit. Tertio, cognoſcitur vas plenum, quando fixe & immobiliter ſtat ſic, quod cum difficultate moueri poteſt. Sic B. Stephanus fixus erat & immobilis ad omnem aduerſitatem contra infideles Iudęos. Ideo dicitur *plenus fide*, qua ſingulis reſiſtebat, qua fundabatur. Et ſic fuit quaſi lapis firmus contra lapides Iudæorum, & lapis primus optime regulatus, quia erat de primis lapidibus in ædificio cęli ponendis. Et quia ſecundum lapides primos, qui portãt onera, regulãt lathomi cõformiter alios: ideo etiã cõformiter ad B. Stephanũ debemus regulari. Stephanus enim idem eſt quod regula. Dedit autem nobis Dominus tres regulas. Prima eſt regula doctrinæ, qua debet regulari liber conſcientiæ. Vnde ſicut ſcriptores diligẽtes ſunt ad regulandum ſuos quaternos, ſic debes diligenter regulare conſcientiã tuam ſecundum auditũ verbi Dei & prędicationis, non ſicut multi, qui ſe regulant ſecundum conſcientias malas prælatorũ. Stultus eſſet aliquis, ſi confideret in teſte, de quo ſciret certiſsime quod eius teſtimonium non reciperetur in iudicio. Dominus autẽ nõ reſpicit in iudicio niſi teſtimoniũ propriæ conſcientiæ. *Teſtimoniũ reddente illis conſcientia iſtorum*, nõ aliorũ. Secunda regula eſt ſimpliciũ, ſcilicet crucifixus. *Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Et ſequitur: *Quicunque hanc regulam ſecuti fuerint: pax ſuper illos, & miſericordia.* Hæc eſt regula, ſecundum quam quilibet Chriſtianus debet ſe regulare. Inde eſt, quod alte ſuſpenditur & in ingreſſu Eccleſię, vt vnuſquiſq; ibi regulet vitam ſuam. Et ſi illa videatur nimis ſtricta, quia in illa cruce Dominus poſuit vnum pedem ſuper alium; Dominus dedit nobis tertiam regulã, vitam & exempla ſanctorum, & pręcipue ſancti Stephani. Sicut enim primum militem omnes ſequuntur, qui aggreſſus eſt ciuitatem: ſic & militem Stephanum in fide & charitate omnes habent ſequi. Quarto iudicatur vas plenum, quando percuſſum nõ reſonat. Ita & beatus Stephanus tactus iniurijs, & accuſationibus falſis, ſed etiam lapidibus, non reſonabat nec murmurabat, ſed patienter ferebat. *Numquid mugiet bos, cum preſepe plenum fuerit?* quaſi dicat, Non. Cum enim præſepe cordis plenitudinem habet gratiæ, non habet tunc locum mugitus tribulationis illatæ. Non ſic multi qui ad modicam franguntur iniuriam, ſimiles barillo vel lagenç, quæ ſatis pacifice liquorem recipit, & cum murmure emittit. Ita & iſti libẽter amplectũtur laudes ſuas vel proſperitatem, ſi eis contigerit, ſed non ſine murmure tolerãt iniurias ſibi illatas vel aduerſitates occurrentes. Quinto cognoſcitur vas eſſe plenum, quando vento dato à ſuperiori parte liquorem cum maximo impetu emittit. Sic Stephanus flante Spiritu ſancto in prædicatione cum maximo affectu emittebat ſuam primam prędicationem, adeo vt propterea fuerit primus tentus à Iudęis. Vnde euidẽter apparebat ipſum eſſe valde plenũ gratia, quãdo mouente Spiritu ſancto ita feruenter ſuperfluebat exterius per ſanctæ prædicationis verba. Nam *ex abundantia cordis os loquitur*. Et ſecundum Greg. Spiritus ſanctus quos repleuerit, de ſe loquentes facit. Non enim poteſt non exire de vaſe pleno gratia: id quod ideo eſt, ſcilicet verba gratiæ & ædificationis. Fluebat ergo Stephanus per operationẽ Spiritus ſancti ad modum fluuij inundãtis, de quo: *Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum.* Nam ſicut vas ſuperplenum circumquaque effluit: ita multoties dulcedo infuſa cordi redundat in ſenſus corporales, & manifeſtatur exterius. Ille enim

Act 6. F Stephanum habemus ſequi ſicut regulam, & de triplici regula.

Mat. 20

Rom. 2.

Gal. 6.

Iob 6.

Mat. 12

Plenitudo de gratia.

Eccli 24

enim fluuius Euphrates non ſolum ſuũ replet alueũ, ſed ſuperinfundit Ægyptũ. Nec poterat ipſe beatus Stephanus contineri, quin exterius ſuam plenitudinem oſtẽderet. Primo (vt dictum eſt) per verba prædicationis. Secundo per ſanctam orationem, quam non ſolum pro amicis, ſed etiam pro inimicis habuit. Tertio per miracula & ſigna, quibus ſubueniebat populo, nec adhuc deſinit ſubuenire mortuus, ſicut dicit beatus Augu. 22. de ciuit. Dei cap. 8. vbi recitat quod in Africa ſex mortuos ſuſcitauerit, ita quod plures illorum per ſuas veſtes, quæ fuerant delatæ ad baſilicas eius, ſuſcitati ſunt. Itẽ vide ibidem de illa nobili muliere, quæ morbo arte medicorum incurabili laborans, perſuaſum habuerat à quodam Iudæo, vt ſe cingeret anulo quodam, quem tamen cum proiecisſet confidens in auxilio beati martyris Stephani, ſanata eſt.

SERMO II. DE EODEM, ET pomeridianus, in ordine XXIX. Per Thema præcedens.

A Spes auxilij diuini & præmij excitabat Stephanum ad certamen.

SOlent homines libenter certamina aſpicere, & delectantur cum vident pugilem ſtrenue ſe gerentem. Hodie proponitur nobis quoddam certamen non ſolum hominibus, ſed etiam Deo & angelis ſpectabile, ſcilicet certamen protomartyris Stephani, quod dignatus eſt rex cælorum aſpicere. Apertum eſt enim cælum, & aſpexit rex cælorum militem pro ipſo legitime certantem, & aſpexit miles Dominum ſuum, cum coronare volentem aſpexit, & gloriã, quam ab ipſo erat recepturus. Iſta enim animant militem ad prælium: ſcilicet conſideratio diuinæ præſentiæ & auxilij diuini, & ſpes præmij. Videbat enim Dominum præſentem & conſolantem, iuxta illud Pſal. *Pſal. 92* *Eleuauerunt flumina*, perſecutorum Iudęorum, *vocem ſuam*, terroribus, minis, & concuſsionibus lapidũ terribilibus, ſed *Ibidem.* *mirabilis in altis Dominus*, qui Stephanũ cõſolabatur, & dolores mitigabat, quia Pſ. *Pſal. 88.* *Motum fluctuũ eius tu mitigas.* Secundo, habebat ſpem præmij æterni, qua fortificabatur, & immobilis fiebat in fide & militia Chriſti. Vnde ſicut anchora immobiliter tenet nauem in mari tẽpeſtuoſo, ſic ſpes, quę reſpicit æterna, tenebat Stephanum immobiliter in fide Chriſti. Et ſicut luminaria cęli quicquid de eis mẽtiantur homines, vel quicquid in terra agatur, nõ mutãt curſum, vel retardãt: ſic Stephanus, cuius cõuerſatio erat in cęlis, propter mala illata à Iudæis vel propter falſa teſtimonia, quę cõtra ipſum producta fuerãt, lucẽ boni operis & patiẽtiæ nõ mutauit, ſed ſemper in bono perſeuerauit, ita vt eſſet ſicut Dauid, qui nec benedictione nec maledictione quaſi Angelus Dei mouebatur, verificãs in ſe illud: *Nõ contriſtabit iuſtũ quicquid ei acciderit.* Nõ eſt ergo mirandũ ſi Stephanus inuẽtus eſt tã fortis, & cõſtãs ad pręliãdũ cõtra hoſtes ſuos, & maxime illis diebus. Nã ſecundũ naturales luna exiſtẽte plena implẽtur oſſa Leonis, & aliorũ animalium medulla, à qua habẽt fortitudinẽ ſuã inuadendo prędã. Sic cũ illis diebus luna naturæ humanæ, quæ à principio ſuę creationis fuerat vacua diuina gratia, ſuperueniente peccato primi parẽtis, fuiſſet ſic plena, quod amplius nõ potuiſſet repleri, quãdo diuinitas iuncta eſt humanitati, & poſita eſt in ventre Mariæ, nõ eſt mirabile ſi tũc impleta ſunt gratia & fortitudine oſſa Leonis de tribu Iuda, id eſt martyres, ſicut Stephanus. Nec dubiũ quin multo amplius cæteris repleta ſit virgo Maria, in cuius vtero facta eſt talis cõiunctio ſolis diuinitatis cũ luna humanę naturę. Itaq; ad eam accedamus, vt de plenitudine eius mereamur accipere, dicentes: Aue. *Prou. 12.*

Miles aliquis dicitur nobilis & ſtrenuus propter tria. Primo, quando eſt ita animoſus, quod nec timore mortis ſui equi, nec timore ſuæ mortis fugit de bello, ſed viriliter agens, & equum ſuum mortuũ dimittens, ab hoſtibus deuinci non poteſt. Sic Stephanus, qui corpus ſuum in bello dimittens, victor de hoſtibus ſuis Chriſto ſpectante fuit. Secundo,

Digitized by Google

quando Dominum ſuum vel principem per periculoſiſsima tranſeuntē audet ſequi, ita quod nullo metu auertitur quin tranſeat. Sic & Stephanus Dominū ſecutus eſt per aſperum & periculoſum iter paſsionis & mortis. Tertio, quando primus impugnatione caſtri intrat muros. Sic iſte primus poſt Chriſtum martyrij violentia intrauit cælum, ſciens ſcriptum eſſe: *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*. Vnde ſicut Aminadab quia primus intrauit mare rubrū, ideo meruit dignitatem prēcipuā inter filios Iſraël cū ſua tribu, ſcilicet tribu Iuda, vt recitat Nicol. de Lyra ſuper 1. c. Mat. Sic Stephanus quia primus mare rubrum martyrij aggreſſus eſt, & primus caſtrum cæleſte intrauit, ideo protomartyr dictus eſt, & primas martyrum, & Eccleſiam plurimū dignificauit. Non enim eſt ita glorioſum intrare caſtrū poſtquam multi intrauerunt, ſicut ſi primo intraretur, nec ita remuneratur talis intrans poſt alios ſicut primus. Ideo quia Stephanus ſic viriliter egit & primus ingreſſus eſt, conuenienter dicitur: *Plenus gratia & fortitudine.*

Matth. 11.

C Stephanus fuit fortis cōtra tres inſultus

Quoniam matutino ſermone dictū eſt qualiter B. Stephanus fuit plenus gratia, nūc reſtat dicere, quomodo ipſe fuit plenus fortitudine & conſtātia. Itaque fuit Stephanus fortis & conſtās cōtra tres inſultus. Primū inſultum habuit per diſputationem. Nam viſis ſignis & prēdicationibus, quæ faciebat, ſurrexerunt quidam de ſynagoga Libertinorū, vel quia erant dati libertati, vel de tali loco, & ſimiliter quidam de Alexandria, & Cilicia, & Aſia diſputantes cū. Stephano de lege & articulis fidei. Sed quia ibi erat inordinata affectio, ideo non oportet quærere rationem in illa diſputatione. Statim tamen à Spiritu ſancto confutati ſunt, nec poterāt reſiſtere ſapiētię & ſpiritui qui loquebatur. Ibi fuit primum adiutoriū, ibi enim erat magna multitudo contra vnum, ſed Spiritui ſancto non poterāt reſiſtere. Dicit enim Dominus: *Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij veſtri*. Mos eſt enim malorū contra bonos inſultare, & principaliter ex inuidia. Nam inuidi ſunt ſicut canes de macello, qui non expectant bonas carnes, ſed *la tripaille* Gallice. Sic iſti in diſputationibus ſuis non quærebant fructum, ſed tantū ſi quid mali dixiſſet, ſicut etiam multi ſepe in prędicationibus ſunt *aux eſcoutes* Gallice, id eſt, quaſi exploratores, ſi quid audiant mali, vt referāt: ſed Stephanus erat irreprehenſibilis in doctrina, quia quod prędicabat verbis, confirmabat prodigijs & miraculis. Non ſic qui prædicant verbis, & factis negant, ſimiles campanæ pulſanti, quæ dum alios ad Eccleſiam conuocat, ſeipſam vaſtat, & extra Eccleſiam manet. Igitur cum per diſputationē non proficerent Iudæi impugnando beatum Stephanum, ſecundus inſultus eorum fuit adducendo duos teſtes falſos, qui eum de quatuor accuſabant: ſcilicet de blaſphemia in Deum, in Moyſen, in templum, & legē. Sed contra hoc affuit diuinū auxilium, quoniam *intuentes eum omnes qui ſedebant in concilio, viderunt faciē eius, tamquā faciē Angeli*, hoc eſt, ſplendidā, ac ſi iudicaretur aliquid ſpirituale in eo, vt illi nequā terrerentur. Sed de hoc inſultu ſe expediuit & purgauit. Primo, magnificando Deum, & oſtendēdo quomodo ipſe eſt Deus gloriæ. Secūdo, quod Moyſes fuit Deo familiaris & zelator pro fratribus ſuis, interficiendo Ægyptium. Tertio, quod lex data Moyſi fuit à Deo, & quod templū ſimiliter factum eſt iubente Deo. Et tunc acriter incepit eos redarguere, dicens: *Dura cervice, & incircumciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis ſicut patres veſtri. Quē prophetarū non ſunt perſecuti patres veſtri? Et interfecerunt eos qui prænunciabant de aduentu Iuſti.* Videmus in natura, quod ſerpentes & venenoſa animalia lapidibus obruuntur ab hominibus, & numquam manu tenentur. Sic naturale eſſet, vt mali lapidarentur à bonis lapidibus correctionis, ſicut volebat facere Stephanus. Sed modo fit econuerſo, quia ſerpentes lapidant

Luc. 21

Act. 6.

Act. 7.

ho-

homines, id est, mali bonos, & exuũt eos bonis suis & vita sua. Ad quæ verba sequitur tertius insultus: *Audientes* enim *hæc, diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum*, quod nihil poterant inuenire contra eum. Sed ecce videns Dominus ſibi imminere mortis periculũ, desuper astitit parans ſibi auxiliũ. Vnde sequitur: *Cum eſſet* (Stephanus) *plenus Spiritu ſancto, intendens in cælum vidit gloriam Dei.* Intendebat Stephanus in cælũ vt ad suæ peregrinationis terminum, sicut peregrinus lætatur cum appropinquat ad suum hospitium. Nec mirum, quia locum iam in terra non habebat, quia eiecerunt eum extra ciuitatem. Mercator autẽ propter magnum lucrum facile sustinet malam dietam. Sic Stephanus, vt lucraretur cælum, intendebat etiam in cælum tamquã ad lectum ad quiescendũ: & vidit gloriã Dei, id est, corpus Christi glorioſum, & ait: *Ecce video cælos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris virtutis Dei.* Vbi considera primo, quod istud verbũ fuit causa occisionis Stephani, sicut simile verbum fuit causa occisionis Esaiæ. Inde Aug. O Stephane dic Iudæis aliquid, vt incipias lapidari, & possis coronari. Dic eis, quod nihil fecerunt, quia viuit quem occiderunt. Dic eis, quod vides ad dexterã patris ſtantẽ, quem illuserunt in cruce pendentem. Secundo, quod in protomartyre Stephano significatũ est quod omnibus martyribus aperta est ianua cęli per martyriũ. Ideo iniuriã facit martyri, qui pro eo orat in Ecclesia, vt dicit Aug. Sicut & cæli aperti sunt in Christi baptismate, ad designandum, quod omnibus baptizatis aperitur ianua cęli. Et in hoc animat Stephanus cõsocios suos martyres, dicẽs illis: *Ecce video cælos apertos*, &c. hoc est securum refugiũ, de quo Ps. *Altiſſimum poſuiſti refugiũ tuũ.* Ante passionẽ non habebatur illud refugiũ, quando clausum erat cælũ, & serui Dei cadebant in regione aduersariorum in infernum. Ideo tunc nõ erat mirum, si timebatur bellum. Infra cælũ non erat reperire locum securũ, nec mũdum propter peruersitatem hominũ, nec aërem istũ propter habitationem dęmonum, nec paradisum terrestrem propter ignem & gladiũ, qui prohibẽt ingressum. Cælũ vero locus est securus, in quo machinæ non timentur, propter loci altitudinẽ: nec famis inopia, propter loci vbertatem: nec proditio, propter habitantiũ fidelitatem. Non ergo timere debuit, qui dicebat: *Ecce video cælos apertos & filium hominis ſtantẽ à dextris virtutis Dei.* Vnde quatuor possunt consolari pugnãtem. Primũ est, refugiũ seu ostensio refugij. Hoc modo cõsolatus est Stephanus, qui vidit cælos apertos, non fractione, sed claritate vel intelligentia. Tolerabilis enim sibi esse poterat domũculæ luteæ destructio, ostenso sibi palatio Dei aperto. Secundo, ostensio adiutorij: & hoc cũ vidit Iesum ſtantem à dextris virtutis Dei. Consolatio magna est vnico pugnãti contra multitudinem, videre omnipotentem paratũ sibi auxiliari. Sicut autem mater semper est prope filium infirmum, sed non quãdo sanus est, sic Dominus est semper prope eum, qui est in tribulatione, secũdum illud Psal. *Cum ipſo ſum in tribulatione.* Tertio, ostensio exempli, quia Christum, qui passus est, vidit in gloria. Gloss. Ne pro Deo lapidandus titubet in terra, Deus homo crucifixus apparet in gloria. Sicut autem nobilis canis habet ex natura sua, quod quãdo sentit prædam & habet vestigium, quod ardenter insequitur eã per spinas, & tribulos, & lapides. Sic Stephanus, vt vidit Christum, secutus est eũ per lapides vsque ad mortem & sanguinis effusionem. Quarto, ostensione præmij consolatus est eum, quia intendens in cælum vidit gloriam Dei. Gregor. Consideratio præmij minuit vim flagelli. Sed ex opposito apparet calliditas diaboli circa suos ministros, quod se eis nõ ostẽdit sicut Christus, nec domum infernalem, in qua cum eo sunt habitaturi; nec mercedẽ, quam ab eo sunt recepturi, imo quantum potest hæc ab eis abscondit. Amœnitatem vero vię eis ostendens,

Act. 7. *Ibidem.* *Ibidem.* *Pſal. 90* *Act. 7.* *Pſal. 90*

D Stephanus vidit cælos apertos: notatur quod martyribus eſt ianua cæli aperta.

E Quatuor conſolabãtur Stephanũ, quo conſolãtur pugnantẽ.

dens, velatis oculis eos ad infernale patibulum ducit. Qui eius horribilitatem agnoſceret, ſtatim ab eo recederet, & qui finem vitæ agnoſceret, retro pedes ſuos
Pſ. 118. conuerteret cum Pſalm. qui ait: *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua:* intendentes in cælum non in terram:
Pſal. 16 ſicut multi, de quibus Pſal. *Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.* Et principaliter in morte non intendunt niſi terrenis, in
Act. 7. quibus ſe occupauerũt. His auditis *exclamantes voce magna continuerunt aures ſuas:* imo nullas habebant, quia neque bene audire poterant de amicis & inimicis ſicut inuidi. Paulus autem erat vnus de his, qui continuerant aures ſuas, ſed miſericors Dominus, qui aperit, & nemo claudit, obturatas aures miſericorditer
Ibidem. aperuit. *Et impetum fecerunt vnanimiter in eum*, accipiendo eum & ducendo eum extra ciuitatem. *Et eicientes eum extra ciuitatem lapidabant.* Iſti lapides erant pretioſi, & ita quod ſe ponebat ad genua ad recipiẽdum. Fuerunt enim pretioſi propter tria. Primo, quia fuerunt pretium regni, & per eos regnum cæli acquiſiuit, & ideo non immerito, vt Eccleſia canit, lapides torrentis, id eſt cum impetu ſicut torrens venientes, illi dulces fuerunt. Inde eſt quod voluit Dominus pro milite ſuo facere, quod noluit ad tentationem ſuaſoris facere pro ſeipſo, ſcilicet conuertere lapidem in panem. Ipſe enim conuertit Stephano lapides in dulcedinem. Non ſic diabolus, qui ſuis conuertit
Pro. 20. panem in lapides, ſecundum illud: *Suauis eſt homini panis mendacij, & poſtea implebitur os eius calculo.* Secundo, quia ſibi fuerunt in magnum adiutorium, quia illis deſtructus eſt carcer corporis eius, in quo clauſus tenebatur, vt liber egrederetur. Et maxime cum videbat gloriam Dei, ad quam anhelabat, ſicut faciebat eius diſcipulus Paulus. Tertio, quia illi lapides erant pars coronæ eius, hoc eſt, erant ad præparandum coronam. Iſti enim lapidatores multum vtiliter Stephano ſeruiebant, quia ei fabricabant coronam de lapide pretioſo, carcerem deſtruebant, hoſtem & eius familiarem occidebant, & pecuniam dabant, quo emeretur paradiſi gloria. Vnde triplex corona inuenitur in ſacra Scriptura. Vna ſtellarum. Quæ pertinet ad ſplendorem ſapientiæ prædicatorum, & illam habuit Stephanus pro primo inſultu. Alia eſt de auro. Quæ cooperiebat arcam, & iſta eſt pro virginibus, quia non putrefit virginitas in terra, ſicut nec aurum. Stephanus autem fuit virgo, quod patet ex traditione viduarum in manu eius. Fuit enim cuſtos dominarum, quæ non debebant committi niſi virgini vel caſto. Sed de multis modo timendum eſſet, ſi eis committerentur, ne paſtor lupus eſſet. Patet etiam illud ex hoc, quod facies eius apparuit ſicut Angeli. Sed tertia eſt de lapide pretioſo, de qua Pſalm. *Poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.* Quanto autem quis plures patitur iniurias & tribulationes: tanto maiorem habet coronam in cælo, & iſta eſt martyrũ. *Et teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus.* Ipſe enim erat conſentiens neci eius. Teſtes autem ſecundum legem erant, qui primi lapidabant. Imo, ſecundum Auguſtinum, Paulus, qui omnium veſtimenta lapidantium cuſtodiebat, in omnibus lapidabat quaſi conſentiens omnibus, ſicut ille, qui vadia alicuius ludi cuſtodit ex omni parte, ex omni parte conſentit quod ipſi ludant. *Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum.* Conſuetudo eſt, quod quando aliquis habet aliquem verum amicum, qui numquam deficit in neceſsitate, ſi eſt in maxima neceſsitate conſtitutus, ſolet eius auxilium implorare. Sic & Stephanus auxilium Chriſti implorat, dicens: *Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum.* Cognoſcens enim quod ſpiritus erat melior pars ſui, ſolicite pro eo rogauit, tradens corpus ſuum lapidationi. Sed econtrario vſurarius non timet diabolo dare ſpiritum ſuum: vel mercã-

P Lapides Stephani fuerũt pretioſi propter tria

G Triplex inuenitur corona in ſcriptura ſacra

Pſal. 20

Act. 7.

Ibidem.

H Cõmendare ſpiritum

exẽplo Stephani Deo debemus in morte

mercator fallax & mulier venalis. Non timent enim dare animam diabolo, vt corpori possint prouidere. Non sic fecit Stephanus: sed sicut rex vel Princeps sæpe exponit contra hostem suum aliqua parua castra, vt possit custodire fortia; sic exposuit corpus, vt custodiret animam. Nec mirandum etsi Stephanus hanc fecit orationem: quia diabolus etiam sanctis insidiatur in transitu, vt patet in Martino. Sic & Christus transiturus spiritum suum Deo patri commendauit. Sicut ergo perdix falconem fugit intrando foramen, & ouis lupum fugiendo ad pastorem, vt sic sit in tuto; sic Stephanus dæmonem fugiens ad Christum suspirabat, dicens: *Domine Iesu suscipe spiritum meum.*

Hic possumus sumere tres doctrinas. Prima est, quod debemus principaliter orare pro anima, & eam Deo commendare.

Secunda est, quod debemus in morte singulariter tale auxilium implorare. Tertia est, quod debemus lõge ante discere verba, quæ volumus dicere in morte. Ista videlicet, quæ dixit beatus Stephanus, vt eorum recordemur in morte, vt hortatur magister Ioannes Gerson. *Positis autem genibus clamauit voce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum.* O quam specialiter debemus nos commẽdare orationibus sancti Stephani, quia secundum Augustinum. Nunc multo magis audietur pro veneratoribus suis, quàm tunc pro persecutoribus suis, pro quibus fuit efficax. Nam si Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Igitur preces Stephani exauditæ nobis dederunt scyphum in sacco Beniamin, id est, Paulum de tribu Beniamin: de quo Dominus vinum optimum sanctæ Ecclesiæ propinauit. Posset autem nunc orans ad Dominum pro suis cultoribus, ostendendo quæ passus est, dicere:

Ps. 118 *Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exPs. 141. quisiui. Portio mea* (Domine) id est illi, qui me colunt, qui sunt quasi pars mea, sit *in terra viuentium.* Idem tamen Augustinus in sermone Domini de monte ait, quod Stephanus multum fuit vindicatus in Paulo, in persecutoribus suis, & quando castigabat corpus suum, & in seruitutem redigebat. *Et cum hoc dixisset, obdormiuit.* Augustinus: O somnum pacis. Quid illo somno tranquillius? Qualis ibat ad amicos, qui sic diligebat inimicos? Dicitur communiter, quod bona vita ducit ad bonum finem, & mala ad malum. Exemplum habemus in natura. Nam arbor ad illam partem, ad quam inclinata est, cadit: si ad dexteram, ad dexteram: si ad sinistram, ad sinistram. Mirabile enim esset, quod arbor inclinata ad dexteram caderet ad sinistrã. Ideo quasi miraculum esset, quod qui duceret malam, vitam bene caderet in morte. Bene autem Stephanus obdormiuit, quia sicut ille, qui dormit, non mouet manum nec pedem, sic nec iste fuit motus corde per impatientiam, nec opere, ideo dormiebat, quia dulciter sustinebat. Sed multi sunt qui non solũ concutiũtur, & irritantur lapidibus, sed leuibus iniurijs. Vnde quando infirmus quiescit, signum est, quod viuet & curabitur. *Si dormit, saluus erit.* Sed quando non potest dormire nec de die, nec de nocte, signum est mortis. Sic quando persona bona sustinet iniurias sibi illatas, signum est quod habebit vitam æternam. Sed quando econtratio, signum est mortis æternæ.

1 Ex bona vita Stephani secutus est bonus finis.

Act. 7. Ioan. 11

DE EODEM SANCTO SERMO III. & in ordine XXX. Per Thema.

Ps. 101. P *Lacuerunt seruis tuis lapides eius.* Quæritur, quomodo placent seruis Domini lapides quibus lapidatus est Stephanus: cum lapides isti interfecerint eum. Non enim libenter videntur interfectores amicorum, & gladius perditur, qui interfecit amicum. Respondetur quod seruis Dei placebant. Primo, quia sciebant illos summo lapidario placere, cuius occulto & iusto iudicio permittuntur

Digitized by Google

tur electi à malis torqueri ad profectum & vtilitatem ipsorum. Sicut enim contrarietas est inter elementa mundi: sic secũdum iustam Dei ordinationem inimicitiæ sunt inter mundi habitatores. Decipiunt enim astuti simplices, persequuntur maligni innocentes, conculcant infirmos potentes. Nec hoc incepit de nouo, sed quasi ab initio mundi. *Inimicitias ponã inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius.* Serpẽs enim decepit mulierem simplicem: Cain malignus & semen serpentinum occidit Abel innocentem: Pharao paruulos fecit submergi: Herodes innocentes occidi. Vnde Ecclesiastes: *Verti me ad alia, & vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentiæ, cum Eccles 4 horum auxilio destitutos.* Miserabilis enim est guerra ista, & partes valde impares. Nam ex vna parte est simplicitas, ex alia astutia: ex vna infirmitas, ex alia potentia: ex vna innocentia, ex alia malitia. Sed quia sancti nouerunt ista procedere ab eo, qui sedet super thronos & iudicat iustitiam, de cuius throno procedunt fulgura, voces, & tonitrua, & hoc in vtilitatem amicorum Dei, de quorum numero erat Stephanus, qui quasi primicerius & vexillifer militiæ Domini extitit: ideo nil mirum si placuerunt eis lapides eius. Secundo, quia cognoscebant quantæ virtutis & pretij essent lapides illi. Communiter dicitur, quod rusticus nescit quantũ valeat calcar: sus nescit quid valeat gemma. Sic rustici moribus nesciunt, quid sit de lapidibus Stephani, sed serui Domini sciunt quod sunt pretiosi. Primo, quia habuerũt magnam virtutem. Vnde semel quidam emit vnum lapidem magna pecunia, quo empto quæsiuit à venditore, cuius esset virtutis. Respondit alter, quod nesciebat, nisi quia virtutẽ habuerat à bursa extrahendi pecuniam quatuor millium librarum. Sic lapides Stephani habuerunt virtutem extrahendi à Deo thesaurũ gloriæ suæ: ideo non mirum si reputentur pretiosi. Secundo, quia per eos reputatus est Stephanus pretiosus: sicut illi, qui portãt lapides, vt placeãt regibus. Per hos enim placuit Deo: ita vt coronaretur à Deo corona pretiosis lapidibus intexta. Talem enim decebat regem regum dare militibus suis, licet Dominus Iesus fuisset coronatus corona spinea: ex eo quod mundus suos coronat spinis, tribulationibus, & miserijs. Placuit etiam per hos populo, in signum cuius dum pingitur, semper ponitur lapis super caput vel humeros eius. Dicitur de aliquo viro multum reputato, quod tantus est, quod qui nõ potest ei dare, proijcit ei. Sic Stephanus erat: ita vt ei proijcerent lapides pretiosos Iudæi, sed nesciebãt pretium eorum. Tertio, quia multum æstimantur à Deo & appretiãtur. Pretiosus enim esset lapis, quo emeretur vnus comitatus: pretiosior, quo ducatus: sed pretiosissimus, quo regnum. Pretiosissimi ergo erãt lapides Stephani in cõspectu Dei, pro quibus dedit regnum cælorum. Vt autẽ horum lapidũ virtutem & pretiũ scrutari valeamus: ad lapidicinam Mariam, ex qua excisus est lapis sine manibus, quę etiam peritissima est lapidaria, recurramus; eius iudicium super hoc requirentes, & pro suo labore *vng salut* Gallice ei offerentes, dicendo: Aue maria. &c.

A *Inter bonos, & malos est cõtinua inimicitia & pugna.*

Gen. 3.

B *Lapides Stephani erant pretiosi propter tria.*

Septem inueniuntur lapidati vel lapidari parati in scriptura sacra. Primus fuit blasphemus. Sic blasphemi, tãquam euomentes venenũ ex ore, & animalia venenata lapidari deberent. Sed modo istud regnum illo vitio laborat, quia nõ puniũtur. Secundus fuit Salphat, qui collegit ligna in sabbato. Sic sacerdotes, qui, prætermissis spiritualibus, se deputãt ad temporalia. Sed modo lapidantur stercoribus boum: *De stercore boum lapidatus est piger.* Ista sunt stercora Pauli, temporala videlicet bona. Tertius est Achan, qui furatus est auream regulam Iosue. Sic religiosi, qui regulam & regulæ instituta furantur contra ordinationes patrum. Quartus fuit Aduram, qui erat super tributa. Isti satis consueuerunt lapidari.

C *Septem leguntur lapidati in sacra scriptura.*

Leuit 24 Num. 15

Eccli 22 Philip. 3

Iosue. 7.

3. Reg 12

Isti

Isti sunt, qui colligunt tributa. Colligunt enim lapides aureos, nil mirum si recipiant pro illis lapides linguæ. Quintus
3. Reg 21 fuit Naboth, qui noluit cõmutare vineã in hortum olerum. Sic multi, quia nolunt sequi malos, & commutare pœnitentiam in voluptatem carnalium desideriorum: sicut olera quæ cito decidunt. Sextus fuit Christus, quem voluerunt Iudæi lapidare pro bonis operibus. Inde
Ioan. 10 ait eis: *Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?* Sic multi de bonis operibus, & propter bona opera, quę ostendunt, lapidantur, & hypocritæ ac papelardi vocantur. Septi-
Act. 7. mus fuit Stephanus: quia dicebat se videre cælos & Iesum. Sic multi quia contẽplationi vacant, & cælestibus intendunt, opprobrio habentur. Sed iusti non curant de contumelijs & irrisionibus malorum, sed gaudent digni haberi pro nomine Iesu contumeliam pati, ideo non mirum si seruis Domini placuerunt lapides eius, scilicet Stephani.

Duplicibus lapidibus lapidatus est Stephanus. Primo lapidibus obiurgationis, & diffamationibus, & lapidibus linguæ. Vnde communiter, qui vult aliũ in vindictam diffamare, solet dicere: Ego proijciam tot lapides in horto tuo, quod percipies. Alij sunt lapides manu proiecti, & vtrique lapides patienter portati placuerunt seruis Domini. Et secundũ hæc erũt duo sermones. In primo & mane dicetur, quomodo Iudæi proiecerunt in Stephanum lapides linguæ. Post meridiẽ vero, quomodo lapides materiales.

Pro primo dico, quod proiecerunt in eum tres lapides linguæ. Primus fuit, disputando contra eum, vt inuenirent occasionem aliquam proijciendi in eum lapides materiales. Et pro isto dicitur in tex-
Act. 6. tu Epistolæ: *Surrexerunt quidam de synagoga disputantes cum Stephano*, inuidentes gratiæ eius, quia cum efficacia prędicationis habebat signa & prodigia, & per hoc multos conuertebat. Non sic multi, qui habẽt pulchra verba, sed opera nulla, qui bene dicunt, sed nihil faciunt: similes cõtractis ante Ecclesiã, qui habent linguam expeditam & alia membra inutilia. Sed Iudæi volebant assimilari bultello, qui furfur retinet, & farinã dimittit transire. Voluissent enim, quod Stephanus dixisset aliquã verba reprehensibilia, quæ bene retinuissent, sed de verbis salutaribus non curabant. Frustrati sunt tamẽ intentione sua, quia prouiderat sibi Dominus de prudẽtissimo & optimo pugile, in quo spiritus veritatis loquebatur, cui impossibile erat resistere. Habebat autem Stephanus conditiones optimi ducis & capitanei. Rex enim volens eligere ducem & capitaneũ suo exercitui contra suos hostes, eligit virũ, qui duo principaliter habeat. Primo, quod sit ingeniosus in arte pugnandi. Secundo, quod sit robustus & fortis in sustinendo & percutiendo: vt sicut primus & principalis det exẽplũ suis militibus. Figura est de Gedeon, quem Dominus elegit virum fortem & industriũ in arte pugnandi. Quod apparet, quia primus in aggrediendo alios animabat, dicens: *Quod me facere videritis, hoc facite.* Sic in Stephano apparuit prudẽtia & ingenium in disputatione, & fortitudo in lapidatione: adeo vt suo facto non parum animauerit sequentes athletas Christi.

D *Stephanus habuit conditiones boni capitanei.*

Iudic. 7.

Secundus lapis fuit proiectus per falsos testes, qui Stephanum accusabant de blasphemia, dicẽtes: *Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctum & gentem.* Vnde falsi testes Stephani, & generaliter omnes multum culpãdi sunt. Primo, quia filij sunt & genitura diaboli. Inde testes producti contra Naboth appellati sunt filij Belial, & filij diabolici. Secundo, sunt Antichristi, qui testimonium perhibent falsitati, sicut & Christus testimonium perhibuit veritati. Ideo enim isti falsi testes contra Stephanum producti fecerũt ipsum interfici, quia erant Antichristi. Tales plurimum odit Deus, & sæpe male moriuntur. *Sex sunt quæ odit Deus.* &c. *proferentem mendacia, testem fallacem.* Et: *Testis falsus non erit impunitus, & qui loquitur mendacia-*

Act. 6.

E *Testes falsi sũt multum culpandi.*

3 Reg 21

Prou. 6.

Prou. 19

mendacia non effugiet. Exemplum de hoc habes in quadam Epistola Cyrilli Episcopi Hierosolymitani de miraculis beati Hieronymi, vbi dicit, quod Sabinianus quidam hæresiarcha dum mendacio suo vellet infamare beatum Hieronymum, in tutamē sui erroris attribuens illi aliquod opusculum quod ipse cōfinxerat, tandē publice inuisiliter amputato capite perijt. Sed nec defuit Stephano Dominus tamquam adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Tunc enim *intuentes eum omnes qui sedebāt in concilio viderunt faciē eius tāquā faciē Angeli*, vt facile per hoc pateret in eo aliquid esse diuinum, & mentitos fuisse testes contra eum. Et sic Deus, qui in eo se ingerebat, fecit eum fortem ad resistēdum Iudæis, imo fuit eius fortitudo. Vnde sicut columnę licet aureę vel argenteæ sint ad onera portāda debiles, ponitur tamē aliquid interius solidū vt lignum vel ferrum, quod exteriorem debilitatē supportat. Sic Stephanus debilis erat ad resistendum Iudæis & sustinendum insultus eorum propter Deum. *Terra autem erat inuis & vacua.* Donec Deus, qui est fortitudo bonorum, se infra animam posuit; & sic fortificata est anima eius, vt posset dicere: *Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.* Hinc Abacuch: *Ibi abscondita est fortitudo eius*, quę tamē quodāmodo in vultū eius angelico exterius apparuit. Sed nec propter hoc mutatus est Stephanus, quin esset corpore passibilis. Hinc Tertul. Mutatur facies Moysi incontemplabili claritate, sed idem Moyses qui antea videbatur. Sic Stephanus iam angelicum vultum induerat, sed eadē caro, quæ postea lapidabatur. Tertius lapis fuit proiectus, quando stridebant dentibus in eum, dissecabanturque cordibus. Auditis enim falsis testibus, interrogauit Stephanum summus sacerdos, si hæc ita se haberent. Qui responsione sua approbauit legem Moysi, ostendens eam fuisse à Deo datam, & templum esse sanctum. Et tandem cōuertit sermonem suū ad increpandum Iudęos, dicens: *Dura cer-*

Act. 6

F Fortitudo martyrū Domini.

Genes. 1

Esa. 12. Abac. 3

uice, & incircumcisis auribus & cordibus, vos semper Spiritui sancto resistitis. Vnde Iudæi propter suam indomabilitatem dicuntur vnicornes, cum dicitur: *Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam.* Vbi glos. ait: Hoc animal citius moritur quàm dometur. Sic Iudęi semper fuerunt indomabiles, vt hic dicit eis Stephanus: *Patres eorum prævaricati sunt pactū meū vsque ad diem hūc*, & filij eorū dura ceruice & indomabili corde sunt. Peiora sunt animalia & crudeliora, quæ vnum cornu, quā quæ duo habent. Sic Iudæi, qui in vno cultu Dei gloriabantur, quàm gentiles qui in pluribus. Sic etiam præpositi principum, qui potestatem super vnum locū habent, sunt crudeliores, quàm eorum principes qui super plurima loca. Inde Cassiod. Quæ vno cornu armantur, multo fortiora sunt his, quibus duo attribuūtur. Sed hic quæritur, an licebat Stephano sic subsannare suos persecutores, & ita dure increpare? Et videtur quod nō, quia responsio mollis frangit iram, dura suscitat furorem. Non oportebat autem, nec licebat Stephano quod esset causa peccati aliorum. Respōdetur. Prima propositio. Vbi fuisset spes de emendatione suorum persecutorū, beatus Stephanus eos dulcibus verbis aggressus fuisset, & similiter alij martyres. Vnde Dauid cythara psallebat, & Saul melius habebat. Saul tyrannum significat, quem dulcis locutionis melodia lenire oportet, vt spiritus malignus iracundiæ ab ipso effugiat. *Patientia lenietur princeps.* Et: *Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem.* Item. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* Similiter Abner percussit Azael auersa hasta in inguine, & statim mortuus est, quia nisi principes aut maiores ex obliquo & indirecte percutiantur correctione, potius quàm euidenter cum duritia, statim aggrauantur & in furiam conuertuntur, & sic nullatenus superantur. Lignum enim & non ferrum tunc debet ad eos conuerti, & obtusa correctione non aspera tunc debeno per-

Act. 7 Vnicornes Iudæi. Psal. 21

Exech. 2

G An licebat Stephano dure increpare suos persecutores.

Lib. 1. Reg. cap. 18.

Prou. 25 Prou. 15

Eccl. 6. 2. Reg. 2

Digitized by Google

percuti, & tunc ſolent facilius per humilitatem cadere.

Secunda propoſitio. Quia Stephanus videbat ſuos perſecutores induratos, ideo eos verbis aſperis torquebat & irridebat. Vna huius rei cauſa erat, quia abſque timore Dei in eum irruebant. Pſ. *Subitò ſagittabunt eum, & non timebunt.* Propterea vt nõ videretur eos timere, qui propter timorem credebant illum à fide diuertere: ideo abſque timore eos duriter increpabat, & ſagittabat ex aduerſo verbis aſperis, ita vt impleretur illud Pſalm. *Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum*, ſcilicet perſecutorũ. Paruulus enim erat Stephanus & humiliatus, ſed tyrannos & perſecutores plagabat in corde, nunc verbis duris, nunc patientia ſua, nunc miraculorum coruſcationibus diſsipans eorum conſilia de deſtructione fidei. *Fulgura coruſcationem, & diſsipabit eos.* Secundo, vt videretur eorum tormenta paruipendere, & quod nihil in eo proficiebant perſecutores. Non enim eum ſauciare poterant ſeu vulnerare. Dicitur enim irridere quaſi intus ridere. Ideo ille irridet perſecutores ſuos, qui licet exterius crucietur, interius tamen patientia armatus omnia paruipendit. Chryſ. hom. 22. ſuper epiſt. ad Heb. Sicut pueri cum percutiunt nos cum furore, & nil ſentimus, tunc ridemus. Sic & nos ridere mẽte debemus, cum nos mali perſequuntur, quia eorum perſecutio in bonum nobis cedit, ſi patienter toleremus. Si vero læuias, factus es puer. Cum enim ad puerũ læuientem quis conſpexerit, ridet. Hęc ille. Inde Vegetius lib. 1. de re mili. dicit quod eſt duplex modus percutiendi, ſcilicet cæſim, id eſt, cum acutie gladij, & pũctim, id eſt cum punctura. Romani non ſolum facile vicerunt pugnantes cæſim, ſed & irriſerunt, quia ſic pugnãs raro interficit, quia vitalia defendunt contra tales ictus tam armis quã oſsibus. Percutiẽtes autẽ punctim aduerſarios ſauciant antequam videant, & tales ictus timendi ſunt. Sic duplex eſt modus percutiendi. Vnus punctim: & illo modo vtitur Deus contra aduerſarios ſuos, propter quod & ipſos ſauciat antequam videant. Quod autem ſic eos punctim feriat patet: *Ducunt in bonis dies ſuos, & in punctο ad inferna deſcendunt.* Alius modus percutiendi eſt cæſim: quo contra electos Dei vtuntur perſecutores eorum, propter quod ipſi perſecutores denudãtur & exhibent ſe vulnerabiles faciliter, & ipſi electi contra tales ictus muniuntur intrinſecus oſsibus proprijs, id eſt, fortitudine patientiæ, & armis protectionis diuinæ, vt non multũ lædi poſsint. Ideo talem modum faciliter vincens non curabat Stephanus ſicut nec ille, de quo: *Irridens crudelem tyrannũ.* Tertio, quia videbat ſe Stephanus perſecutoribus altiorem & per ſuum martyrium exaltari, eo quod dignus habitus eſſet pro nomine Ieſu contumeliam pati, ideo eis tamquam inferioribus & victis dure loquebatur. Vnde Plutarch. li. 8. Memorabilium dicit: Si ſuper lignũ palmæ magna onera imponas, ac tam grauiter oneres, vt magnitudo oneris ſuſtineri nequeat, nõ deorſum cadit, nec in terra flectitur, ſed aduerſus pondus reſurgit, & ſurſum nititur recuruare, & propterea placuit palmam ſignum eſſe victoriæ. Hęc Plutarchus. *Quem iuſtum eſſe perſpexerint, illi iuſtitiæ palmam dabunt.* Sic Stephanus iniurijs & pœnis oppreſſus ſupra vires humanas, non deorſum flectebatur, ſed aduerſus põdus imponentes toto ſpiritu exurgebat, vt dicere poſſet: *Quaſi palma exaltata ſum in Cades.* Semper enim latrat bonus canis in eũ, qui exurgit aduerſus dominũ ſuum. *Audientes* autem *hæc diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus in eum.* Ipſi enim quaſi equi ſcabioſi ſuſtinere non potuerunt pectinem correctionis, ſed fremebant dentibus in ſuum correctorem. Aliter enim à Iudæis, aliter à gẽtilibus in primitiua Eccleſia perſequebantur Chriſtiani. *Ab interioribus*, ſcilicet Iudæis, qui erant de genere Chriſti, *egredietur tempeſtas, & ab Arcturo frigus*, id eſt, à gentilibus poteſtas opprimens.

Pſal. 63

Ibidem.

Pſ. 143.

2. Mac 7

Dan. 23

Eccli. 24

Act 7.

Iob 37.

¶ De duplici modo percutiendi ſcilicet cæſim & punctim.

Digitized by Google

Gentiles enim ex poteſtate & contemptu: Iudæi vero ex malitia & furore. Inde dicitur hic quod fremebãt dẽtibus aduerſus Stephanũ, nõ quærentes niſi eum opprimere. Excellẽtes enim in virtute & poteſtate ſunt inter populares quaſi leones cum dẽtibus ſuis inter catulos, vt dicit Antiſtenes, & habetur in 3. Politicæ, c. 18. ita quod beſtiæ debiles & populares vix poſſunt durare in conſpectu talium, & periculum eſt de oppreſsione. Sic cõtra Stephanum humilem & abiectũ erant omnes maiores Iudæorum, & ideo non mirũ ſi eum corporaliter oppreſſerunt, non tamen animum eius mouere potuerũt. Erat enim ſicut oſtiũ apertum, quod licet poſsit volui & reuolui, claudi & aperiri frequenter, nũquam tamen propter hoc mutat ſitum, ſed ſemper remanet in eodem loco. Sic Stephanus licet à Iudæis volui & reuolui corpore potuerit & cõcuti, ſiue per infamiam, ſiue per oppreſſionẽ corporalẽ; quia tamen in recto cardine zeli & fidei ſituatus erat, numquam animo potuit moueri, ſed ſemper idẽ remanebat, fideliter perſeuerans in fide Chriſti, iuxta illud: *Eſto fidelis vſq; ad mortem.* Quæ fidelitas ſoli Deo debetur, vt in cuius ſeruitio perſeueretur. Nam multi ita temporalem dominum diligunt, vt ſe pro eo temporali morti exponant, & ſatis improbe, cũ illi in eius ſeruitio plus expendant, quàm ille recompenſare valeat. Ideo milites, qui nec vxorẽ, nec liberos, nec poſſeſsiones habent, non ita fideles ſunt ſicut qui habent. Non enim ſatis eſt ſuorum donatiuorum ad impendendum in vitam eorum. Tale obſequiũ Deo debetur, qui ſolus omne damnum reſtituere poteſt. Tenebat Iob typum martyrũ, qui afflictus corpore, orbatus filijs, deriſus ab amicis, & rebus omnibus ſpoliatus dicebat: *Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo.* Sic Stephanus poſt perditionem omniũ bonorum ſuorum & infamationes falſorum teſtium de Domino bene ſperabat, cum ad mortem accelerabat. Sic Suſanna non habẽs in terra refugium, ſuſpexit ad cælum. Sic auis in terra ab hominibus & canibus circumcincta, non habet effugiũ, niſi ſe eleuet in altum.

1 Perſecutio.

K Stephanus erat immobilis in fide Chriſti.

Apoc. 2

Iob 13.

SERMO IIII. ET POMERIdianus, & in ordine XXXI. Per Themæ ſupradictum.

QVæritur, quare potius celebratur mors Stephani quã eius natiuitas, ita vt ſeruis Domini placeant lapides, qui eũ excuſſerunt ab hoc mundo, & nõ potius dies natiuitatis, quæ eũ protulit in hunc mundum, cum tamẽ teſte Saluatore, *mulier, cùm peperit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum?* Reſpondetur, quod in Stephano *melior erat dies mortis quàm dies natiuitatis.* Primo, quia dies mortis eius nõ fuit funeris, ſed triumphi & coronationis eius. Quapropter dies mortis eius, ſicut & cæterorum martyrum, eccleſiaſtica conſuetudine dies natalis eius appellatur, quia in illo die de huius vitę tenebris erupit in lucẽ æternitatis, & de morte tranſiuit ad vitam. Auguſt. 13. de ciuitate Dei: Tantam vitæ gratiam contulit Deus, vt mors, quam vitę conſtat eſſe contrariam, inſtrumentũ fieret, per quod homo trãſiret in vitam. Non ſic autem de die natiuitatis eius, per quam tranſiuit in miſeriã huius vitæ. Secundo, quia totum tempus malæ vitæ eſt tempus natiuitatis. Hoc enim habet ignauia, quod ſemper incipit viuere (vt ait Seneca) & ideo ſemper naſcuntur mali. Econtrario totus Sanctorum vitæ decurſus dies mortis dicitur: *Quoniam propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.* Sic enim viuunt quaſi ſemper morituri: & ideo tota vita eſt eis dies mortis. Inde manifeſtum eſt, quod melior eſt dies mortis quã dies natiuitatis, quia melior eſt vita indeficiens, & mors illi vitæ æternæ proxima, quã dies natiuitatis, id eſt, vita ſemper incipiens, ſemper puerilis & paruula. Tertio, quia in die natiuitatis naſcimur omnes ad miſeriam, viles, abiecti, debi-

A Quare potius celebratur mors Stephani quã natiuitas.

Ioã. 16.

Eccle. 7

Pſal. 43

Iob 3. debiles & peccatis pleni. Inde Iob: *Pereat dies in qua natus sum.* Moriebatur autē Stephanus plenus dierum, nobilis meritis plenus & purgatissimus. Quarto, quia tēpus vitæ huius nō erat tēpus Stephani nec aliorum martyrū, sed tyrannorum & diuitū. *Vsque in tēpus sustinebit patiens, & postea reddetur iocunditati.* Quilibet enim de sua re potest facere ad suā voluntatē. Diuites & tyrāni ducunt tēpus ad voluntatem suā, quia si frigidū est tēpus, se operiunt bonis pellibus, si calidū, manent in vmbra, & sic mutāt tēpus prout volunt. Non sic sancti de eo suā faciūt voluntatē. Si enim est frigus, in carceribus algent: si cariſtia, ieiunāt: si calidū, in æstu laborāt. Sic & Stephanus non habebat tēpus ad nutū, nec discipulus Stephani Paulus, dicens: *Persecutionē patimur & sustinemus.* Sed nunc tēpus suū habet, de quo Ps. *Erit tēpus eorū in sæcula.* Dicitur secundo, quod in malis melior est dies natiuitatis quā mortis. Propterea mali, vt Herodes & Pharao suā natiuitatē fecerūt solemnē, mortē vero lugubrē. Sicut enim in natiuitate omnia bona trāsitoria ad eos venerunt, sic in morte omnia perdūt. Sed ecōuerso est in sanctis, ideo nō mirū si placuerunt seruis Dñi lapides Stephani, per quos fractus est carcer corporis, & spiritus liber exijt in cælū, in quo est plenitudo omnis boni, à quo etiā omnia tēporalia bona habemus. Sed de alijs minus curare debemus, & accedere ad eā, quæ bonorū spiritualiū auctrix est & dispensatrix: in cuius ditione cuncta sunt posita, cui dicemus: Aue.

Eccli. 1. B *Diuites habent hoc suū tempus.*

2. Cor 4

Psal. 80

Nunc consequēter restat dicere, quomodo Iudæi in Stephanum proiecerunt lapides materiales. Vbi duo videbuntur. Primū erit de occasione huius proiectionis. Secūdū erit de ipsa proiectione. Quo ad primum, occasio proxima lapidationis Stephani fuit ex eo maxime exorta, quod dixit se videre cælos apertos, & Iesum stātē à dextris Dei, quia per hoc videbatur innuere Iesum esse Deū: quod reputabāt blasphemiā: & pro isto dicitur in textu:

Act. 7. *Cū esset Stephanus plenus Spiritu sancto, intēdens in cælū vidit gloriā Dei.* Vnde Stephano Deus demōstrauit cælū. Primo, quia ea, quę lōge posita sunt, nō nisi à bene vidētibus & clare, bene videri possunt. Hinc, secundū perspectiuos, habēs oculos elatos tumore exteriori & grossos oculos & eminentes extra, non clare videt: sed habētes oculos cōcauos, bene vidēt: vel qui sunt inferius in puteis, clare vidēt stellas in die. Sic qui habet intellectū tumidū & elatū, nō videt. *Dicētes se esse sapiētes, stulti facti sunt.* Sed habētes intellectū humilē, qui interius occupatur in sui cognitione, bene vidēt. *Vbi est humilitas, ibi sapiētia.* Et: *Cōfiteor tibi pater Dñe cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapiētibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis,* id est humilibus. Non enim mōtes alti retinent pluuiā, sed valles & foueę. *Inter medū montū pertrāsibunt aquæ,* veritatis scilicet scripturę & gratię. Sed Stephanus fuit plenus humilitate, ad humile deputatus officiū, quod libēter accepit. Ideo nil mirū, si vidit cælos & gloriā Dei. Secūda ratio: quia qui vēdunt merces, nō eas ostendūt cuilibet musitāti & inspiciēti intra opertoriū. Sciūt enim quod nō quilibet potest eas emere. Sed quādo vidēt aliquē diuitē intendentē in opertoriū, statim occurrūt & ostendunt ei quę pretiosa sunt. Sic Dominus sciens Stephanū locupletē gratia, & intendentē in cælū, ostendit illi gloriā suā, ita quod poterat dicere: *Vidimus gloriā eius, gloriā quasi vnigeniti à patre.* Nō sic moderni, qui oculos suos statuerūt declinare in terrā. Dicebat autē in corde suo, dū oculos leuaret Stephanus in cælū: *Apprehēde* (Domine) *arma & scutū, & exurge in adiutoriū mihi.* Arma diuinitatis, & scutū humanitatis. Aug. Magnū est spectaculū videre Deū armatū in cāpo pro nobis. Triplex vero est militia, scilicet in mola, vt cōiugati & actiui. Secūda in lecto, vt contēplatiui. Tertia in agro, vt prelati & martyres. Cū omnibus istis est Deus, qui ait: *Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsque ad cōsummationē sæculi:* precipue tamē cū his, qui sunt in agro, & martyribus, vt pro illis pugnet, sicut patuit hic in Stephano.

a *Stephanū ostendit Deus cælum.*

Ioan. 1.

Psal. 34

D *Militia.*

Mat. vl.

Digitized by Google

Cant. 2. Ait enim Dominus: *Ego flos campi. Ecce video celos apertos & filium hominis*, &c. Sed dicitur: *Verba sapientum audiuntur in silentio, plusquam clamor principis inter stultos*, id est, verba Apostolorū plus audita sunt à gētilibus in silentio & quiete à disputatione, quā verba Christi cū clamore à stultis Iudæis. Clamabat enim Iesus in medio ciuitatis. Et cū Stephanus proferret verba veritatis, cōtinuerunt aures suas. Clamor Christi à morte excitauit Lazarū, & nō potuit excitare corda Iudęorū. Multi autē similes sunt Iudæis, qui sicut canes nobiliū habent aures versus terrā pendētes, ita quod operiunt foramē, per quod intrat vox & sonus. Illi sunt qui libenter audiūt loqui de terrenis, & trusis & vanis, & numquā volunt audire de supernis: imo habent ibi aures obturatas sicut isti, de quibus hic dicitur, quod cōtinuerunt aures suas. Quidā vero sunt, qui obturāt aures suas propter maximū sonum & terribilē. Isti sunt, qui cōtra iudicia Dei aures obturāt. *Secundū similitudinē serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas*, & contra increpationes. Sic isti, cū increpabat eos Stephanus. Alij cōtra turpia verba, sic debent puellæ facere. Alij contra lyram & dulcē sonum, sic multi cōtra sacram doctrinā: & tales fuerūt isti. Et mirum est de illis, qui nolunt audire verba Domini. Canis enim saltat & currit ad nutum sui nutritoris, cur non magis nos ad imperium nostri creatoris, qui non loquitur nisi verba sancta & nobis vtilia? Quod considerās dicebat Psal. *Audiā quid loquatur in me Dominus Deus, quoniā loquetur pacē in plebē suā.* In secunda parte videndū est de ipsa lapidatione Stephani, pro qua dicitur in textu: *Et ejicientes eum extra ciuitatem lapidabāt inuocantē & dicentē: Domine Iesu suscipe spiritū meum.* Hic exponebat Stephanus corpus pro anima. Sub pressura enim torcularis remanebat corpus oppressum, & à pressura separabatur anima in cælestes thesauros recondenda. Nam dum corpus lapidibus obrueretur, pro anima loquebatur, dicens: *Domine suscipe spiritum meum.* Matth. *Ei, qui vult tecū in iudicio cōtendere & tunicam tuam tollere, dimitte & palliū*, id est, ei, qui vult auferre interiora bona, dimitte potius exteriora, quæ per palliū, sicut interiora per tunicā, dēsignātur. Vel si vult quis auferre animā, dimitte corpus. Vnde & multi Psalmi intitulātur pro torcularibus, vbi vinum purum, id est, anima munda eliquatur, in morte reponenda in cellaria æterna, corpore remanēte in prælo mūdi. *Reuertatur puluis in terrā suā, vnde erat: & spiritus redeat ad Deū, qui dedit illū.* Causa autē, quare prophetæ torcularia tot vicibus recitabant, est, quia videbāt venturā vindemiā, quæ incepit à B. Stephano, in qua debebat Ierusalē mater nostra superna lætari. Ideo illā suis cāticis decantabāt, sicut solēt facere vinorū leccatores. Calcatores autē vini vinū non lædunt, sed eliquāt & purgant, & corticē opprimūt. Sic tyrāni corpus occidunt, animā autem non possunt occidere, de quibus Iob: *Inter aceruos eorū meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiūt*, id est, in taliū societate quiescunt, qui martyribus occisis & pressis adhuc non cessant, sed semper crudeliores existunt, de quibus: *Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda*, id est, calcari permisit virginē filiā Iuda. *Positis autē genibus clamauit voce magna, dicēs: Domine ne statuas illis hoc peccatum.* Vbi aduerte, quod Stephanus pro se stādo, genibus flexis pro inimicis suis orauit. In quo ostēditur zelus eius, quē etiā Dominus diligit. Hinc dixit Dominus Angelo: *signa Thau super frōtes virorū gemētiū & dolentiū super cūctis abominationibus.* Et dixit alijs sex viris: *Nō parcat oculus vester, neque misereamini. Senem, adolescentulum & virginē, parvulos & mulieres interficite, vsque ad internecionē: omnē autem, super quē videritis Thau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite.* Ecce quod illis solis parcitur, qui peccatis hominū cōpatiuntur. Peiores enim sunt qui non orāt, nec compatiuntur eis, quā dānati. Nā diues in inferno positus orauit, ne fratres illuc venirēt. Tales sunt filij Cain, qui ait: *Numquid custos fratris mei sum*

Psal. 57

Act. 7.

Act. 7.

Matt. 5

Eccles. vltimo.

Iob 24.

Thren. 1

Act. 7.

Ezech. 9

Zelus animarum.

Nota.

Genes. 4

E Merytiū Stephani erat quoddā spectular

ſum ego? & tamen ſanguis Abel clamauit ad Dominum de terra, quia clamant & conqueruntur de nobis animæ, cũ ſaluti earum non inſiſtimus, ſed potius per negligentiã & prauũ exẽplum interficimus.

Act. 7. *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatũ.* Ibi corpus

Nota. pro capite, id eſt, corde expoſuit B. Stephanus. Poſtquã totũ corpus cõtritũ habuit, caput tamẽ cordis ita ſanũ habebat, vt diceret: *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatũ.* Non enim dolorẽ capitis ſentiebat, quia

Prou. 4. fecerat ſecundũ conſilium Sapiẽtis: *Omni cuſtodia ſerua cor tuũ.* Sed multi cor ſuũ omnibus ictibus exponũt: ideo vitã pro modico ictu exponunt, de quibus: *Thren. 2* *Facti ſunt hoſtes eius in capite.* Nõ enim eſt modus imminẽti ictui prętẽdere caput, ſed ſcutum. Modus autẽ cadendi in latrinã vel lutũ eſt, vt cadant habentes caput aut corpus deorſum, & de hisvulgo dicitur, *Ils cheent la teſte deuant*, hoc eſt, cadunt capite deorſum verſo. Sed nos admonet diſcipulus

Epheſ. 6 Stephani, dicens: *Confortamini in Domino & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturã Dei*, id eſt, quã Deus dat, & qua pugnauit, ſcilicet armaturã virtutis, quæ tantæ virtutis eſt, vt ante poſsit totum corpus diſſecari, quàm aliquid virtutis infirmari in milite Chriſti. Hoc nunc videre eſt in B. Stephano, cuius totũ corpus conterebatur, ſed necdum lorica patiẽtiæ infirmabatur, cum diceret: *Dimitte illis.* Bene po-

Pſ. 139. terat dicere Domino: (Domine) *obumbraſti ſuper caput meum in die belli*, id eſt, operuiſti caput meum, ne percuterer in capite.

Propter quatuor Stephanus potius lapide quàm ferro paſſus ſit, quàm aliter.

Sed quæritur primo, quare Stephanus potius lapide quàm ferro paſſus ſit, vel igne, vel aqua. Cũ enim multa ſint paſſionũ genera, cur voluit primiceriũ ſuũ à lapidibus incipere? Dicitur, quod hoc fuit quatuor de cauſis. Prima eſt, quia ſynagoga, quã relinquebat Dominus, vt ſibi aſſumeret in ſpõſam Eccleſiã de gentibus, erat incircumciſa corde, licet foret circũciſa præputio. Hoc teſtatur hic Ste-

Act. 7. phanus, dicens: *Dura ceruice & incircumciſis cordibus*, &c. Circumciſio autem fiebat ex lapidibus duris & acutis: ideo vt circũcideretur Eccleſia à prauis cogitationibus, paſsionibus & operibus, voluit ab initio in primicerio martyrum eã lapidibus duris & acutis circũcidi, non ſolũ in præputio, ſed etiã per totũ corpus, vt tota circũcideretur Eccleſia per omnes ſenſus & omnia mẽbra, & omnis honeſtas inueniretur in ea. Spõſa ſimiliter ſpõſum ſuum ęmulatur in quantũ poteſt, qui circumciſus eſt, ideo neceſſe fuit eã pariter circũcidi, non corporaliter, ſed ſpiritualiter. Secunda ratio, vt fabricaretur corona victoriæ ſponſæ ſuæ, corona quidẽ aurea expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, & ope fortitudinis, corona de lapide pretioſo. Nõ enim decebat tantũ ſpõſum talẽ ſpõſam, ſicut aſſolet, ducere nõ coronatã. Iã coronã aureã habebat Stephanus expreſſam ſigno ſanctitatis, iuxta illud: *Ste-* *Act. 6.* *phanus plenus gratia & fortitudine.* Reſtabat in ea ponere lapides pretioſos, vt magis placeret. Lapides autẽ, quibus lapidatus eſt Stephanus, fuerũt duri, acuti, ſed pretioſi. Hæc enim tria requirũtur ad reponendũ eos in corona. Quia duri & acuti carnẽ infirmã attriuerunt, pretioſi autẽ facti, quia ſanguine eius rubuerunt. Sed dulce lignũ, dulces claui, quibus Dñs eſt affixus: dulces ſunt etiã lapides, quibus miles eſt lapidatus. Quia igitur duri & acuti carnẽ & carcerẽ demoliti ſunt, quia pretioſi mortalẽ in immortalẽ cõmutauerũt. Quis nõ diceret lapides pretioſos, virtutes habẽtes deſtruẽdi carcerẽ, in quo captiuus habitat, & liberãdi eũ? Quis nõ pretioſiores iudicaret, ſi ipſum immortalem facerent? Tales fuerunt lapides Ste-

Pſ. 101. phani. Ideo nõ mirũ, ſi dicat Pſ. *Placuerũt ſeruis tuis lapides eius.* Nam & quidã Eremita morientis oſculabatur manus fratris cuiuſdam, qui ei omnia furabatur, ex eo quod cogebat eum quotidie multiplicare labores ſuos, & dicebat: Benedicãtur manus iſtæ, quæ me ſaluũ fecerunt, & mihi gloriã immortalẽ pepererunt. Tertia ratio, vt pararetur noua calciata ad cælum ſtrata lapidibus, non antiqua malorũ, qui de luto deliciarũ & voluptatũ ad lutum

tranſeunt inferni, de delicijs ad delicias credunt tranſire, ſed trãſeunt ad infernũ.

Eccli. 21 De qua: *Via peccantũ cõplantata lapidibus, & in finẽ illorũ inferi, & tenebræ, & pœnæ.* Inde Seneca: Nõ eſt ad aſtra mollis è terris via. Fecit autẽ Deus in Stephano nouã ſtratã,

Amos 6 de qua Amos: *Numquid currere queunt in petris equi?* Equi, niſi ferrati, in petris currere non poſſunt: Chriſtus in ferris & clauis paſſus eſt. Equi ergo ferrantur, quando Chriſti milites paſsionẽ Chriſti meditãtur, & ea armãtur, ſed in petris currunt, dum paſsioni Stephani ſe conformãt. Decuit igitur, vt ipſe in lapidibus pateretur, vt per lapides ipſos via ad cælum quaſi ſterni videretur. Quaſi velit Dominus di-

Eſa. 54 cere ſternendo lapides: *Ego ſternã per ordinẽ lapides tuos*, id eſt, in tuæ paſsionis imitatione volo nouã viam quaſi ſtratis lapidibus prẽparare. Si propter villam magnã neceſſe eſt ſtratas eſſe vias propter illic peregrinantes, neceſſe erat itèr ciuitatis Hieruſalẽ ſupernæ ſtratũ eſſe lapidibus. Quare B. Stephano multas debemus gratias, pro cuius amore ſtrata eſt via, & ſuo ſanguine eã ſtrauit, & ei debemus *le passage*, hoc eſt, ſtraturã viæ, id eſt pro aſina noſtra onerata ſarcinis miſeriarũ & peccatorum, honorẽ & reuerentiã, vt viam, quam ſtrauit, poſsimus incedere. Quarta ratio, vt Dominus ſuos ſacerdotes & diaconos ornaret pluſquam in antiqua lege.

Exod. 28 In Exodo legitur, quod in veſte ſummi ſacerdotis ponebãtur duodecim lapides pretioſi. Modo vero plus vult Dominus, quod veſtis non ſolũ ſacerdotũ, ſed etiã diaconorum ſit ex toto ornata lapidibus pretioſis, vt vbique vita fulgeãt. Vnde & veſtis Stephani non tantũ duodecim cõtinebat lapides, ſed plena erat lapidicina & petraria. Ideo illis, qui ſunt ſerui Domini, cõplacet in martyrio illo. Secundo quæritur, quare Stephano non nocuerũt lapides. Reſpõdetur primo, quia tamquã pactũ & fœdus initũ eſſet cũ eis, placebãt illi lapides. Et ideo dicitur: *A flagello linguæ abſcõderis*, id eſt, non nocebit tibi obiurgatio, vt patuit in diſputatione eius, *in vaſti-*

H
Quare non nocuerunt Stephano lapides. Deb 5.

tate & fame ridebis, quãdo ſtridebãt dẽtibus in eum: *ſed cũ lapidibus regionũ pactum tuum*, id eſt, pactũ Domini erit in lapidibus portãdis, vel pactũ cũ lapidibus habere nõ eſt, niſi perſecutiones quantumcumq; duras placere. Vnde bona terra & craſſa cõuertit lapides & alia mala in triticum. Sic Stephani optima terra ex duritie lapidum protulit fructum patiẽtiæ vberrimum. Imo tale pactũ habuit cum lapidibus, quod exẽplo Iacob fecit de eis puluinar, quãdo ſuper illos obdormiuit in Domino. Secundo, quia Stephanus fuit turris, quę à lapidibus à machina diaboli miſsis prẽcipitari non potuit. Hęc habuit panẽ fortitudinis, de quo Pſal. *Et panis cor* Pſ. 103
hominis confirmet, quẽ non habebãt Iudæi, iuxta comminationẽ Eſaiæ: *Auferet* (Do- Eſa. 3
minus) *à Ieruſalem omne robur panis*. Non enim defuit ei panis cõſolationis, qui vidit gloriã Dei, & Ieſum ſtantẽ à dextris virtutis Dei, & iam vino gratiæ inebriatus obliuiſcebatur ictuum: *Verberauerunt* Prou. 23
me, ſed non dolui: traxerunt me, & ego nõ ſenſi. Nec defuit in illa turri oleũ cõpaſsionis, de cuius parte viuitur, & de cuius parte dimittitur, quia pro parte ſatisfacit, & iterum de illo metitur: vt patuit in oratione, quam fecit pro inimicis. Sciebat enim illud: *Dimittite, & dimittetur vobis.* Matt. 6

DE EODEM SANCTO SERMO V. & in ordine XXXIII. Per Thema.

Domine ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Cum Act. 7.
ita ſit, quod dicat Dominus: *Si quid* Ioan. 16
petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis, cur non eſt exauditus Stephanus pro his, pro quibus orauit, cum tales non ſint propterea ſalui, nec propterea remiſerit omnibus illis hoc peccatũ. Similiter & Apoſtolus in nomine Ieſu petijt vt ab 2 Cor. 12
eo tolleretur ſtimulus carnis, & tamen non eſt exauditus. Similiter pia mater Eccleſia tantum orat Dominũ, vt tollantur à nobis tribulationes & miſerię, quas patimur, & hoc in nomine Ieſu ſiue per Dominum Ieſum, & tamẽ non videmus nos exauditos. Videtur ergo quod in petendo

A Quid requiratur ad petere in nomine Domini.

tendo in nomine Iesu nulla sit obtinendi fiducia. Ad hæc dico, quod antequam aliquis petens in nomine Iesu exaudiatur, tres conditiones requiruntur. Prima est, quod per se oret, quia quandoque indigna est persona pro qua oratur, vt scilicet exaudiatur. Sicut si pro raptoribus & vsurarijs orarem, nō esset digna oratio vt exaudiretur, nisi illi suo modo orarent, vel quod in se est facerent pro vita mutanda. Prouerbialiter enim dicitur: *Aide toy & Dieu t'aidera*, quod est dicere: Iuua te, & Deus te iuuabit. Ideo beatus Stephanus quo ad omnes suos persecutores non est exauditus, quia in diuina reputatione nō erant digni. Exauditus tamē est in Paulo secundū Aug. Etiā quis nō ita cito exauditur pro inimicis, sicut pro amicis. Et pro omnibus non exaudiretur, qui pro vno obtinuerat. Secūda cōditio est, quod requirat ad suam salutem. Ideo Paulus de stimulo carnis non est exauditus, nec Ecclesia sæpe in suis tribulationibus: quia medicus scit, quod aliquādo æger quærit, vt ab eo potio amara auferatur, & vt non bibat illā, quam tamen medicus, & pius pater scit sibi vtilē, & propterea talis æger non exauditur. Sic nec nos. Tertia cōditio, quod talis sit dignus, vt eius oratio intret in conspectu Domini, & habeat audientiam, vel mueniat modū, iuxta illud: *Intret in conspectu tuo oratio mea Domine*. *Iniquitates* enim *nostræ* (vt dicitur Esaiæ 59.) *diuiserunt inter nos & Deum*. Ideo ad hoc maxime requiritur sanctorū adiutoriū, & maxime glorioſissimę virginis, quę inter omnes sanctos obtinet principatum. Igitur vt à Christo possimus impetrare deuotionem, & gratiam, adiutorium eius imploremus, dicentes: Aue.

Psal. 87

Esa. 59.

Primo mane dicemus, quantæ excellētiæ sit nomē Iesu super alia nomina, ita vt per illud Stephanus exeudiatur. Secūdo, post meridiem dicemus, quāliter pro inimicis orauit, & exauditus est.

B Cælestia, terrestria,

Circa primū dico, quod nomen Iesu quatuor super alia nomina habet prærogatiuas & excellētias. Primo, in sublimitate, quia inter omnia nomina est altius & excellētius. *Donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.* Sicut enim audito nomine regis, omnes portant honorē, sic in nomine Iesu obediunt omnia, & ad illud nomē cedūt. Psal. *Magnificasti super omne nomen sanctum tuum.* Quia cælestia obediāt ad nomē Iesu, patet, quia nullus Angelorū vmquā sibi nomē Saluatoris vsurpauit, neq; Cherubin qui dicūtur scientes, neque Seraphin qui dicuntur charitatiui & ardentes, sed hoc solius Dei est. *Tāto melior angelis effectus, quāto differentius præ illis nomē hæreditauit*, id est, tanto excellentior factus est in humana natura, quāto altius & nobilius nomē sibi datum est. Secundo patet, quia Angelus ad terras venit bina vice nunciare hoc nomen, scilicet Ioseph, & Marię. Ideo dicitur *quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur*. Tertio patet, quia antequā homines portarent testimoniū Iesu, Angeli permittebant se ab eis adorari. Sed postquā portauerūt testimoniū nominis Iesu, nō permiserūt. Inde dicit Angelus Ioanni volenti adorare: *Vide ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu.* Illi enim portant testimoniū Iesu, qui in omni loco Iesum in vita & factis imitantur, qui non eum blasphemant, sed honorant, de quibus dicitur, *quod nomen Dei est in frontibus eorum*, hoc est, sunt parati pro nomine Iesu heurtare contra blasphemos vituperantes nomen Dei, & audacter, & effrōte confiteri. Quia autem inferorum regna obediant nomini Iesu, patet ex illo: *Sanctum & terribile nomen eius*. Sanctum quippe in Angelorum reputatione, sed terribile dæmonibus. Vnde & dixerunt: *Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos.* Et: *Dæmones credunt, & contremiscunt*, imo iusti persequuntur eos. Psal. *Circumdederunt me sicut apes*, quæ pungunt in parte discooperta, & hoc tētationū aculeis, *& exarserunt sicut ignis in spinis*, id est, peccato luxurię vel cōcupiscētię

& inferi obediunt nomini Iesu

Phil. 2.

Psal. 137.

Hebr. 1.

Luc. 2.

Apo. 19

Apocal. vltimo.

Psal. 110.

Matt. 8

Luc. 2.

Psal. 117.

Digitized by Google

inflammauerũt naturam meã ſpinoſam: *& in nomine Domini, quia vltus ſum in eos*, id eſt, ad inuocationẽ nominis Domini vindicaui in eos, & ipſos & peccatũ expellẽdo, & in fugã conuertẽdo. Non enim eſt melior fuga tẽtationis & victoria, quã in nomine Ieſu, vt dicit Gerſon. Pſ. *In nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis*. Sed dices: Dæmones perſecuti ſunt nomen Dñi in martyribus. Verũ eſt, perſequẽdo in mẽbris ſuis, & per membra ſua, ſed nõ blaſphemãdo nomẽ Dei, imo nec Machometus auſus eſt illud nomen violare aliqua nequitia, ſed teſtimoniũ perhibuit de ſãctitate eius, vt ſupra dictũ eſt in quodãſermone Cõceptionis. Sic etiã flectũtur dæmones, quod inuocato nomine Dñi diſcedũt. Hinc dicitur: *In nomine meo dæmonia ejicient*. Pſ. *Laudãs inuocabo Dñm*, quod nõ fit niſi cum ſuo nomine appellãdo, *& ab inimicis meis ſaluus ero*. Inde diſcipuli reuerſi cũ gaudio, dixerunt: *Domine etiã dæmonia ſubjiciuntur nobis in nomine tuo*. Itẽ ad nomẽ Domini dæmones quãdoq; cõminuerunt idola. Sed quod terreſtria omnia in nomine Ieſu flectãtur, patet primo de regibus & imperatoribus, qui modo portant ſignũ Ieſu in frõtibus ſuis, & honorãt illud nomen. Vnde & in lib. 10. Eccl. hiſt. c. 4. dicitur, quod Conſtantinus Magnus habebat in magna reuerentia Paſnutium Epiſcopũ ex Ægypti partibus aſſumptũ, ita vt ſæpius oſcularetur oculũ eius dextrũ, qui in confeſsione fidei propter nomen Dñi Ieſu fuerat à Maximiano euulſus. Præterea in chriſmate cõfirmationis ponitur crux in frõte cuiuſlibet Chriſtiani, & titulus eius, cuius primũ nomen eſt Ieſus, vt deſignetur nomẽ illud debere à quolibet fideli ſine verecundia portari, cuius celſitudo tanta eſt, vt Eccleſia non permittat illud nomen alicui imponi in baptiſmo. Sed quod irrationabilia obediant nomini Ieſu, patet, quia B. Agatha gloriabatur ſe in dicto nomine ſubijcere ſerpẽtes & venenoſa animalia. Et ſancti patres in deſerto in nomine Ieſu pugnabãt cũ draconibus & ſerpẽtibus, ita quod etiam leones mites reddebãtur ad inuocationẽ nominis Ieſu. Ideo excellentiſsimum eſt nomẽ ratione ſuæ ſublimitatis. Inde & Greg. in concil. Lugd. (& habetur extra de immunitate Eccleſiarũ c. *decet*. li. 6.) ordinauit, quoties nomẽ Ieſu inter Miſſarũ ſolẽnia diceretur, quod genu flecterẽt aſsiſtẽtes, vel ſaltem capite inclinato profundius adorarẽt. Secũdo, eſt excellẽtiſsimum ratione ſuauitatis eius. Nomen enim Ieſu eſt nomẽ dulcedinis, pietatis & miſericordię. *Secũdũ nomẽ tuũ Deus ſic & laus tua in fines terræ*. Turpe eſt militi ignauo habere nomẽ militis, & auaro nomẽ largi. Cũ ergo Chriſtus nomẽ habeat miſericordię & pietatis, quod eſt Ieſus, id eſt Saluator, debet facere, & facit ſecũdum nomen ſuũ. Ideo Pſ. *Benedictũ nomẽ maieſtatis eius in æternũ*, id eſt, bene nominatũ, & bene impoſitũ. Vulgo dicitur de alio: *Il eſt mal nõmé*, hoc eſt, male nominatus eſt; ſed non ſic de Chriſto. Et ideo dicitur: *Oleũ effuſum nomẽ tuũ*. Vbi ſecundũ Ber. oleũ tria facit. Primo, lucet, & fouet ignẽ in lãpade. Sic nomẽ Dñi lux eſt, quod portabãt Apoſtoli, de quibus canit Eccleſia: Portãtes facẽ, & illuminãtes patriam. Portabat & illud Paulus corã regibus & principibus tamquã lucẽ, de quo Dñs: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomẽ meũ corã gẽtibus, & regibus, & filijs Iſrael*. Erat enim vas, in quo portata eſt lux ad illuminandũ infideles, & ita erat lux infixa in illo vaſe, quod nõ poterat deleri: & vbi nõ poterat portare, mittebat ſcripto, vt patet in principio ſuarũ epiſtolarũ. Vnde in epiſtolis ſuis dicitur nominaſſe nomẽ Ieſu vel Chriſti quingẽtis vicibus, imo etiã poſtquã abſciſſum eſt caput eius, trinavice & tribus ſaltibus lingua Græca nominaſſe fertur. Secũdo, oleũ paſcit, & cibũ reddit ſapidũ. Inde ait Ber. quod aridus eſt omnis cibus, ſi non iſto oleo infunditur. Ieſus enim in aure melos, mel in ore, in corde iubilus. Hinc & ipſe, & Aug. nullã ſcripturã, nullã cõferẽtiã aut diſputationẽ ſapere reputabant, in qua nõ inſcriberetur Ieſus, aut proferretur. Inde eſt, quod ſancti viri aliquando

C De ſuauitate nominis Ieſu, & comparatione ad oleũ.

Pſal. 43

Marci vltimo. Pſal. 17

Luc. 10.

Cant. 1.

Act. 9.

pouunt

ponunt in principio litterarum nomẽ Ie-
ſu, & Paulus ſimiliter, quaſi cætera non
eſſent condita ſine nomine Ieſu. Ita &
Auguſt. vt dicit de ſeipſo 3. confeſsionũ,
hoc nomen Saluatoris in ipſo lacte ma-
tris adhuc tenerum cor eius biberat, &
alte retinebat, & quicquid ſine hoc no-
mine fuiſſet, quãuis altum, expolitum, &
verecundum, nõ eum totum recipiebat.
Pſal. 53 Et ideo Pſal. *Confitebor nomini tuo Domine,*
quoniam bonum eſt. Manna enim tantum
bonis bene ſapiebat, malis vero nõ. Hinc
Abacuch ſentiens huius cibi dulcedinẽ,
Abac. 3 ait: *Ego autẽ in Domino gaudebo, & exultabo in*
Deo Ieſu meo, ac ſi diceret: Exultent alij in
opibus & fæcibus terræ, alij in præcipi-
tibus & tremulis honorum faſtigijs, alij
in cubilibus, & impudicitijs, & in ebrie-
tatibus. Ego vero exultabo in Deo Ieſu
meo. Exultent alij in rebus peſsimis, glo-
rientur cum male fecerint, ducãt in bonis
dies ſuos, & ſic ad inferna deſcendãt, ego
autẽ exultabo in Deo Ieſu meo. Tertio,
oleum eſt medicina. Sic & nomen Ieſu.
Quis vmquã (vt dicit Ber.) in neceſsitate,
in triſtitia, in tentatione, in labore, in ge-
mitu, in tribulatione, inuocato nomine
Ieſu, conſolationem non inuenit & adiu-
toriũ? Quis enim dulces fecit Stephano
lapides, quis craticulã Laurentio? Vtique
nomen Ieſu. Quis Paulo carceres, vulne-
ra, verbera, naufragia, ipſam deniq; mor-
tem, ita vt paratus ſe offerret non ſolũ al-
ligari, ſed etiam mori pro nomine Ieſu in
Ieruſalẽ? Vtique nomẽ Ieſu. Nomẽ enim
Ieſu martyribus dulcia fecit ſupplicia,
quorũ vel recordatio ſola horrorẽ nobis
incutit & tremorem, & omnia tormenta
deſpicere, quæ etiam tyrannica rabies &
irritata crudelitas excogitare poterat, ſe-
Act. 5 cundum illud: *Ibant gaudentes à conſpectu*
concilij, quoniã digni habiti ſunt pro nomine Ie-
ſu contumeliam pati. Vnde & Paulus nomẽ
illud tam dulce ſentiebat, vt nihil ſe ſcire
niſi Ieſum, & hunc crucifixum, aſſereret:
& ita ſufficit, quia eſt ſumma animæ me-
dicina. Et propterea morientibus, tam-
quam ſit extrema medicina ſalutis, cla-
matur nomen Ieſu. Debet ergo ſemper
eſſe in ore noſtro, vt ſit nobis extremum
verbum, ſicut & beato Stephano. Beatus
etiam Ignatius ſemper habebat illud in
ore, ita vt poſt mortem eius inueniretur in corde ſuo ſcriptum litteris aureis,
ſicut recitatur in legenda eius. Tale quo-
que eſt illud nomen (vt dicit Bern.) quod
Iudæa phrenetica numquam illumina-
bitur, ſatiabitur, & ſanabitur, quouſque
cognoſcat nomen Ieſu. Quinimmo ani-
ma & in exceſſu & alienatione mentis
virtute occulta diuinæ bonitatis ſuper ſe
ipſam eleuata ſic in Deum transforma-
tur, vt nihil cogitet niſi Ieſum, nihil vi-
deat niſi Ieſum, nihil ſapiat niſi Ieſum.
Ieſus enim totius perfectionis & cõtem-
plationis finis eſt. Hinc de Apoſtolis poſt
transfigurationem dicitur: *Leuantes oculos* *Mat. 17 D*
nemmem viderunt niſi ſolum Ieſum. Tertio, *Nomen*
nomen Ieſu excedit cætera in poteſtate *Ieſu eſt*
& miraculorum operatione, ita quod in *efficax*
hoc non ſolum boni, ſed etiam mali & *ad mira*
increduli fecerint miracula. Inde dice- *cula fa-*
bant Apoſtoli Domino: *Vidimus quem-* *cienda.*
dam in nomine tuo ejcientem dæmonia, & qui non *Marc. 9*
ſequitur nos, & prohibuimus eum. Et: *Virtus* *Luc. 6.*
de illo exibat, & ſanabat omnes. Item: *In no-* *Marc.*
mine meo dæmonia ejcient, id eſt, inſultus *vlt.*
dæmoniorum, *ſerpentes* malorum ſugge-
ſtionũ *tollent*. Vnde: *Turris fortiſſima nomen* *Prou. 18*
Domini. Victorioſum ſiquidem nomen.
Alioquin non ipſum portaſſet Paulus co-
ram regibus & principibus ad vincendũ
eos. Eſt enim nomẽ animans Chriſti mi-
lites, & exanimans tyrannos crudeles.
Quo animatus quidam vir Nicomediæ
illuſtris, crudelia edicta Diocletiani &
Maximiani contra Chriſtianos in foro
pendentia publice detraxit, ac minuta-
tim diſcerpſit. Licet ipſi principes in vr-
be præſentes eſſent, vt habetur libr. 8.
Eccleſiaſticæ hiſto. ca. 5. Hæc enim fortiſ-
ſima turris, ad quam ſacratiſsimi marty-
res fugiebant. In libro autem Talmud,
quem rex Ludouicus comburi fecit, ha-
betur, quod Ieſus in nomine tetragram-
matõ fecit ſua miracula, quod inuenit in

Digitized by Google

concha piſcis,ſed hoc falſum eſt.Nos vero in nomine tetragrammaton miracula facimus,ſcilicet in nomine Ieſu,vbi ſunt quatuor literę,tres vocales,& vna conſonans,id eſt,tres naturę in vno ſuppoſito.

E *Nomen Ieſu eſt maxima vtilitatis.*

Quarto,nomẽ Ieſu cætera excedit in vtilitate. Non enim eſt nomen tã vtile ſicut nomen Ieſu.*Nec enim aliud nomẽ eſt ſub cælo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.* *Act. 4.* Ieſus enim Saluator interpretatur.Quid enim nobis inter laqueos inimici exiſtẽtibus quàm Saluatorem habere cõuenit? *Pſal. 53* Clamemus ergo cum Pſal. *Deus in nomine* *Pſal. 24* *tuo ſaluum me fac.* Et iterum: *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multũ eſt enim.* Antea erat Deus vltionũ Dominus,& longe erat à peccatoribus ſalus,id eſt Ieſus. Ideo agnoſcens quilibet peccator ante glorioſum eius aduentum quod *Pſal. 34* lõge eſſet ab eo,clamabat:*Dic animæ meæ, Salus tua ego ſum*,id eſt Ieſus tuus ego ſum. Ac ſi dixiſſet:Satis dixiſti: Ego Dominus exercituum, ego omnipotẽs,ego terribilis, & quis reſiſtet mihi. Exhibeatur nomen benignitatis,& dic animæ meæ, Salus tua ego ſum . Sed illud nunc exhibet, *Act 4* quia, vt dicit Petrus, *non eſt in alio aliquo ſalus.* Si pœnites,& times Deum vltionũ, appella ad Deum & patrem gratiarum, *1. Ioã. 2* quoniam dicitur:*Remittuntur vobis peccata propter nomen eius*. Sed ſi velis inquirere viam ad cæleſtem Ieruſalem, audi Pſal. *Pſal. 22* *Deduxit me* (Dominus) *ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum*. Si ignobilis es, & no- *Ioan. 1.* bilitari deſideras,dat Dominus poteſtatẽ *filios Dei fieri his,qui credunt in nomine eius*,& ſi filij,& hæredes. Si egenus es, & multa te petere neceſſe eſt, offertur tibi Ieſus *Ioan. 16* pro titulo petitionis in curia patris. *Si quid petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis.*Et ideo debes audacter in nomine Ieſu petere. Pauperes enim & coquini libenter conſueuerunt petere in nomine Sancti,quem tranſiens diues plus diligit. Deus autem pater ſumme diligit filium ſuum. Vnde olim inueniebãtur quatuor hoc nomine Ieſu inſigniti . Primus fuit Ioſeph, qui lingua Ægyptiaca ſaluator appellatus eſt . Et hoc propter frumenti *Gen. 41* prouiſionem:quanto magis huic ſaluatoris nomen erit, qui non tẽporalis vt ille, ſed ſpiritualis frumenti adipe nos ſatiat? Secundus fuit Ioſue,qui deſtructis hoſtibus filios Iſraẽl in terrã promiſsionis introduxit.Sed illa terra erat temporalis & ſubiecta guerris,& morti,& peſti.Noſter autem Ieſus in terrã promiſsionis paradiſi,victis inferni hoſtibus,ſuos deducit, vbi nihil niſi bonum , nulla mors, nulla peſtis . Tertius Ieſus Ioſedech ſacerdos *Zach. 3.* magnus , de quo dicitur quod erat veſtibus ſordidis indutus.Sed Ieſus noſter totus candidus eſt puritate , & ſacerdos in æternum. Quartus eſt Ieſus filius Sirach vir ſapiens & ſapientię laudator.Sed iſte non eſt noſtro comparabilis, qui non ſolum eſt ſapiens,ſed etiam ſapiẽtia patris, in quo omnes theſauri ſcientię & ſapientiæ Dei abſconditi ſunt.Nec eſt Ieſus noſter Ieſus ille filius Anani, de quo Ioſephus dicit quod prophetabat: Væ ciuitati,væ fano,væ tẽplo,væ populo.Hic autẽ non niſi ſalutẽ prædicabat. Et quia hunc eiecerant portantẽ ſalutẽ,& conferẽtem pacem,alius ſubſecutus eſt deſolationem annunciãs.Quicquid tamen ſit de omnibus iſtis, illud nomẽ Ieſu nõ eis proprie, ſed ſoli Chriſto conuenit, de quo dicitur in perſona eius : *Saluator non eſt præter me.* *Oſee 13* Sed terret pauperes peccatores Apoſtolica tuba: *Diſcedat ab iniquitate omnis qui no-* *2 Tim. 2* *minat nomen Domini.*Et iterum:*Nemo poteſt* *1. Cor.* *dicere: Dominus Ieſus,niſi in Spiritu ſancto*,imo *12.* videtur oppoſitum verum,quia de malis dicitur : *Domine nonne in nomine tuo prophe-* *Mat. 25* *tauimus ,& in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?* quibus dicetur: *Neſcio vos.* Quomodo ergo cõcordare poſſunt hęc? Dicitur,quod nemo poteſt dicere: Dominus Ieſus,niſi in Spiritu ſancto illuſtrante intellectũ,ſicut nec aliquam veritatẽ , vel niſi ipſo ſimul mouente intellectũ & illuſtrãte affectũ, quod eſt dicere meritorie:ſicut contingit in bonis. Quia autẽ mali faciãt miracula, hoc eſt in atteſtatione veritatis per poteſtatem

F *Multi olim vocati ſũt Ieſus, ſed impropriè.*

ſtatem iuſtitiæ diuinæ. Propterea nõ ſufficiunt oſtendere aliquem ſanctũ, niſi cũ eis fuerit humilitas, & vitæ ſanctitas, ſicut videmus aliquando malos prælatos, & principes, & reges facere miracula in certis infirmitatibus, & tamen non propter hoc efficiuntur ſancti. Hęc vero gratia miraculorũ quandoque datur reprobis ad ipſorũ condemnationem, & ſingulariter principibus, & vt iuſti nõ pro magno deputent, ſi vel habeant vel non habeant hanc gratiã. Hinc eſt quod Dominus dicebat diſcipulis: *Nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubijciuntur: gaudete autem, quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.* Luc. 10.

SERMO VI. DE EODEM, ET pomeridianus, & in ordine XXXIII. Per Thema præcedens.

A Quomodo non erubeſcebat Stephanus ſic publice duci ad mortem. Act. 7.

QVæritur, quomodo non erubeſcebat B. Stephanus deduci ad illam confuſionem mortis ignominioſæ lapidationis, quinimo, quaſi libenter eam acceptaret, orabat pro ſuis perſecutoribus, dicens: *Domine Ieſu ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Cum tamen hoc natura refugiat duci ad mortẽ quaſi latro vel homicida. Quis enim non confundatur publice duci ad patibulum, vel lapidibus obrui coram omnibus? Reſpõdetur, quod multis de cauſis nõ erubeſcebat, ſed magis exultabat. Primo, quia verecundia eſt timor ingloriationis, 4. Ethic. Sed ipſe non timebat eſſe inglorius apud mundum, cuius gloriã non quærebat. Vnde Aug. li. 5. de ciuit. Dei: Ideo non erubeſcebãt martyres, quia hic gloriã ſuam nõ quærebãt. Propterea fremitu humanæ offenſionis non ſunt deterriti à prædicatione ſalutis. Non enim gloriam ab hominibus quærebãt, ſed quę à ſolo Deo eſt. Romani enim multa perpeſſi ſunt dura, vt ſibi gloriam acquirerent humanam, ſicut Mutius Scęuola, qui pro reipublicæ liberatione diu tenuit manũ immobiliter in igne, & propter idẽ Curtius in hiatũ terræ cũ equo præcipitem ſe dedit, de quibus Aug. 4. de ciuit. Dei c. 20. nec cõfuſi ſunt. Videãt ergo homines quãta dilectio etiã inter tormenta debeatur ſupernæ patriæ propter vitam æternã, ſi tantũ à ſuis ciuibus dilecta eſt terrena propter hominũ gloriam. Secundo, nõ erubeſcit, ſed magis gloriatur miles, cũ vi armorũ ſe iã reſpicit intra portas ciuitatis. Stephanus enim ſciebat portam paradiſi anguſtã & ferream, quã videbat in tormentis vltro ſibi apertam. Ideo nõ eſt mirũ, ſi tunc nõ erubeſcebat, quando inter tormenta portas paradiſi ſibi vltro videbat apertas. Nobis autẽ vltro non aperitur, qui cõtra noſtram patimur voluntatẽ. Tam arcta eſt porta mortis, vt eam tranſeundo Paulus caput dimiſerit quaſi capitiũ: Agatha mammas: Bartholomæus pellẽ quaſi veſtẽ: & Stephanus fuerit varijs concuſsionibus lapidum quaſi diminutus, conſtrictus, & cõdenſatus: ſicut qui tranſeunt per arctum foramen, alius amictum, alius veſtẽ, alius birrum deponit. Sic diuerſi martyres diuerſa ibi membra dimiſerunt, maxime pellem temporalium & corporis. Hæc eſt porta, per quam *de carcere cateniſque quis egreditur ad regnũ.* Eccli. 4 Hic eſt turbo, per quem Helias aſcẽdit in cęlũ. Hęc eſt virga aurea, quã nobis porrigit Aſſuerus in ſignũ clemẽtiæ, per quam ſecurus intrat homo in beatitudinẽ viſionis Dei. Hanc etiã virgã, ſcilicet tribulationis & paſsionis porrexit Dominus verus Aſſuerus Heſter reginę, id eſt, virgini glorioſæ, & præſertim in cruce, cũ eius animã doloris gladius pertrãſiuit, ad quam recurremus, dicẽtes: Aue.

B Ex duobus pugnæ Stephani reddebatur difficilis. Mat 26

Duo ſunt, quæ bellum & pugnã beatiſsimi Stephani difficilẽ reddebant. Primum eſt, quia ipſe ſolum ex media ſui parte pugnabat, imo pars ſui ſibi aduerſabatur, ſcilicet caro. Simile eſt de Chriſto, qui dicebat: *Spiritus quidẽ promptus eſt, caro autẽ infirma.* Quomodo ergo caro pugnaſſet cũ beato Stephano, quãdo infirma erat? Infirmus enim pugnare nõ poteſt, cum etiam caro ictibus reſiſtebat, ſaltem naturali appetitu & ſenſitiuo. Secundum fuit, quia primus in acie venit. Fecit enim *l'auanguarde*, id eſt fronte bel-

li, ideo habuit de primis ictibus, & de primo tractu vel iactu, quia de lapidibus. Vnde & fortiores milites in prima acie ponuntur. Sed tam fortis erat charitas in Stephano, vt nequaquam vinci potuerit; ita vt de ea recte diceretur: *Fortis est vt mors dilectio.* Dicitur autē mors fortis propter tria. Primo, dicitur aliquis fortis propter operum difficiliū operationem, vt si quis fortissimis vinculis ligatus, ea faciliter solueret aut rumperet, diceretur fortis: sicut de Sanſone legitur Iudicū 15. & 16. Sic facit mors, quæ animam à carne diuidit, hominem ab amicis subtrahit, & temporalia relinquere facit. Sic fecit charitas Stephani, quæ animam eius à carne diuisit, pro Christo eam exponendo, & ab Apostolis separauit ad tēpus, & omnia temporalia abnegare fecit. Secundo, propter firmā tentationē. Qui enim quod habet ita firmiter tenet, quod ei auferri non potest, merito fortis putatur. Hoc facit mors. Quē enim semel tenuerit, nūquā ab eo auferetur. Sic per charitatē Stephanus ita Deo adhæsit, vt neq; disputationibus, neque testibus, neque lapidibus ab eo separari potuerit: adeo, vt posset dicere cū Apost. *Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames?* Et sequitur: *Certus sum, quod neque mors, neque vita poterit nos separare à charitate Dei.* Tertio, propter fortiū superationē, & principaliter aduersariorū. Fortis enim dicitur, & qui de fortissimis & qui de aduersarijs triumphare potest. Mors autē primo triūphat de fortissimis, ita quod nō est tā fortis, qui non sub eius potestate cadat. Sic charitas Stephani de prelatis synagogæ, qui tūc inter cæteros maiores reputabantur, & de tota eorū societate. Magnū est vnū habere tātæ multitudinis victoriā. Similiter mors triumphat de suis aduersarijs. Aduersarij enim mortis sunt medici, quos cōmuniter mors accipit primos. Sic & Stephani charitas suorū aduersariorū nō est oblita, scilicet suorū persecutorū, quando pro ipsis orauit. Nō enim eius charitas defuit, quin parceret, quātum in se erat, suis inimicis, & quin eos oratione iuuaret. Nam nō deberet esse ita durus, quin videns, quē persequitur, pro se orare, & bonum suū quęrere, flecteretur ad pietatem & compunctionem. Orauit autem Stephanus pro suis persecutoribus, & eorum bonū quærebat, dicens: *Domine ne statuas illis hoc peccatum.* Act. 7. Circa Stephani charitatem, quia inimicos dilexit, quæruntur duo. Primo, vtrum de necessitate salutis diligendi sunt inimici? Secundo, quod est magis meritorium, inimicos diligere, an amicos? Ad primum dicitur. Primo, secundū Tho. 2.2.q.25.ar.8. quod diligere inimicū, sic quod eius inimicitia diligatur, est malum & peruersum, & charitati repugnās, quia hoc est diligere malū alterius. Cōtra aliquos pessimos armatos, qui vellēt nūquā esse finē litis & inimicitię inter Principes, vt bene soluantur de vadijs seu stipendijs suis; peiores in hoc mastinis, quia mastini licet non tenerentur ad ouile, nec ibi nutrirentur ad custodiendas oues, si non essent lupi: tamen semper lupos odiunt & affectione naturali vellent nullos esse, vel non nocere ouibus. Sed isti nō curant quid patiatur populus: dummodo habeant pinguem præbendam seu salarium. Dicitur secundo, quod diligere inimicum ratione suæ naturæ potest intelligi tribus modis. Primo modo, quod sibi ostendamus signa dilectionis, sicut ei qui est amicus, & sic homo nō tenetur, & si faceret hoc, esset magnę perfectionis; puta, si communicaret & familiariter conuersaretur cum inimico. Per inimicū autē intelligo illum, qui affectat vel infert alicui malū aliquod, non correctionis amore vel iustitiæ. Parentes enim corrigentes filios vel seruos, vel etiam iudices corrigentes malos, non sunt reputandi inimici. Alio modo, sic quod in bonis communibus, puta in orationibus teneatur ipsum inimicum non excludere, & sic est de necessitate salutis, quia aliàs hoc pertineret ad liuorem, & ad inuidiam, contra illud: *Non quæres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.* Leui. 19

C *Charitas Stephani erat fortis vt mors ex tribus. Cant. 8*

Rom. 8.

D *Quomodo sit intelligendū, quod teneamur diligere inimicū quo ad naturā.*

Sed

Sed timeo, ne hodie impletũ sit prouerbiũ Senecę, dicentis: Memoria beneficiorum labilis, iniuriarũ tenax. Hodie enim multi faciunt de beneficijs & iniurijs, sicut doliũ de bono vino & fæcibus. Nam doliũ vix potest tã bene ligari & stringi, quod bonũ vinũ retineat; sic quod non defluat aut distillet, sed fæces ita detinet, quod nõn possunt exire, imo vix cũ cultello possunt abradi. Sic beneficia nobis collata à Deo vel proximo facile obliuiscimur, sed fæces, id est, iniuriæ non possunt tolli quacũq; increpatione, quin de illis vindicari velimus. Sed dices: Nõne licite ego possum orare Deum, vt inimicus meus moriatur, & similiter quærere recõpensam iniuriæ factæ? Ad primum dicitur, quod non debes morté orare pro inimico vel optare, nisi conditionaliter tantũ, propter duo: aut quia impedit bonos & iustos homines, & verisimile est, quod nõ aliter cedet nisi per mortem, & hoc affligẽdo eos, vel per mala exempla: aut ne addat peccata peccatis. Si autẽ aliter faciat quis hoc, quærit per modũ vindictæ: & sic vult Deo facere magnũ opprobriũ, volendo (secundum Guil. Paris.) se esse iudicẽ, & Deum esse suum tortorẽ.

E *An liceat optare mortem inimici.*

Vnde iusto Dei iudicio permittũtur mali diutius viuere, & affligere bonos, ad erudiendum & exercendũ illos: sicut relicti sunt Chananęi in terra filiorum Israel ad erudiendum eos. Licet multũ desideretur mors eorũ: ita quod sicut coluber venenosus difficile moritur, esto quod etiã scindatur per mediũ; sic isti raptores & venenosi homines, quãuis omnes eis maledictionem & morté imprecẽtur, adhuc tamen viuunt. Et si forte quãdoque Dñs irascẽdo tollat tales è medio: tamẽ exigẽtibus peccatis populi, permittit peiores regnare vel dominari. Et propterea quædã vetula tẽpore Dionysij tyrãnni orabat vt ipse diutius viueret: quę cũ interrogata esset, quomodo pro tali oraret, viso quod abstulerat vnã de vaccis suis. Respondit, quod pro tali orabat, timens ne alius eo peior succederet, qui ei totũ auferret. Ad secundũ dico, quod illã recõpensam quęrere per modũ vindictæ & ex cupiditate vindicãdi, est malũ: sed illã quærere altero illorũ duorum modorũ: aut quia volo quod satisfaciat de iniuria contra legem Dei facta: aut quia rationabiliter arbitror morbũ offendẽtis humanitus emẽdari nõ posse, nisi per viã punitionis, & sic est licitũ, nec est talẽ odire, sed diligere. Stephanus autẽ nullo modo petijt vindictã, sed etiã preces particulares pro inimicis effudit. Tertio modo potest intelligi quod debeamus diligere inimicũ, succurrẽdo sibi de bonis particularibus, & sic nõ tenemur de necessitate salutis, nisi in præparatione animi, scilicet quãdo occurrit necessitas. Hoc enim modo est proximus tuus & in consilio salutis, & in oratione, & desiderio beatitudinis æternæ, & in subuẽtione corporali. Dices tamen, quod si inimici vallarent hanc vrbẽ, & essent in necessitate, quod nõ deberes eis succurrere, sed in hoc seruãdus esset furor Principis. Respondetur primo, quod si quærerent pacẽ & subuentionẽ, quod sic. Aliter non tibi innotesceret eorũ necessitas. Exẽplũ ad hoc habes lib. 11. Hist. Trip. cap. 16. de Achatio Amidæ ciuitatis Epis. qui, cum captiui Persarum (qui erant circa septem millia) fame consumerentur, nec vellent eos Romani milites restituere, allocutus est clericos suos, dicens: Deus noster nec discis, nec calicibus opus habet. Nam neque comedit, neque bibit. Et quia multa vasa aurea & argentea Ecclesia nostra habet ex oblatione Christianorum, cõuenit ex eis liberari exercitum captiuorum, egentibusque cibos offerri. Quæ cum dixisset, cõflauit vasa, & militibus dedit pretium captiuorũ, quos cũ recreasset cibis, datis sumptibus ad regẽ propriũ destinauit. Hoc mirabile opus Achatij Persarum rex magis obstupuit, quia & bello Romani & beneficijs euicissent. Aiũt enim quia etiã desideriũ habuerit rex Persarũ, vt videret Achatiũ, sed hoc Theodosius prohibuerit Imp. Ex isto facto patuit charitas Achatij, qui non solum inimicos esuriẽtes

F *Iniuriæ recompensatio quari potest.*

G *Inimicis pugnantibus an sit succurrendum.*

Nota exemplũ

Nota

Iudic. 3

Nota.

tes refecit, sed & liberauit à seruitute, ita
Prou. 25 vt impleretur illud: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere: prunas enim congregabis super caput eius*, id est, accēdes eum ad te diligendum. Nam ex suo opere inflammauit regem Persarum ad amorem sui & Romanorum. Si ita faceremus, inimicos nostros facile prouocaremus ad pacem & concordiam. Rubigo enim ferri tollitur, dū ponitur super prunas, & tunc calefit, & inde percutitur. Sic inimicitia tollitur, dū super prunas charitatis per beneficium impensum eraditur. Dicitur secundo, quod Romani plus amore quā furore acquisierunt, & Christus rex regum in cruce exaltatus omnia ad se traxit orando pro inimicis, & nō in furore. Et ideo nō esset tunc in necessitate inimicorum sequendus furor Principis.

H *Diligere inimicū est magis meritorij, quàm diligere amicum*

Secunda quæstio est, vtrū diligere inimicos sit magis meritorij, quàm diligere amicos? Et videtur quod diligere amicos, quia odium amicorum est peius quā odium inimicorum. Apparet ergo, quod etiam dilectio amici sit melior quā dilectio inimici, quia contraria debent se habere oppositio modo ad inuicem. Respōdetur per duas propositiones. Prima propositio: dilectio inimici simpliciter est maioris meriti quā dilectio amici, propter multas causas. Prima est, propter mercedis magnitudinē. Maior enim merces repromittitur his, qui diligunt inimicos,
Matt. 5 quā qui amicos. *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* Nam & Ethnici hoc faciunt. Et ideo inimici sunt libētius diligendi quā amici. Terra enim fructificās magis seminatur: & vitis, quę melius vinum affert, libentius excolitur: & merces lucrabiliores citius cōparantur. Sic cum inimicus plura bona afferat, est magis diligēdus. Inde & Stephanus, quia vidit gloriam Dei, quā habuit pro inimicorum dilectione, statim voluit eam vna
Act. 7. oratione comparare, dicens: *Domine Iesu, ne statuas illis hoc peccatū.* Persecutores enim
Ps. 117. nostri (iuxta illud: *Circumdederunt me sicut apes*) ad modum apis nos hic pungūt tribulationibus, sed in futuro fauū beatitudinis nobis præparant, sicut & Stephano, iuxta illud: *Vsque in tempus sustinebit patiēs,* Eccli. 2. *& postea reddetur iucūditatis.* Secūda ratio est, propter ipsius dilectionis puritatem. In amicis enim caro vel beneficiū diligitur, in hoc solus Deus, & ideo gratior est Deo talis dilectio. Vnde quando in die iudicij queret Dns rationē de præcepto dilectionis fraternæ, & dixerit quis se aliquem amasse, quia benefactor suus, aut quia ab eo amabatur. Respōdebit: Pro illo amore iā nihil debeo tibi, quia pro illo solutus es. Si vero dixerit quis se aliū dilexisse, quia offendit eū multis iniurijs, tūc dicet Deus: De isto amore tibi debeo: hūc enim mihi dedisti. *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est gratia?* Et sequitur: *Verumtamen diligite inimicos vestros.* Sic etiam diligebat Stephanus Dominum, vt dicit Fulgentius, quod in illa necessitate oblitus amicorū, non videtur pro eis orasse, sed pro inimicis solūt sicut fortis nō se vult exercere in debilibus operibus, sed in fortibus. Hinc est quod cum pro se orauit, stans orauit, cū autē pro inimicis, genibus flexis. Eius enim charitas tam accēsa erat, quod plus dolebat de malo inimicorum suorū, quā de suo proprio. Tertia ratio, propter præcepti Dei adimpletionem perfectiorem & maiorem difficultatem. Nam præcipitur: *Diligite inimicos vestros: bene facite his, qui oderunt vos.* Psal. *Latum mandatum tuum nimis.* Latum est, cum amici & benefactores diliguntur: valde latum, cum extranei & incogniti: sed nimis latum, per modum loquendi scripturæ, cum inimici. Latum etiam nimis, quia qui diligit inimicos, à fortiori diligit etiam amicos.

Matt. 5 Ps. 118.

I *Stephanus sicut & cæteri maxime dolebat de peccato persecutorum.*

Sic tam lata fuit charitas Stephani, vt mala persecutorum suorum plus defleret quàm propria incommoda, sicut si frater tuus infamis manu vna gladio se trāsfoderet, & altera tibi alapā daret, plus doleres de magno malo quod inferret sibi, quàm de paruo quod tibi. Amplius enim dolēdū est de spirituali morte persequentiū, quā de corporali patientiū. Ideo summa

pœna

pœna martyrũ erat ex charitate, & cõpassione suorũ persequentiũ. Sic enim torquebatur Paulus propter inimicos suos Iudæos, qui eũ persequebãtur: quos etiã velut filios (vt ait Chrys. in homil. 3. de B. Paulo) diligebat. Ait enim, quod sicut pater quãdo videt filiũ phreneticũ iniuriãtẽ & maledicentẽ sibi, quãto magis hæc facit, tãto magis flet, & cõpatitur, & num-
Rom. 2. quam irascitur. Sic erat Paulus, ita vt optaret anathema esse pro fratribus, qui erãt cognati sui secundũ carnem. Ac si diceret secundũ Bern. Nolo intrare modo, nisi & isti persecutores mei (quos meos filios reputo) intrẽt mecũ in gloria: sicut mater habens paruũ filiũ clamantẽ, & inuitata ad bonas epulas in domo diuitis, dũmodo dimittat filiũ extra, non vult intrare, nisi intret & filius. Similiter maior est difficultas in diligendo inimicũ, cũ multa sint retrahentia ab illo amore, & trahentia ad oppositũ, ita quod oportet quodãmodo vim facere naturę. Non sic de dilectione amici, ad quã & natura inclinat, & beneficia trahũt. Quarta ratio, propter maioré vtilitatẽ, quæ sequitur in prẽsenti sęculo. Ser uiunt enim nobis de abluẽdis delictis nostris. Plus autẽ teneor ei qui me acquitat, quã ei qui me obligat. Sed si quis mihi faciat bonũ, me obligat ad sibi simile faciendũ. Qui vero me lędit, si habeo patiẽtiã, me acquitat. Hoc considerãs quidã (vt habetur in Vitis Patrum) ridebat propter iniurias sibi dictas in porta ciuitatis Athenięsiũ, & ideo fuit iudicatus dignus admitti in consortio Philosophorũ, qui etiã mercedẽ dederat tribus annis his, qui eũ conuicijs & iniurijs afficiebãt. Itẽ ibidem alius frater quãto eum plus quis iniuriabatur aut irridebat, tãto magis ille currebat, dicẽs: Isti sunt qui nobis occasionem præbẽt ad profectũ nostrũ. Quinta causa est, propter Dei imitationẽ. Primo, quia Christus orauit pro inimicis suis, & posuit animã suam pro patribus nostris, qui erãt inimici eius, cum essent infideles. Secũdo, quia Deus solẽ suũ oriri facit super bonos & malos, imo malis magis cõmunicat bona. Vnde dicit Chrysost Erimus filij Dei, si sumus illi similes imitatione, in diligẽdo inimicos. Filij autẽ carnales frequẽter assimilãtur patribus in specie, aut loquela, aut in risu, aut in alio corporis signo, sed filij Dei in sanctitate. Et illi quidem si similes fuerint, nullã laudẽ merẽtur: & si dissimiles, nullã vituperationẽ: quia non in potestate hominis qualẽ accipiat corporis qualitatẽ. Filij autẽ Dei si similes fuerint, laudãdi sunt: si dissimiles, vituperãdi: quia in potestate vniuscuiusq; est mẽsura iustitiæ faciẽdæ. Et ideo debẽt ei assimilari in dilectione inimicorũ. Propter tria vero nõ debemus appetere vindictã de inimico nostro. Primo, quia ille, qui tibi iniuriatur, magis iniuriatur Deo quã tibi, qui hoc & prohibuit, & qui habet maius ius in te quã tu ipse. Exemplũ accipe, quia si domus tua esset obligata ad centũ libras redditus annui, esset magis creditoris quã tui. Sic est de nobis respectu Dei. Si ergo Deus differt vindicare iniuriã illã, & nõ est ei dedecus, sed gloria, certus esse debes, quod nec tibi dedecus erit, si in prẽsenti nõ te vindicas. Non enim est dedecus homini, si quid facit exemplo Dei, imo *gloria magna est sequi Dominũ*. Certissimus esto, quod Deus semel iniuriam suã & tuã vindicabit, si patiẽter expectes, & plus puniet eum Deus vno verbo, nisi se correxerit in vita sua, quã tu & totus mũdus punire posset per centum annos. Secundo, quia talis spiritualiter mortuus est, & quasi insanus manus in se iniecit occidẽdo animã suã. Dedecus autem est insanire in mortuũ vel insanũ, & naturale est cõpati. Inde & lãcea Christi dicitur dira, quia ipsum est persecuta mortuũ, & crux & claui dulces. Tertio quia est membrũ tuũ. Si manus offenderit oculũ, non propter hoc expetit vindictam. Ideo si vnũ mẽbrum corporis mystici aliud offendit, non debet expetere vindictam. Et propterea nec Stephanus, qui erat oculus Ecclesiæ, (dicitur enim, quod Archidiaconi sunt oculi Episcopi) vindictam quæsiuit, licet offensus. Sed

Propter tria non debemus appetere vindictã de inimico.

Eccli. 23

aliqui-

aliqui ſunt, qui fecerunt domum cordis (quã deberet dilatare charitas) ita arctã, quod non poteſt eſſe charitas in eam in domo enim aliquorũ non intrant niſi amici: in domibus aliorum non intrat niſi dimidius homo, qui corpus diligunt, non animam. Secunda propoſitio. Odire amicos eſt plus demeritorium, quã odire inimicos. Hoc enim eſt magis cõtra naturalẽ inclinationem, & homo redditur ingratus de beneficijs acceptis, reddens malũ pro bono, quod nõ inuenitur in odio inimicorũ. Nec oportet, quod ſi dilectio inimicorum ſit magis meritoria, quã dilectio amicorum, quod etiam odium inimicorum ſit peius odio amicorũ. Ratio eſt ſecundũ Duran. in. 3. di. 30. q. 2. quia dilectio inimici quodammodo includit dilectionem amici: quia omnis, qui diligit inimicum, diligit amicũ vel actu vel ſaltẽ habitu, quia ſi occurreret, & opus eſſet, diligeret, & propterea eſt melior, quia bonum includẽs aliud melius eſt. Oportet ergo ex illa radice, quod odium amici ſit peius odio inimici, quia odium amici eſt actus malus includens odiũ inimici, quia qui odit amicum, multo magis odit inimicum, & ſic erit actus peior. Sicut viuere melius eſt quàm eſſe ſolum & nudum, quia viuere addit ſupereſſe, & tamẽ non idem ſequitur, quod non viuere ſit peius quàm non eſſe, imo oppoſitum.

DE S. IOANNE EVANGELISTA Sermo. I. & in ordine XXXIIII. Per Thema.

Eccli. 15 *Exaltabit illum apud proximos ſuos.* Cum ita ſit quod Ioannes Euangeliſta (ſicut dicit Rationale diuinorum officiorum) in die ſancti Ioannis Baptiſtæ in tempore æſtiuo ab hoc ſæculo deceſſerit: quare eſt, quod hodie celebratur eiuſtrãſitus memoria? Si de alijs ſanctis ſit die ſuo, vt de ſanctis Apoſtolis Petro, & Paulo, & ſic de alijs: cur non de iſto? Reſpondetur, quod multæ ad hoc poſſunt aſſignari rationes. Prima eſt, quia ſcribitur:

A Quare celebratur memoria trãſitus Ioannis poſt natalem Domini cum tũc non fuerit martyrium.

Mat. 24 *Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.* Et ſic dum filius Dei aſſumpſit corpus, congruum erat, vt ad iſtud corpus congregarentur aquilæ, ſcilicet Stephanus & Ioãnes. Stephanus quidem aquila erat, qui in terris poſitus claro intuitu ſtãtem Ieſum in cælis intuitus eſt. Similiter Ioannes, qui ſuper omnes cælos, Cherubin & Seraphin exaltatus, omnium Beatorum eſcam contemplatus eſt, & prædã illam, quam de diuinitate guſtauit, nobis ſuis pullis vorandam attulit. Ideo oportuit, quod ad illius coporis aſſumptionem illæ aquilæ congregarentur, ſicut aues vnius ſpeciei ſe naturaliter conſequũtur. Iſtæ enim duæ aquilæ ſunt arma noſtri Imperatoris: quemadmodum & Romanorum Imperator duas habebat aquilas, quarum aquilarum prima pugnauit in campo Stephanus, & ſecunda vltima pugnauit Ioãnes. Secunda ratio, quia videmus, quod in geſtina alicuius de parentela, parentes veniunt ad ſolẽnizandum feſtum, nec reputatur, qui ibi non affert ſua xenia. Si ergo in natiuitate Ioannis Baptiſtæ vicini & cognati congratulabãtur ei: nonne magis congruũ fuit, quod Mariæ partui virgineo parens ſuus & nepos Ioãnes adeſſet? Et ita fuit, quia ibi pro xenijs liliũ virginitatis attulit, ſicut Stephanus ſui ſanguinis optimum vinum, ita Ioannes carnes mundiſsimas. Cognati enim Mariæ ſpirituales ſunt, qui ſunt amaro animo pro ſuis peccatis aut alienis. Ad Dauid congregati ſunt, qui erant amaro animo. Sic ad Chriſtum congregati ſunt, qui pro eo varias amaritudines paſsi ſunt, Stephanus & Ioannes. Vt igitur aliquid dicere poſsimus, &c.

1. Re. 22

B De triplici exaltatione, quod exaltatio in tẽporalibus eſt periculoſa.

Triplicem exaltationem ex ſcripturis legimus à Deo factam. Prima eſt periculoſa, qua plures exaltat, proſperitatem temporalium conferendo, alijs expoſitis paupertati. Vnde cum quis dicitur, *Il eſt monte en peu d'heure*, hoc eſt, aſcendit ſeu exaltatus eſt paruo tempore, ſicut in domibus magnatum aues, vt accipitres & falcones, in perticis exaltantur, & ibi multum bene

ne

ne retinentur per getia, quia vix aut nũquã vellent à tali honore & gradu descẽdere, postquã de honore modicum quid hauserunt, sicut gallinæ & anseres inferius relinquuntur. Sed hæc exaltatio est periculosa. Primo, quia tales proni sunt ad contẽnendum Deum, quia accipiter, quãto à domino suo plus salutatus fuerit, tanto tardius ipsi reclamanti venit. Sic mundani quanto ditiores & potentiores sunt, tanto facilius mandata Dei contemnunt. *Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autẽ spreuerunt me.* Esa. 1. Inde & gallina in Augusto non audit vocantes se, quia nimis habet vnde viuat. Secũdo est periculosa respectu proximi, ne lædat ipsum. Quanto enim sentiunt se ditiores & potentiores, tanto audacius lites suscitant, auferunt aliena, vt lupi, cũ se sentiunt armatos dẽtibus acutis, non timent oues impugnare. Psal 88. Ps. *Exaltasti dexterã deprimentium eum.* Hinc quidã: *Asperius nihil est humili, cùm surgit in altum.* Exemplum de asino, qui induit pellẽ leonis, & omnia alia animalia miser asinus conculcabat, & timebatur ab omnibus. Tãdem à domino suo per aures asininas & magnas recognitus est, & reductus ad pristinum statum. Sic tales miseros exaltatos in altũ, postquam officiũ leonis, id est, regis induerunt, sæpe cõtingit grauare populũ. Sed postea per magnam malitiã suam à Domino recognoscuntur, & reducuntur in miserũ statum, quandoque tẽporaliter, quandoque æternaliter. Tertio est periculosa respectu sui, ne tentatus de altiori cadat. Alta enim ædificia ventis & tẽpestatibus infestata citius ruunt in diuersa genera peccatorum. Exemplum de tortuca, quæ voluit portari sursum ab aquila, quæ cũ esset multum eleuata, aspiciens deorsum timuit, desiderãs adhuc esse in foramine suo. Ad quã aquila: Non feci, inquit tecum mercatum, quod te reportarem inferius. Et sic ex illa altitudine demissa ruit, & penitus cõfracta est. Secũdo, ne maioré pœnã habeat. Magis enim ingratus, magis puniendus est, & magis ingratus existit, qui plus beneficij accepit, si offendit. Secundo, Dominus exaltat hominẽ gratiosa exaltatione, scilicet per gratiam suam ad desiderium ęternorum. Ps. *Exaltas me de portis mortis,* id est, de peccatis & occasione peccatorum. Primo, ne submergatur cor ab amore illicito, vt natans caput eleuat super aquas. Ps. *Tu es susceptor meus, gloria mea, & exaltans caput meum,* id est, cor & mẽtem. Si enim homo habeat caput in aqua, submergitur. Si vero totũ corpus sit in aqua, & caput extra, non perit. Sic quantumcũque homo habeat tẽporalia, sicut Democriti pater, qui ex diuitijs suis poterat præparare conuiuium toti exercitui regis Persarum, si cor non posuerit plus debito amando, nõ nocet. Psal. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Psal 61. Et si nihil habeat, & habeat voluntatem illicite acquirendi, perit. *Qui volunt* 1. Tim. 6 *diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueũ diaboli.* Secundo, ne corrumpatur per charitatem, temporalia relinquendo, vt vua vel vitis in pertica leuatur, ne putrefiat in terra. Hinc Ecclesiasticus: *Exaltasti super terram habitationem meam.* Eccli. vltimo. Sed primo modo non exaltauit Deus Ioannem Euangelistam, quia in vita sua nec bona, nec dignitates mundi occupauit, quia ante Christi vocationem pauper erat, & post Christi vocationem cum Christo semper pauper fuit. Sed secundo modo exaltauit illum apud proximos suos, eum subtrahendo ab aquis, vbi piscabatur, & faciendo omnia relinquere, & inter cæteros maxime diligendo, vt sic de eo dicere possimus: *Exaltauit illum apud proximos suos.* Eccli. 15 Tertia exaltatio est gloriosa, quia exaltauit hominem in gloria, & ista cõuenit perfectis, de qua Ps. *Expecta Dominum, & custodi viam eius: & exaltabit te,* vt hæreditate capias terrã. Hoc enim B. Ioanni dici potest. Nam & expectauit Dominum in hoc mundo vsque ad nonagesimum nonum ætatis suæ annum, & custodiuit viã eius, imo semitã arctã, & docuit eã. Ideo Dominus exaltauit illum, vt hæreditate caperet terrã, & hoc est quod dicit Thema: *Exaltabit illum apud proximos suos.* Eccli. 15

Quin-

Digitized by Google

C *Propter multa diligebat Dominus Ioānem Euangeliſtam.*

Quinque modis inuenitur Dominus Ioannē Euangeliſtā exaltaſſe ex ſacra ſcriptura. De quorū primo ſolū dicemus in hoc ſermone. De reliquis vero quatuor ſermone ſequenti. Primo igitur exaltauit Dominus Ioannem, vt eſſet familiaris amicus ſuus, Gallice *le mignon de Ieſus:* ita vt in ſcriptura nomē proprium amittat, & dicatur: *Hic eſt diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus.* Modo quo ſolet dici in curia, ſi quæratur de familiariſsimo regis, quis eſt ille? dicitur: *C'eſt le mignon du roy.* Si magnum eſt à magno Principe diligi, quid à Deo excellēter diligi? Si familiaritas Principū multū cōmendatur à populo, quanto magis Ioannis ad Deum? Huius autem excellentis dilectionis quatuor putantur cauſæ. Prima eſt fidelitas. Multum enim diligit optimus paterfamilias ſeruum ſibi fideliſsimum. Et quis inter diſcipulos fidelior Ioanne, qui eum comitatus eſt vſque ad mortem Petro negante & cæteris abeuntibus? Vnde etiam fidelis miles reputatur, qui numquā in inimicum Domini ſui conſentit aut longius abſcedit, ſic Ioannes. Petrus enim parua retia reliquit: hic autem cum retibus patrē, quod longe maius eſt. Petrus iamdudum cognouerat vxorem, hic omnem carnis voluptatē, imo nuptias (vt dicit Hiero.) pro Chriſto negauit. Fecit enim Chriſtus ſicut bona nutrix, quæ filiū in igne cadentē cito ſubtrahit, ſic Chriſtus eū à concupiſcentia carnis. Petrus iā vir vocatus ſe Chriſto obtulit, hic vero gratiſsimum florem iuuentutis ſuæ in odorē ſuauitatis quaſi optimum cibum obtulit. Petrus paupertatem & obedientiā, hic vero liliū virginitatis. Secunda ratio eſt ſimilitudo. Similitudo enim eſt naturaliter cauſa dilectionis. Naturaliter enim videmus, quod de duobus ludētibus, quos nūquā vidimus, vnū tamē prædiligimus & præaccipimus ad lucrum. Et huius nō eſt alia ratio, niſi maior ſimilitudo cōplexionis, propter quā præacceptamus vnū alteri. Inde Ambro. Eſt à natura inſitum bonis, vt virtutes proprias in cæteris quiſque amet. Cum etiam ad ſibi ſimilia volatilia conueniāt. Ideo nō eſt mirandū, ſi Chriſtus præ cęteris Ioannē dilexerit propter virginitatis priuilegiū, quo præcellebat Chriſtus. Nouā enim plantulā virginitatis hortulanus Chriſtus in ſuæ Eccleſiæ horto maxime diligebat. Nec reputandū eſt illud Hieronymi verū, quod Chriſtus eū retraxerit à nuptijs volentē nubere Marię Magdalenę, propter duo. Primum eſt, quia dicere quod Ioannes voluerit nubere, eſt dicere quod Ioannes voluerit carnē ſuā & integritatē corrūpere, & per conſequens eſſet diminuere de eius integritate, quod non eſt dicendū. Secūdo, quia Magdalena erat & nobiliſsima & ditiſsima, magnā partē ciuitatis Hieruſalē obtinens. Ioannes vero pauper piſcator. Non eſſet autē veriſimile, quod tā nobilis dña tā pauperē piſcatorē coniugē ſibi accepiſſet. Tertia ratio fuit charitas maxima ipſius Ioannis. Maxime cū diligebat Dominū. Seneca autē inquit: Monſtrabo tibi amatoriū ſine medicamēto, ſine herba, ſine veneni carmine. Si vis amari, ama. Sed nullus inuenitur Chriſtū plus dilexiſſe quā Ioannes. Quod patet primo, quia non ſolū ſibi corpore propinquus erat, ſed etiam anima, vt primo literæ & ſcripturę ſuę perhibeāt teſtimoniū, quaſi ipſe ſit caminus vel fornax diuini incendij, & per ſcripturam quaſi per rimas exeat, quaſi per omnes paginas de charitate loquendo, modo ſingulos nominatim ad charitatē prouocat: modo filios, modo filiolos, quaſi tenerrime diligens, appellat: nunc proprijs ætatum vocabulis adoleſcentes, nunc infantes: modo etiam deuoto fœmineo ſexui deſtinat Epiſtolas, ita quod mulierū deuotarum nō obliuiſcitur. Solus enim ille inter Apoſtolos ad mulierem deſtinat Epiſtolam. Secundum hoc idem patet, quia Hieronymus ſuper Epiſtolam Pauli ad Galat. dicit, quod illud vas diuinæ ſapientię propulſatum in ſenio, cū portaretur à diſcipulis prę ſenectute, ſemper dicebat: Filioli ſemper diligite alterutrū. Et percūctatus cur ſemper

Ioan. 13

amo-

amoris resonaret verbum. Respondit: Hoc est præceptũ, statutum, testamentũ, & legatum Domini mei Iesu, quod si solũ fiat, sufficit. Vere de illo dici poterat illud: *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Et: *Ex abundãtia cordis os loquitur.* Inde Chryso. Mos est amantium, vt amorem suum silentio tegere nequeãt. Sicut enim homo afficitur, sic loquitur. Nos videmus, quod affectiones habẽt voces & locutiones sibi proprias; sicut dolor habet voces gemebundas, amor iucundas, sic & gratia gratiosas. Non mirũ ergo, si ille totus plenus gratia & charitate, talia verba eructabat. Tertio, hoc idem patet exẽpio, quod Clemens Alexandrinus Doctor recitat, & ab eo adducit Euseblus 3. lib. Hist. Eccle. c. 23. Cum enim post Domitiani obitum de Pathmos insula Ephesum rediret, rogabatur etiam vicinas illustrare prouincias, quo vel Ecclesias fundaret, in quibus nõ erant locis, vel in quibus erant, sacerdotibus ac ministris instrueret. Cum igitur venisset ad quamdã vrbem nõ longe positam, omnibus Ecclesiasticis solemniter adimpletis, vidit iuuenẽ quemdam validum corpore, & vultu elegãtem, & animi acrẽ nimis, respiciẽsque ad Episcopũ, qui nuper fuerat ordinatus. Hũc (inquit) summo studio tibi commendo, sub testimonio Christi & totius Ecclesiæ. Tũ ille omnem diligentiam pollicetur. Sed iterũ atque iterum sæpius repetens, iuuenem cõmendabat attentius, & post hoc Ephesum redijt. Tum Episcopus in domum suam iuuenem recipit, amplectitur, & fouet, & ad vltimum baptismi gratiam tradit. Post hæc confidens gratiæ, qua fuerat commonitus, paulo indulgentius iuuenẽ habere cœpit. At ille, vbi immatura libertate potitus est, continuo per æquæuos, quibus luxus & desidia cordi est, amare vitia, & corruptæ vitæ incedere tramitẽ perdocetur. Et primo quidem conuiuiorum illecebris decipitur, deinde nocturnis eum furtis socium sibi participemque conscisc unt, & tandem in tanta mala prolabitur, vt efficeretur latronũ princeps.

Psal. 28
Mat. 12

Verum tempore lapso, ex causa aliqua Ioannes ad prædictam vrbem vocatur. Et cũ cætera, quorum gratia venerat, ordinasset: Age (inquit) ô Episcope, depositũ repræsenta, quod tibi ego & Christus cõmendauimus, Ecclesia teste, quam regis. At ille primo obstupuit, pecuniã putans à se repoci, quam non acceperat. Sed rursum considerabat nec posse fallere Ioannem, nec ipsum quærere, quod non dedit. Hærebat igitur stupens. Quẽ Ioannes videns: Iuuenẽ (inquit) illũ repeto abs te, & animam fratris. Tunc grauiter suspirans Episcopus, & in lachrymas resolutus, ait: Mortuus est. Quomodo, inquit, vel quali morte? Deo, ait, mortuus est, quia pessimus euasit, & nunc princeps homicidarũ & latronũ factus est. Tunc gemẽs sanctus Apostolus, ait: Bonũ te custodem animæ fratris dereliqui. Sed nũc mihi equus paretur, & dux itineris. Et cũ peruenisset ad locum, à latronibus, qui custodias obseruabãt, capitur. At ille exclamauit: Ad hoc ipse veni, vt me caperetis, adducite mihi principẽ vestrũ. Qui cũ venisset, eminus agnito Ioanne, pudore actus in fugã vertitur. Tũ ille equo post eum admisso, ętatisoblitus, ipsum insequitur, clamãs. Quid fugis, ô fili, patrẽ tuũ, quid fugis inermẽ senẽ? Miser noli timere, habes adhuc spẽ vitæ, ego Christo rationẽ reddam pro te. Certe & pro te mortẽ libenter excipiam, sicut & Christus excepit pro nobis, & pro tua anima dabo animam meã. Sta tãtum, & crede mihi, quia Christus me misit. At ille restitit, & armis proiectis ad genua senis prouoluitur, gemitibus & vlulatibus, quibus poterat, satisfaciens. Apostolus vero iurauit se à Christo veniam impetraturum, simulque genibus eius prouolutus, atque ipsam dexteram, ex cuius cædis conscientia torquebatur, tamquam iam per pœnitentiã purgatam deosculans, ad Ecclesiam reuocat, & ieiunijs, & lachrymis ei veniã à Domino procurat, nec ab eo discessit, quousque eum Ecclesiæ præfecerit, vt esset in prodigium & miraculũ, quomodo post tam subitam

mutationem & infimũ ſtatũ ad tam altũ ſtatum deuenerit, & ſic patet eius amor. Quarta cauſa huius dilectionis eſt, quia inter omnes humillimus fuit. Hoc patet ex prædicto exẽplo. Vnde & pater ſemper ſolet applaudere filio iuniori, & inter cæteros magis amare, licet antiquiori reGen. 42 ſeruet hęreditatẽ. Hinc Beniamin erat patri magis dilectus. Ioannes autẽ erat iunior Apoſtolorũ, & ſic minor ętate, & etiã in ſui conſideratione, ideo erat Beniamin Chriſti, & ſic inter cęteros magis dilectus.

2 An Ioannes plus diligebatur à Chriſto quã Petrus, & de ſignis familiaritatis Chriſti ad Ioannem.

Sed hic oritur quæſtio, quia Petrus magis diligebat Chriſtum, iuxta illud: *Simon Ioannis diligis me: plus his?* ergo plus diligebatur. Dico ad hoc, quod forte Petrus feruentius diligebat Chriſtum. Amor vero Ioannis quietus, & cum virginitate mixtus: propter quod vbicumque Chriſtus ei maiora dilectionis ſigna oſtendebat, licet Petro ſuæ Eccleſiæ hæreditatem reſeruaret. Sex autem ſigna familiaritatis ei oſtendit. Primo enim rex ſuo amico & familiari ſuam oſtendit potentiam. Sic fecit Chriſtus Ioanni in ſuſcitatione puellæ Archiſynagogi, vbi primum mortuum ſua poteſtate ſuſcitauit à mortuis, quod maius eſt poteſtate interficiendi hominem. Secundo, gloriam & magnificentiam, quod fecit in transfiguratione. Tertio, in amaritudine animæ ſuæ reuelauit ei ſecretum, ſciMat. 26 licet nocte paſsionis, quando dixit: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*. Quarto, quando ſuperuenit aliquod bonum beneficium vel officium, primo vocatur. Sic Chriſtus primo vocauit Ioannem cum Andrea ad officium Apoſtolatus. Quinto, cõſtituit eum ambaſsiatorẽ ſuum in cœna præparãda, quia fuit vnus ex duobus, qui ierunt ad parandum ſibi paſcha. Sexto, maxima familiaritas eſt inter regẽ & militẽ, quando per aliqua ſigna mutuo ſe intelligunt & cognoſcunt. Ioã. vlt. Sic Ioannes per internam inſpirationem ſibi à Deo latam ipſum præ cæteris cognoſcebat & intelligebat, vt patet, quando ſupra mare Tyberiadis ambulabat, cognitus eſt à Ioanne Chriſtus. Tunc enim virgo virginem agnouit.

SERMO II. DE EODEM, ET in ordine XXXV. Per Thema præcedens.

1 Aliquæ rationes propter quas celebratur tranſitus Ioannis ſecunda die poſt natiuitatem Chriſti.

PRætẽt rationes, quæ pręcedenti ſermone aſsignatę ſunt, de eo quod hodie & hoc tempore celebretur feſtũ S. Ioannis Euangeliſtæ, & nõ in die natiuitatis B. Ioannis Baptiſtæ, quo dicitur mortuus, poſſunt adhuc aliæ aſsignari. Quarũ prima eſt, quia per Stephanũ intelligũtur actiui, qui habẽt miniſtrare menſis; per Ioannẽ contemplatiui, qui cęleſtia contẽplantur. Ideo ad denotãdum quod vtrãq; vitã inſtituere venerat Chriſtus, & homines in vtraq; vita ſaluare, ne deſperent qui vitã nõ ducũt religioſam & cõtemplatiuã, ideo iſta duo feſta iunguntur natiuitati Saluatoris. *Principes populorũ cõgregati ſunt cũ Deo Abrahã.* Ridiculum enim eſſet dicere, quod ingreſſum in regno ſuo faceret rex ſine ſuis principibus. Et quia per anguſtias actiuæ fit trãſitus ad contẽplatiuam iucunditatẽ, & poſt copulã Lyę laborioſam ſequuntur dulcis Rachelis amplexus, ideo poſt feſtũ Stephani ſequitur feſtũ Ioãnis. Secũda ratio, ad oſtẽdẽdũ quod Chriſtus natus eſt, vt viã oſtendat ad gloriã, quæ primũ ignota erat, ſcilicet per tribulationes ad requiẽ: per lapides Stephani ad requiẽ Ioãnis. Si enim te manent tribulationes in mundo, recurre ad lapides Stephani, quia petra refugium herinacijs, & deinde ad lectum & requiẽ Ioannis, in quo cum Domino in pace obdormiuit. Etiam nõ poſſet commode celebrari eius ſolemnitas in die quo fertur mortuus, propter ſolemnitatem natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ. Vt autẽ digne celebrare poſsimus feſtiuitatem hodiernam, accedamus ad Rebeccam matrem noſtram, vt nos induat veſtimentis non quidem Eſau, ſed Ioannis, id eſt, gratiæ valde bonis. Illi ergo dicemus: Aue. Cũ Ioannes, ſicut dictũ eſt ſermone matutino, ſit ita familiaris Chriſto, oportet dicere, quod habebit à Chriſto de primis offi-

officijs vacantibus, & ita factum est. Primo enim constituit eũ Dñs suũ camerarium & secretariũ. Quia sit ita, patet primo, quia sicut secretarij in fine literarũ suarũ ponunt nomina sua in testimoniũ scripti, sic Ioannes in fine Euãgelij se subscripsit, dicẽs: *Hic est discipulus ille, qui testimoniũ perhibet de his, & scripsit hæc*. Secundo hoc idẽ patet, quia in cœna super dominicũ pectus recubuit. Tantũ enim biberat de vino, quod inebriatus vino cælesti dormiebat, nõ sicut cęteri ebrij, qui quod fecerũt aut audierũt, obliuiscũtur, sed benedictus Ioannes non sic fecit, qui ea scripsit, vnde cæteris altius hausti sapientiæ potauit, de quo Aug. In pectore enim Christi erant omnes thesauri sapientiæ & sciẽtiæ Dei absconditi. Ipse autẽ sedit supra fontẽ vitæ, à quo ipse abundantiã habuit, ita vt esset vnus de magnis fluuijs paradisi ad terrã Ecclesiæ irrigandã, imo fuit apotheca Spiritus sancti speciebus gratiarũ plenus. Pectus enim Christi est mẽsa cęlestis, in qua sunt delicię angelorũ; est etiã gazophylaciũ, in quo sunt omnes thesauri scientiarũ. Quando autẽ famelicus sedet ad mẽsam deliciarũ, valde saturatur. Quãdo egenus intrat gazophylaciũ, valde ditatur. Sic fecit Ioannes, cũ illic obdormiuit, ita vt, eius doctrina per orbẽ diuulgata, miretur orbis terrarũ. Ait Bruno super Gẽ. Tulit Iacob vnũ lapidẽ, & supponẽs capiti suo dormiuit, & tunc vidit secreta cælestia. Iste lapis erat Christus, super quẽ dormiẽs Ioannes non minora meruit videre quã Iacob. Scyphus enim Ioseph inuẽtus est in sacco minoris scilicet Beniamin, id est, Ioãnis Euangelistæ, qui minor erat Apostolorũ. Sic in sacco, id est, in corde humiliũ maxime inuenitur diuina sapientia. Ps. *Ibi Beniamin adolescentulus in mẽtis excessu*. Adã dormiẽs in paradiso terrestri prophetiã accepit de vxore sua: hic vero dormiẽs in paradiso angelorũ prophetiã accepit de spõsa agni & ecclesiæ. Sed quæri posset: Quid ibi volebat facere Ioannes? Dico quod interrogauit Dñm, dicens: *Quis est* (qui tradet te) nullus autem discipulorum hoc audebat interrogare. Nõ enim Petrus interrogare audebat, quia de sua passione loquens dure fuerat increpatus à Christo. Et etiã quia Ioãnes magis familiaris erat. Inde Petrus Damianus: Considerandũ est, fratres, qua deuotionis instantia beati Ioãnis flagitare debemus auxiliũ, quẽ sibimet interuẽtorem Apostoli ipsi petierũt. Quantũ apud iustũ iudicẽ poterit pro peccatoribus, qui & pro ipsis curiæ cælestis senatoribus interuenit? Ipse enim potest audire Iesum quotiens cumque voluerit. Tamquã enim familiarissimus nec facie eius confundet, quia nepos est reginæ & quasi filius eius, & regis cognatus. Sed nõne huic quęstioni satisfecit Christus? Dico quod sic, quia nihil occultat amicus amicis. Ioãnes autẽ amicus est Iesu. Si verus est amicus, effundit animum in amicũ suũ. Inde dixit Petro, cui curam de ouibus cõmiserat: *Quid ad te*, mihi cura est de illo.

B *Ioannes fuit camerarius & secretarius Christi. Ioã. vlt.*

Gen. 28

Psal. 67

Ioan. 13

Mat. 16

Ioã. vlt.

Sed oportet, quod amicus & familiaris regis æterni nõ stet in minoribus officijs, sed quod euolet ad alta. Ideo Dominus constituit eum thesaurarium suũ, quando sibi commisit matrẽ suã in custodiam. O maximum priuilegium & admiratione dignum, quando sib inuentrix gratiæ cõmendatur in matrem, Dei mater in directricem, & imperatrix orbis in custodiã. O quàm debebat habere plures præbendas, beneficia plura, qui habebat in custodia largitricẽ præbendarũ. Dominus Iesus cruci affixus nihil plus habebat in mundo, nisi suã crucem, cui hærebat, & matrem suam. Vestibus enim suis nudatus erat & discipulis. Crucẽ quasi quoddam magnum bonum retinuit sibi, sed Mariam discipulo dedit. Ad instar principis bellicosi, qui in bello positus destitutus à multis, paucis distribuit ex animo quæ habet. Vbi Petre eras, vbi Andrea? &c. solus astitit Ioannes, & thesauri Domini factus est custos. Vulgo dicitur quod bene afficitur ad thesaurum suum, qui mortis, quæ iam dentibus hęret, & suorũ vulnerum mortalium oblitus, de ipso

C *Ioannes Euangelista fuit thesaurarius Christi, & custodia matris suæ.*

Digitized by Google

constanter loquitur. Sic Christus mortis proximæ & suorum vulnerũ oblitus, de thesauro suo matre sua non obliuiscitur, & similiter recommendat matri suæ *Ioannem*, id est, suum dilectum, sicut matres habent sępe tales. Vnde Petro cõmendatur Ecclesia, huic Maria. Illi tumultuosa negotia, isti quieta. Illi luna vniuersalis Ecclesia, huic nedũ pulchra vt luna, verũ etiam electa vt sol, ad eũ portãdum, sicut sol ad nos illuminãdũ. Maximũ vero est Ioãnis priuilegiũ, quod post illud reclinatoriũ, in quo vidit *in principio erat verbũ*, sibi traditur officina illa in custodiam, in qua *verbum caro factũ est*, ac si in toto orbe melior, & fidelior inueniri nõ posset, cui tantæ matris ministeriũ reliquisset. Si tãtum ei allatũ est in exilio huius paupertatis, quãtum putas ei datũ est in terra celestis vbertatis? si tantum exaltatus est in hac valle miseriæ, quantũ eleuatur in solio gloriæ? Tria enim tantũmodo legitur Christus in hoc mundo habuisse dispensanda, scilicet matrẽ, Ecclesiã, & bursam suã. Sed optime cognoscens illorũ trium valorẽ, Ioanni & Petro fidelibus & probatis viris matrẽ & Ecclesiã cõmendauit. Latroni vero lucle bursam suã quasi nullius valoris dedit in custodiã. Parũ enim de bursa sua curat, qui eius custodẽ latronem facit. Nunc autẽ ecõtrario fit. Mater Ecclesia nũc vilibus & garsionibus datur in custodiam, qui lanã ab ouibus optime suscipiunt & arripiũt, oues vero in periculo frigiditatis ęternę dimittũt. Bursam suã cõmittunt fidelissimo & probatissimo viro cũ fideiussoribus, Ecclesiã vero pueris & garsionibus. Sed ecce filij sęculi huius prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Vnde credendũ est, quod vna cum matre Christi suũ sensit martyrium. Dixerat enim illi Dominus, & Iacobo fratri eius: *Calicẽ quidẽ meũ bibetis*. Sic ergo, quia nõ fallit Christus alicubi, suũ calicẽ epotauit. Nõ in dolio feruẽtis olei: cũ illæsus ab eo exiens nõ legitur passus. Nec in morte, cũ (Hieronymo teste) in termino vitæ in hoc matri socius, ab omni dolore inuenitur alienus. Igitur oportet dicere, quod simul cum matre passus sit. Inde Aug. Dicebat Dominus, Ecce mater tua: & mulieri, Ecce filius tuus. Dũ hæc pauca diceret, illi duo lachrymas fundere nõ cessabãt. Tacebãt ambo illi martyres, & præ nimio dolore loqui non poterant. Hinc ex Ioãne, & Maria, & Christo fit scala, qua pauperes peccatores ascendunt in cælũ. *Ferculũ fecit sibi rex Salomõ de ligno Libani, colũnas eius fecit argẽteas, reclinatoriũ aureũ, ascensum purpureũ media charitate constrauit propter filias Ierusalẽ.* In hoc ferculo, quod nos euehit ab hoc sæculo, est columna argentea. *Cephas & Ioannes, qui videbantur colũnæ esse, dexteras dederunt Paulo & Barnabæ societatis.* Maria virgo ascensus purpureus, sed media charitas est Christus, reclinatoriũ aureũ pater est. Quarto, Dominus verus, & summus Pontifex constituit eum protonotarium suum, nõ quod sit primus notarius tempore, quia Matthęus primo scripsit, deinde Marcus, tertio Lucas, & quarto Ioãnes: imo Ioãnes omnia alia ab Euangelistis scripta adhuc in carne viuens vidit, vt dicitur 3. li. Eccle. Hist. Sed fuit primus perfectione, quia de maioribus, & altioribus locutus est. Quia enim secundum Philosophum 1. Physicorum, à notioribus ad obscuriora innata est nobis via. Ideo cæteri Euangelistæ Ecclesiam quasi infantulam circa patentia humanitatis Christi gesta instruxerunt. Ioannes vero tamquã prouectam de difficilioribus instruxit, & ideo Theologus antonomatice dictus est. Vnde & Matthæus homo in figura describitur, quia in principio humanã Christi generationẽ tractat. Marcus vero leo, quia in principio Ioannis Baptistæ tamquã leonis rugiẽtis in deserto vocẽ exaltat. Lucas autẽ bos, quia in principio sui Euangelij Zacharia sacrificante Ioannẽ & Christum oblatos demonstrat. Boues enim antiquitus sacrificabantur. Ioannes vero in principio altissima diuinitatis documenta designat, ideo cæteris altius velut aquila volat.

D *De tribus, scilicet matre, Ecclesia, & bursa, quæ demersit Christus comisit.*

E *Ioannes fuit protonotarius Christi, & quare.*

Ioan. 1.

Ibidem.

Cant. 3.

Gal. 2.

Mat. 20

Sed

Sed quæritur, quare eum fecit Dominus ſuum protonotariũ? Reſpondetur, vt poſsit habere duo beneficia incompatibilia, ſicut & nunc habent protonotarij. Antiquũ beneficium erat his, qui erant in antiqua lege, vt donũ haberent prophetiæ, ſed hoc beneficiũ ceſsit Apoſtolatui. Inde Pſal. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.* Et ſicut impoſsibile eſt aliquẽ eſſe patrẽ primo, & poſtea filium: ſic iſta duo beneficia fuerũt incompatibilia. Propter quid Dominus fecit eum protonotariũ, ad ea ſimul habenda. Diues autem multum reputatur, qui ſimul habet in cellario ſuo vinũ vetus & nouũ, ſicut habuit Ioãnes.

Pſal. 44

Ioannes fuit Apoſtolus, Euãgeliſta, & Prophetа.

Fuit enim in Epiſtolis Apoſtolus, in Euãgelio Euãgeliſta, & in Apocalypſi Prophetа. In Euãgelio nos inſtruit in fide: in Apocalypſi ſpẽ prouehit de æternis, & timorẽ infert de beneficijs: in Epiſtolis charitatem cõmendat & laudat, erat enim diſcipulus ille notus põtifici, ideo non mirũ ſi multa obtinuit beneficia. Fuit enim Apoſtolus Chriſti, qui poſtquã abſolutus eſt per Mariæ tranſitum ab eius cuſtodia, ſeceſsit in partes Aſiæ: vbi tanta prædicatione fulſit, vt à Domitiano Romam deductus anno 14. Imperij eius, tunc feruente perſecutione in Chriſtianos, propterea quia Domitianus ſe faceret velut deũ adorari, tunc in feruentis oleidolium miſſus fuit, ſed illæſus exiuit. Tũc poterat dicere: *Impinguaſti* (Domine) *in oleo caput meum, & calix meus inebriãs quã præclarus eſt.* Et illud: *Obumbraſti ſuper caput meum in die belli.* Nam & de eo dicit Dominus in Pſal. *Eripiã eum & glorificabo eum*, eripiã eũ ſcilicet de torméto, *lõgitudine dierum replebo eũ*, quia vixit vſque ad nonaginta annos, *& oſtendã illi ſalutare meũ*, in gloria. Tãta autẽ gratia, & tanta grãuitate pollebat, vt poſt exitum à dolio, præſes libẽter dimiſiſſet eũ. Nec Domitianus ob eius rẽuerentiã voluit eũ vltra torquere, vt impleretur quod dictum eſt à Domino: *Sic eum volo manere.* Sed miſit eum in exilium ad inſulam Pathmos, vbi relegabatur ad metalla portanda, & ibi Apocalypſim ſcripſit.

Pſal. 29

Pſ. 139.

Pſal. 90

Ioã. vlt.

Sic igitur fuit ſecũdo Propheta in Apocalypſi, in qua magno ſpiritu prẽuidit vltimũ finalem Eccleſiæ ſtatũ, bonorũ prẽmia, & malorũ ſupplicia. Multi affectant ſcire, ſed refugiunt laborem, & quærunt ſcientiam in delicijs, recreationibus & otijs. Sed *ſapientia nõ inuenitur in terra ſuauiter viuentium.* Ioannes autem ſuam Prophetiam in exilio ſcripſit, vbi nõ omnia neceſſaria creditur habuiſſe. Sed mortuo Domitiano, & interfecto à Senatu, omnia facta eius reuocata ſunt à Nerua ſuo ſucceſſore. Et ſic Ioannes ab exilio Epheſum redijt. Et ſicut dicit Hyrenẽus Lugdun. poſt Timotheum à Paulo ordinatũ, illic ordinatur Epiſcopus, vbi multis miraculis claruit. Contra Cratonẽ philoſophum prædicauit, & gemmas confractas ſolidauit, & ipſum conuertit, alios etiam duos conuertit, qui, venditis omnibus, ſecuti ſunt eum. Et propterea, quia eos pœnituit ſequi eum, mutauit frondes in aurum, & lapides arenæ in gemmas, & propter hoc ſuſcitauit iuuenem quendã. Item feuertens ab exilio, ſuſcitauit Druſianam ad preces populi Aſiæ, qui vẽit ſibi obuiã, dicens: Benedictus qui venit in nomine Domini. Venenum bibit, & templũ Dianæ Epheſi deſtruxit. Arctiſſimam tunc vitam ducebat, ſed tamen diſcretione tẽperabat. Nam & aliquando paruis iocis & honeſtis ſenex laſſis corpore, ne otio vacaret, ſe occupabat. Vnde Caſsianus li. Collationum dicit, quod cum Ioannes cum quadam auicula luderet, ſuperuenit quidam Arcitenẽs, qui à longinquis partibus ad ipſum venerat propter famam eius viſitare, & eo viſo ſic ludente, deriſit, dicens: Quomodo hic ſenex, cuius tãta eſt fama, ſic cum auibus vt puer ludit? Reſpondit Ioannes: Quare non tenes ſemper arcũ tuum extẽſum? Reſpondit: Quia virtus eius laxaretur, & in beſtias minime poſſet impetus eius. Ad hęc Ioãnes: Sic & rigor diſciplinę, & operis aſsiduitas arcũ corporis laxaret & redderet inutilẽ, ſi nõ quãdoque indulgeretur ei. Tertio, fuit Euãgeliſta in Euãgelio. Poſt-

Nota.

Ioã. 21.

quam enim redijt ab exilio, creuerunt multæ hæreſes. Nam quidã dicebãt matrimonia eſſe cõmunia, vt Nicolaitę, de quibus mentionem facit in Apocalypſi, nõ tamen quod Nicolaus Diaconus illam ſectam inceperit, vt dicitur in libr. Eccle. Hiſt. quia ille fuit ſanctus homo, ſed occaſionem ex quodam facto ab eo ſumpſerunt. Alij, vt Cherintus, & quidã pauperes ſenſu (qui Ebionitæ dicti ſunt) negabant Chriſtum eſſe Deum, & deprauabant ſcripturas. De quo Cherinto legitur eodem libro, quod cum Ioannes veniſſet ab balnea lauandi gratia, & vidiſſet ibi Cherintum euntẽ, dixit: Fugiamus hinc, ne balnea ipſa corrumpant nos, in quibus lauatur Cherintus veritatis inimicus. Ideo ad preces Aſiaticorũ Epiſcoporum ſeptuaginta quinq; annorũ ſcripſit Euãgeliũ cõtra Cherintũ, vt dicit Hugo Floriacen. & hoc triduano inſtituto ieiunio; in quo ſuppleuit ab alijs minus dicta, & in quo, ſecundũ Auguſtinũ, non ſolũ terrarum ſpacia, vt Geometræ: non ſolum ſiderum altitudines, vt Aſtrologi: nõ ſolum Angelorũ choros, ſed etiam cælos omnes cõſcendit. Niſi enim cõſcendiſſet, quomodo ad verbum, per quod omnia facta ſunt, peruenit? Inde Origenes: Ioannes tranſcendit non ſolum quæ dici aut intelligi poſſunt, ſed quam omnem intellectũ, omnẽ denique ſermonem excedunt. Petrus alte volauit Deum, & hominem confitens ex tẽpore factũ, ſed altius Ioannes, clamans eum de Deo genitum. Paulus vſque in tertium cælũ raptus eſt, ſed Ioannes vſque ad vltimũ, imo ſuper omnes cælos: Paulus audiuit verba, quæ non licet homini loqui, Ioãnes vero vnicum verbũ audiuit, quod ei loqui licuit, quãtũ poteſt hominibus prędicari. Imo, ſecundum Hieronymũ ſuper Zacha. ea auſus eſt propalare myſteria, quæ forſitã mens neſciuit angelica. Vnde qui prius erat ardea piſcans piſces in aquis, factus eſt aquila prędam capiens in cælis. Stellæ enim cæli propinquiores magis illuminãtur quã remotiores, vt luna. Sic Ioannes præ cæteris eſt illuminatus, qui Chriſto vero ſoli propinquior. Hinc, ſecundũ Helinandũ, fertur beatiſsimus Ioannes pro illo loco ſecretiſsimo, in quo ſeceſſerat diuina ſcripturus, oraſſe, vt nullas huic inſiſtens operi ventorum aut imbrium pateretur iniurias, & adhuc locus ille vſque in hodiernum diem talem ſerenitatẽ obſeruat. Huius diſcipuli fuerunt ſanctus Papias Hierapolitanus, Polycarpus Smyrnenſis, Ignatius Antiochenus, Miſenus Sardenſis, qui eius vitam ſcripſit, & Craton philoſophus, quem conuertit.

G *Dex-cellentia doctrina Ioannis.*

Quinto, Dominus Ieſus nõ ſolum põtifex ſummus, ſed & princeps regum terræ dedit ei regum ęternũ, & inuitauit ad ſuũ cæleſte conuiuium. In magnis enim feſtiuitatibus potentes ſuos amicos ſolẽt ad conuiuia vocare, alios per literas, alios per nuncios, alios ore proprio. Ioannes autem ſicut intimus amicus ore proprio vocatus eſt. *Sic eum volo manere donec veniam.* Ideo inuitatus non diſtulit venire. Ait enim Dominus ſibi: Veni dilecte mi, tempus eſt, vt epuleris in conuiuio meo cum fratribus tuis. At ille reſpõdit: Gratias ago tibi Domine, quia me dignatus es ad tuas epulas inuitare, & ſtatim die Dominica (quidam dicũt, quod erat dies natalis Ioãnis Baptiſtæ, Miletius vero, quod erat dies Dominica in Octauis Paſchę,) fecit ſibi parari foueã, & valedicens populo poſt prædicationem longam, introiuit in foueam, & ibi obdormiuit in Domino. Magnam enim habuit Ioannes moriendi voluntatem, & eſſendi cũ Chriſto, quando in ſepulcro ingreſſus eſt. Valde deſiderabat guſtare illud cõuiuium, ideo gratias agit inuitãti. Theſaurus ſuus Chriſtus & Maria erant in cęlo, & vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum, ideo ibi eſſe ſumme deſiderabat. Inde ait: Suſcipe me cũ fratribus meis, & ipſo intrante in foueã apparuit lumen immenſum, & abſcedente lumine poſt horã & amplius nihil ibi inuentum eſt, niſi manna ad modum fontis ſcaturire, corpus autem eius ibi non eſt inuentum. Itaque de corpore

H *Quia Chriſtus eum ore proprio vocauit ad regnum ſuum.*

Ioã. vlt.

eius

Ioã. vlt. eius neſcitur vbi ſit. Quidam dicunt propter verbum Chriſti, *ſic eum volo manere*, quod latet ſub terra viuens, & expectans Chriſti aduentum ad iudicium. Sed iſtud reprobat Auguſt. quia tunc Chriſtus non maxime dilexiſſet Ioannem inter cæteros Apoſtolos, quos iam collocauerat in ſuis potioribus bonis, niſi eum collocaret in gloria ſua. Alij dicunt, quod etiã tranſlatus eſt in paradiſum terreſtrem, expectans ibidem aduentum Antichriſti cum Enoch & Helia, ita quod ſicut in lege naturæ tranſlatus eſt Enoch, & in lege ſcripta Helias ad teſtificandum contra Antichriſtum, ſic in lege gratię Ioannes, vt dicunt. Sed iſtud refelleretur vt prima opinio. Ideo eſt tertia opinio, quod eſt in corpore & anima in paradiſo cæleſti tenens ſocietatẽ corpori Chriſti, & matris eius. Hoc enim poteſt multipliciter deduci. Chriſtus enim cuſtodiuit corpus eius, ne corruptioni ſubiaceret, ne oleum feruens adureret, ne venenum noceret, ne gladius eum interimeret. Si tam fuit liberalis in mũdo, cur non in cælo? Secũdo, Ioannes fuit Chriſti ſeruus, & amicus ſicut cæteri Apoſtoli, & cũ hoc fuit filius virginis per adoptionem, & Chriſti per creationem ſicut alij: igitur dupliciter filius, ergo duplex ſibi manebat portio. Si ergo alij diſcipuli portionem habuerint quo ad animã: ſequitur, quod ipſe quoad corpus & animam habuerit. Et hoc pulchre figuratũ eſt, quod Ioſeph inuitauit omnes fratres ſuos, & dedit ſingulis ſtolas duas, & Beniamin minimo quinque, quia frater erat ex parte patris & matris: ſaltem Beniamin plures ſtolas habuit quã fratres ſui. Sic de Ioãne reſpectu aliorum, igitur. Tertio, quia corpus ſuum nullibi inuenitur in terris, ſicut corpora cæterorum inueniuntur. Et quia corpus ſuum non inuenitur in terris, vbique nomen eius celebre habetur, & multiplicatur in hominibus: ſicut nobiles vbi non habent terram, tamen ſibi retinent nomen. Sic Ioannes licet hic inferius terram ſuã non habeat, nomen tamen ſuum multiplicat.

1 Quia ſit in cælo in corpore & anima, probatur aliquibus rationibus.

Gen. 45

Quarto, non debet eſſe mirum, ſi Chriſtus pro ſuo ſpecialiſsimo amico voluit concedere, quod in morte ſua multis dignatus eſt dare. Sed reſurrectionem in corpore & anima dedit multis in ſua reſurrectione, quia multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt. Quicquid ſit de hoc probabiliter dictum, non eſt pro certo diffiniendum. Tum primo, quia Sapiens inter tria difficilia vnum reputat, viam aquilę in cęlo, vel contemplando cæleſtia, vel etiam per quam euolauit ad Chriſtũ. Tum ſecundo, quia Petro de hoc interroganti dixit Chriſtus: *Quid ad te?* Quid ergo habemus de hoc temere diffinire? Quicquid tamen ſit, Ioãnes in hoc Moyſi aſsimilatur, quia aſſumptus de aquis, & legem ſcribens populo Iſraẽl mortuus eſt, & corpus eius poſtea nullibi inuentum eſt. Sic B. Ioannes aſſumptus eſt ex aquis vbi piſcabatur, & legem ſcripſit Euangelicam, & poſtea nullibi inuentum eſt corpus eius.

Pro. 30.

Ioã vlt. Nota.

DE EODEM SERMO III. ET in ordine XXXVI. Per Thema.

Quartum animal ſimile aquilæ volanti. Apoc. 4

Quæritur, quare potius Ioanni quàm cęteris Apoſtolis conceſſum eſt ſuper pectus Domini recumbere, & ibi diuina perdoceri myſteria. Non enim videntur alij eo fuiſſe inferiores ſanctitate? Reſpondetur, quod hoc maxime iudicatur fuiſſe propter prærogatiuam virgineæ puritatis. Congruum enim fuit, vt ſuper pectus virgineum ſolus virgo recumberet, & à virgine edoceretur virgo. Integritas enim mentis & corporis multum valet ad ſapientiam capeſſandam. Econtrario humor carnalis concupiſcentiæ impedit debitam oculi interioris ſeu intelligentiæ diſpoſitionem. Inde Philoſoph. 3. de animalibus dicit, quod aues habentes in oculis humorem purum & temperatum ſunt acuti viſus & alti volatus, vt patet de aquila, quæ propter puritatem oculorum volat altius cæteris animalibus, & ſolem cernit

A Propter prærogatiuam virginitatis Ioannes meruit à Domino amplius cæteris edoceri.

irreuerberatis obtutibus. Cum ergo Ioãnes haberet oculum mẽtis depuratũ ab omni concupiſcentia carnali, nec vnquã fuiſſet expertus nuptias, ſicut cęteri Apoſtoli, non mirũ ſi tamquã cæleſtis aquila præ cæteris altius volauit, & fluẽta ſapiẽtiæ de ipſo dominici pectoris fonte potauit. In quo edocemur, quod ſi volumus volare ſublimius pennis virtutũ, & cæleſtia contẽplari limpidius, amplecti debemus cum Ioanne puritatẽ mentis & corporis. Sic enim fecit & Paulus, qui de pu-
2 Tim. 1 ritate ſua loquens ait: *Gratias ago Deo, cui ſeruio à progenitoribus in conſcientia pura*, & quaſi iam ad cæleſtia euolaſſet, dixit:
Phil. 3. *Noſtra converſatio in cælis eſt*, & ita alti volatus fuit, & acutiſſimi viſus, quod vſque ad tertiũ cælum, id eſt, vſque ad tertium genus viſionis, quo contẽplabatur Trinitatẽ, raptus eſt. Vnde Caſsiod. Paulus venit ad tantã ſapientiam propter carnis munditiã. Narrat etiã Greg. Nazian. quod cum ipſe iuuenis ſtuderet Athenis, apparuerunt ei in viſione duæ ſpecioſiſsimæ puellæ: quæ accedẽtes propius ruerũt in eius amplexus, ipſe verò vt caſtus erubuit, & admiratus nõ modicũ, ait: Quænam eſtis? At illæ: Nos (inquiunt) ſumus duę puellę admodũ tibi familiares & dilectę. Et ego ſum caſtitas, dicit vna: & alia dicit: Ego ſum ſapiẽtia: & venimus ad te, volentes tecũ, ô caſtiſsime iuuenis, habitare, quia tu nobis in corde & corpore tuo ſanctũ habitaculum præparaſti. Sapiẽtia enim in animas ſanctas ſe trãsfert, & immundum habitaculũ deteſtatur. In
Exo. 19 cuius figura legitur, quod Moyſes filijs Iſraël recepturis legẽ præcepit, vt veſtimenta laũarent, & à mulieribus abſtinerent. Cũ enim lex Domini ſit immaculata, & eloquia Dei caſta, diuina ſapientia immaculatũ & caſtũ requirit diſcipulũ. Ideo dicit Hugo in Didaſcalõ. Illaudabilis eſt ſciẽtia, quã vita maculat impudica.
1 Reg 21 Inde Abimelech ſacerdos antequã panes propoſitionis daret Dauid & pueris ſuis, diligenter quæſiuit: Sunt ne vaſa puerorum munda à mulieribus? In quo datur intelligi, vt qui deſiderat à ſummo ſacerdote Chriſto panẽ ſapientię & intellectus cibari, ſtudeat caſtitati. Sicut enim candela madefacta vix poteſt accendi: ſic in corde carnali pleno concupiſcentia lumen doctrinæ vix poteſt ſuſcipi, & ſi forte ſuſcipitur, cito à vento vanitatis extinguitur. Et ſicut oculus corporalis clare videre non poteſt, ſi fuerit lippus vel ſordibus plenus, ſic ad hoc quod oculus ſpiritualis ſincere diuinam ſapientiam contempletur, ab humore carnalis concupiſcẽtiæ depurari oportet. Ideo: *Aperuit Dominus oculos pueri, & ecce mons plenus equorũ & curruum ignitorum in circuitu Heliſæi.* Perfecta namque cõtemplatio ſapientię non compatitur fœditatem incontinentię. Inde Hier. Epiſt. 70. ad Ruſticũ monachũ: Ama ſcientiam literarum, & vitia carnis non amabis. Quia vero excellentiſsima inter omnes puras creaturas caſtitate mentis & corporis enituit virgo Maria, idcirco copioſius cæteris omnibus hauſit de ſapientia cæleſti. Imo in eius vterum deſcendit ille, in quo ſunt omnes theſauri ſapientię & ſcientię Dei abſconditi, qui etiam eſt diuina ſapientia. Igitur ad eam confugiamus, vt edoceamur, &c.
4 Reg 6

Differentia eſt inter humanum oculũ & aquilinum, quia humanus oculus non ſufficit ad reſpiciendum rotam ſolis in ſplẽdore ſuo, niſi forte interponatur aliqua nubes, ſed oculus aquilę eam melius & acutius videt. Sic oculus humanus hic non eſt ſufficiens ad habendum clarã notitiam de cæleſtibus, & ſignanter de Trinitate, nec poteſt cognoſcere niſi mediãte nube fidei, per quã inducimur ad credendum huiuſmodi myſteriũ Trinitatis, nec poteſt quis oculo fixo intueri, quia omnẽ humanum intellectũ excedit. *Lucẽ inhabitat inacceſsibilẽ, quã nullus hominũ vidit.* Neq; enim hoc cognouit Salomon, quia difficile eſt cognoſcere viam maris, principaliter quando eſt ibi infinita profunditas. Auguſtinus autem vocat Trinitatẽ pelagus infinitũ, quia ſicut in mari quaſi non inuenitur fundus, ſic nec in Trinitate.
8 *Oculus Ioannis quaſi aquilę clarius cæteris vidit myſterium Trinitatis.*
1 Tim. 6
Pro. 30.

Sed

Sed tamen oculus aquilæ, id est, B. Ioannis, omnem intellectum excessit humanum, sicut oculus aquilæ oculum hominis. Nam Ioannes per aquilã figuratur, sicut etiã patet in verbis Thematis: *Quartũ animal simile aquilæ volanti*. Iuxta Thema duobus sermonibus ostendemus, quomodo Ioannes recte cõparetur aquilę, eo quod ei cõueniunt cõditiones aquilæ, de quibus aliquas dicemus hoc sermone matutino, reliquas vero sermone sequẽti. Igitur Ioannes cõparatur aquilæ. Primo, quia sicut aquila in arduis ponit nidum suum, sic Ioannes tenuit altitudinẽ status. Primo, quia statum vitę virginalis. Secundo, quia statum vitæ contẽplatiuę. Quo ad primũ, triplex inuenitur status. Primus est eorum qui habitant in terra, qui faciunt opera terrena & carnalia. *Quæ nupta est, cogitat quæ sunt mũdi.* Nuptiæ enim replent terram. Secundus est viduarum, eorum scilicet qui habitant inter cælum & terrã, qui post opera carnalia eleuãtur ad spiritualia. Vnde Ezechiel in vtroque statu fuit. Habuit enim vxorem, sed ea mortua, dixit: *Eleuauit me spiritus inter cælum & terram*. Tertius est eorum qui habitant in cælo, recte facientium opera cælestia. *Virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu*, qui dicere possunt: *Nostra conuersatio in cælis est.* Hæc enim est Angelorum conuersatio. Hieron. In carne præter carnem viuere, non terrena vita est, sed cælestis. Conuersantur enim sancti in cælo, vbi *non nubent neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei.* In hoc statu semper fuit Ioannes, qui virgo electus à Domino, virgo in æuum permansit: & sic altam posuit conuersationem suam, quando vocatus de nuptijs à Domino (vt dicit Hieron. super quo disputatum est primo sermone) statum virginitatis assumpsit, de quo posset intelligi illud Iob: *Numquid ad præceptum tuum*, id est, ad vocationem tuam, *eleuabitur aquila*, de statu carnali ad cælestem, *& in arduis ponet nidum suum?* Quia si quis dixerit: Ergo secundum Hieronymum Ioannes perdidit virginitatem, & per consequens non semper mansit virgo, vel saltẽ mẽte corruptus fuit. Respondetur, quod duplex est virginitas. Vna corporis, & ista perdita nõ recuperatur, nec illam perdidit Ioannes. Alia est mentalis, & ista dupliciter potest perdi. Vno modo per matrimonij iusti desiderium, & ista perditur sine peccato. Alio modo per concupiscentiam malam, aliter quàm in matrimonio, & ista perditur per culpam, & vtraque reparari potest. Primo modo perdidit eam Ioannes, secundum dictum Hieronymi, sed reparata est, ipso virginitatis statum assumẽte. Occasione huius virginitatis creditur cum ciuibus cęlestibus multam familiaritatẽ habuisse, propter quod Angelus renuit ab eo obsequiũ accipere, & forte propter periculum idololatriæ, vel quia Ioannes iam par erat Angelis, vel maior, vel ad maius officiũ deputatus. In cuius signum Gabrieli iũctus est tamquam socius ad Marię custodiam, & in tantum à Christo dilectus, vt dixerit Christus matri suæ: *Mulier, ecce filius tuus.* Amor enim transformat amantem in amatum, vt dicit Dionysius. Ac si dixisset: *Et species quarti simulo filio Dei.* Secundus status, quem assumpsit, quodammodo consequens ad statum virginitatis, est status vitæ contemplatiuæ. Est enim duplex vita, scilicet actiua & contemplatiua. Vita actiua est, qua homines etiam boni implicantur sæcularibus negotijs, & recte conuersantur in medio huius nationis praue & peruersæ, intenti quomodo alijs prosint, vt per eleemosynas vel per prædicationẽ, aut alijs modis. Ecclesiastes: *Cogitaui vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuitarémque stultitiam, donec viderem quid esset vtile filijs hominum, quo facto opus est sub sole numero dierum vitæ suæ.* Et: *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulturæ in matrẽ omnium.* Contemplatiua est, qua spirituales viri cessant à secularibus negotijs intenti meditatio-

C *De triplici statu: virginali, viduali, & coniugali.*

1. Cor 7

Ezech. 8

2. Cor. 7.

Phil. 3.

Mat. 22

Iob 39.

D *De differẽtia vitæ actiuæ & contemplatiuæ.*

Ioan. vlt.

Dan. 3.

Eccles. 3

Eccl 40

ni, lectioni & orationi, cuius dulcedine adeo rapiuntur à temporalium cura, vt nihil pene de illa sentiant, dicentes cũ Psal. 7. Psal. *Et conculcet in terra vitam meam.* Et illud: Cant. 5. *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Cum autem venter noster, qui sæcularibus negotijs implicamur, adhęserit terrę, adeo quod oculos nostros statuerimus declinare in terram, nec à terra valeamus aliqualiter subleuari; quis dabit nobis pennas sicut columbæ, vt volemus in solitudinem eorum, qui se elongauerunt à strepitu mundi, & assumentes pennas vt aquilæ volant & non deficiunt, donec à solitudine perueniant ad desertũ illud, vbi pastor, relictis ouibus nonaginta nouem, venit, quęrens ouem centesimã quę perierat? Et hunc statum maxime tenuit Ioannes in Pathmos insula, in quã fuerat relegatus, vbi contẽplatione sua meruit cõmunicare & cõuersari cũ ciuibus cælestibus, & edoceri de futuro statu Ecclesiæ. Sunt enim actiui terra, contẽplatiui cælum, quæ in principio mundi creata sunt: quia actiui, dum in terra versantur, quasi terra sunt: contẽplatiui vero cælũ, dum quærendo quæ sursum sunt nõ quæ super terrã, conuersantur in cælis. Actiui sunt natatilia in aquis vel reptilia, contẽplatiui volatilia super terram: quia dum inter fluctus mundi quatiũtur, quasi natatilia in aquis sunt, sed alij dũ pennis cõtemplationis volãt ad alta, quasi volatilia in libero aẽre manẽt. Actiui sunt Iaphet: contẽplatiui Sem, dum alios dilatat per bonam operationẽ: in aliorũ vero tabernaculis Deus inhabitat per internã quietem. Illi cũ Rebecca de cameli deformitate descendunt, alij cum Isaac ad meditandum in agro exeunt, quia dũ alij peccatorum deformitatẽ deponũt, cum Rebecca de cameli gibbo descendunt, alij meditationi & orationi vacãtes in agrum diuinę lectionis exeunt. Sunt nempe primi Iacob in stadio mundi luctantes, alij Israel per contẽplationem Deum quotidie videntes. Illi Lya, isti Rachel, quia dũ illi propter perplexitatem temporalium Deum clare videre non possunt, quasi Lya lippis oculis sunt, alij dum ipsum contemplantur, Rachelis venustum aspectum habent. Illi contra Amalech cum Iosue pugnant in valle, isti cum Moyse pro populo Dei orant in monte: quia dũ illis est colluctatio, non tantum aduersus carnem & sanguinem, sed etiam aduersus principes & potestates tenebrarum harum, quasi cum Iosue cõtra Amalech, id est, populum lingẽtem sanguinem pugnant, isti in oratione suspensi à terra quasi in monte cum Moyse orant. Illi cũ cæteris discipulis manent in pede mõtis, isti cum Petro, Iacobo, & Ioanne in mõtem ad contemplandam Christi transfigurationem ascendunt. Primi sunt duo molentes in mola, dum in circuitu mundanorum voluuntur & versantur. Secũdi sunt duo in lecto contemplationis. Sed vnus ex vtroque statu assumitur, & alter relinquitur, quia secundũ exigentiã meritorum alij assumuntur ad regnum, alij gehennæ relinquuntur. Primi, quasi Petrus, cui dictũ est: *Tu me sequere.* Secundi, quasi Ioannes, qui in cœna recubuit, de quo dictũ est: *Sic eum volo manere donec veniam.* Sic igitur merito Ioãnes aquila dicendus est, qui tantã tenuit status arduitatem & altitudinẽ, vt quasi contingeret cælũ stans in terra per virginalẽ & contemplatiuam vitã. Secunda conditio est, quia aquila est auida prædæ, & citissime descendit ad prędã, liberalisque est ita, vt cæteris animalibus partiatur prędam, nisi sit famelica. Sed si famelica est, nec sibi sufficiat, proximiorẽ sibi auẽ rapit & deuorat. Sic Ioannes auidus prædę cęlestis, velociter ad pectus Domini se inclinauit, prædã illic capturus, vnde disperget omnibus auibus, id est, prædicatoribus & Christianis, supra modum inebriatus ad doliũ, sed gratia Dei nõ sicut ebrius oblitus est eorũ quæ illic didicit, sed memoriter tenens omnibus contradidit. Ait enim: *De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Ioan. 1. Pectus istud, super quod reclinauit Ioãnes, pectus erat Aaron, in quo ponebatur

ratio-

rationale ornatum lapidibus cæleſtis coloris. Nam in Domino Ieſu erat omnis rationabilitas ſcientiarum & doctrinarũ cæleſtium. Vel pectus illud pectus eſt ſapientiæ, quod dicitur *pectuſculum eleuationis*, quia ſapiẽtia eleuat hominẽ ad ſuperna. Et quod ponebatur in pectore Aaron rationale, ſignat quod ſapiẽtia noſtra debet eſſe diſcreta. *Rationale obſequiũ veſtrũ*: & quod debet eſſe de rationabilibus & cæleſtibus, non de mundanis, quia *ſtultã fecit Deus ſapientiã huius mũdi*, propter quod virga Aaron deuorauit virgas Magorum, eo quod de mundana ſapiẽtia ait Dominus: *Perdam ſapientes de Idumæa*. Sed modo oppoſitũ fit, quia ſapiẽtia Poẽtarũ Moyſi, imo Chriſti ſapientiã deſtruit. Non ſapientiã mundi quærebat Ioannes, quãdo appropinquauit ad fontẽ totius ſapiẽtię, ſed ſupra mundanã: cuius odore & ſapore ſic recreatus eſt, vt poſſet tunc dicere quod in fine, Odor tuus Domine concupiſcentias in me excitauit æternas. Nec mirũ, quia odor eius eſt, *ſicut odor agri, cui benedixit Dominus*. Ille eſt odor, ſine quo non curritur, quia nemo venit ad Patrem niſi tractus à Filio, ſicut & ad Filiũ nemo venire poteſt, niſi Pater ſuus traxerit eũ. Sed ad iſtũ odorẽ varij vario modo ſe habent. Sunt enim quidã ſortiti animã bonã, quos à puero notauimus anhelare ad diuinos odores, & ad cæleſtia deſideria naturali quodã inſtinctu ſuſpẽdi, nondũ habẽtes vſum rationis plenũ. Habẽt autẽ alij curuas in terris animas & cæleſtium inanes, inſtar pecorum. Vnde diſcipulus patris vnius ex eremo cõqueſtus eſt eidẽ cum admiratione, quod vnus è fratribus apoſtatauerat: Mirare (inquit) potius fili quo pacto remanet aliquis, ſi non venit ſpecialiter à Deo, nõ humano ſolũ cõſilio fretus. Exemplũ addidit de vario genere catulorũ, quorũ aliqui per odorẽ beſtiæ perſequũtur eã infatigabiliter, dum alij, quãuis excitati per clamorẽ, ſtatim deſiſtunt, nec alios comitantur, quia odorem venatieum naribus non hauriunt. *Chriſti* (autẽ) *bonus odor ſumus*, dicebat Apoſtolus, ſed non omnibus ad vitã, quemadmodũ Iudas, quando domus repleta eſt ex odore vnguenti, non cucurrit, ſed lapſus eſt. Ioannes autẽ illo odore perfuſus velocẽſſime cucurrit ad Chriſtum, aſſumens pẽnas vt aquilæ, ſimilis Nazarẽis, de quibus dicitur, quod ſunt *aquilis velociores*, leonibus fortiores. Infatigabiliter etiam volauit, de illorũ numero, de quibus dicitur: *Sancti, qui ſperãt in Domino, mutabunt fortitudinẽ: aſſument pennas ſicut aquilæ, current & nõ laborabunt, ambulabũt & nõ deficient*. Et ſicut aquila famelica nec habens ſufficientem alimoniã, proximiorẽ ſibi auem rapit & deuorat, ſic & Ioannes non cõtentus de præda Iudæorũ, quaſi non eſſet ſufficiẽs, etiã gentiles, qui ſibi per vitæ eius & doctrinæ imitationẽ proximabant, velut famelicus rapiebat & deuorabat, vt cum eo fierẽt membra vnius corporis myſtici, cuius caput eſt Chriſtus. Vel deuorabat & deſtruebat hæreticos, qui ſibi approximare videbantur, vt haberent de præda ſua, id eſt, vt ſibi tollerẽt diſcipulos ſuos per doctrinã ſuã fallacem, quos tamen acquiſierat Chriſto per veram & ſanam doctrinã. Tales enim ſicut Ebionem, Cherintum, & cæteros cõfundebat Ioãnes. Vnde & Ioãnis buccina perſonãte vulua hæreticorũ ſine liberis facta eſt, & vbera eorum facta ſunt arentia, & reuelata eſt inſipientia magiſtrorum mẽdacij. In cuius ſignum dicitur: *Da eis Domine*, (ſcilicet hæreticis.) *Quid dabis eis? Da eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia*. Huius enim operationis impletio facta eſt in Ioanne, qui exaltans vocem ſuam tamquam tubam, peccãtium mentes perterruit, eorum ſcilicet qui bella volunt, & linguas præcipitauit. Optima eſt hæc tuba non tantum cornea, ſed argentea & aurea. Cornea, quia ſicut cornu carnem excedit, ſic iſte diſcipulus defectus carnis ſuperauit, quæ ſurſum ſunt ſapiens, non quæ ſuper terram, in carne ambulans, ſecundum carnem militans, ſicut cornu carni inhæret & eam ſuperat. Argentea etiam eſt & aurea, quæ eloquij venuſtate reſplen-

Leuit. 7

Exo. 39

Num. 12

1. Cor. 1

Abd. 1.

E
Varij diuerſimo de ſe habent ad odorem Chriſti.

Gen. 27

Ioan. 6.

2 Cor. 2

F
Ioannes confundebat hæreticos & perturbabat buccina Euangeli.

Thren. 4

Eſa 40.

Oſea 9.

Digitized by Google

reſplenduit, ſenſus profunditate enituit. In auro enim ſapientia, & in argento eloquentia intelligitur. Ductilis etiã eſt, quia terendo non frangitur, ſed producitur. Malleis enim tribulationum examinatus, non defecit, ſed profecit.

DE EODEM SERMO IIII. ET in ordine XXXVII. Per Themа prædictum.

A In doctrina Ioannis eſt refectio omnium fidelium.

BEnedictus Dominus, qui ſic prouidit aquilæ noſtrę Ioanni, vt haberet vnde diſtribueret prędam nõ ſolum domeſticis Iudæis, ſed etiã toti mundo. Fecit autem Dominus ſicut bonus dies, qui tempore cariſtiæ miſertus pauperum aperit horreũ ſuum, & facit domum ſuã conſuetudinariam pauperibus. Nam Dominus in Eccleſia ſua aperuit horrea ſua, Doctores ſuos continentes triticum ſapientiæ ſalutaris, vt inde ſuſtententur pauperes fideles ſui; quia *non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei*. Et maxime hoc fecit per B. Ioannem Euangeliſtã: cuius doctrina tamquã purum triticũ ſpiritus in totum orbem tã copioſe diffuſa eſt, vt non ſolũ per menſem vel annũ, ſed vſque in ſęculum ſufficiat totum ſuſtentare mundum. De quo dici poteſt illud: *In medio Eccleſiæ aperiet os eius, & adimplebit illũ ſpiritu ſapientiæ & intellectus.* Bene dixit, in medio Eccleſię, vt eſſet eius doctrina communis, ſicut ſi quis aperiet ſaccũ in medio foro, vt omnes ad illũ attingerent. Cõtra illos, qui prædicãt in latibulis, vt hæretici, & qui non omnibus, ſed tantũ aliquibus propter fauorem & gloriam prædicant, & ſolum magnis perſonis. Non ſic iſte, ſed in medio Eccleſiæ. Nec de vacuo corde verbum protulit, quia impleuit eum Dominus, & nõ ſolum ſpiritu intellectus, ſed etiam ſapientiæ, quæ affectionem impręgnat. Sine ſpiritu intellectus eſt prædicatio ſtulta, ſine ſpiritu ſapientiæ indeuota. Multi enim ſunt, qui prædicant, qui nondũ intellectũ habent, prius docẽtes, quã diſcãt, ſimiles veſicis plenis vento, quæ ſonant cum tribus piſis. Multi & habentes intellectum: nondum ſapientiã habent: in quibus non viuit ſcriptura, quia tantummodo picta eſt in memoria ſicut in codice, ſed nõ viuit in eorum affectione. Beatus autẽ Euãgeliſta Ioãnes plenus erat ſpiritu ſapientię & intellectus, taliter quod *hydria farinæ* ſalutaris doctrinæ eius *non* defecit nec *deficiet: nec lechitus olei minuetur*. Sed ſemper habebunt fideles vnde paſcãtur ad ſalutẽ in doctrina eius, quam præ nimia ſui plenitudine terris effudit, vtpote, qui pleno ore hauſerat doctrinã illã in fonte ſcientiarum Chriſto, & in eximio eius riuulo virgine glorioſa, cui poſt paſsionem tamquam matri deſeruiẽs, audiebat verba ſapientiæ & gratiæ, quæ procedebãt de ore eius. Ad cuius ſcholã cõfugiamus, vt aliquid ſalutiferum haurire poſsimus, ſolita eam oratione ſalutantes, & dicẽtes: Aue.

Matt 4

Eccl. 15.

1. Re. 17

Quæritur, vnde habuit aquila noſtra Ioãnes quod ſic in doctrina ſua volauit in altũ, & quod tam profunde intellexit myſteria ſcripturę, imo & tradidit, vt merito cõparetur Ioãnes aquilę nõ qualiter cũque ſe habenti, ſed volanti. Quomodo enim literas ſcire potuit, qui eas numquã didicerat? Reſpondetur, quod habuit ex inſpiratione ſummi magiſtri, & benedictione eius, ſuper cuius pectus in cœna recubuit, qui plus ſcientiæ ſubito infudit, quã poſſet natura in quãtocumq; tẽpore, & cũ quãtolibet exercitio literario, & hoc propter humilitatẽ ipſius Ioãnis, qui minor & iunior erat inter Apoſtolos. Humilitas enim facit hominẽ magis capacẽ doctrinę cæleſtis. Primo, quia ſicut, qui habet clauẽ, domũ facile ingreditur: ſic humilis facile pertingit ad capeſſẽda ſecreta cæleſtia & ſcripturę ſacrę. Nã (vt dicit glo. ſuper illud: *Væ vobis legiſperitis.*) humilitas eſt clauis, quã qui habẽt, ſcripturas intelligunt. Secũdo, vas inclinatũ plus haurit de aqua. Sic Ioannes inclinauit ſe ſuper pectus Domini, & hauſit de fonte ſcientię abundantius. Tertio, nobiles reuelant ſecreta ſua cælantibus, ſuperbi autẽ iactando tacere neſciunt quod humiles cælant. Inde Mat. *Abſcondiſti hæc à ſapiẽtibus & prudentibus,*

B Humilitas Ioannis fecit eum exaltari ad cæleſtia myſteria intelligenda.

Luc. 11.

Mat. 11

dentibus, & reuelasti ea paruulis. Quod impletum videmus in Ioanne, cum paruulo & humili reuelata sunt tã ardua mysteria, vt necesse fuerit eũ volare super pẽnas ventorum ad ea intelligenda, in quo non immerito cõparatur aquilæ volanti, cum dicitur: *Quartũ animal simile aquilæ volãti.* Dictis duabus cõditionibus aquilę, restat loqui de aliquibus alijs, ostendendo, quo modo etiã cõueniãt Ioãni Euãgelistę. Igitur tertia conditio aquilæ est, quæ in præruptis silicibus & inaccessibili rupe nidificat in deserto loco. Sic Ioãnes nidũ suum posuit in rupe Marię, vnde processerunt fontes aquarũ, inaccessibili hosti antiquo, quæ pullos duos habuit, vnum naturalem, scilicet Christum, alium adoptiuum, scilicet Ioannẽ: quorũ vterq; in radios solares obtutus figebat. Vel magis dic, quod aquila duos fœtus gignit. Sic Maria duos, vnum naturalẽ filium, aliũ adoptiuum, tamquã in eo esset mater Ecclesię. Hunc enim fecit Christus Marię filium in cruce, dũ sibi matrẽ cõmendauit. Super quo Petrus Damianus: Commisit Dominus Petro claues Ecclesię, & voluit B. Ioãni custodiã delegare Mariæ. Vtraq; mater, mater Maria, mater Ecclesia; sed Maria mater Christi, Ecclesia mater Christianorũ. De Maria Christus carnẽ suscepit, & Ecclesiã de latere suo produxit. Ex ista prodijt secundũ carnẽ natus, illã protulit carne iã mortuus. Ex ista voluit nasci, pro ista dignatus est mori. Ex vna semel natus est in persona sua, & ex altera nascuntur quotidie mẽbra sua. Magna & felix mater Maria, ex cuius visceribus caro Christi assumpta est, ex qua rursus per aquã & sanguinẽ profluxit Ecclesia. Hoc itaq; modo & ex Maria prodijsse videtur Ecclesia. Vtraq; tamẽ casta, vtraq; mũda, vtraque perpetuæ virginitatis signaculo præmunita. Harũ duarum matrũ & virginum alteram Ioãni, alterã Petro voluit cõmendare, vt propẽso diligẽter vtriusq; põdere mysterij, excellentiũ meritorum dignitas in duobus cæli senatoribus videatur æquare. Dixit Dominus Petro: *Tibi dabo claues regni cælorũ.* Nũquid & Maria cælũ non fuit, in cuius vtero virginali nouẽ mẽsibus tota diuinitatis plenitudo permãsit, ex cuius castis visceribus verbũ Dei, per quod facta sunt omnia, immaculata le carne vestiuit? Nõ igitur prę sumptione cælũ dicitur Maria, atq; Ioannẽ Dñs cæli quodãmodo clauiculariũ esse cõstituit, dũ genitricis suæ custodẽ esse decreuit. Sed quęritur, vtrũ Ioãnes custodiebat Mariã, vel Maria Ioãnem? Videtur secũdum, quia maior minorẽ custodit. Præterea nõ indigebat Maria custodia, quæ Angelorũ munita erat societate. Similiter erat ih gratia confirmata; & ideo videtur, quod non indigebat. Respõdetur primo, quod & rex custodit regnũ suũ & populum suũ, & populus custodit eum. Imo Dñs custodit vniuersa, & tamẽ vult etiã custodiri. Dicit enim Sapiẽs: *Qui custos est Dñi sui, glorificabitur.* Nil ergo mirũ, si Ioãnes custodit Mariã, & ecõuerso. Dicitur secundo, quod Maria Ioannẽ custodiebat precibus, exẽplis, & doctrinis, in quibus præcellebat. Sed Ioannes eius custodiam habebat, consolãdo eã, & nutriẽdo, quãuis panem ociosa non comederit. Mulier enim sola (quicquid prudentiæ & sanctitatis sit in ea) videtur derelicta, nisi aliquo suffragio sublcuetur virorũ vel mulierum. Dicitur tertio, quod in illo facto denotatur, quod parentes & alij, quibus incũbit, debent dare pueris suis custodiã bonæ societatis, sicut Dominus dedit virgini virginẽ tamquã socium & custodẽ. Bona enim societas vtilis est homini, nõ solũ vt cõseruet eũ in bono, sed etiam vt faciat cõmutare vitam malã in bonã. Cuprũ enim durũ & rubeũ, si diu cũ vitro liquefactũ bulliat, ductile & clarũ efficitur, & à rubore & fragilitate aliqualiter immutatur. Sic homo quamquam sit per carnalitatẽ rubeus, & per obstinationem durus, & per impatientiã frangibilis & impurus, si tamẽ vitro, id est claris & bonis socijs adiungatur, solet immutari, & temperari, & à suis malis conditionibus alterari, & in bonis, si quos habeat, cõfirmari.

Apo. 4. C *Maria ecclesie fuit mater Ecclesia, & de cõparatione Mariæ & Ecclesiæ.*

Mat. 16

D *Ioannes Euangelista custodiebat Mariam, & custodiebatur ab ea.*

Prou. 2.

E *Multũ vtilis est bona societas.*

mari. Exemplum de Saul & ſeruis eius, qui quamuis ſpiritũ prophetiæ non haberent, imo, perſequendo Dauid, in malo
1. Re. 19 propoſito eſſent: tamẽ veniẽtes ad cuneũ Prophetarũ, cœperunt cũ eis prophetare, & mutati ſunt in viros alios. Vnde de ramo ſilueſtri oliuæ domeſticæ inſerto, id eſt, de malo homine per bonam ſocietatẽ
Rom. 11 alterato loquitur Apoſt. *Socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es*, quaſi dicat, ſurculus radici vel ſtipiti inſertus participat ipſius radicis influentiam & virtutem, ita quod ſiccari non permittitur, ſed potius virtute radicis fructificat, viret, & augetur: ſic qui adiungitur cũ ſocietate, participat de ipſius bonitate, vt quilibet ſocius
Apoc. 1 dicat: *Ego Ioãnes frater veſter, & particeps in tribulatione & regno*. Qui enim ſunt ſocij tribulationis, erunt & ſocij cõſolationis. Carbo etiã viuus mortuum accendit, ſed non mortuus mortuũ. Sic bonus ſocius datus etiã malo puero, illũ plerumq; accendit ad amorẽ Dei, ſed non malus homo. Ideo debent ſuper hoc parẽtes & ſuperiores prouidere, vt Ioannes, id eſt, in quo eſt gratia, ſit cuſtos & ſocius Mariæ, hoc eſt puerorũ vel ſubditorum ſuorũ. Alioquin eſt magnũ periculũ, ſi habeant
Pſal. 17 malam ſocietatẽ, quia *cũ ſancto ſanctus eris, & cũ peruerſo peruerteris*. Quarta conditio ſeu excellentia aquilæ eſt, quod eſt rex auium. Sic & Ioannes omnium ſuperior Euangeliſtarũ: & propterea vbi alij Euãgeliſtę alijs figuris deſignantur, ipſe figuratur per aquilã. Sunt autẽ quatuor Euãgelia quaſi quatuor flumina paradiſi, ex vno fonte, pectore Chriſti, profluentia, hortũ ſanctæ Eccleſiæ irrigantia. Hæ ſunt quatuor cameræ in arca Eccleſiæ ſupra ſentinã diſpoſitæ, quia ſupra legẽ veterẽ (quæ propter fæcem literæ quaſi ſentina intelligitur) quatuor Euãgelia, quaſi quatuor cameræ, ſunt erecta. Hæ ſunt quatuor extremitates in ſcala Iacob, per quã Angelos aſcendẽtes & deſcendentes cõſpexit, quia in quatuor Euangelijs, quaſi in quatuor angulis ſiue extremitatibus, ſcriptura ſacra, per quã Doctores aſcendunt contemplando ardua, & deſcendũt humilia annũciando, innexa firmiter cõtinetur. Et per ſupremas extremitates quaſi in cælo fixas, Ioãnes, qui de eius diuinitate, & Marcus, qui de eius reſurrectione (quibus quaſi in cælo cõſiſtit) plenius tractant, merito intelliguntur. Per infimas terræ hærentes Matthęus & Lucas, qui præcipue de eius humanitate agunt, per quã in terris viſus eſt, & cũ hominibus cõuerſatus eſt. Hæ ſunt quatuor vxores Iacob, ex quibus prolẽ ſuſcepit, quia per doctrinam quatuor Euangeliorum noſtro Iacob multiplex proles fidelium eſt propagata. Hæc eſt arca teſtamẽti quadrangula: quia doctrina Euangelica propter ſui ſtabilitatem quadrata, in quatuor orbis climata eſt annunciata, quando in omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ. Hi ſunt quatuor anni Salomonis, poſt quos cœpit templum ædificari, quia poſt annunciationẽ & prædicationẽ quatuor Euangeliorum cœpit Eccleſia ordinari. Hęc ſunt illa tria inueſtigabilia, & quartũ quod Salomon ignorat, quia in alijs Euãgeliſtis ſpiritualis intelligentia inueſtigabilis eſt, & Ioannis via, qui tamquã aquila ſolem intuetur in rota, penitus ignoratur, niſi quantũ fides adminiſtrat credentium. Hæ ſunt quadrigę illæ, de quibus: *Anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab*, quia noſter Aminadab (qui interpretatur ſponteneus) id eſt, Chriſtus, qui ſpõte venit ad paſſionem, quadriga quatuor Euangeliorũ vehitur ad corda fideliũ, quãdo ex hac quadriga Euangelica turbantur ad pœnitentiam. Hæ ſunt etiam quadrigæ, de quibus Zacharias: *Vidi, & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes, montes æneiquia* quatuor Euangeliſtę, quibus quaſi quadriga Chriſtus ad corda vehitur auditorum, de concordia duorum teſtamentorum æternitatẽ annunciantes: ad portandam fidem Domini per mundum progrediuntur. *Iſti ſunt quatuor uenti cæli, qui egrediuntur, vt ſtent coram dominatore omnis terræ*, quia quatuor

Eccl. 24

Pro. 30.

Cant. 6.

Zach. 6.

Ibidem.

¶ *De quatuor Euãgelijs, & excellentia Ioannis ſuper cæteros Euangeliſtas.*

tuor Euangeliſtæ cæleſtem doctrinam inſuffiant. Hæ ſunt quatuor filiæ Philippi, qui interpretatur os lampadis, quia quatuor Euangelia ex ore illius lampadis
Ioan. 1. proceſſerunt, qui cum ſit lux vera, *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Vnde, quia Chriſtus fuit rex, propheta, ſacerdos, & Deus, ideo quatuor Euãgeliſtæ, propter hæc quatuor officia, quatuor ſpeciebus animalium deſignantur, & à quatuor incipiunt ſua Euangelia. Primo Matthæus à genealogia Chriſti, oſtendendo, quomodo deſcendit de ſemine regio: ideo homo pingitur, quia regalem & nobilem hominis generationem ſcribit in principio. Secũdo Marcus à Prophetia Eſaiæ incipit. Et quia Prophetæ antiquitus velut leones cõtra peccata populi rugiebant, vt patet inducẽdo in ſingulis Prophetis; ideo in leonis forma ſcribitur. Tertio, fuit ſacerdos: ideo Lucas in principio Euangelij à ſacerdotio Zachariæ incipit, & in forma bouis, qui conſueuerat ſacrificari, pingitur. Quarto, eſt verus Deus: ideo Ioannes à diuinitate Euangelium incipit, & quaſi aquila altius volans pingitur. Cum enim cæteri Euangeliſtæ quaſi ambulent cum Domino in terra, iſte in cęlo graditur. Nã & in principio ſui Euangelij aſcendit ad prædã diuinitatis, ſed tamẽ ſtatim & immediate deſcendit ad prędã humanitatis,
Ioan. 1. cum dicit: *Et verbũ caro factum eſt.* In manu eius ponitur calix, ſed certe vini meri,
Nota. cum dicit: *In principio erat verbum*, ibi purã affirmans diuinitatẽ, ſed plenus mixto, cum vnionẽ humanitatis cũ Deitate aſſeruit, dicẽs: *Et verbum caro factũ eſt*: adeo vt Chriſtianos inebriet vino, in quo non eſt luxuria, ſed germinare faciente virgines.

De figuris quatuor Euangeliſtarum.

Sed hic quæritur, quomodo in fine
Quare dixit, quod diligebat eũ Ieſus Ioã. vlt. Euangelij ſui auſus eſt dicere: *Hic eſt diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, qui ſcripſit hæc.* Videtur quod ſit iactantia. Nonne etiam alios & viros & mulieres diligebat? Dici poteſt primo, quod nomen ſuum tacuit, ad euitandum iactantiam. Sic & Lucas, quando apparuit ei Dominus in Emaus, quia dicitur fuiſſe ſocius Cleophæ, etiam non præmiſit nomẽ ſuum Actibus Apoſtolorum, quos ſcripſit. Matthæus vero dixit, vbi erat res non laudis. Dicitur ſecundo, quod ſe ſignificauit Ioannes per diſcipulum, quẽ diligebat Ieſus, ad oſtẽdẽdũ primo, quod ſua ſcriptura de Chriſto vera erat. Nam Chriſtus non niſi veraces diligit. Pſ. *Miſericordiam & veritatem* Pſal. 88
diligit Deus. Et propterea dilectionem eius exprimit, vt ſe oſtendat in ſcribendo veracem. Secundo, homo magnæ reputationis reputatur verax, quia ſi mẽdax eſt, nullius reputationis credo, quicquid officij vel beneficij habeat. Et ideo Ioannes in ſcribendo teſtimonium de Chriſto, vt ei credatur, æſtimationem & reputationem, quã de ſe habebat Chriſtus, iudicat. Tertio, vt doceret vnumquemque facere quod in ſe eſt, ad hoc quod diligatur à Deo. Ipſe enim erat ille, qui complebat mandata Dei: ideo diligebatur. Et quia Dñs videbat, quod multum proficeret in tribus voluminibus, quæ fecit, & magiſter diligit ſtudioſos, igitur dicit, quod diligebat eum Ieſus. Quarto, quia videbat, quod Dñs multũ differebat recipere illũ in gloria ſua: ſed ne miraremur, oſtendit quod etſi aliqui differantur & dimittantur diutius in mundo, non tamẽ propter hoc minus diligũtur. Dicitur tertio, quod Dñs aliquos alios & viros & mulieres diligebat. Sed quia Ioãnes erat *le mignon*, id eſt, ſingulariter dilectus, ideo ſe ſignificauit per nomen dilecti, ſicut per antonomaſiam denotatur Paulus per nomen Apoſtoli. Quinta cõditio aquilę eſt, quod prouocat ad volandũ pullos ſuos, volitãs ſuper eos. Sic & Ioannes nõ ceſſabat prouocare homines ad volatum ſanctæ conuerſationis, roſtro, volatu, & vnguibus, hoc eſt, verbis affectiuis, volatu deuotionis, operibus ſanctis, & ſcripturis, ſciẽs ſibi eſſe præceptum: *In gutture tuo ſit tuba,* Oſee 8.
quaſi aquila, ſuper domũ Domini. Prædicabat enim quaſi tuba exaltans vocem ſuam, prædicabat ſcriptura ſua, prædicabat vita, prædicabant facta eius, & inſtruebant homi-

I Ioannes ſignificat nobis omnẽ virtutẽ cuſtodã animæ.

homines, ita quod ex factis suis significat nobis omnem virtutem custodem animæ. Diuersis enim modis dicitur aliquid custoditi. Primo, custodit arca thesaurum. Sic Ioannis humilitas thesaurum omnium virtutum. Hūmilitas enim est arca ferrata. Custodit etiam vigil ciuitatē, miles castrum, bonus præpositus vel iusticiarius ciuitatem, & sal carnes à putredine: in quo significantur quatuor virtutes cardinales. Quid vigil nisi prudentia, miles fortitudo, bonus præpositus iustitia, sal sobrietas? Sal enim modestiam significat in cibis, potibus, verbis, vestibus, & sic de cæteris. Propter hoc baptizando candela in manibus ponitur, quæ significat prudentiam: vngitur quasi pugil inter scapulas, propter fortitudinem: induitur alba veste, propter iustitiæ puritatem: sal in ore ponitur, propter sobrietatem. Ioannes autem has quatuor gratias
Ioan. 13 significat. Legitur enim primo de ipso, quod recubuit super pectus Domini, & hoc significat prudentiam. Secundo, quia non defecit frixus in oleo, & hoc designat fortitudinē Tertio, quod virgo fuit, & hoc recte significat iustitiæ incorruptionem, incorruptio enim maxime pertinet ad iustitiam. Quarto, quod manna inuentum est in sepulchro eius, qui fuit cibus filiorum Israel, & dabatur ad men-
Exod. 16 suram Gomor, & hoc significat sobrietatem. Hæ sunt quatuor virtutes, quæ plurimum valent ad institutionem vitæ ho-
Sap. 8. minis, quas docet Sapientia. *Sobrietatem enim & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem: quibus vtilius nihil est in vita hominibus.* Itaque Ioannes diutius militauit pro populo instruendo, & prouocando ad amorem Dei, vita, scripturis, & etiam viua voce: sicut patuit in instructione Cratonis Philosophi, rēprobando malū, quo docebat mundum esse contemnendum per fractionem gēmarum pretiosarum, eo quod talis modus esset inutilis ad salutem. Aiebat enim: Sicut vana est medicina, qua morbus non abscinditur; sic vana est doctrina, qua vitia non curantur animarum. De manna quidem scientiæ nostræ vermes curiositatis & vanitatis ebulliunt, dum ad aliud reseruatur, quā ad sabbata quietis æternæ. Hoc etiam patuit, quando docebat vitandum esse nimium amorem diuitiarū, & in plurimis alijs. Postea vero in principio Imperij Traiani migrauit ad Christū, anno à passione Domini 68. vt dicit Hieron. li. de viris illustribus. Quādo autē passus est Dominus, erat Ioannes 31. annorum. Et sic mortuus est, nonagesimumnonum agens annum ętatis suę, & exijt de carcere mortis huius, in quo diutius fuerat clausus: pro quo poterat orare in sua senectute, dicens: *Educ* (Domine) *de custodia animam* Ps. 141. *meam, ad confitendum nomini tuo*, cum fratribus meis. Sed contingebat illi sicut Paulo, qui dicebat: *Desiderium habeo dissolui, &* Phil. 1. *esse cum Christo: permanere autem in carne necessarium propter vos.* Dominus autem, qui tamdiu eum dimiserat in mūdo, amplius in morte præ cęteris honorauit, in assumptione videlicet corporis & animæ, vt prius probabiliter dictū est: eo quod vita, scientia, ætate, ac meritorū dignitate, quę diuturniori tempore acquirere potuerat, præcellere videbatur. Talis enim etiam in Ecclesia militante plus honorari deberet, & præferri illis, qui non æque pollerent talibus prærogatiuis. Nam (vt dicit Glos. 3. super locum illum: *Mulieres subditæ estote viris.*) hæc est pax domestica, & cohabitantium ordinata à Deo cōcordia, & clara iustitia, vt scilicet, qui excellunt ratione, excellāt dominatione. Sed modo tanta est in ipsa militante Ecclesia turbatio ob defectum prælatorum, quia nō est, qui ambitiosos & impudentes se ingerētes reprimat, dicens: *Da huic locum:* nec est, Luc. 4. qui humiles extollat, dicens: *Amice ascēde superius:* sed impletū est illud Ecclesiastis: *Est malum, quod vidi sub sole, quasi per errorem* Eccles. 10. *egrediens à facie Principis*, id est, cuiuslibet superioris, cuius esset, ea, quæ sub ipso sunt, ordinare. *Positum stultum in dignitate sublimi, & diuites*, id est, meritis præeminentes, *sedere deorsum. Vidi seruos in equis, & princi-*

K. *Debent præferri in dignitatibus, qui plus meruerunt.*

Col. 1.

principes ambulantes super terram quasi seruos. Et hoc est, quia nō est hodie, qui attendat merita hominum, quia omnia regūtur à
Eccles. 9 fortuna. Eccles. *Vidi sub sole nec velociū esse cursum, nec fortium belli, nec sapientiū panem, nec doctorū diuitias, nec artificū gratiā, sed tēpus casumque in omnibus.* Non sic facit Dominus in Ecclesia triūphante, sed qui potiores sunt meritis, illi sunt magis glorioſi.

DE EODEM SERMO V. ET in ordine XXXVIII. Per Thema.

1. Ioā. 3 *Translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres.* Secūdum Doctores, amor est quidam ignis in-

De triplici proprietate ignis amoris in Ioanne reperta.

flammans animū hominis. Iste ignis inter cæteras proprietates, tres habet. Primo, ardet & vrit, sed ad similitudinem ignis, qui erat in rubo, non consumit. Sic amor quanto maior, tāto magis vrit animum hominis, sed non cōsumit, sed magis conseruat, & viuificat. Odium etiam est magis passio mortificans, iuxta illud:
1. Ioā. 3 *Qui odit fratrem suum, homicida est*, scilicet suiipsius. Et ibidē: *Qui non diligit, manet in morte.* Sic Ioannes tanto amore accendebatur, vt nihil ex ore eius nisi verba amoris exirent. Secundo, lucet. Nō enim est ignis flammans sine luce: sic nec charitas sine sapientia. Ex hoc fortitus est Ioannes multa bona, scilicet sciētiam, & illuminationem intellectus, quia dilectio magis illuminat quàm studiū: nec charitas est sine luce sapientiæ, sicut nec ignis
Eccli. 1. sine luce. Et, vt dicitur, *dilectio Dei honorabilis sapientia*, quia facit hominem honorabilem. Et: *Qui timetis Dominum, diligite*
Eccli. 2. *illum, & illuminabuntur corda vestra.* Tertio, ascendit, & quanto maior tanto altior. Ideo velut aquila ascendit super omnes, vt dictum est. Et dicit Hier. in prologo super Zach. Vel etiam propter hoc ascendit ad cælos in supremo prope beatam virginem. Et inde posset dicere ver-
1. Ioā. 3 ba proposita: *Translati sumus de morte ad vitam.* Et quia B. Maria fuit summe dilectrix, ideo super omnes eleuata est. Ad eam igitur confugiamus, dicentes: Aue.

Iuxta Thema dicemus primo, quomodo Ioannes dilexit fratres. Secundo, quomodo translatus est de morte ad vitam. Quo ad primū secundū doctrinam suam: *Filioli nō diligamus verbo neque lingua,* Ibidem. *sed opere & veritate.* Primo, dilexit fratres & proximos opere. Primo, iuuando eos in necessitate, sicut patuit in Drusiana, quam suscitauit, & in pluribus alijs. Non quidem diligens sicut multi, qui diligūt amore nō recto nec diuturno, sed reflexo ad terrena. Qui diligūt sicut canis ossa, sicut meretrix leccatorem, quādiu habet aliquid quod accipiat. Arbor enim diligenter seruatur & frequenter visitatur, quamdiu in ea sunt fructus; sed ablatis fructibus sine custodia relinquitur. Vt patet in vineis, quæ tēpore fructuū claudūtur & custodiūtur, sed ablatis fructibus exponuntur. Similes pullis vulpiū, qui quādo nō inueniunt lac in maternis vberibus, mordēt & dilacerāt dētibus. Amor istorū habet vnā solā *saison*, hoc est, vnū solū tēpus, sicut flores placent solū quando sunt recentes. Sicut canis sequitur vetulā ferētem tripas ad forū, sed in reditu nō. Inde Seneca: Hoc solum habet boni aduersitas, quod amicos probat, & quādo nihil plus habet homo, transeunt ad alios. Sicut porcus de quercu ad quercū, vt habeat glādes. Secūdo, dilexit opere, se exponēdo morti pro salute proximorum. Nam cum seditio exorta fuisset Ephesi pro subuersione templi Dianæ, quod subuerterat Ioānes, ad pacandum Aristodemū sacerdotē idolorū Principē, bibit venenū mortiferum, vt & inde ipse Aristodemus & cæteri infideles cōuerterētur ad fidē, cū vidissent ex eiusdē veneni potatione nihil mali irrogatū Ioanni.

B Ioannes dilexit fratres recto amore, non recurrūt ad terrena, sicut multi.

Sed ibi quæritur, vtrū licebat Ioanni bibere venenū? Dicitur primo, quod hoc nō est in consequentiā trahendū. Dicitur secūdo, quod sancto Ioāni fuisset hoc illicitū, nisi sentimētum habuisset per diuinam inspirationē, vel per virtutem secū existentem operantem miracula, ad hæc facienda. Sicut enim mali aliquando ad

Digitized by Google

magicas artes habent aliquem dęmonem familiarẽ: sic ſancti in ſuis virtutibus ſentiunt virtutẽ Dei vel per ſe, vel per Angelos ſibi familiares, ratione cuius ad hęc operãdum inducuntur. Secundo, dilexit fratres in veritate, dicendo veritatẽ, per quã ſalui fierent. Sicut patuit in tota doctrina ſua, in qua etiã præcepit nobis diligere fratres, & proximos, dicens: *Filioli diligite alterutrum.* Et hoc debemus facere propter multas cauſas. Primo, ratione ſimilitudinis, vt ouis ouem diligit. *Omne animal diligit ſimile ſibi.* Inde dicitur, quod Chriſtus diligebat Ioannẽ, quia ſimilis ei in cõditionibus. Erat enim virgo mente & corpore, ſicut fuit Chriſtus. Et ſi dicatur, quod hoc nullibi inuenitur in ſcriptura ſacra. Dicitur primo, quod verũ eſt: nec oportebat, cum per ipſum Ioannẽ ſacra ſcriptura ſit cõpleta. De ſe autem hoc teſtimonium non perhibuiſſet. Nullus enim teſtimonium hoc ferre potuiſſet: niſi poſt eũ ſuperſtites aliqui eſſent. Nulli autẽ ſuperſtites fuerunt diſcipuli poſt eum. Dicitur ſecundo, quod poſteri eius diſcipuli, vt Miletius, fidẽ nobis fecerunt de hoc, qui ſcripſerunt legendam eius: ſicut & de cęteris legendis ſanctorum, quę traditæ ſunt à fide dignis, & ab Eccleſia receptæ. Tertio dico, quod non ſolum ſicut legendæ credẽdum eſt hoc, ſed adhuc magis, eo quod vniuerſalis Eccleſia hoc canit, hoc etiam approbat. Et in ſignum huius matrem ſuam virginem ob priuilegium ſuę virginitatis illi cuſtodiendam dedit. Secundo, ratione fraternitatis ſpiritualis. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed diliges amicum tuum ſicut teipſum.* Multitudo fratrum carnalium minuit portionẽ terrenam, ſed nõ ſic de fratribus in cælo, ſicut lux non minuitur, quando à pluribus participatur. Hinc Greg. Felix hereditas, quã multitudo fratrum nõ anguſtat. Ideo ſe debent plus diligere fratres ſpirituales quã carnales. Nam *quod ſi inuicẽ mordetis & comeditis, videte ne ab inuicẽ conſumamini:* ſicut viſum eſt de multis ciuitatibus. Inde eſt, quod Ioannes tenerrime dilegebat, quos in Chriſto genuerat filios ſpirituali generatione, fratres in percipienda hæreditate: ſicut patuit in iuuene, de quo dictum eſt prius. Tertio, ratione diuinæ præceptionis. Hoc enim vltimo præcepit Dñs quaſi magis obſeruandum. Dicebat autẽ Ioannes: Hoc eſt teſtamentũ legatũ, & præceptum magiſtri mei, quod ſi ſolũ fiat, ſufficit. Vnde hoc Apoſtolis reliquit. Non agros, nõ vineas: & tamquã ſignum cognitionis diſcipulorũ Chriſti. Sed multi ſunt, qui hoc nõ erogãt ſuis proximis, nec in morte ſuis filijs, de quibus Pſ. *Nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius.* Quarto, ratione diuinæ dilectionis, vt mulier debet diligere amicos viri ſui. Audi Ioannis doctrinam: *Si quis dixerit, quoniã diligo Deum, & fratrẽ ſuum oderit, mẽdax eſt.* Fons, qui in alto oritur, de facili ad loca infima deriuatur. Sic amor Dei, ſi de Deo perfecte habeatur, ad proximum deriuatur. Hinc dicitur: Qui diligit me, diligit carnẽ meã. Ad iſtum ſenſum, qui diligit me, diligit amicum meũ: non intelligẽdo de maſtinis, quia illud eſt falſum. Nõ enim oportet ſi dilatetur cor meum ad diligendum aliquẽ, quod dilatetur vſque ad beſtiã. Si eſſent minus de maſtinis, & plures de amicis, melius eſſet. Deus enim nihil eorum odit, quæ fecit, ſed omnia diligit. Nõ poteſt ergo quis diligere Deum, & odire fratrem ſuũ. Quinto, ratione mutuę connexionis. Sumus enim vnius corporis membra, ideo ſicut mẽbra debemus facere. Primo membrum alteri ſubuenit in neceſsitate, vt oculus toti corpori videt, & manus prouidet. *In idipſum pro inuicem ſolicita ſunt mẽbra.* Secundo, non vindicando. Os enim non mordet digitũ ſi lædat oculum vel ſeipſum. Similiter nõ oportet coniurare in ventrẽ ſi omnia vorat. *Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictã, & peccata illius ſeruans ſeruabit.* Et: *Homo homini ſeruat iram, & à Deo quærit medelã.* Tertio, in ſupportando alterum, vt collum brachium fractum. *Alter alterius onera portate.* Exemplum eſt in manu, quæ naturaliter tutatur alias partes. Quarto, defectũ alterius.

c Diligendi ſunt proximi propter multa.

Eccli. 13

Pſal. 77

1. Ioã 4

1. Cor. 12

Eccli. 28

Ibidem.

Galat. 5

Galat. 6

Leui. 19

rius. Manus enim turpia tegit. Inde manu & folijs primi parẽtes turpia tegunt. Sic & filij ſectando eos. Quinto, malum alterius medico reuelando, vt os malum pedis. *Si peccauerit in te frater tuus*, &c. Sequitur: *Si te nõ audierit, dic Eccleſiæ*, tamquã medico ſpirituali. Vnde non debemus vindicare, ſed cũ manſuetudine corripere: ſicut fecit Ioãnes illum Epiſcopũ, cui depoſitum cõmiſerat. Pro ſecundo, quod eſt de trãſlatione eius de morte ad vitam quæruntur tria. Primo quæritur: quare Dñs ita diu ſeruauit Ioannẽ, ſcilicet nonaginta nouẽ annis, vt dictum eſt in ſermone præcedẽti. Videtur, quod nõ curauerit de eo, quia tãtum dimiſit eũ croupiere in cineribus ſuis & in hoc mundo. Reſpõdetur, quod propter multa. Primo ad hæreticorum ſubuerſionem. Hæretici enim tunc temporis cœperunt pullulare, cum deſierunt Apoſtoli eſſe in hoc mundo, qui fuerãt cũ Chriſto. De quo loquẽs Egeſippus, vt recitatur 3. li. Hiſt. Eccleſ. c. 32. ſic ait: Vſq; ad tẽpora illa virgo mũda & immaculata permãſit Eccleſia: corruptoribus veritatis & diuini verbi temeratoribus, aut nuſquam omnino extantibus, aut ſi qui forte fuerãt, in occultis & abditis hiatibus terræ deliteſcentibus. Vt vero Apoſtolorum chorus & omnis illa ætas, quę à Dño ſuſceperat viuę vocis auditũ, de hac luce diſceſſit: tũ velut in vacuam domũ falſæ doctrinæ impius ſe error immerſit. Vnde tunc nõ auſi erãt aliquid dicere hæretici, quando adhuc erat regnum patẽs Chriſti Ieſu, quãdo adhuc erat pectus, in quo quieſcebat Spiritus ſanctus. Sed quãdo miſſus eſt Ioannes in exiliũ, inſurrexerũt hęretici: ſtatim tamẽ deſierunt ipſo redeunte. Sicut enim quãdiu vixit Ioſue & cæteri, qui tranſierunt mare rubrum, & viderant miracula, quæ fecerat Dñs in deſerto, nõ errauerunt filij Iſrael, ſed illis obeuntibus idola coluerũt. Sic in Chriſtianitate ita fuit, quod cœperunt hæretici poſtquã deſierunt Apoſtoli & luminaria mundi. Ideo multo tẽpore dimiſit Dñs Ioannẽ ad ſupplendam doctrinã quæ ſupererat. Erat enim ſenex venerãdus dilectus à Chriſto, & cognoſcẽs omnia opera eius, & propterea ad extirpandos errores erat magis aptus. Vt enim dicit Hieron. ad Aug. Bos laſſus fortius figit pedẽ. Hoc patet in Euãgelio & Apoc. quæ ſenex cõpoſuit. Secũda ratio, vt oſtẽdatur amor eſſe lõgiſsimę durationis. Vinculo amoris ligãtur anima & corpus, & nullũ vinculũ amore illo fortius. Et ſi dicatur quod mors eſt fortior. Dicitur, quod nunc licet mors & vinculũ illud pugnet, & vincat mors: tamen in fine vincet amor Chriſti, quãdo amor Chriſti ad ſuos faciet deſcẽdere Chriſtum ad deſtruẽdum mortẽ, iuxta illud: *Nouiſſimè inimica deſtruetur mors*. Ioãnes autẽ fuit totus amor. Philoſophi autẽ dicũt, quod amor dilatat cor, & odiũ cõſtringit. Amor facit cor iucundũ, & nihil eſt quod faciat magis viuere quã iucunditas. Si ita ſit, quæramus dilatationẽ & lætitiã cordis, non conſtrictionẽ aut triſtitiã. Et ſingulariter amor Dñi Ieſu multum durat, ideo quẽ ſingulariter diligebat, fecit multum durare. Tertia ratio, quia quãdo ſunt multi in vna parẽtela, qui ſunt in ſeruitio regis: prouiſo vno fratre, oportet quod alius expectet ſuã prouiſionẽ. Fuit autẽ primus prouiſus Iacobus maior frater eius: ideo oportuit quod differretur alterius prouiſio, nõ malũ, ſed ad multitudinẽ meritorum. Quarta ratio, vt diſcãt amici Dei & homines bene viuẽtes pati hunc mundũ, quia amici Dei ſingulares ab eo per maxima tẽpora, & tribulationes multas dimiſſi ſunt. Ioãnes enim per tres perſecutiones Imperatorũ ſtetit, vbi Petrus & Paulus in prima occiſi ſunt: dẽpta perſecutione Iudæorũ. Quinta ratio eſt, quia ſchola Chriſti eſt, vt vnuſquiſque diligat proximum ſuũ. Inde recedẽs de charitate fecit ſermonẽ, pacẽ ſuis derelinquit, & dilectionem pręcepti, dicẽs: *Mandatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicem*. Ideo, quia vidit quod Ioannes erat optimus ad tenẽdum ſcholas pulchri amoris, ideo voluit eum eſſe longæuum. Non ſicut qui tenent ſcho-

Mat. 18

E Ioannes Euangeliſta dimiſſus eſt diu in hoc mundo propter multa.

1 Cor. 15

Ioã. 13

las bordellorum & lubricitatis, qui paucum viuunt. Sicut Salomõ, qui poſt ſcholam ſapientiæ tenuit ſcholã meretricũ, & quãuis eſſet quinquaginta duorũ annorũ, tamẽ dicit ſcriptura quod mortuus eſt ſenex. Hinc dicit Ariſt. in li. de lõgitudine vitæ, quod paſſeres breuis ſunt vitæ, eo quod frequentioris coitus. Etiã de fonte dulcedinis plus hauſerat Ioãnes, quando dormiuit ſupra pectus Chriſti. Docuit autem ſcholaſticos ſuos in Euãgelio amorẽ ad Chriſtũ. In Epiſtolis amorẽ ad proximũ. Sed in Apocalypſi docuit mundũ cõtẽnere. Secũdo quæritur, quare pingitur Ioãnes ſicut iuuenis, cũ fuerit ſenex mortuus, & tamen Ioãnes Baptiſta, qui iuuenis mortuus eſt, pingitur cũ barba? Dicitur, quod Ioãnes Baptiſta fuit finis veteris teſtamenti, quod tãdiu durauerat, ſecundũ illud Euãgelij: *Lex & Prophetæ vſque ad Ioannẽ*: ita etiã vt cũ antiquis patribus ad limbũ deſcẽderit. Ideo ad repreſentandũ vetuſtatẽ veteris teſtamenti ita pingitur. Ioannes vero nouũ incepit, cum dixit: *In principio erat verbũ*: ſicut Moyſes: *In principio creauit Deus cælum & terrã*. Ideo quodãmodo propter nouitatẽ teſtamenti velut nouus homo pingitur iuuenis. Vel ideo, quia Ioãnes Baptiſta à Chriſto dictus eſt Angelus, ideo aliqui voluerunt dicere quod erat Angelus incarnatus, propterea ne aliquis hoc crederet, nõ iuuenis, vt ſoliti ſunt apparere, & patuit in reſurrectione Chriſti, ſed ſenex pingitur. Ioãnes vero Euãgeliſta quia à pleriſq; pie creditur cũ Chriſto in corpore & anima reſurrexiſſe, ideo pingitur in ſtatu reſurrectionis ſuę, vt detur nobis ſpes futuræ reſurrectionis, ſecundũ illud Pſ. *Renouabitur vt aquilæ iuuẽtus tua*. Tenet autem calicem, ad oſtẽdendũ quod ſit amicus Dñi Ieſu, guſtauit calicẽ Dñi antequã guſtaret de gloria cæleſti, à fortiori nos potabimus. Sed debemus in hoc cõſolari, quia non deeſt cõſolatio cęleſtis in tribulatione. Nam ab aduentu Spiritus ſancti in diſcipulos vſq; ad tẽpus illud, quo ſub Domitiano Ioãnes fuit exilio relegatus, fluxerunt anni circiter quinquaginta, nec toto tẽpore illo legitur tot & tantas cõſolationes diuinas habuiſſe, quot habuit tẽpore quo tribulationẽ exilij perpeſſus eſt. Sic & nos, ſi patienter tulerimus aduerſitates, multo plus cõſolabimur à Deo in illis quã tẽpore proſperitatis, quia Pſ. *Secundũ multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animã meã*. Tertio quæritur, an Chriſtus appareat hominibus in fine. Et ſic videtur, quia ipſe dixit: *Sic eum volo manere donec veniam*: igitur. Dicitur primo, quod aliquibus ſanctis Chriſtus apparuit in fine antequã anima exiret corpus, ſed hoc fuit ſpeciale priuilegiũ, & paucis cõceſſum. Et ideo dãnandæ ſunt iſtæ matutinæ vetularũ & earũ credulitas, quæ dicũt: Quicumq; dixerit has vel illas orationes, videbit Chriſtũ in fine. Dicitur ſecũdo, quod Deus apparet in fine, id eſt, poſt mortẽ ad iudicium exercendum ſiue in bonũ ſiue in malũ, nõ in deitate, ſed in humanitate ſua, quia ſolus cum Patre Filius iudicat. *Pater dedit Filio iudicium facere, quia filius hominis eſt.*

F Quare pingitur Ioannes Euangeliſta in iuuenis, cũ fuerit ſenex mortuus Luc. 10.

Ioan. 1. Geneſ. 1 Pſ. 102. Pſal. 93 Ioã. vlt. G Chriſtus quomodo appareat in fine. Ioan. 5.

DE BB. INNOCENTIBVS SERMO I. & in ordine XXXIX. Per Thema.

NOn priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia, Domine virtutũ. Sed quomodo hoc dicit Propheta? Tales enim cõmuniter priuantur vita, imo iſti BB. Innocẽtes vix potuerunt in hac vita reſpirare. Et communiter innocẽtes ſunt illi, qui perdunt in hac vita. Vulgo dicitur: *Qui ſe fait brebis, le loup le mange*. Hoc eſt, qui ſe facit ouẽ, lupus eum comedit. *Et qui receſſit à malo, prædæ patuit*. Quomodo ergo abundabunt in bonis? Reſpõdetur primo, quod non dicit textus, nõ priuabuntur bonis, quia vt plurimũ innocentes priuantur bonis: & qui mali ſunt, abundãt, vt contẽnantur bona tẽporalia, & laudetur Deus, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos & malos. Innocentes etiam duo oculi reſpiciũt, oculus lupi & oculus paſtoris. Lupi, vt deprædetur. *Oculi eius in pauperem reſpiciunt, inſidiatur in aſcon-*

Pſal. 33 A Innocentes priuantur bonis à mundo, ſed non à Deo. Eſa. 59.

abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua, inſidiatur vt rapiat pauperem. Oculi paſtoris, vt impinguet oues. Pſal. *Oculi eius in pauperem reſpiciunt, palpebræ eius interrogãt*, id eſt, diſcretio Dei permittit ad tempus probari eos, ſed interrogabit poſtea aliter: & reddẽtur eis ablata, quia patientia pauperũ non peribit in finem. Secundo dico, nõ ſine cauſa innocentes in mundo prędę ſunt. Primo, quia *mundus totus in maligno poſitus eſt*, ideo non eſt mirum, ſi illi qui ſunt in mũdo, ſi velint innocenter viuere, multa patiãtur à malignis vel in rebus vel in fama. Et inde dicit Apoſt. *Omnes, qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur*. Sic Cain in principio innocentiam interemit in Abel. Tertio dico, quod *Deus non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia*. Patet, quia illi (vt dicit Dominus) *ambulabunt ſecum in albis, quoniam digni ſunt*, non autem impij. Nõ enim decet ire iuſtũ cũ impio, matronã cũ meretrice. Si igitur ſunt ſocij Chriſti *à perte & à gaigne*, id eſt, ad dãnũ & lucrũ, Chriſtus perdidit in hoc mũdo tẽporalia, & lucratus eſt æterna; nil mirũ ſi hic cum Chriſto perdant temporalia, & lucrentur æterna. Et ad hoc hortatur Sapiens: *Coniungere Deo, & ſuſtine*. Et Pſ. *Confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum*. Vnde Innocentibus lucratus eſt Dominus hæreditatem cæli, & eã illis cõſeruat, nõ impijs. Sicut enim pater quando videt filiũ bene ſe habentẽ & bonæ indolis, multũ ſolicitus eſt de acquirenda ſibi & multiplicanda hæreditate: & ſolet dici, quod illud, quod ſibi acquirit, erit *bien employé* Gallice, hoc eſt, bene applicatũ. Sed quãdo videt eũ male ſe habere, non acquirit ſibi hæreditatem, ſed vendit, ne redeat ad malum hæredem, & ſolet dicere: Quare acquirerem & parcerem mihi, quãdo hęredes mei non ſunt digni habere. Ita etiã quando videt Dominus hominẽ bene ſe habere ſeruãdo innocentiã, conſeruat ei hæreditatem cæleſtem; ſed quando male, priuat eum. Pſ. *Gratiam & gloriã dabit Dominus*, ſcilicet innocentibus. Secũdo, quia non ſunt bona, ipſæ diuitiæ, quę ſic malis tribuuntur, ſed ſolũ figura & vmbra bonorum. Hoc ſolum bonũ eſt innocentia, nihil alteri neque ſibi nocere, & æquitas id eſt, facere bonũ & non omittere. Pſal. *Cuſtodi innocentiam & vide æquitatem, quoniã ſunt reliquiæ homini pacifico*. Iſtæ reliquiæ allatæ ſunt de paradiſo tempore iſto clauſæ in vtero virginis, & lumen circumfulſit paſtores, vt viderẽt eas in manu oſtendẽtis Mariæ. Vt ergo nobis aperiat theſaurũ Eccleſiæ, vt reliquias illas videamus, ſalutemus eam, dicentes: Aue gratia plena.

Quæritur, an debeamus facere feſtum Innocentium? Et videtur quod non, quia non facimus feſtum aliorum, puta, Abel, Eſaiæ, Dauid, &c. qui tamen fuerunt ſancti, nec ipſi Innocentes fuerunt poſt paſſionẽ Chriſti pluſquam illi ſancti patres. Dicitur, quod de tribus tantũmodo, qui fuerunt in veteri teſtamẽto, facit Eccleſia feſtum. Primo facit feſtum de ſeptem Machabæis, quia eorum martyrium ſimile eſt omnimode martyrijs noui teſtamenti. Ideo Eccleſia propter ſimilitudinẽ facit de eis feſtũ & memoriã. Ab Antiocho enim occiſi ſunt ſicut iſti ab Herode, quia nolebant manducare carnes porcinas, eo quod eſſent eis lege diuina prohibitæ, ideo pene ſimilis pœna eis cõtigit. Vel etiam quia fuerunt vltimi ante Innocentes. Secundo, de Innocentibus, & hoc propter tria. Primo, quia Chriſtus in eis quærebatur & occidebatur. Secũdo, quia in eis Chriſtus cælabatur diabolo & Herodi. Tertio, quia nomẽ Domini licet nõ loquendo, tamen moriendo cõfeſsi ſunt, quia pro Chriſto & vice Chriſti occiſi ſunt. Tertio, de Ioãne Baptiſta, quia canonizatus expreſſe à ſummo Pontifice. Ideo ſi canonizatos ab alijs facimus, à fortiori ab iſto. Alios autẽ Eccleſia omittit, aut propter multitudinem, aut quia cælum intrauerũt in die aſcenſionis, ideo in illo die reputatur feſtum Chriſti & eorũ. Aut etiam ne videremur legẽ veterem omnimode ſeruare, omiſerunt ſancti multitudinem; ſed etiam ne videamur eã reprobare, aliquos paucos accipimus,

An ſit celebrandum feſtũ Innocentiũ

& eos martyribus Christi coniungimus, quasi per ipsum, & virtute ipsius victores, inter quos annumerantur isti beati Innocentes, qui pro Christo occisi sunt: ita vt eis conueniat, & de eis verificetur verbum præassumptum: *Nõ priuabis bonis*, &c. Primo dicetur, quomodo innocentia est depulsa. Secundo, quomodo est interempta. Tertio, quomodo bonis non est priuata. Circa primum dicemus de fuga Domini in Ægyptum, & hoc pro primo sermone. Circa secundum dicemus de morte Innocentum. Circa tertium vero dicemus de vindicta in persecutores, & laude perpetua Innocentibus indita & data, quę duo declarabimus sermone secundo. Præsens sermo continebit primo de reuelatione Angeli quo ad fugam Domini. Secundo, de ipsa fuga. Quo ad primum dicit Euangelium: *Qui cùm recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph.* Quater enim apparuit sibi. Primo, quando dubitabat accipere Mariam, dicens: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*. Sic homini dormienti in periculis huius mundi apparet Angelus, id est, diuina inspiratio. Primo, monendo eum vt non timeat pœnitere, dicẽs: *Noli timere accipere Mariam*, id est pœnitentiam. Et: *Statue tibi speculam*, id est, considera damnum peccati, *pone tibi amaritudines*, quia multa damna ineurristi. Secundo, in Bethleem, quando dixit ei: *Surge, & accipe puerum & matrẽ eius, & fuge.* Sic monet inspiratio, vt quis suam pœnitentiã faciendo fugiat vanam gloriã, & quærat Ægyptum, id est, tenebras. Semen enim operitur terra, ne volucres cæli comedant illud: *Semen cecidit secus viã, volucres cæli comederunt illud*: id est, annihilauerunt adulatores. Fiebat enim fuga illa propter timorẽ Herodis, qui interpretatur, glorians in pellibus. Tertio, quod rediret in terram Israel, id est, quod recogitet beatam vitã, vt libentius operetur. Operarius enim visa mercede libẽtius operatur. *Isachar*, id est Deũ memorans, *vidit requiem, quod esset bona, & terra, quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum*. Parum enim fellis in dolio mellis mixtũ, cito absorbetur. Ideo dicitur de Stephano, quod lapides torrentis illi dulces fuerunt. Quarto, admonetur vt iret in Galilæã, & hoc in ciuitatẽ Nazareth, hoc est, vt sic transeat per bona temporalia, contẽnendo ea, vt nõ amittat æterna, sed perueniat ad locum floridum paradisi, in quo requiescit Iesus. Dixit ergo Angelus Ioseph: *Surge, & accipe puerum & matrẽ eius, & fuge in Ægyptum, & esto ibi vsque dum dicã tibi: futurũ est enim vt Herodes quærat puerũ ad perdendũ eum.* Solus inuẽtus est Ioseph dignus ferre puerũ Iesum, id est, solus iustus. Ioseph enim interpretatur, accrescens, scilicet virtutibus & gratijs. Sicut enim ignis numquã dicit, Sufficit, sic numquã iustus cessat à bonis operibus. *Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectum diẽ.* Sed differenter crescũt boni & mali. Boni enim crescunt sicut granum sinapis, quod dum seminatur in terra, minus est omnibus seminibus: cum vero seminatum fuerit, ascendit in arborem, & fit maius omnibus oleribus, facit ramos magnos, ita vt possint aues cæli sub vmbra eius habitare. Ita vbi iustus primo modicus est, cũ incipit Deum timere, postea per incrementa virtutum crescit, vsquequo efficiatur maior omnibus oleribus, id est, omnibus tẽporalibus, ita, quod ramos expandat cõpassionis & misericordię, sub quibus volucres cæli, id est, viri cælestes protegũtur, & odore bonorũ operũ reficiuntur. Mali autẽ sunt sicut rapa, quæ in terra nõ sursum ascendens ingrossatur. Sic tales non augmentantur, sed vanitate & falsitate mundana inflantur. Et sicut vesica vento inflata tribus fabis vel pisis intus appositis tumultũ facit, & cũ acu pungitur, deinflatur, & quędam bursa vilissima efficitur. Sic tales pleni vidẽtur cum tumultu & põpa incedere, tamen cum acu mortis punguntur, nil nisi vile cadauer & bursa vermiũ efficiũtur. Et hoc cõtingit, quia non habẽt herbã sanctæ doctrinæ, per quã humilientur, & incrementũ sumant

C Angelus Domini apparuit quater Ioseph, id est, inspiratio diuina pœnitentiæ

Quatuor inspirat Matt. 1 Mat. 2

Hier. 31

Matt 2

Mat. 13

Gen 49

Prou 4. D Crescũt boni vt granum sinapis, mali vt rapa,

Ier. 14 ſumant virtutum. Hieremias: *Onagri ſteterunt in rupibus*, id eſt mali viri, & maxime religioſi nõ proficiẽtes de bono in melius ſteterunt in auſteritate vitæ diſciplinæ regularis, *traxerunt ventũ*, id eſt, tẽporalia, quæ ſicut ventus inflãt non implent, *quaſi Dracones*, id eſt, aperte mali, *defecerunt oculi eorũ, quia nõ erat herba*. Accipe puerũ & fuge in Ægyptum. O duriſsima noua! Vbi es glorioſiſsima virgo, quid dicis in corde tuo, tunc cum lachrymis alloqui potes Angelum: Quomodo ô Angele Dei, ô Gabriel, qui mihi tã iucunda noua attuliſti, quomodo tã miſerabilia apportas? Dixiſti, vt filium altiſsimi conciperẽ, & nunc oportet fugere? Sed quomodo Filius Dei ante hominẽ fugit? Gigas ante pulicem aut vermẽ? Quis liberet de inimicis, ſi & ipſe inimicos timet? Quomodo fugit mortẽ, qui pro omnibus mori venerat? Reſpondetur, quod hoc fecit primo quia nondum venerat hora eius. Scribitur enim: *Non coques hœdũ in lacte matris ſuæ*, id
Exo. 23. eſt, Chriſtum non interficies in infantia ſua. Dicit etiã Iſido. de ferro 16. Etymol. quod ferrũ accenſum igni, niſi induretur ictibus, corrũpitur nec proficit, rubés tamen (ſecundum eumdẽ) nõ eſt habile ad tundendũ, ſcilicet ſtatim quãdo extrahitur de camino, ſed expectare oportet donec albeſcat. Chriſtus eſt ferrum propter
Dan. 2. ſuam vniuerſalẽ potentiã, quia *ferrũ cõminuit & domat omnia*, quod accenſum fuit igne, quãdo humanitati iunctus eſt ignis
Deut. 4. diuinitatis. *Deus tuus ignis cõſumens eſt*. Ideo oportuit eũ ictibus paſsionũ indurari, ad ſolidandũ eũ incorruptione reſurrectionis, quia oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare in gloriam ſuã, nõ tamẽ immediate poſt extractionẽ de fornace vel camino, id eſt vtero virginis, oportuit ipſũ tundi. Caminus enim bene dicitur vterus virginis, quia ſecundũ Hiero. in Serm. de Aſſump. nouis cõtinue incẽdebatur deſideriorũ affectibus, quoniã totus in ea incãduerat diuinus amor, ita, vt in ea nihil eſſet, quod mũdanus violaret affectus, ſed ardor continuus & ebrietas perfuſi amoris. Voluerũt aliqui ferrũ iſtud immediate poſt extractionẽ à camino iſto tũdere, vt Herodes & ſui, ſed non ſunt permiſsi. Sed poſtmodũ, quãdo venit hora debita, albeſcebat, quãdo in mũdo apparuit ſpecioſus forma prę filijs hominũ, in pręſentia hoſtiũ ſuorũ ſpoliatus & nudus, & ſic ipſum tundebãt fabri crudeliſsimi, ſecũdum illud Pſ. *Supra dorſum meũ fabricauerunt peccatores*. Hæc eſt ratio hiſtorica fugę Domini, quia nondũ venerat tẽpus paſsionis eius. Secundo, hoc fecit ſecundum Chryſoſt. vt ſedarent nr hæreticorũ latratus, qui corpus phantaſticũ ipſum habere dicebant. Nam regulã humanæ naturæ, quã ſuſcepit, voluit cõſeruare, & principaliter in hac parte. Cõuenit autem humanę naturę, & maxime ætati puerili, fugere poteſtatẽ minantẽ. Alioquin ſi illud agat in puerili corpore conſtitutus, quod eſt propriũ Dei, nõ in ſe oſtendit humanam naturã, ſed diuinã. Tertia cauſa eſt, vt cæteri Chriſtiani, dũ neceſsitas aduenerit in perſecutione, fugere non erubeſcant, vt multi fecerũt; ſicut de Athanaſio legitur, qui propterea accuſatus excuſauit ſe per fugã Domini in Ægyptũ. Vnde ſi te fugit perſecutio, fuge: ſi te apprehẽdat, amplectere illã. Sed hic quęritur, cur potius mittitur in Ægyptum quàm alibi. Reſpondet Chryſoſt. quod hoc ideo eſt, quia Ægyptus ſemper aduerſus populũ Domini fuerat inimica, & Dominus, qui non in finem iraſcitur, nec in æternum cõminabitur, recordatus quanta mala fecerit ſuper Ægyptum, ideo mittit filium ſuum in ea, dans ei magnæ reconciliationis ſignum, vt decem plagas Ægypti vna medicina ſanaret. Et ſecundum Auguſt. quibus prius Moyſi miniſterio clauſerat
Exo. 10 diem, nunc aduenies ſedentibus in vmbra mortis reſtituit lucem. O mirabilis cõmutatio dexteræ excelſi, vt populus, qui prius fuerat perſecutor populi primogeniti, poſtea fieret cuſtos vnigeniti, vt qui illis violenter dominati ſunt, iſti cum deuotione ſeruirẽt, vt iam non irent
Exod. 14 ad mare rubrum demergendi, ſed vocarentur

Quare potius fugit Dominus in Ægyptum, quàm alibi. Exod. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

rentur ad aquas baptiſmatis viuificandi. Secundũ Hiſtoriã vero Scholaſticã ſicut nõ fuit domus in Ægypto, in qua nõ caderet mortuus primogenitus, ſic nec tẽplũ, in quo nõ caderet idolũ. Secũdo deſcribitur fuga Domini, cũ dicitur: *Qui cõſurgẽs accepit puerũ, & matrẽ eius nocte, & ſeceſſit in Aegyptũ. Et erat ibi vſq; ad obitũ Herodis.* Sed hic cũ Petro Rauẽnate quęri poſſet, cur hæc ſcribit Matth. ad perpetuã rei memoriã. Deuoti militis eſt regis ſui tacere fugã & referre conſtantiam, virtutes loqui & timores ſilere, aduerſa dolere & prædicare victorias, ita vt hoſtium auſus poſsit frãgere, & ſociorũ excitare virtutẽ. Reſpõdet idẽ, quod hoc fuit nõ pauoris, ſed artis & myſterij, quia vult eũ in aperto vincere, qui publicã ex hoſte cupit referre victoriã. Tũ quia ſecreta victoria, & latens virtus exẽplum poſteris nõ relinquit. Hinc eſt quod Chriſtus fugit, vt cedat tẽpori nõ Herodi. Si enim inter alios occubuiſſet, hoc nõ maieſtati eius, ſed impotentiæ & infirmitati attributũ eſſet. Et ideo volebat palã & aperte ſuperare hoſtes ſuos, ſicut Ieovenatus de latibulis fugit, & in plenũ cãpum venatores & canes intrepidus expectat. Hinc cõſidera quomodo audita diuina reuelatione Ioſeph ſtatim ſurrexit, & ad iter arripiendũ feſtinauit, & hoc Marię intimauit. Ad cuius verba cõcuſſa ſunt viſcera eius ſuper filio. Nunc meditare quomodo puerũ Ieſum mater eleuat, & puer excitatus plorat. Cõpatere eis, ſi qua ſint in te viſcera pietatis. Cõſidera nũc media nocte fugientẽ Ioſeph: fugiẽtẽ matrẽ cũ filio in vlnis ad mãmas pendente, euntem per deſerta, in quibus ferę & dracones habitabãt, quod à Bethleẽ per quindecim dietas diſtat, & in quo olim fuerunt filij Iſrael quadraginta annis. De Chriſto dicitur: *Domine refugiũ factus es nobis:* ſed vbi refugiũ, cum fugit? Heliæ cõtra inſidias regis Achab vna vidua ſuffecit ad occultandũ, ſed cõtra minas Herodis tota Iudęa nõ ſufficit. Helias igne emiſſo cõſumit ſuos perſequẽtes, ſed hic ſe ſola fuga ſaluat. O magna Dei patiẽtia, qui fugit ante eum, quẽ in momento perdere poteſt. Anſelmus opinatur, quod à latronibus captus eſt: & quod bonus latro videns in vultu pueri maieſtatẽ regiã & lucere faciẽ eius, tunc requiſiuit ab eo vt ſui aliquãdo miſereretur, & ſic fecit in cruce, & eum ex eo nomine cognouit. Et idẽ recitat Fulg. in Mythologijs. Similiter videtur dicere Caſsiod. in Hiſt. Trip. l. 6. c. 42. quod in ciuitate Hermopoli, quę eſt apud Thebaidẽ, eſt ibi arbor, quę ſe inclinauit vſq; ad terrã cum tranſiret Dñs. In qua propter ſui magnitudinem atq; pulchritudinẽ erãt cultus dæmonũ. Dæmonibus autem fugatis ad Chriſti preſentiã, quã non poterãt ſuſtinere, quaſi eſſet ab omni immunditia ſanctificata, ſeſe inclinauit Dño. Ex iſto poſſumus cõcludere, quod ſemper in hoc mũdo poſt delectationẽ ſuperuenit triſtitia, nã poſt natiuitatis gaudiũ ſuperuenit circũciſionis fletus, poſt regum oblationẽ fuga in Ægyptum, vt in gaudio mũdano nulla oſtẽdatur eſſe ſecuritas. *Qui cõſurgens accepit puerũ & matrẽ eius.* Tres pueri ſunt nobis neceſſarij. Vnus in Ægyptũ cũ matre portandus. Alius in monte immolãdus. Tertius in cælo adorãdus. Si Ioſeph deſcendat in Ægyptũ, peccator in mundũ, ſecũ tõllat puerũ, id eſt, ſapientiã, quæ Chriſtus eſt; & matrẽ eius, ſcilicet caſtitatẽ. Sapientiã, ne per ignorantiã fiãt viæ illorũ tenebręe, caſtitatẽ, ne per lubricitatẽ fiat via illorũ lubricũ, & ſic ſit vſque ad obitũ Herodis, id eſt, donec vincatur diabolus, vt verificetur illud Pſ. *Ad nihilũ deductus eſt in cõſpectu eius malignus.* De ſecũdo filio dicit Dominus ad Abraã: *Tolle filiũ tuũ vnigenitum, quẽ diligis, Iſaac: & vade in terrã viſionis: atque ibi offeres eũ in holocauſtũ ſuper vnũ montium, quẽ mõſtrauero tibi.* Terra viſionis Eccleſia, in qua quilibet videt quid agendum & quid non, mõs eminentia ſanctę cõuerſationis, ſuper quem montẽ ſunt religioſi per eminentiã vitę. Talibus præcipitur vt interficiãt filiũ ſuum Iſaac, id eſt, gaudiũ tẽporale, & hoc in monte, ſuper quẽ immolat, qui ſe abnegat. Nã dicitur: *Cane ne offeras*

Matt. 2

Pſal. 89

Pſal. 14

Gen. 22

Deut. 12

G *Quomodo Matthæus ſcripſit de fuga Domini, cum videatur ignominioſa.*

H *Tres pueri ſunt nobis neceſſarij.*

Digitized by Google

offeras holocausta tua in omni loco. Inde arguuntur reges Iuda, qui immolabant in excelsis, sicut faciũt qui pro laude hominum vel dignitate acquirẽda se affligunt, vel bona opera faciunt. Quibus dicit diabolus: *Trãsmigra in montẽ sicut passer*. Psal. 10
Abraę iurauit Dominus dicens: *Per memetipsum iurauj, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, multiplicabo semen tuum vt stellas cæli*. Gen. 22
Si quicumq; carnale desiderium pro Christo interficit, multiplicat semen bonorũ operum vt stellas cęli: & numero & pulchritudine, & quia in cælum mittuntur. De tertio dicitur: *Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius*, &c. Apoc. 12
Sequitur: *Et peperit filium masculum, qui rectturus erat omnes gentes*. Mulier enim ista amicta sole iustitię, sub cuius pedibus est omnis defectus corruptionis & peccati, est virgo Maria, quæ nulli vmquam fuit peccato subdita, & peperit nobis Christũ auctorem & rectorem totius vniuersi, & ab omnibus creaturis adorandum.

DE EODEM FESTO SERM. II. & in ordine XL. Per Thema supradictũ.

A Quare festũ Innocentũ eũ alijs duobus comitatur festũ natiuitatis

QVæri posset, quare hæc tria festa comitẽtur festum natiuitatis? Respondetur, quod propter duo. Primo, ad ostendendũ quod pro omni statu Dñs natus est. Stephanus enim glorioſus miles & bellator fortis, qui de prope sequitur Dñm, statum nobilium repręsentat; deprecans pro populo, non deprædans populum, patiẽter magis ignorantiã populi sustinens, quã populũ interficiẽs. Sed subsequitur Ioannes pro Ecclesiasticis. Festum enim Ioãnis Euangelistæ erat antiquitus festum sacerdotũ. Is enim est sacerdotum gloria, cuius propter officiũ Angelus abnuit cultum, imo qui tãta de secretis cęlestibus agnouit, vt Hier. super Zachariã dicat, quod ipse multa eructauit deverbo, quę mẽs nesciebat Angelica. Magna gloria in ordine sacerdotũ tãtum habere doctorẽ, sicut in ordine Prædicatorum vel Minorũ habere egregios Doctores vel sanctos. Sed & minor populus subsequitur, qui quasi rudis à maioribus reputatur. Et nõ obstãte sua ruditate, maior multitudo ipsius populi saluatur quã aliorum, quia libẽtius audiũt verbũ Deĩ, & custodiunt illud, quã maiores qui pluribus implicãtur negotijs. Ideo maxima multitudo Innocẽtum occiditur, quorũ festũ celebrat Ecclesia. Et ita ad ostendẽdum quod pro omnibus natus erat Christus, ista tria festa ad tres hominũ status designãdos subiungũtur. Secunda ratio, vt ostẽderetur Dñs pro omnis ætatis conditione natus. *Continui in sinu meo multarũ gentium*. Psal. 88.
Stephanus quidẽ vir vel iuuenis obijt, Ioãnes vero senex, Innocẽtes autẽ paruuli. Et ideo vt ostenderetur Christus pro omnibus natus, qui omniũ lãguores tulit, hęc tria festa addũtur. Et singulariter ad tollendũ errorẽ, qui quondam fuit à Pelagio introductus, quod pueri carebãt originali, & quod propterea moriẽtes in illa ętate nõ indigebãt redẽptore. Sed addidit Ecclesia festũ de Innocẽtibus, vt scilicet tali indigẽtiæ crederẽtur subditi, licet nolim dicere quod oportet aliquẽ esse peccato obnoxiũ antequã sit capax redẽptionis, sicut patet de beata virgine, quæ fuit nobilissime redẽpta, quia ab omni labe peccati præseruata, cui dicemus: Aue.
Sunt aliqui manifeste nocẽtes, alij innocẽtes sed foderati malitia, tertij vere innocentes sed pauci. De primis satis inueniuntur & de secundis. Vnde Aug. super Ps. *Deus vltionũ*, aliter lupus, aliter leo inuadũt oues. Nã leo etiã canibus latrãtibus accipit quod vult de ouibus. Lupus vero acciperet, sed, audito latratu canũ, timet, nec quicquã accipit, sed nonne innocens erit? Certe nõ, quin si capiatur tamquam prædo interficietur. Sed veri Innocentes sunt, si triplicẽ custodiãt innocentiã. Vnã cordis, quæ principalior est. *Perambulabã in innocẽtia cordis mei in medio domus meæ*. Ps. 10.
Nã qui vult Deum habere, oportet hospitiũ cordis esse mundũ. Secundã oris, de qua Iacobus: *Si quis in verbo nõ offendit, hic perfectus est vir*. Iac. 3.
Et tertiã operis, de qua intelligi potest illud Iob: *Donec deficiam, non recedam* Iob. 27.

B De triplex vera innocentia seruanda sicut bulla præbenda paranisio

cedam ab innocentia mea, sed semper seruabo eam,& ista custoditur per bonã societatem, quia *cum viro innocente innocens eris*. Et hãc debemus solicite custodire. Cum enim quis in curia Romana ita operatur, quod impetrat gratiam expectatiuã super aliqua dignitate, curiose custodit bullam,per quam recipi debet in Ecclesia,& in qua cõseruatur ius. Innocẽtia bulla est, per quam recipitur quis & stabilitur in præbẽda paradisi,secundũ illud: *Me autẽ propter innocentiam suscepisti:& confirmasti me in conspectu tuo in æternum*. Ideo est solicite custodienda. Nã & iuxta thema,non priuabis bonis eos, qui ambulabũt in innocentia. Status innocentiæ non diu duraquit, quia statim ab innocentia cecidit homo. Ratio est, quia qui in alto ambulat, statim per phantasiam cadit. Status innocentiæ sublimis est: ideo per phantasiam diabolicam cadit homo ab illo. Et ita Domine tu eos, qui à statu innocentiæ ceciderunt, priuasti bonis: nunc autẽ nõ priuabis bonis eos,qui ambulãt in innocẽtia.

Psal. 17

Psal. 40

Postquam dictum est præcedenti sermone de fuga Domini in Ægyptum,nũc consequenter est dicẽdum. Primo,de occisione Innocentum. Secũdo,de vindicta in persecutores, & gloria puerorũ. Quo ad primũ, dicitur in textu: *Tunc Herodes videns quia illusus esset à Magis & misit in Bethleem,& occidit*, &c. Hic consideremus primo Herodis malitiam. Secũdo, Innocẽtũ victoriã. Secundũ Aug. Herodes putauit Magos visione stellę deceptos,& erubuisse ad eum redire. Sed postmodũ auditis, quæ dicta fuerunt in tẽplo ab Anna & Simeone, & à pastoribus:tunc turbatus ex his timuit. Et forsitan,secundũ Chrys. talia apud se dicebat: Quis est puer iste,qui antequã nascatur in terra, apparet in cælo? Necdũ ipse se ostẽdit, & omnes illum quærũt? Quis est ille, qui antequã mecũ pugnet,iã vincit? Quid putas facturus est ille in regno meo, si creuerit? Ego dona hominibus spargo,&gladiũ porto,vt qui nõ timet,vel diligat: & qui nõ diligit, vel timeat:ille nec populũhabet nec diuitias, quomodo sine auro diligitur,& sine ferro timetur? Iratus itaq; propter duo. Primo,quia successorẽ in regno suo timebat. Nã reges,si ex alijs causis irascuntur,cito placãtur. Illa autẽ ira in eis inextinguibilis est,quã regni zelus accendit. Rex autẽ quicquid aduersus regnum suũ putauerit, verum existimat: dum omnia timet, omnia suspicatur,&facile creditquicquid suspicatus fuerit: sicut vir si zelet vxorẽ, aut vxor virũ, omnẽ auditionẽ turpẽ de illo credit,dato quod nõ sit idonea vt credatur. Secũdo, quia illusus erat à Magis. Quẽadmodũ si quis infundat oleũ super ignẽ ardẽtem,magis crescit incendiũ. Sic ardentẽ zelũ Herodis delusionis opprobriũ amplius excitauit:quasi diceret in se ipso:Certe isti Magi puerũ illum inuenerũt,quẽ regnaturum dicebãt, & aut aurũ acceperũt à parẽtibus eius,aut largis promissionibus sunt placati: & ideo ad me nõ sunt reuersi. Illuditur autẽ Herodes,id est,diabolus à pœnitẽtibus,quãdo dimittit eos,& nõ reuertũtur ad eũ:sicut catus tenens murẽ bene dimittit illũ ad horã, sed eũ intrat cauernã,illuditur. Sic diabolus bene permittit aliquẽ ad Deũ cõuerti,vt recidiuet, & peius ei sit: sed illuditur, cũ non reuertitur. Dicit enim peccatoribus: *Dimittam vos,vt sacrificetis Deo vestro in deserto. Verumtamen longiùs ne abeatis*. Hoc itaq; facto de eorũ occisione tractauit:non perdens, quia nõ est consiliũ, nõ est sapiẽtia,non est prudentia cõtra Dñm. Vnde cõmunis est opinio, & principaliter Hist. Scholasticæ, quod fuit per annũ & amplius impeditus à persecutione,quia citatus Romã venit cõtra pueros:& eundo, quia audiuit Magos transijsse per naues Tharsis, ideo omnes,quotquot inuenit,iussit cõburi,iuxta Prophetiã: *In spiritu vehementi conteres naues Tharsis*. Ideo anno reuoluto post Christi natiuitatẽ iussit iugulari infantes. Et quia sciebat iam transijsse annum ab apparitione stellæ, ideo omnes pueros infra biennium occidit: timens ne talis aliquanto speciem sui transformaret, vel ad minorem ætatem

Matt. 2

Luc. 2.

Psal. 47

C Nota.

D *Illuditur Herodes, id est, diabolus à pœnitẽte quando dimissus non reuertitur Exod. 8.*

tem vel ad maiorem, & ita desæuit vsque ad pueros vnius diei, vt inter istos omnes vnũ inueniret: sed hoc esse nõ potuit. De omnibus enim masculis Hebræorũ saluatus est vnus, scilicet Moyses. Sic & Christus. Non enim decebat Dominum cũ innocẽtibus iugulari, qui postmodum cum nocentibus crucifixus est. Vnde primum bellũ Domini fuit ex innocentibus. Cõprobatur enim rectitudo subditorũ ad regem in tẽpore aduersitatis, quia qui non sunt recti, eo tẽpore ipsum deserunt; qui vero recti, sibi adhærent. Pſ. *Innocentes & recti adhæserunt mihi.* Sed modo verum est illud: *Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus non est.* Innocẽtia iam fugit à sæculo: antiquitus solebat reperiri in prælatis & iudicibus, sed nouissime fugata est per munera & dissolutiones. Qui enim piscatur cum linea virga, antequã capiat piscẽ, virga stat recta: sed quando capit piscem, tunc incuruatur, & tanto magis, quanto maior piscis. Virga in manu est auctoritas prælationis, quãdiu prælatus nõ capit, id est, non est cupidus, virga suæ potestatis manet recta: sed quãdo est cupidus, virga suæ potestatis incuruatur, & eo magis, quo grossior est piscis, vel lampreda. Inde Cassiodorus: Oblatio muneris tinea est regiminis. Propterea sequitur post versum allegatũ: *Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis*, quia propter illam causam satis habet mala populus minor.

E *Primũ bellum Christi fuit ex innocẽtibus.*

Pſal 24

Micb. 7

Pſal. 24

Occidit itaque malignus rex pueros, qui sunt flores martyrum secundũ Aug. primę Ecclesię gẽmæ, & qui primos ictus in exercitu Christi receperunt. Sic maiores quotidie in mundo opprimũt minores. Paruulis enim multa latent pericula. Nam sæpe trãseuntes per vicos ab equis & quadrigis cõculcantur. Sic simplices à superbis deprimuntur. Inde Ecclesiastes: *Verti me ad alia, & vidi calũnias, quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium: & neminẽ consolatorem.* Nec hoc de nouo incipit, sed à mundi principio, cum serpens simplicẽ decepit mulierem, & Abel à Cain occiditur. Imo cõedunt superbi carnes in quadragesima. *Comederunt carnem populi mei*, id est, tẽporalia, quæ cum labore carnis acquisierunt, *& pellem eorum desuper excoriauerunt.* Hieremias: *Primus comedit eum rex Assur, iste nouissimus exossauit eum Nabuchodonosor rex Babylonis.* Vnde Herodis magna fuit crudelitas, quia secundum Philosophum omnes pueri vocant omnes homines patres propter defectum rationis, & sic tyrannus illos occidit, qui, si vidissent eum, vocassent eum patrem.

F *Innocẽtes opprimuntur ab astutis & malis, & quod mali cõedũt carnes in quadragesima.*

Eccles 4

Gen. 3. & 4.

Hier. 50

Vox in Rama audita est, ploratus paruulorum, *& vlulatus* mulierum. Quis enim se potuisset cohibere, visa tanta crudelitate? In Rama nõ in Ramatha, sed in excelsis, vel vsque ad cęlos sanguis eorũ clamauit. Ideo hodie Ecclesia cantat: Vindica Dño sanguinẽ nostrũ. Et subditur: *Rachel plorãs filios suos*, vel quia in Bethleem sepulta est, vel quia magna pars fuit de tribu Beniamini, quia nõ solũ in Bethleẽ, sed in eius cõfinibus occisi sunt. *Et noluit consolari, quia nõ sunt*, scilicet viuentes. Ecclesia enim triplices filios luget. Primo, martyres, cõsiderans eos esse sibi subtractos, & nõ vult consolari in præsenti, quia omnem cõsolationem transfert in futurum, quia non sunt, scilicet præsentes. Secũdos filios luget Ecclesia, qui vsque ad partũ veniunt, in quibus patitur abortiuũ. Tertios, qui per baptismum renati, per peccatũ retrocedunt, & vtrosq; luget Ecclesia, quia nõ sunt, id est, sunt dãnati. Et ideo quia luget Ecclesia, aliqua cãtica lætitiæ subticẽtur: puta, Gloria in excelsis, Alleluia, &c. ad compatiendũ martyribus lugẽtibus, vel quia descenderunt ad limbum patrum.

Hier. 31

Nota

Pro secũda parte monet deinde Angelus anno septimo ipsum Ioseph, vt iterũ redeat in Israel, & assignat causam: *Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.* Nõ ergo Herodes tãtũ quærebat, sed etiã nobiles regni, & Iudæi. Ideo Herodes iste, quãdo mortuus est, vocauit maiores natu de Israel, & videns, quia Iudæi cũ lætitia expectabant eius mortẽ: fecit eos includi in carcere, & iussit eos occidi dũ moreretur, vt simul in eius morte omnes lugerent,

Matt. 2

rent,quod tamē non eſt factū. Nihilominus ſecūdū Chryſ.multi illorū interfecti ſunt ab Herode,& vt exiſtimatur,qui cōſenſerūt in perſecutione Chriſti. Omnes autē principes, vel maior pars cōſenſerāt Herodi, vt quærerent puerū ad perdēdū eū. Vnde quidam quærūt animam pueri Ieſu ad perdendū in mēbris eius: & iſti de gētibus ſunt Herodis,ſed iſti defuncti ſunt.Et ratio eſt,quia quærebāt animam medici ad perdēdū eū.Et ideo cū infirmi eſſent furia, nō eſt mirū ſi defuncti ſunt. Imo fugerat ille, qui erat vita eorū, ſcilicet Chriſtus,iuxta illud: *Qui me inuenerit, inueniet vitā.* Propterea non eſt mirabile ſi tales moriātur obſtinati in peccatis ſuis. Alij ſunt qui quęrunt ad ſaluādum eū,vt ſunt Maria & Ioſeph. *Ego & pater tuus dolentes quærebamus te.* Nec eſt mirum ſi tales viuāt,quia Pſ. *Quærite Deū,& viuet anima veſtra.* Sed de horrēda morte Herodis dicēdum. Primo,quod qui matrū filios interemerat, à filijs ſuis eſt perſecutus, & Romā citatus, & cū eis in cauſam venit, & ab eis paratū eſt ſibi venenū,vt qui dolere fecerat de filijs matres, doleret etiā ipſe &in filijs.Secūdo,qui occiderat aliorū filios,in ſeipſum gladiū vertit, ſcilicet in proprios filios:ita quod corā ſe tres occidi fecit, ita quodvnū eorum per quinq; dies ante mortē exterminauit,adeovt diceret Octauianus ſe malle eſſe porcū Herodis quā filiū. Tertio,qui infantes exterminauerat,morbo infantiū,ſcilicet ſcabie per totū corpus cū grauiſsima febre percuſſus eſt ſenex iā 70.annorum. Et qui in paruo ſęuierat,in prurigine,id eſt gratella, & ex cōſequenti à paruis animalibus, qui cerobæi dicūtur, cōeſtus eſt: adeo vt inteſtina eius vermibus ſcaturirent.Et ſicut pueri conſilio medicorū lauabatur in balneis calidis,ſed tamē nihil proficiebat, ſed augmētabatur dolor, & tandē voluit in guttur ſuū præ dolore & miſeria infigere gladiū,& nō pręualuit propter aſtātes. Demum cū omnibus iſtis doloribus plenus putredine expirauit,qui quot mēbra corporis habebat, tot doloribus torquebatur. Et quia multoties mori nō poterat,qui multos occiderat infantes,propterea vindicta moriētium plurimorū in plurimis ei doloribus reddebatur. De iſto Herode vide li.1.Hiſt.Eccleſ. c.7.8.& 9.in Hiſt.Scholaſt.in principio Hiſtorię Euāg.

C Quidā quærunt Ieſum ad perdēdū, quidam ad ſaluandum.

Prou.8.

Luc.2.

Pſal.68

H De morte Herodis.

Verū iſta occaſione Innocētiū bene prouidit Dñs pueris,quia numquā tantū bonū fuiſſent adepti,ſi Herodes ipſos honoraſſet,quātū adepti ſunt mortē pro Chriſto tolerando. Inde Aug. Ipſe iniquus nō potuiſſet eis tātū prodeſſe obſequio,quātū profuit odio,quia dū rapiūtur ab amplexibus matrū, redduntur gremijs Angelorū. Iſtosenim ad honorē filij ſui fecit rex regum nouos milites. Nā in incarnatione filium ſuum nouum militē fecerat, quem in papilione virginalis vteri lorica noſtræ mortalitatis veſtiuit, & in cāpum huius mundi cōtra diabolum pugnaturū poſuit, & ad honorē eius multos milites fecit, ſcilicet martyres, inter quos innocentes iſti (qui iuuenes milites facti ſunt) in prima acie mortui ſunt, & primitias gloriæ martyrum conſecuti ſunt.

R Bene ſunt Innocentibus per mortem.

DE EODEM SERMO III. ET in ordine XLI. Per Thema.

Accipe puerum & matrem eius,& fuge in Aegyptum. Cōmuniter dicitur: Melior eſt bona fuga quàm mala expectatio,&principaliter quando à perito & iuriſconſulto conſulitur. Sed ſic eſt,quod iſta fuga ab Angelo cōſulebatur,ideo debuit Ioſeph obedire,&fugere &nō expectare.Et ſi dicatur:Videtur quod qui fugit,debilior ſit:cur ergo Dñs fugiebat? Dicitur,quod non ex debilitate. Sed primo, quia debebāt innocētes pueri pręcurrere mortē Chriſti. Vnde multi ſtulti ſeruiunt neſciētes ipſi Chriſto,qui nō ſolū ſapiens eſt,ſed etiā ſapiētia Dei. Stultus enim erat Herodes,qui tamen nō intēdebat ſeruire, ſed potius ſæuire: ſed inuitus & neſcius ſæuiēdo ſeruiuit. Decebat enim,vt puerū Ieſum pueri pręcurrerēt,qui etiā iā adulto laudes decātauerūt. Vt in vtraq; ætate impleretur illud: *Ex ore infantium & lactē-*

Matt.2

A Quare Dominus fugit.

Pſal.8.

tium

Digitized by Google

tium perfeciſti laudem. Quàm ſplendide, & opulente ſeruiuit, qui tales primitias & tales agnos tam nouellos & teneros ad
Apo. 14 menſam conuiuij cæleſtis tranſmiſit? *Hi empti ſunt ex omnibus primitiæ Deo & Agno.* Secundo, fugit Chriſtus & reculauit ad melius ſaliendũ, ſcilicet ad ſaliendum in cruce. Si enim tunc mortuus fuiſſet inter illos iuuenes, mors eius non fuiſſet ponderata. Sed tunc ponderata eſt tot mortibus iuuenum. Guardia regis ſe dimitteret truncari priuſquam regẽ. Sic trũcata eſt infantia quaſi guardia noui regis. Sed cũ magnus factus eſt, etiam magni truncati ſunt. Quando enim luna eſt plena, implẽtur oſſa leonis, & aliorũ animalium medulla, & ſic ſunt fortiora animalia. Sic quando luna plena fuit, id eſt humanitas Chriſti plena diuinitate, vel vterus virginis, tunc fortes ingreſſi ſunt prælium à minimo vſque ad maximũ, & Maria ſimul cũ principe Chriſto pugnauit in paſſione, & vicit. Et nos etiã neceſſe eſt indui armis fortitudinis ad debellãdos hoſtes noſtros, preſertim inuiſibiles aëreas poteſtates. Ad Mariam igitur pro auxilio habendo recurramus, porrecta ſuplicatione per angelicũ verbũ, Aue gratia plena, Dñs tecũ. &c. Aliqui voluerũt dicere, quod inter innocentes ſoli circumciſi fuerũt ſaluati, & nõ alij, propter illã legẽ ſcriptam: *Maſculus, cuius præputij caro circumciſa nõ fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo.* Sed dicitur cum beatiſsimo Bernardo in ſermone de his tribus feſtis, & cum beato Auguſtino, quod illi omnes etiam incir-
Gen. 17 cumciſi ſaluati ſunt. Nã & canit Eccleſia, quod non loquẽdo, ſed moriẽdo Chriſtũ confeſsi ſunt, & in hoc martyres, extendendo nomen martyris, nõ pro teſte, ſed pro eo qui ſuſtinet pro Chriſto. Indifferẽter autẽ mortui ſunt pro Chriſto incircũciſi ſicut circũciſi. Secundo, nunc baptiſmus ſine propriæ volũtatis vſu ſufficit ad ſalutẽ, ergo à fortiori pro eo ſuſcepta mors (quę eſt quidam baptiſmus) ſecluſo vſu rationis ſufficiet ad ſalutẽ. Tertio, ſecundũ iura, qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur; ſed Chriſti occaſione innocentes omnes trucidati ſunt, ergo ad eos coronandos videtur fuiſſe iuſtum, vt bonitas Dei dederit illis vitam gloriæ, quibus occaſionaliter abſtulit vitam naturæ, vt nec ſic maior eſſet Herodis iniquitas, quàm Chriſti pietas. Quarto, quia ſecundum Auguſtinum Chriſtus pro liberandis hominibus venit, imo etiã pro ſuis interfectoribus orauit, ergo à fortiori, de illorum præmio cogitauit & ordinauit, qui pro eo interficiendi erant. Imo credendum eſt, quod maxime cum illis miſericorditer egit, cum mortis debitum conuertit eis in pretium regni cælorũ. Terra enim corporis noſtri in Adã *Nota.* onerata eſt debito mortis. Hæreditas vero cum onere ſuo trãſit ad poſteros, ideo mortis debitores erant paruuli, quam tamẽ Deus recepit tamquam pretiũ regni. Et ſic fecit eis Dominus quaſi de neceſsitate virtutẽ, & eos tunc rapuit de medio, ne grãdes effecti poſtea à malitia immutarentur. Sed quia nondum venerat hora Chriſti, vt interficeretur cũ illis paruulis, ideo ad declinandũ ſęuitiã Herodis, & occiſionẽ Chriſti, prȩcepit Angelus Ioſeph, dicens: *Accipe puerũ, & fuge in Ægyptũ*, &c.

B *Omnes Innocentes etiã incircũciſi trucidati ab Herode ſaluati ſũt*

Iuxta Euangelium erunt duæ partes in hoc ſermone. In prima dicetur de fuga Chriſti. In ſecunda de occiſione Innocentum. Pro primo dicitur in textu? *Apparuit Angelus Ioſeph, dicens: Accipe puerum.* &c. Puer iſte veritas eſt naſcens de cordis puritate. Nam *veritas de terra orta eſt,* ſed quando veritas de corde naſcitur, à ſpiritu elationis vehementius infeſtatur, vt homines vel de hoc gloriantes, & ſic in publicũ propter gloriam propalantes vel altiora ſe quærentes, vt ſui obliti infima ſua deſerãt, & altiora rimantes, protinus ad nimiam lucẽ dejiciantur, & ruant. Sed tũc iubemur ad tenebras noſtras ire, vel ad tenebras noſtras, id eſt, abſcondito veritatem ſilere, vel ad Ægyptum noſtram, id eſt, ad tenebras conſcientiæ noſtræ redire, & infirmitatem noſtram cõſiderare. Ignorantia enim noſtra, concupiſcentia

C *Veritas eſt puer quẽ inquirebat Herodes, id eſt, quilibet homo occidere.* Pſal. 84.

Digitized by Google

piſcentia noſtra, tenebræ ſunt. Deus lux eſt, & conſcientia noſtra nox eſt. Deſcendit autem puer iſte in Ægyptum, quando nos docet de nobis ipſis, in Iudæam
Pſal. 75 vero, cum de Deo, iuxta illud Pſal. *Notus in Iudæa Deus*. Fuge igitur in Ægyptum, ne forte lux veritatis extinguatur, ſed nō ſine virgine matre, id eſt, ſine puritate: quia ſi ſine illa vadimus, iam ſtatim ad concupiſcentias noſtras redimus. *Sed eſto ibi vſque dum dicam tibi*.
Matt 2 Noli inniti ſcientię tuę, caue conſilium Sathanæ, qui ſe transfigurat in Angelum lucis, & ſub ſpecie boni ſeminat cōſilium erroris; quia ſi ante tēpus reuerteris in Iudæam, cito reuerteris ad ſuperbiam: & ſi nimium in Ægypto moraris, proculdubio in deſperationem cades; quia ſi ad mala tua nimis intendas, te in foueam deſperationis præcipitas. Si ante temps vel vltra modū de Dei miſericordia cōfidas, te in præſumptionē erigis. Omnia enim tempus habēt, & exitus de Iudæa, & reditus. Hæc Richardus de ſancto victore in ſermone. Sed quomodo dicebat Angelus Ioſeph, vt fugeret in Ægyptum, cum eſſet pauper, & nihil habebat, quare non prouidebat? Si eſſet modo qui fugeret in terrā alienigenarū, quātumcūque diues eſſet, adhuc timeret de neceſſarijs ſuis. Dicitur primo, quod poſſibile eſt, quod iam prouiſum erat ad nutriendum puerū per reges. In ſignū quod reges & principes debent prouidere pauperibus, & non tollere ſua. Vel dicitur, quod Ioſeph erat bonus artifex & etiam Maria ad lucrandum vitam ſuam, & ita dūmodo homo ſit in ætate, in qua poſsit operari, & ſciat artē, non debet diffidere de auxilio diuinæ prouidentiæ. Dicitur tertio, quod in hoc datur exemplū, quod Deus nō permittit ſuos in neceſsitate ſine conſolatione; nō dico quin debeat homo vti induſtria ſua, & quod nō faciat quod in ſe eſt de lucrando vitā ſuā. Inde dicit
Pſal. 54 Pſal. *Iacta ſuper Dominum curā tuā, & ipſe te enutriet*, &c. *Futurū eſt enim vt Herodes quærat puerū ad perdendū eū*. Puer Ieſus in Iudęa perſequitur & in Ægypto ſeruatur, quia
Matt. 2 Nota. Chriſtus ab illis, qui ſunt in terra Iſrael, id eſt Eccleſię vel religionis, per diuerſa vitia fugatur: & tamen ab his qui ſunt in mūdo per deuotionē colitur, quia hodie Chriſtus plures habet in Eccleſia perſecutores quā in mūdo, cęteris paribus: & iā videtur à terra Iſrael, id eſt, ab Eccleſiaſticis recedere, & in Ægypto, inter laicos habitare, ſecundū illud: *Ieſus abſcondit ſe, & exiuit de tēplo*. Qui cōſurgens accepit puerū & matrē eius nocte, & ſeceſsit in Ægyptū. Videtur prima facie ex textu, quod Ioſeph incepit fugā illo die quo interēpti ſunt Innocentes, ſcilicet nocte quæ erat principiū illius diei. Sed cōtra dies ille infauſtus eſt, in quo nō debet bene cōtingere alicui, vt dicūt multi, & tamen bene contigit ei. Quæritur ergo cum Gerſon, vtrū dies Innocētū ſit infauſtus & infortunatus ad aliquid inchoandum, & cōſequēter alij dies per totū annum habentes ſimilē ſituationem. Et videtur quod ſic, quia ſunt etiā multi alij dies poſiti in Kalēdario infortunati, vt dies Ægyptiaci, dies Caniculares, quare ergo non iſti? Dicitur, quod non eſt infortunatus. Nam ſi ſic, aut hoc eſſet ex diſpoſitione ſiderū ſecundū Aſtrologiam, aut ex dæmonum actione ſecundum artē magicā, vel ex ſanctorum Innocentiū merito ſecundum religionem Chriſtianā, vel ex obſeruātium phātaſia, vel imaginatione, quę allegat experiētiā. Sed nulla iſtarum eſt rationabilis. Talis igitur obſeruatio eſt vana & reprobāda. Nō primū, quia hoc eſt cōtrarium regulis & principijs Aſtrologię, quia Aſtrologi variāt ſua iudicia ſecundum variationē poſitionis ſiderum, ita vt nō poſsit cōfici Almanach vniforme perpetuū, quia dies lunæ exēpli gratia, quę modo eſt indiſpoſita & infauſta, ſecundū regulas eorum, ſi ſint veræ, erit hebdomada ſequēti diſpoſitionis alterius. Attento maxime quod in his, quæ concernunt arbitrij libertatem, aſtra non imponunt neceſsitatem, iuxta illud Ptolomæi: Vir ſapiens dominabitur aſtris. Et hæc ratio ſolet efficaciter fieri contra ſignationem, quæ

E *An dies Innocētum ſit infortunatus, & ibi improbant vt ſuperſtitiones quorundam.*

repe-

Digitized by Google

reperiri ſolet in Kalendarijs de diebus Ægyptiacis ſeu periculoſis. Nec ſecunda, quia eſſet manifeſte vergere in idololatriam: ſi quærãtur placari dæmones per hoc, quod eſt nihil agere, tamquã plus in hoc timeantur quã Deus & ſancti ſui: dũ creditur, quod ſi quis aliquid ageret, cauſarent infortuniũ. Secundo, quia nõ tantum his diebus, ſed (ſicut dicit Petrus) aduerſarius veſter diabolus aſsidue circuit, quærẽs quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide, nõ vana ſuperſtitione. Inde ait Pſ. *Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & nõ reſpexit in vanitates & inſanias falſas.* Dat rationem in alio paſſu: *quia odiſti* (inquit) *obſeruantes vanitates ſuperuacuè*. Præterea, ſecundum ſacros Doctores & præcipue Auguſtinum, tales obſeruationes ſunt illicitæ, & contra baptiſmalem ſanctitatẽ: ita quod euenit Chriſtianis baptizatis illud de Euangelio: *Cum immundus ſpiritus exierit de homine*, per baptiſmum: ſequitur: *Tunc vadit, & aſſumit ſeptem ſpiritus nequiores ſe: & ingreſſi habitant ibi: & fiunt nouiſſima hominis illius*, qui eos recipit, *peiora prioribus*. Melius eſt enim veritatẽ non agnoſcere, quã poſt agnitam peruerſe viuere, eamq; factis aut verbis abnegare. Rurſus hoc attendatur, nullã eſſe diem, quẽ nõ ſit plena infortunijs nunc iſtorũ nunc aliorũ: pro quibus tamẽ nõ eſt dies timẽdus vel euitãdus: ſed hominum infelicitas vel miſerenda eſt vel culpãda, quorum operationes malæ, iuxta Aug. faciunt malos dies. Deniq; nihil eſt fallacius ſtulti vulgi traditionibus, qui vt ſæpius faciũt de nõ cauſa cauſam. Verbi gratia: præcipitabitur aliquis ab equo indomito in via lubrica, vel in flumine ſubmergetur, aſsignabunt vulgi huius infortunij cauſas diuerſi diuerſimode. Dicet vnus, quod in exitu domus obuium habuerat vnum catum vel leporẽ, quod vel in egreſſu oſtij offenderat pede, quod vel mane camiſiam reuerſam induerat, aut calceus dexter pro ſiniſtro acceptus fuerat: quod ſignũ Cæſar Auguſtus reputabat ſibi infauſtiſsimũ: vel quia ſic ſomniauerat, vel quia crocitauerat coruus ſuper tectum, vel bubo cũ ſtridore ſuperuolitauerat, vel gallus præter horam vocẽ dederat. Dicet alius: Ecce mala dies erat vel infortunata & ægra. Alij traducẽt ad mores, dicentes hora tali nõ potuiſſe ei feliciter cõtingere, qui ſic & ſic egerat rapiendo bona vicinorum, vel fraudãdo, vel adulterãdo, vel blaſphemãdo, aut quoniã ex improbis & iniuſtis parẽtibus trahebat originem. Et iſti faciunt de non cauſa cauſam, & de non experiẽtia experientiam quaſi certam & fundatam aſſerentes. Nec eſt dicendum tertiũ, quod ratione occiſionis Innocentium prouenit iſtud infortuniũ tali die, & in ſequentibus ſimilibus, quia iſtud caret ratione. Alioquin Theologi, & viri religioſi & deuoti deberent iſtã obſeruãtiam magis cuſtodire & cognoſcere: qui tamen diſſuadent illã & reprobant, & dicunt hoc eſſe in dedecus Dei & ſanctorum Innocentium. Rurſus, talis honor ſi eſſet rationabilis, magis deberetur Domino Ieſu & matri eius pro ſuis feſtiuitatibus quã feſto Innocẽtium. Nec eſt dicendum quartũ, quod talis obſeruatio fingitur, vel timetur, vel exercetur ex ſola hominum phantaſia ex melãcholica imaginatione, quia hæc phantaſiatio falſa, & corrupta, & ſuperſtitioſa prouenit in hac materia, ſicut in alijs mille millibus ex varijs ſeductionibus. Primo, aliquãdo proueniũt hæ falſæ credulitates & cõfictæ obſeruationes ex dæmonum ſuggeſtione vel illuſione, ad animarũ damnationem, & fidei Chriſtianæ ſubuerſionẽ, & Sanctorũ infamationẽ. Secũdo, ex magicorum maligna traditione. Tertio, ex gentilium & aliorum infidelium derelictione: ſicut in principio cõuerſionis ad fidẽ Chriſti frequenter inueniebatur. Quarto, ex phãtaſiæ vel imaginatiuæ virtutis debilitatione. Cuius ſignũ eſt, quod vetulæ, & pueri & puellæ, & idiotæ proniores ſũt ad tales obſeruationes credẽdas vel obſeruandas. Inde ortũ habuit illud Epithetõ: Vetulæ ſortilegæ, *vieilles ſorcieres*. Circa illud attendendum eſt verbũ Pſal. *In manibus tuis ſortes*

1. Pet. 5

Pſal. 28

Luc. 11.

Pſal. 30

ſortes meæ: qui dat intelligi per hoc, non in ſuperſtitionibus & ſacrilegijs huiuſmodi fictitijs & plerũque noxijs eſſe confidendum. Retrahũt enim ſpẽ à Deo, ſuperſtitionibus occupãt, in moribus inquietant, obſunt aliquãdo reipublicæ, & viã ad hęreſes aperiũt. Quinto, prouehit hæc corruptio iudicij rationis ex primęua à puero per ſtultas matres & nutrices enarratione. Delectãtur enim dicere fabulas admirabiles, & puerilis ętas imbuta talibus vix repellit, quia quod noua teſta capit, inueterata ſapit. Sexto, hoc poteſt prouenire ex humano timore & diffidẽtia auxilij, & curioſa ſciendi futura libidine, vt
1 Reg 28 patuit in Saul & alijs ſine numero. Septimo, ex certa cõfictione ad fallendũ alios & irridendũ, ſicut fit apud aliquos trufatores. Octauo, ex lectione quorumdã romanticorũ, id eſt, librorũ cõpoſitorum in Gallico quaſi Poëticorũ de geſtis militaribus, in quibus maxima pars fabuloſa eſt, & magis ad generandũ quamdã nouitatũ admirationẽ quã veritatis cognitionem. Nono, ex inobedientia ad diuinã legem, & ex modica eius reuerẽtia vel cognitione. Cuius ſignũ eſt, quod tales ſuperſtitioſi citius crederẽt verbis, vel ſcriptis, vel narrationibus fabuloſis quantũcumq; inapparentibus, quã diuinę auctoritati & ſuis doctoribus. Imo & facilius inducuntur operari valde difficilia, vt in ieiunijs & certis orationibus & certis votis, quam poſſent induci ad opera legis Chriſtianæ facilia. Sicut ſunt ieiunia per Eccleſiã inſtituta vel orationes, qualia citius frangerent, quã dimitterent ſuas ſuperſtitiones lõge grauiores, quæ nec vtiles ſunt, ſed ſępe in damnationẽ animarũ & præcipitationẽ corporũ præcipitãtes. Et de talibus numquã quærerent conſiliu n, ſed deſpiciunt eruditos in ſcientijs. Deberent tales attendere verbum Domi-
Eſa 44. ni, dicentis: *Ego ſum Dominus faciens omnia, extendens cælos ſolus, ſtabiliens terram & nullus mecum, irrita faciens ſigna diuinorum*. Et ſequitur: *Scientiam eorum ſtultam faciens*. Et il-
Hier. 10 lud. *A ſignis cæli nolite metuere, quæ timent gẽtes, quia leges populorum vanæ ſunt*. Et ſi dicatur: Ego bene obſeruo nouenariã dierum ad recuperandũ ſanitatẽ, quare non obſeruabo ſingulos dies ſimiles hebdomadarum ad honorẽ iſtorũ ſanctorũ? Dicitur hic, quod multa tolerãtur ab Eccleſia, quæ crude ſumpta ſonant ſuperſtitionẽ. Dicere enim, quod nouem dies non plus nec minus requirũt ad ſanandũ, illud eſt ſuperſtitioſum, quia numerus nihil facit ad ſanitatem, quin ita bene ſancti in minori vel maiori tempore ſanarent ſicut in nouenario. Secundo, hoc eſſet conſtituere Deo terminum ad ſubueniendum. Sed hoc reprobat Iudith, dicens: *Non eſt iſte ſermo qui miſericordiam prouocet, ſed potius qui iram excitet & furorem accendat. Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei? Sed quia patiens Dominus eſt, in hoc ipſo pœniteamus, & indulgentiam eius fuſis lachrymis poſtulemus.* Dico tamẽ ſecundo, quod hoc Eccleſia tolerat propter deuotionẽ fidelium, qui forte hoc faciunt propter reuerentiam nouẽ ordinum Angelorũ. Vel qui in numero dierũ non cõfidunt, ſed ſolũ in tali tempore ſperant Dei auxilium affuturũ, & ſic toleratur. Dicitur tertio, quod non eſt inconueniens celebrare vel octo vel nouem dies, imo ſingulis diebus vnius ſeptimanæ vnũ diem, dummodo non ſit admixta ſuperſtitio de non volendo illo die incipere aliquod opus vel cõſummare, quia bene celebrantur octauę Innocẽtum, & ſingulis diebus ſeptimanæ Eccleſia dedicat ſabbatum beatæ virgini, licet non obſeruet. Tum quia ſunt ſatis feſtiuitates in Kalẽdario noſtro. Tum quia illud poſſet vergere in errorem & Iudaiſmum, vt patet per illud de conſec. diſt. 3. *peruenit*, vbi dicitur, quod Antichriſtus faciet iſtã multiplicitatẽ feſtorum. Dicitur quarto, quod aliquãdo expedit principibus certum diẽ in ſeptimana accipere, in quibus vacent Deo & ſuæ conſciẽtiæ, ſequeſtrando ſe ab omnibus exterioribus negotijs. Sicut dicebat Iacob, poſtquã ſeruiuit Laban diutius: Tempus eſt vt pro-
Gen 30 uideam

E

An obſeruatio nouenaria ſit licita.

In lib 8

uideam domui meę. Et in diebus illis vacare prędicationi audiędę, lectioni, quieti, & romãtijs bonis & decẽtibus ad animãdum eos ad bene agendũ, dummodo tamẽ propter huiuſmodi voluntarias acceptiones feſtorũ, dies feſti Eccleſiæ non minus obſeruẽtur. Habent enim principes multas ſolicitudines & anxietates ſuper alios, ideo indigẽt maiori quiete quã alij. *Et erat ibi vſque ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictũ eſt à Domino per Prophetã dicentẽ: Ex Aegypto vocaui filium meum.* Vocat nos Dominus ab Ægypto, id eſt, à mundo vt exeamus. Primo, vt mater filiũ à loco periculoſo. Ægyptus enim interpretatur anguſtia, & ſignificat mundũ, in quo mundani plus habẽt anguſtiæ quàm delectationis, ſi bene attenderent. Inde Num. 11. dicitur quod filij Iſrael veſcebãtur cępe & porris & alijs, in quibus cibis, licet à leccatoribus libẽter cõmedantur, habetur tamẽ plus acerbitatis quã dulcoris. Ideo Pſ. *Tribulatio & anguſtia inuenerunt me.* Cũ enim mater videt filiũ iuxta præcipitium aquæ vel foueę in loco ruinoſo, vocat eum ad ſe. Sicut autẽ aui tutum nõ eſt eſſe iuxta laqueum, piſci iuxta naſſam, puero iuxta fornacẽ, ſic nec homini eſſe in mundo pleno laqueis & foueis, id eſt, occaſionibus multis ad peccãdum. *Væ mũdo à ſcandalis.* Hinc vidit Ieſus Iacobum & Ioannẽ in naui, & vocauit eos ſcilicet de mundo. Nauis enim in mari per dimidiã horã vix eſt in tuto, & ideo dicitur: *Qui nauigãt mare, enarrãt pericula eius.* Qui enim morãtur in mari, ibi pereunt, & propterea alijs pericula narrare non poſſunt, ſed qui nauigãt, id eſt, qui trãſeunt. Secundo, vocat nos Dñs à mundo, vt nobilis accipitrẽ, qui auolauit, cũ reclamatorio, ſcilicet carne rubea affixa ligno. Sic Dñs oſtẽdit in cruce carnem ſuã rubeã homini, de quo dicitur: *Effraim quaſi auis auolauit*, ſed pauci curant, adeo vt merito conqueratur, dicens: *Vocaui & renuiſtis, extendi manum meã* (in cruce,) *& non fuit qui aſpiceret.* Accipiter enim ſaturatus nõ venit ad reclamatorium, ſed famelicus. Sic nec diuites ſed pauperes ad Chriſtum. Inde prodigus adoleſcẽs ad patrẽ non redijt, quouſque inopia eum oppreſsit. In ſecunda parte videndum eſt de occiſione Innocẽtum, & pro iſto dicitur in textu: *Tũc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à Magis*, &c. Tribus inimicis debemus illudere, carni, mũdo, dęmonio. Caro perſuadet ſuauia, mundus inania, diabolus iniqua. Caro eſt inimicus domeſticus, ideo timẽdus: mũdus ſophiſticus, ideo cauendus: diabolus iniquus, ideo expugnãdus. Illudamus ergo dæmoni, ipſi non obediẽdo: carni, ipſam affligẽdo: mundo, ipſum latenter fugiẽdo. Illudamus dæmoni, quia ſecundũ Pſal. *Draco iſte quẽ formaſti ad illudendũ ei*, id eſt, vt ei illudatur ab homine. Illudamus & carni, & eam decipiamus, quia quando Sanſon Dalidã decepit, ſecurus dormiuit, ſed quãdo dixit vbi erãt vires eius, ipſum Dalida decepit. Sic cũ decipit homo carnem ſuã, ſed cum aſſentit ei, decipitur: & ideo dicitur: *Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui*, ſcilicet à carne. Similiter Iacob Labã decepit, quãdo eo ignorãte receſsit, ita vt ſi velimus aliqua bona facere, fauorẽ mundi nõ appetamus. Neſciat Laban quod in terram promiſsionis fugit Iacob. *Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.* Neſciat Herodes quod per aliã viam reuertimur in regionẽ noſtram. *Et mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem*, &c. Hic conſiderãdum eſt quale periculum eſt in receſſu Chriſti, quia quando fuit cum iſtis infantibus, fuerunt ſalui; quãdo receſsit, occiſi. Quãdo enim capitaneus exit de bello, res male ſe habẽt. Sic debemus orare Chriſtum, ne recedat à nobis, ſed ſemper maneat nobiſcũ, dicentes cum Pſal. *Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne diſceſſeris à me.* Vnde tunc impletum eſt illud: *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemẽ illius.* Quando ſcilicet Herodes ſemen ſerpẽtis, ſtatim poſtquam natus eſt Chriſtus, perſecutus eſt eum quaſi ſemen Marię, ita vt de eo verificetur illud: *Draco ſtetit ante mulierẽ quæ erat paritura* (maſculum,) *vt cũ*

Matt. 2

F
Deus vocat nos ab Aegypto, id eſt mundo, dupliciter.

Matt. 18

Eccli 43

Oſea 7

Prou 1.

Luc. 15.

Matt. 2

G
Debemus illudere carni, mundo, & dæmoni.

Pſ. 103.

Iud. 16.

Matth. 7

Gen. 31.

Matt. 6

Matt. 2

H
Abientia ſeu receſſus Chriſti periculoſus.

Pſal. 37

Gen. 3.

Apo. 12

Digitized by Google

periisset, filiũ eius deuoraret, sed non præuaIudit. 7. luit. Similiter Holofernes, id est Herodes, iussit præcidi aquæductum gratiæ, cum iussit cum Innocẽtibus occidi Christum, Christus enim est aquęductus, per quem venit fons gratiæ & misericordię in ciuitatẽ mundi: sed illum nõ potuit, quia non est permissus à Deo, sed bene, vt occideret Innocentes. Restabat enim, vt postquã in omni fere intelligibili ętate aliqui cõfessi fuerãt Christum: sicut in ætate se-
Mat. 22 nili Simeon & Anna vidua, in mediocri
Luc. 2. ætate pastores & reges, quod etiã Innocentes ipsum confiterentur, vt ex ore infantium & lactentium perficeret Deus laudem. Occidit omnes pueros. Quadruplicem puerorum occisionem legimus.
Exod. 1. Primo, à Pharaone factã. Secundo, hic ab
Esai. 13 Herode. Tertio, à Medis. *Suscitabo super eos Medos, qui argentũ nõ quærũt, nec aurũ velint, sed sagittis parvulos interficient*. Quarto, ab
2 Mac. 1 Antiocho. *Suspendebant pueros à cervicibus per vniuersas domos*. A Pharaone occidun-
1 De quadruplici occisione puerorũ, & quid significet. tur submersione, ab Herode gladio, à Medis sagittis, ab Antiocho suspendio. Primi sunt Innocentes, qui à diabolo per suggestionem præsentis voluptatis submerguntur in flumine deliciarum carnalium. Flumen enim voluptatẽ significat. Herodes vero, gloriãs in pellibus, occidit eos gladio, id est, timore prȩsentis aduersitatis, quę significatur in gladio, iuxta il-
Exo. 15 lud: *Euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea*. Medi, id est, diaboli occidunt timore futuræ aduersitatis significatæ in sagittis, quæ à lõge percutiunt. Antiochus vero suspendit eos ad futurã prosperitatem. De istis autem Innocentibus occisis
Apo. 14 ab Herode recitatur hodie illud: *Vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion*, id est, Ecclesiæ triumphãtis, *& cum eo centũ quadraginta quatuor millia*, vbi ponitur numerus certus pro incerto. Sed timeo ne illud vix possit verificari de Ecclesia militante. Nam vix supra montem Siõ, id est, Ecclesiæ militãtis inuenitur Agnus Christus, qui est sapiẽtia Dei, id est, prælatus sapiens & literatus. Sed potius Agnus, id est, prælatus iuuenis, simplex & idiota. Multi enim talium sunt hodie supra mõtem Sion in eminentia dignitatis. Et dato quod in religione, vel in Ecclesia sint multa animalia oculata, hoc est multi viri discreti & seniores prouidi, in prælatione tamen nõ ponuntur hodie tales, sed magis Agni, id est, iuuenes prece, precio occupãt Ecclesiasticas dignitates. Iam cõpleta est Prophetia: *Dabo pueros principes* Esa. 3 *eorũ, & effœminati dominabuntur eis*. Et: *Vidi* Eccl 10 *positum stultum in dignitate sublimi*. Et isti statim, vt sunt eleuati, non cessabunt quousque fecerint venire in cõspectu suo in diuersis beneficijs, præbẽdis & dignitatibus centum quadraginta quatuor millia, non innocentũ & bonorum virorũ, sed talium qualiũ multitudinẽ copiosam, de illis, qui portant nomen suum & patris sui, id est, de proprijs parẽtibus, cognatis, compatriotis, familiaribus, atque notis. Et ibi auditur maxime multitudo cytharistarum, id est, adulatorum, qui linguis suis non cessant noua cantica resonare.

IN TRANSLAT. S. IACOBI Maioris, Sermo vnicus, & in numero XLII. Per Thema.

Esai. 18 ERit *sepulchrum eius gloriosum*. Circa huius diei solemnitatem posset inter Catholicos oriri quæstio. Cur discipuli B. Iacobi tantum laboris acceperunt ad sepeliẽdum corpus magistri sui & patris spiritualis, & per tot terrarum spatiæ transierunt, cum tamen Dominus cuidã discipulo suo volenti sepelire patrem suum dixerit: *Dimitte mortuos sepelire mor-* Matt. 8 *tuos suos*. Ad hoc respõdetur. Primo, secũdum Glos. ordinariam super illo passu, A Sepelire mortuos quomodo prohibuit Christus. quod sepelire mortuos est in suo peccato fouere peccatores. Sicut faciunt adulatores in curijs magnorum principum, qui magnos Dominos sepeliunt in peccatis suis, ita quod excęcãt eos approbando eorum pessima facta. Noluit ergo Dominus prohibere sepulturã mortuorum, sed prohibuit ne quis volens quærere vitam æternã, sequatur adulatorum viam; quasi pec-

K Nota.

peccatores, homicidas, & raptores, cõfirmando facta eorum, ſepeliunt in peccato ſuo. Dicitur ſecundo, quod ſunt aliqua bona opera minora, ſed meritoria. Alia vero maiora, propter quæ poſſunt dimitti minora. Sicut ſepelire mortuũ, licet ſit opus valde meritoriũ, tamen mortuũ in peccato cõſequi vitam æternã, & ſanitatẽ animæ ſuæ, aut alia ſpiritualia opera facere, eſt magis meritoriũ, niſi forte in caſu, vbi nullus eſſet, qui ſepeliret. Erãt autem multi alij, qui poterãt ſepelire patrẽ
Matt. 8 ipſius, ideo dixit Dñs: *Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Tu autẽ veni, & ſequere me, & annuncia regnũ Dei, id eſt, veni ad ſuſcitandũ mortuos ſpiritualiter. Maius autẽ eſt ſuſcitare mortuos ſpiritualiter, & magis meritorium, quàm ſuſcitare mortuos corporaliter. Dicitur tertio, quod diſcipuli B. Iacobi corpus eius aſportantes de tam lõginquis partibus ad terras occidẽtales & ad Hiſpaniã, non tã fecerunt pro tumulatione corporis, quã fecerũt pro ſuſcitatione ſpirituali omniũ habitantium in patria, vtpote qui erãt de partibus illis, & nõ poterãt ſuũ magiſtrũ adducere viuũ, adducũt mortuũ, vt quod non potuit explere viuus, expleret mortuus. Ratione cuius debuit honorifice ſepeliri. Sic & alij glorioſi martyres, vt de Stephano legitur, à timoratis viris poſt mortẽ ſepulti ſunt. Similiter & Chriſtus, cuius exequijs Maria interfuit martyr. Ideo ſicut alij martyres, vt Stephanus tenet lapides, & Laurẽtius craticulã, ſic & ipſa ſuũ filiũ, qui ſibi fuit martyriũ. Ad ipſam igitur, vt de ſuo parẽte aliquid dicere valeamus recurremus, dicẽtes: Aue.

Sed oritur iterata quæſtio: Cur Dñs ſic ſanctos ſuos, dũ viuũt, tractari permittit crudeliter, & tamen eorũ corpora exanimata ſic vult honorari: quaſi Dñs maiorẽ habeat curã de equo, quã de ſeſſore; & de terreno, quã de æterno. Reſpõdetur primo, quod tã crudeliter Dñs tractari permittat ſanctos viuẽtes, alterius eſt negotij, pro nunc tamen dicetur vnica ratio, quia ſcilicet de his vult cæleſtẽ domum ædificari. In ẽdificio autẽ antequam lapides reponantur, oportet, quod ſint martellati, ideo oportuit S. Iacobum, & alios primo martellari martello tribulationis, quàm intrare in regnũ cælorum. Dicitur ſecũdo, quod pluribus de cauſis vult corpus mortuum honorari. Prima eſt, quia miles reuerſus de prẽlio cũ victoria, quã mediãte ſuo equo optimo habuit, qui ſuſtinuit omnes ictus, vult quod multũ bene tractetur ſuus equus, & bene prouideatur ei. Sed ſancti in ſuis corporibus ſuſtinuerũt tormẽta, & mediantibus illis peruenerũt ad regna cæleſtia, ergo dignũ eſt, vt rex, pro quo hanc fecerũt victoriã, de equo, id eſt, corpore pẽſet. Secũda ratio, quia moris eſt Reges cum honeſtate ſepelire & cum maximo triũpho. Sed iſte fuit rex in gloria, ex victoria contra regẽ habita, ſicut de ſanctis facit Dñs: *Reges in ſolio collocat in perpetuũ*, ergo decentiſsimum erat corpus ſuũ honeſtiſsime tractari. Tertia ratio, quia ſecundũ Ariſt. 7. poli. c. 3. In Hiſpania antiquitus mos erat & lex, vt quicũque validus fuerat in prẽlio, cũ moriebatur, in ſepulchro eius tot ponebãtur imagines eleuatę, quot homines ſuperauerat aut interfecerat. Sed Iacobus regẽ Herodẽ, & Scribas, & Phariſęos, & Magos ſuperauit in vita, & nõ ſolũ in vita, ſed etiã poſt mortẽ Lupã & Hiſpanię regẽ, ac fere populũ vniuerſum illius terræ ad fidẽ cõuertendo Deo ſubegit: igitur ſecundũ leges & patriæ cõſuetudinẽ debebat eius ſepulchrum eſſe glorioſum. Duo ſolẽt de martyribus prædicari. Primũ eſt ignominia, quam viuẽtes paſsi ſunt, & militia, qua militauerunt in hac vita. Secundũ eſt gloria qua eorũ corpora dotata ſunt in hoc ſęculo, & cũ hoc militia corporis exanimis. Primũ prædicari ſolet in eorũ feſto principali. Secundũ vero in eorum trãſlatione. Ideo dicemus tãtum de ſecundo, vbi duo videbũtur. Primũ quomodo fuit ſepulchrum B. Iacobi fundatũ. Secũdũ illud Thematis: *Erit ſepulchrũ.* Secundũ quomodo fuit glorioſum in ſubuẽtione & miraculorũ operatione,

Ioh 16.

B Sanctorum corpora mortua honorãtur

ratione, iuxta quod ſubditur glorioſum. Circa primum nota quod in quinq; miraculis prę̃paratum eſt eius ſepulchrum. Primum eſt in applicatione ad portum. Vbi ſciẽdum, quod B. Iacobus decollatus eſt in Annũciatione Dominica, & in Cõpoſtellã tranſlatus die illo, quo eius celebratur principale feſtum. Et quia fabrica ſepulchri fuit à Iulio vſq; in hunc diem prolata, ſtatuit Eccleſia, vt feſtũ eius prę̃cipuum celebretur in Iulio, quia non cõpetenter fieri poterat tẽpore Paſchali, & tranſlatio eius fiat die quo ſepultus eſt, hoc eſt 3. Kal. Ianuarij. Decollato itaq; eo ſecundum Ioannẽ Beleth, qui hãc trãſlationẽ diligẽter exequitur, diſcipuli eius noctu timore Iudæorũ corpus rapientes naui impoſuerunt, & ſine regimine aſcẽderũt, & proſperocurſu, Angeloduce, per latiſsima maria ſeptimo die peruenerũt ad portũ. Magnum autẽ fuit in tã paruo tẽpore in parua naui tanta maria trãſire. Sed maius ad portum peruenire ſine gubernaculo. Hoc vero angelico ductu factũ eſt & meritis B. Iacobi. Sic & nos per mare huius mũdi latũ & ſpatioſum ambulamus fere omnes ſine regimine, ſine gubernaculo, quando ſumus ſine cruce pœnitentiæ. Gubernaculum enim in iſtis nauibus eſt ſimile cruci. Et ideo ſi peruenimus ad portum ſalutis, oportet dicere quod hoc fit miraculoſe. Debemus enim habere crucẽ pœnitẽtię pro gubernaculo, vel etiã finẽ noſtrum. Sicut enim in fine nauis eſt gubernaculũ, ſic mors hominis debet eſſe illud, in quo debet eſſe ſuũ gubernaculũ. Et ſicut auis per ſuã caudã in volatu dirigitur: ſic homo quãtęcumque perſecutionis ſit, ſemper per caudã mortis debet ſe regere, & maxime quando fit appropinquatio ad portũ, tunc magis timetur periclitatio: ita quod tunc requiruntur cognitores viæ. Sic in fine, cũ appropinquatur ad portum, timendum eſt multum, & tunc debent eſſe ſacerdotes, qui cognoſcunt viã ſalutis.

c *Crux pœnitentia vel memoria mortis debet eſſe gubernaculum hominis.*

Secundum miraculum fuit, quod ad portum deſcẽdentes in regno Lupæ deponẽtes corpus de naui ſuper quemdam magnũ lapidẽ illud depoſuerũt, qui lapis mox vt cera corpori ceſsit, & in ſarcofagum corpori mirabiliter ſe coaptauit. Simile fuit in Chriſto, quãdo volẽtibus illis de ciuitate ſua Nazareth eũ proijcere de rupe, rupes eadẽ corpori ipſius ceſsit. In hoc quod lapis cedebat corpori, ſignabatur quod duriora erant hominũ corda in illis partibus quã lapides, quãdo ad eius prędicationẽ non fuerãt cõuerſi, & tamẽ ad tactũ mortui corporis lapis in modũ ceræ ceſsit. Tũc veniẽtes ad Lupã reginã viduã, quę Lupa re & nomine propter ſuã malã vitã dicebatur, narrauerũt ei diſcipuli illi ſeptẽ, qualiter Dñs mittebat ad eã corpus diſcipuli ſui, vt quẽ noluerat ſuſcipere viuũ, ſuſciperet defunctũ. Et narrauerũt, quomodo ſine regimine per maria illuc veniſſent, & iterum de ſarcofago corporis, & locũ ad ſepulturã cõgruũ petierũt. Quæ eos dolo ad quemdã crudeliſsimũ virum, vel, ſecundũ alios, ad regẽ Hiſpaniæ miſit. Quærebant enim fanum quoddã, quod idolis erãt dicatũ; & ideo illuc eos miſerat, vt occiderentur. Vnde bene nomine Lupę nũcupata erat. Lupus enim ſiue lupa quinq; habet cõditiones, quas iſta habebat. Prima eſt, ſecũdũ Iſid. l. 12. c. 2. Ethymol. quod in pede habet ſuã virtutẽ, & ſecũdũ Ariſ. 13. de animalibus, in ore & dẽtibus habet etiã maximã virtutẽ. Et inde eſt quod eſt animal rapax. Sic iſta dicebatur Lupa, quia in populo rapiebat omnia. Vnde lupus viuit de rapina. Sic multi nũc de rapina viuũt. *Principes eius in medio illius quaſi lupi rapiẽtes prædã ad effundendũ ſanguinẽ & ad perdẽdas animas, & auarè ſectãda lucra.* Sed lupus nõ rapit lupũ, ſed ouẽ. Ita nõ ſibi ſimiles rapiũt, ſed ſimplices, parua occaſione inuẽta. Secũda eſt, quod lupus in ouile ingrediẽs oues omnes occidit quas inuenit, quãuis vna ſibi ſufficeret ad eſum. Sic auarus & raptor nõ erubeſcũt totã ſubſtantiã innocẽtũ rapere, & eos interficere per fas & nefas, aut per aſtutias decipere, ſecũdũ illud *Qui receſſit à malo, prædæ patuit*. Cũ tamen *Eſai. 59*

D *Lupi ſeu lupæ quinque conditiones myſtice declaratæ. Eze. 22*

eis

eis ſufficeret præda vna, quam aliũde habent. Et modo nõ venãtur lupi, ſed manẽt nõ in ſiluis, ſed in ciuitatibus, qui nõ ſolũ graſſantur in ſubditos, ſed in omnes, quã uisibi ſufficeret quod hęreditarie habẽt. Tertia eſt, quod lupus venit in ouile ſub ſpecie canis, & caute procurat prædã. Sic raptores ſub vmbra iuſtitiæ procurãt replere burſam, exhæredare legitimũ mercatorẽ, facere tantũ plebiſcitare, quod expenſę excedẽt principale, & ſic oportebit pauperẽ vendere hęreditates ſuas. Sic iſta ſub vmbra iuſtitiæ quos volebat exhæredabat, & ſub vmbra boni credidit interficere diſcipulos S. Iacobi. Quarta cõditio, quod canes raucos facit & homines, ne cõtra eũ latrẽt. Sic modo lupi anhelitu, id eſt, terrore & minis principũ maiores, & qui deberẽt loqui, quandoq; tacẽt, & ſic ſuo anhelitu canes, qui deberẽt latrare & cuſtodire gregẽ populi, inficiunt. Sic iſta ſuos rectores, & ſingulariter Hiſpanię regẽ ad ſuum votũ & anhelitũ, id eſt, vocẽ habebat, ad innocentes interficiendos, & ad faciendũ eius voluntatem. Quinta eſt, quod lupus dũ tenet ouẽ, diſcerpit eã. Sic det ractores vitã bonorum diſcerpunt, & ſimiliter tyranni vitã ſimpliciũ, qui nõ debẽt dedignari vocari oues, quãdo eorũ magiſter vocatus eſt agnus. Sic iſta putauit diſcerpere oues B. Iacobi, ſed non potuit, quia B. Iacobus iã fuerat ouis, qui fuerat deuellerificatus, id eſt ſpoliatus, vt lupa indueretur, & ita induta eſt, vt dicetur poſtea. Tertiũ miraculũ. Cũ peruenissent ad regẽ, ſupplicatione audita, truſit eos in carcerẽ. Sed Angelus carcerem aperuit, &
Pſal. 33 eos abire permiſit. Nã *immittet Angelus Domini in circuitu timentiũ eũ:* & præſertim tũc cooperabãtur hominibus, ne eradicarentur nouellæ plãtationes Eccleſiæ. Ideo ſi-
Epheſ 6 cut Petro aperuerat carcerẽ, ſic iſtis. Tũc etiã erat bellum *aduerſus principes & rectores tenebrarũ harum, non tantum aduerſus carnẽ & ſanguinem.* Sed nũc econtra, quia homines ſunt carnales: ideo minores cõſolationes habent ab Angelis, qui luxuriã & corruptionẽ odiunt. Quartum miraculũ. Cum autẽ ille audiret eos recedere, miſit milites, vt caperẽtur: ſed cum peruenissent ad põtẽ, cecidit ſuper eos. Et ſic ſicut Helias 4. Reg. 1
fecit ſuper milites ignẽ deſcendere, ſic iſti in aquã deſcenderũt ſubmerſi, ita vt nec vnus remãſerit. O quàm periculoſum eſt tranſire pontẽ huius mũdi. Si iſti vidiſſent incõuenientia, quæ erãt ſuper illũ pontẽ, nõ ſic trãſiſſent. Vnde Chriſtus & diabolus quilibet eorũ fecit põtẽ ad trãſeundũ ab hoc ſæculo ad aliud. Rex quando vult allicere mercatores ad terrã ſuã, nõ oportet quod ſit exactor. Inde ſi faciat põtẽ ad proprias expẽſas, non exigit totũ ab vno tranſeunte, ſed modicũ à quolibet. Modo Chriſtus venit in hunc mundũ, vt nos alliceret ad terrã ſuam paradiſi. Et quia ille trãſitus erat difficilis, ipſe fecit pontẽ ad proprias expenſas, & fuerunt iſtæ expẽſę valde magnæ & ſumptuoſę, quia de proprio corpore in ſua paſsione. Sed diabolus mortẽ fecit. *Inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarum.* Et eſt fraudulẽtus & exactor. Vnde ipſe facit ſicut collector pedagij. Permittit enim hominẽ tranſire paſſum pedagij & pontẽ abſq; hoc quod aliquid exigat, ſed quãdo trãſiuit paſsũ iſtũ, arreſtat & incarcerat. Sic diabolus quãdo videt hominẽ onuſtũ peccatis, nihil ab eo exigit, cum tamẽ pro modica pœnitentia poſſet ſatisfacere. Sed quãdo trãſiuit paſſum mortis, tunc arreſtat, & ipſum in inferno incarcerat. Et ideo prudẽs mercator antequã paſſum trãſeat, ſoluit pedagium. Sic ante paſſum mortis debeste acquitare de peccatis quæ cõmiſiſti. Quia vero iſti nõ ſoluerant pedagium antequã pontem tranſirent, ideo in eiuscarcerẽ cecidẽrũt. Quintũ eſt, quod eo audito à rege, & ipſo cõuerſo & baptizato, iterũ redierũt ad Lupã: & auditis omnibus factis contriſtata, dolo miſit eos in montẽ, vt occiderẽtur à dracone & tauris indomitis. Dixit enim eis: Accipite boues, qui ſunt in monte, & iũgite plauſtrũ, & adducite corpus, & ſic habebitis locũ. Quibus euntibus occurrit draco euomens ignẽ, ſed facto ſigno crucis crepuit. Sic enim ſancti patres huiuſmodi

E

Pontẽ fecit Chriſtus ad aliud, ſci licet differentẽ à ponte diaboli.

Sap. 2.

modi animalia in deſertis occidebant, nec ea timebãt, conſequenter occurrentes eis tauri facto ſigno crucis, meritis S. Iacobi mites, pacifici, & tractabiles & dulces facti ſunt, ita vt curru diſpoſito corpus in curiã Lupæ reginæ adducerent. Quo viſo ipſa cõuerſa eſt, de lupa mutata in ouẽ. Sic enim oportebat Iacobum vellerificari, vt ſuo vellere lupa indueretur, & fieret ouis, & quod lupa indueretur nõ ſolum pelle ouis, ſed etiã fieret ouis. Et qui viuus non potuit, mortuus multã plebẽ cõuertit, & patriã. De ſecundo, quod ſepulchrũ eius ſit glorioſum, patet ex duobus. Primo, ex populoſa frequẽtatione, ſecũdo, ex miraculorũ operatione. Quo ad primũ, ſciẽdũ quod duplex eſt differentia inter ſepulturã bonorum & malorum ſpiritualẽ. Prima, quia mali ſepeliuntur ſepultura aſini, vt legitur de Iechonia. Tũ quia fœtet eorũ memoria, ſicut proijciuntur cadauera quando fœtẽt. Tum ſecũdo, quia à beſtijs & feris infernalibus frequentabũtur, & cõedentur in inferno. Sed boni intra portas vrbiũ frequẽtantur ab hominibus iuſtis, ſicut nũc legitur de S. Iacobo & alijs Sanctis. Secundo, quia *corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum viuit in generatione & generationem.* Sed de malis dicitur: *Sepulchra illorum domus illorum in æternũ*, id eſt, vermes hęreditabunt eos: ſicut Herodes, qui eũ occidit, fuit hęreditatus ipſo viuẽte; & eorum perijt memoria cũ ſonitu. Dicitur enim ſic de malo: Deus habeat animam eius. Fecit in vita ſua multa mala, & mũdus eſt liber ab eo. Vnde iam nũc dici poteſt, quod mater Iacobi & Ioãnis de ſua petitione eſt exaudita, cũ quæſiuit: *Die, vt ſedeant hi duo filij mei*, &c. Nam Ioãnes in Oriẽte frequẽtatione populorũ regnũ & ſedẽ tenet. Iac. vero in Occidẽte. Secundo, in miraculorũ operatione. Narrat Hũbert. Biſunt. quod tres milites ibãt ad S. Iacobum, vnus eorũ ſacculũ mulieris ſuper equũ ſuũ portabat amore S. Iacobi: deinde quẽdam infirmũ in via deficientẽ impoſuit ſuper equum, & infirmi burdonẽ & ſacculũ mulieris accipiẽs pariter ſequebatur equũ. Sed feruore ſolis & labore itineris fractus, cũ Galliciã veniſſet, morbo mortifero laborauit. Cũque de ſalute à ſuis ſocijs rogaretur, ille tribus diebus extitit mutus. Sed quarto die ſocijs ſuis mortẽ expectãtibus grauiter ſuſpirãs ait: Gratias ago Deo & S. Iaco. quia eius meritis ſum liberatus. Cũ enim moneretis me, venerunt dæmones, & ita me ſtrinxerũt, vt nihil poſſem de ſalute cogitare. Vos quippe audiebã, ſed nihil prorſus reſpõdere poterã. Nũc autẽ S. Iacobus huc intrauit, ferẽs in ſiniſtra ſacculũ mulieris, & in dextra baculũ infirmi. Baculo pro lãcea, & ſacculo pro ſcuto contra dæmones vſus eſt, & fugauit eos: & ſic meritis eius liberatus ſum, & accepta pœnitẽtia vitã finiuit. Vnde nõ eſt dubium quin indifferẽter oret pro populo ſibi deuoto, qui ſuã ędificat Eccleſiã. Dicit autẽ Dño, oſtẽdendo plagam, quã pro eo paſſus eſt: *Hæc facta eſt mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui. Portio mea Domine*, id eſt, habeã ego portionẽ meã propter hoc, id eſt, populũ meũ, qui dicitur S. Iacobi, qui mihi ędificat domũ, & mihi deuotus eſt, *dixi cuſtodire legem tuã*, id eſt, per prędicatores feci eis dici. *Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo, miſerere mei*, id eſt, membrorũ meorũ & populi mei, *ſecundum eloquium tuum*. Tu es enim rex, qui coronas milites tuos, & etiam qui poſſunt pro amicis ſuis intercedere, vt placet Ambroſio.

F Sepultura ſpiritualis bonorũ & malorum differentia.

Hier. 22

Pſ. 118.

Ibidem.

Bach. 44

G Mater Iacobi & Ioannis dici poteſt exaudita in ſua petitione Mat. 20

In Feſto Circumciſionis Domini, Sermo I. & in ordine XLIII. Per Thema.

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus. Cũ baptizatur infans, occurrũt caudatim mulieres, & propter baptiſmi honorẽ, & ad oſtendendũ amicitiã & reuerentiam ad mulierẽ de nouo accubatã, ſi tamẽ ſint inuitatæ. Hodie Maria de nouo accubata vadit ad circumcidendũ filiũ ſuũ. Tunc enim loco baptiſmi noſtri erat circũciſio. Ideo hodie inuitat per Eccleſiã ad faciẽdũ ſibi reuerentiã, & ad mõſtrãdũ ſibi amicitiã. Si enim partum corruptum alia-

Luc. 2. A Omnes debent celebrare feſtũ circumciſionis.

aliarum ita honorãt mulieres, quãto magis partũ virginis ſine corruptione debẽt honorare? Sed de viris an debeãt & huic intereſſe feſto? Dico quod ſic. Antiquitus enim gẽtilitatis tẽpore dies iſte apud Romã celeberrimus erat & ſuperſtitionibus plenus, in quo cõfixerãt ſibi quemdã Deũ nomine Ianũ, cui dedicauerũt primũ mẽſem, bifrontẽ, duas facies habentẽ, vnã ad reſpiciendũ annũ prẽcedentẽ, & aliã ad videndũ ſequentẽ. Et corã eo exercebãtur in ludis inhoneſtis & ita fœdis, vt nec digna ſint relatu, vacabãtque ſtrenis, augurijs, & ſuperſtitionibus. Si gẽtilis populus hęc faciebat dæmoni: nõne fidelis populus debet magis facere Chriſto, qui nõ ſolũ videt ex duabus partibus, ſed etiã in cęlo & in terra, in mari & in omnibus abyſsis; qui etiã duas facies habet, id eſt, duas naturas, qui nobis dedit hodie ſtrenas carnẽ præputij ſui, & precioſum ſanguinẽ? Donum quippe maximæ charitatis indiciũ, & neque auro neq; gẽmis omnibus cõparãdũ. Ideo ad celebrandũ hãc diẽ tã viri quàm mulieres habẽt cõcurrere. Eſt hodie multiplex feſtũ. Primo quidẽ, circumciſionis. Secũdo, primæ effuſionis ſanguinis Chriſti. Tertio, impoſitionis nominis Ieſu. Quarto, octauæ natiuitatis. Quinto, feſtũ virginitatis Mariæ. Inde eſt, quod hodie laudes & maior ſeruitij pars eſt de beata virgine. Vt ergo honoremus eã in hac ſua ſolẽnitate, ſalutare Angelicũ prẽſentabimus, dicẽtes: Aue. Triplex eſt circumciſio. Quædam eſt naturæ, de qua: *Maſculus, cuius præputij caro circũciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo.* Et hæc fit cultello lapideo, ſecundũ illud: *Fac tibi cultros lapideos, & circũcide ſecundò filios Iſrael.* Et in iſta caro lędebatur, ita vt vix per triduũ poſſet moueri extra caſtra, & hac ſpoliatur homo carne ſua, & eſt naſcentium: fuitq; hodie facta in carne Chriſti. Secunda eſt renaſcentiũ, qua ſpoliatur homo cogitationibus ſuperfluis: & vitis, de qua: *Circũciſio cordis in ſpiritu non litera.* Et hæc fit verbi Dei gladio, penetrabiliori omni gladio ancipiti, *pertingenti vſque ad diuiſionẽ animæ ac ſpiritus*, id eſt, ſenſualitatis & ſpiritualitatis literæ. Tertia eſt reſurgentiũ ab omnibus miſerijs. *Circumcidetur ex vobis omne maſculinũ*, id eſt, omnis qui opera virilia & virtuoſa perſeueranter fecerit. Et hæc fiet tuba Spiritus ſancti. *Canet enim tuba, & mortui reſurgẽt incorrupti:* quia circũciſus eſt Dñs Ieſus, quando *reſurgens ex mortuis iam non moritur.* Prima fiebat die octaua. *Infans octo dierum circumcidetur in vobis.* Secũda fit per Chriſti reſurrectionẽ, quę fit die octaua, id eſt, in Dñica die, quę ſicut eſt prima reſpectu Dñicæ ſequẽtis, ita & octaua reſpectu prẽcedẽtis: vel fit die octaua, id eſt poſt tẽpus vitę huius mortalis. Nã omnes dies huius vitę ſeptenario numero cõprehẽduntur: oportet ergo quod dies, qui eſt poſt hanc vitã, ſit octauus. Ipſa enim reſurrectio Chriſti debet nos mouere ad circumcidendum omnẽ ſuperfluitatẽ vitiorũ, vt ſic habere poſsimus ſpem reſurgendi cũ Chriſto: quia *ſi Chriſtus prædicatur quòd reſurrexerit à mortuis, quomodo quidã dicũt in vobis, quoniã reſurrectio mortuorũ non eſt?* Et ſequitur: *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.* Tertia fiet in fine, quando per Chriſtum petram omnis ab electis abſcindetur corruptio. Iudæi circumciſi ſunt carne, ſed prẽputiati mente. *Neque enim qui circũciduntur, legem cuſtodiunt:* gẽtiles Eccleſiæ præputiati carne, ſed circumciſi mẽte. Licet circumciſio carnalis eſſet tunc de præcepto Iudæis, cui ſe voluit Dominus ſubijcere, vt circũcideretur ſicut ęteri maſculi. Et ideo dicit Thema: *Poſtquam conſummati ſunt dies octo*, &c. Duo dicemus. Primo, quare Dñs circumciſionem in populo Iſrael inſtituit, vt ſcilicet omnis maſculus circũcideretur in mẽbro genitali. Secundo, quare Dominus voluerit circumcidi. Primum in hoc Sermone terminabitur. Secundum vero Sermone pomeridiano. Sed adhuc hic dicetur primo de prima quæſtione. Secũdo, vtrũ eſſet in lege naturæ aliquod remediũ cõtra originale peccatũ, ſicut erat in lege ſcripta per circumciſionẽ, vel etiã in lege gratiæ per baptiſmum. Quo ad primũ, videtur

B De multiplici circumciſione. Gen. 17 Ioſue 5. Rom. 2. Hebr. 4. Gen. 17. Luce 2. 1. Cor. 15 Rom. 6. Gen. 17. 1. Cor. 15 Galat. 6

quod non debuit fieri circũcisio (cũ esset pœnalis) in mẽbro genitali, quia illud nõ peccauerat, sed potius debuerunt puniri manus, quę cõtractauerunt pomum vetitum, & os, quod protulit verba malitię lo quẽdo cũ serpẽte, vel se excusando super Deũ, vnde etiã mors secuta est secundum illud: *Deus mortem nõ fecit, impij autẽ*, scilicet primi parentes, *manibus & verbis accersierũt illã*, igitur debuit esse aliqua specialis punitio in manibus & ore, & nõ in illo mẽbro occulto. Respondetur, quod debuit potius fieri circũcisio in illo mẽbro genitali quã alibi. Primo, quia in illo mẽbro maxime concupiscentia feruebat, ideo vt esset remediũ cõtra cõcupiscentiã peccati originalis, voluit Dñs in illo mẽbro fieri circumcisionẽ, vt qui generabãtur carnaliter per sacramentum circũcisionis, Deo generarẽtur spiritualiter. Circũcisio enim erat remedium cõtra peccatum originale sicut baptismus. Sed differebat à baptismo in sex. Primo, quia baptismus cõfert maiorẽ gratiã quã circumcisio, quia confert gratiã in virtute passionis Christi iã exhibitæ, circumcisio autẽ in virtute passionis Christi pręuisę vel exhibẽdæ, modo gratior fuit Christi passio exhibita quã exhibẽda. Secundo, quia baptismus aperit ianuã, nõ autem circumcisio, nisi forte fuerit cum passione Christi. Tertio, quia cõpetit baptismus viris & mulieribus, nõ autẽ circũcisio. Quarto, quia baptismus est necessarius ad salutem omni populo mundi, circũcisio autẽ soli populo Israẽlitico cõueniebat. Multi enim saluabãtur extra circũcisionẽm, qui nõ erant de populo Israel, vt Iob & multi Prophetę gẽtium. Similiter patet de illo, qui inuẽtus est sub muris ciuitatis Constãtinopolitanæ, tẽpore Constãtini & Hirenæ habens laminã aureã in pectore, in qua scriptum erat: Christus nascetur ex virgine, & ego credo in eũ. O sol sub Hirenę & Cõstantini tẽporibus iterum me videbis. Et illud exẽplũ recitat S. Tho. 2.1.q.2.ar.7. Nã ad solum populũ Israel dirigebatur pręceptum Dñi de circumcisione quo ad viros, ita quod soli & omnes tales obligabãtur. Et si obijciatur de illis qui nati sunt in deserto, qui per 40. annos nõ fuerunt circumcisi. Respõdetur, quod pro tunc dispensatũ est cũ eis, quia quãdo nubes eleuabatur de tabernaculo, debebat proficisci populus, & nesciebãt eleuationẽ eius: nimis autem graue fuisset statim post circumcisionem proficisci. Quinto, quia circumcisio tollebat culpã originalẽ & mortalẽ, si erat, nõ tamen pœnã debitam: hoc totum tollit baptismus. Deus enim magnificentiã suã extraneis ostendit & non Iudæis. Sexto, quia circumcisio nõ imprimebat characterẽ spiritualẽ, sed solum in carne, baptismus autem ecõuerso. Ratio est, quia populus ille fidem suã quasi ex successione carnali acquirebat, hic autem non, licet multum cõferat. *Non est distinctio Iudei & Græci.* Et: *Quicũque in Christo baptizati estis, Christum induistis: nõ est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, nõ est masculus neque fœmina: omnes enim vos vnũ estis in Christo Iesu.* Secunda ratio est, vt distingueretur populus suus à nõ suo, & propterea dum erãt in eremo soli, nõ circumcidebãtur. Voluit enim Dñs generationẽ Abrahæ esse suã, ideo voluit signum esse in membro illo deputato generationi, vt cognosceretur quia ordinis erãt Christi, & in quo debebat nasci Christus: sicut ad maiorem rasurã capitis cognoscitur quis esse religiosus, ita quod per illã abscisionem cognoscebatur ille populus esse religiosus & populus Dñi. Qui enim vult habere bonam vineã, palmites eligit, ex quibus eam plãtat. Sic Dñs semen elegit, ex quo sibi populum formauit, & à quo procedere dicebat: *Ego plantaui te vineam electã, omne semen verum.* Sic & Dñs elegit specialiter religiosos, quibus donauit vt abradãtur pili propter paupertatem. Et sicut quando legẽ custodiebãt filij Israel, dabat eis temporalia in abundãtia: quãdo vero non, nõ dabat. Sic postquã religiosi nõ custodierunt regulam suam, dedit eis cõmendatores seu magis comestores *de bonis pas*, scilicet homines sublimes, qui omnia

Sap. 1.

Num. 9.

Rom. 10.

Galat. 3.

Hier. 2.

Nota.

c *Propter multa debuit potius fieri circumcisio in membro genitali quã alibi.*

omnia deuorant ſpecioſa deſerti. Tertia ratio: debuit fieri circumciſio in membro occulto, ad deſignandum quod debemus opera noſtra bona facere in abſcõdito, nõ in publico propter gloriam hominũ. Et hoc Hier. ad Terentiã ſic ait: Circumciſio non in propatulo mẽbro, quod ab omnibus cerneretur, ſed in mẽbro fit, vbi in ſigno obſcuritas & in nomine cõfuſio eſt. Hoc ideo, ne iuſtitiã noſtrã faciamus corã hominibus, ſed in occulto ſolum corã illo, cui nihil occultũ. Velanda enim ſunt opera noſtra, vt nõ videntes ea ſic videãt, vt rimantes quæ intus nos ſunt, iuxta 2. Cor. 6 Apoſt. Quos ſeductores putant, veraces eſſe fateantur; & quos nihil habere credebant, omnia poſsidere cognoſcãt; & quos mori iudicabant, viuere in æternũ teſtẽtur: vt nõ in carne palam, ſed in occulto cordis Iudęi ſimus, nõ literis ſed ſpiritu. Hæc ille. Quarta ratio, vt per circumciſionem corporalẽ intelligerent homines ſe eſſe circumcidẽdos ſpiritualiter & interius. Sicut enim circũciſio carnalis erat ſignũ; quod aliquis erat de populo Dei, ſic circumciſio ſpiritualis eſt ſignũ quod aliquis ſit de amicitia Dei. Et ſicut circũciſio carnalis erat ſciſsio alicuius pellis in mẽbro, ſic circũciſio ſpiritualis eſt abſciſsio ſuperfluorũ in corde & ſenſibus, & principaliter peccatorũ & malarũ cõſuetudinũ. Sed lata eſt differẽtia inter circũciſionem carnalẽ & ſpiritualẽ, quia carnalis ſiue corporalis fiebat tantũ in vno membro, ſed ſpiritualis debet per omnia membra fieri & interius & exterius, licet forte magis in illa parte, in qua mandata eſt Iudæis fieri circũciſio, quia homines multũ inclinati ſunt ad voluptatẽ illã, & ad declinandũ ad naturã beſtiarũ. Sed tamen quia nõ eſt pars in homine, quę non ſit tabida & infecta veneno peccati & cõ- Eſa. 1. cupiſcentiæ, iuxta illud: *A plãta pedis vſque ad verticẽ nõ eſt in eo ſanitas*. Et ideo ſecundum Ber. Sicut tunc populus velut paruulus & rudis in fide ſcilicet & dilectione, congruum ſibi mandatũ congruę circumciſionis accepit: ſic vbi creuit in virũ perfectiorem, toto iubetur corpore baptizari, qui eſt totius hominis integra circũciſio. Hinc eſt quod Dñs octauo die voluit circumcidi, & 33. anno crucifigi, vbi corpus diſtenſum eſt vniuerſum. Debet enim nunc eſſe integra circumciſio. Sicut enim ridiculũ ſe facit, qui in parte barbã radit, ſic qui in parte circũciſionem ſpiritualẽ facit, & in parte ſe incircũciſum relinquit. Debemus autẽ nos circumcidere interius. Primo, quo ad cogitationes & Nota. deſideria mala, & odia & delectationes viles, & hoc cor noſtrũ. Sed intellectum noſtrũ per petrã fidei debemus circũcidere; tollẽdo ſpiſſam ignorãtię pellẽ. Aures vero circũcidẽdę ſunt ab obduratione verbi Dei, ne ſimus illis ſimiles, quibus improperabat Stephanus: *Dura ceruice, & incircũciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis*. Act. 7. Similiter ne audiat verba detractoria. Sed oculi à lubricis aſpectibus. Os à vaniloquij conſuetudine. Manus à munere. Tactus à viliſsima & illicita delectatione. Sapiens enim portas claudit inimicis, ne intrantes totum deſtruãt, & ſecundũ Pſ. *Non cõfundetur, cũ loquetur inimicis ſuis in porta*, dicens eis: Non intrabitis. Exemplũ habemus de Democrito, qui ſibi eruit oculos. Similiter de Origene, qui ſibi abſcidit teſticulos caſtitatis amore: & ne eos, quos priuatim inſtruebat tã viros quã mulieres cõcupiſcere carnaliter diceretur, vt habetur libr. 6. Hiſt. Eccle. c. 6. Itẽ de Epiſcopo Calcedonię qui Maris dicebatur, qui reſpõdit Iuliano Apoſtatę improperãti cęcitatẽ oculorũ: Gratias ago Deo meo pro cæcitate, quia hoc ideo eſt geſtũ, ne te videã pietate nudatũ, li. 6. Hiſt. Tripar. c. 6. In prædictis quãtus eſſet amor virtutis oſtẽditur, quia nõ curabãt dãna ſenſuũ corporalũ, ſcientes ſe inde facilius poſſe circumcidi mente, & euadere pericula & occaſiones vitiorũ. Vnde ſolet aliqua res circumcidi vel reſcindi dupliciter, ſeu propter duo. Primo, ne per ipſam alia corrumpatur, ſicut quãdo in mẽbro vno eſt ignis S. Antonij, oportet quod pręſcindatur mẽbrũ.

D De differentia circumciſionis carnalis & ſpiritualis.

E Propter duo res aliquas ſcindi-tur pro-

per que debeamus spiritualiter circumcidi

Sic in nobis & peccata noſtra cultro pœnitentiæ & cõſuetudines prauæ,& inueteratæ, & malæ ſocietates reſecãdę ſunt. Peccatũ enim eſt ignis vſque ad cõſumptionẽ animę deuorãs. Quãdo autẽ ſemen malum oritur in terra cultoris, tunc non tantũ ſcindit herbas ſuperius, ſed etiam peruenit ad radicẽ,&tunc nõ plus pullulat,ſed quãdo dimittit radicẽ,tunc pullulat. Dominus autẽ in corde noſtro ſemi-

Mat. 14 nauit bona ſemina virtutũ. *Nonne bonũ ſemen ſeminaſti in agro?* ſed diabolus ſemper ſeminat zizania peccati. Ideo bonus cultor nõ ſolum debet eradicare actũ exteriorẽ,ſed etiã interiorẽ & malã voluntatẽ & omnes occaſiones peccati, vt amplius nõ pullulet. Sicut enim præputiũ amotũ numquã redit, ſic nec peccatũ redire debet.Et ſicut ille qui numquã capillos nec vngues ſibi reſcinderet, potius videretur eſſe pecus quàm homo, ſic qui deſideria carnalia ſequũtur, nullũ omnino reſcindẽtes, potius pecora ſunt quã homines, & potius cõſtituunt gregẽ porcorũ quã Dei populũ. Hinc Seneca aitr Quoſdã vẽtri obediẽtes loco animaliũ numeremus nõ hominũ:Et Hiero.Qui poſt carnẽ ambulãt,in ventrem & libidinẽ proni,quaſi animalia irrationalia reputantur. In hoc enim excellit homo reſpectu iumentorũ, quod poteſt reſcindere deſideria ſua, & refrẽnare; quod ſi nõ fecerit,iumẽtis inferior efficitur. Secũdo, reſcinditur aliqua res,vt fructus amplior habeatur.Sicut reſcindũtur rami arborũ inferius, vt arbor creſcat ſuperius, & Dñs voluit deſideria noſtra ad bona trãſitoria reſcindi,vtamor

Deu. 30 noſter in Deũ creſceret. *Circũcidet Dñs Deus tuus cor tuũ & cor ſeminis tui, vt diligas Dñm*

Nota. *Deũ tuũ in toto corde tuo.* Hãc autẽ ſpiritualẽ circumciſionẽ initiauit Dñs in Adã,quã-

Geneſ. 2 do ſibi prohibuit lignum ſciẽtiæ boni & mali. In qua ſpirituali circũciſione voluit electos ſuos proficere,cũ varia delectabilia ſecundum carnem eis prohibuit. Vitis enim,quæ nõ putatur, minus fructificat: ſic qui non circumciditur à ſuperfluis & nociuis cogitationibus,minus fructificat, & preces Eccleſiæ minus participat,& cũ hoc fructũ æternę gloriæ. Numquã enim ruſtico habenti vile artificium nobilis & potens daret filiã ſuam.Sic nec Deus vile peccati officium exercenti daret gloriam ſuam. Et ſicut volẽs habere filiã alicuius magni ſolet ſe detentius gerere,ſic & nos ſi gloriã velimus habere, debemus nos à vilibus reſcindere & retrahere. Inde dicunt filij Iacob,id eſt Angeli. *Non poſſumus* Gen. 34 *facere quod petitis, nec dare ſororem noſtram,* id eſt, vitam æternam, *homini incircumciſo,* id eſt, immundo. *Sed in hoc valebimus fœderari, ſi volueritis eſſe noſtri ſimiles,* id eſt, vacare munditiæ. *Circumcidatur in vobis omnis maſculini ſexus*, id eſt, purgetur voluntas ab omni peccato. Quo ad ſecundo quęſitum,dicitur primo,quod in lege naturæ erat aliquod remedium contra peccatum originale. Ratio eſt,quia numquã Deus dimiſit hominẽ infirmũ infirmitate ſpirituali ſine remedio.Si enim(vt dicit Iſid.li.Etym.) numquã natura fecit aliquid nociuum homini, quin etiã dederit remedium. Dat exẽplum de Baſiliſco, cõtra quem muſtella ſe armat: multo minus Deus. Dicitur ſecundo, quod ſecundum Greg.4.li. Moral. & recitatur à magiſtro diſt.1. 4.& de conſe.diſtinct.4. quod apud nos valet aqua baptiſmi, hoc apud veteres egit pro paruulis ſola fides. Et ratio eſt, quia originale eſt in paruulo non ex ſua culpa,ſed aliena,ergo rationabile eſt, quod ſibi ſubueniatur ex aliena fide. Dicitur tertio, quod oportebat, quod actus ille actualiter dirigeretur ad ſalutem paruuli, & ſufficiebat ſola intẽtio,vel parentum,vel aliorũ hominũ dirigentium illã ſuam intentionẽ ad Deum pro pueri ſalute, puta obſecratio aliqua in fide mediatoris. Dicitur quarto,quod non requirebãtur ſacramenta legis naturæ,quæ erãt tria,oblationes,ſacrificia, & decimæ, propter tria quæ tenebãtur credere, Deum ſcilicet eſſe creatorem, redemptorem, & remuneratorẽ. Oblationes in recognitionem creationis,& erant dona Deo oblata, ſed ſacrificia in recognitionem

In lege naturæ erat aliquod remedium contra originale, ſcilicet fides parentũ

Digitized by Google

gnitionem redéptoris, quia ibi effundebatur sanguis: sed decima, quã offerebãt, significabat in se impletionẽ, & in Deo perfectionẽ, & à Deo expectare eam tãquam à remuneratore. Tenebãtur tamẽ pro loco, & tempore suã profiteri fidem per ista signa sensibilia, quãdo erãt adulti, puta postquã peccauerant mortaliter, vel pro receptione alicuius boni. Non enim tunc matrimoniũ erat sacramentũ, quia non conferebat gratiã, licet esset institutum. Nec sacerdotiũ, licet esset etiam in his qui nõ erãt de stirpe Leui. De quo Hiero. ad Onagrium presbyterum. Abel, Enoch, & Noë placuerunt Deo, & victimas obtulerunt. Et Iob legitur oblator munerum, & quotidie pro filijs suis hostias immolabat, cum tamen nõ fuerit de genere Leui, sed de stirpe Esau, inter principes Edom, qui Deo placerent, inuentus. Melchisedech autem Cananæus fuit de stirpe Iudæorũ, & ante vsus est sacerdotio quàm esset circumcisio, vt non gentes Iudæis, sed Iudæi à gentibus sacerdotiũ acciperent. Hæc ille. Vnde Glos. super illud: *Melchisedech rex Salẽ*, &c. ait quod Hebræi dicunt omnes primogenitos à Noë vsq; ad Aaron fuisse sacerdotes, vt paret de Melchisedech, quem ferunt nonnulli fuisse Sem filium Noë, quem vixisse tradũt vltra Abraã trigintaquinq; annis per omnes generationes intermedias. A cuius ortu vsque ad generationem Abraæ fluxerant trecenti nonaginta anni. Vixit autẽ Abraã centum, & septuaginta annis, & ita de alijs primogenitis. Et idem dicit Glos. super illud: *Vestibus Esau valde bonis.* Ista enim sunt primogenita, quæ vendidit Esau Iacob. Nihilominus sacerdotiũ numquam fuit sacramentum, nec gratiæ collatiuũ, nisi in lege noua. Et si dicatur, quod fides nũc sit æque efficax sicut erat tunc: & per cõsequens nihil aliud oportebit nunc quã fidem solã. Respondetur primo, quod nunc est perfectius remediũ quã tunc, quia maior gratia cõfertur. Secundo, est certius, quia tunc nõ multum erat certum, modo autem certum est. Dicitur secundo, secundum Bonauenturã, quod qui sæculariter viuit, ad aliqua tenetur: sed si religionẽ intrat, ad alia maiora tenetur. Nunc autẽ intrauimus religionem Christianam, sicut Iudæi intrauerant suam, ideo tenemur ad præcepta eius, quorum vnum est baptizari, licet illi de prima lege non tenerentur, & hoc ad maius meritum nostrum, nec sufficit nobis sola fides sicut tunc.

Gen. 14.

Gen. 27.

G *Nota.*

H *Quia nunc nõ sufficit sola fides pro parui.*

DE EODEM FESTO SER. II. & in ordine XLIIII. Per The. præcedẽs.

QVæritur, quare est, quod ista die, quę est prima dies mensis & anni, celebretur circumcisio Dñi, in qua effusus est sanguinis suus. Videtur, quod Christiani sint viri sanguinũ, qui annum suum incipiunt à sanguine, vbi tamẽ isto die abstinebãt gẽtiles ab effusione sanguinis, ita quod pauci reperiuntur hodie martyrizati respectu aliorum dierũ. Dicitur primo, quod sanguis iste Christi effusus est in ablutionẽ & redemptionem nostrã, non in cõtaminationem sicut sanguis aliorum hominũ. Et ideo ad denotandum, quod sicut hodie incipit annus vsualis & naturalis, ita etiã incipit annus gratiæ & redéptionis nostræ. Ista die celebramus festum circũcisionis Domini, & primę effusionis sanguinis eius. In circũcisione quasi arra quædã redéptionis nostræ nobis data est. In passione autem totũ pretiũ persolutũ fuit, quando totus sanguis Christi effusus est. Vnde duplicẽ habemus cõsiderare redemptionẽ Christi. Vnã, quæ per sanguinẽ suũ facta est. Aliam per gratiã, qua quotidie nos redimit Deus. Christus enim factus est fideiussor, & quod plus est, obses pro nobis. Fideiussor est, qui se obligat pro alio: vt si nõ soluerit, ipse soluat. Sed plus est esse obsidẽ, quia obses se ponit personaliter pro alio in carcere, sed quandoque de fideiussore fit redemptor. Quando enim ille, pro quo facta est fideiusio, nõ est de soluẽdo, fide iussor pro eo fit persolutor & redéptor. Et quia non eramus de soluendo

A *Quare circumcisio celebratur prima die anni cum in ea fuerit effusus sanguis.*

B *De duplici redemptione.*

Psal. 18 uendo pro peccatis, ſecundum illud: *Mutuabitur peccator, & nō ſoluet:* ideo factus eſt Dñs redemptor. Et ideo hortatur Sapiens
Eccli. 29 vnumquemque noſtrū: *Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris.* Dedit enim animam ſuā pro
Oſee 13 te. Hoc autē promiſerat, dicens: *De manu mortis liberabo eos, de morte redimā eos.* Et hodie incepit illud implere, itavt hodie poſ-
Pſ. 115. ſimus vere dicere: *Redemptionem miſit Dominus populo ſuo.* Cum igitur fuerit hodie initium noſtrę redemptionis, nō eſt mirū ſi illud myſterium ſcriptum eſt in capite libri, & celebratur in principio menſis & anni. Dicitur ſecundo, quod hodie habemus materiam multā gaudij, pluſquā cæteræ nationes infideliū. Ratio eſt, quia ille, cui dedicata eſt præſens feſtiuitas, vocatus eſt hodie Ieſus, id eſt, Saluator, vt fiducialiter ſperemus per eū ſalutē æternā, cuius expertes ſunt infideles. Dicunt
Nota. autē Hiero. & Haymo, quod in cūctis vrbibus, maxime in Ægypto & in Alexandria idololatrię vetus conſuetudo fuit, vt vltimo die anni & menſis ponant mēſam fortunæ refertam varij generis epulis, & poculum mulſo mixtū, vel quia felicem annum præbuerit, vel quia futurum felicem præbituram putant. Si hæc faciebant idololatræ dęmoni in principio vel in fine anni, quāto magis Deo debemus agere gratias de cōſeruatione & augmētatione felici bonorū ſpiritualiū & temporaliū, & ſingulariter hodie pro initio redēptionis noſtræ in circūciſione ſua pro ſpe ſalutis nobis impreſſā, quando voluit ſibi nomē Saluatoris imponi. Nec tamē debet eſſe expers gratiarū actionis beata virgo Maria, quæ creditur fuiſſe miniſtra huius circumciſionis, & impoſitionis nominis Ieſu. Igitur ei ſupplices dicemus: Aue.

c Quare Chriſtus circumciſus eſt, cùm nō fecerit peccatum.

Poſtquā dictum eſt de ratione inſtitutionis circumciſionis, nunc conſequenter dicendum eſt, quare circūciſus eſt Chriſtus. Et primo dicetur de ipſa quæſtione. Secundo, quare octaua die iubebatur fieri circumciſio. Tertio, vtrum pueri, qui moriebantur ante octauū diem, peribāt. Quo ad primū, videtur quod non debuit Chriſtus circūcidi: nam circumciſio fiebat ad tollendum peccatū, maxime originale: ſed Chriſtus nec contraxit nec fecit aliquod peccatum. Hinc Ber. quod nō feceris peccatū, ætas ipſa manifeſtat: quod nō contraxeris, multo fortius probat Patris diuinitas, & matris integritas. Eſt tibi pater ab æterno, ſed Deus: eſt tibi mater ex tempore, ſed virgo: nec parere potuit incorruptio corruptelam. Præterea quid in Ieſu circumcideretur, cum nihil ſuperfluum habuerit. Reſpondetur, quod propter multa voluit circumcidi. Primo, vt legem veterem approbaret, quā non venit ſoluere, ſed adimplere. Pſal. *Præceptum* Pſ. 148.
poſuit, & non præteribit. Debuit enim per omnia fratribus aſsimilari. Aliās dediſſet Iudæis occaſionē ſcandali. Scandalizarētur enim nunc fideles, ſi viderent vnum hominem nō baptizari. Ex hac prima ratione cōcluditur, quod princeps vel prælatus, licet dicatur ſolutus legibus, tamen debet pati legem quam tulit. Tum pro ſubditorum exemplo, tum pro reuerentia præſtanda Deo, vt ſcilicet non ſæcularia deſideria in eo videantur dominari. Habemus multa exempla in gentilibus, ſed nunc ſufficit exemplum de circumciſione. Ex quo patet querelarum materia contra tot & tam leues excōmunicationū & irregularitatum cenſuras, & reſeruationes caſuum in foro confeſsionis, quibus ſuperiores alligant ſuos ſubditos, & nolunt alligari. Secunda ratio eſt, vt humilitatis exemplum daret. Hinc Bernard. Quoniam verbum caro factum eſt, Filius Dei minoratus eſt paulo minus ab Angelis. Hodie vero iam multo minus minoratus eſt ab Angelis, qui non ſolum habet formam hominis, ſed etiam formam habet peccatoris, & infigitur quodam cauterio latronis. Pater enim videns filium ſuum pelle Adæ latronis indutum, ſecundum ſimilitudinem carnis peccati, voluit, vt cauterio circūciſionis ſignaretur. O vilis vermicule, puluis, & cinis. Deus tantum pro te humiliatur, & tu elatus, ingratus Deo, & durus, & cō-

tumax

max perſeueras. Sed adhuc Domino parum erat humilitatē factis oſtēdiſſe, niſi etiam inſuper nomine oſtenderet. Dicitur enim in Euangelio, vt circūcideretur non rex, non Dominus, non præpotens, ſed puer. O nomen humile quàm pręcelſam tecum fers maieſtatem. O immenſa maieſtas quàm exiguo contineris nomine. Audiant hæc titulorum cupidi, audiant hæc qui bullatis grandiſſoniſque nominibus gloriantur. O Deus optime quàm contraria huic hominum inſolentiæ modeſtia reperitur. Respretio infinita paruo extenuatur nomine. Nos vero viliſsima res, quantū poſſumus, addimus ad titulos, ad hoc, vt ſimus nominati pluribus nominibus dominiorū vel dignitatū. Nam ſi quis modo moriatur, ſupra tumulū ponitur, quod fuit bis Archidiaconus, quater Canonicus, vel ſemel aut bis Abbas. O *vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Hi enim, quos vocamus reuerendiſsimos Patres, Imperatores, Reges, & Principes, quid ſunt aliud niſi ſpurcidus ſtercorū ſaccus? Et quos vocamus ſapientes, ignorantes & inſipiētes reperies. O puer vere puer, primo purus, quia virgo cōtra luxuriam. Secundo paruus, quia humilis contra ſuperbiam. Tertio, quia modico ſatiatus per abſtinentiam contra gulam. Quarto, quia ludēs contra accidiā. Quinto, quia cōcordans contra inuidiā. Sexto, cito dans cōtra auaritiā. Septimo, quia cito pacificatus contra inueteratum rancorem. Quis autē vellet (vt ait Aug.) adhuc eſſe ad māmillas matris, quod fecit humiliter pro te Saluator factus puer. Sed forte dices: Quomodo hoc eſſe potuit, cū de eo Hieremias dixerit: *Fœmina circumdabit virum*, non ergo puerum. Dicitur quod Euangelium ętatē pueri deſcribit. Hieremias vero gratiarum plenitudinē in viro. Tertia ratio eſt, vt charitatem ſuā nobis oſtēderet. In circumciſione enim amore noſtri cœpit ſanguinē fundere, & vbi in die natalis induēta pōtificalia induerat, nunc incipit ſacrificium pro nobis offerre. Vnde ſicut volēs ſtrenue ſe habere in artepugnatoria, ſolet in ea exerceri in iuuentute. (Quādo enim aliqui à iuuentute ſuſtinuerunt duros ictus in torneamētis, tunc audaciores & duriores ſunt in alio bello.) Sic Chriſtus in iuuētute, quia erat bellum duriſsimum aggreſſurus pro ſuis hominibus defendēdis, voluit hodie tētare quomodo belli congreſſum cū hoſte poſſet ſuſtinere pro nobis effundēdo ſanguinem. Hinc Ber. Qui peccatū non fecit, non dedignatus eſt peccatorē ſe reputari. Nos & eſſe volumus, & reputari nolumus. Et iterum idem: Veſtigium nullum vulneris habens, alligaturā vulneris non refugit. Nos autē noſtrorū erubeſcimus vulnerum alligaturā, imo de vulneribus interdū gloriamur. Iterū Ber. Multū debemus animari ad portādum pœnas pro peccatis proprijs, cum cernimus ipſum tātas ſuſtinuiſſe pro alienis. Et ſi nō poſſumus pati, ſaltē cōpatiamur ei. Cōſidera in mente tua tuum Dominū & tuum redemptorem, benefactorē & Deum omnipotentē, hodie pro te gelidiſsimo tēpore in ſua delicatiſsima carne lacerum, cruētum, dolore graui perfuſum, nudum, lachrymis & gemitibus ſuffuſum: an poſſes hoc ſiccis oculis intueri, & auribus obturatis & corde duro eius miſerabiles excipere planctus? Penſa eius acerbitatem, penſa charitatē, penſa humilitatem. Diſce amare, diſce pati, diſce ceruicoſam humiliare mentem. Quarta ratio, vt exemplum circumcidendi ſpiritualiter nobis tribueret. Vnde quadruplex eſt circumciſio. Prima eſt carnalis in Iudæis, quæ nunc eſt dānabilis. *Ecce ego Paulus dico vobis: ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.* Secūda eſt ſpiritualis in bonis Chriſtianis, per amputationem omnium vitiorum & occaſionum facta, cuius exemplum dedit nobis Dominus, quæ commendabilis eſt. *Circumciſio cordis in ſpiritu nō litera*, cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt. Et ex oppoſito incircumciſi ſpiritualiter ſunt multum vituperandi, quales erāt illi, quos reprehendit Stephanus. *Dura ceruice & incircumciſis cordibus, & auribus,*

D *Chriſtus puer.*

Eccles. 1

Hier. 31

Vita.

E *De multiplici circumciſione.*

Galat. 5

Rom. 2.

Act. 7.

auribus, vos semper Spiritui ſancto reſiſtitis.

F *Tria ſunt circumcidenda ſpiritualiter.*

Tria autem tali circumciſione ſunt circũcidenda. Primo quidẽ cor à nociuis & ſuperfluis: à nociuis quidẽ ſicut agricola de agro vrticas & herbas nociuas reſecat, ne bonũ ſemen ſuffocent. Circũcidere enim nihil aliud eſt, quã ſuperflua cedere. *Hier. 4.* *Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordiũ veſtrorum viri Iuda, & habitatores Hieruſalẽ.* Secundo, à ſuperfluis, id eſt, ab amore tẽporalium, & ſui, & ſuorum. Quantũ enim rami collaterales multiplicantur, tanto minus arbor ſupereleuatur. Ideo amor temporalium reſecãdus eſt, vt Dominus *Deu. 30* plus diligatur. Inde dicitur: *Circũcidet Dominus cor tuum, & cor ſeminis tui, vt diligas Dominum Deum tuũ in toto corde tuo, & poſſis viuere.* Moyſe enim eunte in Ægyptum cũ filijs ſuis & vxore, iratus eſt Dominus, ſed facta circũciſione dimiſit illos. Secundo, ſenſus exteriores à rebus, quę poſſunt eſſe occaſio peccati, vt auris à detractione. Sapiens enim membrum putridũ am- *Mat. 18* putat, ne alia corrumpat. *Si oculus tuus ſcãdalizat te, erue eum, & proyce abs te.* Tertio, opus bonũ à peccati mixtione, vt ſcilicet fiat propter Deum & ſalutem æternã. Et *Gen. 17.* hoc modo iubetur omnis familia Abraæ circumcidi. Sunt enim qui non recte circũciduntur à temporalibus gaudijs, quia non pro Deo, ſed pro dignitatibus habẽ- *Gen. 34* dis: vt Sichem filius Emor pro amore Dinæ, id eſt, iudicij, ſcilicet prælationis. Tertia eſt ſuperficialis, vt in hypocritis, & hęc *Rom. 2.* deteſtabilis eſt. *Non enim qui in manifeſto Iudeus eſt, neque quæ in manifeſto in carne eſt circumciſio,* ſcilicet laudem habet, ſed vituperium. Tales ſunt ſicut qui ſigna ſuę peregrinationis portant in ſuo pectore, qui verbis vel aliter ſuã oſtẽdunt perfectionem alijs. Vnde trutanni ſæpe plus portant ſigna quàm ſit veritas. Sic multi plus oſtendunt eſſe quã ſunt, vt mechanici ſigna officiorũ ſuorum depingunt in oſtijs ſuis. Quarta erit generalis in omnibus electis, hęc erit laudabilis ſignificata per cir- *Ieſus 5.* cumciſionẽ, quam fecit Ioſue in introitu terræ promiſsionis. Et hoc erit poſt ſeptennium huius vitæ in octaua ætate, quæ erit reſurgentium. Tunc enim abſcindetur ab electis per petram, id eſt Chriſtũ, omnis corruptio carnis & ſpiritus. Prima dies vel annus eſt peccati cognitio, in quo die erat qui dicebat: *Iniquitatem meam ego cognoſco.* Et: *Ego ſum qui peccaui, & ego iniquè egi.* Secunda dies eſt abominatio, quã agebat Pſal. *Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum.* Debemus enim agere ſicut Amon, de quo dicitur, quod poſtquam cognouit ſororem ſuã Thamar, ipſam exoſam habuit, in tantum, vt maius eſſet odiũ quo eam oderat, amore quo antea dilexerat: ita & nos quod commiſimus, odio habeamus, magis quã ante perpetrationẽ dileximus. Tertia eſt, peccati recogitatio, ſicut faciebat ille qui dicebat: *Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Quarta eſt, cordis contritio, ad quã enocatur pœnitens. *Dole, & ſatage filia Sion quaſi parturiens.* Quinta eſt, oris confeſsio, pro qua Iob: *Ego non parcam ori meo, loquar in amaritudine ſpiritus mei.* Sexta eſt, corporis ſatisfactio, de qua Lucas: *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Septima eſt, perſeuerantia in bono: & tunc in octaua die, id eſt, in die iudicij, quæ erit poſt hos ſeptẽ dies, quibus præſens tempus voluitur, circũcidemur à pœna & culpa.

G *Nota.* *Pſal. 50* *2 Reg. vl.* *Pſ. 118.* *2. Reg. 13* *Eſa. 38.* *Mich. 4* *Iob 7.* *Luc. 3*

H *Quare fiebat circumciſio octaua die.*

Ad ſecũdũ quæſitũ reſpondetur, quod ideo iubebatur expectari octauus dies. Primo, ſecundum Rabimoiſen, quia ante octauum diem puer eſt ita tener, ac ſi eſſet in vtero matris, & inde propter teneritudinem vſq; ad tẽpus illud dimittitur. Secundo, vt prędictũ eſt, & idẽ ſentit magiſter in 4. diſt. 1. & hoc eſt in ſignũ perfectæ circũciſionis, quæ fiet in octaua reſurrectionis poſt ſeptem ætates mũdi, vel poſt ſeptenarium huius vitæ, quando reſurgemus cum Chriſto. Et ſi quæratur, vtrum Chriſtus reſurrexerit circumciſus, & vtrum reaſſumpſerit illam pellem abſciſſam. Dico ad primum, quod ſic, ad honorem eorum, ex quibus fuit ſecundum carnem natus, & ad peruerſorum confuſionem. Dico ad ſecũdum, quod illa pars

non

non erat de integritate humanitatis, ideo non oportuit ipsum illã resumere. Inde dicitur in Hist. Scholast. quod illa pellicula circũcisa à corpore Christi, fuit ab Angelo allata Carolo Magno, & ab eo posita Aquisgrani. Sed postea per Carolũ Caluum posita est in villa Carosij: & secundũ alios dicitur, quod est Romæ in S. Maria trans Tyberim, & propterea, vt dicitur, fit ibi hodie statio. Ad tertium quæsitum dicitur, primo, quia si circumcidebantur pueri ante octauũ diẽ, ingruente necessitate mortis, quod circumcisio suũ habebat effectum. Dicitur secũdo, quod si ipsum non circũcidebant, timentes ne circumcidendo mortem accelerarent pueri, saluabatur puer in fide parentum: nec est consentiendũ Magistro in hoc, quod dicit 1. dist. 4. quod tales peribãt, sicut paruuli qui moriuntur ante baptismũ, quia noluit Deus puerũ obligari ad circumcisionem ante octauum diem, propter nimiam teneritudinẽ corporis eius. Dicitur tertio, quod qui faciebant circũcisionem post octauum diem, licet peccarent quãdoque transgrediendo præceptum, tamẽ cum faciebãt, habebat effectũ. Quicũque enim transgressus est præceptum, reuerti debet ad illud implendum quã citissime potest. Hæc Richar. dist. 1. in expositione textus. Vnde & plures gentiles in maiori ętate circumcisi sunt, vt Achior, Herodes, Abraam, Isaac, Hismael: nec erat necessitatis sacramenti, quod fieret octaua die, sed solum de necessitate pręcepti, vbi nihil adesset legitime excusans: duo enim tantum erãt de necessitate circũcisionis. Primo, quod fieret in membro genitali, & ideo mulier non circumcidebatur. Et etiã alia ratio erat, quia corruptio naturæ, per quam originale peccatum cõtrahitur, præcipuè fuit à viro, & principalius quã à muliere, quia, vt dicitur in 2. sent. si Adã nõ peccasset etiã postquam Eua peccauerat, proles eius peccatũ originale nõ contraxisset, quia pater principalius est agens in generatione. Secundo, quod auferretur pellis in circulũ. Aliter nõ fuisset circumcisio, ad denotãdum primo, quod anima prius infecit carnem, deinde caro nunc infecta in patre inficit carnem pueri, & sic circulus erat. Secundo, ad innuẽdum, quod sicut illa pellis aufertur, nec redit, ita cũ originale peccatum aufertur, numquam redit. Quia autem fieret cum cultro lapideo, non erat necessitatis, sed signationis. Signabãt enim quod mediãte petra Christo radebatur peccatum originale. Sic fecerat Sephora vxor Moysi. Sic est præceptum Iosue. Moderni tamẽ Iudæi non sic faciunt, sed cum cultello ferreo. Erat autẽ multũ pœnale sustinere illam absciscionẽ carnis, & ideo congruum fuit, vt cõmutaretur in remediũ facilius, aduenientę lege gratię, scilicet baptismũ. Vnde sicut Dauid processurus ad bellum cõtra Goliãtẽtauit, & susceptit arma Saulis, sed tãdẽ vt onerosa deposuit, sic Christus sacramẽta, quę in lege susceptit circũcisus & oblatus, onus, *quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus*, tãdem deposuit: & illis depositis, cum sola humanitate & lapide diuinitatis Goliam deiecit. *Exod* 4. *Iosue* 5. *Act.* 15

I An omnes pueri nõ circumcisi, vel morientes ante octauum diẽ peribant.

K Duo tãtũ erant de necessitate circumcisionis.

DE EODEM FESTO, *Sermo tertius, & in ordine XLV. Per Themata.*

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. *Psal.* 64

Quæritur, vnde procedit hæc annorum continuatio, visis malis, quæ currunt & insurgunt contra Dominum. Hinc Ezechiel: *Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ.* Et subdit statim rationem: *Ponam* (inquit) *contra te omnes abominationes tuas.* Et: *Finis vniuersæ carnis venit coram me.* Et sequitur: *Repleta est terra iniquitate eorum, & ego disperdam eos cum terra.* *Genes* 6

A Dominus facit continuationem annorum propter multa. *Ezech.* 7

Dicitur ad hoc, quod triplici de causa, secundum scripturam, continuatur annus præsens alteri: & Dominus cõtinuationem facit. Primo, propter sanctos & bonos, qui mundum sustinent, & seruiunt Deo. Psalm. *Ordinatione tua perseuerant dies.* Et subdit rationẽ: *Quoniam omnia seruiunt tibi.* Et si dicatur, quod non omnia *Psal.* 118.

fructum vt pretium, quando in circumciſione ſanguinem ſuum effudit. Quia tamen (ſecundum Bern.) nihil nos habere voluit Dñs, quod per manus Mariæ non tranſiret, demus ei hodie vnũ, Bona dies, vnã ſalutẽ, dicentes: Aue. Benedixit Dñs coronę anni, dum apparuit eius benignitas, ponendo ſcilicet in vna die quatuor ſolemnitates, & in principio anni dando quatuor benedictiones contra quatuor peſsima iudicia ſua: prępotium carneum contra famem, puritatem virgineã contra aëris infectionẽ, & nomen Ieſu ſalutare cõtra gladium. Eſt enim Ieſus nomen pacis & ſalutis: & cõtra beſtias nociuas, ipſa humanitas, de qua celebrantur octauæ, repoſita eſt in præſepio pro animalibus domeſticis. Bene ergo prophetauerat Pſal. pro tẽpore aduentus Chriſti:

Pſal. 64 *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.*

Iuxta Thema duo quæruntur hoc pro Sermone. Primo, qualem benedictionem in hoc anni circulo Dñs aſportabit. Secundo, quis eſt iſte annus benignitatis, de quo Pſ. loquitur. Ad primũ reſpondetur, quod omnis benedictio Dñi conſiſtit in

Pſal. 28 pace, iuxta illud Pſ. *Dominus benedicet populo ſuo in pace*, ideo iuxta illa quæ ſequũtur,

E *De ſex benedictionibus Domini.*

ad pacem, quam Dñs iuxta beneplacitum donabit, ſex dabit benedictiones. Primo, in pace campi ſunt vberes & bene culti. Sic prima benedictio, quã dabit Dñs, eſt, vt campi, id eſt, doctores Eccleſię, in quibus inuenitur frumentum, & qui portãt ipſum ad paſcendum Eccleſiam, repleantur

Pſal. 35 vbertate doctrinæ, ita *vt inebrientur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potentur.* Sunt enim quaſi mercatores Spiritus ſancti, qui portent merces eius ad vendendum populo ſine auro & argẽto, vt emptio non ſit niſi inuentio, vt dicant

Pſ. 131. populi: *Inuenimus eã in cãpis ſiluæ*, id eſt, ſapientiã in doctoribus, qui ſunt in mũdo. In cãpis enim ſiluę paſcuntur omnes beſtiæ agri, & habentes cornua & nõ habẽtes. Sic in doctrina bonorum prędicatorũ & doctorũ paſcuntur reges & cæteri habentes cornua dignitatũ, & ſimplices populi. Secunda benedictio concernit religioſos. *Pingueſcent* (inquit) *ſpecioſa deſerti.* In deſerto huius ſęculi ſpecioſius ſolebat eſſe religio, pinguis in gratiarum actione & deuotione, quando benedictionem dabat legiſlator, & ibant de virtute in virtutẽ. Sed nunc obſcuratum eſt aurum deuotionis & vitæ & cõſeruationis, & mutatus eſt color optimus, ita vt non ſit nunc de primo panno. Tertia benedictio concernit principes & iudices, quia ita Domine benedices, quod exultatione colles accingentur, ita vt gaudeãt in pace & ſecuritate iuſtitiæ, iuxta illud Pſ. *Suſcipiãt montes pacem populo, & colles iuſtitiam.* Colles enim ſunt cacumina montium, & ſecundo, exultatione accingentur cum populo, quando *ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte.* Et hoc debent, quia hic nõ habent qui eos iudicet, ſed iudicabuntur poſtea, niſi ſic faciant, quia *dies Domini ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos.* Sed quomodo iudicabit in illa die? Certe *liberabit in pondere montes, & colles in ſtatera.* Quarta benedictio, quam Dominus (ſi placet) donabit, erit circa prælatos. *Induti* (inquit) *ſunt arietes ouium.* Aries enim præcedit gregem, & ducit eum & tuetur: ita Dominus dabit quod prælati præcedant oues ſuas in bonitate, ſcientia, & doctrina tueantur eas contra lupos rapaces, contra inſidias diaboli, & induantur veſte charitatis ad fouendum in deuotione oues ſuas frigidas. Sed timendum eſt, ne ſit verificatum illud: *Facti ſunt principes eius velut arietes non inuenientes paſcua*, quia nunc ſatis non habent. Quem videbis de eis qui paſcat oues doctrina? Quem videbis qui in tempore famis pauerit eas cibo temporali? Vnus eſt forte, & ſecundum non habet. Et quod ita ſit, videbis eos quærere magnas penſiones à principibus & extorquere, quia non ſatis ſunt eis paſcua in Eccleſia, quæ deberent etiam ſufficere pro paupertat egregis ſui ſubleuanda. Quinta benedictio, quam Dominus dabit, eſt, quod valles abundabunt frumento, id

Pſal. 64

Pſal. 71

Iſai. 2.

Eſa. 40.

Pſal. 64

Thren. 2

est, omnibus bonis simplices abundabũt & tẽporalibus & spiritualibus, ita vt dicatur illud Ps. *A fructu frumenti, vini & olei sui multiplicati sunt, in pace in idipsum*. Sexta est, quod Dominus ita benedicet, vt possit ad suũ beneplacitũ laudari & magnificari propter se & pro suis beneficijs. Ps. *Confitebitur tibi cùm benefeceris ei*. Et iterum: *Qui dat escam omni carni, confitemini Deo cæli*. Ideo subiungit: *Clamabunt, etenim hymnum dicent*. Oportet enim quod populus cãtet ei & benedicat. Alijs cantant nutrices, quamuis eis multa mala faciant: sed *confitemini Domino quoniã bonus*. Alijs, quãdo vastauerunt omnia, sed *cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit*. Sic cantabat Domino Dauid, dicens: *Misericordias Domini in æternum cãtabo*. Cantabat enim, sed solum plenum & cõmunem cãtum, quia tota terra plena est illo cantu, & scitur ab omnibus. *Misericordia Domini plena est terra*, sed postquam didicit *le menu fa, le fleutris & le contrepoint*, dixit: *Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine*. Misericordia est plenus cãtus, sed iudiciũ est *le fleutris*, vbi supra vnam notã stẽt quinque, id est, tantum erit de iustitia, quod vix aliquid apparebit de misericordia, & dicet illa die: Domine recordabor iustitiæ tuæ solius. Sic & cãtabat Dauid, dicens: *Cãtabiles mihi erãt iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ*. Sic cãtauit Maria canticum iustitię & misericordię Domino. Sed Ezechiel fecit *choses faittes* in volumine suo, vbi erant scriptę lamentationes huius mũdi, quæ sunt *le contrepoint*, carmẽ paradisi qui est *le dessus & ve qui, & le gros teneur d'enfer*. Sed dicet aliquis, quod beatus est populus qui scit iubilationem, id est, musicã. Respõdetur, quod non, qui libẽter habẽt malum caput si bibãt. Sed dicit Ps. *Misericordia & veritas præcedent faciẽ tuã*. Dicitur enim, quod quãdo in curia regis vel principis bene cõcordãt misericordia & veritas, id est iustitia, ita quod misericordia fit populo, vt non grauetur cũ iustitia de inimicis & malis, tũc beatus est populus qui scit & cognoscit per experientiã illã iubilationem. Inde Themistocles Philos. vt recitat Aug. in Ep. cũ recusasset inter epulas canere, & interrogatus dixisset se nescire cantũ. Dixit ei quidã senex: Quid ergo nosti? Rem (inquit) publicã ex parua magnã facere. Sicut autẽ pueri libẽter audiunt cantũ, sic videt Dominus libenter deuotionẽ sanctorũ virorũ. Et breuiter, si debeamus lætari etiam pro benedictione tẽporali, oportet quod cãpi sint bene culti, & fructus vberes & abundãtes asportẽt, quod tãta sit pax, vt deserta terra pinguescat, sentibus & vepribus depositis, & mõtes viriditate pascuarũ accingãtur, nõ fructetis & rubis, quod gẽtes armorũ nõ comedãt arietes boni hominis, sed pascãt pacifice & bene vestiãtur, ita quod sit lanæ abũdantia & bonus pannorũ mercatus, & quod in vallibus sit frumẽti abundantia, & populus valeat laudare nomen Dñi, & reddere gratias ei, qui tãta dederit creaturæ suæ. Secũdo quæ rebatur circa Thema, quis est iste annus benignitatis, quia tot tribulationes percipimus, tot crudelitates videmus, quod vere magis dici posset annus crudelitatis. Dicitur primo quod dicit Esaias Ezechiæ: *Comede hoc anno quæ repereris. In secundo autem anno quæ sponte nascuntur. Porro in tertio anno seminate & metite, plantate vineas & comedite fructus earum*. Tres ergo anni sunt, quos sciebat Iacob, cum ait: *Dies peregrinationis meæ cẽtum triginta annorũ, sunt parui & mali*. Primo anno comederũt primi parẽtes quęcumque inuenerũt, sed ad dãnum suum. Tũc enim fuit ver malitiæ mundi, & plãtatio iniquitatis in paradiso, quando ibi pater mendacij plãtauit iniquitatẽ, & seminauit zizania inter Deum & hominem. Sed æstas fuit tẽpus diluuij, quãdo adeo feruor malitię creuit, quod ad extinguendũ eam pluit Deus diluuiũ super terrã, pluit & ignem, vt ignẽ igne destrueret. Tertio, superuenit autumnus, quando quotquot boni fuerũt & pauci facti sunt sub torcular legis. Sed hyems superuenit, quando omnes ad idololatriã declinauerũt & ad auaritiã, ita quod tẽpore Christi magnitudine

Misericordia plenus cantus.

4 Reg. 19.

Gen. 47 G.

De triplici anno, scilicet malitia, benignitatis & iustitia.

tudine hyemis fere omnes cõsumpti sunt in destructione Hierusalem. Secũdus annus fuit benignitatis, de quo Esaias: *Spiritus Domini ad annuntiandum mansuetis misit me, vt prædicarem annum placabilem Domino.* Annus autem iste incipiens ab incarnatione quatuor etiam habuit tempora sicut annus noster. Et sicut apud Iudæos annus incipiebat in vere, sic eo tempore huius anni fuit initium, & durauit ab incarnatione vsque ad ascensionẽ. Et tunc enim æstatis ferũor incaluit, & feruente sancto Spiritu, & accensa rabie tyrannorum, collecta est messis martyrũ copiosa. Postmodũ succesit autumnus, cũ sub vite & ficu in pace quiescentis Ecclesiæ, quasi autumnali vbertate lætati sunt homines, vindemiantes botros scripturę, & aurea poma carpentes. Hyems erit tẽpore nouissimo, quia erit tribulatio qualis nõ fuit ab initio. *Orate vt nõ fiat fuga vestra in hyeme vel sabbato.* In hyeme annus, in sabbato septimana finem accipit, & sic in vtroque tempus vltimum designatur. Et sic annus gratiæ ex quatuor cõstituitur, in quo ver serit & plantat, æstas metit & triturat, vindemiat autũnus & seminat. Hyems vniuersa consumit, nisi breuiati essent dies propter electos. In hyeme enim labores aliorum temporũ consumuntur. Et illo secundo anno comedetis quæ sponte nascũtur in terra, scilicet beneficia, quę ex mera liberalitate donauit Deus. Tertius vero annus est iustitiæ & seueritatis, in quo in vere, id est, in principio illius anni, scilicet in die iudicij ferentur flores in mundo, secundum illud: *Flores apparuerunt in terra nostra*: in æstate colligetur fructus paradisi, & in autũno gustabitur de dulcedine paradisi, sed hyems ibi non erit, sed pro illis qui sunt in inferno, vbi erit hyems perpetua. *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.* De quo tertio anno dicitur: *Annus retributionis meæ venit.* Dicitur secundo, quod & si multæ tribulationes iustorum, tamen sunt misericordiæ Dei maiores, quæ absorbent eas. *Miserationes eius super omnia opera eius.* Tanta enim fuit misericordia Dei, vt ex illa dulcedine martyres quasi lac sugerent tribulationes, iuxta illud: *Inundationem maris quasi lac sugent.* Si enim tribulationes Domini sunt nobis dulces, quid nisi tribulationes nostrę collatę per cineres illas erunt dulces? Sicut hypocraticum fit ex vino puro collato per cineres. Ideo primo dicitur annus benignitatis, quia ex benignitate sua finem posuit malitiæ, imo mala nostra mutauit in bona, adeo vt mala pœnæ bona sint nobis. Secundo, quia amotis tribulis terra nostra dedit fructum suum. Psalm. *Dominus dabit benignitatem: & terra nostra*, scilicet Maria, *dabit fructum suum.*

Esai. 4.
Mat. 24
Cant. 2.
Psal. 89
Esa. 63
Psal. 44
Psal. 84.

II Misericordia Domini Deu. 32

DE EODEM FESTO, SERMO IIII. & in ordine XLVI. Per Thema.

ORdinatione tua perseuerat dies. Quæritur, quis est iste dies qui ordinatione Dei perseuerat? Dicitur primo, quod licet sol materialis lucẽs super terram non causet nisi vnum diẽ, tamen sol iustitiæ Christus secundum diuersos radios, diuersos causat dies, qui ordinatione eius perseuerant. Primi sunt radij naturalium bonorum, & ex his radijs facta est vna dies, scilicet naturæ. Secũdi radij sunt bonorum gratuitorũ, & ex his radijs oritur secunda dies, scilicet gratię. Tertia autem dies oritur ex radijs bonorum æternorum, scilicet dies gloriæ. *Tripliciter sol exurens montes*, id est, mentes excellentes, *& radios igneos exufflans.* Et: *Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ.* Et bene dicit timentibus oriri solem. Sicut enim lucifer diem, & aurora solem præcedit, sicut timor amorem: sic ita Dominus addit super vitam naturæ vitam gratiæ, & super vitam gratiæ vitam gloriæ, & sic diem super diem. *Dies super dies regis adijcies.* Hinc Apostolus: *Is qui intus est* (homo noster) *renouatur de die in diem.* Numerum autem dierum, qui adduntur diebus naturæ, desiderabat scire Psalmi. dicens: *Et numerum dierum meorũ quis est, vt sciã quid desit mihi*, scilicet qui sunt dies qui

Psal. 118 a
Sol iustitiæ Christus causat diuersos dies, naturæ, gratiæ & gloriæ

Eccli. 43
Mala. 4
Psal. 60
2. Cor. 4
Psal. 38

desunt diebus naturæ, dies gratiæ & gloriæ, & designãtur per quindecim annos, qui fuerunt additi Ezechiæ regi, de quibus: *Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas, ecce ego adiicium super dies tuos quindecim annos.* Septem enim ad gratiam (quę durante septenario huius vitæ datur) pertinent, octo vero ad gloriã, quæ post hanc vitam conceditur. Et inde quærit Sapiens: *Da partem septem, necnon & octo.* Hoc enim modo procedit vita iusti, vt semper crescat, quousque peruenerit ad diem gloriæ. *Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectã diem.* Sola enim dies gloriæ est perfecta, postquam nihil additur, de qua Psal. *Melior est dies vna in atriis tuis super millia.* Dicitur secundo, quod singulariter in hoc mundo perseuerat ex ordinatione & approbatione Dei dies iste circũcisionis in memoria fidelium, non quasi dies naturæ, sed magis quasi dies gratiæ: in quo recolitur beneficium nobis à Deo gratuite exhibitum in effusione sanguinis sui, qui valet ad emundandas conscientias nostras, & ex impositione nominis Iesu, quasi ex isto die velit nos Dominus perducere ad eternam salutem, quæ est dies gloriæ. Subdit enim Psalmista Themati: *Quoniã omnia*, id est, omnes boni fideles, *seruiũt tibi*, scilicet in isto sacratissimo die circũcisionis: sed & Matri virgini gloriosę, quę operata est ad mysteria huius diei, quã salutabimus, dicentes: Aue. Triplices sunt dies. Quidã sunt dies malorũ, & isti dies approbatione Dei nõ perseuerant. Patet primo, quia ea, quæ perseuerant approbatione Dei, perseuerant in perpetuũ, secundũ illud: *Didici quod omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerent in æternũ*, sed dies malorũ cito deficiunt. Ps. *Defecerunt in vanitate dies eorũ, & anni eorũ cũ festinatione.* Sed quomodo hoc potest stare? Nã multi pessimi diutius vixerũt etiã felices & glorioși, vbi cito moriebantur viri Deo gratissimi. Patuit de Manasse rege, qui fuit pessimus, & occidit Prophetas Domini, cuius in tantum malitia creuit, vt repleret Hierusalẽ sanctorum sanguine vsque ad os, qui tamen diutius vixit quã cæteri reges sancti. Itẽ de tyrãnis, qui diu viuebãt in delicijs mũdi, & tamen occidebantur ab eis multi martyres adhuc iuuenili ætate florentes. Et nunc plane (si experiẽtiæ creditur) videre est, quod necessarius & vtilis Ecclesiæ viuere nõ sinitur, quod lucerna in Ecclesia Dei cito extinguitur, quod Ecclesia huius morte decollatur, exoculatur & enormiter mutilatur. Impius autẽ & Dei & Ecclesię inimicus pestilens nec gladio, nec peste, nec aliquo alio modo abscindi potest. Viuit malus Episcopus in Ecclesia, donec totã diœcesim suo exẽplo corruperit, & exactionibus & calũnijs, alijsq; malitiæ modis intolerabilibus afflixerit & oppresserit, donec vineã Naboth, id est Ecclesiam propriã pro veræ vitis palmitibus oleribus cõplantauerit, donec succisis morte cedris, & quadris eiectis, lateres ædificauerit, & sic comoros immutauerit. Donec nidum, vbi reponat pullos suos, Ecclesiã suam fecerit. Præterea dicit Sapiens: *Iustus perit in iustitia sua, impius autem multo viuit tempore in malitia sua.* Non ergo videtur recte assertũ, quod dies impiorũ cito deficiũt. Respondetur primo, quod satis viuit & multũ, qui bene viuit. Optimus enim mercator reputatur, qui pluslucratur in paruo tẽpore quã alius in magno. Et optimus cursor, qui in breui tẽpore peruenit ad terminũ, vbi alius nõ attingit in lõgo. Et ideo qui pauco tẽpore optime viuunt, dicuntur multũ viuere. Quales erãt sancti martyres, qui moriebãtur pleni dierum, quia multos habebãt dies bonos, id est, magnis meritis refertos. Sed non viuit, qui male viuit: & ideo homo, & si centenarius sit, tamen puer est, si male vixerit. Et de tali dicitur: *Puer centũ annorũ morietur.* Et inde dicitur: *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Imo videtur quod nulli sint dies eorũ, cum sint mali. Deus autem nullos fecit dies malos. Dicitur secundo, quod Deus ex sua summa prouidẽtia permittit malos diu viuere temporaliter in delicijs mundi,

Esa. 38.

Eccli. 11

Prou 4.

Psal. 83

Psal. 118

B
De tribus diebus.

Eccli 3.

Psal. 77

Eccli. 7

Esai. 65

Psal. 54

C
Propter multa Deus permittit malos diu

Quare in delicijs, impios parum.

mundi, & iustos parũ in multis miserijs. Primo, ad probationẽ & exercitium bonorum. Nam (secundum Ps.) *dum superbit impius* (affligẽdo iustum) *incenditur pauper*, *Psalm. 9* incendio charitatis in camino tribulationis, eã patienter tolerãdo, quia & sub eodem igne palea fumat, & aurũ rutilat: paleæ cõsumuntur, & aurum purgatur. Nec hoc mirabile debet videri, quod iustus paucũ viuit tẽporaliter, & impius multo tẽpore, si cõsideretur, quod aurũ exuritur & cõtunditur, & luto parcitur; quod quãdiu calidũ & candẽs est ferrũ, instanter malleis cõtunditur, quia duriciei malleorũ tunc est obediẽtius & fabricationi eius, & frigido ferro à malleatoribus parcitur. Sic qui charitatis igne ardẽt, instãter persecutionũ malleis cõtundũtur, & frigiditate spirituali induratos faber, qui fabricatus est aurorã & solẽ, pluribus desinit tribulationibus malleare. Nec mirũ est, si victor vocatur ad coronã, nõ victus: si emeritus assumitur ad quietẽ, non immeritus: si fructus maturus colligitur in horreũ, nõ acidus: si aurũ probatum aut vas fabricatũ reportatur in thesaurũ, non cuprũ aut auricalchũ. Secundo, hoc facit Deus ad copiosæ misericordiæ suæ demonstrationẽ in vasa irę, cũ sic vasa misericordiæ punit, nec eis parcit. Parcit autẽ malis, vt cõcipiant in se misericordiã Dei factam. Verberat enim catulum, qui nihil *Rom. 9.* mali fecerit, vt leonẽ cõpescat. *Deus volẽs extẽdere irã, & notã facere potẽtiã suã, sustinuit in multa patiẽtia vasa irę apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriã*. Sed Pharao fit flagello deterior, Iob melior. Tertio, hoc facit Dominus propter indignitatẽ populi, qui non est dignus bonis prælatis & *Hebr. 11* principibus, aut alijs bonis viris. *Quibus* *Osee 13* *dignus nõ erat mundus.* Inde dicitur: *Dabo tibi regẽ in furore meo, & auferã* (principẽ scilicet bonũ) *in indignatione mea.* Et Iob: *Iob 34.* *Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi.* Maligno enim populo continuo necessarium est flagellum, non flabellum quod abigit muscas. Quarto, ad maioré cumulũ damnationis malorum, si se nõ correxerint. Nam quanto amplius sustinet eos Deus in vita, eo magis sunt ingrati & plus puniendi, si negligant se emendare. Hinc Ps. cum visus fuisset dubitasse super prædicta quæstione, dicens: *Mei autẽ penè* *Psal. 72* *moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos, pacẽ peccatorũ videns:* subdidit postmodum: *Verumtamẽ propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum alleuarentur, quomodo facti sunt in desolationem*, &c. Et Iob: *Iob 21.* *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Linea enim vitæ eorum est longitudo sine latitudine charitatis & profunditate humilitatis, sed in puncto mortis terminatur. Et bene dicunt Grãmatici istos duos terminos, dies & finis, esse dubij generis, quia dubium est de diebus vitæ istorum, & consequenter de fine. Nam dubium est quãdiu durabunt, & qualiter finiẽtur. Secunda ratio, quod non perseuerẽt dies malorum approbatione Dei, est, quia sicut natura abhorret vacuum, ita & Deus, sed vacui sunt dies illorum. Vacuum enim est, in quo nihil est, peccatũ vero nihil est. Quod cognoscens Ps. dicebat. *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erũt.* Et inde præcipitur in Exodo: *Non apparebis in cõspectu meo vacuus.* Isti *Exo. 23.* sunt dies, de quibus Ps. *Dies formabuntur,* *Ps. 138.* *& nemo in eis.* Quia dies præsentes à Deo formãtur, & qui sunt nemo, id est, bestia sunt in eis. Tertio, quia abutuntur diebus. *Dedit ei Deus locũ pœnitẽtiæ, & ipse abutitur eo in superbiã.* Dicitur: *Vidit Deus cuncta* *Iob 24.* *Genes. 1* *quæ fecerat, & erant valde bona*, & tamẽ isti faciunt dies istos malos, & sic peruertunt opera Dei. Et maxime hanc diem sacratissimam, quã Deus suo consecrauit sanguine, de quo Ps. *Tuus est dies, & tua est nox:* *Psal. 73* consecrant diabolo, & diabolus cum suis membris nititur infamare per istas strenas huius diei auctorem. In die Natiuitatis Domini primam vocem similem omnibus emisit plorans, sed tunc multi ad scacos & gulam vacãt. Hodie strenas dedit nobis de carne & sanguine, & subarrauit. Has dimittimus, & ad diaboli figmenta

menta recurrimus. Die vero Epiphaniæ fundauit Ecclesiam de gentibus, & ecce venenum stultitiæ effudit diabolus in ea. Istos dies fecit Dominus bonos ex sua ordinatione, & tamen eos malitia adimplemus. Secundi sunt dies bonorũ. Istos approbat Dominus ordinatione sua, & perseuerare facit. Prima ratio, quia nouit Dominus dies immaculatorum, quorum aliqui perseuerauerũt pro modico tempore, qui dicũt illud Esaiæ: *Dũ adhuc ordirer, succidit me.* Et illud: *Ego dixi, In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.* Alij autem perseuerauerunt diu, & perfecti sunt, sicut ille, de quo: *Quasi luna plena in diebus suis lucet.* Quod ita sit, quod nouerit, patet primo ex effectu, quia redeunt anni iustorum, eo quod seminant eos, & pro singulis momentis annum habent, & eis punctus crescit in lineam, momentum in æternitatem. Hoc est granum sinapis, de quo dicitur: *Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod minimum quidem est omnibus seminibus, cùm autem creuerit, maius est omnibus oleribus.* Sed mali non seminant, ideo *si longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus eorum.* Secundo, quia bene expendũt dies suos. Ideo audiet iustus illud Matthæi: *Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam.* Sed econtrario mali dant dies suos pro nihilo, scilicet pro peccato. *Cor impiorum pro nihilo*, & in otiosis expendunt. Recogitant autem iusti, quod duo momenta non possunt haberi simul de tempore: cum tamen de alijs rebus duo possint haberi simul, ideo sunt eis cara. Tertio, dies malorum eis redunt in bonum, quia *dum superbit impius, incenditur*, id est purgatur, *pauper*, & nihil aliud nisi motus carnales comprimunt. *Reuersæ sunt aquæ*, scilicet tribulationum, *& operuerunt currus & equites*, id est, motus hostiles & illicitos carnis. Nam secundum Psalm. *Adiuuit Dominus pauperem de inopia*, & peccator ipse *incidit in foueam quam fecit.*

P
Dies bonorum.

Esai. 38
Psal. 19
Eccli. 50
Mat. 13
Sap. 3
Mat. 25
Prou. 10
Psal. 9.
Exod 14
Ps. 106
Psal. 7.

G
Dies gloria Christi.

Tertia dies est clarissima, quia in ea beati vident omnia. *In lumine tuo videbimus lumen.* Hæc est lux, quæ *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Hic est dies, de quo ipse ait: *Nónne duodecim sunt horæ diei?* Hæc est dies, de qua: *Vespere & mane dies vnus.* Hæc dies orta est in mundum die natalis, hodie perseuerat ordinatione tua Domine. Sed ad quid? Respondetur, quod ad duo. Primum est. *Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gẽtibus salutare tuum.* Primo quidem, vt cognoscamus viam tuam. Quãdo aliquid amittitur, accenditur lucerna, & quæritur. Perdita fuit via ad lucernã, in qua lumen diuinitatis in testa humanitatis inuentũ est. Sunt autem duæ viæ Domini, secundum illud Ps. *Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas.* Hodie apertæ sunt viæ illæ veritatis in executione gladij, quando Maria circumcidit eum, in effusione sanguinis misericordia. Ibi lac in sanguinem mutatur, sanguis in lac. Sed ad quid circumcisus? *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris.* Primo, quia generabatur homo carnaliter per membrũ, voluit quod in membro spiritualiter renasceretur. Secundo, impugnauerat homo Deum illo membro, quando filij Dei commiscebantur cum filiabus hominũ, & Deus eum econuerso impugnauerat suis nubibus in diluuio ad refrigerium libidinis. Sed tamdem pace facta posuerat signum in nubibus, quæ homini nocuerant, & voluit quod homo signum similiter faceret in membro, quod impugnauerat ipsum, in debilitationem libidinis, & sic de peccato damnauit peccatũ. Sicut secundũ Guill. Paris. de Scorpione & Dracone fit medicina efficax contra morsus & venena eorumdem. Ad faciẽdum etiam fœdus cum patribus, Abraam & alijs. Ideo voluit ipsemet appẽdere sigillum suum approbando, quando circumcisionem cepit. Secundo, *& memorari testamenti sui sancti*, vt approbaret sacramentum illud. Tertio, *iusiurandum quod iurauit ad Abraam*, &c. Posuerat Dominus signum super portam, ita vt deberet cessare

Psal. 58
Ioan. 1.
Ioã. 11.
Gen. 1.
Psal. 73
Psal. 24
Luc. 1.
Ibidem.
Ibidem.

fare ſigno dato, & patres noſtri ſimiliter poſuerunt ſigna ſua ſicut in exitu, id eſt, in porta ſuper ſummum concupiſcētiæ, vſquequo tranſiret qui expectabatur,
Eſai. 11. tranſijt, & *leuauit ſignum in nationes*, id eſt, in memoriā nationis tam per ſcripturas quàm per diſperſos ex Iſrael, vt viderent omnes nationes, quæ ſub cælo ſunt. Se-
Pſal. 66 cundo, & *in omnibus gentibus ſalutare tuum.* Salutare nomē Domini Ieſu. Perſeuerat ergo dies iſte, vt cognoſcamus ſalutare
Pſ. 103. Domini, & ad quid? *vt exhilaret faciem in*
Cant. 1. *oleo*, quia: *Oleū effuſum nomen tuū.* Sed videtur, quod hodie nō fuerit hoc nomen Ieſus bene impoſitū. Primo, quia ſcriptum
Eſai. 26 eſt: *Vocabitur tibi nomē nouum, quod os Domini nominauit.* Nō ergo ab Angelo debuit imponi vel à Maria virgine. Secundo, quia
Eſai. 7. *vocabitur nomē eius Emanuel*, quod interpretatur, nobiſcū Deus, non igitur Ieſus.

H Vtrum hoc nomen Ieſus fuerit bene impoſitum in circumciſione.

Reſpōdetur primo, quod nomē Domini propter tria impoſitū eſt ab Angelo prius quàm ab homine. Primo, quia ſecundum Origenē primo in ipſo & per ipſum ſaluati ſunt Angeli, & ideo ipſum primo decuit Saluatorē nominare, qui primo ipſius ſaluatis ſenſerat effectū. Secūdo, quia creatura dignior nominari ſolet à perſo-
Geneſ. 3 na maioris reuerētiæ. Inde eſt quod Adā à Deo nominatus eſt. Et quia Dñs paulominus minoratus erat ab Angelis in humanitate noſtra cōſtitutus, ideo cōueniēs fuit, vt ab Angelo prius quā ab homine nominaretur. Cōtra illos, qui in baptiſmo pueros adducūt ad imponendū nomina infantibus, quivix ſciūt quicquā de fide, cū tamē Deus ab Angelo cognoſcēte magis quā ab homine voluit filiū ſuū appellari. Tertio, quia decet illū nomen rei imponere, qui eius proprietatē agnoſcit.
Geo. 2. Hinc Adā nomina rebus impoſuit. *Omne enim quod vocauit Adam animæ viuētis, ipſum eſt nomē eius.* Et quia homo huius nominis proprietatē nō cognouerat: Angelus vero eā expertus fuerat, quæ erat, ſaluū facere quod perierat, ideo conuenienter ab Angelo prius quā ab homine nominatus eſt. Nemo enim poteſt veraciter rē nominare, niſi proprietatē rei veraciter cognoſcat. Dicitur ſecūdo, quod Deus Pater eū ante omnes nominauit. *Ante ſolē permanet* Pſal. 71
nomē eius. Fecit enim Deus Pater ad imponendū hoc nomē ſicut ſolēt facere reges, qui aliquē de militibus mittunt, vt leuet puerū de fontibus ex nomine ſuo. Sic & Deus Pater Angelū miſit, qui nomen ab ęterno ordinatum imponeret filio ſuo. Si enim nomina electorū ſcribunturab ęterno in libro vitę, quāto magis nomē illius, qui eſt primogenitus in multis fratribus? Dicitur tertio, quod licet Angelus primo reuelauerit hoc nomen, & primo impoſuerit; Maria tamē ſecundario in circūciſione impoſuit illud propter duo. Primo quia Abraæ impoſitū eſt nomē in circū- Gen. 17. l Nota.
ciſione, & à Deo mutatū. Qui enim prius ante circūciſionē dicebatur Abrā, in circūciſione vocatus eſt Abraā; ſic auctū eſt nomen eius. Sic in baptiſmo imponimus nomē, qui circūciſioni ſuccedit. Secūdo, quia tūc in circumciſione vel baptiſmo vita hominis inchoatur. Antea enim ſemiuiuus eſt, ideo tūc nomē ſibi datur cū viuit. Vnde quidā ſemel fuit contentus habere nomē terrę & perdere terrā, & ille nomē & terrā perdidit. Sic multi ſunt qui vocant nomina ſua in terris, qui poſtea perdunt & nomē & terrā viuentiū. Dicitur quarto, quod Dñs vocatus eſt Emanuel, nec multū diſtat à nomine Ieſu. Antea enim longe erat à peccatoribus ſalus, & per conſequens Dñs, & ipſe Ieſus. Nunc autē cū facta eſt ſalus Deo noſtro, tunc Emanuel dictus eſt Ieſus. Inde & Mariæ dictū eſt: *Dominus tecū*, & nunc cō- Luce 1.
muniter dicitur, Dñs vobiſcum. *Dominus* Pſal. 45
virtutū nobiſcū, ſuſceptor noſter, id eſt noſtræ humanitatis, *Deus Iacob.* Sicut autē Papa, cū eligitur, mutat nomē; ſic Chriſtus terribile nomē, quo cōtra nos videbatur eſſe, puta, Deus vltionū, mutauit, cū factus eſt ſacerdos in ęternū, in piū nomē Ieſu & in nomē Emanuel, quod eſt, nobiſcū Deus. Secūdo perſeuerat hodie, *vt confiteamur* Pſ. 105.
nomini ſanctō tuo. Sed hic quæritur, vtrum digne poſsimus confiteri nomini ſancto

Domini,& laudare ipſum in hac vita? Et videtur quod ſic, quia aliàs fruſtra inuitaremur ad confitendũ illi. Sed in oppoſitũ apparet eſſe Pſalmiſta dicens: *Educ de* Pſ. 141. *cuſtodia animã meam, ad confitendũ nomini tuo Domine*, quaſi vellet dicere: Non poteſt anima mea digne laudare nomen Domini, niſi educatur extra corpus ſuum. Ad hoc reſpondetur, quod triplex eſt laudatio nominis Domini. Vna eſt turpis & indecens, quæ fit à vilibus perſonis & peccatoribus infamibus, de qua: *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*. De qua Seneca: Tam turpe eſt laudari à turpibus, quàm laudari ob turpia. Sicut paret in ſacerdotibus, qui poſtquã oſculati ſunt meretricem, orant per Dominũ Ieſum Chriſtũ, hæc laus eſt in ore eorum ſicut gemma in ore ſuis. Similiter de illis, qui incantãt & incantationibus vtuntur, nó abhorrẽtes nomen Domini cum nominibus dæmonum inuocare. Sed ſicut gemma non perdit virtutẽ & nobilitatem ſuam quãuis ſit in ore ſuis, ſic nec nomen Domini propter eorũ malitiam polluitur. Secũda eſt decora & decẽs, ſed nó ſecura, quę fit ab ore iuſtorum inuocantium nomẽ Domini Ieſu, de qua Pſ. *Deo noſtro ſit iucunda* Pſ. 146. *decoraque laudatio*. Et iſta licet ſit imperfecta, tamen omnibus eſt in præcepto. *Iuue-* Pſ. 148. *nes & virgines, ſenes cũ iunioribus: laudẽt nomẽ Domini*. Imo pueris hoc iubetur in Pſal. Pſ. 112. *Laudate pueri Dominũ: laudate nomẽ Domini*. Videant ergo blaſphemãtes nomen Domini quale peccatũ agunt, quia non ſolũ non laudãt, ſed etiã dilacerant. Quãtum vellet vindicari homo valoris contra eũ, qui nomen ſuũ diffamaret, quãto magis Dominus omniũ cõtra nomen eius blaſphemãtes? Tertia eſt perfecta laus, & iſta ſolum habetur in patria. Nam laudamus rem, quia bona eſt, bona autem iudicatur ex apprehenſione ſenſus, & cõſequenter intellectus, & quanto certius cognoſcitur eſſe talis, tanto dignius laudatur & approbatur. Et quia virtus & efficacia huius nominis Ieſu, qui eſt ſalus omniũ, nunc quamdiu in hoc corpore peregrinamur à

K. *De triplici laudatione nominis Domini Eccli. 15*

Domino, ſolo auditu & ſola fide præcipitur, tunc autẽ cum mortalẽ exuerimus hominem iſtum, videbimus eũ ſicuti eſt, & tunc manifeſta erit & ſecura laudatio. Nam *nõ omnis, qui dicit mihi, Domine Domine,* Mat. 7. *intrabit in regnum cælorũ*. Multi etiã veniẽt dicentes: *Domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus?* quibus dicetur: *Numquã noui vos*. Sed tunc dicet vnuſquiſque plane percipiens effectũ huius ſancti nominis: *Confitebor nomini tuo* Pſal. 53. *Domine, quoniã bonum eſt*. Sed quibus? Vtrũ periuris, qui peierãt in hoc nomine? Nõ. Vtrum blaſphemis, qui lacerant? Non. Vtrum lubricis, qui inficiunt? Non. Sed quibus? ait Pſ. *Iuſti confitebuntur nomini tuo,* Pſ. 139. & hoc, quando *habitabunt recti cũ vultu tuo*. Maxime autem debemus ipſum hodie laudare, quando fuit impoſitũ Domino.

DE B. GENOVEFA SERM. I. & in ordine XLVII. Per Thema.

SCit omnis populus, qui habitat intra portas Ruth 3. *vrbis, mulierem te eſſe virtutis*. Quæri poſſet an vtile ſit ſcire & cognoſcere beatiſsimæ virginis Genouefæ ſanctitatẽ & vitam, cum ſapiens quidam iubeat: Noli (inquit) eſſe curioſus ſcrutator vitæ alienæ. Igitur nec tu Genouefæ. Reſpondetur per tres propoſitiones. Prima eſt. De his, quæ ad te pertinent, debes eſſe curioſus ſcrutator, qualis vitæ exiſtant. Nauta enim à principio ſemper diligẽter regit nauem, & ſemper reſpicit ad pericula, qui fatuus reputaretur, ſi vſquequo perueniret ad periculum, dimitteret nauem. Sic ſimiliter ſi parens dimitteret filium ſuum vel filiam vſquequo malis moribus imbutus eſſet, ſtultus reputaretur. Bonus enim hortulanus in noua plãta ſemper ſurculos tollit, vt creſcat in altum. Ideo vitam tuã & tuorum diligenter ſcrutari debes. Secunda veritas. Eorum, qui ad te nihil ſpectant, ſi vita eorum appareat defectuoſa, non debes eſſe curioſus explorator. Primo, quia hoc poſſet eſſe cauſa contemnendi proximum, & ſuperbiendi & exaltãdi ſe ſuper illum.

A I. *Scrutari vitam quorum oportet, & quorum nõ.*

illum. Quod enim parũ valet, cito contẽ-
Ps. 118. nitur, inde orabat Dauid: *Aufer à me opprobrium & cõtemptum*, id est, à mẽte mea opprobrium & peccatum proximi, vnde sequitur cõtemptus eius. Hinc est quod nõ est bonum multũ memorari peccata aliorum, ne superbiat homo: sicut bonum est sua memorari frequenter, vt inde humilietur. Secundo, illud est causa malorũ relatuum. Vix enim tunc possumus linguã continere, & sæpe in his addimus de nostro, augentes malũ & mentiẽtes, sicut
Psal. 63 de malis dictum est in Psal. *Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio*, & hoc mentiendo & augendo malum tamquam procuratores diaboli. Tertio, forte illud esset causa commissionis, quia Deus
Eccli. 17 *mandauit vnicuique de proximo suo*. Sin autem scires eum tuis verbis vel exemplis corrigi, deberes hoc facere, cum cognosceres eum male egisse, & tamen illud nõ facis. Tertia veritas. Perfectorum virorũ scrutanda est vita tamquã exemplar correctum, vt illam sequamur. Quærimus enim exemplar optime correctũ, vbi corripiamus vitam nostram. Ideo debemus vitam sanctæ Genouefę scrutari, vt iuxta eius operationes nos corrigamus. Et singulariter quanto melius exemplar est, quæramus exemplar Christi. Quod quidem exẽplar à Maria mutuabimus, quæ ipsum Christum tenet in manibus, salutantes eam, ac dicentes: Aue.

B *Scire hominem esse virtuosum, contingit tribus modis.*

Quæritur, vtrum populus posset scire virum aliquem aut mulierẽ esse virtutis. Quod nõ videtur, quia virtus est in anima & in interioribus eius; sed *quis hominũ scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?* Respondetur, quod in hac vita potest homo scire tribus modis aliquem virum
1. Cor. 2. vel mulierẽ esse virtutis. Primo, cõiecturaliter tantum ex indicijs & signis exterioribus, sicut ex vultu vel incessu. In facie enim legitur bonitas vel malitia alicuius hominis & inclinatio eius: vt legitur de iudicio Gregorij Nazianzeni de Iuliano Apostata. lib. Hist. Tripart. 7. cap. 2. & de iudicio cuiusdã philosophi de Hipocrate. Nam *ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus*, sicut ex incessu mulieris meretricis ipsa facile cognoscitur. Vnde Aristot. dicit lib. de Physionomia: Animæ sequuntur corpora. *Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominũ manifesta sunt prudentibus.* Sicut enim facies relucent in aqua; sic ea, quæ sunt in corde, relucent in facie. Secundo, cognoscitur per experientiam ex operibus. Vnde & Arist. 1. de Anima: Per actus cognoscitur habitus: sed istud est opinatiue tantummodo. *A fructibus eorum cognoscetis eos*. Et licet istud iudicium sit præcedente certius, tamen adhuc istud non est certum. Nam hæretici & hypocritæ exterius multa bona faciunt in apparentia, & tamen non propter opera boni sunt. Sic pomum exterius iudicatur pulchrum, quod tamẽ interius est putridũ, & vix, vsquequo diuidatur in duas partes, recte de illo iudicatur. Sic de talibus vix bene iudicatur, quousque diuidatur anima à corpore. Tertio, hoc scitur per diuinam reuelationem vel inspirationẽ, & istud est iudicium firmissimum. Et sic beatus Germanus in spiritu cognouit in in mediocœtu Genouefam esse mulierẽ virtutis, & parẽtibus dixit: Felices vos tã venerãdæ sobolis genitores: & professionem in manu eius fecit, & nũmum ęreũ in collo suspendit; & iterũ cum reuersus esset ab Anglia post sedatã hæresim, iterum eam commendauit: & Iullicus Parisiensis Antistes inter plures virgines consecrandas oblatas eã virtuosissimã iudicauit. Similiter & Symeõ Antiochenus se suis precibus cõmendauit. Et sic virtutẽ eius prędicãdo, sciuit omnis populus, qui habitat intra portas vrbis, mulierẽ eã esse virtutis. Logici dicũt, quod duobus modis potest quis scire & discere. Vno modo per rationẽ & demonstrationẽ. Secũdo, per experientiam. Ita modo ostendemus. Primo, quomodo scit populus per rationem & demonstrationem Genouefam esse mulierem virtutis. Secundo, per experientiam. Pro primo sic argu-

Eccli. 19. Prou. 27. Mat. 7.

C *Scire duplex.*

Eccli.26 *Scitur mulier virtuosa ex tribus conditionibus.*

mentatur. Dicitur enim: *Datum Dei est, mulier sensata & tacita*. Sed Genouefa est huiusmodi: igitur. Maior declaratur. Vult dicere Sapiens, quod mulier cognoscitur esse virtuosa (quod nō est sine dono Dei) quādo habet tres cōditiones. Primo, quādo est pia & cōpatiēs, quod notatur cum dicitur mulier. Nā, secundū Grāmaticos, mulier dicitur quasi mollis aēr, in quo sine dubio denotatur teneritudo bonæ cōplexionis, & inclinatio ad pietatē & cōpassionē. Debet autem cōpatiens esse tripliciter. Primo, ad proximū corporaliter per eleemosynas & subuentiones corporales. Et hoc vel eleemosynas largiēdo, sicut de mulieri forti dicitur: *Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem*. Propter quod in Scriptura laudatur vidua, quæ pauit Heliam, de qua dicitur, quod *ex illa die hydria farinæ non defecit, & Lecythus olei non est imminutus*. Quia hoc annexū habet pauperū pietas, quod quanto de bonis tēporalibus indigētibus cū discretione quis largitur, tanto per occultā Dei clementiā affluere dignoscatur, iuxta illud: *Date, & dabitur vobis*. Et illud: *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt*, quia numquā saturātur. Sed quod Minor sit vera quoad hanc partem, patet, quia Genouefa sic cōpatiēs fuit, quod vrbē Parisien. à duabus beluis existentibus in Sequana obsessam, vbi latitabant dęmones, liberā fecit, & tūc aluit vrbē & pauperes vrbis. Secūdo, potest fieri illa subuētio corporalis non solū largitione bonorū, sed etiā subuētione & visitatione corporali; & hoc maxime cōuenit mulieri, quia *vbi non est mulier, ingemiscit egēs*. Et quæ inter omnes magis subuenit miseris & infirmis quā Genouefa, & in vita, & post mortē? Nā in vita sua primo matri cæcæ subuenit, visum reddēdo per aquā. In quo notātur parētes qui impediunt filios à bona conuersatione, quia hoc summe displicet Deo: qui tibi dedit eos, vt nutrires propter eius honorem & seruitiū, & tamē impedis. Si tu sis auarus & latro, similes vis habere filiū & filiam.

D *Pietas seu misericordia corporalis duplex. Pro. vlt.*

1. Re. 17

Luca 6. Prou. 11

Eccli 36

Exēplum de bufone patre, qui dedit signū vulpi cognoscēdi filiū suū in concilio bestiarū, quia habebat talē musellū, tale caput, & tales pedes sicut ipse. Similiter Genouefa oratione curauit 12. viros & mulieres dæmoniacos, qui in aēre pene suspendebantur præ cruciatu, ductos ad S. Dionysiū: & puer quidā cadens in puteo similiter suscitatus est, coopertus eius pallio. Sanauit insuper vxorē paralyticā tribuni de Arciaco, & Trecis multitudinem maximā. Similiter post mortē hoc apparuit in miraculis de ardētibus, vt dicetur in fine sermonis. Secundo, potest fieri hęc subuētio spiritualiter orādo, sicut orauit & intercessit apud Chilpericū pro Christianis. Tūc enim miscebantur Christiani cū paganis. Sed portę apertæ sunt ei, diligebatur enim ab eo. Sancti enim viri & sancta vita etiā à malis vel diligūtur, vel admirātur. Liliū enim redolens etiam ab infectis olfactu diligitur plusquā spinæ. Sed visa ipsa, & miraculo, pepercit eis. Vnde Ambros. Aspectus iusti plerumque correctionis est admonitio. Sicut enim reus ex aspectu iudicis terretur, sic ex aspectu bonorū terrentur mali, secundum illud: *Qui respicit terram, & facit eam tremere*. Incutiebat enim timorē iniustis & infidelibus. Nam relucet in vultu sanctorū quædam maiestas ex redūdantia interioris virtutis & Dei inhabitantis. Sed quæritur, quomodo laborabat Genouefa, ne mali punirentur, quia hoc cōtrā æquitatē & iustitiā. Respōdetur dupliciter. Primo, quod merita Sanctorū intercedunt quādoque, vt etiā mala, quæ debētur pro delictis malis hominibus, deleātur. Sicut legimus de multis latronibus saluatis per B. Virginē, Iacobum, Martinum, & alios Sanctos, vt verificetur illud: *In seruos suos miserebitur*. Si enim rex ad preces cuiusdā militis dat gratiam malefactori, cur non supremus Dominus ad preces seruorum suorum & ancillarum? Ideo ad preces Genouefæ cōpatientis exaudiuit Dominus, & portas Parisij aperuit. In quo edocemur quàm misericors fuit Genouefa, quæ

Ps. 103.

E *Genouefa an erat licitum impedire, ne mali punirentur.*

Deu. 32

quæ ſic malefactoribus cõpatiens fuit, vt eos liberaret à morte, ſed multo amplius miſericors erit ſuis deuotis, cũ amor eius erat tantummodo ignis in Sion, ſed nunc caminus in Hieruſalem. Secũdo, quomodo aperiet portas paradiſi ſuis, quæ ſic aperuit portas Pariſien. ad ſubueniendũ malis. Secundo dico, quod tempore illo erat in Eccleſia Francorũ perſecutio, propterea quia tunc erat patria mixta ex fidelibus & infidelibus, rege infideli exiſtente & peſsimo, vt ſatis patet ex hiſtoriis, & tunc vrebantur Eccleſiæ, & cõfundebantur Chriſtiani. Vnde B. Remigius dixit Clodouæo filio huius: Mitis depone colla Sicambre. Adora quod incendiſti, incende quod adoraſti. Et quia iſti erant Chriſtiani, & ad notam & improperium Chriſtiani nominis & confuſionẽ Chriſtianorum ſuſpendebantur, licet demeruiſſent, ideo Genouefa miſericorditer occurrit. Hinc & B. Clemens numquã paſſus eſt Chriſtianum mendicare, ne in opprobrium Chriſtiani nominis verteretur, licet mendicitas quandoque ſit meritoria. Sic ſuo modo Genouefa. Tunc autem Chriſtianũ nomẽ erat in magna reuerentia, ſed nunc propter peccata in deſpectũ.

Quantæ autem virtutis fuerit oratio beatæ Genouefæ, apparet in ardore amoris, vt etiam angelica non deeſſet demõſtratio, cum candela, quam ad ſanctũ Dionyſium deferebat, accenderetur ab Angelo, vel etiam in continuo vento portaretur. Oſtendebat etiam cum quanta fide, quæ interius extingui non poterat. Sic enim de forti muliere dictum eſt. *Non extinguetur in nocte lucerna eius*, & ita fuit in Genouefa ad literam. Sed nec etiam in nocte aduerſitatis, quia libenter martyr fuiſſet, cum tunc ſe opponeret tyrannis. Secundo, fuit cõpatiens vulneribus ſponſi ſui, vulnerata charitate ſponſi, cõtenta lachrymis & dulcedine eius, non curans de cibo & potu. Tantæ quidem abſtinentię fuit, vt à decimoquinto anno vſque ad quinquageſimum annum ętatis ſuæ ieiunijs ita inſtaret, vt in die Dominico ſolũ, & in feria quinta ieiunium ſolueret. Nullus ei cibus niſi panis ordeaceus, & faba. Vini & omnis liquoris, qui inebriare poterat, nullus guſtus erat. Et quinquaginta annis tali abſtinentia ducta, ſuadentibus Epiſcopis in ſenectute piſcem, & lac cum pane ordeaceo pro recreandis viribus accipiebat, & quotiens edebat, ſuſpiciens in cęlum lachrymas fundebat. Tantæ autem teneritudinis fuit, vt etiam lachrymarum profluuius ab oculis inundaret. Nam ſecunda vice proficiſente Sancto Germano in Angliam, occurrerunt quidam de ciuibus detrahentes ei, & oſtendit eis pauimentum lachrymis irrigatũ. Signum enim eſt teneri cordis ad Deum profluuius lachrymarum. Et non ſolum compatiebatur Chriſti vulneribus aut delectabatur, ſed etiam martyrum Chriſti. Vnde ędificari fecit ſanctum Dionyſiũ de loſtice, & calcis fornacem inuenit, & potum deficientem ampliauit, & miniſtrauit. Secunda cõditio, qua cognoſcitur mulier eſſe virtuoſa, eſt, quando eſt tacita, non loquax. Nam ex oppoſito nullum eſt maius indicium inconſtantiæ mulieris, quã loquacitas. Inde Sapiens: *Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.* Nihil ergo deterius mulieri quàm loquacitas. Propterea enim B. Benedictus comminatus eſt excommunicationem duabus monialibus, quæ ad loquacitatem procliues erant ſupra modum, quæ cum non ſe correxiſſent, poſt mortem extra Eccleſiam corpora earum detrudebantur, quouſque fuiſſent ab eodem Benedicto abſolutæ, vt habetur in Dialogo Grego. lib. 2. cap. 23. Sed multis videtur quaſi innata loquacitas, ita vt ſint ſicut claquetum molendini, Gallice, *Peſuentelle ou clanquet du molin*, quod ſemper claquetat ſeu reſonat. Non ſic Genouefa, ſed maxime fuit tacita, ita vt etiam cum moleſtaretur, taceret. Nam cum Hunnis aduenientibus, voluiſſent fugere Pariſienſes ciues, & vrbem dimittere, ſed illa diſſuaſiſſet, & propterea Hunni vellent eam in exilium detrude-

Pro. vlt.

F Tacitur nitas, præſertim in muliere eſt ſignũ virtutis Eccli. 32

re,

re, tacebat orans. Etiam à die Epiphaniæ vſque ad Paſcha tacens manebat in ieiunijs; ſed nihilominus tacens quandoque pluuiam impetrauit oratione interiori. Nec mirum, quia oratio interior, clamor eſt in auribus Dei. Tertia conditio eſt, quando eſt ſenſata & diſcreta: & qui talem habet in coniugem, felix eſt. *Beatus qui habitat cum muliere ſenſata.* Hæc autem fuit ita ſenſata, vt etiam cum epiſcopis, regibus, & populo ſciret habitare, & cũ eis de rebus ſanctis cõuenire. Quanta erat ei prudentia in ſermone, quæ quotiens orabat ſponſum, totiens exaudiretur. Ita vt etiam prudentia ſua per totum regnũ nominaretur. Eccli. 25

Secundus modus ſciendi aliquid, eſt per experientiam. Iſto modo ſcire poſſumus beatam Genouefam fuiſſe mulierem virtutis, ſcilicet per experientiam à ſubuentione, & operibus virtuoſis, quæ exercuit ſingulariter ſuper ciuitatem Pariſienſem, ita vt etiam cuſtos eius nominetur. Sed tamen quæri poſſet, quomodo dicitur ciuitatis huius cuſtos, quę eſt magiſtra regni, cum ſit mulier. Non enim videtur æquum attribuere mulieri tantæ cuſtodiã ciuitatis. Reſpondetur, quod hoc fecit Dominus conuenienter propter tria. Primo, ad oſtendendum mirabilia ſua, quia Pſal. *Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.* Mirabiles ſunt elationes ſuperborum, qui pericula faciunt in mundo, ſed mirabili arte Dominus in arduis operatur. Si reges terræ iſta ſcirent facere mirabilia, nequaquam congregarent exercitum, qui tanti ſibi conſtat & populo, ſed ſuper inimicos mirabilia operarentur, faciendo immobiles, vel aliud huiuſmodi. Sed non poſſunt. Ideo oportet quod naturali more vtantur potentia ſua. Dominus vero *mirabilis in ſanctis ſuis*, non in multitudine, non in potentia exercitus vult ſuã oſtendere fortitudinem, ſed fragilitate & impotentia vult potentes ſuperare & confundere. Ideo mulierem voluit eſſe regni tutricem. Secundo, ad confundendũ ſuperbiam Regni Francorum, & aduerſantium ei. Multa enim bella perdita ſunt propter ſuperbiã confidentium in viribus & multitudine, quia Pſal. *Fallax equus ad ſalutem, in abundantia autem virtutis ſuæ nõ ſaluabitur.* Similiter aduerſarij cum ſuperbierunt, perdiderunt cito regnum. Ideo ad tollendum Gallorum ſuperbiam, quæ eis innata eſt, vt videtur dicere Pius in quadam epiſt. Dominus voluit mulierem in principali ciuitate regni eſſe tutricẽ & adiutricem. Nonne ſimile fecit apud Scytas de Tamiri regina Scytharũ cõtra Cyrum, per Iudith, quæ debellauit vnum ex ſucceſſoribus ſuis? Heſter ſola adiumentum fuit populi Iſrael, & temporibus patrum noſtrorũ per puellam debellata eſt gens aduerſa. Quid igitur mirabile, ſi voluit Dñs gentẽ inimicam regni per hanc mulierẽ debellare, & hanc ciuitatem cõſeruare in ſenectute? Tu vetus es Pariſius, cuſtodi te: antiquitas eſt cauſa caſus. Non enim legi ciuitatẽ magnam tanto tẽpore duraſſe ſicut iſtam. Nam nec tãdiu duravit Troia, Babylõ, Roma, Cõſtantinopolis, Niniue, Tyrus, Hieruſalẽ, & huiuſmodi. Hæc enim fuit fundata octingentis triginta annis ante incarnationẽ Chriſti; & ſic nunc ſunt duo millia annorum trecẽti & vigeſimus primus à fundatione. Sed hoc non noſtris meritis, ſed Sanctorũ cuſtodientium eam, & maxime meritis Genouefæ. Nam Sancti ſunt columna ſuſtinens orbem. Patet de Loth, quo exeunte Sodomam, Sodoma ruit. De Noẽ, quo intrante arcam, & recedente à terra, terra perit. Sic filijs Iſrael exeũtibus ab Ægypto, Ægyptus pro parte perijt. Et ſi aliquando vel ad momentum derelicta ſit, vt patuit in occiſionibus, quæ in ea fuerunc quandoque: hoc tamen modicum fuit, & ex conformitate Sanctorũ ad voluntatẽ Chriſti: quia tunc excedebat clamor peccati. Sed potuit ei dicere Dominus ilud Eſaiæ: *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te.* Et ita de facto apparet, quod hæc villa in dies augetur & proficit. Sed cuſtodiat ciues

Pſal. 67

Pſal. 32

Eſai. 54

G Genouefa quare cõſtituta eſt cuſtos urbis Pariſienſis

H Pariſius quomodo plus ceteris vrbibus antiquis durauit meritis Sanctorum.

Digitized by Google

ciues, nè ſicut in Babylone appenſa ſtatera inueniatur minus habēs. Vnde in hac vrbe ſunt duæ principales Eccleſiæ, ſcilicet B. Mariæ & Genouefæ, quaſi illæ duæ mulieres ſint eiuſdē vrbis cuſtodes. Tertia ratio, ad oſtendēdum quid valeat mulier ſancta & boni regiminis. Valet enim ad ſalutē vnius regni vel prouinciæ. Dicebatur enim tempore Salomonis: *Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius.* quaſi diceret: Si inueniretur, nihil eſſet in mundo, quod illā valeret. Vnde mulier ſapiens liberat totam vnam ciuitatem ſua ſapientia: ſicut illa, quæ exclamauit de ciuitate, & dixit ad Ioab: *Tu quæris ſubuertere ciuitatem, & euertere matrem in Iſrael?* Sic & Lucia tutrix eſt Syracuſæ magiſtræ ciuitatum Siciliæ, ſicut Agatha Cathinenſium, ſicut & Maria totius mundi. Ideo non eſt mirum, ſi Genouefa Pariſij. Quis ſit cuſtos, patet, quia tribus modis legimus Deum furere ſeu iraſci, quibus contra Pariſios quādoque iratus eſt, ſed ipſa Dominū placauit, qui ſunt *funiculus triplex*, qui *difficilè rumpitur*, niſi in ſanctis viris. Primo, armando contra homines creaturas irrationales. Sic contra Pariſios Sequanā, vt omnia quaſi ſubmergeret, ſed illa prece ſua in alueum coegit. Secundo, rationales creaturas. Sic preſeruauit ciuitatem iſtā ab Attila Hunnorū rege. Quod ſi dicatur, quod à Normannis non potuit ſe protegere, quin cōbureretur eius Eccleſia. Dico primo, quod factum eſt exigētibus demeritis ſacerdotum, qui tunc erant. Hoc reſpondet Oddo Cluniac. de combuſtione Eccleſiæ S. Martini. Sic Eccleſ. Hiſt. lib. 8. ca. 1. dicit Euſebius, quod ſuo tempore propter ſacerdotum nequitiam multæ Eccleſiæ Dei viui ad ſolum deductæ ſunt, atque ab ipſis ſubuerſæ fundamentis. De quo & in Tripart. Hiſt. lib. 10. cap. 33. dicitur, quod in quadam die Veneris ſancta omnes Eccleſiæ fuerunt deſtructę in Romano Imperio, propter malitiā ſacerdotum. Sancti enim ſe conformant diuinæ volūtati, quę ſæpe permittit loca deſtrui, vel deſerta fieri propter iniquitates commorantium in illis, ſecundū illud: *Poſuit terram fructiferam in ſalſiginem, à malitia inhabitantium in ea.* Dico ſecundo, quod Normāni illi fuerunt puniti, qui percuſsi fluxu tandē vermibus ſcaturiebant: & ſic hoc magis fuit ad honorē ſanctorum, & tandem fuerunt decapitati omnes illi, qui amicos nō habuerunt. Tertio, feriēdo proprio mucrone, inuiſibiliter feriendo, ſcilicet infirmitatibus, & varijs plagis, & mortibus horrendis: ſicut patuit in miraculo de ardētibus, anno Domini milleſimo centeſimo nono, regnante Ludouico filio Philippi regis. Tunc enim vaſtabat regnum ignis ſacer: occurrebāt medici, ſed nihil faciebant, quia digitus Dei hic erat. Clamabatur ad Dominū, ſed dormiebat, nec excitabatur. Stabāt autem infirmi in Eccleſia S. Mariæ Pariſijs. Tūc Stephanus Epiſcopus proceſsionē, celebratis prius ieiunijs, ordinauit: delatūq; eſt corpus Genouefę. Recordabatur enim, quomodo iam liberauerat eamdem vrbem à fluuij Sequanæ inundatione, & à fame: cū portaretur ad tectum feretri, omnes numero centū ſani facti ſunt; tres tantummodo remanſerūt, qui defectu fidei ſani nō ſunt effecti. Quo tēpore idem contigit Sueſsione in Eccleſia B. Mariæ. Vbi notandum, quod iſte ignis ſacer multiplici de cauſa à Deo incenditur. Primo, ex furore Dei concitato propter noſtra demerita, ſicut dicitur in Deut. *Prouocauerunt eum filij ſui & filiæ.* Hāc autē plagam comminatur tranſgredientibus ſua mādata. *Quòd ſi audire noluerit vocē Domini Dei tui, vt cuſtodias & facias omnia mādata eius, percutiet te Dominus ardore, & aſtu, & aere corrupto, donec pereas.* Et: *Ardēs furor eius, & grauis ad portandum.* Sed ſcriptū eſt: *Ignem ardentem extinguit aqua.* Aqua enim miſericordiæ ſalutaris B. Genouefæ extinguit illum ignem furoris Dei. Secūdo, ad medēdum vulneribus noſtris & peccatis. Primo, ad tollendum ſuperbiā noſtram, quia dum ſuperbit impius, incenditur pauper homo & deſtruitur. Et ideo Deus iuſtitiam faciens, pro pōpis & ſumptibus,

1. Reg. 20.

Eccles. 4

Iram ſuam extendit Deus tripliciter.

Genouefa quare permiſit aliquādo a Normannis incendi ſuam Eccleſiam.

Pſal. 17

Ignis ſacer accēditur à Deo propter multa.

Deut. 32

Deut. 28

Eſa. 30.

Eccli. 3.

ptibus, quos ſuper pauperem oportet accipere, incendit eum ad pœnam talionis eum puniens. *Exortus eſt ſol cum ardore, & arefecit fœnum*, id eſt, gloriam eius: quia *omnis gloria eius quaſi flos agri*. Secũdo, ad deſtruendum auaritiam, quę eſt ignis, qui numquam dicit, Sufficit. Iſte ignis omnia conſumit in regno. Ideo per quæ quis peccat, per hæc & torquetur: & propterea immiſit Dominus ignem illum ad expellendum iſtum. Inde Pſal. *Arcum ſuũ tetendit & parauit illum*, id eſt, arcum diuini iudicij, *& in eo parauit vaſa mortis*, id eſt, infirmitates, quæ deportant mortẽ: *ſagittas ſuas ardentibus effecit*, id eſt, effectũ habere fecit in ardẽtibus. Glo. Caſsiod. Medicus enim inducit tertianam, vt curet acutam febrem. Sed ſcriptum eſt: *Nónne ardorẽ refrigerabit ros*, ſanctæ Genouefæ, qui de ſurſum deſcendit? Tertio, ad vindicandũ de luxuria. Cũ enim quis igne vritur in digito, digitum apponit ad ignẽ vt curetur. Sic læſos igne luxuriæ Dñs inflammauit ad ſanitatẽ. Ille ignis incenſus erat à dæmone, ſecundum illud: *Halitus eius prunas*, id eſt, diſpoſitos ad incendiũ, *ardere facit*. Sed Dominus prouidit de amore ardoris Genouefæ: qui quidem extinguit iſtum ignem. *Cecidit de cælo ſtella magna, ardẽs tamquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum*; id eſt, ad amaritudinem illam, quam tunc patiebatur ciuitas, ſanandam. Ardebat quidem ardore, ſed non conſumente. Amor enim ſanctus ignis eſt, ſed non conſumit amantẽ, ſed magis impinguat, dum omnia merita auget, & lætificat cor hominis. Hic eſt rubus ille, qui ardebat & non cõburebatur. Quia ſi tãta bona fecit in vita ſua, vbi adhuc ſcintillabat ille amoris ignis Genouefę: quid putas erit, cum nunc flammeſcit?

Luc 1. Eſa. 40. Pſal. 7. Eccli. 18 Iob 41. Apoc. 8 Exod. 3

SERMO II. DE EODEM FEſto, & in ordine XLVIII. Per Thema.

Iudi. 11

NOn eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine, & in ſenſu verborum. Quæritur, quomodo laudatur Genouefa de pulchritudine, cum eſſet de mediocribus parẽtibus, & cuſtodiret animalia. Non enim frequenter ſunt pulchri pueri ruſticorum, eo quod nõ nutriuntur cibis delicatis. Dicitur, quod duplex eſt pulchritudo. Vna corporalis, & iſta nunc non eſt ad propoſitum, quia de illa ſcribitur: *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo*. Alia eſt pulchritudo animæ, & iſtam maxime habuit Genouefa. Licet enim in corpore dure nutriretur, tamen anima optimis alimentis nutriebatur. Nutrimentũ autem malum aliquando eſt cauſa turpitudinis: ſicut in ea, de qua dicitur: *Egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius*. Sed ipſa optimis delitijs nutrita eſt. Nam cõſolationes mundi, quæ ſunt groſſa cibaria, dereliquit, & ſolum conſolationibus diuinis vſa eſt, vt illi vere dici poſsit: *Quàm pulchra es, & quàm decora charisſima in delitijs!* Et delitias deſcribit Ezechiel: *Similam, & mel, & oleum comediſti*. Similam in cõtemplatione humanitatis, mel in contemplatione diuinitatis, & oleum diuinæ pietatis & bonitatis. Nulla autem, quæ magis his nutrita fuit quã Genouefa. Hoc enim didicit à beata virgine. Ideo ſicut illa viuere, ſic nos docere verbum Dei, & ſugere lac doctrinæ diſcamus medio eiuſdem virginis Mariæ, cui dicemus: Aue.

A Pulchritudo duplex. Prou. 31 Thren. 1 Cant. 7. Ezech. 16

Iuxta Thema tria erunt pũcta in præſenti Sermone. Primũ erit de aſpectu Genouefæ. Secundum erit de pulchritudine eius. Tertium erit de ſenſu verborum ſeu prudentia illius. Quoad primum, non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, patet ex duobus. Primo, quæ mulier ſuper terram ex vultu & aſpectu amplius teſtimonium oſtendit bonę cõſcientiæ & veritatis Dei habitãtis in ea? Nonne Germanus legit in eius vultu, cũ adhuc iuuenis eſſet? De iuuenibus principaliter neſciũt homines bene iudicare, quia ſæpe contingit, quod plica bona euertitur, & mala capiunt. Sed Germanus in ea vidĕbat quaſi in ſpeculo relucere diuinã ſapientiã, de qua poterat dici illud Eſaię: *Non ſecundùm viſionem oculorum iudicabit, neque ſecundùm*

1 Iudicium non debemus ferendũ extremo apparente. Eſai. 11

Digitized by Google

eundum audium aurium arguet. Alij duobus oculis vident, Germanus quatuor; linx pervnum murũ, iſte per duos, ſcilicet per corpus ſuum & Genouefæ vſque ad pulchritudinẽ animæ eius. Mali autem non vident, quia omnis malus ignorans. Ethico. 3. Et Dominus dicit: *In iudiciũ ego in hũc mundũ veni, vt qui non vident* (hęc terrena,) *videant* (ſpiritualia,) *& qui vident* (terrena,) *cæci fiant* (in ſpiritualibus.) Vnde dicunt Philoſophi, quod viſio non terminatur in oculo exteriori, ſed in ſenſu cõmuni, qui eſt interius. Et ideo de rebus, vt apparent prima facie, non eſt iudicandũ, ſed vſque ad interiora oportet ſcrutari. Hoc autẽ ſolum propriũ eſt Deo, & ſanctis viris, quibus voluerit reuelare. Sed multi ſunt qui iſtud furantur à Deo ſimiles furibus, qui arcas apertas dimittunt, id eſt, conſcientias ſuas apertas ſibi, & clauſas ſcrutãtur, id eſt aliorũ. Sic quidã mali de Genouefa iudicabãt, ſed decipiebãtur, quia iudicabãt ſecundũ faciẽ, & ideo reprehẽdit eos Germanus, oſtendẽdo fontem dulcedinis eſſe in ea, quãdo ex illo fonte tantus riuus procedebat, quod lachrymis terrã rigabat. Profeſsionem ergo eius ſuſcepit, & nummũ ęreũ in collo ſuſpendit. Sed quęritur, quare beata Genouefa portabat numum illũ ſeu denarium in collo, cũ nihil valeret, ſed videtur fuiſſe moneta de Frãquemont. Reſpõdetur primo, quod in eo erat imago Saluatoris, & ita in ſignũ & recordationẽ promiſsi facti dedit ei B. Germanus vt portaret, & nõ cathenas aureas aut alia paramẽta. Secundo, vt cõſideraret denariũ, quem ſibi dederat Dominus ad vſurã multiplicandum, ſicut & Dñs donauit cuilibet, vt eo bene vteretur: ſcilicet denario caſtitatis ſeu virginitatis, & cęteris donis. Secũdo quæ mulier aſpectu ſuo terret reges & principes, imo & dæmonia, ſicut Genouefa? vt declaratũ eſt prius de Chilperico, & dæmoniacis miſsis ad ſanctũ Dionyſiũ. Tertio, quæ mulier eſt, ad cuius aſpectũ corrigantur, mali, emẽdentur, & mutent vitam ſuã, ſicut Genouefa? imo magis ad aſpectũ mulierũ corrumpuntur homines, & interficitur anima. Sicut enim Baſiliſcus ſolo viſu hominem interficit, ſic multę mulieres ſolo viſu interficiunt animas aliorũ, & interficiuntur amore fatuo. Sed ad huius aſpectum, & exemplũ mulieres conuertebantur, vt patet de Cilina. Quarto, quęmulier aſpectu ſuo aperiret portas vrbis, ſicut Genouefa? O quis vidit huic ſimile? Si homines armorum ſolo aſpectu aperirẽt portas ciuitatũ, magnificarenturvſque ad cælum: quid ergo dicemus de Genouefa, quæ eas aperuit? *Cui cõparabo te vel cui aſſimilabo te virgo filia Ieruſalem?* Certe nulli viuenti, quia nõ eſt talismulier ſuper terrã. Quo ad ſecundũ punctũ, non eſt talis mulier in pulchritudine. Pulchritudo enim principaliter cõſiſtit in cõpoſitione vultus, & in decentia ornatus. Sed nõ eſt talis mulier ſuper terrã in vtroq;, igitur. Primũ patet, quia nõ eſt mulier ſuper terrã, quæ ſpecioſo præ filijs hominũ magis aſsimiletur. Probatur. Nã quæ mulier ſuper terrã fecit ſicut Chriſtus, quę de baptiſmate aſcendẽs ſtetit in deſerto in ieiunijs, pœnitẽtia, & ſilentio? Ipſa enim à die Epiphaniæ vſque ad Paſcha ieiunabat in ſilentio & pœnitentia magna, etiam alijs temporibus ſeruans mirã ſobrietatẽ. In quo nec deuiabat à doctore ſuo B. Germano, qui comedebat ſolũ panẽ, quẽ etiã miſcebat cineri. Secũdo probatur de pulchritudine, quia lux gratiæ & amoris eſt pulchritudo animę noſtrę. Sicut dicimus, quod pulchritudo ſolis eſt lux ſua, à qua etiã omnia alia pulchritudinẽ ſuam accipiunt, & percipitur pulchritudo eorum. Sed quę magis lutida lumine gratię, amoris, & fidei, quã beata enouGefa. In ſignũ cuius ſæpe portabat lumen, quod accendebatur ab Angelo, nec à vento poterat extingui. Sic ventus ſerpẽtis antiqui vult in nobis extinguere fidem, ſed ſtatim per Dei miniſterium reaccenditur vel cõſeruatur, niſi per nos ſteterit. Deus enim magnus eſt Dominus, qui ſemper vult habere lumen fidei in menſa cordis noſtri. Tertio probatur. Communiter dicitur, quod pulchri-

Ioan. 9.

Thren. 2

D Genouefa pulchritudo ſpiritualis probatur.

E Genouefa portabat denarium aureum, & quare

tio probatur. Communiter dicitur, quod pulchritudo hominis cõsistit in pulchritudine oculorum. Inde dicitur in cantilena, *belle aux beaux yeux*. Sic dicimus mundum pulchrum præcipue ex oculis eius, quę sunt sol, luna, & stellę. Sed ista habuit pulcherrimos oculos, & optimos, & maxime penetrabiles; quia etiã videbat aliorum cõscientias; vt patuit de quadã muliere Bituricẽsi, quam cognouit corruptã, licet ipsa negaret. Sed de ornatu non quidem exteriori, sicut multi credunt se pulchros esse per sua vestimenta, licet mendicent illã pulchritudinẽ, alij à vermibus, vt induti serico; alij ab ouibus, vt induti panno, quibus tamẽ naturalis pulchritudo sufficere deberet, sicut soli, & lunæ, & cæteris animalibus. Hinc Guido Cameracen. Vestes te ornant: pulchritudo esset si eas ornares. Ideo ornatum quærendo ostendis te esse turpem. Decor, qui cũveste induitur, cum veste deponitur. Sed hęc non quæsiuit ornatũ muliebrem exteriorem, sed habuit ornatũ interiorem virtu-
Psal. 29 tum, vt dicere posset Domino: *Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem*, id est decori virtutum virtutem miraculorum: sicut patuit in suscitatione pueri nõdum baptizati, quia ceciderat in puteum, & alijs plurimis.

Quo ad tertium, non est talis mulier in sensu verborum seu prudentia: quã prudens eius sermo, & oratio, quæ ita cito obtinebat à sponso, vt videretur libenter
Cant. 2. ipsum audire, dicẽdo: *Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis.* Quanta eius prudentia, vt meruerit custos fieri ciuitatis Parisiẽsis, in qua sunt prudentissimi & sapientissimi homines. Vnde in superiori parte ciuitatis collocatur eius habitatio, quasi sit speculatrix ciuitatis & custos, quasi præuidens omnia mala ventura super ciuitatem vel imminentia, quę suo aspectu terribili hostes inuisibiles terrendo, & pulchritudine sua, & sensu verborũ, id est, oratione Deum placando, arcet, vt debeamus eam merito rogare,
Psal. 44 dicentes: *Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna*, in hoc regno. Dicitur communiter, quod mulier sapiẽs recipit pueros de vtero matris, & eos regit & prẽseruat in periculo. Sic Genouefa nos suscepit, & præseruabit à dæmonibus, cum egrediemur de vtero matris Ecclesiæ militantes per mortem.

IN DIE EPIPHANIAE, SER. I. & in ordine XLIX. Per Thema.

IN hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Tria pessima opera fecerat diabolus in hoc mũdo. Primo enim procurauerat excæcationem, quia ad tantam cæcitatem deuenerat homo, vt lignis & lapibus diuinum honorem exhiberet. Sed cæcitatem secuta est inquinatio & immunditia peccati. Qui enim lutum non videt, non cauet. Inde omni genere peccatorum, etiam contra naturam inquinati erant homines. Sed tertio in mũditiam peccati iuste secuta est afflictio. *Miseros facit populos peccatum.* Et propter hæc tria tripliciter hodie Dominus apparuit in diuersis temporibus, secundum quod hodie tres sunt solemnitates. Primo enim apparuit regibus, qui & misit stellam fulgentem quæ lumen fidei in cordibus gentium radiare fecit, sicut tenebræ in passione Christi signant tenebras Iudæorum. *Populus (gentium) qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* Vnde Augustinus in sermone: Istam stellam nouam declarauit natus, qui antiquum solem declarauit occisus. Illa luce inchoata est fides gentium, istis tenebris accusata perfidia Iudæorum. Secundo, apparuit in baptismo, cum Christus balneauit se in baptismo, non aquam maculans, sed ei virtutẽ abluendi donans. Ideo secundo, contra inquinationem peccati apparuit. Tertio, apparuit in nuptijs, vbi diuina virtute aqua versa est in vinum, quo tertium opus destruxit diaboli, quãdo aqua tribulationis mutata est in vinum consolationis, quia filius Dei mala pœnæ tolerando, ea nobis tolerabilia fecit. Hæc autem mutatio perfecte fiet

1. Ioã. 3. A Christo ter apparuit in die Epiphaniæ contra tria opera diaboli.

Prou. 14. Matt. 2. Esai. 9. Matt. 3. Ioan. 2.

in

in futuro, quando vna gutta aquæ tribulationis in mille modios vertetur gaudij æterni. In primo verus Deus apparuit, quando sibi cælũ obsequitur. In secundo verus homo, quando ad baptismũ peccatorum conuolat. In tertio verus Deus & verus homo, cũ virtute diuina inter epulantes comedens tale miraculũ fecit. Ipse enim sese occultauerat nube carnis, sed ipse se reuelat per stellã Magis. Pater eũ celauerat, cum misit in mundũ pauperẽ & inter peccatores, & eũ obumbrauerat Spiritus sanctus; sed hodie testimonio patris & Spiritus sancti declaratur. Mater occultauerat eũ in præsepio, sed hodie manifestat eum in nuptijs, dicens: *Vinum non habent.* Vt ergo dignetur nobis impetrare à filio in huiusmodi solẽnitate vinum deuotionis, ad eã recurramus, dicẽtes: Aue.

Ioann 2

2 Quae est celebrãda cum gaudio propter tria.

Cum gaudio magno celebrãda est apparitio Saluatoris propter tria. Primo, quia istud festũ est festũ nostrũ. Etenim initiũ nascentis Ecclesiæ, quando Ecclesia de gentibus Christo iũcta est. In die enim Natalis apparuit Dominus pastoribus, qui erãt de Iudeis, sed hodie Magis, qui sunt primitiæ gentiũ. Ideo, quia nos ex gẽtibus processimus, maxime à nobis celebrari debet, quasi esset hodie natiuitas nostra, nõ solũ prænũciatiue per gẽtes, sed etiam regeneratiue per baptismũ. Sed nec solũ fundata est Ecclesia gentiliũ spiritualiter, sed etiã tẽporaliter, quia cum muneribus venerũt Magi, nõ sicut pastores, & de hoc habetur 12.q.1.ca. *futuram.* Fuerunt autem duodecim dies inter natalẽ & festũ istud, quia post duodecim persecutiõnes dotata est Ecclesia. Duæ primæ fuerũt in Iudæa sub Stephano & Iacobo, & decẽ sub imperatoribus vsque ad Constantinũ. Secũda ratio, nihil profuisset nobis Saluatorẽ nasci, si nõ cõtingeret eũ agnosci, cũ natiuitas eius infidelibus Christũ ignorãtibus sit potius noxia quã fructuosa. Frustrã enim profuisset ipsum in mũdo nasci corporaliter, si nõ in cordibus hominũ spiritualiter nasceretur. Similiter nõ prodest Saluatoris agnitio, nisi sequatur eius veneratio. Infidelibus autẽ deteriores & damnabiliores sunt, qui Saluatorẽ per fidem agnoscunt, & inobedientiã despiciũt. Ergo necessaria nobis fuit apparitio, & necessario venerãda. Tertia ratio, quia secũdum Grego. Natalis quodãmodo est alter hodie Saluatoris nostri. Ideo si natalẽ celebramus in corpore, maxime debemus istũ celebrare. Possumus autẽ quadruplicẽ distinguere natiuitatem, de qua hodie possumus cõgratulari. Prima est æterna, de qua Pater hodie testimoniũ perhibet. In natali celebrauimus natiuitatẽ ex matre, hodie vero ex patre, quæ nobilior est. Ambro. Pater, qui tunc obũbrauit in virtute, nunc clamabat in voce. Qui tũc vmbrã præstitit natiuitati, modo testimoniũ perhibet veritati. Hic est (inquit) filius meus dilectus. Secunda est spiritualis, qua per fidẽ in cordibus gẽtium ortus est sol iustitiæ. Tertia sacramẽtalis, qua in membris suis in aquis baptismi Christus nascitur. Quarta est natiuitas beata, qua inchoatur vita æterna, quæ in mutatione aquæ in vinum est figurata. Hinc Ambro. Credendũ est ex hoc iã mortalẽ hominẽ in immortalẽ cõuerti posse, quando vilis substantia in pretiosam conuersa est substantiam. Sic ergo propter has tres causas oportet hodiernum diem solemniter sicut natalem celebrare. In prima autem ratione cœpit infidelitatem gentium dissoluere, propter secundã rationẽ, cęcitatẽ & ignorantiã detegere, propter tertiam, mortẽ & afflictionẽ omnem tollere. Ideo *in hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat,* &c. Circa Euangeliũ duo dicemus. Primo, de fide Magorũ. Secundo, de homagio eorũ. Primum dicemus hoc sermone. Secundũ vero sermone pomeridiano. Igitur fides in Magis tripliciter claret. Primo, opere. Secundo, constãtia. Tertio, perseuerãtia. Quod in opere, apparet, quia *cũ natus esset Iesus,* &c. venerunt ab Oriente à remotis partibus ad regem natum, nec fuit eis tãtum iter laboriosum. Nam in principio Christus miserat suum nuncium, scilicet stellam, & tunc Ecclesia de primis gentibus

1 Ioan. 3.

D De fide Magorũ

bus nobilẽ misit ambasiatã, scilicet Reges. Sed nunc valde mutatus est status, quia vix modo habet pauperes. Pauperes enim & simplices modo studẽt venire ad Christũ, quia non sunt ita occupati mũdana occupatione, nec ita implicati. Sed diuites nõ studẽt venire. Vix veniũt modo in diebus solemnibus in sua parochia. Vnde pullus existẽs in nido nõ requiritur ab aliqua aue nobili quasi præda, sed cũ exit nidũ & volat in aëre. Sic nec isti reges ante natiuitatẽ Dñi, licet die ac nocte super quemdã montẽ victorialẽ ascendẽtes, ad insidiandũ si viderẽt aut sentirẽt vestigiũ huius prędæ, id est, Christi. Non enim videbant signũ stellę indicãtis, vbi esset hęc præda, quia adhuc erat infra nidũ virginis. Sed postquã salua virginitate matris egressus est per suã natiuitatẽ, statim volauit de Occidente in Orientẽ, per lucidã stellã se manifestãs, & tunc eũ inuenerũt. Aduertendũ est tamẽ quod cõtrouersia est de istis regibus. Vult enim Chryso. quod isti erant de finibus Oriẽtis, & quod stella apparuit eis per annum ante Christi natiuitatẽ, & quod hoc habuerũt per reuelationẽ: & quod in ista stella apparebat imago virginis portantis puerum habentẽ crucẽ in frõte, & quod posuerunt per annũ cum quatuordecim diebus ad veniendũ. Et propterea Herodes iussit occidi pueros à bimatu & infra: sed ista opinio non communiter tenetur. Alia est opinio Remigij, & etiã Augustini, quod erãt Persæ & Chaldæi de Sabæa regione & Arabia, quæ sunt circa illas partes, & quod erãt successores Balaã & de stirpe eius: & quod recesserũt die natiuitatis Christi, quando eis primo apparuit stella, & decimotertio die peruenerunt super dromedarios, vt dicit Hist. Eccle. & ista opinio cõmunius tenetur. Sed an fuerint tantũ tres vel plures, non legitur ex scriptura. Dicitur tamẽ cõmuniter & secundũ Glos. quod nõ fuerũt nisi tres, iuxta Historiã Scholasticã, licet essent multi sub eis. *In diebus Herodis regis.* Hic Euãgelista signat tẽpus. Primo, ad ostẽdendũ illã prophetiã esse impletã. *Nõ auferetur sceptrũ de Iuda.* Et de 70. hebdomadibus annorũ quę sũt quadringẽti nonaginta anni, quia anno 30. Herodis (qui primus alienigena regnauit) natus est Christus. Quasi diceret Euãgelista: Venit talis ambasiata ad Christũ tali tẽpore, tali rege regnãte. Secũdo, ad declarandã prouidentiã & bonitatem Dei, quod scilicet venit quãdo maior erat indigẽtia. Cũ enim erant reges de sua cognatione, mittebat ad eos prophetas, sed nouissime, quãdo fuit alienigena, ipse venit in propria. Secũdo, apparuit fides Magorũ in cõstantia, quia cõstãter inquirũt: *Vbi est qui natus est rex Iudæorũ?* Rex quidẽ Iudæorum, id est confitentiũ. Qui prius erat terribilis, iuxta illud: *Terribili apud reges terræ*, nunc est rex Iudæorum. Et qui prius fuerat in signo leonis, post descẽdit pius in sinum virginis. Sed quomodo hoc ausi sũt dicere, secũdũ quod recitat Aug. decreuerant Romani, ne quis Deus aut rex sine eorũ cõsilio diceretur. Quomodo ergo isti Magi alienigenæ intrãtes terram Romanorũ ausi sunt confidenter cõfiteri regẽ de nouo natũ? Non habebãt ipsi prę oculis periculum mortis? Sed ipsi non de morte curabant. Si enim de morte curassent, numquã hoc ausi fuissẽt prędicare, sed iam parati erant mori pro Christo. O beati Magi, qui ante cõspectum crudelissimi regis, qui libros Genealogiæ Dauid cõbusserat, & filios occiderat zelo regni, antequã Christum cognoscerẽt, facti sunt Christi cõfessores. Isti enim Magi Ecclesiæ præsentis formã portabãt. Et sicut illi regem, quẽ nõ viderãt, credentes quærebãt & cõfitebantur, sic & nos, qui sumus ex gẽtibus, Dñm, quẽ numquã vidimus, credentes quotidie quærimus, & cõfitemur potestatẽ eius. Sed videte quid dicatis, ô Magi, rationẽ aut probationẽ oportet in mediũ afferre. Aiunt ergo: *Vidimus enim stellã eius in Oriẽte*, differentem ab alijs situ, motu, substantia, interpellatione & lumine, & quæ sibi famulabatur. Ex hoc aliqui fatui Astrologi voluerunt elicere quod ynusquisq; nascitur sub aliqua cõ-

Gen. 49

Mat. 2

Psal. 75

Mat. 2

Mat. 2.

stella-

Reprobantur dicentes hominē ſubdi cōſtellationibus.

ſtellatione, & quod per illam habet eſſe, viuere, & eſſe bonum vel malū, fortunatum vel infortunatū. Et modo oportet ire ad Aſtrologos ad ſciendū ſi ſit bonū tēpus eundi ad curiam, nubendi, vel incipiendi aliquod opus. Sed hoc impugnat Chryſoſtomus tripliciter. Primo, ſi ita eſſet, quod ex motu ſtellarum eſſemus boni vel mali, tunc Deus nō deberet nobis præcipere bene vel male agere, cum hoc tantum eſſet in poteſtate ſtellarū. Si enim quis homicidū facit, magna eſt iniquitas, ſed adhuc maior ſtellæ illius, quæ hoc fecit. Secunda ratio, quæreretur ab eis, quę fuit ſtella quæ diluuium fecit & omnes in diluuio mori. Si ergo omnes per illam ſtellā mortui ſunt, oportebat quod omnes naſcerētur ſub illius dominio ſtellæ, & quod aliqua conſtellatio duraſſet plus quàm per mille annos, & ante Noë, & poſt, qui non erat ei ſubiectus. Tertia ratio, quæ ſtella erat, quæ ante Chriſtū faciebat fere omnes idololatras, & poſt Chriſtū recedere ab idolis? Hoc ergo dicere, ſcilicet homines totaliter ſubdi cōſtellationibus, vanū eſt. Præterea arguit Augu. de geminis, qui in vtero Rebeccæ erāt ſimul, ſcilicet Eſau & Iacob, & ſic videtur quod ſub eadē cōſtellatione, & tamē vnus fuit peſsimus, & alter optimus.

Matt. 2 *Et venimus adorare eū.* Mira fides iſtorum Magorū. Ber. Si latronis fidē, & Cēturionis cōfeſsionē cōſidero, in hoc iſti ſuperexcellere videtur, quod iā tunc miracula multa fecerat, iā tunc à multis prędicatus fuerat & adoratus, iſti vero nec eū viderāt, nec audierāt, & tamē prędicāt ipſum coram rege crudeliſsimo, prędicāt ipſum natū paruulum, & tamē vadūt, vt adorent eū vt magnū. Cōſiderabāt enim ipſum eſſe magnū, cui aſtra famulabātur & cęlū. Mirabatur terra, quod nouā ſtellam videret in cælo, ſed plus mirabatur cęlū,

Ibidem. quod nouum ſolem videret in terris. *Audiens autē Herodes rex turbatus eſt*, ſicut dicit Chryſoſt. propter tria. Primo, ne à regno expelleretur, cum eſſet genere Idumęus. Secundo, quia grandis poteſtas ſemper grandi ſubiecta eſt timori. Nam ſicut ramum arborū in excelſo poſitarum etiam leuis aura mouet, ſic & ſublimes homines, & in dignitate cōſtitutos, leuis nuncij fama cōturbat. Humiles vero ſicut in trāquillitate vallis cōſiſtunt. Rami enim ſunt principes, radix agricolæ, qui ſunt totaliter terreni, & mercatores. Credunt homines euellere radicē, ſed nō poſſunt. Rami autem facile euelluntur, & ex ipſis virgæ fiunt, vnde vapulant pueri Chriſti. Et ſæpe ſunt tot rami ſurſum, quod deſiccatur arbor, & radix nō poteſt eos nutrire. Sic eſt nunc de curialibus, qui multiplicati ſunt ſupra numerū, qui ſemper habent fructū & florē, & principale nutrimēti, quod eſt in radice; nihilominus ſemper tremūt vel facile ad modum ramorum vēto agitatorū, & plerumq; (ſecūdum Pſ.) *trepidāt timore, vbi nō eſt timor*, ſicut & hic Herodes. Tertio, quia Herodes erat miniſter & diaboli ſeruus. Ideo non tātum turbabatur Herodes, quātum diabolus in Herode. Herodes hominem æſtimabat, diabolus Deum ſuſpicabatur. Audierat enim Angelos in aēre clamantes, & iſtos teſtes audiebat, ideo tāto magis de deſtructione ſuæ poteſtatis turbabatur. Timebat enim Herodes ſucceſſorem terrenum, ſed diabolus cæleſtē. Cōſideremus ibi quid erit de iſto puero, cū à rege timetur. Inde Aug. Quid erit ante tribunal iudicantis, quando ſuperbos reges cuna terrebat infantis? Pertimeant reges ad patris dexteram iam ſedentem, quem rex impius timuit adhuc matris vbera lactantem. Quarta ratio addi poteſt, quod turbatus eſt, quia oculos habebat infirmos, & ideo ſuſtinere nō potuit lucem, quæ venit in mundum. *Grauis eſt nobis ad videndum.* Et tāquam auris infirma verbum veritatis audire non poterat, ſicut nec illi, qui dicebant: *Durus eſt hic ſermo.* Verbum enim abbreuiatū & quaſi ſuſurrādo audire nō potuerūt, quomodo potuerunt tonitruum magnitudinis eius ſuſtinere? Timuit autem Herodes tēporalia amittere, ſed quia timuit pruinām,

Quare Herodes turbatus fuit, audita Chriſti natiuitate.

Pſal. 52

Sap. 8

Ioann. 6

Digitized by Google

irruit ſuper eum nix. Sic de Iudæis, qui timuerũt perdere locũ & gentẽ à Romanis. *Et omnis Hieroſolyma cum illo.* Vel propter fauorẽ Herodis, vel quia timebãt, ne propter regem natũ Herodes iraſceretur populo, & ſic vindicaret in eũ. Credebant enim Iudei vnà cũ Herode Chriſtum temporaliter regnaturum, & ipſos reſtituturum in priſtinã libertatẽ. Vnde Chryſ. Sicut certantibus ventis mare cõcutitur, ſic regibus aduerſantibus ſibi populus regni vexatur. *Et congregans omnes principes ſacerdotũ & Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur.* Sed quomodo interrogabat Herodes de ſcripturis, quia aut eis credebat, aut nõ? Si non, cur de eis interrogabat, cũ tũc reputaſſet eas vanas, cur etiã miſiſſet alios in Bethleẽ. Si credebat quia vere naſciturus erat futurus rex, quomodo ſperabat eũ poſſe interficere, quẽ ſcripturæ dicebãt eſſe futurũ? Nũquid poterat homo corrigere, vt non fieret, quod Deus ordinauit? Ad hoc Chryſo. Herodes rex in malo credebat & non bono. Credebat enim quod naſciturus erat talis rex, ſed quoniã aduerſus illũ nihil agere poterat, non credebat. Sic & omnes homines, in quos diabolus operatur, credũt ſcripturis & nõ credũt. Scimus enim quia morituri ſumus, & tamẽ nõ viuimus quaſi ſic poſt modicum tranſituri. *At illi dixerũt, in Bethleem Iudæ. Sic enim ſcriptum eſt per Prophetã: Et tu Bethleẽ terra Iuda,* &c. Quadrupliciter ibi defecerunt Iudei. Primo, quia regi infideli tyrãno, & quem ſciebant perſecutorẽ regis futuri, iudicauerunt ſecretũ regis. *Sacramẽtum regis abſcondere bonũ eſt*, id eſt, ſecretum; & tamen iſti proditores cœperũt manifeſtare, quaſi nunc incipiant perſequi regem, ſcilicet quẽ Magi prædicant. Voluerunt enim eũ aliquãdo denegare regẽ, & de facto tollere titulũ, quẽ Pilatus, neſcio quo Spiritu ductus, noluit delere. Secundo, in hoc quod per ſcripturã ſacrã confirmauerunt dictum ſuũ, prodẽtes theſauros Domini ſui infideli principi. O infideles diſpenſatores. An hoc eſſet fideliter diſpenſare, prodere tanta myſteria infideli? Ex quo docemur, primo, occulta ſcripturarũ non oſtendere infidelibus, quia in ſuã partem & deteriorẽ detrahunt. Secundo, nõ eſſe mirandũ ſi mundus ſit infidelis & proditor. Nam (ſecundum Greg.) ſi ſæculum nequam ſuo fidẽ nõ ſeruat auctori, quid nobis deinceps de illius fide ſperandum eſt? Tertio, quia nõ ſolũ prodiderũt myſterium regi iniquo, ſed etiam prodentes præciderunt prophetiã, ex quo fuerunt cauſa interfectionis paruulorũ. Dimiſerunt enim illud: Et dies eius à diebus ſæculi. Si enim hæc dixiſſent, potuiſſet conſiderare Herodes antiquitatẽ regis huius, & quod nõ erat terrenus talis, ſed oportebat eſſe cæleſtẽ, nec in tantum furorem exarſiſſet aduerſus eum. Nunc autem hac præciſa, ſolũ protulerunt quę eum poterãt irritare. Illis ergo ita exponẽtibus, putans Herodes ſimilẽ cæteris regibus naſci regẽ, paruulos interfecit, cũ illis æſtimãs occidere Chriſtum. Sed ſicut iſti male faciebant ſuũ proceſſum corã rege, qui partem literarũ dimittebant, ſic multi qui in iudicio partẽ ſcripturarum dimittunt ad referendũ, & per hoc ſæpe perditur proceſſus. Quarto, defecerunt in hoc, quod ſciuerunt bene docere tyrannũ, ſed ſeipſos neſcierunt bene docere. Credidit Herodes ipſis dicẽtibus vera, & ipſi ſibi nõ crediderunt, vt ſuſciperẽt eũ. Docuerunt Magos viã, & ipſi nõ ambulauerunt per eam, ſimiles fabris arcæ Noë, qui fecerũt arcã, in qua alij ſaluati ſunt nõ ipſi. Similes etiam lapidibus miliaribus, qui peregrinis iter oſtendunt, ſed non ambulant per illud, imo remanent ſemper in eodem loco. Item ſimiles lumini candelæ, quod alijs lucet, & candelam cõſumit; & aquæ baptiſmatis, quæ baptizatum purgat, ſed immundior efficitur. Nam ſupercecidit ignis auaritiæ, & non viderunt ſolem, quia occupati rebus terrenis noluerunt ire in Bethleem cum Magis. Hic conſidera primo, quod ſicut ſol in ſuo ortu melius intuetur & clarius in Orientẽ, quàm quando eſt ſuper nos vel iuxta

Mat. 2.

Idem.

Ibidem.

G Multipliciter defecerunt in hoc quod interrogati ab Herode de natiuitate Chriſti.

Tob. 12.

Ioan. 19

H Nota.

in

In Meridie, ſic iſti regem natum optime cognouerunt in Oriẽte; ſed Iudæi, apud quos erat, non videbant: ſicut nec multi nunc in Meridie, propter receſſum primę Eccleſiæ. Secundo, quod magnę deuotionis loca ſolẽt à diſtantibus & alienigenis deuote viſitari, & à propinquis minus, vt patet in liminibus Apoſtolorum Romę, quia vbi pauci Itali vadunt, magna illuc confluit multitudo Tranſmontanorũ. Sic iſti reges ad Chriſtum venerunt, nõ Iudęi propinqui. *Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligẽter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis, & mittẽs illos in Bethleẽ, dixit: Ite & interrogate diligenter de puero*, &c. Propter duo credidit. Primo, quia à ſacerdotibus dictum. Secundo, quia exẽplo prophetico probatũ. Et ideo nõ ad deuotionẽ, ſed ad malitiã interfectionis flectitur, quia malus homo, quæ Dei ſunt, intelligere poteſt, quę autẽ Dei ſunt, facere non poteſt. Videbat enim, quod nec prece, nec pretio, nec minis poterat eos mutare, vt ſcilicet interficerẽt natũ regẽ, qui nõ aſpexerant nec Herodẽ, nec Cæſarẽ, ſed in medio regnorũ eorũ annunciabãt aliũ regẽ, ideo fraude circumueniebat eos. Sed cur occulte vocauit eos? Reſpondet Chryſo. quia ſuſpectos habebat Iudæos, ne forte quaſi regẽ ſuę generationis amãtes, & intelligentes aſtutiã eius, proderẽt cõſilium eius, neſciens quia maiores erant inimici Chriſti Iudæi quã ipſe. Herodes enim velut hominẽ ſuſpicans perſequebatur. Iudæi autem poſt multa mirabilia & ſigna, poſtquam cognouerunt eum eſſe filium Dei, crucifixerunt; & quanto manifeſtior fuit diuinitas illis quàm iſti, tanto maior iniquitas. *Qui cùm audiſſent regem, abierunt.* In hoc deſignantur boni auditores, qui prædicatores deuõte audiunt, ſed malos mores non ſequuntur.

Matt. 2

Ibidem.

Tertio, apparet perſeuerantia Magorũ in fide, quia cõtinuauerunt iter ſuum vt irent in Bethleem. Inde dicitur: *Et ecce ſtella, quam viderant in Oriente*. Dereliquit eos ſtella in introitu Hieruſalẽ, vt interrogarent Iudæos, & hoc ad confuſionẽ eorũ, quoniam gẽtiles tantũmodo viſione ſtellę confiſi, Chriſtũ per alienas prouincias requirebãt, & Iudæi, qui ab infantia prophetias legebant de Chriſto, etiã in ſuis finibus natum nõ receperũt. Ipſi enim interrogati ſunt ab eis, vt portarẽt teſtimoniũ fidei gẽtium, vt dicit Aug. Et propter hoc gẽs illa diſperſa eſt per vniuerſas terras, & repulſa à regno ſuo, vt eius fidei, cuius inimici ſunt, teſtes vbique cogerẽtur. Et in paucis ſignũ circũciſionis obſeruant, ne occidãtur, ſicut Cain qui occidit fratrẽ ſuũ Abel. Inde Pſal. *Deus oſtẽdit mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos, nequando obliuiſcãtur populi mei*. Portant enim nobis codicillos noſtros ſicut ſerui, & librarij noſtri, & de ſuis literis eos cõfutamus, ne forte dicerẽt: Gentiles iſti cõfecerunt iſtas prophetias ad ſuũ propoſitũ, educimus de manibus inimicorũ noſtrorum. Vnde, quod ſtella diſparuit, ſignificatur, quod ſenſus literarũ ab eis receſſit. *Videntes autẽ ſtellã, gauiſi ſunt gaudio magno valde*. O quãta dicebãt de rege nato. Intelligebant enim per illã ſtellam, quod huius regis dignitas omniũ mundialiũ excedebat regũ mẽſurã. Primo, quomodo nõ crederẽt ei ſubdendos homines, cui videbant cæli ornamenta ſubdita eſſe? Secundo, quomodo poterat ei terra eſſe rebellis, cui famulabatur & cælũ? Exẽplo eorũ debẽt gaudere Catholici ad lumen cæleſtis doctrinæ, quod non minus amandũ eſt, quã lumen ſtellæ. Stella illuminabat oculos corporis, hæc oculos cordis. Illa ducebat ad Chriſtũ mortalẽ, hęc ad immortalẽ. Illa ducebat ad diuerſoriũ. Hæc poſtquã ad Chriſtũ adduxit, reliquit eos ituros ad ſuã regionẽ, hæc vero Chriſto ſine fine manſurũ duxit hominẽ. Acceptior etiã erat eis aſpectus ſtellæ quàm auditus prophetiæ, quia acceptior ſolet eſſe doctrina operis, quàm ſermonis. Vnde ter ibi ponitur gaudiũ. Magnũ enim eſt gaudiũ, cum ab Herode, id eſt, diabolo receditur; maius, cũ ſtella gratiæ recuperatur; maximum, cum Chriſtus cum matre inuenitur hic per gratiam, & in futuro per gloriam.

Matt. 3

B *Iudæi atteſtantur fidei Chriſtianæ.*

C *Nota.*

Sed quęritur, quid de iſta ſtella actum eſt? Dicitur (ſecundũ Bedã) quod cecidit in puteo Bethleẽ, & quod apparuit Paulæ & Euſtochio. Sed fratres reputauerũt hoc friuolum, ideo volui eos à ſua communione ſeparare. Sed ſecundum Fulgentium, redijt in priſtinam materiam.

SERMO II. DE EODEM, ET in ordine L. Per Thema ſupradictum.

A quo tali die fecit Deus mirabilia.

DE cæteris regibus loquimur, & ſcribimus hiſtorias: eo quod tẽpore ſuo fecerũt mirabilia. Sed, vt ſileãt aliorum laudes, hodie loquimur de rege quodam, qui mirabilia facit in cælo & in terra. Iuxta illud: *Dabo prodigia in cælo ſurſum, & ſigna in terra deorſum.* Hodie apparuit in cęlo mirabile ſignum factum à rege iſto, ſcilicet ſtella, ſed adhuc maius apparuit in terra, quando ſol apparuit in terra. Frequenter enim antea ſcripſerat calamus ſcribę promiſsiones de aduentu Saluatoris, quaſi diceret: Expecta, expecta. Multi præcones venerant, ſed promiſsis tantùm quilibet diues erat, ita vt nihil niſi promiſsiones reportarent. Vt etiam Dauid longa expectatione fatigatus, culpã quaſi in Deum referret, dicẽs: *Tu verò repuliſti & deſpexiſti, diſtuliſti Chriſtum tuum.* Dicebat Eſaias quaſi indignando: *Vtinam diſrumperes cælos & deſcenderes.* Et iam Dauid imperabat, dicens: *Inclina cælos tuos & deſcende.* In hunc modum totus ille prophetarum conuentus diutius expectando pertęſus, nunc optãdo, nunc imperando, nunc conquerendo, nunc indignando ſermones ſuos narrabat. Sed venit expectatus, clauſit ora prophetarũ, datum eſt promiſſum, & impoſitum eſt ſilentium. Sileant itaque prophetæ, quia hodie ſignum magnum apparuit in cęlo, imo in terra, mulier virgo Maria amicta ſole iuſtitiæ. Dicat hodie vox Eccleſiæ: *In hoc apparuit Filius Dei, vt diſſoluat opera diaboli.* Et illud: *Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri Dei.* Venit enim nõ tantum cum vino & oleo, ſed cum purpura & ſacco, apparens nunc quidem verus homo, nunc verus Deus, quaſi hiſtrionum more ludens, & in varias ſpecies ſeipſum alienatim transformans, de quo ludo Sapientia inquit: *Delectabar per ſingulos dies ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarum.* In die natiuitatis apparuit homo, habitu quidem inuentus vt homo, in die Epiphaniæ vt Deus. Et hoc eſt quod quærebat Dauid, dicens: *Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare coram Effraim, Beniamin, & Manaſſe,* corã Manaſſe, id eſt, populo obliuioſo, ſcilicet gẽtili, de quibus vt oblitis dicitur: *Reminiſcentur & conuertẽtur ad Dominum vniuerſi fines terræ.* Et alibi: *Intelligite hæc, qui obliuiſcimini Deum.* Coram quibus apparuit per ſtellã. Coram Beniamin, id eſt, filio dexteræ prædeſtinato, ſcilicet ad dexterã Dei, id eſt, corã Ioãne Baptiſta apparuit in Iordane. Hic eſt Beniamin filius ſynagogæ, quo nato mortua eſt ſynagoga, quia vſque ad Ioannẽ lex & Prophetæ. Corã Effraim, id eſt, fructificante, apparuit, quãdo corã diſcipulis electis, vt fructum plurimũ afferrent, apparuit, vt aquã in vinũ tranſmutaret. Hodie enim in terra apparuit humanitas verbi incarnati, ſed in cælo vox Patris audita eſt, & Spiritus ſanctus in ſpecie colũbę viſus eſt. Hæc ſunt tria mirabilia, in quibus hodie apparuit rex iſte, ſed præſertim refertur præſens ſolẽnitas ad apparitionẽ, quę fuit facta Magis, quando inuenerunt puerũ cum Maria matre eius, quę etiã eſt mater noſtra. Ad eam igitur velut filij ad matrem recurrentes dicamus: Aue, &c. Poſtquã dictum eſt de fide Magorũ, nunc conſequẽter dicendũ eſt de homagio facto ipſi Chriſto. Itaq; Magi fecerunt homagiũ Chriſto in tribus. Primo, in adoratione. Secundo, in oblatione. Tertio, in obedientia. Pro primo dicitur: *Et intrãtes domũ inuenerunt puerũ cum Maria matre eius.* Vulgo dicitur: Qui quærit, inuenit. Iſti vero quæſierunt, & inuenerunt; quia etiã Chriſtus quærebat eos per ſtellam. Nos etiam ſic facere debemus quærẽdo eum. Ipſe enim venit quæſere & ſaluũ facere quod perierat, & abbreuiauit ſe, & veſtiuit

Prou. 8.

Pſal. 79

Pſal. 21

Pſal. 49

Aug. 2

Pſal. 73

Eſai. 35

Pſ. 143.

1. Ioã. 3

Matt. 2

nit tunica curta ad quærēdum nos, quia nullus est præter illum, qui possit nos ad salutē ducere. Possumus enim nobis esse causa dānationis, ex nobis ipsis, sed non
Osee 13 salutis. *Perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum.* O qualis pudor eius. Isti de tam longe venerunt ad quærendū eum, & nos sumus ita prope eū, & non possumus inuenire eū. Sumus enim prope per remedia & sacramēta. Dubiū est ne verificetur Prouerbiū: Qui est prope Ecclesiā, lōge est à Deo. Scies autem dum inuenies Christum, scilicet quando in corde tuo pacem habebis, quia in pace factus est locus eius. Ibi attēde quod nullibi inueniebatur innocētia, & ideo reges venerunt, comperto signo, à loco in quo perdita est
Mat. 2. innocētia, & *inuenerunt puerū*, id est, innocentem regē Iesum, *cū Maria* (virgine) *matre eius*. Et dispēsatione Dei factum est, vt tunc Ioseph non esset, ne pater eius à nouellis in fide putaretur. Hic nō debēt desperare diuites, quia non solum pauperes pastores, sed etiam diuites reges Mariā & pauperē eius puerū inuenerunt. Sed pauperes consolationē istam inueniunt per paupertatē, ideo nihil leguntur obtulisse, & diuites per liberalitatē: pauperes dum paupertati Christi se vidēt cōformari. Et diuites liberalitati eius, qui omnia dat,
Mat. 2. cōformantur. *Et procidentes adorauerunt eū*: quod nō legitur de pastoribus. Ecce quomodo isti reges nō veriti sunt intrare stabulum ad adorandum Dominum, & alij verētur ad Ecclesiam accedere. Sed, ô reges, quid quæritis in præsepio? Vbi aula regia, vbi diadema, vbi curiæ frequētia? Certe aula stabulū, thalamus præsepiū, curię frequētia Ioseph & Maria. Inuenerunt enim puerū vilibus pānis inuolutū, & matrē vix vnā tunicā habentē, non ad ornamentū, sed ad nuditatē tegendā. Nō ergo quærebant regē terrenum, quia tūc cōfusi fuissent. Non enim credēdum est, quod puero sic dispositio talem honorem dedissent, nisi aliquid diuinitatis in eo
Ibidem. conspexissent. Pro secundo dicitur: *Et apertis thesauris suis*, &c. Secundum Greg. deprædari desiderat, qui thesaurū publice in via portat. Ezechias amisit quæ nuncijs regis Babylonis ostendit. Ideo maxime fugienda est vana gloria, quę facit vt bona nostra à latronibus inferni deprędentur. *Obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham*, id est, elemosynam, orationem, & ieiunium. Pro tribus enim quę in homagio tenemus, tria offerimus. De bonis tēporalibus aurum, de anima orationem humilē, de corpore ieiunium. Aurum offert, qui Deū recognoscit omnium bonorum suorum Dominū, & omnes debent recognoscere, secundū illud:
Esa. 60. *Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes*. Sed sunt multi, qui diuitias suas offerunt diabolo potius quàm Deo: dum in eius seruitio eas expendūt, seruis diaboli prodigi, sed pauperibus Christi auari, imo diuitias suas idolum faciunt, dum eas super omnia diligunt. Sed plerūque laici ditātes Ecclesias, ministris Ecclesiæ assignant tamquā aduocatis suis vnde sustentētur, & confidunt, quod ipsi etiam Ecclesiam tueantur, & tamē ipsi nescium eā defendere. Sciūt nihilominus Ecclesię ministri se esse proditores, si bona eorū recipiūt, & de causa eorū defendenda se nō intromittunt. Thus enim offerre debēt humiles, qui ad modum thuris ad ardorē diuini amoris quasi se annihilāt, in odorem Deo suauissimum. *Nardus mea dedit odorē* Cant. 1. *suum*. Et sicut humiles thurificāt Deo, sic superbi diabolo. Noua indumenta & noue factiones sunt thuribula diaboli, quæ alijs mulieribus fœtorē ingerūt, dum ad similia faciēda exēplo fatuarum prouocantur. Similiter adulatores superbis dominis sunt thuribularij diaboli, dū male facta laudāt, & bona domino sentire faciunt. Sic & superbi Deo fœtorē intolerabilē ingerunt, propter quē fœtorē Dominus in cælo tolerare Luciferū noluit, sed eum de cælo in infernū prēcipitauit. Iterū clerici debēt offerre Deo thus, quia igne charitatis, & zelo salutis animarum inflammati, odorem bonę famæ populo

Nota. *De nominibus Magorū & quid signifi-cent Matt. 2.*

debent miniſtrare, & ad modum thuris quaſi in nihilum per humilitatẽ reſolui. Vnde in thuribulo ſunt tria, vas, thus, & ignis. Vas eſt apertum ſuperius, clauſum inferius. Sic fidelis ad terrena fit clauſus, ne carbones, qui ſuccenſi ſunt à Domino, cadant in terram, id eſt, cogitationes igne Spiritus ſancti incenſæ in terrenis cadentes extinguantur. Thus eſt Pſalmus & Oratio. Ignis Spiritus ſanctus. Myrrham offerunt, qui carnẽ ſuam pro Chriſto macerant, quam debent clauſtrales offerre, cum & ipſi mundo ſint mortui, carnẽ ſuã cõdire debẽt myrrha diſciplinæ. Sed ſunt aliqui, qui tunc primo myrrhã offerunt & apponunt, cum iam corpus cõputruit, & vermibus vitiorum pleni ſunt. Melius tamen eſt tarde quã numquã. Deus enim de modico cõtentus eſt, nec eſt dangeroſus. Ita bene comedit cibum veterẽ, ſicut nouum & recentẽ. Sunt etiam aliqui, qui vno grano myrrhæ corpora ſua condire volunt, ſicut qui pro omnibus ſanctis ieiunium omnium ſanctorum celebrãt, & pro tota quadrageſima diem Veneris ſanctam. Vel ſecundũ Rabanum, & recitatur diſt. 37. c. *legimus*, voluerunt reges, qui erant ſciẽtifici & docti, triplicẽ philoſophiam, quã inuentione & laboribus acquiſierãt, offerre, ad ſeruiẽdum ſcripturæ ſanctæ. Inde eſt quod Porphyrius, vt habetur lib. 6. Hiſt. Eccleſ. male reprehendit Origenẽ propter hoc quod miſcet cum ſcripturis Iudæorũ philoſophiã & cæteras artes. Vel allegorice propter tria, quę erãt in Chriſto; aurum, per quod deſignatur eſſe verus rex, thus Põtifex, & myrrha mortalis. Vnde die natalis Chriſtus verus rex & verus Pontifex natus eſt in mundum. Die circũciſionis ſe põtificem gerit exercẽs ofriciũ, nunc vero tenet ſtatum regalem, & ibi occurrunt Magi cum muneribus vocati per ſtellã. O quã tunc liberalis eſt Dominus, cum tenet ſuũ ſtatum regalẽ. Solẽt enim in die illo omnes captiui ſolui, ſic & in iſta die. Sed nunc (proh dolor) fiunt peſsimę fatuitates, vbi deberet homo vacare orationibus & deuotioni. Vel ſecundum ſenſum literalem dicendum, quod aurum obtulerũt ad ſuſtentãdum paupertatẽ, thus ad tollẽdum loci fœtorẽ, & myrrhã ad tollendum vermium putredinẽ. Et ſi quęras quid fecerit Maria de muneribus Magorũ. Credẽdum eſt enim quod illi beati reges, qui filium eius cæli regẽ & Dominũ cognouerunt, non modicum, ſed magnum quid ei larga manu obtulerunt. Dici poteſt primo, quod manum ſuam aperuit inopi, ſic quod omnia in vſus expẽderit egenorũ, nihil de craſtino cogitãs. Quod ex eo cõijci poteſt, quod die 28. purificationis ſequẽte vnde vnum ſolũ agniculum emeret in oblatione filij nõ habebat, cũ tamẽ in terra ſancta multi agni inueniantur, & pro modico pretio habeãtur. Quis enim dubitat, ſi agnum habere potuiſſet, quin iuxta præceptum legis, ipſum cum filio deuotiſsime obtuliſſet? Legitur enim ibi ſic: *Cùm expleti fuerint dies purificationis ſuæ, pro filio, ſiue pro filia deferet agnum anniculum in holocauſtum*. Compatiens autem Dominus paupertati matris ſuæ, ſubintulit paulo poſt: *Quod ſi non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures vel duos pullos columbarum*. Secundo, dici poſſet, quod partem in vſus pauperum expendit, & partem ex diuino conſilio reſeruauit ad peregrinandum in Ægyptũ. Ex quo eliceretur doctrina, quod licite poteſt ſeruari aliqua pecunia pro futuris neceſsitatibus ſubleuandis, & hæc eſt pars prouidẽtię, quia dicitur vulgariter: Qui nõ ſeruat de ſuo prãdio pro ſua cœna, habet ſæpe male ad cœnãdum. Et voluit in oblatione pauperum, legem ſequi, vt magis ſectandã eſſe paupertatem doceret, & quod Deus non ſpernit oblationes pauperũ, ſed præacceptat oblationibus diuitũ. Plus enim acceptauit Deus oblationem Mariæ, ſcilicet par turturũ, quã agnos diuitũ. Tertio homagiũ fecerũt reges Chriſto in obedientia. Obediũt enim veri milites ſuo Principi, vt quocũque voluerit eos mittere, mittat. Sic iſti obedierunt, quia *reſponſo accepto*

D
Quid fecerit Maria de muneribus Magorum.

Leuit. 12.

Ibidem.

Matt. 2.

Digitized by Google

in somnis, &c. Timebāt enim & suspicabātur, ne forte Herodes malum cogitaret in puerum. Ideo sicut Moyses tacens clamabat, cui dicitur: *Quid clamas ad me?* & Susanna, sic isti affectu interrogabant, quid vellet diuina volūtas: vnde & mieruerunt responsionē. In quo datur intelligi, ne postquā veterē hominē exuimus, iterum reuertamur ad peccata, sed per aliam viā, scilicet pœnitētiæ, reuertamur in regionē nostrā. Talis autē est insania eorū, qui ad peccata redeūt, qualis esset si quis voluntarie rediret ad carcerem inimici sui, de quo euasit, vel rediret per viā, in qua spoliatus est & grauiter vulneratus. Talis est brutis insipiētior, quæ ad laqueos, quos euaserūt, nūquam redeūt. Aues enim euadētes, in retia, quæ semel euaserūt, numquā reuertūtur. Sed Herodes postmodū iratus iussit cōburi naues Tharsis, secundū Aug. in Psalterio super illo verbo: *Reges Tharsis*. Tharsis autē est Carthago, & occidit pueros à bimatu & infra. Tunc apparuit, quod Herodes licet occulte à Magis & publice à Iudæis veritatem quæsijsset, eam tamen odiebat, & intendebat eum persequi, sicut ostendit per effectum, sed propterea cito deserta est domus eius. Erat enim de membrisillius, cuius domus deserta est, scilicet diaboli, qui in veritate non stetit, quia veritas in eo non est. Veritas enim facit permanere domos. *In generatione & generationem veritas tua. Fundasti terram*, id est, hominem, vel progeniem, *& permanet.*

Exod 14 Dan. 13

E Peccatū non est reuertendum.

Psal. 71

Psal. 118.

SERMO III. DE EODEM, ET in ordine LI. Per Thema.

Mat. 2. A Differt rex noster Christus à cæteris regibus. Sap. 7. Psal. 37 Psal. 50

VBI est qui natus est rex? Multiplex ex scripturis inuenitur differentia inter regem istum & cæteros reges. Primo, alij reges nascuntur miseri. *Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium.* Et si velis magis hoc scire, audi sanctum regem Dauid dicentē in Ps. *Miser* (inquit) *factus sum & curuatus sum vsque in finem.* Et alibi: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum.* Sed iste iuxta quæstionem natus est rex, quia omnia potēs & beatus à natiuitate, imo ab instāti suæ cōceptionis. In quo ostenderunt quod erāt optimi logici, quia multū refert dicere: Iste rex natus est, & iste natus est rex, quia quod quis rex nascatur est cōmune, sed quod nascatur rex est singulare. Secunda differentia, quia alij reges instituuntur ab eo, & non ipsi instituunt eū. *Per me reges regnāt.* Ipse vero super omnes reges est. Ps. *Ego primogenitū ponā illū, excelsum pre regibus terræ*, quia alibi Ps. *Ego autem constitutus sum rex ab eo*, scilicet Deo Patre. Tertia differētia, quia alij dum distribuunt sua, solum regni partem nec totum possunt distribuere, quin se denudent, & adhuc distribuēdo sic multa veniunt mala, vt patet de rege Alexādro, qui dum diuisit imperium suum nobilibus nutritis secum in quatuor partes, multiplicata sunt mala in terra. Sed iste totum regnum simul omnibus distribuit. *Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Et adhuc cum reges distribuunt, ad tempus solum possidetur. Hic autem (vt habetur) *reges in solio collocat in perpetuum, & illic eriguntur.* Quarta differentia, quia alij reges paucum durant. *Rex bodie est, & eras morietur.* Hinc dicitur, quod talis regnauit viginti, triginta, & quadraginta annis, & mortuus est. Sed iste rex perpetuo regnabit. *Dominus regnabit in æternum, & vltra.* Luc. *Et regni eius non erit finis.* Et Ps. *Sedebit Dominus rex in æternum.* In literis quoque regijs ponitur annus ab incarnatione regis nostri, quo regnare cœpit, & deinde quo rex temporalis, vt cognoscat rex, *quoniam dominatur excelsus in regno hominū.* Quinta est, quia reges temporales indigent cōsilio bono ad res suas dirigendas, & sapientibus viris. Inde animalia in conspectu throni erant plena oculis ante & retro. Non enim oportet eum sequi voluntatē suam. Per hoc in scriptura maxime culpatur Antichristus, quia *faciet iuxta voluntatem suam rex.* Et adhuc cum consilio suo rex terrenus nō facit omnia, quæ vult. De isto autem scribitur in Ps. *Omnia quæcūque voluit*

Prou. 8. Psal. 88 Psal. 2. Mat. 25 Iob 36. Eccli. 20 Exod. 15 Luce 1. Psal. 28 Dan. 4. Dan. 11 Nota. Ps. 113.

Digitized by Google

Dominus fecit in cælo & in terra. Nec requirit
Esai. 40 consilium. *Quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* Nullus interest magno cõsilio eius, nisi tres personæ, quarũ secunda est magni cõsilij Angelus, & ex deliberatione istius magni consilij natus est iste rex, & inuẽtus est hodie à regibus cum Maria matre eius, ad quam recurremus, dicentes: Aue. Iuxta Euangeliũ dicetur in hoc Sermone ad interrogationẽ Magorum, quod nõ est in curia Herodis. Secũdo, quod inuenietur in curia Ioseph & Mariæ, in Sermone sequente. Pro primo dicitur in textu: *Cùm natus esset Iesus*, &c. *Ecce Magi ab Oriente*, &c. Venerũt autẽ ab Oriente Magi, quia ibi fuerat principium præuaricationis, principiũ etiam idololatriæ, ideo fuit principium visitationis & Ecclesię. Hinc est, quod Christus in cruce positus est, vt ait Damascenus li. 4. ad Occidentẽ, ad designandũ culpã ibidem, scilicet in Oriente cõtractam, quam post dorsum posuerat, ne vlterius culpa ipsa recordari posset. Vnde & propter hoc prima benedictio Ecclesiæ venit ab Oriente, & ibi incepit Ecclesia. Et ideo ad Orientem oramus, sicut Iudæi ad Occidẽtem, & Saraceni ad Meridiẽ. Et si quęras, an inuitati venerint Magi per prædicationem, aut alicuius doctrinã. Respondeo, quod non: & quia nullum habuerũt inuitatorium, possunt dicere: Nemo nos cõduxit. Et ideo hodie nullũ in Matutinis dicitur Inuitatoriũ. In his dantur doctrinæ regibus & principibus, quod tales sint quales isti, quia dignitas illa requirit hominẽ totaliter Deo deditum & ipsum requirẽtem. Prima doctrina est, quod sicut ab Oriẽte Magi venerunt ad Christũ natũ, vbi sol oritur, & dies incipit. Sic reges ab ortu suo debent quęrere Dñm in toto corde suo, vt à solis ortu vsq; ad occasum, id est, à tẽpore quo sol eis oritur, vsq; ad tẽpus in quo eis occidit, laudabile sit nomen Dñi. Secũda doctrina est in eo, quod tres reges venerunt ad Christũ, & à Christo illuminati sunt, denotatur, quod cor regis maxime in manu Dei est. Tertia doctrina, vt sicut isti sine inuitante & sine prædicante ad Christũ venerũt sola stella contenti, sic & principes vel inclinationẽ habeant, vt Christum sequãtur, & præcepta custodiant sine inuitante: vel ad minus cũ inuitatorio bonorum virorum accedant ad Christum, ita vt non audiant mala inuitatoria. Nã & ministri diaboli habẽt sua inuitatoria, quibus faciliter assentitur. Inuitant enim alij ad luxuriã, & turpem vitam & abominabilem ducendam, Deo & hominibus odiosam, qui dicunt illud inuitatoriũ: *Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tamquam in iuuentute celeriter: vino pretioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos rosis, antequã marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrùm exors sit luxuriæ nostræ: vbique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra.* Sap. 2.
Ecce pessimum Venite. Credite consilio Sapientis: *Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis*, id est, si te lacte delectationis monuerint. Cui cõsilio credebat rex Dauid, dicens: *Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.* Alij inuitant ad superbiã & pompam, auaritiã, & stultam sui reputationem, opprimendo populum, qui dicunt Venite Pharaonis: *Venite, sapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur*: per inuentiones pessimas ad tenẽdum magnos status, ad implendum arcas auro & argẽto. Tollite tales inuitatores & talia inuitatoria ab auribus principum. Hoc nõ dico, sed Sapiens: *Si dixerint, Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustrà: deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendentẽ in lacum. Omnem pretiosam substantiã reperiemus, implebimus domos nostras spolijs. Sortẽ mitte nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrũ. Fili mi ne ambules cũ eis.* Vt dicat princeps: *Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.* Et ita si tales reges venerũt sine inuitatorio ad Christum, quomodo nõ veniamus ad Christũ vel cum inuitatorio? Et si Ecclesia non faciet his regibus

B Quare Magi venerũt ab Oriẽte. Matt. 2

C Quomodo reges venerũt sine inuitatorio vel inuitante, & de multiplici Venite. Prou. 1. Psal. 100. Exod. 1. Prou. 1. Psal. 100.

Digitized by Google

bus inuitatorium, nihilominus paratus est Deus vt sit inuitatorium, si opus sit, & iam in aliquibus Ecclesijs illud inuitatorium relumpserunt. Quid ergo quęsierũt Magi? Certe: *vbi est qui natus est rex?* adducentes probationem, vt fidem facerent regi, dicentes: *Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus.* &c. Sed vbi inuenietur, an in curia Herodis? Et videtur quod sic, quia Herodes prius gentilis, postea factus est circumcisus & Iudæus, & amplexus est legem Dei ipse & sui. Respõdetur primo, quod multi volunt fieri sacerdotes, vt habeant multitudinem bonorum Ecclesię. Sic iste, vt teneret regnũ cũ pace & voluntate Iudęorum, circumcidit se, & non propter amorẽ Dei. Erat enim grossus Iudæus, sicut multi sunt grossi Christiani. Fecerat enim ad instar cati, qui vt liberius caperet ratum, finxit se velle esse eremitã, & suscepit habitũ religiosi. Dicitur secũdo, quod nõ poterat inueniri rex iste in curia Herodis. Ratio est, quia Herodes, nõ libenter audiebat veritatẽ, imo audiens hæc Herodes turbatus est. Veritas enim non habitat vbi de ea non curatur, & vbi repudiatur, & vbi ei nõ pręstatur auris. Et ideo quãdo princeps surdus est ad veritatem, veritas nõ habitat cũ eo. Ille scilicet qui dicit: *Ego sum via, & veritas, & vita.* Dicebatur Herodi, quod veritas de terra orta est, sed displicuit sibi, & turbatus est. Si autem veritatẽ libẽter audiuisset, neque timuisset, neque turbatus fuisset. Scriptũ est enim: *Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno*, id est, si corona hominum, qui diligunt veritatẽ loqui, circũdetur rex, nõ timebis à timore nocturno. Timor nocturnus est timor prædonum & latronum. Sed si dicta fuisset Herodi veritas tota, ipse nõ timuisset timore nocturno, ne scilicet quis veniret ad deprædandũ regnũ suum. Et ideo si veritas audiatur in auribus principum, proijciet omnem prædonẽ & latrõnem, & exterminabit, ita quod nõ timebis. Hic enim timor solum est de nocte ignorãtię, non de die veritatis. Nam lux fugat noctuas. Sed multi nunc piscãtur in obscura & turbida aqua, quę est sine claritate veritatis, præcipue isti curialistæ & milites. Videtur quod sit diluuiũ: quia supra mõtes aurũ piscantur & gallinas, & similiter commissarij habentes ruinosas cõmissiones. Et sic omnia furantur, quia nõ est qui audiat eos loqui veritatem. Sed dices, dato quod in Herode nõ esset veritas, nec libenter audiret veritatẽ fidei, tamẽ sui officiarij & propinqui libenter audiebant. Sed hoc non, quia turbata est omnis Hierosolyma cũ illo. Vtrũ Symeon, vtrũ Anna vidua, vtrum Zacharias sacerdos de Hierusalẽ, vtrũ sancti viri? Nõ, sed omnis Hierosolyma, id est officiarij omnes Herodis, ne perdãt officium suum ad mutationẽ regni. Sicut enim cum oculus videt, totum corpus diciturvidere, sic cum oculi reipublicæ turbãtur, qui sunt officiarij, dicitur tota Hierosolyma turbari. Nãtales, cum audiunt verbum tangẽs regẽ, dicũt: Hoc regi displiceret, non plus loquamini de hoc, rex irascceretur. Primo itaque officiarij, sicut & princeps eorum, nõ libẽter audiebãt veritatẽ, quia *Princeps, qui libẽter audit verba mẽdacij, omnes ministros habet impios.* Secundo, veritatem nescierunt cęlare neque dissimulare. Debẽt enim officiarij considerare dispositionẽ & conditionẽ regis, & secundum hoc sicut homo meliorẽ habet appetitum vno tẽpore quã alio, sic melius auditve[illegible]atẽ vno tẽpore quã alio. Sed isti nescierũt cælare, quia interrogãti Herodi respõderũt veritatẽ, vbi nõ oportebat, cũ tamẽ secundũ Poẽtã: Et quando que nocet omnia vera loqui. Si enim respõdissent sicut aliàs dixerũt, Christus cum venerit nemo scit vnde sit, hunc autẽ scimus vnde sit, tũc sapiẽtissime & ad pacificandã irã respõdissent. Sed vt placerẽt, & vt viderẽtur scioli, respõderunt: *In Bethleẽ Iudæ*; & ad hoc auctoritatẽ allegauerunt. Tertio, tacuerũt veritatẽ illã, quę furorẽ regis debebat pacificare, & partem scripturę tantũ produxerũt, quę poterat excitare furorem, scilicet quod nascceretur in Bethleẽ sicut alij, & quod regeret populum

Matt. 2

D *Christus non est inuẽtus in curia Herodis, quia nõ audiebat veritatem.*

Ioan. 14

Psal. 90

E *Iudæi non cũrabant de veritate, & detrectant respondere Herodi.*

Prou. 29

Mat. 2.

ante annos discretionis. Huic autem etiã ante discretionis annos secundum naturã obediunt & cęli & terra, nobiles & ignobiles. Et vere ratio erat, quia si Angeli, qui superiores sunt, iussi sunt obedire, & adorare, quos non venerat redimere, quia non ceciderant; & qui ceciderant, eis nõ pepercit, iuxta illud: *Cùm iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei*, quãto magis puluis, & cinis, qui tantũ reputatus est apud eũ, vt eũ dignaretur assumere, dotare, & pro eo mori, & hodierna die ad agnitionẽ sui perducere, cũ apparuit in Bethleem cum Maria matre sua, quã constituit reginam misericordiæ, & aduocatam nostrã. Igitur ad eã confugiamus, dicẽtes: Aue, &c.

Vbi est qui natus est rex? Certe si fieret nobis ista quæstio, nescio quid respondemus. Forte natus est nobis, & in nobis, & pro nobis in die Natiuitatis suæ, sed hodierno die propter fatuitates, quæ fieri solent, amisimus, etiam cum deberet apparere in nobis. Non enim immediate post Natiuitatem in vtero apparet esse infantulus in eo, sed paulo post. Certe suffocamus eum ante apparitionem eius. Et ideo ad istam quæstionem poterimus respondere illud responsum Cain, qui suffocauit fratrem suum: *Nescio, numquid custos fratris mei ego sum?* perpetuus scilicet; quasi diceretur: Tædio habeo illum tãdiu portare, & custodire. Ita quod solebat hæc dies dici dies Regũ, sed nunc potest dici dies villanorũ; quia plurima mala fiunt, & vix corrigi possunt, & quãdo creditur fieri correctio, inuenitur obstaculum. Sed timet eum cum deberet in vobis apparere dulcis & amabilis, ne vobis appareat terribilis, secundum illud: *Terribilis & ei qui aufert spiritum principum, terribilis apud reges terræ.* Hoc bene timebat Berengarius propter hæresim, quam aliquando tenuerat, licet eam post modum abiurasset, qui obijt in die Epiphaniæ. Si ergo perdideritis eum, in hac tam sacra solemnitate, vbi est multiplex festiuitas, quærite illum solicite. Paruulus est, cum diligentia custodiri debet habitus, & inquiri amissus. Si ita diligenter quęrebant eũ illi reges, qui solã habebant stellę monitionem, nullis exemplis pręcedẽtibus, quantomagis nos, qui tot habemus exẽpla, eũ debemus quęrere, & ad dissoluẽdũ quæstionẽ illã studere. *Vbi est qui natus est?* Postquã dictũ est, quod nõ inuenitur Christus in curia Herodis. Nũc restat ostendere, quomodo inuenitur in curia Ioseph & Mariæ. Itaq; (vt dicit textus,) misit Herodes magos in Bethleẽ, & cũ recessissent, *ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos.* Ex quo textu innuitur, quod perdiderant reges stellam intrando curiam Herodis, vbi sumi possunt duæ doctrinæ. Prima est. Non est mirandum si in curia Herodis Magi stellam amiserunt, & Petrus in curia principis Christum negauit, nã secundum Ps. *Diabolus semper sedet in insidijs cũ diuitibus,* (non cũ pauperibus) *in occultis, vt interficiat innocentẽ*, id est, Christũ vel pauperẽ populũ, vt eũ exactionibus, & taleis vexent. Secunda doctrina, quod si quis in curia diaboli perdidit stellã, id est, gratiãp, ortando signa diaboli in pompis, & apparatibus superbię, ecõtrario in pœnitẽtia debet portare signa humilitatis, quæ sunt signa pueri Iesu, & sic inuenietur stella, id est gratia, & fama perdita. Nam isti tres reges propter Herodẽ (qui interpretatur glorians in pellibus) perdiderunt stellã; quia qui gloriantur in pellibus, id est, in apparatibus mundanis, gratiã perdunt. Sed dimisso Herode viderunt stellã, & inuenerunt Dominũ, quo inuẽto, per aliã viã reuersi sunt in regionẽ suam. Similiter qui vult inuenire Dominum per gratiam, & stellã, id est, claritatẽ suæ famæ, debet per aliam viam reuerti, & signa lasciuiæ, & mundi deponere, sicut dicit Apost. *Sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginem celestis.* Et: *Ab omni specie mala abstinete vos. Vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde.* Magnum enim gaudium est sæcularibus, & subditis etiam religio-

Hebr. 1.

Matt. 2.

Genes. 4.

Psal. 75.

B *Stella, id est, gratia, perditur in curia Herodis, id est, diabolo*

Psalm. 9.

1 Cor. 15.

2. Thess. 2.

religiosis videre stellam stantē, id est, bonū prælatū vel priorē. Sic enim Magi, id est simplices, ducuntur in Bethleē, id est, in Ecclesiā, vbi inueniunt Iesum cū Maria matre eius, & ductu illius stellæ boni fiunt, id est, illius bonæ antecedētis personæ exēplariter ostendentis viā virtutū. Aspectus enim huiusmodi stellæ, id est, bonæ personæ solet intuentes recreare.

c *De quadruplici stella.*

Quadruplex tamen inuenitur stella in sacro eloquio, scilicet stella ducēs ad Christū, stella perferēs Christū, stella ornans cælū, & stella cadens in terrā. Stella ducens ad Christū, est bonus prelatus & maxime gratia Dei. Inde Aug. Sicut nauis fracto gubernaculo nō vadit quo gubernator vult, sed quo tempestas eā impulit, sic homo, perdito auxilio gratiæ Dei, per peccatū nō facit quod vult, sed quod diabolus vult. Stella perferens Christum, est Maria, de qua canitur: Sicut sidus radiū profert, virgo filium pari forma. Hinc dicitur stella maris, quæ ducit ad portū salutis. Sicut enim super portum grādis lucerna erigitur, vt nauigantes in obscuro noctis viā ad portū teneāt, sic Maria stella clarissima super portum, id est, altare in Ecclesia erigitur, vt nauigantes in obscuro noctis viā ad portum teneant salutis, imo ipsum portū tenēs in gremio depingitur hic est Christus, qui est salutis portus, ad quē Petrus vt citius festinaret, tunica succinxit se, & misit se in mare. Aliæ mulieres faciē & corpus vestimētis & rebus alijs adornāt, vt diligātur. Maria prēmium dilectionis nobis expossuit, scilicet filiū suū, dicens: Si me dilexeritis, filium meū florē pulcherrimū dabo vobis. Tertia stella est adornās cælum, scilicet beati.

Eccli. 43 *Species cæli gloria stellarum.* Sicut enim qui sunt in via, adornant Ecclesiam militantem suis exēplis: sic qui in patria, triumphantem. Sed quarta stella cadens in terram, sunt reprobi, de qua:

Apoc. 6 *Et stellæ de cælo ceciderunt super terram. Et intrantes domū inuenerūt puerum.* Sed hoccine est quod quēritis, ô beati Magi? quēritis puerum & infantem? Non enim magni parua petunt sed magna. Magnanimos enim principes magna decent. Quid ergo quēritis parvulum? Præterea quid eum quæritis regē? Nonne scriptum est: *Væ tibi terra, cuius rex puer est.* Cur ergo puerū quēritis vt regnet in vobis? Certe regem quærimus & paruulum & magnum. Quærimus paruulū in terra, sed magnum in cælo; latentem in pannis, sed regnantem in cælis; quem præsepe continet, & mundum claudit. Paruulum corpus quærimus, sed magnam animam & maiorem diuinitatem desideramus. Parum de terra quærimus, ideo corpore paruulum appetimus, sed magnum in cælestibus concupiscimus, quia talia desideramus. Et quo ad hoc, quod dicitis quod regē quærimus puerū, verum est, sed illum, de quo scribit vates: *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius.* Verum est tamen quod allegatis de illo, de quo subsequitur: *Et cuius principes mane comedunt*, id est, capiunt morsellum, quia quādo vnusquisque trahit ad se in regno, male omnia regūtur. *Omne enim regnum in se diuisum desolabitur.* Quērimus puerū, qui etiā vir est, quia *fœmina circumdabit virum.* Et sic quæsierūt, quod tandē inuenerunt mediante lumine stellæ. Res enim parua quādo amissa est, oportet quod lumē accēdatur ad inueniendum eā. Sic Christus paruulus erat, & perditus in gentilitate, ideo oportuit stellæ lumē ad inueniendū eū. Inuenerūt ergo puerū. Et quia qui appropinquat sacco pleno speciebus, nō est possibile quin aliquid vel saltē odorem percipiat specierū, sic appropinquantes puero odore diuinitatis suę sic tracti sunt, quod procidentes adorauerunt eū. Tunc paries gentiū ad parietē cucurrit Iudeorum, oues ad ouile conuenerūt ad pastorem vnum, vt lapis reprobatus fieret in caput anguli, in duos se parietes cōiungēs, vt fieret vnum ouile & vnus pastor. Tunc solitudo gentium facta est *sicut liliū inter spinas & amica inter filias.* Tūc Ecclesia gentium olim sterilis cœpit parere plurimos, quādo sui primitias in tribus Magis regem

D *Quomodo reges quærebant regem puerum & magnū.*

Eccl. 10.

Isai. 9.

Eccl 10

Luc. 11.

Hier. 31

Cant. 2.

regem regum adorare misit,& quę multos habebat filios, synagoga cœpit infirmari,quæ vaticinijs prophetarum & legis edocta Christum esse,quē adorant Magi, non regium ei honorem exhibere, sed hostilem sæuitiam in eum exercere cogitauit. Indè Osee: *Congregabuntur filij Iuda & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum.* Imo magis verificatum videtur illud Psal. *A generatione in generationem veritas tua.* Veritas enim fidei à generatione Iudæorum transijt ad generationē Christianorum per Magos gentiles. Transijt autem ab ablatiuo in accusatiuum, quia ab eis ablata est lex & veritatis intelligētia, sicut hæreditas transijt à progenie in progeniē. Fides enim est mobile bonum. Nam & ipsa claritate legis Iudæi cæci facti sunt,& de radio solis cæcabantur. Poterat enim quisq; eorū dicere: *Factus sum sicut nycticorax in domicilio*: quæ lumen solis videre non potest. Vnde sicut Isaac caliginatis oculis multa de filio suo Iacob vera prędixit,quē tamen non cognoscebat: sic & Iudæi multa vera de Christo prædixerunt, & dixerunt Magis & Herodi, quē tamen cognoscere noluerunt. Et Heli exemplo lucernā,donec extincta est inter eos per mortē, videre non potuerūt. Oblatus est eis fons de cisterna Bethleē,& bibere noluerūt: & in terra sanguinē eius fuderūt,& Dño libauerunt. Clara fuerūt initia Salomonis, sed finis eius obscurus & tenebrosus. Et qui ab initio viam Dñi excellentissime docuit,in fine per eā non ambulauit. Prope Dauid iacebat Abisac Sunamitis,& nō cognouit eā Dauid,quia ad manus habebat Iudaicus populus scripturas, in quibus iacebat diuina sapiētia, & tamē eā non cognouit. *Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera.* Tūc impletū est illud: *Reges Tharsis & insulæ munera offerent.* Sic & spirituales viri debēt pro corporalibus muneribus istorū trium regū munera spiritualia offerre. Vnusquisq; enim vir spiritualis est in se quasi tres reges, quia tribus præsidet gubernādis. Debet enim regere cor, linguā,& manū,secūdū illud: *Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.* Latū est regnū manus, latius linguæ,sed latissimum cordis,quia magnū est esse mundū à peccato operis, maius à peccato linguæ, maximū à peccato cogitationis & voluntatis. De primo dicitur: *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.* Et: *Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me.* Item: *Facti sumus vt immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.* De secundo dicit Iacobus: *Si quis in verbo non offendit,hic perfectus est vir.* Idem: *Si quis putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam,sed seducens cor suum,huius vana est religio.* Iterum: *Omnis natura bestiarum,& volucrum, & serpentum & cæterorum domantur & domita sunt à natura humana: linguam autē nullus hominum domare potest.* De tertio dicitur in Prouerbijs: *Quis potest dicere,Mundum est cor meum?* Quis gloriabitur castum se habere cor? Et Apostolus: *Nihil mihi conscius sum,sed non in hoc iustificatus sum.* Et hęc tria sunt, quæ Christo offerre debemus cum Magis. Aurum quidem, quod inter cætera metalla præstat, id est, deuotionē & sinceritatem cordis, quę potissima est. Thus,id est,obsequiū linguę,quia ex ore non debent spirare verba fœtentia & immunda, sed eloquia casta, & suauem paradisi odorē spirātia, ita vt dicatur Christiano: *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dñs.* Et myrrhā,id est, mortificationē carnis per opera pœnalia. Vnde ad vnūquodque regnum huiusmodi gubernādum,sic quod fiat per ipsum gratū munus &obsequiū Christo,tria requirūtur,scilicet cōsiliū,iudiciū,&iustitia. Nullus enim potest commode regere,nisi habeat peritos cōsiliarios & iustos iudices, & discretos,& iustitiæ executores. Cōsiliū necessariū est,quia facta, & verba, & cogitatus de cōsilio debēt procedere. De factis. *Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.* Et: *Cū dispositione initur bellū.* Iterū: *Sine cōsilio nihil facias,& post factū nō pœnitebis.* De verbis.

Osee 1. E Nota. Psal. 118 Psal. 101. Matt 2 Psal. 7. p Iustus est in se quasi habens tria regimina Psal. 23 1 Ioan. 1 Iob 9. Esa. 64. Iac. 3. Iac. 1. Iac. 3. Pro. 20. 1. Cor 4. Nota. Gen. 27 Nota. Prou. 4. Pro 20 Eccli 32

Latibus

Eccli. 21 *Labia imprudentium ſtulta narrabunt, verba autem prudentium ſtatera pōderabuntur. In ore ſatuorum cor illorum, & in corde ſapientium os*
Prou. 8. *illorum*. De cogitatu ſcriptum eſt: *Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus*. Et ſic noſter interior homo debet omnia agere cum conſilio. In agēdis ſiquidem prius cōſulto, dehinc mature facto opus eſt. Similiter de iudicio omnia dicta, facta, & cogitationes debēt exa-
Gen. 49 minari & dijudicari. *Dan iudicabit populum ſuum*, id eſt, illa tria prędicta, quę ſunt po-
Eccle. 10 pulus cuiuſlibet hominis. Et: *Iudex ſapiēs iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit*. Similiter iuſtitia, vt ſi factum, verbum, vel cogitatus damnatione digna
Mat. 18 fuerint, damnentur, ſecundum illud: *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proȝce abs te*, &c. Expedit enim, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus eat in gehennam. *Obtulerunt aurum, thus, & myrrham*. Iſta tria debent religioſi offerre Chriſto. Aurum ſapientiæ in Capitulo, thus deuotę orationis in oratorio, myrrham, id eſt, carnis mortificationē in refectorio & dormitorio, ne pluſquā expediat comeſſationibus dediti, incidant in lapſum carnis. Venter enim & genitalia ſunt vicina, vt vicinitate corporali intelligatur confœderatio vitiorum. Inde Hieronym. Venter mero æſtuans facile deſpumat in libidinem: ſicut olla quanto plenior eſt carnibus, cum bullit, tāto maiorem ſpumā reddit. Olla iſta luxurioſus eſt, cui ſupponitur ignis tentationis pulchritudine verborum, & nobilitate mulieris, & pretioſis cibarijs tamquā diuerſis lignis accenditur, & aquis delectationis cor carneum decoquitur, bullit per inordinatum ſermonem, & tandē ſpumat per libidinem. Sed duplex eſt aurum, ſcilicet verum, & ſophiſticum. Aurum verum, ſapientia de æternis: aurum ſophiſticum, ſapientia de mundanis, quam habent qui proximos ſciunt defraudare, diuitias multiplicare, de qua Apoſtolus: *Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum*. Et
1. Cor. 3. Eſa. 29. Eſaias: *Peribit ſapientia à ſapientibus eius*. Sed fatuiſsime aurum verum contemnentes, aurichalcum ſibi comparāt, qui lege Domini contempta, ad leges ſæculares clerici, ad fraudes laici ſe transferūt, plus deſiderantes eſſe in Ægypto Magi Pharaonis, quàm cum Moyſe & Aaron educere populum Dei ad terram promiſsionis. Plus eligunt innocentes deprimere, & cum Herode iniuſtas cauſas fouere, quā cum tribus Magis aurum, thus, & myrrham Chriſto præſentare. Plus deſiderāt filios Herodis fieri quā Chriſti. Herodes poſteris ſuis palatia, poſſeſsiones terrenas reliquit, & tandem pœnas æternas. Chriſtus vero filijs ſuis paupertatem, tribulationes, & in fine regnum cælorum. Plus enim deſiderant ſuccedere Herodi in diuitijs, quàm Chriſto in paupertate. Verumtamen virga Aaron virgas Ma- Gen. 7.
gorum deuorauit, quia ſapientia Chriſti ſapientiam mundi demonſtrat eſſe vanā. Non offeramus ergo puero iſti aurū falſum pro bono: quia cum ſit ſapientiſsimus, & decipi non poſsit, diſpliceret ei: & beata virgo benigna eſt, quæ offendi non debet. Sed dices: Vbi acquiram puriſsimum aurum ad opus paruuli? Reſpondetur, quod in Euilath. Quia aurum terræ illius optimum, & puero gratiſsimum. Euilath interpretatur, dolens. Si doleas pro peccatis tuis, hoc eſt aurū optimum. Obtulerūt, inquam, aurum, thus, & myrrham: ſed multi non offerunt, ſed auferunt. Illi quidem aurū non offerunt, ſed auferunt, qui pauperibus non dant eleemoſynas, ſed ſtudent à ſubditis per nefas & ſimoniam pecuniam extorquere, cuiuſmodi ſunt nunc plurimi, quia *à minori vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudent, & à propheta vſque ad ſacerdotem omnes faciunt dolum*. Secundo, non offerūt thus, ſed auferunt, qui deuotionem populi de reddendis decimis, de oblationibus faciendis, de officijs Eccleſiæ diligendis, propter enormitatem vitæ eorum minuunt & tollūt, ſicut filij Heli, de quibus ſcriptum eſt: *Erat peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia detrahebant homi-*
1. Reg. 2

nes

G Religioſus debet offerre Deo aurum, thus, & myrrhā.

Nota.

I Quidā ſunt qui munera Magorū auferūt Deo, non offerunt Hier. 6.

H De duplici ſapientia ſub nomine auri.

Digitized by Google

ues à ſacrificio Domini. Tertio, non offerunt myrrhã, ſed auferunt, qui tantum ingluuiei & voluptati carnis deſeruiunt, quod ſubditos ad carnalitatem, non ad carnis mortificationem, ſuo exẽplo trahunt, & facto corrumpunt. Sicut canis, qui ducit cæcum, deuians in lutum propter os vel aliud emolumentum, ſecum trahit cæcũ quem ducit: quibus dicitur: *Receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege.* Sed dubitatur, cum obtulerint reges iſti Chriſto aurum in ſignũ regni, cur non habet ſceptrum aureum ſicut & reliqui omnes reges? Dicitur enim de Chriſto in Pſ. *Reges eos in virga ferrea*, non aurea. Reſpondeo, quia forte aurũ non eſt apud Deum pretioſum. Nam *omne aurũ in cõparatione illius arena eſt exigua*. Ferrum autẽ apud ipſum magis eſt pretioſum, quia *ferrum cõminuit & domat omnia*, & ideo ferrum magis cõgruit rectitudini iuſtitiæ. Inde dicitur: *Noli quærere velle fieri index, niſi valeas virtute irrũpere iniquitates.* Aurum vero repugnat & venenũ eſt iuſtitiæ, quia aurum & argentum (ſecundum Senecam) auaritiã noſtram irritant, & oculos iudicũ excæcant, ne recte videant. Ideo de Chriſto ſpecialiter dicitur: *Qui rectarus erat omnes gentes in virga ferrea. Et reſpõſo accepto in ſomnis ne rediret ad Herodẽ*, &c. Ecce quomodo in fine veritas patuit, quã mendacio ſuo cẽlauerat Herodes, dicẽdo ſe velle adorare Chriſtũ, quẽ tamẽ intẽdebat occidere. Veritas enim cõmuniter à magnis & publicis viris nõ ſolum cælatur, ſed etiã opprimitur. Eſa. *Cõuerſum eſt retrorſum iudicium, & iuſtitia lõge ſtetit, quia corruit in platea veritas*, id eſt, publicis viris, qui vidẽtur plateę publicę. Finaliter tamẽ prævalet, & ſe omnibus manifeſtat. Similis oleo, quod ſub aqua poteſt aliquamdiu deprimi, ſed non poteſt ibi diu detineri, quia ſemper ſolet eleuari. Sicut enim lux ſolis licet aliquãdo ſupprimatur à ſpiſsis nubibus & obſcuris, ita quod aperte radiare nõ poſſit, finaliter tamen diſpergit nubes, cõſumit, & euacuat, & ſe clarã manifeſtat. Nec in ipſo actu nubeæ obſcuritatis lux vmquam ſolis taliter obtunditur, quin aliqualiter nubẽ penetret, & exterius dẽmõſtretur. Sic veritas numquã erroꝝ, fallaciarum, aut violentiarũ nube taliter obfuſcatur, quin aliqualiter refulgeat, & quin ſatis appareat, quod in illo negocio, de quo agitur, aliqua latet veritas, quę cẽlatur. Finaliter vero, quicquid tardet nubes errorum, fallaciarum, & violentiarũ, virtute veritatis euaneſcit; imo quocumque modo opprimatur, finaliter dat victoriam poſſeſſori ſuo in iudicijs, cauſis, & alijs eiuſmodi. *Super omnia autem vincit veritas.* Et quod plus eſt, quamuis veritas à ſuis hoſtibus perſequatur, tamen ab eiſdẽ ſæpe approbatur. Patuit in Achior, qui hoſtis erat Iudæorum, & tamen teſtimonium perhibuit veritati, & in ipſo perſecuta veritas eum ad ſalutẽ perduxit. Et ideo Pſalm. *Emitte lucem tuam, & veritatem tuã, ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum & in tabernacula tua.*

Mala. 2

K. Quare Chriſtus non dicitur habere ſceptrum aureum, ſed ferreum. Pſalm. 2 Sap. 7. Dan. 2.

Eccli. 7.

Apo. 12 Matt. 2

L. Finaliter veritas vincit, licet opprimi poſſit. Iſa. 59

3 Eſd. 3

Iudit. 5

Pſal. 42

IN EODEM FESTO, SER. V. & in ordine LIII. & ſpecialiter de baptiſmo Chriſti, eo quòd tals die Chriſtus legitur fuiſſe baptizatus, & hoc per Theſ.

VOx Domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit, Dominus ſuper aquas multas. Quæritur, vtrum debuit Dominus à Ioanne baptizari. Et videtur quod nõ, quia totus erat mundus. Inde Ber. Baptizari vis Domine? quid tibi opus baptiſmate? Numquid ſano opus eſt medicina, aut mundatione mundo? Lux nõ indiget aqua, tu autem lux mundi. Quid Domine inter peccatores baptiſmum quæris, qui nullum vmquã malũ egiſti? Reſpõdetur, quod Chriſtus voluit baptizari propter multa. Primo, vt nos doceret libẽter accedere ad Eccleſię ſacramẽta, cũ indigeamus eis, tamquã ſalutaribus remedijs, cũ tamen ipſe non indigeret. Sed ſicut dicit Chryſ. ſuper Epiſt. ad Heb. ſicut magiſter ſutor ponit genus in modum ſeruuli, & oſtẽdit quomodo ſuere habeat famulus, quãuis hoc nõ propter ſe, ſed propter ſeruum indigeat, ſic Chriſtus. In quo nobis

Pſal. 28

A Propter. tria Chriſtus à Ioanne baptizari voluit.

Digitized by Google

datur documentum libenter veniendi etiã ad ſacramẽtum confeſsionis. Libenter enim veniendum eſt ad mammillã, ad quam datur Spiritus ſanctus. *Imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.* Sacerdos etiam quodammodo in manibus ſuis tenet & continet Spiritum ſanctum: pro quo interrogatur in Proverbijs: *Quis continuit ſpiritũ in manibus ſuis?* Cũ autẽ aues naturaliter ſilueſtres libẽter veniãt ad manũ eius, à quo cõſueuerunt alimoniã accipere, & ſic fiant domeſticæ, mirum eſt quomodo homines nõ domeſticantur ad manũ ſacerdotis, à qua tantũ donum accipiunt. Vnde habẽt ſacerdotes manus vnctas, quia dãt quodãmodo ſacrã Spiritus ſancti vnctionẽ. Itẽ, mirũ eſt quomodo nõ veniũt ad manũ, cuius impoſitione abſoluuntur à funę, quo ſuſpendendi erant in inferno. Secũdo, ſecũdum Aug. lib. 4. de mirabilibus, Chriſtus baptizatus eſt, vt ſe diabolo, donec tẽtatio perficeretur, occultaret, qui velut lauacrõ indigẽs inter pollutos ablui aquis aſpicitur. Si autẽ Dominus ſub carne, quæ ſimilitudinẽ habebat peccatoris, ſe occultauit, quanto magis nos & noſtra bona debemus occultare, qui vere peccatores ſumus. Tertio, vt impleret omnẽ humilitatis formã. *Sinę* (inquit, *modo, ſic decet nos implere omnẽ iuſtitiam*, id eſt, omnẽ humilitatis modũ. Iam enim ſuperiori ſe ſubdiderat, ſcilicet Deo Patri, formam ſerui accipiẽs, & ſuis paretibus, qui quodãmodo ſuperioris formã ſecundum humanitatẽ gerebant, reſtabat vt inferiori ſe ſubderet, ſed etiam inferioribus elementis, vt ſic exemplũ totius humilitatis daret nobis, & eamdem nobis hoc modo oſtenderet humilitatẽ iam adultus, quã prius ſimili die docuerat paruus & humilis per ętatẽ, in preſepio vili cũ matre ſua poſitus, quam ſalutabimus, dicẽtes: Aue. In baptiſmo Chriſti ſecundũ Thema tria apparuerunt. Primo, Filij humanitas in carne. Secũdo, Pater in voce. Tertio, Spiritus ſanctus in columbę ſpecie: & de his tribus dicemus hoc ſermone. Pro primo dicitur in textu: *Venit Ieſus à Galilea in Iordanem ad Ioannẽ, vt baptizaretur ab eo.* In quo oſtenditur humilitas Domini, quãdo Dñs ad ſeruũ, rex ad militẽ, creator ad creaturam acceſsit, vt peccator inter peccatores, qui deſcendebant ad Ioannẽ, vt baptizarentur ab eo. Et cũ Ioannes recuſaret, ait: *Sine modo, ſic enim decet nos implere omnẽ iuſtitiã.* Secundum Ambr. ſuper Lucã, hæc eſt omnis iuſtitia, vt quod alteri iuſſeris, prius tu ipſe perficias, & tuo alios horteris exẽplo. Quod ergo Chriſtus alijs præcepit, ſcilicet baptiſmi ſuſceptionem, ipſe prius accepit. Ac ſi dixiſſet Chriſtus: Nos miniſtri Dei ſumus, nos decet primo ante alios omnẽ iuſtitiã implere in exemplũ aliorũ. Contra naturã eſt, quod lingua ſit maior quã manus. Res mõſtruoſa eſt lingua magniloqua & manus opere parua. Chryſ. etiã exponit. Sic decet nos prædicatores implere omnẽ iuſtitiam quã prędicamus, ſic ego prædicaturus baptiſmũ prius baptizor. In hoc dedit Chriſtus doctrinã quod quandoq; maiores debẽt approbare minorũ opera, vt eos animẽt ad virtutẽ. Sic enim & ipſe approbauit baptiſmũ Ioannis. Quæritur hic primo, vtrũ Ioannes cognoſcebat Dñm Ieſum. Reſpondetur primo, quod in vtero matris agnouit eũ & ſalutauit. Lux enim cęleſtis nullo detinetur vmbraculo. Secũdo, dicitur quod licet in infantia videre eum potuerit, poſtquã tamẽ adoleuit, tũc nõ cognoſcebat eũ corporaliter. Vnde Ariſt. li. 1. de Phyſio. dicit, quod in ſeptẽ annis variatur phyſionomia. Ideo nil mirũ ſi tunc cum prędicaret, eũ neſciebat, niſi forte in generali. Sẽtiebat enim Ioãnes in prædicatione ad eius præſentiã magna chariſmata donorũ, & dicebat Iudæis: *Medius veſtrũ ſtetit quẽ vos neſcitis*, ſicut cum quis ſentit in apotheca magnos odores, ſed neſcit cuius ſunt. Et hoc modo poteſt intelligi quod neſciebat eũ, dum prædicaret, licet ſciret eũ, dũ baptizaret. Tertio, poteſt dici, ſecundum Theologos, quod duplex eſt ſcientia. Vna, quæ per demõſtrationẽ ſeu rationẽ acquiritur. Alia, quę

Act. 8.

Prou. 30

Mat. 3.

Mat. 3.

B Nota.

C Ioannes Baptiſta non cognouit Dominũ

Ioann. 1.

per

per experientiam. Sicut medici cognoscunt alicuius herbę gradus caliditatis vel frigiditatis, & ex illis arguũt naturã herbæ, quod est sanatiua talis infirmitatis: sed dum vident quod multos sanauerit, tunc habent scientiã experimentalẽ. Sic dum venit Christus ad baptismũ, Spiritus sancti instinctu cognouit eum esse Filium Dei. Sicut Simeõ eodẽ spiritu inter mille cognouit puerũ Iesum. Inde ait: *Qui misit me baptizare in aqua, ille* (scilicet Spiritus sanctus) *mihi dixit: Super quẽ videris Spiritũ descendentẽ & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto*. Licet aliqui dicãt quod fuerint Angeli. Diligebat enim Ioãnes solitudinẽ, quam tãdiu habitauerat. In quo notãtur monachi per palatia discurrentes. Sed dilectã solitudinẽ propter salutẽ populi reliquit, ad ostendendum quod etiã contẽplatio & deuotio postponenda est saluti animarũ. Sic ergo Ioãnes ante baptismũ instinctu spiritus, qui rationi æquipollet, cognouit Dominũ, post vero baptismum in specie columbæ cognouit eũ sciẽtia experimẽtali, quia vidit sibi nõ ad mensurã neq; ad tẽpus datum Spiritum, sed descendentẽ & manentem. Ideo experimẽtaliter cognouit, sicut dicit scriptura, quia *hic est qui baptizat in Spiritu sancto, de cuius plenitudine accepimus omnes.*

Ioann. 1

Ibidem.

Secundo quæritur, cur B. Ioannes, qui erat in vtero sanctificatus, non audebat tangere carnem Christi, cum tamen mali ausi sint tangere, cum etiam sacerdotes quotidie ad eius tactum currant. Canit enim Ecclesia: Baptista cõtremiscit, & nõ audet tangere sanctum Dei verticem, sed clamabat cum tremore: Sãctifica me Saluator. Respondetur primo, quod non est mirabile si nõ audebat eum tangere, qui tangit montes, & fumigant. Dicitur secundo, quod hoc fecit, vt timeat peccator ad sacramentum corporis eius accedere, quando homo in vtero matris sanctificatus, in deserto cõuersatus, alienus à conuersatione, & per consequens à peccatis hominum, non audet ad eum accedere. Dicitur tertio, quod obediuit tremendo, quia vera erat humilitas, quam nõ deserit comes obedientia. Licet enim ex humilitate recusauerit, quod petebat Saluator, nõ tamen in hoc fuit obstinatus. Sic & Petrus Domino volenti lauare pedes dixit: *Non lauabis mihi pedes in æternũ:* & tamen cum Dominus instaret, cõsensit: *Non tantum* (inquiẽs) *pedes, sed & manus & caput.* Similiter Hieremias recusauit officium prædicationis, quod postea exercuit. Et hoc inter ministros Ecclesiæ solebat esse certamen humilitatis & charitatis. Humilitas refugiebat altas dignitates, charitas imperabat accipere. Sed facta est mutatio non dexteræ excelsi, mutatum est certamen humilitatis in certamen superbiæ & cupiditatis. *Baptizatus autẽ Iesus cõfestim ascendit de aqua:* quia nõ est quis aptus contemplationi, nisi transierit per sacramentum baptismi, vt dicat illud Psal. *Transiimus per ignem & aquã, & eduxisti nos in refrigerium* cõtemplationis, in quo homo quietus est à passionibus. Sic Iacob antequam videret Dominũ, & cum Angelo luctaretur, transiuit vadum Iaboth. Vnde ibi Amb. li. de sacramẽtis: Christus descẽdit in aquã, secutus est postea Spiritus sanctus, vt nõ quasi egere Dns sanctificationis mysterio videretur, sed sanctificaret ipse & Spiritus. In nobis autẽ aliter vsus habet. Nã ante fons cõsecratur, & tunc descendit qui baptizandus est.

Ioannes Baptista quare tremebat baptizãdo Christo.

Nota.

Nota.

Matt. 3

Psal. 65

Gen. 32

Secundo, ibi apparuit Deus Pater omnipotẽs in voce, quando Dominus maiestatis intonuit, dicens: *Hic est filius meus dilectus*, ad ostendendum quod per baptismum quis acquirit vtilissimã & dignissimam filiationẽ, & hoc triplicem. Nam primo efficitur filius Dei Patris per adoptionem. Hinc baptismus appellatur *mare vitreum*, quia sicut in speculo vitreo apparet imago, sic in baptismo conformitatem & filiationem Dei suscipimus. *Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis*, id est, Christi filiationem. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt.* In baptismo autem

Matt. 3

E

Per baptismum acquiritur triplex dignissima filiatio.

Apoc. 4

Galat. 3

Ioann. 1

dicitur homo renasci. Nam prius nascitur naturaliter mũdo, postea adesse spirituale per baptismũ, vt dicat Deus: *Hic est Filius meus dilectus*, ex quo purgatus est à peccato, per quod erat filius diaboli, & sic de filio iræ efficitur filius Dei. Et inde est quòd boni dicũtur ligna transplãtata, scilicet de maledicta ad filiationẽ Dei. *Benedictus vir qui cõfidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit quasi lignũ, quod transplantatur super aquas.* Istud lignũ transplãtatum est secus decursus aquarum, id est, populorum: quia *aquæ multæ populi multi.* Sed Christus plantatus est sõlũ secus decursum. Est enim decursus culpæ, in quo non fuit Christus. *Dedit filium suũ in similitudinẽ carnis peccati*, sed *peccatũ nõ fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius.* Sed in decursu pœnæ fuit, de quo: *O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor similis sicut dolor meus.* Est & alius decursus propter vertibilitatem naturæ, in quo etiam non fuit, quia nõ est factus Deus vertibilitate naturæ in naturam, sed vnione personæ. Potest ergo dicere baptizatus: *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu.* Sicut enim pater dicendo producit filium suum vnigenitum naturalem, ita dicendo gignit sibi filios adoptiuos in regenerationis sacramento. Accedit enim verbũ ad elementum, & fit sacramẽtum, quo renascuntur filij Dei, & constituuntur Domini dominio regali, & ideo tenẽtur corpus & animam ratione regere. Accipiũt autẽ Christiani tamquã filij optimum patrimoniũ in baptismo, scilicet innocentiã & gratiã, quæ præualet omni auro & argento. *Super argentum & aurum gratia bona.* Imo præpollet omni regno mundi. Quam si seruarent, facilius bonis spiritualibus ditari possent. Hinc Ps. *Custodi innocentiam & vide æquitatem, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.* Meliorem enim partem facit pugil cum aduersario, cum stat adhuc armatus super pedes, quã si ceciderit & arma perdiderit. Et ideo hortatur Sapiens: *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & in timore, & præpara animam tuam ad tentationẽ.* Et Apost. *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* Secundo, efficitur filius Ecclesiæ, vbi prius erat extra Ecclesiam, & Christianus dicitur à Christo: & propterea chrismate vngitur in capite: Christus enim vnctus dicitur, secundũ illud Psal. *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.* Et ideo Christianus debet habere in vertice mẽtis Christum, & eum imitari. Hinc Aug. Christianus nomen est pietatis, iustitiæ, charitatis, castitatis, humilitatis, patiẽtię. Quomodo ergo arrogas tibi hoc nomen, cum nihil de tantis bonis obtineas? Si reprieueris, nec nomen habere mereris, dicit regula. Et ex quo efficitur filius Ecclesiæ, debet instar boni filij doctrinam eius audire, & mandatis illius obtemperare, sicut monet Sapiens: *Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo*, id est menti, *& torques*, scilicet coronæ gloriæ, *collo tuo.* Sed dolet Ecclesia de multis, qui se auertunt ab vberibus doctrinæ suæ & mandatorum, quia cognoscit ex hoc impendere eis interitum. *Auersio parnulorum interficiet eos.* Sustinet tamen verba sua morderi, id est, doctrinæ suæ detrahi, sustinet gremium fœdari, ab illis scilicet, pro quibus dicitur: *Qui arguit impium, sibi maculam generat.* Et tamen non proijcit eos, imo dicit: *Qui est paruulus, declinet ad me.* Tertio, efficitur filius spiritualis baptizantis & tenẽtis eum in baptismo. Oportet enim, quod patrinus teneat vel tangat puerum cum baptizatur, vel aliquis gerens vicem sui, aliàs non esset filiatio talis. Tenẽtes enim pro baptizato, si sit puer, respondent, Credo, id est, dabo operam vt credat, si sit adultus. Similiter cũ dicitur, Abrenũcio, id est, dabo operã vt abrenunciet, &c. Et debet tãtum esse vnus. de consecra. distinct. quarta. Si autem de more patriæ duo vel tres assumuntur, nõ debent sine magna causa multiplicari. Primo, propter compaternitatem spiritualem tenentis, & eius qui tenetur, & fraternitatem spiritualem inter filios naturales tenentis & eum qui

Mat. 3. Hier. 17 Apo. 17 Rom 8. 1 Pet. 2. Thren. 1 Psal. 66 Nota. Prou. 11 Psal. 36 Eccli. 2. 1 Cor. 10 Psal. 44 f Nota. Prou. 1. Ibidem. Prou. 9. Ibidem. G Nota. De hac re vide quid in Concilio Tridentino statuat.

qui tenetur, & compaternitatē ſpiritualem inter parentes carnales eius qui tenetur, & eum vel eam quæ tenet & coniugē eius, ſi in coniugio eſt, quia inter tales contrahi non poteſt matrimoniū. Secundo, quia obligantur ad inſtruendum baptizatum, quod tamē rariſsime contingit eos facere. Accenditur etiam lumē ſignificans lumē fidei, quod debet in manibus id eſt, operibus oſtendere. Sed hic quęritur, an Chriſtus fuerit filius ſpiritualis Ioannis in baptiſmo? Reſpondet Richar. in tertio, quod non. Primo, quia baptizās miniſterialiter dat gratiā baptizato: nō ſic erat in baptiſmo Ioānis, & principaliter quo ad Chriſtum, quia erat ab inſtāti ſuæ conceptionis plenus gratia. Secūdo, quia talis baptiſmus erat imperfectus, & tali baptiſmo baptizatus adhuc indigebat baptizari. Et ſi dicas, ad quid ergo valebat ille baptiſmus? Reſpondet gloſ. Io. 3. Quantū catechuminis nōdum baptizatis prodeſt doctrina fidei, tantum profuit baptiſmus Ioānis ante baptiſmum Chriſti: quia ſic ille prædicabat pœnitentiā, & baptiſmū Chriſti prænunciabat, & in cognitionem veri Dei, qui mūdo apparuit, attrahebat; ſicut miniſtri Eccleſię primo erudiūt venientes ad fidem, & poſt peccata eorū redarguunt, deinde in baptiſmo remiſsionē promittunt, & tunc in cognitionē & dilectionē veritatis attrahunt. Tertio, apparuit Spiritus ſanctus, quia *Dñs ſuper aquas multas*, ſcilicet maris, fontiū, fluuiorū, puteorum, & breuiter, ſuper omnes aquas naturales, & nō artificiales, ad eas ſanctificandum. *Spiritus Domini*, id eſt, qui à Deo procedit, *ferebatur ſuper aquas*, ſcilicet baptiſmi, ad dādum vim regeneratiuā: & per gratiam minorem mundum, id eſt, hominem formandū in hominem nouū. Contulit enim Dominus aquis vim mundatiuam. Nam per aquas Deus primo mundum purgauit in diluuio, ſed hoc per effectum valde naturæ coniunctū, quando per naturalem aquæ vim ſuffocatiuā ſubmerſus eſt mūdus: poſtea maiorē virtutē acceperunt aquæ ſub lege, quando quaſdam indignitates legales abſtulit aqua, quod remedium erat à natura eius. Poſtmodū vero aquę data eſt amplior virtus curādi, ſcilicet corporales infirmitates, ſed hoc mediante virtute angelica mouente aquā: vltimo vero coniuncta ei virtute diuina ſpiritualeſ egritudines in baptiſmate expellit. Imo debet Catholicus ad originē ſuam ſemper aſpicere. Locus enim generationis Chriſtianorū, à quo non eſt terra, ſed aqua. Iuxta illud: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu*, &c. Et hoc dicit Apoſtolus: *Omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & mari*. Ideo vita congruentiſsima Chriſtiano eſt vita amara, non in delicijs. Cuiusſignū eſt, quod ſicut medici corporales infirmos extra locū ſuę natiuitatis ad locum natiuū remittunt, quia ibi facilius curantur & citius, ſi aërem natiuū hauriant, ſic & medici ſpiritualeſ ſpiritualiter infirmantes ad locū natiuū remittunt, vt hauriant ſpiritū natiuū, de quo dicitur: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, quotiens terrena deſerere & in amaritudinibus pœnitētię quaſi in aquis maris venire cōſulunt. Ideo cęleſtis medicus Chriſtus, vidēs quod terra peſtilēs eſt, rogauit Petrū, *vt reduceret à terra puſillum*. Cōprimitur enim quis in terra à turba, in mari nō, quia nō eſt ibi turba, ſed puſillus grex.

Sed quæritur: Quare Spiritus ſanctus apparuit in ſpecie colūbæ? Reſpondetur primo, ad excludendū fictionem. Colūba enim eſt animal ſimplex felle carēs. *Eſtote ſimplices ſicut columbæ*. Hier. Habeant omnes ſimplicitatem columbæ, vt nemini machinentur dolos. Debet enim homo accedere ad hoc ſacramentum ſine fictione, ita quod non maneat fixus in aliquo mortali ſi eſt adultus, vel quod non credat ſe nihil accipere, vel quod non accipiat aliqua mundana intentione, puta ad euadendum pœnam temporalem. Nam Spiritus ſanctus *diſciplinæ effugiet fictum*. Et quia paruulus fictione vti nō poteſt, ideo ſemper in baptiſmo recipit Spiritum ſanctum. Secūdo, ad oſtēdendū baptizati cū Deo reconciliationem. Columba enim

H An Chriſtus fuerit filius ſpiritualis Ioannis.

Pſal. 28

Geneſ. 1

I De virtutibus diuinis aquæ.

K Nota.

Ioan. 3.

1 Cor. 10

Geneſ. 1

Luc. 5.

L Propter multa apparuit Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ Mat. 10

Sap. 1.

portauit ramum oliuę ad Noë in arcam in ſignũ ceſſationis aquę diluuij,& quod Deus iratus mũdo propter peccata eius reconciliatus erat & placatus. In figura cuius Helias tranſito Iordane raptus eſt in cælum in curru igneo. Tertio, vt oſtẽdat ſanctam conuerſationem. Columba enim habet ſeptem proprietates naturales, quæ ſignificant ſeptem dona Spiritus ſancti,quæ recipiuntur in baptiſmo, & ſecundũ quę baptizatus debet regere vitam ſuam. Nam habet primo gemitum pro cãtu. Aug. Columba à moleſtijs auolare cupit,& ſemper gemit. 7.q.1.pa.*cum autem à vitijs*. Sic baptizatus per donũ timoris luget peccata ſua, timens perdere gratiã Dei, & ſuam amicitiã, & demum hęreditatem. Secundo, eſt animal mãſuetum & piũ, & offerebatur Deo in ſacrificium. Et ſignificat donum pietatis, per quod quis eſt deuotus ad diuina, vt officia eccleſiaſtica, orationes & huiuſmodi. Pietas enim eſt Dei cultus. Debet etiam eſſe pius quo ad proximũ ad ſubueniendum neceſsitatibus eius, ad cõpatiendũ ei & ſupportãdum defectus illius. Inungitur etiã oleo ſancto baptizãdus in pectore & in ſcapulis, ad illud idẽ inſinuandũ. Tertio, inter grana ſibi propoſita eligit meliora,& corrupta dimittit, & cadauera, vt patet de columba Noë, quæ non requieuit ſuper cadauera vt coruus, ſed ad arcam reuerſa eſt, quia nõ inuenit vbi requieſceret pes eius. Debet ſimiliter baptizatus per donũ ſcientiæ diſcernere, quę ſibi proponuntur, & occurrunt verba & exempla aliorũ & cogitationes in mẽte, & bona admittere, & mala dimittere, & non omnibus credere, nec omnes imitari, ſed bonos. Quarto, *columba habitat in foraminibus petræ*, id eſt, ædificiorum. Et Eſaias: *Quaſi columbæ ad feneſtras ſuas*. Et per hoc notatur donum fortitudinis, in quo quis firmatur meditando vulnera paſsionis Chriſti. Quid enim magis habet fortificare mentẽ hominis in tribulationibus, laboribus, & anguſtijs poſitã, quã meditatio paſsionis Chriſti? Inde dicit Chriſtus ſponſæ ſuæ: *Veni colũba mea in foraminibus petræ*, id eſt, ad meditandũ vulnera paſsionis. *Petra* enim *erat Chriſtus*. Foramina eius ſunt eius vulnera: Quinto, colũba fouet pullos alienos. Sic per donũ conſilij bonus fidelis debet eos fouere, qui erant alieni à Deo,& filij diaboli per peccatum, per bona cõſilia & per exhortationes nutrire, & ipſe de agendis vbi occurrit conſiliũ quærere debet. *Conſilium ſemper à ſapiente perquire*. Sexto, columba non lacerat roſtro quæ comedit, ſed integra grana ſumit. Sic baptizatus nõ debet ſentẽtias bonas veritatis integræ ſcripturarum dilacerare falſe exponendo, quod pertinet ad hæreticos, ſed ſecundũ integram veritatẽ intelligere & proferre. Pſ. *Si dormiatis*, id eſt quieſcatis, *inter medios clæros*, id eſt, in medio duorũ teſtamentorum ſcripturę, acquieſcendo veritati, eritis ſcilicet *pennæ colũbæ deargentatæ*, id eſt, veri fideles vniti Eccleſiæ, quę eſt colũba deargẽtata, id eſt, erudita ſacris eloquijs. Septimo, columba reſidet iuxta aquas, vt contẽpletur vmbrã accipitris eam inſequentis. Quod fit per donũ ſapientię, euſtando & contẽplando diuinas perfectiones,& cum diabolus inſequitur eã, in ipſam diuinam bonitatẽ ſe immergit, ad eã recurrendo oratione, & euadit. *Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima*.

Gen. 8. 4 Reg 2 M. De ſeptem proprietatibus colũbæ relatis ad ſeptem dona Spiritus ſancti. Lunit 5. Geneſ. 8 Cant. 2. Eſai. 40 Cant. 5

SER. VI. EIVSDEM DIEI, ET *in ordine LIIII. continuando materiam baptiſmi. Per Thema præcedens.*

NOn dubium, quin vox Domini ſuper aquas, vt ſanctificarẽtur ad lauandum & mundandum fideles. Contigit autẽ reperire multiplex lauacrum. Primum eſt turpitudinis, de quo: *Sus lota in volutabro luti*, id eſt, luxuriæ, in quo lotus eſt Ruben, quando *effuſus eſt ſicut aqua*. In quo lauacro delentur virtutes & bona opera de papiro animę. Secundũ eſt flaminis, & iſtud eſt pœnitẽtię, de quo Pſ. *Lauabo inter innocẽtes manus meas*. Et: *Si abluerit Dominus ſordes filiarũ Sion, & ſanguinẽ*

A De multiplici lauacro. 2. Pet. 2 Gen. 49 Pſal. 25 Eſai 4.

Hiero-

Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Hoc lauatur mortale & veniale. Ps. *Lauabo per singulas noctes*, id est, per singula peccata, *lectum meum.* Tertium est martyrij. *Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni.* Istud est sanguinis, in quo Christus torcular calcauit solus, ita vt postea mirarētur Angeli, dicētes: *Quis est qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?* In quo falce martyrū resecantur omnia peccata & pœnæ peccatorū. Quartum est eleemosynæ, quod est fragminis lauacrū. *Date eleemosynā, & ecce omnia mūda sunt vobis.* Hoc Maria lauat pedes Iesu, hoc lauantur pœnæ peccatis debitæ, quando eleemosynis redimūtur secundū consiliū Dan. *Peccata tua eleemosynis redime.* Quintū est baptismi lauacrum. De quo Ezechiel: *Effundā super vos aquā mundā, & mūdabimini ab omnibus inquinamētis vestris.* Istud est fluminis, in quo filia Pharaonis, vt lauaretur, descēdens, infantulū in fiscella suscepit. In primo lauatur anima ab omni bono, in secūdo ab omni malo culpę, sed nō semper pœnę. In tertio ab omni malo culpę & pœnę, sed duriter. In quarto à malo pœnæ, sed non culpæ. In quinto ab omni malo culpæ, & pœnæ, & leniter. In eo enim sapientia attingit à fine vsq; ad finē fortiter, & disponit omnia suauiter, hoc est à termino, à quo scilicet peccati, ipsum delendo, vsq; ad finē, scilicet pœnę, ipsam delendo. Istud est lauacrū, in quo hodie Christus lauari voluit, vt tactu suæ mundissimę carnis vim purgatiuā & sanatiuā conferret aquis, in quo etiā lota est virgo Maria, ad quā recurremus, dicētes: Aue.

In hoc sermone dicemus, quomodo baptismus cōuenienter institutus est fieri in aqua propter magnā cōuenientiam proprietatū aquę cū effectibus baptismi. Prima igitur proprietas aquæ est, quod est mundatiua sordiū corporis. Sic & gratia baptismalis mentiū sordes abluit, secundum illud Ezech. præallegatū: *Effundā super vos aquā mundā*, &c. In fonte enim, qui exiuit de latere Christi, quodāmodo baptizata est & lauata tota Ecclesia, quæ fuit ab initio mūdi vsq; tūc, quia dilexit nos tunc, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, vt exhiberet sibi sponsam gloriosam nō habentē maculā neq; rugā. Inde ait Esaias: *Iste aspergет gētes multas*, de qua aspersione vnus ē filijs Ecclesiæ aiebat: *Asperges me Domine hyssopo & mūdabor, lauabis me*, &c. Ibi latro quodāmodo post cōfessionem fidei baptizatus est. Ideo quia tūc videtur aliquo modo baptizata tota Ecclesia, quæ credebat & super terrā & subtus terrā, restat illā Ecclesiæ particulā abluendā, quę tunc nō erat. Propterea vt super nos effectū habeat, signaculo passionis eius, quod est baptismus, necesse est nos ablui. *Filij tui de longe venēt*, scilicet ab origine mūdi, vt in sanguine tuo baptizentur, sed *filiæ tuæ* deuotissimæ animæ, quæ nondū erāt, *de latere* Saluatoris *surgent*, id est nascentur. Est enim baptismus Nilus fluuius paradisi, ad quē venit filia Pharaonis (Ecclesia) vt lauaretur: & ibi Moysen inuenit, quia gentilis Ecclesia in hoc lauacro Christū suscepit & inuenit. *Immūdus erit vsque ad vesperā*, quia omnis immunditia & pollutio in vespere mūdi tollitur per Christum in aquis baptismi. *Mundans eā* (scilicet Ecclesiā) *lauacro aquæ.* Et non solū sanās infirmitates animę, sed etiā corporis. Historia de hoc habetur li. 11. Hist. Tripar. ca. 4. vbi dicitur, quod tēpore Attici quidā Iudęus, cū paralyticus esset plurimis annis, nulla medicina aut Iudæorum oratione ad sanitatē valente, confugit ad baptismum. Qui catechumenus factus ab Attico in lecto deportatur ad baptismum, qui vera fide suscipiens baptismum, repente ægritudine priuatus est. Propter quod plurimi gentilium baptizati sunt, & hoc tamen Iudæos signa quærentes non prouocauit ad fidem. Sed dubium est, ne simus de illis, de quibus Dominus per Amos conqueritur, dicens: *Numquid non vt filij Aethiopū vos estis mihi filij Israel, dicit Dominus.* Quia post dealbationē, quę fit in Selmō, de qua in Psalmo: *Niue dealbabuntur in Selmon*, id est, in

Psalm. 6 *Apoc. 7* *Esai. 63* *Luc. 11.* *Dan. 4.* *Ezec. 36* *Exod. 2.*

B De notis proprietatibus aquæ baptismo competentibus *Ezec. 36*

Esai. 52 *Psal. 50* *Esai. 49* *Exod. 2* *Leui. 15* *Ephes. 5*

C Baptismus sanat infirmitates mentis & quandoque corporis.

Amos 9 *Psal. 67*

baptiſmo, ad nigredinẽ peccati redimus. Quod autem aqua baptiſmi peccatum abluat, elici poteſt per exemplũ Gregorij Turon. in li martyrũ, vbi recitat, quod in memoriã baptiſmi Chriſti ſolebãt in Hiericho & in vicinijs in die Epiphaniorum in Iordanis fluuio ablui. Erat autẽ quædam mulier adultera in Hiericho, cuius hæc erat conſuetudo, vt quoties de adulterio concepiſſet, cũ peperiſſet, ſuffocatũ terræ, vt occultũ eſſet, recõderet. Deſcendit itaque cum cæteris in Iordane in die Epiphaniorũ. Cumque leuatis vſque ad geniculum veſtimẽtis ingrederetur amnem, fugit aqua ante pedes eius, ſpectãtibus & mirãtibus populis. Cognoſcẽteſque mulierẽ eſſe facinoroſam, interrogãt quid mali fecerit, vt hæc ei in tali feſto & in tanta frequentia populi accidiſſent. At illa crimen fatetur. Septẽ (inquit) à me paruulos editos ſcorto interfeci, & octaua adhuc die præterita id feci. Orate pro me, vt remittatur iniquitas mea. Hæc ea loquente, populus proſternitur, ſed mulier expanſis brachijs ſtatim ſpiritum exhalauit, vt adulterium & homicidiũ vlciſceretur Deus. Scriptum eſt enim: *Spiritus Domini effugiet fictũ*: propter quod aqua illam aufugit. Ex iſto enim perpendi poteſt, quantũ aqua baptiſmi mundat peccatum eius, quẽ tãgit; & expellit, quando aqua, quæ nõ erat niſi in ſignũ & memoriam eius, fugiens abhorrebat peccatum.

Nota ex emplum

Sap. 1.

Secunda proprietas aquæ eſt, quod eſt extinctiua ignis. Sic gratia baptiſmalis refrigerat concupiſcẽtiarum incentiua. *Ignẽ ardentem extinguit aqua*. Licet enim nõ totaliter tollatur ardor, multũ tamen diminuitur: nec tolli debuit ex toto, vt homo in eo exerceretur & humiliaretur. *Motũ fluctuum eius tu mitigas*. Reſtringit cõcupiſcentiam oculorũ, quãdo ſe humiliat, ſicut iuſtũ eſt, ſub aquis elementaribus, qui ſe extulit contra creatorem ſuum. *Qui tegis aquis ſuperiora eius*. Superiora ſunt ſuperbia & ſuperbiæ filiæ, quæ natione cæleſtes ſunt. Tertio, aqua eſt animaliũ ſuffocatiua, ſicut in mari rubro ſuffocatus eſt Pharao cum exercitu. Sic virtus dæmoñ in his vehementibus aquis confringitur. Ibi enim brutalitas, cum qua naſcimur, eneruatur. Proprietatibus enim brutorũ vtuntur peccatores & brutalitatibus eorum. Vtuntur enim latratu canino, dum litigant: rugitu leonino, dum cõminantur aut cõuitiantur: gannitu vulpino, dũ ſimulatorie vel deceptorie applaudunt: ſibilo ſerpentino, dum mala ſuggerunt. Sed iſta monſtruoſitatis capita in aquis tribulantur, ſicut ſuperfuſione aquæ picturæ delẽtur. Inde aquæ baptiſmi dicũtur aquæ niuis propter infrigidationem. *Si lotus fuero quaſi aquis niuis*. Secundo, eſt ſuffocatiua omnium peccatorum. Vnde Damaſc. Quoniam in incorruptione fecit nos Deus. Tranſgredientes enim ſalutare eius mandatum corruptione mortis cõdemnauit, vt non immortale eſſet malũ, condeſcendẽs ſeruis, vt miſericors & ſecundũ nos factus, à corruptione propria paſſione redemit, & irrigauit nobis ex ſancta & immaculata coſta eius fontẽ remiſſionis. Ex quo apparet, quod per fontem illum omne peccatum extinguitur. Quarto, aqua eſt productiua, & generatiua viuentium. Fit enim ex aquis generatio. Nam pluuias & inundationes aquarũ fata & deſiderant & expectãt, vt fructificent, naſcantur, & creſcant. *Initiũ neceſſariæ vitæ hominũ panis*, ſcilicet Euchariſtię, *& aqua*, baptiſmi. Hæc eſt aqua viua, in qua mittebatur cinis vitulæ rufæ, & purificabat legis contagia, quia ex virtute paſſionis immolati Chriſti procedit efficacia huius ſacramenti. Ipſe enim eſt *puteus aquarũ viuentiũ, quæ fluũt impetu de Libano*, id eſt, corpore Chriſti cãdidiſſimo. Eſt enim vna natiuitas tẽporalis, alia ſpiritualis. In prima naſcitur homo mundo, in ſecunda Deo: prima ex coitu, ſecunda ex ſpiritu. In prima caro propagatur de carne, in ſecunda ſpiritus de ſpiritu. *Quod natũ eſt ex carne, caro eſt*. Primã nemo admiratur, cum ſit cõmunis. Secundã admiratur Nicodemus, dicens: *Quomodo poteſt homo naſci cũ ſit ſenex? Nũquid poteſt in ventrẽ matris ſuæ iterũ introire*

Eccl. 39

Cant. 4.

E Nota.

Ioan. 3.

Ibidem.

D Nota.

Nota. introire & nasci.' Sunt enim aquæ baptismi aquæ refectionis & effectionis, de quibus

Psal. 22 Ps. *Super aquã refectionis educauit me.* Reficere enim æquiuocum est ad alimentari & reparare. Nam aquæ baptismi sunt aquæ refectionis, quia ibi nascitur homo, aquæ educationis & alimenti, quia retinés innocentiam baptismalé, alia bona addendo, cõtinue nutritur in fide, & crescit. His aquis sunt oppositæ aquæ destructionis, quæ sunt affluentia deliciarum & voluptatum carnaliũ, quibus suffocatur nouus homo. Vnde dicit Isid. lib. 11. Etym. quod omnium volucrũ genera bis nascuntur, scilicet de ouo, & de vẽtre matris. Sic volucres cæli, id est, Catholici nascuntur semel carnaliter filij iræ, sed ista natiuitate quasi euacuata nascuntur iterũ spiritualiter filij Dei. *Assumpsit me de aquis multis*, id est, de aquis baptismi ad multa valẽtibus. Quia enim sumus pisces renati in baptismo, oportet in diluuio misericordiæ Dei & aquarũ eius inhabitare. Nã pisces (vt vult Amb. in Hexameron) extra aquã viuere nõ possunt, & sine diluuio baptismi aut aquarum contritionis viuere non possumus. Sic infideles, quia in diluuio

Psal. 31 isto non inhabitãt, mortui sunt. *Verũtamen in diluuio aquarũ multarũ, ad eũ nõ approximabunt.* Nauis, quæ non est in aquarũ abundantia, est in periculo confractionis. Est autẽ mirabile, quod qui nascitur ex terra terrenus, postea nascatur ex aqua cęlestis, imo fiat aqua cælestis, ita vt ad eum

Ps. 148. respiciat illud: *Et aquæ quæ super cælos sunt laudent nomen Domini.* Quinto, aqua est renouatiua germinantium. Salices viridęs iuxta aquas plantatę renouantur. Sic homines ex vetustate primi hominis in na-

Iob 14. tiuitate gratiæ reparãtur. *Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortua fuerit trũcus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cùm primum plantatum est.* Ideo

Tit. 3. hoc sacramentum dicitur *lauacrum regenerationis & renouationis.* Sunt enim aquæ calidæ, quas inuenit Anam in deserto, & calorem Spiritus sancti renouant, & germinare faciunt corda fidelium. In deser-

IE Aquæ Baptismi sunt aquæ refectionis & nutritiua spiritualiter, & de duplici natiuitate.

to enim inuẽtus est baptismus. Aquę autem pluuiales maxime germinare faciũt plantas & arbusta. Sic aquæ istæ, quæ de cælis procedunt quo ad virtutẽ. Istæ sunt aquæ, quæ benedicũt Domino, id est, benedictionẽ illã accipiunt à Domino, quæ tamen super cælos sunt. Figurat etiã baptismus illam futurã regenerationẽ, & renouationẽ, quando renouabimur in corpore incorruptibili. Propter quod secũdum Ioannẽ Beleth in Sabbatis Paschę & Pẽtecostes solũ celebrabatur baptismus nisi necessitatis casu, vtpote cũ obsideretur ciuitas, vel immineret infirmitas probabilis, vel persecutio gentiliũ. Græci tamen circa Epiphaniã solebant baptismũ celebrare, quia tunc Christus baptizatus est. Hæc Ioannes Beleth. Sexto, aqua est conglutinatiua & vnitiua partiũ decedẽtium. Puluis enim, nisi conspersus fuerit aquæ, nõ cohæret: nec Christo capiti vnitur quis, nisi aquæ baptismatis perfundatur, nec ad fructificandũ aptatur, sed ad modũ puluęris sterilis & sine fructu efficitur. *Impij sicut puluis, quem proiicit ventus à* Psalm. 1 *facie terræ.* Et: *Congregentur aquæ quæ sub cælo* Genes. 1 *sunt in locum vnum, & appareat arida.* Cum enim omnes cõueniunt in vnitatẽ sacramentorũ, tunc se ostendit terra corporũ nostrorũ ad fructificandũ idoneã. *Cõgre-* Psal. 32 *gans sicut in vtre aquas maris, ponẽs in thesauris abyssos.* De solario domus suæ, id est, de excelso cælo suo vidit Dauid Bersabee 2. Reg. 11 vxorẽ Vrię, id est Ecclesiã de gẽtibus, tũc diabolo, qui secũ literas suæ mortis portat, coniunctã, & vidit eã se lauantẽ aquis baptismatis. Ideo ad se vocatam eam sibi legitimo charitatis matrimonio copulauit, submerso diabolo in aquis illis. Erat enim terra gentiũ arida, quousque fuerit aquis baptismi irrigata, in quibus magni & parui pisces piscati sunt Apostoli & discipuli Christi, docti & indocti, perfecti & imperfecti. *Posuit desertũ in stagna aquarũ, &* Ps. 106. *terram sine aqua in exitus aquarum.* Septimo, est mollitiua ad recipiendum imagines rerum formabilium. Ceraen im ficcitate indurata ad superfusionem aquæ molli-

tur, & ad impreſsiones & formas vaſorũ & ſcripturas apta efficitur. Sic cor humanum ſub originali ariditate duratum ſuperinfuſione aquæ mollitur, & in eo veritatis forma recipitur, & diuinus charaEzec.16 cter inſcribitur. *Ingreſſus ſum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi, & laui te aqua, & emundaui ſanguinem tuum ex te, & vnxi te oleo, & veſtiui te diſcoloribus.* Non enim ſunt aquæ baptiſmi aquæ contradictionis, in quibus murmurauerũt rebelles & duri filij Iſrael, ſed ſunt magis emollitiuæ cordium, ad deuotionem & contemplationem. Octauo, aqua eſt corpus diaphanum, ideo luminis ſuſceptiuũ. Sic baptiſmus præſtat lumen fidei, & lumen
H Nota. gratię ad animam tranſit. Ideo dicitur ſacramentũ fidei, & baptizandus, cũ bapti-
Apoc.4 zatur, fidẽ petit. Ideo in Apoc. baptiſmus appellatur mare vitreũ, propter puritatẽ innocẽtiæ, claritatem vitæ, & ſinceritatẽ fidei, quæ in baptiſmo ſuſcipiũtur. Sed dicitur ſimile cryſtallo, quia poſt aquã baptiſmi gelu & pruina aduerſitatis ducuntur ad firmitatẽ, & indurantur cõtra aduerſa, ſicut ex aqua dureſcit cryſtallus: ſic martyr poſt aquã baptiſmi multa patie-
Eccli. 2. bãtur, ſicut præmonet Sapiens: *Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, præpara animam tuã ad tentationem.* Et in hoc aqua conuenit cum corpore cæleſti, quod diaphanũ eſt, quia hæc aqua vim viuificatiuã habet per verbum, ſicut cælum per motũ. Nono, aqua eſt communiſsima, quę vbique reperitur, propterea notitia huius ſacramẽti debet eſſe communiſsima, & inde iſtud ſacramentũ eſt ſummæ neceſsitatis, ita quod ſine aquis huius ſacramenti non eſt in arbore humana neque fructus, neque vita.
Pſalm.1 Ideo Pſ. *Erit tamquam lignum, quod plantatũ eſt ſecus decurſus aquarũ*, aquarũ gratiæ, quæ fluunt de latere Saluatoris per amorem, aquarum baptiſmalium per fidẽ, aquarũ cõtritionis per pœnitẽtiã. Homo enim (inquit Ariſtot.) eſt arbor euerſa, cuius rami inferius, & radix ſuperius. Sic eſt plãtatus
I Nota. iuſtus ſuperius in terra viuentium, rami inferius, ſcilicet ſenſitiua pars duplex, irascibilis, & concupiſcibilis. *Sub te erit appe-* Geneſ.4
titus eius, & tu dominaberis illius. E contrario iniuſtus. Contra naturam eſt habere pedes ſurſum, & caput deorſum. Amat ſe planta in vna terra, non in alia: fructificat in vna, non in alia. Ideo amor ex riuulo trahitur de latere procedente Saluatoris. Oportet quod locus nõ ſit vmbroſus, ſed patẽs ſoli. Sic ex riuulo fidei procedẽte ex fonte baptiſmatis fides attrahitur, ſed ſub vmbroſa quercu erat idololatria. Tertio, oportet quod terra ſit à vepribus, ſẽtibus & vrticis omnino aliena, alioquin ſuffocarent naſcentẽ plantulã, & hoc habetur ex riuulo cõtritionis. In primo riuulo piſcatur deuotio. In ſecũdo rerum arduarũ cognitio. In tertio diuina cõſolatio. Secũdus riuulus dulcis. Primus dulcior. Tertius amarus, ſed multum medicinalis.

SER. VII. EIVSDEM DIEI, & in ordine LV. Per Thema præcedens.

QVæritur: Quare circũciſio Iudæis, baptiſmus datus eſt Chriſtianis? Ratio eſt, quia populus ille duræ ceruicis erat, ideo neceſſaria erat ei duri-
A *Quare datus eſt baptiſmus Chriſtianis, & circũciſio Iudæis.*
ties ferri vel lapidis ad radẽdum rubiginẽ originalis peccati: populus vero Chriſtianus corde tenellus eſt, ideo facile ab eo aqua lauatur macula illa. Ideo Dñs exercituũ in primo populo ferro pugnabat contra originale, in ſecundo populo, quia leo mutatus eſt in agnũ, auſteritatẽ mutauit in mãſuetudinẽ, & quod prius cauterio purgabat, balneo lauare cœpit baptiſmi. Vnde Ber. Populo duræ ceruicis cultellus erat neceſſarius, & lapideis cordibus merito cultri debebãtur lapidei, qualiter à Ieſu Naue facta circũciſio commemoratur. Noſter autẽ Ieſus tamquã agnus manſuetus hanc abſtulit auſteritatẽ. Idẽ duritiã duris ſeruis bene congruam, filijs commutauit in mãſuetudinem, vt rubiginẽ originalis peccati, quã vix cultellus eradere poterat, cum vnctione gratiæ lauet facile aqua. Hæc Ber. In ſignum cuius
B Nota. de circũciſis proceſsit baptiſmus. Inſtrumentum

mentum enim circumcisionis fuit petra, instrumentū baptismi aqua. Et ideo quādo Moyses percussit petram & fluxerūt aquæ, euidenter ostendit de circūcisione procedere baptismum, & à circumcisis, vt à Ioanne, Christo, & Apostolis incipere
Iob 28. prædicationē baptismi. Iob: *In petris rivos excidit.* Gentes vero eo dicebantur gētiles, quia manebāt geniti tales, scilicet nec circūcisi, nec baptizati: ideo lepra originalis peccati ab vtero infecti manebāt. Hæc separatio ab exordio mūdi facta est, quādo
Genes. 1 *diuisit Deus lucē à tenebris, & appellauit lucem diem, & tenebras noctem,* & hoc quando *spiritus Domini ferebatur super aquas*; quia fideles fidei luce claresc̄unt, & infideles infidelitatis tenebris obscurantur. Et inde est, quod de fidelibus fideles nascuntur, quia *dies diei eructat verbū*, id est, baptizatus baptizato ostendit fidem de verbo incarnato, & de infidelibus infideles, quia *nox nocti indicat scientiam* mundanā. Sed nō potest gloriari baptizatus de fide verbi ab alijs docentibus in se susceptā, nisi bene operetur, quia fides sine operibus mortua est. Et ideo debet conari vt fidei iungat charitatē, & dilectionē Dei operantē, & ad hoc sępius implorare auxilium Dei & genitricis eius Mariæ, ad quam nunc recurramus, dicentes: Aue gratia, &c.

C *Sacerdos est proprius minister baptismi.*

In præsenti sermone dicemus primo, de ministro baptismi. Secundo, de his quę fieri debēt in baptismo. Tertio, quomodo est sacramentū nō reiterabile. Quo ad primū, dico, quod istud sacramentum ministrari debet per sacerdotē nisi in casu extremæ necessitatis. Populus enim Israel
Iosue 3. trāsiuit vada Iordanis, sed Leuitico ministerio. Post cuius transitū Iesus nonus dux susc̄ipit baptizatū, vt in terrā supernę promissionis inducat. Est enim baptismus vulua, in qua generat Dñs filios suos fide-
Eccli. 1. les. *Initiū sapiētiæ timor Domini, & cū fidelibus à vulua cōcreatus est.* Vuluā vocat baptismū, in quo Ecclesia spirituales filios generat, & illi fideles qui à tēpore baptismi seruiunt Domino in timore. Sed Christus est qui baptizat, vt Pater Ioanni testatur, dicens:
Ioan. 1. *Super quem videris Spiritū descendentē & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Propter quod non est melior baptismus per manus iusti, quā peccatoris donatus, quoniam qualiscūque sit minister, Christus est qui baptizat. Est etiam ibi dilectus quemadmodū filius vnicorniū. Et si quęratur, quomodo dilectus, certe quemadmodū filius vnicorniū. Chri- D
Nota. stus vnicornis, cuius omnes Christiani fili sunt vnicornes, vnū cornu tantū habētes, id est, vnā fidē per baptismū, quę est cornu, & arma nostra cōtra hostes visibiles & inuisibiles, secundū Pliniū vnicornis pugnatur cōtra elephantē, primo linit & acuit cornu suum cōtra saxū. Sic nos pugnaturi cū diabolo cornu fidei nostræ debemus acuere ad saxū Christū, cōsiderantes quāta pro nobis sustinuit. Acuties, sine qua redditur cornu inutile ad pugnādum, charitas est, de qua Apostolus: *Si* 1 Cor. 13
habuero omnē fidē, ita vt mōtes transferā, charitatē autem non habuero, nihil sum. Hoc cornu acutū habebat, qui dicebat: *Corpus meū de-* Esai 50
di percutientibus, & genas meas vellētibus. Ideo posui facie meā vt petram durissimam. Pro secundo dicitur, quod primo sacerdos de- E
Nota. bet præmittere exorcismos, quos cū gravitate debet dicere. Mature & prudenter procedere debet qui iungit in prelio. Ille autem cōtra potestates aēreas bellum indicit, vt à baptizando eijciat fortē armatum, & leui flatu eum expellit, sed verbis minacibus, & terrēdis. Propter quod suauiter anhelat sacerdos, & super aquas baptismi, eas sanctificando, & in ore pueri, vt exuflet diabolum. Tempore autem Apostolorum solum dicebatur: Ego baptizo te, sed beatus Clemens ex doctrina beati Petri vnctionem chrismatis, & olei addidit, postea Leo Papa & Damasus & Ambrosius aliqua addiderunt. Hæc Ioannes Beleth. Dicit etiam, quod nullus susc̄ipi debet in patrinū, nisi sciat Dominicā Orationem, & Credo in Deum, quia patrini sunt baptizatorum fideiussores, de fide eorum responsuri in die iudicij. Sacerdos autem omnium,

quos

F Baptizãdus vngitur oleo propter duo & hoc quod per baptismũ consecratur in prophetã & regem.

quos baptizat, patrinus est, sed nõ ad hoc tenetur propter multitudinem, nisi in generali, & ideo curę patrinorum eos cõmendat. Secundo, vngendus est baptizãdus oleo. Primo, vt timeat Christianus ignẽ æternũ, eo magis quod se sentit oleo impinguatum, considerans quod oleum flammam vehementiorem accendit, si ignibus applicetur. Propter quod imposterum ardebunt Christiani in illo igne magis quã infideles. Psal. 22 *Impinguasti in oleo caput meum.* Ezech. 16 *Laui te aqua, vnxi te oleo.* Et paulo post: *Et accidit post omnem malitiã tuã væ, væ tibi, ait Dominus Deus.* Secundo, vt cognoscat, quod per baptismũ vngitur in prophetã & in regẽ. Dauid enim primo vnctus est in prophetã à Samuele, & in signum regis futuri & athletæ. Solebant enim oleo inungi athletæ, secundũ Hier. super Oseã. Inde & pugnauit contra Goliam, & vicit: postea vnctus est in regẽ super Iuda & super Israel: quia quilibet Christianus in baptismate vngitur in prophetã, id est, videntẽ per fidẽ. Fides enim est de his quæ prophetice reuelãtur, & in futurũ regem & athletã contra diabolũ. Tunc enim imponitur ei certamẽ contra hostẽ. Chrys. Hom. 5. super Matth. in imperfecto: Athleta in certamẽ vngitur, vt luctetur. Sic spiritualiter oleo chrismatis vngitur Christianus, vt cõtra diabolũ quasi spiritualis athleta luctetur. Secũda vero vnctio, quæ duplicatur, ad regnũ duplex disponit, scilicet ad regnũ super corpus in præsenti, & ad regnum gloriæ in futuro. Quod autẽ Dominus consecret & vngat Christianũ in regẽ in baptismo, hoc ideo est, quia Dominus erga suas creaturas nõ mutatur. Nõ enim est Dominus variabilis & mutabilis. Malachias: *Ego Dominus, & non mutor.* Mala. 3 Sed sic est, quod Dñs à principio fecit homini tantum honorem, quod constituit eum in regem. Cum enim fecit mundum, voluit super eum ponere regẽ, dicens: Genes. 1 *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã, & præsit piscibus maris,* &c.

G Nota.

Ex quo patet, quod fuit ibi consona electio, quia non solum habuit ibi vocẽ Pater, sed etiam Filius & Spiritus sanctus. Ideo dicit: *Faciamus.* Si enim imago, quæ est in sigillo regis, viueret, diceretur quod esset rex. Etiam eum inunxit, quãdo Dominus ei benedixit. In benedictione enim attenditur consecratio, & tunc dedit eis iterum dominationem, dicẽs: *Dominamini piscibus maris,* &c. Gen. 1. Ideo hoc idẽ facit Deus cuilibet in baptismo, quia in recreatione animæ reparatur in similitudinẽ Dei, inungitur & consecratur, & habet dominiũ super volucres cæli, id est, spiritualia peccata, & pisces maris, id est, peccata carnis, & bestias terræ, quantum ad dæmones. Ideo rusticus est Deo, qui peccat, & imaginem Dei conculcat. Vnde sicut dignitas militaris confertur accinctione gladij, ciuilitas Romana traditione penulæ vel vestis, hæreditas traditione anuli, regnũ impositione coronæ. Sic per sacramentũ baptismi fiunt homines milites Christi, accincti gladio flammeo charitatis, ciues paradisi traditione vestis innocẽtiæ, cohæredes Christi traditione anuli fidei, & reges æterni per inunctionem sacram. *Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei.* Ephes. 2 Inde B. Ludouicus requisitus quo nobili cognomine appellaretur, quæsiuit vbi habuerat maiorẽ nobilitatẽ: & cum multi dicerent, quod à prædecessoribus suis, & quod ex nobilitate eorum vel loci, vnde ortum habuerat, debebat nominari. Ad quod ille: Non memini me habuisse maiorem honorem, quàm quando ego fui Christianus, & hoc fuit apud Pisiacum, ideo ego volo vocari Ludouicus de Pisiaco, & ita appellatus est. Hinc Esaias: *Attendite ad petram,* Esai. 51 *vnde excisi estis: & ad cauernã laci, de qua præcisi estis.* Petra Christus, cauerna laci latus Christi, vnde per regenerationẽ processisti. Attendite ergo claritatem generis vestri, ne peccetis, quia *quicumque baptizati* Rom. 6. *sumus in Christo Iesu, in sanguine ipsius baptizati sumus.* Tertio, datur sal in baptismo. Primo, vt profiteatur baptizatus fidelitatem suam Deo. Esdras: *Memores salis, quod* 1. Esd. 4 *in palatio comedimus.* Vbi Glossa quædam:

H Nota de S. Ludouico.

I Nota de sale.

Mos

Digitized by Google

Mos erat, vt dum quis iuraret fidelitatem regi, quod dabatur ei sal ad comedēdum, vt sic iuraret tamdiu seruire regi & eius seruare fidelitatem, quamdiu sal comederet. Et ideo filij Israel, cum arguerētur à Samaritis de rebellione contra Persarū regem, dicebant: *Memores sumus salis.* Ideo & baptizādis sal datur ad comedendum, quasi profiteantur, Quamdiu sal comedā, tamdiu fidem Deo meo seruabo. Secūdo, in hoc ostenditur suscipere donum sapientiæ, quia sicut sal quasi lapis fit ex substantia aquæ calore solis desiccata, sic ex aqua baptismi & calore Spiritus sancti fit homo fidelis & sapiens, & non aliàs, quia *nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu*, &c. Hic calor ex illo sole procedit, de quo dicūt infideles, Errauimus à via veritatis, & sol iustitiæ nō illuxit nobis. Sic baptizatus Paulus ab Anania & igne Spiritus sancti, factus est vas electionis, & vas sapientiæ salutaris. Item (secundum Hall. in. 4.) datur sal, vt sale sapientię conditus careat fœtore iniquitatis, ne à vermibus peccatorū vltra putrescat. Quarto, interrogatur baptizandus de fide: quia si esset adultus, & crederet baptismum non esse efficax remedium ad abluēda peccata, nihil sibi prodesset, si sit paruulus, vice eius respondetur per patrinos. Sed quæritur: Quare paruuli interrogantur de fide, cum nō sint fidei capaces, & respōdetur per patrinos? Respondeo, quod sicut paruulo nō credēti & nescienti præstātur multa beneficia ministerio parentum, vt cibus, potus & vestitus, nec impedit ista beneficia paruuli ignorātia. Nō enim quia ignorat, minus pannis inuoluitur aut lauatur. Sic etiā eidem ignorāti, licet ea sibi nesciat adhiberi, medicamēta adhibētur, & sanitas acquiritur. Secundo, si meritis parentum carnalium Dei bonitas sanitatē & bona temporalia (quibus postea Deū impugnāt) filijs carnalibus concedit, multò fortius filijs spiritualibus dat Deus precibus & meritis parentū spiritualium bona, quibus Deū honorāt & laudant. Et cū quęritur, cur interrogātur de fide paruuli, cum sciatur omnino respōdere non posse? Idē est, ac si quęreretur de pupillo, cur cōuenitur in iudicio, cū nō intelligat quid ab eo petatur, nec sciat petitioni respōdere? in quo manifestū est quod tutor debet pro eo respōdere, & causam illius nomine agere. Prodest autēpupillo, quod pro eo tutor vtiliter agit, & conditionē suā in causa sua meliorem facit. Sic fit per tutorē spiritualē patrinū. Prętera credit regulus, & saluatur filius eius: credit Martha, & suscitatur Lazarus: credit pater Archisynagogus, & suscitatur filia eius: credit Chananęa, & à dæmonio purgatur filia: credit Cēturio, & puer eius curatur: credunt delatores paralytici eum posse à Christo curari, & curatur eius anima & corpus. Vidēs enim fidē, ait: *Remittūtur tibi peccata tua.* Si ista aliena fide sanati sunt, cur nō aliena fide parentum vel Ecclesiæ paruuli ab originali mūdari possunt cū remedio per Christū ordinato? Quarto, si secūdū Apostolum, saluatur vir infidelis per mulierē fidelē, & mulier infidelis per virū fidelē, cur viri pariter & mulieris fide vtriusque filius non saluabitur? Quinto, vicē baptismi olim circūcisio obtinuit: sed sola circūcisione absque fide paruuli propria saluabatur puer, ergo multo magis absque fide propria per baptismū, qui est excellētius remedium. Sexto, plus abundat gratia Dei ad saluādum, quā peccatū abūdauerit ad dānandum; quia vbi abūdauit delictū, superabūdauit & gratia. Cū igitur paruuli per alios peccauerint, quare per alios nō procurabitur eorum salus? Septimo, dicit Saluator: *Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim est regnum Dei.* Cū ergo tūc nō sint actualis fidei capaces, quomodo est eorū regnū cęlorū, nisi per alios subueniatur vt saluētur? Debent tamē adulti, antequā baptizentur, in fide instrui. In veteri lege iubebatur capillos radi mulieri, quā quis ad pugnā exiēs inter hostes captā sibi cōcupierat, quia si alī quē infidelē corpori nostro, id est Christo volumus copulare tāquam spōsam, prius debemus nouacula verbi Dei omne infidelita-

Iohan. 3

Quare interrogantur pueri de fide in baptismo, cum non sint rationis capaces, & quomodo per alios procuratur eorū salus.

1. Cor. 7

Mat. 9

Nota.

Nota.

delitatis cõtagium ab eo abradere, vt ſic Chriſto per baptiſmum valeat copulari. Quinto, baptiſmus fieri debet in nomine Trinitatis, qualibet perſona ſigillatim expreſſa. In cuius ſignũ in baptiſmo Chriſti tres perſonę apparuerunt. Et ideo baptiſmus Arrianorum, qui derogabant Trinitati, erat inutilis, imo nociuus. Patuit per exemplum Gregorij Turonenſis. Eſt enim (inquit) in Burdegalenſi territorio quoddam oppidum, quod dicitur Reonciouilla, in quo Arriani Gothi Eccleſiam Catholicorũ ad ſuam hæreſim tranſtulerant, Catholicis inde eiectis, nec licẽtia habita illuc amplius intrandi, more Arriano illic intendẽtes ſuos paruulos baptizare. Et tunc ſacerdos prudens Catholicorũ filios in domo paterna baptizabat. Dum autẽ Arrianorum filij ad Eccleſiam deportarẽtur, vt ſacrilego baptiſmate macularentur, prẽueniebat eos diuina vltio. Nam quoſcumque illic baptizabant, non reuertebantur in domum paternam. Sed priuſquam eã contingerent, numero fere viginti mortui ſunt, propter cuius terrorem Eccleſiam illam dimiſerunt. Sed nec vnus de baptizatis à Catholico mortuus eſt. Suſcipi ergo debet baptiſmus in magna reuerentia propter honorem ſanctiſsimæ Trinitatis, quę illic inuocatur, & ſpecialiter adſiſtit. Et ideo puniti ſunt quidã pagani irridentes baptiſmum Chriſtianorum. Nam cum poſt paſsionem beati Cyriaci (vt in miraculis eius legitur) Carpaſius præfectus domum martyris à Maximiano obtinuiſſet, & in ea epulas cum nouendecim amicis ſuis celebraret, & in loco vbi baptizantur Chriſtiani in deriſionem Chriſtianorum ſe balnearẽt, omnes prædicti ſubita morte ibidem perierunt. De præſentibus etiã qualẽ timorem & reuerentiã debeant habere, oſtendit Eccleſia, cum ait de baptiſmo Chriſti, Aqua Iordanis ſtupuit, emphatice loquitur, id eſt ſi haberet intelligentiã, ad præſentiam glorioſiſsimæ Trinitatis ſtupuiſſet, quanto magis præſentes fide intelligentes præſentiam Trinitatis adeſſe, timore reuerentiali concuti debent. Vnde triplex ibi fit immerſio in honorem Trinitatis, vel in memoriam triduanæ ſepulturæ Chriſti. Pro tertio habendum eſt pro certo, quod baptiſmus ſit ſacramentũ non reiterabile. Semel enim in anno ingrediebatur ſummus ſacerdos in ſancta ſanctorum cum ſanguine, ſed pluries ſine ſanguine. Sic ſemel per baptiſmum ad nos ingreditur Chriſtus cum ſanguine, ſed toties poſtea ingreditur, quoties gratia ſuæ viſitationis illuſtrat, quod non ſemel fit, ſed ſeptuagies ſepties, id eſt, quoties remittuntur peccata. Lib. 11. Hiſto. Tripar. tẽpore Attici Epiſcopi Coſtantinopolitani Iudæus quidam ſæpius baptizabatur ficta Chriſtianitate, & hac arte pecunias multas ſibi congregabat. Qui cũ deluſiſſet Macedonianos, & Arrianos, ad fontem orthodoxorum venit, qui cum paratus eſſet intrare, aqua diſparuit. Cũque cogitarent aquam defluxiſſe, rurſus impleuerunt fontem, & denuo deducto Iudæo aqua diſparuit. Qui tunc cognitus eſt pluries fuiſſe baptizatus. Prima enim tabula eſt poſt naufragium illud primum generis humani, quam neceſſe eſt homini arripere, vt ſaluetur; quia *niſi quis renatus fuerit ex aqua*, &c. Sed ſecunda tabula poſt naufragiũ eſt pœnitẽtia, quia ſi poſtquam quis apprehendit tabulã baptiſmi, eam amittit, violãdo ſcilicet ſponſionem, quam fecit in baptiſmo, quod ſcilicet renunciaret diabolo & põpis eius, & ſic labendo, ſecunda tabula, per quam ſaluatur, eſt pœnitentia. Neque enim iterum baptizandus eſt homo, ſed ad pœnitentiam recurrendum eſt. Ex tabulis enim nõ ex tabula tantũ facta eſt arca Noë, per quam in periculis ſaluatum eſt genus humanum. Illa eſt enim Eccleſia. Pſal. *Quia ipſe ſuper maria fundauit eum*, ſcilicet cœtum Catholicorum, id eſt, ſuper maria baptiſmi, in quibus ſubmerſa eſt tota potentia Ægyptiorũ. Omnia enim alia Eccleſię ſacramẽta ſuper iſtud fundantur. Sed ſuper flumina pœnitẽtiæ præparauit eũ, ſcilicet ſuper flumina lachrymarum, & imbrium cælitus

N. Nota.

o Baptiſmus eſt ſacramẽtum non reiterabile, & prima tabula poſt naufragium

p Nota.

Ioann. 3

Pſal. 23

cælitus venientium, vel riuorum de fontibus oculorum procedentium. Est enim
Eccles. 3 *tempus nascendi, & tempus moriendi.* Tempus nascendi in baptismo, quando factus est fons patēs domui Dauid in ablutionem, quando grauidata Ecclesia ex complexu sponsi cælestis, & calore caritatis maturitatis nouę gratię partubus, & aperto vtero gratiæ in fonte baptismatis, per euidētē Christianę religionis cōfessionē tēpus fuit nascēdi, & in nouā lucē exeundi. Sed tempus moriendi, cum nascētibus Iebusæis primis motibus per pœnitētiæ disciplinā in cruce affigendi sunt. Sēper enim debēt esse latrones veteris hominis in supplicio, ne pro eis incidamus in pœnam & iustitiam, quam de eis facere negleximus.

IN EODEM FESTO, SERMO VIII. & in ordine LVI. Per The. præced.

A Quæritur, cū baptismus deleat peccatum originale, quare nō impedit mortem, cum ipsa ex originali vitio duxerit originem. Si enim delet causam, cur non etiam delet effectum? Respōdetur, quod hoc fit ex summa Dei misericordia. Quid esset iam vitiato homini hæc præsens vita æterna, nisi æterna miseria? Quod Plotinus gentilium Philosophorum quidam, teste Aug. recte intellexisse laudatur. Nam cum de humanis animis ageret, Pater (inquit) misericors mortalia illis vincula faciebat: quod & vult Aug. Quia mortales, inquiēs, sunt homines corpore, ad misericordiam Dei Patris pertinere videtur, ne huius vitæ miseria semper tenerentur. Tunc enim à dæmonibus quid in miseria differrēt? Nūc autē longe differunt. Cum enim Dei sit beata æternitas, dæmonū misera æternitas: homo, cuius est miseria mortalis, vel mortalitas misera à Dei beatitudine, cecidit, sed vsque ad dæmonū miseriam non cecidit,
Genes. 1 Domino prouidente ac dicente: *Videte, ne forsan de ligno vitæ, & viuat in æternum.* Psal.
Psal. 62 *Melior est misericordia tua*, ista scilicet, *super vitas* multas & infinitas. Prouidit enim nobis misericors Dominus de vita longe meliori & perpetua, quę esset sine quacūque miseria aut anxietate, ad quam per amaritudines huius sæculi transiremus. Ad quā nobis suspirandum docuit, dum huius vitæ blandimenta contemnēs natus in vili loco, reclinatus in præsepio, post multas à peccatoribus susceptas cōtradictiones, ipsam denique mortē pertulit, vt nobis egressum ad eam faceret. Sed & dedit nobis remediū efficax baptismum ipsum, in interitum omnium hostium nostrorum, & præcipue capitalium, id est, vitiorum, quæ impediūt nos transire in illam beatam terram promissionis, vnde secundum Grego. in regist. maris rubri transitus figura baptismatis fuit, in quo hostes à tergo etiā mortui, sed alij contra facie in eremo sunt inuēti. Sic eorum, qui in baptismate tinguntur, peccata omnia præterita relaxantur, & velut Ægyptij hostes immerguntur, quia dum in hac vita viuimus, priusquā ad promissionis patriam pertingamus, multæ nos tentationes fatigant, & ad terram viuentium redeuntibus iter intercludere festinant. Hæc ille. Numquam tamen deserit Dominus illos, qui eum fideliter inuocauerint: sed nec beata virgo, vtpote ad auxiliandum tribulatis instituta. Ad quam recurramus, dicentes: Aue, &c.

A Quare baptismus non excludit mortem cum sit effectus culpæ originalis.

In præsenti sermone dicemus primo de effectibus baptismi, siue de his, quæ operatur Deus in baptismo. Secūdo, quā culpandi sunt, qui in baptismo promissa non seruāt. Quoad primū, sciendū est, quod in baptismo nostro septēo operatur Deus, quę inuenta sunt in Christi baptismo. Primū est culpæ originalis, cuiuscumque etiam mortalis, si inueniatur, remissio. Quod designantur in præsentia Iesu, id est, salutis, quę secū non cōpatitur peccatum. Est enim baptismus diluuiū, in quo submerguntur omnes peccatores. Rubrum mare, in quo mergitur Pharao, id est diabolus, cū omni exercitu suo. Ideo mare illud amarum est diabolo, sed dulce Christiano. Misso siquidem ligno crucis dul-

B De septē effectibus baptismi.

coratæ ſunt aquę Marath. Proiecit noſter Dauid arma Saul legalia ſacramenta, & cærimonias, quæ nimis oneroſa erãt, quæ nec nos nec patres noſtri portare potuimus, nec in illis pugnare potuit, ſed in vno lapide, id eſt, in vna fide, in vno baptiſmate ipſum proſtrauit. Iſte eſt riuus baptiſmi, qui deſtruit ſeptẽ riuos Ægypti, id eſt, ſeptem mortalia. Ioan. Damaſcenus: Quoniã duplex eſt homo ex anima, & corpore, duplicem dedit purgationem per aquam, & ſpiritũ: ſpiritu quaſi ſecundum imaginẽ & ſimilitudinẽ renouante, aqua quaſi per ſpiritus gratiam corpus à peccato purgãte. Purgatio autẽ talis onus eſt leue & dulce amãti. Non enim de nouo baptizatis imponitur aliqua ſatisfactio. Olim parauit balneum, ſed durum, diluuiũ, in quo pene merſum & ſuffocatũ eſt genus humanũ: nunc parauit balneũ dulce, id eſt, diluuium gratiarum. *Dominus diluuium inhabitare facit per fidem.* Et alibi: *Etenim non credentes inhabitare Dominum Deum.* Per iſtud enim diluuium inhabitat Deus corda Chriſtianorum. In hoc mergitur diabolus, & lauatur Chriſtianus. *Sanabuntur aquæ*, ſcilicet ad præſentiam Saluatoris, & tactũ mundiſsimę carnis eius, *& omnis anima viuens, quæ ſerpit, quocumque venerit torrens, viuet*, & hoc per ablationẽ mortis peccati. Vnde Augu. ſuper Ioan. ſerm. 13. Quomodo non caruit populus Iſrael populo Ægyptiorum, niſi cum veniret ad mare rubrum, ſic preſſura peccatorum nemo caret, niſi cum venerit ad fontem baptiſmi. Ezechiel: *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris*, actuali & originali. Lotus enim baptiſmate dicere poteſt quod Pilatus: *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius:* de quo dicitur: *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.* Aug. A paruulo recenter nato vſque ad decrepitum ſenẽ ſicut nullus prohibetur à baptiſmo, ita nullus eſt, qui non moriatur peccato in baptiſmo. Secundum eſt, gratiæ infuſio, quod repręſentatur in Ioãne, qui baptizat, quia gratia lauat, & purgat, & ſanctificat: & fit nouus homo, depoſito veteri. Pſal. *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Aquila enim deſcendens ad fontem, plumas veteres mutat, & ſic iuuentus ipſius renouatur: quia in fonte baptiſmi plumæ veteris hominis peccatorũ dimittuntur, & nouus homo ſpiritualiter renaſcitur. Aqua enim baptiſmatis ſicut ſuo more abluit ſordes exteriores, ſic ſpirituali more intus purgat ſpirituales ſordes. *In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Ieruſalem, in ablutionem peccatoris & menſtruatæ.* Hæc eſt veſtis innocentiæ, quæ datur in baptiſmo, quæ ſumme cuſtodienda eſt: hoc eſt diluuiũ, in quo pereũt omnia animalia, præter animas, quę ſaluantur in arca cordis & rationis, id eſt, præter rationales motus. *Animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam, quod & vos nũc ſimili forma ſaluos facit baptiſma.* In mari rubro ſubmerſi ſunt Ægyptij, & ſaluati Hebræi: & in baptiſmo extinctis vitijs, virtutes perdurant ſine læſione. Vnde propter trium theologalium virtutum infuſionem in tribus locis inungitur puer: in vertice rationis, vt fidem ſciat & obſeruet: in ſcapulis, vt onus Chriſti ſciat portare in ſpe præmij æterni: in pectore (vbi eſt cordis habitaculum,) vt charitate ferueat. Propter quod & Dauid ter inunctus eſt. Primo, in Prophetam à Samuel in Bethleem, per quod intelligitur prima vnctio, in qua quilibet baptizatus inũgitur in prophetã, id eſt, videntem per fidem, quæ eſt de obſcuris, quæ prophetice reuelata ſunt. Secũdo, in Hebron militaturus contra Iſboſeth, qui interpretatur, Vir cõfuſionis, id eſt, cõtra diabolum ſpe mercedis & coronæ. Hinc & athletę inungi ſolebãt. Tertio, ſuper totum Iſrael, & hæc vnctio caritatis. Axa, id eſt, humana natura à Deo quærebat, Terram arentem dediſti mihi, quia *anima mea ſicut terra ſine aqua tibi:* & ecce Pater cæleſtis per filium dedit irrigũ ſuperius & inferius. Inferius quidẽ aquã elementarem, in qua baptizantur homines, & ſuperius cęleſtes aquas gratię, quę deſuper effunduntur in anima baptizati.

Psal. 28 — Psal. 67 — Exo. 47 — Exo. 36 — Mat. 27 — Apoc. 1 — Psal. 103 — Zach. 14 — 1. Pet. 3

c Quare baptizãdus vngitur in tribus locis.

Psal. 142

Ter-

Tertium eſt, fomitis refrigeratio: quod in aqua reſperſa exprimitur. Pſ. *Contribulaſti capita draconũ in aquis*, id eſt, peccata originalia & mortalia, quæ plura ſunt capita. Cerberus enim infernalis ianitor tricaput vel triceps eſt propter originale, mortale, & veniale: licet veniale nõ ſubderet ei ſine alijs duobus. Sed tamẽ caudã non omnino extinguit aut interimit: ſemper mouetur: quia cauda cõcupiſcentię ſemper titillat in nobis. Secundum Plinium, licet plumbum poſsit dealbari & lauari, numquã tamen poteſt ſua immũditia totaliter ablui propter ſuę materiæ groſsiciẽ & impuritatẽ: quę eſt argentum viuũ immundũ, & ſulphur immundũ & fœtidũ. Sic cũ ſimus creati ex impura materia carnis & ſanguinis, licet per baptiſmum ſpiritus poſsit ablui, impuritas tamẽ carnis noſtrę, ſcilicet concupiſcentia, nõ poteſt à nobis penitus amoueri, quãuis tẽperari. Vnde dicũt baptizati: *Tranſiuimus per ignẽ & aquã, & eduxiſti nos in refrigerium.* In aqua extinguitur aut ſaltẽ diminuitur peruerſi ardoris incendiũ: in igne ſoluitur mortiferę frigiditatis gelicidium. Ardẽtes naſcũtur filij Adã igne amoris peruerſi quãdoq; aperto, quãdoque clauſo. Nam flãmis nequiſsimorũ deſideriorum erumpere nõ valentibus tẽpore infantię, in ętate pubertatis velut ex ingẽti fornace & camino cõflagrantur. Sed igne Spiritus ſancti gelicidiũ circa ſuperiora diſſoluitur: & aqua baptiſmatis circa inferiora ardor diminuitur cõcupiſcentiæ. Et ſicut per contactũ carnis propagatę per libidinoſam cõcupiſcentiã omnis anima cõtrahit culpę originalis immunditiã: ſic cõueniens fuit, vt ex tactu mundiſsimę carnis Chriſti cõtraheret aqua vim ſanctificatiuam & fomitis repreſsiuã: maxime cum beata illa caro mũda eſſet ab omni contagio. Aug. Per baptiſmũ agitur, vt vetus homo crucifigatur, & corpus peccati deſtruatur. Ecce poſt tranſitum maris rubri nubes refrigerãs æſtũ concupiſcentiæ, de qua Apoſt. *Omnes baptizati ſunt in nube & mari.* Quartũ eſt, pœnę debitę pro peccatis abolitio: quod ſignificatur in columba, in qua apparuit Spiritus ſanctus, quæ felle omnino caret. Triplices ſunt pœnę debitæ peccato. Quædã ſunt naturales & naturaliter inflictæ, & quæ ſequũtur naturã corruptã: & iſtę non ſunt abolitæ. Nã (ſecundũ Alexã. de Hal. 2. parte) baptiſmus delet omnẽ pœnã ſuffocantẽ & exterminantẽ, ſed pœnæ promouẽtes dimittũtur ad exercitiũ: vt fames, ſitis, mors, concupiſcẽtia nõ dominãs: quia pœnæ iſtæ primo reducunt ad memoriã quis ſit *adiutor in tribulationibus: quæ muenerũt nos nimis.* Secundo, faciunt cogitare de miſeria huius incolatus; vt ſic homo defleat peccata ſua. Tertio, humiliãt ipſam iraſcibilẽ, ne extollatur per ſuperbiã. Quarto, cohibẽt cõcupiſcibilẽ, ne deſinat homo per cõcupiſcentiã. Inde Anſel. l. de libe. arb. Si (inquit) baptiſmũ incorruptio ſequeretur, mutaretur fides, & periret meritum fidei. Aliæ ſunt pœnæ cõtractæ ex iure poſitiuo vel humano: vt ſi bigamus baptizaretur, & ſic adhuc remaneret irregularitas cõtracta. Alia eſt pœna æterna, quæ nec à natura nec ab homine infigi poteſt, ſed à ſolo Deo: & iſta tota remittitur in baptiſmo, niſi ponatur obex. Hinc Iſid. l. de ſummo bono c. 14. Baptiſmus à pœna æterna nõ à præſenti liberat: quia ſi à pœna præſenti homines liberarẽtur, ipſum putarẽt prẽmium baptiſmi nõ aliquod æternum. Et Aug. Ideo noluit Dñs per baptiſmũ amoueri pœnã ſicut & culpã, ne delicate crederetur in Deum, potius ſcilicet intuitu amotionis pœnę, quã amore fidei & iuſtitiæ. Hæc Aug. Ad radicẽ enim morbi velut peritus medicus voluit inſiſtere. Radix & cauſa pœnalitatis morbi fuit culpa. *Deus enim mortẽ nõ fecit*, &c. Iniuſtitia mortis eſt acquiſitio. Et mirum eſt, quod hac pœnali febre febricitauit Chriſtus, & tamẽ nõ habuit in ſe cauſam febris. *Non fuit dolus in ore eius, & Dñs noluit cõterere eũ in infirmitate.* Sed ideo diſtulit auferre pœnã, quia mirabili & inexcogitato artificio de ipſo morbo fecit medicinã. Conſiderans enim quod culpa intulerat pœnã, excogitauit

Pſal. 73

Pſal. 65

Pſ. 140.

Sap. 1.

Eſa. 53

D
Tota pœna æterna tollitur in baptiſmo, non autem temporalis pœna

tauit per pœnam tollere culpã. Quod ſignificatum eſt in eo quod Iudas tulit gladium Apollonij, & occidit eum, & erat in gladio illo pugnans cunctis diebus. Gladius peccati mors eſt & pœnalitates. *Stipendia enim peccati mors*. Poſtquam ergo culpâ per paſsionem occidit Chriſtus in nobis, per gladium pœnalitatum pugnat aduerſus peccata, ita vt de peccato, id eſt, pœna peccati damnet peccatũ, & in fine pœna tollat pœnam. Mors enim ſeipſam deſtruit. Præterea quod tota pœna æterna in baptiſmo remittatur, patet per illud: *Sine pœnitẽtia ſunt dona & vocatio Dei*. Vocatio enim in baptiſmo & dona Dei ibi data ſunt ex mera Dei gratia ſine labore & pœna. *Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam*. Ambroſius: Baptiſmus nõ requirit gemitum neque planctum, ſed omnia gratis cõdonat. Et Aug. Quicquid mali ab homine dictũ, factum, aut cogitatum eſt, veluti nõ fuerit factum, per baptiſmum deletur. Hoc ſomniabant olim gentiles, qui tẽpla ſua circa fontes facere ſolebant, vel vbi ſemper habebant aquam, & per aſperſionem eius ſe purificari ab omni cõtagio & pœna credebant. Et illos fontes vocabãt delubra quaſi purificãtia. Vnde Euſebius in quadam Homilia: Mare vidit & fugit, id eſt, baptiſmo omnis amaritudo culpæ & pœnæ ſenſit adeſſe diuinã maieſtatem, & fugit. Idẽ: Operuit aqua tribulantes eos, vnus ex eis non remanſit, id eſt, vnicũ ac primum illud originale debitũ, ſacri fontis vnda vacuauit. Idẽ etiã: Si ſtupemus ad magnitudinẽ nouitatis miraculi, cum legimus Dominũ Ieſum ex ſola femina, ceſſante viri confortio, progenitũ, cur nõ mirabimur, repugnantibus naturæ legibus, per omnẽ terrã multitudines fidelium de ſolo ſinu fontis tamquã partu virginis procreari, ſcilicet ſine corruptione culpæ aut pœnæ? Quintum eſt, filialis adoptio in voce Patris: *Hic eſt filius meus dilectus*. Filio autem debetur paterna hæreditas. Propter hoc omni baptizato tamquã filio Dei immediate, ſi moriatur, æterna hæreditas conceditur. Si enim ab exordio mundi *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, vt eis conferret vim generatiuã. Sic nunc Spiritus ſanctus ſuper aquas baptiſmi, vt vim regeneratiuã filiorũ Dei conferat aquis. Quos enim aqua mundat, ſpiritus viuificat. Pſ. *Tu es qui reſtitues hæreditatẽ meã mihi*. Et ratio eſt, quia Adam per peccatum ſe & poſteros exhæredauit. Ideo nõ poſſumus repetere reſtitutionẽ illius hæreditatis tamquã filij Adæ, ſed ſolum tamquã filij Chriſti, qui in Adam non peccauit, & ideo ſolus ius repetendi habuit. Prima natiuitas fuit de limo terræ, de qua: *Nos nati continuo deſinimus eſſe*. Et: *Natum* (& ex huiuſmodi ſemine productum) *aruit, quia non habuit humorem*. Ideo voluit Dominus hominem ex aquis fieri. *Facies homines ſicut piſces maris*. Inde Ariſto. Animalia marina maiora ſunt his, quæ ſunt in terra, & magis nutribilia. *Creauit Deus cete grandia, & omnẽ animã viuentẽ atque motabilẽ, quã produxerant aquæ*. Igitur vt magis creſceremus, ſumus nõ ſolũ nati de terra, ſed renati ex aqua; & hæc eſt ſpiritualis, quia ex aqua & Spiritu ſancto. Ideo hęc magnitudo, ad quã ordinatur hæc ſecũda natiuitas, ſpiritualis eſt. Et populus Chriſtianus eſt illa generatio vẽtura, & populus ille, qui naſcetur ex aqua, quẽ fecit Dñs ex terra. Hęc aqua proceſsit à latere Chriſti, quia baptiſmus habet efficaciã à paſsione Chriſti, & hęc filiatio ortum habet à latere Chriſti. Eſaias: *Filiæ tuæ de latere ſurgent*. Hęc autem efficacia terminata eſt in ſepultura, in quam corpus Chriſti deſcẽdit, & inde reſurrexit. Et ad hoc ſignificandum, cum quis baptizatur, ſiue per immerſionem, ſiue effuſionem, ponitur ſub aqua quaſi ſub terra ſepultus, & inde educitur quaſi reſurgens cum Chriſto in nouitate vitæ ſpiritualis. Et hoc ait Apoſt. *Conſepulti enim ſumus per baptiſmum cum Chriſto, vt quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriã Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus*. Nullus autẽ ad Eccleſiã accedere poteſt niſi per baptiſmum. In geſtis Romanorũ legitur, quod tempore Tiberij Cæſaris venerũt

1 Mac. 3

Rom. 6.

Rom. 11

Ioan. 4.

Mat. 3

Gen. 1.

Eſai. 60.

Rom. 6.

E

De natiuitate ſpirituali per baptiſmũ facta.

Pſal. 15

Sap. 5.

Luc 8.

Abac. 1

Gen. 1.

Ro-

Romam duo viri, ſapientiſsimi Philoſophi, Praxideles & Plidia, quos propter ſapientiã ſuã ſibi charos habuit Imperator in palatio ſuo, & quicquid in aure ſecretarij ſui diceret Imperator ſiue de die ſiue de nocte, vſq; ad vnũ verbũ repetebãt. Ille autẽ promiſit eis daturũ ſe quicquid peterent. At illi minima renuerunt, ſed vnũ memoriale in vrbe fieri petierũt in ſui memoriã & euentum futurorũ, vt ſcilicet fierẽt in euidenti loco duo homines nudi, habẽtes brachia eleuata & digitos incuruatos ad modũ minantiũ, & habẽtes ante ſe duos caballos nudos ab omni ornatu marmoreos, & ante equos mulierẽ ſerpẽtibus circũdatam, & ante eam conchã. Per quod ſignabatur, vt ipſi prædixerũt, quod veniret rex potẽtiſsimus habẽs equos fortiſsimos, contẽnentes ornamenta mundi, & conculcãtes omnem terrenã poteſtatẽ, per quos deſignati ſunt Apoſtoli. Homines nudi duo, duo teſtamenta, in quibus omnis ſcientia ſalutaris nuda & aperta fuit, minãtes futura tempora & euentus. Mulier circũdata ſerpẽtibus, Eccleſia circũdata tribulationibus & perſecutionibus, ad quã nullus accedere poteſt, niſi ablutus cõcha baptiſmatis. Eſt enim baptiſmus flumẽ in ingreſſu Eccleſiæ, ſicut Euphrates in ingreſſu terræ ſanctæ diuidens terram Iudæorum à terra Aſſyriorum, id eſt, Chriſtianorum ſectam à ſecta aliarum gentium.

Sextum eſt, ianuę paradiſi apertio, quia cæli aperti ſunt ſuper eum. Homo enim poſtquã baptizatus eſt, ſi moriatur, immediate euolat ad cælum. In cuius figura filij Iſrael, viam facientes per Iordanis fluuiũ, eo trãſacto, immediate intrauerũt terrã promiſsionis. Et propter hoc oſtẽdendũ, baptizato Chriſto aperti ſunt cæli. Vnde pars aquarum Iordanis fluxit ad mare, pars ſtetit & inaltabat ſe. Sic baptizatorum electi dulcedinẽ gratiæ cuſtodiunt, reprobi in amaritudinem peccati tranſeunt, ita quod illi tamquã ſuperiores ſtant in gratia, mali ſicut inferiores deſcendunt ad maris naufragia, id eſt, mundi delectabilia, & finaliter infernã amaritudinem. Hinc Hymnus Ambroſianus: Qui ex aquis ortũ genus partim remittis gurgiti, partim leuas in aëra. Ex aquis facti ſunt piſces, qui in aquis remãſerunt, & volucres, qui in aëra volãt, quia reprobi in aquis voluptatis remanent, & quorũ cõuerſatio in cælis eſt, ad cęlũ volant. De quibus: *Exibũt aquæ viuæ de Hieruſalẽ, medũ earũ ad mare Orientale, & medũ earũ ad mare nouiſſimum*: quia vna pars baptizatorũ eligit amaritudinẽ in præſenti propter Chriſtũ verũ Orientẽ, & altera pars fluit in amaritudinẽ æternã. Sic aquæ inferiores tẽpore Ioſue in mare mortuum deſcenderunt. Sicut enim auis nõ recipit ad nidũ, niſi quos nouit ſe generaſſe, ſic nec Deus recipit in paradiſo, niſi quos iuſtos per fidẽ regenerauit. *Aperite portas iuſtitiæ, & ingrediatur gẽs iuſta*. Moyſes autem legiſlator populũ in terram promiſsionis nõ introduxit, quia nihil ad perfectũ adduxit lex, ſed ſolũ vſq; ad Iordanẽ, & tũc Ieſus ſolus legiſlator, id eſt, Chriſtus introduxit trãſacto Iordane, id eſt, baptiſmo, quia per baptiſmũ & nõ aliter intratur in terrã promiſsionis, ſic quod oportet omnẽ Chriſtianũ trãſire per baptiſmũ. Sic enim Iacob cũ Eſau, dũ iret in terram promiſsionis, vxores ſuas & omnẽ familiam ſuã fecit trãſire vadũ Raboth, id eſt, Chriſtus omnem ſuæ Eccleſię familiã fecit tranſire vada baptiſmi. Septimum eſt, poteſtatis diabolicæ repreſsio, quod deſignatur in verbis baptiſmi. Hæc enim ſunt verba Spiritus ſancti, quæ profert ſacerdos baptizãdo. Propter quod in illa hora deſcẽdit Spiritus ſanctus ſuper baptizatum, & fugit & reprimitur diabolus. *Cecidit flos, quia ſpiritus Dñi ſufflauit in eo*. Qui prius erat flos in paradiſo, antequã ad fructũ glorię procederet, cecidit & in baptizato ab intento cecidit, quia ſpiritus Dñi ſufflauit in eo. Quod enim ad flatũ ſuſtollitur, & ſi nõ annihiletur, nõ tamẽ poteſt flatui reſiſtere. Ex quo apparet, quàm depreſſa eſt diaboli poteſtas, qui ſolo flatu ſacerdotis euaneſcit. Propter quod in baptiſ

G Nota.

Zach. 14

Eſai. 26

Eſai. 40

mo ſpiratur anhelitus ſacerdotis in baptizato, ad expellendum virtute inimici, ſed oportet cum aqua vocē eius addi, ad hoc quod ſit ſacramentū. Pſ. *Vox Domini*, id eſt miniſtri Domini, *ſuper aquas*. Et ſi dicatur, quod non per baptiſmū, ſed per exorciſmos præcedentes expellitur diabolus, alioquin fruſtra fierent. Reſpondetur primo, quod per exorciſmos in aliquo cohibetur poteſtas diaboli, ne noceat quantū nocere vellet, impediendo ſpirituale bonum. Hinc Cypr. Per exorciſtas voce humana & virtute diuina flagellatur, vritur, & torquetur diabolus. Pharao enim nō habebat tantā poteſtatē ſuper Iſrael, quādo appropinquauit mari, quāta erat quādo ſeruiebat in luto & latere, & tamē nō plene euaſerat ante ſubmerſionem in mari, ſed multū vrebātur, & torquebantur, quod videbant eos à ſe elongatos. Si enim incātatores ſerpētes à ſuis cauernis extrahūt, & eorum malitiā cohibēt, plus exiſtimandū eſt per verba diuina ſerpētes ſpirituales à ſuis cauernis extrahi, & eorū malitiā cohiberi. Dicitur ſecundo, quod per baptiſmum totaliter expellitur ab homine, ſicut canis excalidatus à coquina, & ideo miro modo timet baptiſmū. Vnde diabolus timet duplicē ignē, ſcilicet ignē charitatis, & ignē gehennæ. Ignē charitatis, quia vrget eū exire, & inde multū timet baptiſmū, quia ſub ſpecie aquæ datur ibi ignis, imo ignis charitatis quaſi ignis Græcus ardēs incēditur in illis & per illas aquas: gehennā vero timet, quia ei parata eſt. Pro ſecūda parte multum culpādi ſunt & culpātur à Deo, qui poſt baptiſmū recedūt à Deo, & fidē ſibi promiſſam violāt. Quatuor autē ſunt verba magnæ cōtumeliæ, quę cōmuniter dicuntur his qui odioſi ſunt. Primo, quod ſint filij meretricis. Secundo, quod ſint mēdaces. Tertio, quod ſint veteres. Quarto, claudi. Sic filijs Dei in baptiſmo factis, poſtquā à Dño per peccatū & cōcupiſcētiā retrocedunt, quatuor eis à Dño Ieſu, qui eos per baptiſmū genuit, improperantur, quæ continentur in illo verſu. Pſ.

Pſal. 28 H *Per exorciſmos quodam modo poteſtas diaboli cohibetur.*

I *Multū culpantur violantes promiſſa in baptiſmo.*

Filij alieni mentiti ſunt mihi, &c. Primo ſunt filij alieni. Inde Saul Ionatæ: *Filii mulieris viri vltro rapientis*. Mulier vltro rapiēs virum, eſt cōcupiſcentia. *Apprehēſum deoſculatur iuuenē*. Huius filij ſunt omnes homines à principio ex concupiſcentia geniti, ideo filij alieni à Deo, ſed poſtea adoptiui. Secūdo, mendaces. Hinc ſubditur: *Mētiti ſunt mihi*. Pſ. *Filij hominū mēdaces in ſtatera*. Polliciti enim ſunt in baptiſmo (qui eſt quaſi ſtatera, in qua ex vna parte appendit pretium ſanguinis & meritū Chriſti, & alia parte peccata, & vnum pro alio cōceditur) renunciare ſathanæ, & tamen ipſum ſequuntur. Hæc abrenunciatio & promiſsio ſcripta eſt nobis tanquam in charta ab Apoſtolo: *Epiſtola eſtis Chriſti*. Et propter hoc promiſit nobis Deus hæreditatem cæleſtem nos generando filios adoptionis, & Spiritus ſanctus apponitur ad teſtificandum duo prędicta tamquam ſigillum Dei vel ſignum cæleſtis notarij, ſcilicet Chriſti. Ideo dicitur: *Nolite cōtriſtare Spiritū ſanctū Dei, in quo ſignati eſtis*. Et tamen mentiuntur, nō obſtantibus iſtis pactis fide media. Si eſſet puella quędā pulchra, ſed nuda, miſera, & pauper, cui obuiaret diues Princeps, & diceret ſibi: Si volueris eſſe ſponſa mea & fidelis, fide media deſpōſabo te & dotabo. Illa ſpondet, & quod pollicetur, non implet, ſed poſt ſponſionem & omniū iſtorum collationem ab illo maximo Principe, in cōſpectu eius abominabili porcario ſe exhibet ſtuprandā, vel leproſo ſe proſtituit, quid de illa fieri debet? Nonne viua comburi? Sic de anima miſera. Tertio, inueterātur, qui per baptiſmū in nouitate vitæ geniti erant. *Sicut modo geniti infantes*. Vnde in benedictione fontium dicit Greg. Quos ſexus diſcernit in corpore, aut ætas in tēpore, in vnā parit gratia mater infantiā. Quod ſignificatum eſt in Naamā, *cuius reſtituta eſt caro quaſi caro pueri parnuli*. Culpa autem noui hominis inueteratio dicitur. Hinc Pſ. conqueritur: *Inueteraui inter omnes inimicos meos*. Et vere res ſtupore digna, in momēto fieri veterem. De qua vetera-

Pſal. 17 *1. Reg. 20.* *Prou. 7.* *Pſal. 61* *2. Cor. 3* *Epheſ. 4* *1. Pet. 2.* *4. Reg. 5* *Pſalm. 6*

Thren. 3 teratione. *Vetuſtam fecit pellem meam.* Et ratio eſt, quia veteraſcit homo, cū deficit in calore, & diminuitur in virtute. Subito autem, cū quis peccat, perdit calorē Spiritus ſancti, & diminuitur in virtute bene agendi. Quarto, claudicāt à ſemitis, quas polliciti ſunt ambulare. Multa enim dicunt mali Chriſtiani pulchra & optima, ſed nō ambulant ſecundum ea. Claudus enim ſedens in cathedra pulcherrimus eſt, ſed turpis, dum ambulat. Hinc Ariſto. libr. 19. de Animalibus: Oculi in principio generationis viridem habent colorem, deinde mutātur in nigredinē vel glaucitatē. Sic de nouo baptizati primo colore innocentiæ & viriditatis virtutum colorantur & induuntur, ſed ſtatim per vitia in nigredinē vitæ prolabūtur. Quod tamē auertat à nobis Dominus, vt dicat veraIob 27. citer vnuſquiſq; noſtrūm cum Iob: *Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.* Et ſic tandem videatur Deus deorum in Sion.

DE S. SEBASTIANO SER. vnicus, & in numero LVII. Per Thema.

1. Re. 13. A Sagittarum tria genera. CONſecuti ſunt eum viri ſagittarij, & vulneratus eſt vehemēter à ſagittarijs. Quæritur, quomodo beatus Sebaſtianus cum arcu & ſagitta intrauit terrā promiſſionis cæli, cum Iudith 5. dicatur, quod Iudit. 5. *vbicunque ingreſſi ſunt (filij Iſrael) ſine arcu & ſagitta, gladio & ſcuto, Deus eorum pugnauit pro eis*, ipſe vero non niſi cum ſagittis multis? Reſpōdetur, quod ſunt tres modi ſagittarum. Quædam ſunt, quæ ſic lædunt, quod ſolum corpus non animā lædant, vt ſunt ſagittæ corporales & tribulationes. Et iſtæ in bonis armatis ſcuto fidei, & lorica ſpei, & armis charitatis non lædūt, imo dū percutiunt corpus, ſæpe curatur anima. Sic dicebat ſanctus Iob bibens eas Iob 6. ad ſanitatem: *Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritū meū.* Hinc de ſanctis martyribus canit Eccleſia: Ceſsit his lacerans fortiter vngula, nec carpſit penetralia. Malos vero nō ſolum penetrant in corpore, ſed etiā in anima, eo quod armis patiētiæ nō armantur. Iſta eſt ſagitta, qua percuſſus eſt Iorā, & trāſijt per cor eius. 4 Reg 9 Cum enim tales audiūt male eis aliquid accidiſſe, ſubito ferit ſagitta in corde, petunt vindictam, cōſurgunt in iram, blaſphemāt Deū, & parati ſunt ſagittare & in Deū & in homines. Alia eſt ſagitta vulnerans nō corpus, ſed animā, & hoc poteſt dupliciter eſſe, quia quādoque iſta ſagitta ſic vulnerat, quod inde non cōſurgit ſanitas, ſed mors; & hoc modo ſagittātur auari amorē pecuniarum, & luxurioſi amore lubrico; ita vt nō ſit ſanitas. Iſta eſt ſagitta auari in incertū directa, id eſt, à caſu & à fortuna, quę per cuſsit regē Iſrael. Et mor- 3. Reg. tuus eſt occidente ſole iuſtitiæ ſibi. Et in 22. hac non confidunt ſancti, nec Sebaſtianus per iſtā intrauit in regnum cæleſte. *Filij* Iudit. 7. *Iſrael non in lancea* crudelitatis, *non in ſagitta* cupiditatis *confidunt.* Alia eſt ſagitta, quæ animā percutit, ſic quod quātomagis vulnerat, tātomagis ſanat, ſicut dicebat ſpōſa Chriſti: *Vulnerata charitate ego ſum.* Hac ſa- Cant. 2 gitta percuſſus B. Sebaſtianus euolauit ad cælum. Sicut enim ſagitta emiſſa à forti manu mirabiliter cito in altū erigitur, ſic hęc emiſſa à manu omnipotētis mirabiliter aſcendit & eleuauit cor Sebaſtiani in cælum, ita vt ſagittas materiales nō timeret. Pſal. *Sicut ſagittæ in manu potentis, ita* Pſ. 126. *filij excuſſorū*, id eſt, ſicut ſagittę à manu potentis excutiuntur in altum ſecundū eius virtutem: ſic filij expulſorū & eiectorum, ſcilicet Apoſtolorum, qui fuerunt eiecti per totum mūdum, ſcilicet martyres, ita alte in animo aſcēderunt, vt non timeret Sebaſtianus ſagittas corporeas. Hac ſagitta fuit Maria vulnerata in incarnatione & amplius in paſsione, ita vt nihil prēter amicum Ieſum haberet. Vt igitur cuſpide illius ſolum poſsimus vulnerari, vel ſaltem cuſpidē ſentiamus, ad eā recurramus, dicentes: Aue.

II Quare pingitur cum ſagittis. Quæri poſſet, quare Sebaſtianus pingitur cum ſagittis, cum tamen fuerit nobilis & nō arcitenens. Videtur quod magis debuiſſet pingi nobilis conēſtabilis armatus ſicut Mauricius. Reſpōdetur, quod multiplex eſt ad hoc ratio. Primo, vt oſtē-

datur quomodo Christū secutus est, qui nudus, & vulneratus lancea & clauis grossis, pepēdit in cruce. Sic Sebastianus nudus, & vbique sagittis vulneratus affixus est ligno. Aiebat enim sicut Paulus:
Phil. 3. *Sequar si quo modo apprehendam*. Vt igitur ostēdatur quā de prope secutus est Christum, sic ab Ecclesia depingitur. Secūdo, ad ostendendū, quomodo ille factus est ad gustū Dei. Didici nuper, quod non est bona venatio nisi bene lardata, nobiles autē maxime diligūt venationē. Ideo nihil mirū si Christus rex regū videns illā venationem venatā per Imperatores, ita bene lardatā, accipit gustū ad ipsam, & saporē. Tertio, vt ostēdatur, quomodo intercedit pro sibi deuotis, & quid potest ad Dñm pro suis ostendēdo singula sagittarū vulnera, dicēs: *Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui*. Sicut enim omnia vlcera infirmi clamāt misericordiā & cōpassionem ad transeuntes, sic multitudo vulnerū, & sagittarū Sebastiani clamant ad Deū pro nobis misericordiā, vt ei dicamus: *In luce sagittarū tuarū*, id est, in demonstratione clara & lucida vulnerum apud Deum, *ibunt* deuoti tui de virtute in virtutē, *in splēdore fulgurātis hastæ tuæ*, id est, defensionis fulgurātis & cōfundentis inimicos. Quarto, ad ostēdendū, quales debent esse nobiles in ordine ad subditos. Nō enim debēt eos vulnerare, sed eis cōpati, & quot peccata vidēt in subditis, tot sagittis ad corvulnerari debēt, scilicet cōpassionis, & si eos oporteat punire, hoc
Ied. 20. esse debet cum cōpassione. Postquā enim tribus Iuda deleuit tribū Beniamin, luxit omnis populus fratres suos interfectos. Sic debēt superiores ita corrigere, & punire inferiores, quod tamē cum luctu, & cōpassione faciāt. Nō sic Imperatores, qui pro opere virtuoso, scilicet pro cōfessione nominis Domini Iesu, Sebastianū puniri & sagittari fecerūt per ministros ne-
1. Re. 31 quitiæ suæ, de quibus in Themate: *Confecuti sunt eum viri sag.* &c. Pingitur libenter Sebastianus sagittatus à duobus sagittarijs, vno à latere dextro, alio à latere sinistro, sed vno meliore sagittario. Ille, qui à dextris est, Deus est, qui vero à sinistris, diabolus cū ministris, de quibus hic duabus partibus dicetur. Primus igitur sagittarius, scilicet Deus duabus sagittis transfixit cor Sebastiani, scilicet sagitta verbi sui quasi sagitta volante in die, id est verbo suo claro, & lucido, & diē faciente in conscientia Sebastiani, & sagitta amoris. Est enim Deus optimus sagittarius, sciens immediate attingere cor. Sagitta autē verbi Dei immediate dū emissa est, ad cor dirigitur, & cum à bono sagittario trahitur, cor semper penetrat. Prędicator est sagittarius, secundū illud: *Dentes eorū arma, & sagittæ*, qui pharetrā sacrę scripturę habet, ex qua sagittas debet educere, & infigere vsq; ad cor peccatoris, dicente Domino:
Esa. 40. *Loquimini ad cor Hierusalē*, & in eo accēdite ignem diuini amoris, vt sint *sagittæ potētis*
Ps. 119. *acutæ cū carbonibus desolatorijs*, id est, inflāmantibus ad amorē Dei, & sic multi conuertātur ad Dominum, secundum illud:
Psal. 44. *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadēt*, id est, tē adorabunt, & ad te Deum conuertentur. Hac sagitta verbi Dei percussus est Sebastianus in corde, quando audito de fide Christi credidit, & firmus in ea factus est, licet Mediolani esset cū principibus infidelibus, à quibus principatum primę cohortis acceperat. Et non sine causa hunc inter cæteros sagittauit Dñs, quia erat nobilis venatio, & optima præda. Habebat enim Sebastianus multas optimas cōditiones. Primo, quia erat vir prudētissimus, & oculatissimus sicut Argus, vt videret prēterita, prēsentia, & futura, & caueret quæ cauēda essent, prudens quidē & in rebus temporalibus, & ideo prima cohors erat sibi omnissa, & in spiritualibus, quia sibi optime prouidebat labore animi sui de bonis spiritualibus, vt lucraretur vitā æternā. Sunt enim, qui paucū habēt lumē, qui bene sciūt plebicitare, & conducere processus, sed monoculi sunt. Non enim vidēt ęterna nec prēuidēt. Sed insanus est homo, qui nō laborat pro vita æterna. Si enim nō habeatur hęc vita nisi

C *Verbum Dei est sagitta, & prædicator sagittarius.*

D *Sebastiani conditiones optimæ.*

cum

cum magno labore, trãsitoria tamẽ, quã eo magis ęterna cũ maximo labore habebitur. Non sic milites moderni, qui prudentes & astuti sunt ad rapinã, sed ad salutem suã nullo modo festinãt, de salute corporis bene meditãtur, & de salute equi bene. Sic enim dicunt, quod nõ curant de seipsis, dũmodo equi eorum bene pẽsentur, sed de salute animę nulla est quęstio. Secundo, erat in sermone verax, nõ mendax, vt esset filius Patris cęlestis vel Christi, qui ad veritatem perhibendã venit in mundũ. Quod in eo mirũ fuit, quia erat palatinus, difficile est autẽ aulicũ, qui ad magna tendit, semper dicere veritatẽ, ita quod verificatur de talibus illud Ps. *Non est in ore eorũ veritas, cor eorũ vanum est.* Talis enim est differentia inter auem nobilẽ & prædacẽ, & inter auem domesticam & simplicẽ, quia auis prædax numquã habet rostrum rectũ, sed bene auis domestica: sic nobiles, seu qui nobilibus adhærent, vix dicunt veritatẽ, bene autẽ simplices & cum simplicibus conuersantes. Expediret tamẽ vt essent multi, qui veritatem dicerẽt, sed veritas est mala mater, quia odiũ parit. Tertio, erat in iudicio iustus, quia nullum bellum exercebat iniustum, nec vlli iniuriam fieri permittebat. Iustitia enim tenet staterã in manu, non vt vẽdat iudiciũ, sed vt æquet ambas partes. Sic iste staterã tenebat in manibus, ad librandum sua & aliorũ facta, sed sua ad pondus sanctuarij, quod est strictius, alia ad põdus publicum. *Non sic impij, nõ sic,* qui sunt grossæ cõscientię, & peccata sua parua reputant, aliorum autẽ maxima, non reputantes trabẽ in oculo suo existentẽ, festucã autem fratris sui videntes. Quarto, erat in consilio prouidus, ideo magna operabatur per illud, quia in consilio iustorũ magna opera Domini. Quinto, erat in commisso fidelis. Multis cõmittuntur officia, sed ad suum cõmodum diuertuntur, non ad vtilitatẽ publicã, imo in subditos sibi cõmissos crudeliter desæuiunt, nec saturari possunt bonis eorũ. Sed iste fidelis erat ad cõmilitones, non rapiens eorum vadia seu stipendia, sed fideliter exercens opus suum, ita vt quando Imperatores volebant mouere bellum cõtra inimicos imperij, pugnaret, sed contra Christianos cessaret. Sexto, in interuentu strenuus erat, id est, in bello strenuus, nõ pauidus. Erat enim validus miles ad pugnandum pro republica & pro tuitione fidei. Nec mirum, quia Deum habebat in se, secundum illud: *Deus noster refugium & virtus.* Sed nunc currunt vbique milites ad prædã, & supra suos, & supra hostes. Septimo, in bonitate conspicuus. Erat enim summe bonus, non iuramentis, nõ blasphemijs insistens, sicut modo fieri solet. Octauo, in omni morum honestate prætlarus, & merito. Sicut enim nobiles excedunt in diuitijs & honoribus, ita debent excellere in moribus, alioquin sunt indigni honore, quia honor est pręmium virtutis, 2. Ethico. In cuius figuram dicitur de Saul, quod *ab humero & supra eminebat super omnem populum.* Non sic moderni, qui ebrietatibus, & iocis & luxurijs vacant, ergo erat verus Dei cultor, cõtra nobiles qui Ecclesiã odiunt, cum tamen deberent esse scutum Ecclesiæ. Ecce qualis erat Sebastianus sub habitu militari, quia optimus Christianus, vbi alij sub illo habitu plusquam Saraceni & infideles sunt. Creduntur enim esse aues nobiles & accipitres, Gallice *esprenuers*, & sunt buzardi. Si ergo vis habere eius subsidium sis talis vitæ, sicut ipse. Animalia enim eiusdem conditionis solent sibi inuicem succurrere, vt porcus porco oppresso subuenit. Sic etiã sustinẽt boni bonos, & mali malos. Quia igitur Sebastianus optimæ vitæ fuit, sequaris eũ, & te in iudicio Dei, vbi astat, iuuabit, vnde gladius diuinæ iustitiæ procedit, quia *de throno eius procedunt fulgura, & voces, & tonitrua.* Secundo, sagittauit eum Dominus sagitta amoris, ita vt Deum super omnia diligeret, amorẽ cuiuscumque creaturę postponens amori Dei. Sed videtur, quod non diligebat Deum super omnia, saltem ante martyriũ suum, quia si sic, statim

Nota contra aulicos.

Psal. 5.

Psal. 1.

Psal. 45.

1. Reg. 9

Apoc. 4

B Sebastianus ad quid suã fidẽ aliquãdiu occultauit.

tim ſe manifeſtaſſet eſſe Chriſtianũ. Non enim potuiſſet ignis amoris intus latere. Reſpondetur primo, quod amor Dei & multiplicatio fidei ad ſic latendum eum incitabãt. Ad hoc enim latebat, vt Chriſtianorũ animos, quos in tormẽtis videbat deficere, cõfortaret. Dicitur ſecundo, quod circa diuerſos pro tẽpore aliter & aliter ſe habere debebat; obſtinatis, apud quos nihil ſperabat proficere, ſed magis potuiſſet periclitari, ſe occultando: alijs vero, de quibus erat ſpes, ſe manifeſtãdo, ſicut & ipſe fecit. Hæc propoſitio patet
Nota. triplici ſimilitudine. Prima eſt, quia aurũ aliter defertur in ſilua, vbi ſunt latrones, quia occultatur quantum poſsibile eſt; aliter in publico, vbi nullũ latet periculũ. Secunda ſimilitudo, aliter lumen fertur ſub diuo, quia occultatũ laterna, vel aliquo alio tegumẽto, & aliter in domo, quia ſine velamine. Tertia ſimilitudo, habẽs mercantias pretioſas, aliter ſe habet erga viles perſonas, & erga bonos & diuites mercatores. Nã vilibus perſonis eas claudit, diuitibus autẽ aperit & oſtendit. Sic aurum charitatis Sebaſtiani, lumẽ fidei & ſpes de æternis bonis, quę ſunt pretioſiſſimæ merces, debebãt pro certo tempore occultari à latronibus imperatoribus paganis & cæteris, qui quærebãt aurũ illud furari, & extinguere illud lumen, & qui erãt indigni edoceri de cæleſtibus bonis, alij vero, qui erãt docibiles, & bonæ mẽtis, nihil horũ latere debebat. Dicitur tertio, quod quia Sebaſtianus conſtituendus erat princeps exercitus martyrum Chriſti, debuit in eo eſſe maximus feruor charitatis, qui forte nõ erat in eo in tãta plenitudine, ſicut congruebat, tẽpore ſuę occultationis, & ideo neceſſe fuit ipſum augmentari, quod fiebat, dũ alios animaret ad martyrium. Alios enim animando
Nota. ſeipſum accendebat, tantãq; ex cæterorũ inflammatione exaggerauit in ſe amoris flammã, vt foras prodire, cunctiſq; innoteſcere cogeretur. Et tunc cũ cognitus eſt eſſe Chriſtianus, qualis, & quã firmus eſſet in fide Chriſti, clare apparuit. Quia ergo (etiam dum ſe occultaret) Deum vere amabat, ideo ab omnibus amabatur, ita vt eum milites tamquã patrẽ venerarentur. Neceſſe enim erat ab omnibus amari quem gratia Dei perfuderat. Sed videtur, quod iſtud non ſit verũ, ſcilicet, quod neceſſe erat ipſum ab omnibus amari. Primo, quia mali diliguntur, nõ boni. Secũdo, paganis odioſus erat Sebaſtianus. Tertio, dicit Apoſt. *Si hominibus placerẽ, Chriſti ſeruus nõ eſſem.* Dicitur primo, (ſecundum Magiſtrum ſent. ſup. 1. c. Ep. ad Gal.) quod ſi intelligatur propoſitio Apoſtoli de hominibus malis, ſuſurronibus, & detractoribus, tunc talibus non eſt placendum, vt ſequamur facta vel mandata eorum, vel loquamur eis placẽtia, imo diſplicendũ, & eis contradicendũ, aliter nõ ſumus ſerui Chriſti. Quo cõtra miniſtri diaboli ponunt talibus mitras, & faciũt eos Epiſcopos, cũ tamen ſint ſtulti, & cantãt carmina diaboli. Malitias enim cãtant, & dicunt eſſe iuſtitias, in quo etiã ſunt ſanguiſugæ diaboli, qui ſugunt bona taliũ mediantibus ſuis mẽdacijs. Secundo, intelligi poteſt de bonis hominibus, & tunc dicitur, quod propter Deo placendum eſt illis, ſicut dicebat Paulus. *Sine offenſione eſtote Iudæis & gẽtibus & Eccleſiæ Dei, ſicut & ego per omnia omnibus placeo.* Dicitur tamen vlterius, quod bonorũ multiplex eſt differẽtia. Quidã enim ſunt imperfecti, quorum adhuc lumẽ latet in tenebris, quia nõ eſt neceſſe ipſum poni in aëre, ne extinguatur ſicut lumẽ candelæ. Et tales à Deo diliguntur, & à maioribus vt plurimũ opprimuntur, quia non videtur lumẽ eorũ, ſed, ſicut dicit Petrus, *inuentur in laudẽ, in honorem, in reuelatione Ieſu Chriſti.* Alij ſunt, quorum lumẽ magnũ eſt, perfecti in bonitate, & iſti diliguntur à Deo, & ab hominibus iuſtis & ſanctis, licet cum brutis non habeant amicitiam. Homines autem iniqui inter bruta nuncupantur. Seneca: Quoſdã ventri obediẽtes loco animaliũ
Nota. numeremus, non hominũ. Sunt enim canes impudẽtes, detrabentes bonorũ ſimplicitati, ideo cum canibus inferni ibunt.

p Diligitur à Deo ne an ſit neceſſe diligi ab hominibus.

Galat. 1

1. Cor. 10

1. Pet. 2

Inter

Inter perfectos huiusmodi erat Sebastianus: ideo erat *dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est*. Alij sunt perfectissimi, qui ab omnibus diliguntur, quia Deus in eis relucet, sed nō est permanens dilectio, quia statim perueniunt mali, ad malum faciendū, & ad persequendū bonum. Dicitur tertio, quod sancti non eo diliguntur, quod appetant ab hominibus propter se diligi, se propter Deū, vt laudetur Deus in eis, & opera Dei per eos facta glorificētur, secundum mandatum Domini dicentis: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt glorificēt patrē vestrū qui in cœlis est.* Ideo Paulus nō quærebat hominibus placere, sed soli Deo, & illi placēdo placebat hominibus. Videmus enim, quod qui placent regi, & boni, & mali salutantur statim, quāto magis qui placēt summo regi, qui solū boni sunt, debent venerari. Si autē appeteretur dilectio sui propter fauores habendos aut gloriā, iam superbia esset, quę destrueret omnem virtutem. In domo enim primogeniti Iob vētus vrens à regione deserti cōcussit quatuor angulos domus, & cecidit. Sic si adueniat ventus superbiæ, omne virtutū ædificiū corruit. Ideo forte occulte sub chlamyde Christianorum animos confortabat. Istis igitur duabus sagittis verbi & amoris Dei ita sagittatus est Sebastianus, vt etiā sagittarius esset factus, & multos ad cor sagittaret animando verbis, ad tolerantiā passionis, vt dicere posset: *Posuit me Dominus sicut sagittā electam.* Sic sagittauit verbo Dei Marcum & Marcellianū, quorum animi pene emolliebātur blandimentis parentum. Aduenerāt enim pater & mater, & vxores cum liberis, vt diuerterent eos à confessione fidei. Sic sæpe patres & matres sunt causa perditionis filiorū propter malam doctrinā, & quia non sunt patres animæ, sed corporis, de corpore & nō de anima curant, similes tinctoribus, qui nō curant nisi de cortice arboris, & de arbore nihil, & si filij eorū se Ecclesię deuouerint, putāt perditos. Sic sagittauit Zoë & Nicostratum cum alijs multis. Sic & tandem Chromatium Vrbis prefectum cum Tiburtio filio eius & seruis plurimis, sed post destructionem omnium idolorum Chromatij. Vbi nota, quod sicut Chromatius nō poterat sanari quādiu retinebat vnum pretiosum idolum, quod Sebastiano nolebat reuelare, sic nec quispiā sanabitur spiritualiter, nisi omnia peccata sua cōfessori reuelet. Sed nunc multi stultius faciunt quā Chromatius, quia vilius & detestabilius idolū, id est peccatū, licet reputent ipsum pretiosius, occultant, nec volunt explicare, & de eo thesaurum faciunt, non in arca, sed in seipsis. Vnde Sebastianus quasi peritissimus sagittarius per sagittas verbi Dei multos singulares effectus operatus est, quos habere solet verbum Dei. Primo, consolatur verbum Dei. Sic consolatus est Marcum & Marcellianum, & eorū parentes, ostendendo tormēta inferni, & gaudia paradisi: similis mēdico, qui exigente quandoq; infirmitate propinat venenū, sed moderatum suo contrario. Sic ad tollendum amorem mimium vitæ & infidelitatē propinās venenum inferni apposuit zucharum paradisi, & ita misit verbum suum, & sanauit eos. Secundo, verbum Dei illuminat. Sic dum loqueretur Sebastianus, Zoë muta vidit lumen immēsum, & illuminata est in fide. Tertio, verbum Dei confortat, secundum illud Ps. *Verbo Domini cœli firmati sunt.* Sic verbo Sebastiani animatur & cōfirmatur Nicostratus, dimittēdo incarceratos, & suscipiendo baptismum. Quarto, sanat infirmos, iuxta quod dicitur: *Neque herba neque malagma sanauit, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia.* Inde non solū spiritualiter, sed & corporaliter sanati sunt Tarquillinus & Chromatius. Quinto, verbum Dei captiuos facit etiam maiores. Inde Petrus, qui erat constitutus piscator hominum, sciens quod verbū Dei sit efficax ad capiendum homines, ait Domino: *In verbo tuo laxabo rete.* Sic captus est Tiburtius filius præfecti cū patre suo. Sexto, verbum Dei fortificat. Sic fortificati sunt isti, quod fere omnes

Eccli. 45

Matt. 5

Iob 1.

Contra malos Parentes

C Confessio nisi sit integra, non sanat animam

H Verbi Dei effectus

Psal. 32

Sap. 16

mortui sunt pro Christo. Secundus sagittarius, est diabolus cũ ministris suis. Isti sunt mali sagittarij. Primo, quia in die belli, scilicet mortis, vbi bellũ est acerrimũ, Psal. 77 nesciunt trahere. Ps. *Filij Effrem*, id est augmenti, hoc est, qui intendunt augmentare famam, vel diuitias, vel voluptates, *intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli.* Secundo, quia debilem manũ habent, quia non possunt vsque ad cor bonorũ penetrare, vt interficiãt in eis amo- Ibidem. rẽ Dei. Ps. *Quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum*, id est, debilẽ vel laxum. Tertio, quia tales numquam recte trahunt, & hoc quia non habent bonum brachium, sicut ille, qui dicebat: *Posuisti vt arcum æreum brachia mea.* Non enim habẽt bona opera. Quarto, quia tales ex improuiso trahunt, ideo periculosi sunt sagitta- Psal. 63 tores. Ps. *Subitò sagittabunt eum, & non timebunt.* Psal. 10 Et iterum: *Parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.* Duabus itaque sagittis more suo percusserunt sanctum Sebastianum. Primo quidem percusserunt ad aures Sebastiani sagitta detractionis & venenosæ suggestionis, detrahendo scilicet fidei Christianæ, & suggerendo culturam dæmonum, vt Hier. 9. posset dici illud Hieremię: *Sagitta vulnerãs lingua eorum*, id est, parata ad vulnerandũ. Sed B. Sebastianus erat nimis armatus armis fidei, ideo in nullo fuit læsus. Secundo, percusserunt sagitta furoris, vt meri- Psal. 57 to diceretur de eis: *Furor illis secundùm similitudinem serpentis*, sicut aspidis, quæ mordet vbi primum potest arripere. Sic isti furore nimio debacchati percusserũt corpus sancti Sebastiani, sed ad cor non penetrauerunt. Ideo licet sagittis repletus fuisset, sicut Ericius, tamen viuus euasit, & ad Imperatores veniens, eos redarguit de nimijs crudelitatibus suis. Vnde fortiori sagitta percussus erat in corde Sebastianus, scilicet sagitta amoris diuini, quẽ præcipue ostenderat in passione sua, quæ infixa erat cordi suo per iugem meditatio- Thren. 3 nem, sicut præcipit Dominus: *Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthy & fellis.* Petrus: *Christo passo in carne & vos eadem cogitatione armamini.* Et: *Recogitate eũ, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem.* Et hinc est, quod materiales sagittas quasi paleas reputabat. Hoc enim est scutum quod omnes sagittas repellit. Hinc dicitur: *Scutum cordis dabis ei laborem tuum.* Sed miseri Imperatores, vbi resipiscere debebant ex verbis sancti Sebastiani, maxime viso tanto miraculo præseruationis eius à morte, econtra exarserunt in furorem, & tamdiu eum fustigari fecerunt, quousque spiritũ exhalauit, in quo se ostenderunt tales sagittarios, sicut Chyron, de quo Ouidius fabulatur in quarto Metamorphoseos, quod erat pro media parte homo, & pro media equus. Sic isti licet in corpore essent homines, tamen pro alia media parte, scilicet in anima, erant bestiæ, bestialiter viuentes & sapientes, & bestiali sæuitia iustum persequentes.

1. Pet. 4 Hebr. 12

R. Passio sancti Christi memoria est scutũ repellens omnes sagittas malorũ.

DE SANCTO VINCENTIO Martyre, Sermo I. & in ordine LVIII. Per Thema.

A Apoc. 2 Vincentibus quare nũc promittitur præmiũ maxime æternũ, non in lege veteri.

Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Quæritur, quare tempore gratię fiunt promissiones vincentibus, & non tempore legis antiquæ, cum illa videatur fuisse difficilior, secundum illud Petri: *Quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus.* Ad hoc respondetur, quod prima causa est, quia (secundum Bernardum) ad vitam perfectam non solum requiritur bona agere, sed etiam mala pati, & propter mala à bono non desistere, sed perseuerare, modo (secundum Apost.) *nihil ad perfectũ adduxit lex.* Satis enim præcipiebat operari. Ideo tũc tamquã imperfectis nõ promittit præcepta seruãtibus prẽmium. Sed nũc nõ solũ oportet bona operari, sed etiam mala sustinere. Vnde beatificãtur, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Nõ enim sufficit iudici facere iu-

Apoc. 2

Hebr. 7

stitiam,

ſtitiam, ſed etiam opus eſt pati ad eã tutãdam, propterea promittitur præmium. Secũda ratio, quia in antiqua lege nõ erat tanta materia exercitij & belli, ſicut poſt Chriſti paſsionem. Nam ſcriptum erat:

Dan. 11 *Occurrent vobis mala in extremo tẽpore*. Ideo, quia mundus habet plura mala nunc, & quaſi hebetatur, ideo Dominus videns mala ſuperuentura, viuentes confirmat per promiſsionem premij, nõ cuiuſcũq;, ſed æterni. Tertia ratio, quia in lege naturæ vel ſcripta non erat tunc tempus victoriæ. Nondũ enim victores ſuperuenerant, propterea tunc vincẽtibus non promittitur premium. Sed cum venit Chriſtus, qui dicit: *Ego flos campi*, & poſt eum

Cant. 2. martyres, qui debebant debellare nequitiam hoſtis, conuenienter Dominus propoſuit premiũ in lege fructum ligni vitæ,

Apoc. 2 dicens: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ*: & non ſolum ipſe, ſed & Maria hoc poteſt dicere, cum ad manum ipſum teneat. Ab ea itaque requiramus vt nobis det, dicẽtes: Aue. Primo ſermone dicemus titulos militis noſtri Vincentij, ſequenti vero victoriam eius. Igitur miles noſter Vincentius quatuor habuit præclaros titulos. Primus erat, quod fuit nobilis genere. Fuit enim filius Euticij, cuius pater erat Greſſius Cõſul nobiliſsimus, & mater ſua dicebatur Euola ex Oſca vrbe procreata. Sed videtur quod non debeat laudari de illa nobilitate, patet, quia (ſecundũ Apo-

1 Cor. 1. ſtolum) *ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt, deſtrueret, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius*. Reſpondetur primo, quod tripliB *Nobilitas carnis triplici ratione non laudãda eſt in ſanctis.* ci ratione ſancti debent laudari de nobilitate carnis. Prima eſt, quia nobilitas carnalis eſt quidam decor exterior, qui clariorẽ reddit virtutem. Si enim (vt dicit Tullius) digna eſt perſona oratio, ita & per perſonam dignior efficitur operatio, & vt plurimũ nobiles ſunt bonæ cõplexionis, quia molles carne, aptos mẽte dicimus, inquit Ariſtote. & communiter magis educantur in doctrina & ſapientia, & ideo clariores ſunt, aut eſſe debent. Secunda ratio, quia nobilitas carnis dat multas occaſiones ſuperbiendi, rapiendi, & deliciandi; vbi autẽ multa eſt occaſio peccandi, difficilius reſiſtitur, quomodo vbi pugna maior, ibi nobilior victoria. Tum quia nutriuntur delicate, & ſic magis delicijs vacare ſolẽt. Tũ quia ſine reprehẽſione vt plurimũ faciunt quicquid libet, inde magis ſuperbiũt, & magis ſunt raptores; ita vt nũc magis rapaces putentur valentiores; exemplo ſuarum auium, quæ quanto crudeliores, tanto ſunt meliores. Sed ſicut ouis odit lupũ, ita à Domino qui ouis eſt, & à populo odiuntur, & ideo ſicut aues ſuæ ſunt ſemper macilentæ, ſic ipſi, nec vnquam præſentabuntur in curia cæleſti. Tertio, vt declaretur exemplum verę nobilitatis, quia nõ ſufficit nobilitas carnis, niſi adſit & nobilitas animi. Aliter pulices & pediculi eſſent nobiles, quando ex nobili corpore oriũtur. Nec ſufficit ſcire venari ad canes, vel ludere ad taxillos aut ſcaccos, ſed requiritur ſtudium ſapientiæ ad bene regendum ſubditos. Et vtinam tantum nunc ſtuderent nobiles ad capeſſendas bonas literas, ſicut ad honores & diuitias congregandas, & ad ludos prohibitos. Non ſufficit libido dominandi, ſed requiritur etiam humilitas & fidelitas ad Dominum Deum. Non cupiditas rapiendi, ſed largitas & magnificentia decet nobilem. Quales autem debeant eſſe nobiles, poſſunt id in triplici exemplo, quaſi in triplici ſpeculo, intueri & conſiderare. Primo, in cęleſtibus, quia quanto corpora cæleſtia nobiliora ſunt, tanto magis communicant lumen ſuum, ſicut patet in ſole & planetis. Sic quanto homo nobilior, tanto debet eſſe liberalior, & magis magnificus & pius in pauperes. Secundo, in corpore naturali. Nobiles enim ſunt manus reipublicæ. Manus autem totum corpus defendit, non oculos eruit, non aures, non ventrem, non pedes, ſed medetur & ſanat applicando remedia. Sic debent nobiles defendere populum, & præſeruare ab oppreſsionibus. Tertio,

C *Nobilis officia ex tribus exẽplis naturalibũ clareſcunt.*

in

cia illa destruetur, dici poterit, quod statim veniet Antichristus. Iam enim Christus prouiderat cõtra persecutionẽ illam viros sanctos & doctos, ad resistendũ impetui diaboli. Ideo Valerius Vincentium misit contra præsidem, quasi diceret: Ille præses cæcus est, & nihil videt, tu vero vtrumque oculum habens non debes eũ timere. Satis enim facile est pugnare contra cęcũ hominem. Tertio, potest exponi de scientia habita, & modo tradẽdi eam. Quidã enim habent modum scientię, qui sunt eloquẽtes, sed nõ sciẽtes. Et tales bene producũt folia sed nõfructus, ita quod tales pascunt capras, quæ sunt cõtentę foliis nõ curãtes de fructu, curãtes pulcherrima verba, & de sentẽtia nihil, & in istis pauca est vtilitas aut instructio. Alij sunt qui scientiã habẽt, sed tradendi eam modum nõ habẽt necvsum, quia nõ sunt eloquentes: sicut hic Valerius sciens erat & doctus, sed impeditioris linguę, & ideo talis non exibet ad prædicandũ verbum Dei, quia nõ habebat instrumentũ cõueniens ad seminandũ; sed onus dedit Vincẽtio, & vacabat orationi, & contẽplationi. Et in hoc male aliqui loquũtur de Doctoribus Theologis, qui eis imputãt, quod nõ prædicãt, quia forte sunt multi impeditioris linguę, & si nõ prędicẽt, manent tamẽ ad scripturas exponẽdas, vel ad turrim construendã cõtra versutiã hęreticorum. Nã peste tyrannorũ sedata, cũ nulla essent studia publica, surrexerũt vndique hęreses, nec erat refugium fidelibus. Sed nunc Vniuersitates construũtur vt turres inexpugnabiles, & est illud, quod regno huic cõtulit, quod esset Christianissimũ, ita vt (Hiero. testimonio) sola Gallia monstris caruit, & hoc propter turrim inexpugnabilẽ Vniuersitatẽ, ita quod quando destruetur, videbitis vndiq; hęreses insurgere. Alij vero male loquũtur de eis, quia dato, quod nõ sint impeditioris linguæ, nõ tamẽ prędicant. Sed intelligant, quod Hieron. licet esset facundissimus, nõ tamẽ prędicabat, sed tantũ exponebat, sicut patet ex Sermone de Assumptione: Cogitis me, ô Paula & Eustochium, Latino vti eloquio, more eorũ, qui declamatorie solẽt loqui ad populũ. Sequitur: Quod vtiq; docẽdi genus necdum attigerã. Præterea Vincentius non est ausus prædicare, nisi Episcopus Valerius eũ ad hoc misisset, secundũ illud Apost. *Quomodo prædicabũt, nisi mittãtur?* Sic oportet quod mittãtur ab habẽtibus, potestatẽ. Sed possunt dicere, cũ licentiãtur, & dicitur eis, *Ite & vos in vineã meã, vt quid statis tota die otiosi?* possunt, inquã, respõdere illud, *Nemo nos cõduxit.* Sed alij sunt, qui vtroq; pollẽt, scilicet scientia & eloquẽtia, & tales sunt, qui verbũ Dei habẽt seminare, qua pollebat Vincẽtius; & hoc dũmodo habeãt quod habuit Vincentius, scilicet quod sicut scientia, ita & opere mõstrẽt quod prędicant. Inde dicitur, quod cũ Gedeõ, id est, Christus pugnare velle cõtra Madiã, id est, peccatores, (Madiã enim interpretatur iniquitas) elegit ex populo, qui secũ erat, illos solũ, qui lãbuerãt aquas, scilicet sacræ scripturę, & nõ omnes, sed qui manu, & lingua, id est, qui intelligunt scripturas, & opere custodiunt, & cum illis dedit se certamini. Qui enim quod prędicãt, nõ obseruãt, potius vincũtur quã vincãt. Exẽplũ habes de filijs Israel, qui bina vice victi sunt à filijs Beniamin, quod eos punire vellẽt de crimine luxurię, quo etiã ipsi maculabãtur. Quartus titulus Vincẽtij est, quia licet sint multi milites pauperes, iste tamen erat in dignitate cõstitutus, & in officio Archidiaconi. Incepit autẽ tribulatio Ecclesiæ ab illo, & ab alijs Ecclesiasticis viris. Sed quę ritur, vtrum Deus debebat hoc permittere vt inciperẽt à pastoribus. Et videtur quod nõ, quia scriptũ est: *Percute pastorẽ, & dispergẽtur oues.* Quid enim est percutere supra pastores, nisi dispergere oues? Ad hoc dicitur, quod hoc tyrãni fecerunt, & Deus permisit, sed alia & alia de causa. Nã tyrãni hoc fecerũt ex suggestione diaboli, vt scilicet percusso pastore dispergerẽtur oues. Nã pastores Ecclesię aliter se habẽt erga oues rationales, & pastores brutorũ. Pastores enim gregũ ducũt oues ante se, ita

F *Prædicare non omnibus Doctoribus theologis datum est.*

Vniuersitas Parisiensis quam sit vtilis.

Iudic 7

Nota bene florum.

Iud. 20

Zach 13

G *Pastorũ Ecclesiæ & brutorum differentia.*

Digitized by Google

ita vt oues præcedãt,& paſtor ſubſequatur. Sed hic paſtor *ante eas vadit, & oues illum ſequuntur*. Sic ibi volebant tyranni, vt negatione Chriſti per paſtores Eccleſiæ irritam oſtenderent Chriſti doctrinam,& inde plebs confuſa,quæ ſuis credit paſtoribus, recederet à ſua lege. Tum ſecũdo, vt victo principe exercitus Chriſti, ſtatim fugiant ſubditi, & ſe in deditionem reddant. Si enim facile extinguatur tæda, facilius extinguetur candela. Fides autem principum Eccleſiæ debet eſſe ſicut tæda lucens in publicũ, vt omnes minores ibi candelã ſuam accẽdant. Sed hoc Chriſtus fecit alijs de cauſis. Primo,ad fulcimentũ doctrinæ Catholicæ. Tũ primo, vt quod ore docebãt,idẽ per tormenta ipſi exemplariter oſtenderent,& per experientiam in ſeipſis primo, & ſic greges ſuos ad ſimiliter patiendum pro Chriſto inflãmarent: ſicut fecit nobilis ille Filias Epiſcopus Thymniẽſis, qui præibat coronã nobilem beatorũ virorum,quos & literis & ſua morte plurimũ animauit ad martyriũ, ita vt etiam Filoromum ducẽ militũ Romanorum martyrẽ efficeret. lib. Hiſt. Eccleſ. 8.c.10. Secundo, vt quia tanti viri negabant omnia, homines,& diuitias: & torméta horribilia portabant, nullus dubitaret eos ſequi per viam illam. Nõ enim iſta paſsi eſſent, ſi nõ ſciuiſſent certiſsime alibi fore meliorem vitam. Secũdo, principaliter hoc fecit Dominus ad puniẽdos ſacerdotes, ſicut ſcribitur Hiſt. Eccleſ. li. 8. ca. 1. quod quia ſacerdotes tunc temporis ſe inuicem mordebãt & lacerabant, iratus Dominus omnes Eccleſias vna die deſtruxit. Et ideo dicebat Apoſtolus: *Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem cõſumamini*. Tertio, vt ſciãt Epiſcopi & Archidiaconi ſe eſſe primos, qui debent aggredi prælium Chriſti. Nõ credant ſe habere ſtipẽdia Chriſti, niſi pro hæreditate ſua, quãdo tempus oportunũ eſt, militẽt: militent quidam contra tyrannos, ſi fidei reſiſtant. Inde dicitur: *Tempus eſt, vt incipiat iudicium à domo Dei*. Secundo, contra vitia, expugnando & extirpando ea, Sed nunc credo quod pauci facerẽt ſicut Vincentius, qui cubarent in carceribus propter nomẽ Chriſti, cum didicerint mollia ſtrata. Duplices autẽ ſunt ſtipẽdiarij. Quidã qui nihil habent in terra, ſed ſolũ pro ſtipendijs militant: & tales, cum finitur guerra, eijciuntur,& nihil capiunt in terra. Alij ſunt,qui militãt pro terra, nec curant de ſtipendijs, dũmodo lucrẽtur terram, & habitent in ea: & tales patiuntur multa,& quærunt pacem,& nõ eijciũtur de terra. Multi ſunt ſimiles primis, qui militant in hoc mundo, vt aggregent ſibi infinita ſtipendia, ſed de terra viuentium non curant: ideo in ea nihil habent.

Ioan. 10

Paſtores Eccleſiæ quare Deus permiſit primos ferre perſecutionem.

1 Stipendiarij duplices, & qui ſint moraliter.

DE EODEM SANCTO SER. II. & in ordine LIX. Per Thema præced.

QVęritur. Quare dicit Dñs, quod dabit edere de ligno vitæ vincenti, cũ ita ſit, quod vincẽtes merentur coronam? Dicitur primo, quod præmium promiſſum vincẽtibus omne meritũ excedit, ſecundum illud: *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*. Ideo quia tantum eſt præmiũ, non dat ipſum Deus niſi valentibus hominibus, qui victores ſunt nõ vnius cohortis, ſed totius mundi. Vult enim Dominus militẽ ſuum eſſe tãtę virtutis, vt totum mundũ vincat, ſicut ipſe vicit, dicẽs: *Confidite, ego vici mundum*. Vnde ſi ſcirent homines pretioſitatem illius promiſsionis, non ſolum non formidarent diſcrimina certaminum, ſed etiam multo deſiderio deſiderarent, ſicut Paulus, qui viderat. Si enim tot & tanta diſcrimina vilipendunt ſæculares pugnantes pro gloria momentanea vel mercede viliſsima: quid facerent bellatores ſpirituales, ſi lucide ac viuaciter perpenderẽt coronam gloriæ? ſicut fecit B. Vincentius, qui vi & violentia ingreſſus eſt regnum, & taliter, quod ipſe fuit tam multipliciter percuſſus,& tot ictus habuit intrando,& tantum excalidatus eſt, & tantum de aqua coquinæ huius mundi habuit,

Rom. 8

Ioan. 16

A Vincentibus ſolis datur præmiũ inæſtimabile cæli.

Digitized by Google

buit, quod in eo nō remansit pellis integra. Sic fecerunt & beatus Stephanus & beatus Laurentius, ita vt illi constituerēt vnā pulchrā & infatigabilem trinitatem Archidiaconorum. Dicitur secūdo, quod licet præmiū vincētium designetur quādoque nomine coronę, tamē etiam rectē designatur per Thema, cū dicitur: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Cuius ratio est. Nā iustum est, quod qui custodit arborem, comedat de fructibus eius. *Qui seruat ficū, comedet fructus eius.* Sed vincētes martyres pro custodia ligni vitæ, se morti expoluerūt, igitur bene debuerūt de eo comedere, & per cōsequens de Vincētio martyre bene dicitur: *Vincenti dabo,* &c. Hūc fructū debemus sicut parui pueri petere à matre nostra Maria, dicētes sibi: Monstra te esse matrē, da nobis de fructu tuo, & vt posſimus illum habere, dicemus ei: Aue, &c.

B *Vincentiū præmiū cur dicitur esse ejus ligni vitæ.* Pro. 27.

Postquā dictū est de titulis nostri militis Vincētij, hic cōsequenter dicēdum est de victoria eius. Vicit autē Dacianū præsidem. Primo in vita. Secūdo post mortē.

Quo ad primum, dicit Ioan. Beleth. & idem recitat Ptolomæus de Luca, quod beatus Sixtus venit in Hispanias, & tandē secum duxit Laurentium & Vincentium parentes suos, sed Laurentio remanente Vincentius redijt. Hoc tamen non videtur verū, quia inter vtrorūque martyria fluxerūt fere quadraginta anni, & vterq; mortuus est iuuenis pro Christo; bene nihilominus cōcedo quod fuerunt cōsanguinei. Sed merito prędicatur beatus Vincentius tamquā glorioſus martyr & miles inuictus, qui in tot certaminibus, & in tot generibus tormentorum vicit Dacianum. Eo enim glorioſior est victoria, & nobilior triumphus, quo in pluribus & grauioribus certaminibus victor hostē superat. Vicit autē Vincentius Dacianum in septem generibus bellorū seu tormētorum, quibus conabatur eum hostis à fide Christi auertere. Primum tormentum Vincētij fuit, quod à Cæsarausta cū Valerio tractus est dure Valenciam, vt grauaretur timore. Sed quomodo dicimus esse tormentum ire de villa vna ad aliam visitare suam diœcesim? Hoc enim faciunt multi ad spaciamentum eorum. Dicitur, quod quoad corpus magnum erat ei tormentum. Primo, quia iuuenis erat delicatus, de nobili genere natus, & tunc trahi cum catenis & ferro per magnū iter erat res difficilis ad portandum. Secundo, quia videbat magistrum suum antiquū, quem diligebat, pene deficere in via prę lassitudine, libenter eum portasset, si potuisset. Ideo in hoc etiam non solo corpore, sed etiam compatiendo mente quassabatur. Secundo, quoad animam erat sibi gaudium propter tria. Primo, quia numquam validus miles lente iuit ad pugnam, sed semper cum gaudio. Iste autem validus Christi miles sciebat se inuitatum ad pugnam, & ibi subire debere certamē maximum, ideo in animo gaudebat quo ad seipsum. Secundo, quia toto tempore vitæ suę anhelabat ad Christum, tunc autem pergebat ad eum: ideo summopere hoc affectabat, vt possit dicere illud Apostoli: *Sequor, si comprehendam.* Sequebatur enim currus, vt comprehenderet Christum, & ita comprehēdit eum; quia promiserat Dominus: *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo.* Nō est enim hic locus quiescendi, sed in futuro. Vnde Bernar. loquens ad Luciferum: O impudens & imprudens, millia millium ministrabant ei, & decies centena milla assistebāt ei, & alijs ministrantibus & laborantibus sedere præsumis? Hic enim opus est laborandi. *Labora sicut bonus miles Christi.* Tertio, quia videbat suum Dominum prius fatigatum ex itinere. Ideo gaudebat se assimilari Domino suo; & ideo gaudium spiritus subleuabat læsionem corporis. Differenter tamen à Domino fatigabatur, quia fatigatus Dominus statim accepit refectionem multiplicem, vt patet Ioan. 4. sed hic Vincentius non.

C *Vincētio tormentum erat quo ad corpus trahi de loco ad locū, sed gaudiū quoad animā.* Phil. 3. Apoc. 3 2 Tim. 2 Ioann. 4

Secundum tormentum huic lassitudini adiunctum est. Nam in carcere horrendum cum suo magistro detrusus est

cum

cum catenis & immensis ferri ponderibus, vt eorum membra quassarentur, & deinde famis inopia consumerentur. Solent incarcerādi, cum intrant carceres, iocose iurare, quod non sponte illuc venerunt, sed iste sponte venit, dicēs illud Petri: *Domine tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire.* Sed non sicut Petrus, quia Petrus fuit statim victus, & negauit: iste vero non victus est, nec negauit, sed cōfisus est in Domino, & Dominus non dereliquit eum, imo nutriuit eū. Ipse enim est verus amicus, qui nō deficit in necessitate, & hoc promiserat in Themate: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ*. Primi parētes non comederunt de ligno vitæ, & ideo morti adiudicati sunt: iste autem ibi abstinens fuit, & gulam vicit: ideo de eo: *Vincenti dabo*, &c. Secundo, scriptum erat in Psalmo: *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet*. Si enim quadraginta annis in deserto sibi rebelles pauit, cur non etiam sibi fideles milites? Et ideo post multos dies Dacianus iubet eos coram se sisti, & cum videt eos quā ante fortiores, turbatur, & dixit suis satellitibus: Vt quid istis largiori pastu indulsistis & potu? In quo docemur, quod nō miremur modo, si illi, qui sunt ex parte diaboli, non possunt in hoc mundo pati viuere bonos, & si ab eis auferant nō solum superflua, sed etiam necessaria, & victum & vestitū, vt etiam non habeant vnde viuere: peiores Pharaone, qui populum Israel grauabat oneribus, sed tamē (vt dicitur in Exodo) comedebant allia & pepones, & sedebant ad ollas carnium. Nescio si modo habeant panem ad comedendum. Nō ergo miremini, si boni & sancti viri cadant in manus impiorū, & si sit inter eos pugna perpetua, quia ab initio hæc pugna incepit, quando Cain Abel interfecit, & durabit vsque ad finem mūdi, vt dicit Gregorius super Ezechielem.

Nota. Luc. 22. D Amicus verus est Deus nō deficiens in necessitate. Psal. 54 Exo. 16.

Tertium tormentū fuit distractio mēbrorum eius in eculeo. Nam cum essent præsentati, dixit Dacianus Valerio: Quid agis Valeri contra decreta Principum? Cumque Valerius vir miræ simplicitatis tardius respondisset, dixit ei Vincentius: Si iubes pater sancte, responsis iudicem aggrediar. Cui Valerius: Iam tibi dudū, fili charissime, diuini verbi curam commiseram, & nunc pro fide, qua astamus, responsa committo. Sed quomodo, nonne Episcopus debebat portare verbum, sicut maior ante minorem debet loqui? Dicitur, quod hoc Valerius permisit propter tria. Primo, quia videbat hostē terribilem, & grandis astutiæ & crudelitatis, ideo attendebat, quod ad impugnandum eum requirebantur arma potentia. Arma vero, quibus voluit Dominus suos pugnare, est lingua: & ideo cum misit milites suos Apostolos in mundum, armauit linguas eorū, dans eis omne genus loquēdi, & ob hoc Spiritus sanctus in specie linguarū apparuit. Cum ergo sciret, quod arma sua, scilicet lingua eius, erāt eruginata, arma vero Vincētij valida & fortia: ideo dedit ei auctoritatē loquendi. Secūdo, quia senex erat Valerius, & iuuenis Vincētius & fortior, & caritate feruētior, ideo ei incūbebat acrior pugna. Propter hoc, quia verba erant incentiua tyranno, cōmisit ei respōsum. Tertio, quia licebat Episcopis arguere impios de sua diœcesi, & singulariter iudices qui mala faciunt, iuxta illud: *Argue, obsecra, increpa in omni patiētia & doctrina*. Et quia ad arguēdum requiritur verbum asperum & satis cito prolatū, ipse autē nō habebat disertam linguā, ideo Vincentio tamquam suo vicario cōmisit sermonem, ad arguendū iudicem crudelitatis. Tūc Vincentius ad iudicē: Hactenus suasisti negare fidē, sed nefarium est apud Christianos Dei cultū abnegando blasphemare. Tūc tēporis credo quod nefariū erat, sed modo non. Vnus mercator fidē suā nō timebit negare & promissum, imo quod fide sua signatū est, abiurabit, & in iustitia defendet nūquam se fecisse. Sed modo res est cōmunis fidem negare, ideo pauci faciūt circa hoc difficultatem. Tūc iratus iudex iubet Episcopū in exiliū ire. Boni Episcopi tempore præterito

P Vincentio commissa est pronuncia respondēdi tyranno ab Episcopo Valerio propter multa. 2 Tim. 4

omnes

omnes exultabat. Quare, quia non obtẽperabãt malis edictis principum, sed obtiabant: nunc autem nõ est ita, quia nolunt esse martyres, sufficit eis quod sint cõfessores. Vincẽtium vero iubet extẽdi in eculeo, & distrahi tenera mẽbra. Vnde mali & boni in hoc mundo extendũtur in gehenna, sed differẽter boni extẽduntur à Deo, & diabolo siue mũdo; à Deo, vt sint in exemplũ sequẽtibus. Ps. *Extendens cælum*, id est, homines cælestes, *sicut pellem*, vt scilicet pellibus, id est, exemplis eorũ vestiamur. Sed à diabolo, vt blasphement nomẽ Dñi: quia de Iob dixit diabolus Dño: *Mitte manum tuã, & tãge os eius & carnẽ, & videbis quod in facẽ benedicat* ironice, id est, maledicat *tibi*. Sic sancti martyres à diabolo & ministris eius, vt blasphement nomẽ Dñi, & negẽt ipsum. Malivero hic extendũtur in gehẽna, vt confiteãtur peccata, & qui hic nõ gehennãtur, in æterna gehẽna ignis cõburentur. Et non mireris si multos videas, qui hic alios gehennãt, quia illi semel gehennabũtur. Inter hæc autem patienti animo persistebat Vincẽtius, nihil dicẽs, sed orãs Dominũ, & in hoc vincebat vitiũ irę per patientiã, sciens illud promissum vincenti: *Qui vicerit, non lædetur à morte secunda*. Qui enim vincit hoc vitiũ, mala huius mũdi patiẽter tolerãdo, quæ solent homines cõcitare ad iurgia, & odiũ, & impatientiã, non lędetur à morte secunda. Mors secũda est separatio animæ à Deo. O quã multi sunt tenentes rancorẽ in cordibus suis. Tales debẽt timere à morte ista, eo quod infirmi sint illa infirmitate, quæ facit mori animã, quæ est odiũ Dei & proximi. Per illud enim odium separatur Deus ab anima, & per amorẽ iungitur ei. Quartũ genus tormentorũ, est verberatio præcepta à Daciano suis satellitibus: ita vt per totũ corpus verberaretur & extenderetur. Et cũ sic extẽderetur in eculeo, dixit Dacianus: Quid dicis Vincẽti, vel vbi conspicis tuũ miserabile corpus? Respõdit Vincentius alacri vultu: Hoc est quod semper optaui, hoc est quod votis omnibus exquisiui. Nemo mihi amicitior, nemo familiarior fuit. Tu solus meis maximevotis cõcordas. Sed quomodo amabat illas passiones, cũ de se sint malæ? Ad hoc dicitur, quod amor rectus est, quo quis amat regnum & viã eius. Via regni tribulatio est, quia *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei*. Cognoscebat ergo mortem esse portũ regni, ideo dixit: Hoc est quod semper optaui. Et subdidit: Ecce iã in sublime agor, & omnes principes tuos sæculo altior tyrãne despicio. Nolo vt gloriam meã minuas, nec dãna inferas laudi. Paratus est enim Dei seruus ad omnia pro Saluatoris nomine sustinenda: timebat enim, ne sibi præmiũ æternũ minueretur. Nolebat autẽ pondus diminui, ad quod gloria ęterna ei reddenda erat, sciẽs illud Apostoli: *Id quod in præsenti est momẽtaneũ & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternũ gloriæ pondus operatur in nobis*. Quę tamen gloria, quãto magis quis tribulatur, tanto maior redditur. Ad hoc propositum dicit Ber. Si pœnitẽtia nostra crudeli miseratione minuitur, paulatim gẽmis corona nostra priuatur. Sed contra Vincentius volens pœnitentiã & tribulationẽ augeri, prouocabat tyrannũ, dicẽs: Insurge ergo, & toto malignitatis spiritu debacchare, videbis me Dei virtute plus posse qui torqueor, quàm possis ipse qui torques. Poterat enim dicere illud Psal. *Super inimicos meos despexit oculus meus*. Crudelitate (inquit) qua spiras, pręstabis mihi gloriã, cum inter grauiora suppliciorũ meorũ exitia vinceris. Vnde ego singulariter gaudeo, quia dũ patior, vindicabor. Sed vnde in Vincentio tãta processit audacia? Potest dici. Primo, quod ex conditione quodãmodo hominũ patriæ illius. Nam multum sunt manẽtes & firmati in suis opinionibus. Et inde est similiter quod B. Laurentius quasi simili modo multa passus est. Dicitur secundo, quod hoc fecit amor Dei. Nam sicut clarescente lumine solis non reputatur magnæ vtilitatis lumen lucernæ, sic non reputabant sancti Martyres ignẽ exterius in corpore.

Pſ.103. F Gehennantur boni & mali in hoc mũdo, sed indifferenter. Iob 2.

Apoc. 2

G Tribulationis recte amari potest & petis.

Act. 14

1. Cor. 4

Psal. 53

H Vincẽtij constantia magna vnde processit.

ſæuientem, cum in ſe haberēt ampliorem feruorē charitatis interne. Dicitur tertio, quod hoc potuit feciſſe confidētia, quam habebat de Deo, cuius auxiliū ſperabat ſibi ſemper affuturū. Inde dicebat: Videbis me Dei virtute plus poſſe, &c. Sed ecōtrario multi nō figūt ſpem ſuā in Deo, & ad ea quæ Dei ſunt, impotentes ſunt, & ad ea quę mundi ſunt, valde potentes, vt ad feſtiuādum vel extraneos vel propinquos multa parati ſunt expendere, vt dicatur de eis, quod bene feſtiuauerunt, ſed pro pauperibus nihil. Quarto, hoc etiā poterat feciſſe diuina cōſolatio, quam habebat in tormētis, quia ait Pſal. in perſona cuiuſcumque tribulati pro Deo: *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Vide amplius in ſermone Adriani in ſecunda parte poſt ſermones Natiuitatis Mariæ. Conſequenter cœpit clamare Dacianus, & quaſi furēs virgis percutere ſuos apparitores: & ideo tunc ait Vincētius: Quid dicis Daciane? Ecce iā de tuis apparitoribus vindicor, vltionem mihi in pœna ipſe feciſti, deinde ſe laniat. Nam dum furit præſes, & ſtridet dentibus, & martyrem lacerat, ſe potius ipſe laniat. Ceſſant carnifices fatigati, vt putares eos in tormentis ſancti Martyris torqueri. Tunc clamare cœpit Dacianus toruis oculis militibus ſuis & quaſi exanguis, dicens: Quid agitis? Non enim agnoſco manus veſtras, homicidas pertinaciter obſiſtentes ſæpe viciſtis, paricidarum, magorumque alta ſilentia rupiſtis, arcana quoque adulterorū vobis incumbētibus patefacta ſunt, & quiſquis pro confeſsione ſui reatus mori timebat, in mortem ſua confeſsione perductus eſt. Hodie, ô milites principū meorum, quod in contumeliam noſtrorū Imperatorum dicitur, non poſſumus cohibere, vt vel pro ſolo pudore noſtro taceatur. Sed vos continete pauliſper dexteras, vires reſumite, vt improbum hoſtē innouatus miles ad pœnā durius coërceat. Quintum genus tormētorum eſt, quod adhuc exulens diſtenſus in eculeo, & ſic virgis & fuſtibus cæſus, vngulis, id eſt, cardis tota carne vndique laniatur, & pectines vſque ad intima coſtarum penetrant, ita vt de toto corpore ſanguis efflueret, & rimarentur viſcera, & diſſoluerētur nerui & venę. Sed ad hęc ſubridens erat Vincentius. Quid ſubridens? Riſus enim ex aliqua fatuitate vel leuitate procedit, in eo neque leuitas neque fatuitas erat. Item: *Tempus flēdi & tēpus videndi.* Tunc enim cū torquebatur, tēpus erat plangendi & non ridēdi. Dicitur ad hoc, quod differētia eſt inter ridere & ſubridere. Nam ridere proprie cauſatur ex fatuitate ſui, vel ex fatuitate alterius & leuitate ſui, ſicut ſi filius tuus aliquam faciat ſtultitiā, tu propter eius ſtultitiā, & tuam leuitatē rides. Inde nō legitur Dominus riſiſſe. Sed ſubridere eſt diminutiuum de ridere, & cōpetit ſapientibus, & cauſatur ex fatuitate alterius cum contēptu illius fatuitatis, ideo cum illa ſubriſione ſępe mouetur caput. Sic ſubridebat Vincentius contēnendo fatuitatem alterius, dicēs: Hoc eſt ſane quod legitur, *Videntes non videbunt, & audientes non intelligēt.* Dominum enim Chriſtum confiteor altiſsimi Patris vnici vnicū, ipſum cū Patre & Spiritu ſancto vnū ſolum Deū eſſe proteſtor. Plane debes torquere, ſi mentiar, ſi deos principes tuos dicam. Sed torque diutius confitentē, nec à me obſecro pœna ceſſet, vt vel ſic poſsis probatā ſpiritu ſacrilego ſuſpirare veritatē, eiuſq; me inſuperabilē agnoſcere confeſſorem. Nam quos iubes deos confiteri, idola ſunt lignea & lapidea. Tu illorū teſtis, tu quoque mortuorum fias mortuus pontifex, ego vni & vero Deo ſacrifico, qui eſt benedictus in ſęcula. O qualē diſputationē! Vnus impugnat & opponit griffis ſicut accipiter: alius tantum verbo defendit, & vincit. Sic eſt modo. Impugnatur pauper homo griffis raptorum, & diſsipatur eius ſubſtantia, ita quod per potētias cadit, & nullum eſt remedium niſi oratio, quæ in fine vincet. Vnde dicebat Prudentius, qui fecit ob honorem eius illum pulchrum

Pſal. 93

Eccles. 3

Ridere eſt leuitā ſubridere ſapiētiæ.

Luc. 8.

Hym-

Nota. Hymnum, Beate martyr prosperа, quod Daciano fertur Vincentius respondisse. Tormenta, carcer, vngula, & ardēs flāmis lamina, atq; ipsarū pœnarum vltima mors Christianis ludus est. Tunc Dacianus vinctum retortū brachijs, extendite (inquit) sursum ac deorsum, cōpago donec ossium mēbratim crepet, vt per rimas vulnerū iecur reiectum palpitet. Ridebat hic miles Dei manus cruētas increpans, quod fixa nō profundius staret arctius vngula. In hoc primo cōsiderare debemus qualiter Vincentius carnem suam antea nutriebat, quādo inter tormēta sic eā exponebat, & inde creditur fuisse virgo, & victoriā maximā habuisse super car
Apoc. 3 nem illā. Promisit autē Deus: *Qui vicerit, vestietur vestimētis albis*, scilicet cādore virginitatis. Secūdo, facile perpēditur quod Vincētius erat de lapidibus melius martellatis, ideo ponetur in illa superiori ciuitate in loco altiori. Vnde in tēplo Salomonis nō sunt audita ferramenta neque ictus malleorū, sed omnia apportabantur de Libano iam parata. Sic in hoc mundo oportet martellari, & illi, qui amplius erunt martellati, ponentur in altiori loco.

K. Tribulationibus aptātur homines ad ædificium celeste. Vas autē pretiosum nō est, quod cito frāgitur, sicut vitrū, licet sit clarū, sed quod non facile frāgitur, sicut vas aureū & argenteum. Sic nec reputandus est qui cito cedit tentationi vel tribulationi, licet sit clarus genere, sciētia, aut diuitijs, sed qui insuperabilis est à tētationibus aut tribulationibus, sicut erat Vincentius. Tertio, considerandū quod Vincentius propter sui firmitatē & immobilitatē in fide Christi, per quā vicit tyrannū, meruit esse co-
Apoc. 3 lumna in tēplo Dei, iuxta illud: *Qui vicerit, faciā eū colūnam in tēplo Dei mei*. Non sic adulatores & superbi, qui quærunt permanere in fastigio honoris, nō sic homines leues, qui flectuntur ad omnē ventū: ideo factus est colūna in tēplo Dei & in templo cælesti, & etiā in tēplo Ecclesiæ militantis, ita quod in honore eius sunt multæ Ecclesiæ ædificatæ & fundatæ in diuersis locis. Sicut fuit fundata olim à Childeberto rege Francorum in honorē sancti Vincētij Ecclesia illa, quæ nūc dicitur sancti Germani de Pratis prope Parisios. Sextum genus tormentorum fuit craticula. Nam furibūdus præses videns nihil supereſſe in corpore, quod tortoribus offerret torquēdum; nam compages erant separatæ, interiora vbique patebant, & sanguis vbique effluebat, nō plus supererat vt suis irasceretur, sed tantum mirabatur in homine fortitudinē, quod sic vincebatur. Tunc sic ait Vincētio: Mi- L.
serere tui Vincenti, ne florē perdas nunc primum vernātis ætatis, & in primis annis positus vitam tibi minuas lōgiorem, parce supplicijs tuis, vt vel quæ superſunt tormenta lucreris. Dicebat tyrānus Vincentio: Miserere tuæ iuuentutis, vbi econtra volebat vt perderet suam iuuentutem, ita vt nihil proficeret. Vnde quādo bladum putrescit, cito ponitur ad expensas, ne totum putrefiat. Sic antequam corpus putrefiat, exponendum est labori, quia quando putrefiet, tunc erit nimis tarde operari, quia tunc simul anima putrefiet in sterquilinio inferni. Exemplum de lapide præsentato à Philosopho Alexandro Magno, qui plus ponderabat quā quæcumque res mundi sibi opposita, sed parua terra opertus omnē virtutē amittebat. Sic homo est maioris ponderis & æstimationis apud Deum quā quęcumq; res alia mundi, quamdiu anima eius non operitur terra, id est, terrena cupiditate vel terra inferni: dum tempus habemus, exerceamus ætatem nostram in laboribus & tribulationibus, & sequamur Vincentium, qui nec timore supplicij, nec amore vitæ transitoriæ deseruit inceptum opus confessionis fidei. Non sic faciunt, qui ad sibilum vnius verbi deijciuntur, vel qui ad flatū malæ suggestionis ad male agendum accenduntur, vel ad vnum verbum derisionis à bono inchoato impediuntur, vel ab suis adiutoribus in fugā vertuntur, vt verificetur illud: *Fugit impius nemine persequente*. Tribu- Pro. 28
lationes autem sunt adiutoria à Deo no-

Labori & tribulationi est exponendum corpus in hoc sæculo. *Nota.*

bis missa ad carnẽ castigandã, ad mundũ odiendum & fugiendũ, ad nos considerandum. Ideo exẽplo Vincentij persecutiones propriæ nõ sunt fugiendę, sed cum veniunt, amplectendæ, sicut fecit Iob, dicens: *Dominus dedit, Dominus abstulit*, &c. Et quasi quis dedisset sibi frustũ panis, benedixit Dñm. Fidelitas enim dñi requirit fidelitatem serui. Fuit autẽ Dñs fidelis nobis, in certamine crucis amore nostri perseuerãdo, ita vt noluerit descẽdere de cruce. Sic & nos exẽplo eius & Vincentij perseueremus, & habebimus sicut ille habuit gloriã. *Esto fidelis vsque ad mortẽ, & dabo tibi coronã vitæ.* Vnde bene cõpetit Vincentio verbum illud: *In diebus suis nõ pertimuit principẽ, & potẽtia nemo vicit eũ, nec superauit illum verbũ*, id est, adulationis, quo promittebat tyrãnus longã vitã. Sed ille Spiritu sancto plenus ait: O virosa diaboli lingua. Quid in me nõ facias. Nõ timeo quæcumque iratus impegeris, hoc magis formidini est, quod fingis te velle misereri. Percurrãt deniq; omnes pœnæ, & si quid tuæ artis peruersæ, si quid malignitatis viribus potueris, exerce. Debes enim dulcẽ sub amarissimo veneno fidẽ & fortitudinem ab animo experiri Christiano. Prẽstat quippe tolerãtiã fortitudinis, qui in Euãg. loquitur: *Nolite timere eos qui occidũt corpus, animã autẽ nõ possunt occidere.* Nihil ergo de supplicijs tuis minuas, vt in omnibus te victum fatearis. Tunc iratus Dacianus iubet ipsum ad duriora tormẽta pertrahi, scilicet ad pœnã ignis. Ipse autẽ tortores suos prẽueniẽs, moras carnificum arguendo, ad pœnã alacriter properabat. Tunc iubet prẽparari lectũ cũ ferreis costis, & subtus carbones, & Vincentius vltro cõscendit, ibi torquetur, flagellatur, distẽtus mẽbris crescit ad pœnã. Secundo, inferitur mẽbris de pressa asperitas laminarũ candentiũ, & statim flãma aruina respergitur, & salis minutiæ per mẽbra desiliũt, & iã nõ ad artus exteriores, se letiã ad ipsa intima tela iaciũtur, ita vt nulla corporis pars supererat, in qua plaga prius illata nõ renouaretur. Sed quẽritur primo, vtrum Vincẽtius bene agebat incitãdo sic eos ad irã? Videtur quod nõ, quia propter hoc magis plagabant eũ, & plura mala facicbant. Dicitur, quod illud nõ faciebat, vt incitaret eos ad malũ, sed vt ostenderet gloriã Dei, scilicet milites suos plus posse in pœnis Dei virtute, quã eos qui flagellabant. De hac quæstione vide sermone tertio de sancto Stephano. Secũdo quæritur, quare ita alacriter properabat ad tormentũ illud. Respõdetur, quod propter multa. Primo, quia cognoscebat se esse similẽ & eiusdẽ fortitudinis cũ suo parẽte & prædecessore Laurẽtio Leuita, qui craticulã conscenderat. Tunc enim laus erat maxima in Ecclesia Dei de B. Laurentio, ideo gaudebat qui similis erat in officio, similẽ se esse in martyrio. Secundo, quia merebatur fieri suauis hostia Christi & sacrificiũ eius, ideo poterat dicere quod dicebat Laurẽtius: Gaudeo plane, quia hostia Christi effici merui. Quidã enim sanctorũ martyrũ prius seruierant de cibo bullito, vt B. Eustachius, sed iste tamquam in vltima persecutione positus seruiebat de assato, & isti assabãt, & erant coqui Dei, qui præparabant eius cibum. O quã Dñs odoratus est odorẽ illius. Tertio, quia videbat illã craticulam esse pontẽ breuissimum ad transeundum mare huius sæculi, & ad perueniendũ ad paradisum. Nihil enim martyrij via cõpendiosius. Faciũt enim martyres in vna hora, quod vix alij in quinquaginta annis. Exemplum de illo sene, qui quadraginta nouem annis fleuit in deserto. Inter hæc manet immotus ille Dei famulus, semper erectis in cęlum luminibus, ad Christum semper habens mentẽ, quia scriptũ est in Ps. *Petra refugium herinacęs, & montes excelsi cerui.* Hinc hortatur Ieremias: *Esto te quasi columba nidificans in summo ore foraminis.* Sic nos in foraminibus Christi. Sic Vincentius videbat Dacianum circũuolãtem & sæuientem velut accipitrem, & existens in foramine nõ timebat. Aspersi etiã erant postes domus suæ scilicet intellectus & volũtatis sanguine agni, ideo

Iob 1.

Apoc. 2

Eccli. 48

Mat. 10

M Vincentius quare tam alacriter properabat ad pœnam ignis.

Nota.

Ps. 103.

Hier 48

N Christi vulnera sunt potissimũ remedia tribulatorum.

non

1. Re. 17 non timebat exterminatoris gladiũ. Hoc figuratum est vbi dicitur, quod cũ Goliat Philisthæus, id est Dacianus, exprobraret agminibus Israel, id est fidelium, cucurrit Dauid, id est Vincentius, ad locũ certaminis, & elegit quinque lapides limpidissimos de torrẽte, id est, quinque vulnera de Christi passione, & misit eos in perã suã, id est, commẽdauit memoriæ, & cũ illis quinque lapidibus & baculo crucis aggressus est Dacianum, & omnia tormẽta eius superauit. Bernard. Deuotus miles non sentiet sua, dum benigni ducis intuebitur vulnera. Septimum tormẽtum est, lectus super testas acutissimas. Nunciant enim ministri Daciano, quod lætior in pœnis staret, & fortiori spiritu semper Dominũ cõfiteretur. Heu, ait Dacianus, vincimur. Sed iam nunc vt diutius viuat in pœna, eũ teterrimo in carcere recludite, & ibi testas acutissimas cõgerite, pedes eius ligno affigite, & sine omni humano solatio super testas relinquite, & cũ defecerit, nũciate. Fauẽt ministri crudeles crudeliori domino. Sed ecce rex, pro quo miles patitur pœnã, eã cõmutat in gloriã, Psalm. 9 quia (secundũ Psal.) *nõ in finẽ oblivio erit pauperis, patientia pauperũ non peribit in finem.* Nã tenebræ carceris ab immẽsa luce expellũtur, testarũ asperitas in omni florũ suauitate mutatur, pedes dissoluũtur, & Angelorũ solatio venerãdo perfruitur. Cũque modulatio vocis angelicę auditur, & mira suauitas florũ diffunditur, custodes cũ per rimas carceris viderent quod intus erat, crediderũt. Venerat tunc multitudo vicina fideliũ dudũ de ipsius mœsta supplicijs, sed iã de cõcessa sibi gloria alacris, quibus dixit: Nolite timere. Miremini potius & semper asserite Christũ in suis seruis semper esse victorẽ. Renũciate igitur Daciano, quia perfruor luce, & si quid inuenerit, cõmentetur. Siquidẽ solam illius misericordiã timeo, ne videatur velle ignoscere. Ad hanc renũciationem exãgius Dacianus, se victũ fatetur, & ne glorioſus magis appareat inter tormenta, iubet in strato molli in medio ciuitatis recubare martyrem, vt postmodũ reductis cicatricibus, nouis eum supplicijs subderet. Sed dũ alius cogitat de supplicijs, Dñs cogitat de præmio martyris. Nã pretiosam resolutus in mortẽ spiritũ cęlo reddidit, & sic victor remãsit Vincentius. Secundo, vicit Dacianũ post mortẽ. Postquã enim Dacianus se vidit in vita victũ, voluit se vindicare post mortẽ, & vincere Vincentiũ. Crudelissimũ autẽ est se vindicare post mortem, inde dicitur de lãcea Saluatoris: Mucrone dirę lãceę, cũ dicãtur dulces claui, qui eũ cõfixerunt in vita. Primo bestijs exponitur, sed coruus eruit, & lupus declinat vidẽs ibi custodiã Angelicã; in quo sunt homines deteriores lupis: lupi dimittũt desæuire in homines propter illã custodiã, & homines cognoscentes illud, nõ dimittũt sæuire. Exemplũ de illis, qui tẽpore Diocletiani apud Palæstinã & Tyrũ exposiți sunt leonibus, & tigribus, & tauris & vrsis, li. 8. Hist. Eccl. c. 7. Cornius autẽ custodiebat eũ, & nesciebat cui custodiebat illũ thesaurum. Sic rapaces homines thesaurizãt, & ignorãt cui congregabunt ea. Secundo, exponit mari, lapide in collo posito, sed nõ retinet mare, imo statim citius ad portũ peruenit. Sanctis autẽ reuelatur, qui illud corpus in loco sacro reposuerũt, qui postea tãtis miraculis claruit, vt multæ Ecclesiæ fundatæ sint in honorẽ eius. Vnde Grego. Turon. Apud territoriũ Pictauiũ vicus est nomine Beccicus, in quo habẽtur Vincẽtij reliquiæ, cuius solẽnitas 12. Kalẽdas mẽsis vndecimi celebratur. Sed incolę loci, & pręcipue Archipresbyter errorẽ nescio quẽ passus, ante diẽ eã voluit celebrare. Dictis missis cũ ad cõuiuiũ resideret, ecce vnus ex energumenis clamare cœpit & dicere: Currite ciues, egredimini âvico, exite obuiã beato Vincẽtio, ecce ad vigilias venit, ecce festa eius crastino habituri eritis die. Hæc eo dicente, renouãt solẽnia, & tota nocte in vigilijs excubãt. Mane facto, dũ missa celebraretur, hic energumenus & cum eo alij duo mundati sunt, & duo paralytici directi. Aliud narrat. Cum peregrini quidam

O Vincẽtius post mortem crudelissima.

dam deferrẽt eius reliquias, ad cuiusdam tugurium pauperis in vrbe Turonica in quodã vico accesserunt. In crastino ibidẽ super illas reliquias duo paralytici curati sunt, & vnus cæcus lumẽ recepit. Refert etiã, quod nõ procul ab illo vico est alius vicus, in cuius Ecclesia huius sancti habẽtur reliquiæ, quæ cum ablatæ fuissent, & ipse fur in Biturigo cuidã Abbati accepto pretio reliquisset, reuelatũ est Abbati, vt eas loco, vnde dimotę fuerãt, restitueret, & etiam Archipresbytero illi monasterio propinquo manifestatum est per visum. Quibus acceptis cũ psallerẽt, homo quidã, qui per annũ integrũ oppressus graui ægritudine decubabat, inter suorum deportatus manus, vtvelũ, quo sanctę tegebãtur reliquię, suppliciter adorãs osculatus est, mox sanatus alios in exequijs martyrialibus est sequutus. Si ita fecit extraneis, nõ dubiũ quin etiã faciet suis, dicens illud Ps. *Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui: Portio mea Domine*, id est fideles mihi seruiẽtes, *sit in terra viuentiũ.*

Ps. 118

Ps. 141.

IN CONVERSIONE S. PAVLI, Sermo I. & in ord. LX. Per Thema.

Psal 76 Mut. 21

A Pauli conuersio multiplici de causa celebratur.

Hæc mutatio dexteræ excelsi. A Domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris. Cũ aliorũ Sanctorũ mors siue consummatio summis laudibus celebretur, iuxta illud Psal. *Pretiosa in cõspectu Dñi mors sanctorũ eius*, specialiter tamen solius Pauli inchoatio & conuersio summis extollitur præconijs, & hoc multiplici ratione. Prima, quia huius cõuersio fuit inter omnes mirabilis. Miraculũ enim fuit tã subitæ & tã insperatæ mutationis. Cõuersiones etiã aliorũ sanctorũ factæ sunt per inuisibilẽ gratiã interiora illuminantẽ, ista autẽ incõsueta fuit facta pervisibilẽ Dñi apparitionẽ. Quãdo autẽ aliqua res est mirabilis, libẽter eã recitamus. Propter quod eã hodie solẽniter recitat Ecclesia, & admiratur per verba Thematis, dicẽs: *Hæc mutatio*, &c. Secunda ratio, quia eius cõuersio fuit Angelis materia gaudij. Si enim *gaudiũ magnũ est coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiã agẽte*, quantũ putatis fuisse gaudiũ in huius peccatoris cõuersione, per cuius ministerium maxima ruinę Angelicę portio reparãda erat, qui etiã Angelicã virginitatis plantã, sua prędicatione & suo cõsilio plãtare debebat in terris? Nõ igitur mirũ est, si militãs Ecclesia suę matri Ecclesię triũphanti se cõformãdo in hac solẽnitate gaudeat, & huiusmodi conuersionẽ celebret. Tertia ratio, quia hęc cõuersio norma est & exẽplar vita & iustis & peccatoribus. Iustis quidẽ, ne peccatores despiciãt, & vt humiliẽtur, quia qui modo peccator est, sanctus & iustus futurus est, vt patuit in Paulo, qui prius acerrimus Ecclesię persecutor, postea factus est celeberrimus prædicator. Sed & qui nũc mũdi iudicio sanctus est, in Dei præsentia seu præsciẽtia diabolus est, vt apparuit in Iuda, quẽ elegit Dñs inter Apost. & tamẽ dixit: *Nõne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est?* Vnde, in Christianis finis quæritur, nõ principia. *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* Est etiã peccatoribus erectio spei, & desperationis ablatio. Sunt enim aliqui peccatores, qui bene cõuerti vellẽt, sed ex malorũ multitudine, vel diffidẽtia de misericordia Dei, vel propter ignorantiã efficaciæ ipsius misericordiæ eorum cõuersio impeditur, sed attẽdẽti Pauli conuersionem nullius desperationi locus relinquitur. Inde Bernar. In hac enim conuersione & peccator spẽ cõcipit veniæ, vt perducatur ad pœnitentiã, & qui iã pœnitet, perfectæ conuersionis accipit formã. Vnde aiebat: *Christus Iesus venit in hunc mundũ peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum.* Glos. Primus non tẽpore, sed peccatorũ magnitudine. Quarta ratio, quia tunc tẽporis eius cõuersio fuit Ecclesiæ multum gaudiosa. In curia enim regis vel nobiliũ maius fit festũ de vno ceruo siluestri, vel apro capto venatice, quàm de quinque arietibus vel decem bobus, & quanto cũ maiori difficultate capitur, tanto maius gignitur gaudium, & magis laudatur venator & diligitur. Sic in Ecclesia, quæ est summi regis curia, maius gaudiũ fit de cõuersione vnius magni peccatoris, quã de multis

Luc. 15.

Ioan. 6.

1. Cor. 10.

1. Tim. 1.

Nota similitudinem.

multis iustis. Et quia Paulus ante cõuersionẽ erat magnus aper, qui omnes volebat deuorare, qui eũ volebãt capere, qui
Psal. 79 vastabat Ecclesiã Dei, iuxta illud Ps. *Exterminauit eã aper de silua* synagogę, quę tũc manebat inculta ad modũ siluę. Ideo nil mirũ si de captione eius magnũ festũ facit Ecclesia, & in eius conuersione laudatur Deus in sanctis suis mirabilis. Et sicut quãdo bestia est ferocissima, & in prõptu vt capiatur, rex per seipsum vult habere honorẽ, & primus eam spiculo vel iaculo vulnerat, & ad terrã prosternit: sic per se Dominus voluit sagitta sua potẽti intima cordis eius penetrare, & sic ad literam ad
Deu. 32 terrã eum prosternere, dicẽs: *Ego percutiã, & ego sanabo*, imo percutiendo sanat. Psal.
Ps. 119. *Sagittæ potentis acutæ*. Hac sagitta vulnerata
Cant. 5. est Maria dicens: *Vulnerata charitate ego sum*, qua amoris sagitta vulnerari eius medio petamus, dicentes: Aue.

B *Motus & mutationis differentia, ac periculũ mutationis subitæ in moribus.*

Secundum Philosophum omnis motus tẽporaneus est, & fit in tẽpore, nec subitus. Omnis autẽ mutatio subita est. Mutatio vero subita periculosa est, nisi à Deo procedat. Aliquando enim iuuenes subita deuotione cõuertuntur ad Deum vouendo & vota emittẽdo, vnde postea pœnitẽt. In vitis Patrũ dicebat quidã sanctus vir: Si viderem iuuenẽ ex deuotione habentẽ vnũ pedẽ in paradiso, ego retraherẽ alterũ, ne subito intraret. Paulus vero subito (etiã dũ actu peccabat) cõuersus est, ideo hęc mutatio dicitur mutatio dextęrę excelsi. Plures enim mouẽtur ad bonum, sed lente, iste vero subito. Et quia (secundũ Arist. 5. Phys.) omnis mutatio subita est generatio & corruptio, corruptio autẽ præcedit generationẽ, quæ est à non esse rei ad esse, ideo in generatione Pauli, qua genitus est filius Ecclesiæ & qua processit de nõ esse per peccatũ, quia
Esa. 40. *gentes quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei.* Peccator enim nihil valet ad esse per gratiã, oportet quod præcesserit corruptio. Primo igitur sermone dicamus de corruptione Pauli, quomodo iniquitate & malitia corruptus est. Secũdo vero, quomodo genitus est filius Ecclesiæ, vt sic quilibet videre possit manifeste quomodo hæc mutatio dexteræ excelsi. Triplicẽ autem assignat in Paulo scriptura malitię corruptionem. Prima fuit malitia cordis. Erat enim Saulus spirãs cędis, id est, desiderans cædẽ & occisionẽ sanctorum, non quod legatur manũ in sanctos posuisse, licet fuerit consentiens neci B. Stephani. Vnde super illo Actuũ: *Saulus autẽ deuastabat Ecclesiam, per domos intrans, & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam*, id est, in carcerem. Glos. Deus enim præseruauit eum, ne manus eius polluerentur sanguine, sine tamen intermissione sanctorũ sanguinẽ sitiebat. Iob: *Pulli aquilæ*, id est, diaboli, *lambent sanguinẽ*, sicut canes carnificis. Inde & canes linxerunt sanguinem Naboth, id est, desiderauerunt. Sed nõ est permissus tangere. Hinc Aug. in Epist. ad Donatistã: Quia mala voluntas nõ est sue permittenda libertati, nam Paulus nõ est permissus vti pessima volũtate, qua Ecclesiã persequebatur. Vnde: *Quomodo tũc is qui secundũ carnẽ natus fuerat, persequebatur eũ qui secundũ spiritũ: ita & nũc.* Tunc enim Paulus erat de Hierusalẽ terrena, quę seruit cum filijs suis. Erat enim tunc lupus anhelans ad cædẽ & deuorationẽ ouium. De quo Augu. dicit in spiritu prophetico vidisse Iacob hãc mutationẽ mirabilẽ. *Beniamin lupus rapax mane comedet prædã, & vespere diuidet spolia*. Fuit enim de tribu Beniamin, vt ipse testatur Philip. 3. Quod autẽ recte per Beniamin significetur, patet, quia sicut Beniamin fuit frater minimus & nouissimus inter omnes Patriarchas, & inter omnes à patre dilectissimus. *Beniamin amantissimus Domini.* Sic iste minimus humilitate, nouissimus Apostolorũ vocatione, dilectus à Deo super omnes, vt patuit in gratia sibi collata in gentibus ad fidem conuertendis. Vnde & dicere potest Dominus: *Dilectus meus mihi & ego illi*, id est, dilectus meus cooperatur mihi, & ego illi, ille solus mihi, & ego solus illi ad ea, ad quæ destinauit me. Secundo, quia sicut Beniamin à Ioseph duplicem vltra

C *Paulus non occidit fideles, licet desideraret.*

Act. 8.

Iob 29.

3. Reg. 22

Gal. 4.

D *Paulus quomodo per Beniamin signabatur in prophetia Iacob.*

Gen. 49

Deu. 33

Cant. 2.

fratres accepit portionẽ; sic Paulus super omnes Apostolos plus laborauit, & maiorẽ mũdi portionẽ Christo subegit. Tertio, quia sicut in natiuitate Beniamin mortua est eius mater, sic in baptismate Pauli, & ortu eius spirituali, ruit mater eius synagoga, & post eius ruinam eo surgẽte surrexit Ecclesia, quã ędificauit. Quarto, quia sicut Beniamin prius dictus est Benianim, id est, filius doloris, deinde à patre appellatus est Beniamin, id est, filius dexteræ, sic Paulus primo fuit Ecclesiæ filius doloris, cũ eã vastaret, sed postfilius dexteræ, cum eã tutaretur, ad dexterã bonorũ partẽ reductus, & alios ad eãdem dexteram reducẽs, ideo illũ passum: *Beniamin lupus rapax*, sic exponit Augustꝰ. Comedit enim prædã mane iuuentutis, quãdo deuastabat Ecclesiã, & ad cædẽ & sanguinẽ anhelabat. Sed cũ vespera cæcitatis aduenit, vt illuminaretur interius, tunc cœpit diuidere spolia, expoliãdo sacra eloquia. Vnde diuisit spolia ista: Iudęis dimittendo literã, nobis autẽ distribuendo literæ spiritum; illis paleã, nobis granũ; illis scoriã, nobis argentum examinatũ. Hinc ait: *Litera occidit, spiritus vinificat.* Origenes super Cantica: Granũ in palea, sensus in litera. His spolijs ditata est Ecclesia gentiũ, quibus spoliauit Paulus Hebræos. Propterea ait gentilitas illud Ps. *Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.* Secundo, iterũ diuisit spolia ista inter filios Ecclesiæ secundũ varias vocationes, ostendendo, quid passim singulis conueniat, nunc his solidũ cibum distribuẽdo, sapientiã loquẽs inter perfectos, nunc illis, scilicet simplicibus lac potũ dans non escã, nunc virginibus consiliũ, nunc maritatis præceptũ, nunc viduis, nũc seruis, nunc parẽtibus, nunc liberis vitæ ordinẽ instituẽs. Sciebat enim, quia iuxta Ps. *Speciei domus diuidere spolia.* Secunda eius nequitia erat verbalis. Nõ enim ex corde solo persequebatur Ecclesiã Dei, sed etiam verbis cõtumeliosis sanctos afficiebat, & blasphemijs in Christum, & minis in eos, qui prædicabãt Christum, vtens: inde ait: *Qui prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus, sed misericordiã Dei cõsecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.* Poteratque dicere illud Ps. *Factus sum tamquã vas perditum*, repletum scilicet ignominia, & contumelia, & blasphemia, *quonã audiui vituperationẽ multorum commorantium in circuitu*, id est, diaboli ambulãtis in circuitu, cuius iniquas suggestiones audiebat, & membrorum eius, scilicet Scribarum & Pharisæorum, qui in circuitu eius cõmorabantur. Tunc enim Paulus eis aurem præstabat, non Deo, vt dicere posset illud Ps. *Factus sum sicut vter in pruina*, cuius os ita obstructum est per congelationẽ, vt nihil in eo possit ingredi. Vnde Saulus tunc erat spirans minarũ. Satis minarum, dummodo nullę sint cędes. Princeps enim, & auctoritatẽ habentes, dummodo ad sanguinem humanum effundẽdum sine magna & graui deliberatione nõ perueniãt, satis possunt minari. Hinc Seneca recitat olim finxisse Poëtas triplex fulgur Iouis. Vnũ terrens & cõminans, sed non lædens, & illud Ioui cum voluisset cõcedebatur, & illud poterat terris immittere cum volebat. Aliud terrens & lædens, interficiens homines, & illud sine duodecim principalium deorum consilio non poterat dimittere, id est sine cõsilio sapientiũ regni. Tertium erat terrẽs & lædens, & interficiens homines, & subuertẽs vrbes, arbores, & regiones, illud nõ poterat sine omnium deorũ & dearũ cõsilio dimittere, id est, nisi cõsilio trium statuum non potest princeps bellũ immittere alienæ regioni. Sed quęritur: Cur Paulus immutato nomine Sauli vocatus est Paulus, cum etiam Dominus illum hoc nomine Saulus tertio vocauerit, bis in suavocatione, & semel cum ad Ananiam loquebatur? Respondetur, quod propter quatuor cõmuniter solet mutari nomen. Primo, ratione dignitatis. Sic enim Papa mutat nomen. Sic & Apostoli, cum ad Apostolatũ sunt electi, saltẽ eorum principales mutauerunt nomen. Nã & Petrus, qui antea dicebatur Simon Bar-iona, vocatus est Cephas,

Gen. 49 Nota.

Ps. 118.

Ps. 30

Ps. 67

1. Tim. 1

2. Cor. 3

E *Iudicũ sanguinis non est cito proferendum, & ibi de triplici fulgure Iouis, significante triplicẽ potestatem.*

F *Nomen mutatum propter quatuor.*

Cephas, & Petrus: & Ioānes & Iacobus Maior Boanerges, id eſt, filij tonitrui, & ſecundum hoc poſſet intelligi illud Eſaię:
Eſa.65. *Seruos ſuos vocabit nomine alio*. Ideo congruum fuit, vt ſuus principalis ſeruus, ad dignitatem vocatus Apoſtolicam, ſuum immutaret nomen. Hinc eſt, quod poſt electionem factā, vbi dicit Spiritus ſanctus:
Act.13. *Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos*, ſempervocatus eſt Paulus. Vnde differentia eſt inter ſponſam carnalem in nuptijs carnalibus, & ſponſam ſpiritualē Eccleſiam. Nam ſponſa carnalis ſequitur nomen ſponſi ſui. Si enim mulier vocetur Ioanna nigra, & vir Petrus albus, vxor eius vocabitur alba. Sed non ſic in matrimonio ſpirituali Eccleſiæ & Prælati, quia Prælatus nomē ſequitur Eccleſiæ, non Eccleſia Prælati. Secundo, mutatur nomen ratione victoriæ & triumphi. Sic & Scipio poſt Africæ triumphum appellatus eſt Africanus, & Ioannes Machabæus poſt victoriam de Hircanis dictus eſt Hircanus, ita & Paulus poſtquā ad fidē conuertit Proconſulē Sergium Paulum, qui erat vir magnus, &
Act.13 prudens. Quia de tanto viro habuit victoriam, vt eum ſub iugo Chriſti perduceret, voluit appellari Paulus. Et hanc rationem aſsignat Augu. 8. confeſsion. ca. 6. Tertio, mutatur nomen ratione officij. Sicut ſi quis officiarius efficiatur, tacetur eius nomen, & officij ſui nomine appellatur. Sic cum Saulus officiū gerebat perſecutoris, nomen Sauli habebat, qui fuit rex crudelis, & bonorum perſecutor: qui
2.Re.22 ſacerdotes Domini viros, & mulieres interfecit in ore gladij. Salus enim & Saul, vt dicit Augu. idem non eſt. Sed ex lupo factus eſt agnus & ex perſecutore prędicator, digne vocatus eſt Paulus, qui interpretatur os tubæ, id eſt prædicationis,
Pſal 47 vt vere dicatur ei illud Pſ. *Secundum nomē tuum ſic & laus tua in fines terræ*. Quarto, mutatur nomen ad morum mutationē. Communiter enim de eo, qui vocatur malus, lubricus, vel raptor, vel vſurarius, ſi ad bonum conuertatur, tunc mutat nomen iuxta mores ſuos. Inde Grammaticus ait: Dum mutat regimen fit participans tibi nomen. Sic propter morum mutationem mutatum eſt nomen Pauli. Secundum hoc Aug. ait: Saul rex ſuperbus, & infrænis fuit, de Saulo factus eſt Paulus, id eſt, de ſuperbo minimus. Ait enim: *Ego ſum minimus Apoſtolorum*. Dici- 1.Cor.15
mus enim: Paulo poſt, id eſt, modicum poſt. Ergo quando Saulus, ſuperbus & elatus; quando Paulus, humilis & modicus. Et hoc elegit nomen contra arrogantes, & ſuperbos de ſuis operibus præſumentes. Et quia hæc mutatio non ab homine eſt, vt mutet mores malos in bonos, quia *non eſt hominis via eius, neque viri* Hier.10
eſt, vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos, ſed hoc à Deo procedit, ideo hæc mutatio dexteræ excelſi. Tertia eius malitia, & corruptio fuit in opere, quia acceſsit ad principes ſacerdotum, & petijt ab eis Epiſtolas ſibi dari in Damaſcum, ſi quos huius viæ viros & mulieres inueniret, vinctos perduceret Hieruſalem puniendos. Tanta enim crudelitate ſpirabat, vt nec muliebri ſexui fragili parcerevellet. Sicut enim Saul, cum factus eſt rex, aſinas requirebat: ſic Saulus, cum factus eſt Apoſtolus, Iudæos aſinos requirebat, vt ad legales obſeruantias reduceret alligandos. Secundo, non ſufficiebat ei vt Eccleſiā Dei vaſtaret in Hieruſalem, niſi & in Damaſcum lupus deprædaretur oues. Virus Nota
enim dum vnum membrum occupat, niſi medicina cito adhibeatur, ſtatim in aliud membrū ſerpit. Sic venenum, quod tunc in Paulo latebat, in omnia membra Eccleſiæ effundere cupiebat, niſi à ſummo medico curatione præuentus eſſet. Tertio, apparet in hoc eius malitia, quod non expectauit, vt princeps ei commiſſionem daret, ſed eam petijt ab eo, & ei ſuggeſsit, vt ſibi daretur. In hoc notātur qui quę runt à principibus commiſsiones ruinoſas & dānabiles, ſe & principes dānantes. Notantur etiā principes qui malis concedunt Epiſtolas & iniqua mandata, ad nocendum innocentibus, ſicut qui da-

G Nominis mutatio differēs in matrimonio carnali & ſpirituali.

ret lupo mandatum, ad discerpendum oues. Tũc enim de nouo erat Ecclesia viduata Christi sui sponsi prẽsentia corporali. Viduæ autẽ de nouo viduatę multas habere solẽt afflictiones, & sunt omnibus præda. Vnde in Psalmo, vbi habemus in
Ps. 131. translatione nostra; *Viduam eius benedicens benedicã:* in trãslatione Hebraica habetur: *Venationem eius benedicẽs benedicam*, quia vidua Ecclesia Christo tũc eratvenatio malorum, dũ quærebatur & corpus & substantia eorum. Nunc vero Ecclesia viduata suo prælato tamquã sponso, est præda aduocatorũ, procuratorũ, cõsiliariorum, immo & Romanorũ, vt docet experientia. Sed quęritur, Vnde mouebatur Paulus ad plus persequendum Ecclesiã, quã quicumque alius, cum tunc multi alij essent sacerdotes & leuitæ, ad quos magis spectabat cõseruare legẽ. Paulus autẽ erat de tribu Beniamin, quæ circa diuina sacrificia nullius officij capax erat. Cur etiã nõ erat reprehensus à sancto Gamaliele, ad
Act. 5. cuius pedes instructus erat in lege Moysi, qui tamẽ antea malũ sacerdotũ consiliũ dissipauerat. Cur etiã in Apostolos manus nõ inijciebat, cũ essent huius viæ auctores principales, & erãt magis ad manũ eius, quia erant in Hierusalẽ? Ad primum respõdetur, quod tria sunt bona homini sæpe data, quæ male agẽdi conferunt audaciam, nisi superaddatur quartum. Quæ quidẽ tria in Paulo erãt, & in alijs vix simul inueniri poterãt, & quartum deerat; ideo non est mirum si Paulus præ cæteris Ecclesiã persequebatur. Primũ illorũ triũ est nobilitas, quã comitabãtur diuitię. Nobilitas enim, quã circũdãt diuitiæ, & magnorũ fulcimẽtũ & portatio, multa mala facere solet, vbi nõ habet prudentię retinaculũ: propter quod viri nobiles semper in sua societate vel familia debẽt habere viros sapiẽtes & frigidos, qui eos, qui calidis cibis & potibus nutriuntur, coërceãt à caloribus suis. Paulus vero nobilis erat & nobiliter natus, vtpote ciuis Romanus; ideo ex nobilite sua apud Rom. generositatem se sentiẽs portare: (tũc enim illi supremã tenebãt iustitiã) considerãs etiam quod ad nobiles spectabat defensio legis, nõ est mirãdũ si inter cæteros ardebat in profectione eius. Secũdũ est sciẽtia. Sciẽtia enim in homine malo sine discretione est pessima. Inde Aris. ait: Scientia in homine malo est nequitia habẽs arma. Sicut enim rex muniẽs castrũ victualibus & machinis & cæteris instrumẽtis bellicis, tradit illud custodiendũ militi, sed si miles tradat proditorie aduersario regis, tũc aduersarius munitionibus & guarnitionibus, quas in castro posuit rex, vtitur cõtra regẽ, sic ille, cui donauit animã sciẽtijs & donis munitã, sed illã occupat ministerio diaboli, vtitur diabolus illis munitionibus in excusationẽ & defensionẽ malorũ & peccatorũ, quæ illo doctus & literatus facit. Paulus autẽ doctus erat in mũdanis & humanis scientijs. Vnde & in epistolis suis aliquãdo allegat dicta Poëtarũ. vt ad Tit. 1. c. dictũ Epimenidis Poëtę: *Cretenses semper mẽdaces.* & Act. 17. dictum Arati: *Nos enim & ipsius genus sumus, vt quidã vestrorũ Poëtarũ dixerũt.* Erat etiã doctus in literis diuinis ad pedes Gamalielis. Inde & creditur disputasse cũ Stephano. Erat enim de synagoga eorũ, qui erãt à Cilicia. Sciẽtia autẽ, nisi sit cũ amore Domini Iesu, inflatur. Quidã enim si viderint codicẽ legũ vel initiũ Biblię, credũt se omnia scire. Sic Paulus, qui vetus ius, nõ nouũ viderat. Viderat enim literę superficiẽ, non fructũ intus latẽtem. Ideo nõ est mirum si in sua sciẽtia confidẽs, credebat simplices & idiotas nõ solũ viribus per nobilitatẽ suã, sed etiã disputatione superare. Tertiũ erat zelus, sed nõ secũdũ discretionẽ. Vt etiã ait: *Audistis conuersationẽ meam aliquãdo in Iudaismo, quoniã supramodũ persequebar Ecclesiã Dei.* & sequitur: *emulator paternarũ mearũ traditionũ*. Est enim zelus sine discretione, gladius datus in manu furiosi. Vnde chirurgicus habẽs artẽ ad secandũ vulnus, cũ discretione secat ipsum. Sed quia nõ erat discretio in eo, sed ignorãtia, ideo non ex certa malitia hoc faciebat. Scribæ vero & Pharisæi hoc ex certa malitia

H Paulo nobilitas scientia, & zelus sine discretione conferebant audaciam male agendi.

Act. 17

Gal. 1

litia faciebant, videtes signa & miracula, quæ negare non poterant, & doctrinam, cui contradicere nō valebant, & scripturā sacrā consonā dictis Apostolorū, homines etiam idiotas subito doctos & scientes scripturas, & allegantes & ostendentes omnia in veteri lege promissa esse adimpleta. Paulus autē adhuc adolescēs persequebatur ex zelo, quia in illa doctrina eruditus erat, credēs obsequium se præstare Deo. Ideo nō poterat aliā doctrinā audire, nec ei aperire aures. Sed videtur fuisse de illis qui cōtinuerunt aures suas, quādo de doctrina Christi Stephanus loquebatur. Sed quia ignorans persecutus est Ecclesiā Dei, à Deo misericorditer est cōversus. *Misericordiā Dei consecutus sum, quia ignorās feci.* Ad secundo quęsitū dicitur, quod hoc potuit esse propter duo. Primo, quia Gamaliel sapiēs & prudens videbat zelū Pauli mirabilē ad suprā modū persequendū Ecclesiā Dei & discipulos Christi: & sciebat eū consensisse neci B. Stephani, quē ipsemet occulte sepelierat, neque posset nisi diuinitus ab illo errore reduci, sicut cōtingit in multis obstinatis in suis opinionibus. Demētiæ autē est aliquem corrigere, quē ex correctione noueris fore deteriorem. Secūdo, quia Gamaliel erat occultus discipulus Christi, ideo vt posset interesse cō silijs Iudæorū ad dissipandum eorū consilia contra Apostolos, forsitan se talē esse noluit Paulo manifestare. Ad tertio quæsitū dicitur, quod in ciuitate Hierusalem Apostoli erant magnæ reputationis apud populū, propter doctrinā, vitę sanctimoniā, & miracula. Ideo Paulus, aut etiam principes sacerdotū nihil audebāt in eos, nisi sub forma iustitiæ, vt patet in pluribus locis Actuū Apost. vbi Apostoli corā magistratibus adducebantur sine vi.

2. Tim. 1 I Paulum non reprehēdit Gamaliel, & quare.

DE EODEM FESTO SERMO II. & in ordine LXI. Per Thema praced.

A Pauli vocatio in septē

PAuli vocatio multū fuit differens ab aliorū Apostolorū vocatione. Primo, quia ipsum persequētē vocauit Dns: nō sic cæteros, sed magis ipsum insequētes. Sic ergo Dominus quandoque in malo actu, dū fit, tangit malos, sicut hic fecit. *Spiritus enim vbi vult spirat*: ita vt in ipso malo volūtatis actu nōnumquam eos ad se cōuertat. Vnde cū Saul actu persequeretur Dauid, insiluit in eū spiritus Dni, & cœpit prophetare. Sic Paulus. Nam (iuxta verbū Ioan. Baptistæ) *potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*. Secundo, quia cæteri Apostoli de prope vocati sūt. Erant prope, quia iā à B. Ioanne Baptista instructi, & quasi parati ad Christū recipiēdū. Paulus vero à lōge venit, ideo Dns de sursum vocauit eū. *Filij tui de lōge venēt*, id est, qui stabiles erunt in fide, veniēt de lōge ad fidem Christi. Tertio, quia cæteri Apost. in visione humanitatis secuti sunt Christū cū maxima deuotione. Iste autē in visione diuinitatis vocatus est, videns arcana verba, quæ nō licet homini loqui. *Filij tui de longe venient*, id est, à diuinitate, quæ lōge est à nostra cognitione, venient ad fidē, *& filiæ tuæ de latere surgēt*, id est, Apostoli præ teneritudine dilectionis Dei: filię, id est, animę deuotę de latere Christi surgēt. Quarto, quia Dns alios solo verbo vocauit. Paulū vero nō solum verbo, sed etiā prostrauit, excæcauit, & increpauit, dicens: *Saule, Saule*, &c. Medicus enim sapiēs erga diuersos infirmos diuersis infirmitatibus laborātes diuersimode se habet, secūdū quod vniuscuiusq; exigit infirmitas. Inde Dns olim diuersos infirmos diuersimōde sanauit, alios solo verbo, alios solo tactu, alios cū lacrymis. Et quia inter infirmos, qui erāt tūc tēporis in mundo, Paulus erat vnus de magnis: ideo Dns nō curauit eū solo verbo, sed tactu, manū apponēdo & prosternēdo ad terrā, ita vt posset Paulus dicere: *Extēdisti manū tuā, & saluum me fecit dextera tua*. Quinto, quia alij Apostoli instructi sunt in schola terrestri inter homines. Paulus vero in schola cælesti inter Angelos. Ait enim: *Ego euangelium neque ab homine accepi, neque didici*, &c. Sexto, quia alij Apostoli Spiritū sanctū receperunt missum de cælo in terrā. Paulus autem per Spiritū sanctum raptus est de

ab aliis differebat. Ioan. 3. Luc 3. Esa. 60. Ibidem. Act. 9. Psal. 137. Galat. 1

terra

terra in cælũ, vbi vidit arcana verba, quæ nõ licet homini loqui. Septimo, quia alios Apoſtolos vocauit Dominus in ſiniſtra aduerſitatis & mortalitatis, Paulum vero iam ſedẽs ad dexterã Patris. Ideo Paulus à dextris pingitur, Petrus à ſiniſtris. Propterea hæc mutatio dexteræ excelſi. A Dño factũ eſt iſtud. Et quia mirabiles res difficile eſt explicare ſermone, ideo ad Mariam recurramus, dicentes, Aue.

Dicto quomodo Paulus iniquitate & malitia ante cõuerſionem ſuã corruptus eſt, perſequẽdo Eccleſiam Dei, nunc dicẽdũ eſt, quomodo ſit genitus filius Eccleſiæ. Tantũ enim tẽporis lapſum eſt (vt dicunt expoſitores) inter paſsionẽ Chriſti & Pauli cõuerſionem, quantũ à paſsione vſque ad diẽ illum conuerſionis anni ſequentis. Et quia nõ minor eſt virtus, quã quęrere parta tueri. Ideo primo videndũ eſt, quomodo à Dño facta eſt illa cõuerſio & iuſtificatio impij. Secundo, quid ad eius cõſeruationẽ requiritur. Et quia iſta iuſtificatio non eſt ſolius hominis opus,

Pſal. 76 ſed Dei, ideo *hæc mutatio dexteræ excelſi.*

Ad iuſtificationẽ autem impij quatuor requirũtur. Primo, lux diuinę gratiæ prę-

Act. 9 uenientis, & iſta præuenit Paulũ. *Vnde cũ iter faceret, contigit vt appropinquaret Damaſco, & ſubitò circumfulſit eum lux de cælo*, id eſt

A Iuſtificatio impij non fit ſine gratia Dei præuenientis. Dei gratia ad conuerſionẽ neceſſaria. Sine ea enim non fit vera conuerſio. Nam

Oſee 13. Dominus dicit: *Perditio tua Iſrael, tantummodo in me iudicium tuum.* Occidere enim ſe poteſt homo, ſed non à morte ſuſcitare. Sic poteſt ſe occidere ſpiritualiter per pec-

Pſal. 77 catũ, ſed non reſurgere à peccato, quia *ſpiritus vadens & non rediens:* vadens in peccatum, ſed non rediens per ſeipſum. Piſcis poteſt naſſa intrare, ſed non poteſt per ſe exire. Erat autem duplex lux, ſcilicet lux exterior excæcãs, & lux interior illuminans. Sed quæritur, cur Paulus tempore

C Paulus cur non fuit conuerſus viuente Chriſto. Chriſti non fuit ita bene illuminatus ad fidẽ, cum videret reſurgere mortuos, paralyticos roborari, ambulare claudos, dęmones fugari, & ſic de alijs. Cum etiã viderut Stephani faciem angelico fulgore radiantem: & ſic videtur, quod non libẽre crediderit, ſecũdũ quod magis iſta vocatio eum ad fidẽ neceſsitauit. Sed ad hoc dicendum. Primo, quod vocatio Dñi non imponit neceſsitatẽ. Multi enim ſunt qui poſtea retroabierunt, vt Iudas, Simõ Magus, Ananias & Saphira, quod non fecit Paulus, ſed illuminatus, ad cęlũ, vnde lux iſta proceſſerat, infatigabiliter cucurrit. Dicitur ſecundo, quod ideo nõ credidit, quia nondum erat vocatus à Chriſto. Neque enim eſt in hominis poteſtate credere, niſi Chriſti gratia ſpeciali: nec hęc vocatio imponit neceſsitatem cõuerſionis, quia Iudæi per miracula Chriſti, quę ſenſibiliter viderũt, ſatis fuerunt vocati, nec tamen crediderũt. Et filij Iſrael multa miracula viderunt de cælo, imo vocem Dñi audierunt, & tamen poſt hoc vitulũ adorauerunt. Raab vero nihil horũ viderat, quæ ad ſolum auditũ credidit, & fidẽ in exploratoribus, quos abſcõdit, demõſtrauit. Dicũt tamen aliqui, quod Paulus nõ viderat Dominum Ieſum Chriſtũ viuentem in carne mortali. Tum primo, quia erat à Tharſo Ciliciæ natus, & ita erat de *Act. 22* ſynagoga eorum, qui erãt à Cilicia diſputantes cum Stephano, & per conſequens, nõ videtur, quod tunc moratus ſit in Hieruſalẽ. Licet enim ab infantia à patre ſuo miſſus fuerit Hieruſalẽ ad diſcendũ ſcripturas, quarum tunc ſtudium vigebat in Hieruſalem, vbi ſedebat ad pedes Gamalielis: tamen creditur, quod poſtquã ad ætatem peruenit, nõ plus ſedebat ad pedes eius, ſed tunc diſceſsit in patriam natiuitatis ſuę. Siue ſic, ſiue non, nondũ ante iſtã diẽ erat conuerſus. Sed notãdũ, quod lux iſta habet tres cõditiones. Prima eſt, quod hæc lux erat ſuper lumẽ ſolis lucida, quia lux diuinæ ſapientiæ lucẽ mundanæ ſapientiæ, ſicut lux tenebras, excellit. Vnde & Paulus ante hunc diẽ erat filius tenebrarum, per ſapientiã mundi factus familiaris principibus ſacerdotũ, & perficiens eorum malam voluntatem. Hoc die vero factus eſt filius lucis. Nam

Ibidem.

D Sapiẽtia mũdi ad diuinã eſt ſicut tenebræ ad lucẽ.

præcedit ſapientia ſtultitiam, id eſt, ſapien- *Eccli. 2*

tiam

tiam mundi, quæ ſtultitia eſt apud Deũ, quãtum diſtat lux à tenebris. Opus enim & negotium Pauli erat ambulãs in tenebris, ſed illuminatus cognouit opera ſua mala. Nec mirũ ſi lux iſta erat ſupra lumen ſolis, quia procedebat à ſole nõ temporali, ſed æternõ, corpore ſcilicet glorioſo Domini Ieſu. Secũdo, quia viri, qui eũ
Act. 26 comitabantur, lucẽ quidẽ illam videbãt: quia multi ſunt qui in Doctoribus doctrinę lucẽ vidẽt & admirantur, ſed vocẽ doctrinę illius non audiũt, quia doctrinã illã operibus nolunt imitari, quia nondũ tales circumfulſit & impleuit lux gratiæ. Lux enim illa ſolũ Paulũ impleuerat nõ alios. Inde in tranſlatione Hebraica habetur in
Pſal. 83 Pſal. *Quia ſol & ſcutum eorum Deus, gratiã & gloriã dabit Dominus*, & quia non niſi illis, quos illuminat, ad ſui notitiã, & illã in eis cõſeruat notitiã, dat gratiã & gloriã. Tertio, quia hæc lux media die venit ſuper Paulũ. Ad decẽ virgines venit ſpõſus media nocte, ad Paulũ media die, quia virgines illæ repręſentãt exeuntes de hoc mũdo, ad quos venit Dominus iudicandos tẽpore, quo eis deficit lux mundi huius; imo vt plurimũ lux ſenſus & rationis, &
Nota. ſic venit ad eos profunda nocte. Ad Paulũ verovenit nõ iudicandũ, ſed illuminãdum, & erudiẽdum. Et quia iã pro media parte illuminatus erat, zelũ quidẽ habens bonum, ſed nõ ſecundum ſcientiam, ſciẽs etiam vetus Teſtamẽtum, & cõtradicens nouo, quaſi iã ſtaret inter medios cleros, id eſt, inter duo Teſtamenta, ideo media die lux ei apparuit, cum nouo modo illuſtrans. Et ſicut lux ſolis principium eſt vitæ corporalis rerũ corporaliũ, ſic hæc lux ſignum fuit interioris vitæ Pauli, quę tũc
Pſal. 76 cœpit, vt poſſet dicere illud Pſal. *Nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelſi.* Secũdo, ad iuſtificationem impij requiritur humilitas,
E *Iuſtificare impięexigit humilitatem iuſtificanda. Luc. 4* qua caſum peccati ſui humiliando, & cõfitendo recognoſcat; & hoc inuentum eſt in Paulo, qui luce circumdatus in terram cecidit. *Deus enim humilibus dat gratiam.* Ad terram cadit, qui terram ſe eſſe cognoſcit. Sic Paulus, qui prius ſuperbus erat, factus eſt humilis, vt diceret illud Pſal. Pſ. 142.
Humiliauit in terra vitam meam. Qui habet Nota. caſtrum forte ſitum in rupe, non eſt mirum ſi guerram habere velit cum potẽte. Sed fatuus eſt qui manſionem nõ habet niſi de palea, quę facile comburi poteſt, ſi guerram habere velit cum potẽte. Angelus, cum immortalis ſit, caſtrũ habet ſuper rupem ſitum, homo vero, qui corpus mortale habet, mãſionem habet, quæ facile comburi poteſt. Solo enim calore febrili ſine igne in cinerẽ redigitur. Ideo valde fatuus eſt peccator, qui omnipotenti repugnare præſumit, qui dicit in
Pſal. Pſal. *Cornua peccatorum cõfringam, & exaltabuntur cornua iuſti.* Sicut Paulus, qui toto corde & opere Deo repugnabat. Sed (ſecundum Pſal) *mirabiles elationes maris*, id Pſal 92 eſt, amaritudinis cordis in Paulo, *mirabilis in altis Dominus*, ſciens illas elationes humiliare. Ceruus enim (vt dicunt Naturales) hauſto veneno, & potato fonte deponit cornua vetera, & reſumit noua. Sic Paulus guſtato veneno infidelitatis, & potato fonte diuinitatis, quãdo vidit arcana verba, cornua quibus ventilabat diſcipulos Chriſti, depoſuit, & ea Deus cadendo confregit, & tunc accepit cornua agni, quando de lupo factus eſt agnus, de perſecutore prædicator, vt verificari poſſet illud Pſal. *Lingua canum tuorum* Pſal. 67
ex inimicis, ab ipſo, id eſt, lingua prædicatorum tuorum fiet ex inimicis & perſecutoribus tuis, ſed ab ipſo Deo miraculoſe. Vnde hæc mutatio dexteræ excelſi. Non Act. 26
ſolum autem cecidit, ſed & ſocij eius, in terram. Tertio, requiritur diſplicentia ſeu reprehenſio vitæ præteritę, quæ maxime in contritione exercetur. Et ſic Paulus, qui ſe à principio non reprehendebat, à Deo reprehenditur dicente, Act. 9.
F *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Non dixit: Quid membra mea perſequeris? quia ſi quis lædat pedem vel ventrem, ſtatim clamat caput: Vt quid me læſiſti, ideo ibi clamat caput pro membris. Similiter ſunt aliquę perſecutiones, in quibus quęruntur bona temporalia, & in iſtis non *Iuſtificationi exigit diſplicẽtiã peccati in iuſtificando.*

decen-

decenter quæritur Christus. Aliæ sunt in quibus quęritur occidi Christus, vt in innocẽtibus & alijs martyribus, in quibus, quia directe quæritur Christus; ideo non est mirum si dixit: *Saule, Saule*, &c. Ad quã quæstionẽ nulla rationabilis causa potest responderi. Nam duabus de causis persequitur quis alium, vel propter culpã ipsius, vel propter vtilitatem propriã. Propter culpã Saluatoris non persequebatur eum, quia non nocuerat ei; nec propter vtilitatem, imo potius sibi nocebat. Sicut bos recalcitrans stimulum sibi infligit, sic peccator repugnans Deo nõ nocet ei, sed seipsum lædit. *Homo enim occidit per malitiã animam suam*. Sed cur Iesum Nazarenum se nominat. Cur non dixit: Ego sum vnigenitus Patris, ego principium, ego verbum ante sæcula? Respondetur, quod hoc ideo fuit. Primo, quia vbi morbus est, ibi medicina adhibenda est. Et quia despiciebat Christi humanitatem, ideo hoc ei Dominus ostendit in se gloriosum, quod despiciebat. Hinc Grego. Quia enim humanitatis Domini infirma despexerat, de cælo hoc audiuit, quod contempserat. Secũdo, hoc ideo dixit, vt vnde gratiæ fons procederet, ostenderet. Fluuius enim diuinæ misericordiæ in passione Domini alueũ humanitatis exierat, adeo vt totam terram irrigaret, vt & persecutoribus non parceret. Propterea verba diuinam misericordiam resonantia nominauit. Tertio, vt disceret beatus Paulus nomen Domini Iesu esse, in quo Christiani mílites habeant vincere. Si enim dux militiæ Christianæ contra furibundum aduersarium Christianitatis in eo militauit, ita Paulus & Pauli imitatores in eo nomine discerent militare, dicentes cum Psalm. *In nomine tuo sperne-mus insurgentes in nobis*. Quarto, requiritur obedientia ad satisfaciendum. Propter quod Paulus in terram prostratus subiunxit: *Domine, quid me vis facere?* Glos. Indica voluntatem tuam, & ego obediam. Intellexit enim, quod stimulus compellebat eum ad opus, scilicet stimulus diuinæ percussionis: & ita qui superbus erat, factus est obediens & humilis, vt posset dicere cum Psalm. *Humiliauit in terra vitam meam*. Vocatus itaque à Domino, non contradixit ei pertinaciter, nec se excusauit fraudulenter, nec distulit negligenter, sed humiliter obediendo respondit: *Domine quid me vis facere?* Ac si dicat: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum*. O quàm prõpta, sed quàm rara talis obedientia. Multo plures sunt imitatores illius cæci, à quo oportuit Dominum quærere, *Quid tibi vis faciam?* quàm Pauli. A multis enim oportet quærere in confessione: Quid poteris facere? quã pœnitentiam poteris sustinere? Magna nunc miseria, quod plures imitentur cæcum quàm Paulum. Ideo timeant qui huiusmodi sunt: ne cum cæco cadant in foueam inferni. Non sic imitatores Pauli, qui dicere poterat illud Esaiæ: *Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij*. Ante enim conuersionem suam aures suas Domino obturauerat, ne legem eius audiret. Sed misericors Dominus qui aperit, & nemo claudit, aures suas obturatas hodie misericorditer aperuit. Vnde secundum quadruplicem statum Pauli Dominus ei quadrupliciter aperuit aurem, primo ei aurem aperuit in statu culpæ, misericorditer eum arguendo; quando scilicet audiuit vocem sibi dicentem: *Saule, Saule, quid me*, &c. de qua apertione Iob: *Quando irruit sopor*, scilicet culpæ, *super homines, & dormiunt in lectulo* carnalis concupiscentiæ, *tunc aperit aures virorum*: eos, scilicet excitando à somno culpæ, *& erudiens eos instruit disciplina*, vt auertat hominem ab his quæ fecit, id est, à creaturis ad quas inordinate se conuertit, & liberet eum â superbia, quia cõtra Dominum se erexit. Dominus tamen non est sicut histrio, quia non ingerit se violenter in domum, sed vult quod aperiatur ei sponte, & iuuemus eum ad aperiendum. *Ecce sto ad ostium*, patienter expectando, & pulso exterius prædicando, & in-

G Persecutionis Christi nulla causa rationabilis erat.

Sap. 16

H Iesum Nazarenum cur potius se nominauit Christus Paulo.

Psal. 67

I Iustificatio impij requirit obedientiam in iustificãdo. Act. 9.

K. Paulo quadruplicem aperuit Dominus aurem.

Act. 9.

Psal. 142

Psal. 107

Nota.

Mat. 20

Esai. 50

Iob 33.

Apoc. 3

Digitized by Google

& interius bonum propositum inspirando, *si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam*, consentiendo, *intrabo ad illum*, gratiam infundendo: *& cœnabo cum illo*, delectando: quia (vt dicit Sapiens) *deliciæ meæ esse cum filijs hominum*, & ipse mecũ, in regno meo discumbendo. Sed non sine causa dixit: *Si quis mihi aperuerit*, propter aperientium raritatem. Multi enim faciunt aurẽ surdam, de quibus Ps. *Furor illis secundùm similitudinẽ serpentis*, &c. Talibus faciet Dominus aurem surdam, quando clamabunt cum fatuis virginibus: *Domine, Domine, aperi nobis*. O quanta irreuerentia, facere tantum Dominum expectare. Luc. *Vt cùm venerit, & pulsauerit, confestim aperiãt ei*. Secundo ei aperuit Dominus aurem in statu pœnitentiæ, eum in afflictione dulciter consolando, quando in tentatione positus audiuit vocem sibi dicentẽ: *Sufficit tibi gratia mea*. Tunc enim cognouit, quod fidelis Deus, qui in tentatione facit prouentum. Tertio ei aperuit aurem in statu prælationis, ipsum de scripturis instruendo: non enim habuit alium magistrum quã Christum. Dicit enim: *Euangelium, quod euangelizatum est à me, non accepi ab homine*, &c. Sed multi modo sunt sicut canes nobiles habentes aures pendentes ad terrena. Dominus autem quandoque facit talibus sicut magister discipulo suo, quia trahit aurem per tribulationem, vt intelligat: quia *sola vexatio intellectum dabit auditui*. Vnde auris quatuor conditiones debet habere. Primo, debet esse aperta, vt sit prompta ad audiendũ. Hinc Antisthenes Philosophus: Audi multa, loquere pauca. Aures duas, & os vnũ à natura accepimus. Secundo, concaua. Ideo eorũ receptibilis maxime quæ præcipiuntur. Inde dicitur: *Auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam*. Nõ sicut illorum, quibus verbum Dei intrat per vnam aurem, & exit per aliam. Tertio, auris hominis tortuositates habet quasdã, ne aër subito intrans lædat organum auditus. Sic debet esse circũspecta, ne per auditum facile fidem adhibeat malis doctrinis & detractionibus. Quarto, auris continuatur quodammodo & appropinquat intellectui. Est enim sicut infusoriũ vini, Gallice *Pentõnoueur*, mediãte quo infunditur vinum sapientiæ in dolium cordis. Oportet ergo quod foramẽ illud directe applicetur foramini cordis, id est, intellectui, ne effundatur doctrina. Quarto, aperuit ei aurem in statu contemplationis, quando audiuit arcana verba, quæ nõ licet homini loqui. Et hoc modo paucis aperit aurem, solum videlicet solitarijs. Propterea dicit Dominus de anima deuota: *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius*. Sed beatus Paulus propter quatuor obediuit Domino, nec contradixit vocãti. Primo, propter ipsius vocãtis potestatem, quam cognouit ex superni luminis infusione, quando circumfulsit eũ lux de cælo. Iob: *Quis restitit ei, & pacem habuit?* scilicet concupiscẽtiæ. Et licet peccator, quantum in se est, resistat, tamen non potest, quia licet non faciat Dei voluntatem, tamen de ipso fiet Domini voluntas. Hinc Esaias: *Omnis voluntas mea fiet*, licet non à te, tamen de te. Secundo, quia cognouit Paulus suam propriã fragilitatẽ ex sua prostratione. Dñs enim quasi bonus luctator opposuit ei tibiam, & dedit ei Gallice, *le tour de iambe*. vnde cecidit in terram. Vnde dicere habuit illud Iudith: *Quæ sum ego, vt contradicam domino meo?* Intelligens illud Esaiæ: *Væ qui contradicit factori suo, testa de samijs terræ. Numquid dicet lutum figulo suo, Quid facis, & opus tuum absque manibus est? Sicut enim lutum in manu figuli, sic homo in manu illius, qui se fecit*. Hanc fragilitatem non attendens superbus, audacter contradicit Domino. Iob: *Audatter prouocant Deum, cùm ipse dederit omnia in manus eorum*. Secundum motiuum obediẽtiæ, fuit obedientiæ facilitas, quam cognouit beatus Paulus ex humili & benigna Dei responsione. Cui quærenti benigne respondit Dominus: *Ego sum Iesus Nazarenus*: nec se à superiori titulo, sed ab inferiori, scilicet titulo crucis se fecit cognosci. Huius facilitatis testis est Ioãnes:

Prou. 8. Psal. 57 Luc. 12. 2 Cor. 12 Galat. 1 Esa. 28. Eccli. 3. Osee 2. Iud 11. Esai. 45 Eccl. 33 Iob 12. Act. 9.

I. *Auris quatuor conditiones mystice declarata.*

Paulus propter quatuor obediuit Domino vocanti.

Iob 9. *Esai. 46*

Mul-

1.Ioã.5 *Mandata eius grauia non sunt.* Et vere si grauia essent, non deberemus ei contradicecere. Sufficere nobis deberet illa dura contradictio, quod pro nobis sustinuit in passione, cuius nos meminisse hortatur Heb.12. Apostolus: *Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem.* Quartum motiuum fuit iustitiæ Dei seueritas. Sæpe contingit, quod seruus sentiens dominum suum nimis benignum, audacter ei contradicit, vt patuit Num 16 in contradictione Core, qui sciens Moysen mansuetissimum super omnes qui morabantur in terra, contradixit ei. Propter hanc nimiam Domini benignitatẽ, factus est Dominus in signum, cui nunc Eccli. 8 ab omnibus contradicitur. *Etenim quia nõ profertur citò contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala.* Et ad hanc seueritatem ostendendam, subAct. 9. iunxit Dominus Paulo: *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Est autem triplex stimulus. Quidam diaboli, de quo Apo1 Cor.15 N stolus: *Stimulus mortis*, hoc est, diaboli, *peccatum est*, per quod ducit iumentum suum in ignem æternum. Secundus est stimu*Stimulus triplex, diabolꝰ, carnis & mundi.* lus carnis, de quo idem Apostolus: *Datus est mihi stimulus carnis meæ*, &c. Et istæ sunt consuetudines voluptatum, & malę 2Cor 12 inclinationes prouocantes hominem ad malum. Isti sunt aculei locustarum, de Apoc 9 quibus Apocalypsis. Tertius est Dei, de quo ad propositum, de quo etiam Eccle-Eccli. 33 siasticus: *Cibaria & virga & onus asino.* Sic asino Paulo cibus fuit oblatus, quo fruũtur Angeli, nec fastidiunt, scilicet Iesus Nazarenus. Secundo, virga & stimulus, cum prostratus est. Tertio, onus, vt portaret nomen Iesu coram regibus. O nobilis asinus, qui stat coram regibus. Durum est contra istos stimulos calcitrare propter consuetudinem contrariam, sed maPsal. 31 gis contra secundum, propter conscientiæ stimulum. Inde dicit Psal. *Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina*, scilicet conscientiæ remordentis.

DE EODEM FESTO SERMO III. & in ordine LXII. Per Thema idem.

POsset quis aduersari, quomodo hæc fit mutatio dexterę excelsi, cum scriptum sit in Psalmo: *Delectationes in dextera tua vsque in finem.* Paulus autem vsque in finem persecutionem patiebatur & torquebatur. Quomodo igitur in dextera eius, qui semper in sinistra manebat? Ad hoc dicendum. Primo, quod est duplex mutatio, vna dexteræ, alia sinistrę. Mutatio dexteræ est ad bonam partem, sinistræ vero ad malam, secundum illud: *Vias, quæ à dextris sunt, nouit Dominus,* Prou. 4 *peruersæ verò sunt quæ à sinistris sunt.* Vnde viatoribus de dextera vulgo dicitur: Ite ad bonam manum. Sic & mali, qui tenuerunt iter malum, inuenientur à sinistris, & boni à dextris. Hoc modo dicitur: *Cor* Eccl.10 *sapientis in dextera eius, cor fatui in sinistra illius.* Sic Dominus in cruce ostendit iter tenendum ad dexteram, quando secundum Ecclesiæ repræsentationem ad dexteram inclinato capite emisit spiritum, quasi diceret, Hic est iter, non à sinistris. Et quia Paulus ibat ad malam manum, scilicet ad sinistrã, ideo hodie Dominus B immutauit iter ad dexteram. Secundo, *Delectatio duplex, tẽporalis & spiritualis.* dico quod duplices sunt delectationes. Quædam temporales & caducę, & de caducis & transitorijs rebus, & istæ sunt in sinistra manu Domini, quia *in sinistra illius* Prou. 3 *gloria & diuitiæ*, id est, pompæ & opes, sed istas Paulus non habuit, & contempsit. *Omnia*, inquit, *arbitror vt stercora.* Aliæ sunt Phil. 3 delectationes spirituales in Christo, quas habuit Paulus non solum tempore, quo prosperabatur, sed etiam quo tribulabatur, eo dicente: *Libenter gloriabor in infirmi*2Cor.12 *tatibus meis.* Sciebat enim tribulationem ipsam esse pretium regni cælestis. Hinc aiebat: *Id enim, quod in præsenti est momenta*2. Cor. 4 *neum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contẽplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, tẽporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna.*

A *Mutatio duplex, dexteræ & sinistræ.* Psal. 15

Secun-

Digitized by Google

Secundo dico, quod ſiniſtra Dei eſt ad perdendũ malos, dextera ad ſaluandũ bonos & iuſtificandũ peccatores, teſtãte Pſ. qui ait: *Ponã in mari*, id eſt auaris cordibus odio, & rãcore & alia amaritudine plenis, *manũ eius*, ſcilicet ſiniſtrã, ad ducendũ eos ad amaritudinẽ æternã, *& in fluminibus*, id eſt, in cordibus amore & dulcedine Dei repletis, *dexterã eius*, quia talis fuit Paulus, ideo (iuxta Pſ.) *ſaluauit ſibi dextera eius*, qui & dicere potuit cadẽs, cũ nõ fuerit cõfractus, ſed ſola tũc iniquitas deſtructa, illud Pſ. *Me ſuſcepit dextera tua*: & quãdo illuminatus eſt exterius & interius, & vas electionis effectus eſt, dicere poterat: *Dextera Dñi fecit virtutẽ*, illuminãdo me ad veritatẽ, per me cõfundendo inimicos meos. Ideo vere poſſumus cõcludere, quod hęc mutatio dexteræ excelſi. Nec mirũ, quia qui prius bibebat de aquis mortiferis, ſcilicet malis doctrinis, quæ ad ſiniſtram ducunt, nunc bibit de aquis vitæ, quæ proceſſerunt ex terra beatiſsimę virginis Mariæ, ad quam terram, vt bibamus, nos inclinemus, dicentes: Aue.

Pſal. 88

Pſal. 97

Pſal. 62

Iuſtificationem conſeruat humilitas, & proprij ſenſus depoſitio.

C Dicendum eſt cõſequenter hoc ſermone, quid requiratur ad conſeruandã iuſtificationẽ à Deo factã, & ad cõſeruandã innocentiã. Sunt autẽ ſeptẽ requiſita, quę ordine ſuo in textu tanguntur in B. Pauli conuerſione. Primo, requiritur proprij ſenſus depoſitio, quia (vt dicit Petrus Cluniacenſis) homo arrogãs, & qui ſibi videtur ſapiens, nõ indiget diabolo tentante: propterea Paulus ad Ananiã mittitur. Inde Dñs ad eũ: *Surge & ingredere in ciuitatẽ. Hic dicetur tibi quid te oporteat facere.* Et hoc propter tria. Primo (ſecundum Caſsianũ ſecunda collatione Patrũ,) vt vnuſquiſq; de ſeipſo plus opinioni ſeniorũ quã propriæ credat. Poterat enim Dñs per ſeipſum inſtruere Paulum viam perfectionis, ſed maluit eũ ad virum ſimplicẽ dirigere, vt doctrinæ illius & ſeniorum inſtitutioni potius quã ſuæ cõſentiret. Sic Dñs puerũ Samuelẽ, quem tertio vocauerat, voluit prius inſtrui doctrina ſenioris Heli. Tertio, vt ab eo tolleretur ſuperbia & elatio. Vnde Gloſ. ſuper illo paſſu: Exemplum diſcendi datur & ſuperbia increpatur, vt nullus alium indignũ exiſtimet, à quo doceatur. Seneca: Primũ documentum eſt, vt nullã doctrinam contemnas. Erat enim Ananias vir ſimplex, Paulus vero vir nobilis, & multũ doctus. Hinc Sapiẽs iubet filio, vt nec à formica dedignetur inſtrui, dicẽs: *Vade ad formicã, ô piger, & diſce ſapientiã.* Nam (vt ait Alanus in Parabolis) ex minimis granis fit maxima ſumma caballi. De paruo puero ſępe peritus homo. Nõ ſic fecit Homerus, de quo fertur, quod quia neſciuit ſoluere problema nautarũ & ſimplicium hominum, ex diſplicẽtia illius mortuus eſt. Problema autẽ erat: In ſiluam vado fugatum cũ cane quino. Quod capio perdo, quod fugit hoc habeo. Tertio, vt ſenſum proprium deponẽs, ſenſum Domini recipere poſſet. Nam *dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt.* Aug. Si dicẽdo te eſſe ſapientem ſtultus factus es, dic te ſtultũ, & ſapiens eris. Hinc ait Sapiens: *Vidiſti hominẽ ſapientem ſibi videri? magis illo ſpem habebit inſipiens.* Sicut enim nimietas ſalis in cibo deterior eſt quàm modicitas, ſic nimietas terrenæ ſapiẽtiæ animalis & diabolicæ impedit cõuerſionẽ peccatoris. Vnde oculi exteriores dũ vagãtur, impediunt interiores. Ideo dũ Paulus excæcatur exterius, illuminatur interius. Aug. in ſermone de Cõuerſione Pauli: Eo tẽpore quo cętera nõ videbat, Ieſũ videbat; & in eius cæcitate myſteriũ formabatur credentiũ; quoniã qui credit in Chriſtum, ipſum intueri debet, cætera nec nata cõputare. Creatura vileſcat, vt creator dulceſcat. In hoc autẽ quatuor documẽta habentur. Primum, quod ſicut Paulus oculos apertos habens nihil exterius videbat, ſed tunc arcana videbat, ſic viri contemplatiui quanto plus circa temporalia excæcantur, tanto magis illuminantur. Propterea dicebat Ezechias: *Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum.* De Paulo autem ſic ait Chryſoſt. homil. 4. Pauli cęcitas totius orbis illuminatio effecta eſt. Quia enim videbat

Paulus cur ad Ananiã miſſus eſt inſtruendus.

Act. 9.

1 Reg 3

Prou. 6

Nota de Homero

Rom. 1

Pro. 26.

Contẽplatiuus oculũ abſtractione à ſenſibili bus illuminantur amplius.

Eſai. 38

male, bene eum excæcauit Deus, vt vtiliter videret in reliquum. Excęcatus eſt, vt amplius priora ſtudia nō videret, ſed excluderet, ſcilicet propriam ſapientiam, & in die diuinam diuinitus, viſum recipiēdo exciperet. Et quia effrænis erat & ferus, furorem eius indomitum fræno cōpeſcuit cæcitatis. Secundum eſt, quod ſicut Paulus apertos habebat oculos, ſed non inde ſe regebat; ſic multi oculos habent ſcientię, qui tamē per eam nō ſe dirigunt, ſimiles pauoni, qui in cauda multos oculos habet, ſed ipſis nihil videt. Tertium eſt, quod ſicut Paulus apertos oculos habens non videbat, & per tres dies nō guſtabat, ſic multi habent oculos ſciētię apertos, ſed nihil inde guſtant, quibus dicetur, quod Heliſæus cuidam: *Videbis oculis tuis, & inde nō comedes.* Vbi tamē illiterati oculos ſcientiæ non habētes, ſępe diuinæ conſolationis dulcedinem experiūtur, deſignati per Iſaac, cuius oculi caligauerant, & videre nō poterat, & tamē oblatū pulmentū à filio edebat, & odorē veſtimentorū eius ſentiens Deum benedicebat. Quartum eſt, quod ſicut Paulus apertis oculis nihil videbat, ſic multi apertis oculis rationis, in fide nihil vident. Cum enim quis vult directe attingere ſignū, vnum claudit oculū, vt in alterum ſpiritus viſibilis ſe transferēs fortius operetur, & tunc pupilla in actu videndi confortatur, & virtus viſiua abundantius adunatur, & adiuuatur. Sic cum in preſenti Deū duplici oculo videamus, ſcilicet rationis & fidei, interdum cum oculus rationis clauditur, oculus fidei Deum certius & clarius contemplatur. Vnde contingit aliquando, quod vna ſimplex vetula aliquem fidei articulum firma fide tenebit, circa quem aliquis literatus, dum ratione innititur, hæſitabit. Secundo, requiritur bonorum imitatio, ita vt ad eorum exemplar viuant pœnitentes, quo exemplari nihil eſt efficacius ad iuſtitiæ conſeruationem: quia, Seneca teſte, lōgum eſt iter ad arduum per præcepta, breue & efficax per exempla.

4. Reg. 7

E *Iuſtificationi cōſeruādæ neceſſaria eſt bonorū imitatio*

Hinc ad manus trahentium ducitur Paulus ad ciuitatem. Sunt enim qui per manus, id eſt, bona bonorum opera trahuntur ad cæleſtem ciuitatē. Et hoc multum neceſſarium eſt ei qui conuertitur, quia qui inter malos conuerſantur, quaſi ad manum in infernum trahuntur. Seneca: In vitium alter alterum trudimus. *Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit, amicus ſtultorum ſimilis efficietur.* Hic autem lupus ad ouem trahitur, Paulus ad Ananiam: & de Saulo fit Paulus, & de perſecutore prædicator, iuxta illud quod promiſerat Dominus: *Pro ferro afferam argētum*, id eſt, pro perſecutoribus dabo prædicatores, ſicut pro Saulo Paulum dedit Eccleſiæ. Ferrum enim à feriendo dicitur, quod ferro fiunt inſtrumenta feriendi. Argentum autem nitet, & ſonat, per quod intelligitur lingua prædicatoris, ſecundum illud: *Argentum electum lingua iuſti.* Sic potēs eſt Dominus de lapidibus iſtis, id eſt duris & obſtinatis ſuſcitare filios Abrahæ. Nunc autem non oportet, quod lupus trahatur ad ouem, quia bene inuenit lupus ouem abſque hoc quod violenter trahatur ad eam, nec tamen inde fit lupus ouis, ſed ſemper manet & manebit lupus, imo iuxta ſuam proprietatem hominum voces raucas faciunt lupi noſtri, dum eis appropinquatur: quia facta oui iniuſtitia non eſt, qui inde mutire audeat. Tertio, requiritur oratio deuota à Deo petens perſeuerantiam. Ante enim conuerſionem debet orare peccator, vt operi manuum ſuarum porrigat dexteram, & opus manuum ſuarum dirigat nec deſpiciat, quia ſine reſpectu miſericordiæ ipſius non corrigitur peccator. *Conſidera opera Dei, quòd nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit.* Poſt vero conuerſionem debet orare, vt Deus gratiam datam cuſtodiat. Vt enim dicit Grego. Cito bonum amittitur, niſi à largitore bonorum cuſtodiatur. Similiter orare debet, cum ad Deum conuertitur, quia ad ſpiritualem conuerſionem ad Deum vult nos Deus ſibi cooperari. Ideo Paulus, priuſquam

Pro. 13.

Eſai. 60

Pro. 10.

P *Iuſtificationem ſequi debet oratio deuota.*

Eccli. 7

quam visum reciperet, orauit, & triduo ieiunauit. In cuius figuram Tobias cooperando cum Deo, felle piscis patris oculos liniuit, & statim visum recepit. Quod autem Paulus oraret dum conuerteretur, patet ex textu. Nam postquam ingressus est in ciuitatem Damasci, apparuit Dominus in visu Ananiæ, & dixit ei: *Vade in vicum, qui vocatur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulum nomine Tharsensem*. Tharsis enim erat ciuitas Ciliciæ mater, quæ (vt Æneæ Pio placet in sua Asiatica) mater fuit studiorum, quæ Athenienses, & Ciliciam doctrinis superauit, ex qua magni viri processere. Et sequitur: *Ecce enim orat, & vidit*, (per reuelationem) *virum Ananiam nomine introeuntem, & imponentem sibi manus, vt visum recipiat*. Non quod per impositionem illam daretur Spiritus sanctus, sicut tempore Apostolorum dabatur per impositionem manuum in signo sensibili, sed erat ad curationem corporalem, sicut de beato Laurentio legitur, quod imponebat manus super oculos cæcorum, & illuminabantur. Sed quæritur, an isto triduo, in quo ieiunabat & orabat, raptus sit & in raptu viderit diuinam essentiam. Ad hoc dicitur primo, quod communiter doctores tenent, quod fuit in illo triduo, quia Epist. 2. ad Corint. fuit scripta secundo anno Neronis, conuersio autem Pauli facta fuit post Christi passionem fere per annum, à qua passione vsque ad secundũ Neronis annũ fluxerunt circiter quindecim anni, & sic restãt quatuordecim anni ante scripturã illius Epist. 2. ad Corin. vbi dicit hanc reuelationem fuisse ante annos quatuordecim, & sic creditur fuisse illo tempore. Si sic placuit Paulus Deo à suæ conuersionis initio, quantũ putatis quod postea placuit per bona opera quæ fecit? Secundo dico, quod tunc vidit Paulus diuinam essentiam in transitu, & similiter Moyses, vt dicit Augustinus lib. de videndo Deum, & in 12. super Genes. ad literam, vt sicut Moyses primus doctor Iudæorum hoc meruit amicus Dei, & Paulus primus gentium doctor, & hoc dicit Thom. 2. 2. qu. 175. Nec mirum si illo triduo non manducauit nec bibit, quia tunc cibo Angelorum fruebatur. Et si quæratur: Quibus dixit illa arcana verba, quæ non licet hominibus loqui? Quibus hominibus? Sine dubio, de quibus culpabiliter dicebat: Nonne adhuc homines estis? Sed fortasis ea dicebat illis, qui iam non secundum hominem ambulabant, vt Lucæ & beato Dionysio, & cæteris, quos esse sciebat capaces cælestium sacramentorum.

Tob. 11.

Act. 9.

G *Paulus in triduo raptus est.*

H *Paulus, & Moyses viderunt clare diuinã essentiam in vita.*

Quarto, requiritur sacramentorum frequens communio. Cum enim homo frequenter cadat in turpitudinem peccati, indiget lauacro pœnitentiæ, vel baptismi. Ideo surgens Paulus postquam illuminatus est, baptizatus est. Sed prius tamen dixit Ananias ad Dominum mittentem eum: *Domine audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem, & hic habet potestatem à principibus sacerdotum alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum*. Super quo Augustinus: Tanta præcesserat fama lupi raptoris, vt eius audito nomine timeret ouis, etiam sub manu pastoris. Ananias enim idem est, quod ouis. Ideo confortatur, ne iam putaret sæuientem, vt sit ouis secura de lupo. *Vade*, inquit, *quoniam vas electionis est mihi iste*: qui solebat esse vas perditionis, vas est electionis, & qui erat vas perditum diaboli, vas electissimum est mihi, id est, ad meam gloriam. Vnde vas illud primo est vas Deo proprium. Vas (inquit) electionis mihi est iste. Omnia enim propter me contẽpsit vt stercora, vt mihi soli sit. *Quæ mihi fuerunt lucra, arbitratus sum propter Christum detrimenta*. Et ibidem: *Propter quẽ omnia detrimẽtum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam*. Contemptus enim mundi fecit illud vas propriũ Deo, & non proprietas proprium, sed paupertas. Secũdo, virginitas fecit ipsum integrum. Permansit enim virgo. *Volo omnes homines esse sicut meipsum*. Vbi dat cõsiliũ de virginitate. Virgines enim maxi-

I *Iustificationis cõseruatiua est frequẽs sacramẽtorum communio.*

Phil. 3.

K *Paulus, fuit vas optimũ secundũ septem virtutes*

1 Cor. 7

Digitized by Google

me,ad diuinam ſapientiam ſunt apti. Inde & Plato, quia virgo, plus de diuinis philoſophatus eſt. Sic & Ioānes Euangeliſta. Vas enim cōfractū groſſum retinet, vt fæces,& vinum,id eſt,ſubtile emittit.
Eccli. 21 Sic lubricus. *Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam non tenebit.* Tertio,vas illud profundiſsimum & capaciſsimum fecit humilitas. Nomē enim Dñi Ieſu liquefactibile eſt,& fluxibile; quia *oleū effuſum nomē tuum.* Effluxit enim in cordibus deuotorū. Ideo ad portandū illud oportuit vas profundū eſſe. Quis autē Paulo humilitate profundior? qui cū eſſet inter
1 Cor. 15 Apoſtolos vocatione maior,dicebat: *Nouiſsimè autem omnium tamquam abortuo viſus eſt & mihi.* Humilitas enim nō tā gratia eſt quā receptaculum gratiarum,quia *humilibus dat Deus gratiā.*
Pac. 4 Aug. de Paulo: Ipſe minimus, & nouiſsimus tamquā fimbria de veſtimēto Dñi. Quid tā exiguum,quid tam nouiſsimū quàm fimbria? Hac tamē tacta mulier à fluxu ſanata eſt,ſcilicet gē tilitas à fluxu in omnē fornicationē dolorū. In modico iſto erat magnus Deus, ſed in minimo grādis habitabat, & tanto minus eū à ſe excludebat,quanto minor erat. Quid miramur magnū in anguſto? Maius in minus habitat. Audi illū dicentem: Super quē requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilē? Hæc Aug. Illud quidē eſt de mirabilibus Dei,quod in paruis & minimis magnus apparet. Quarto,vas illud martellatū fecit patientia,quę ipſum fabricauit de vaſe irę in vas miſericordię. Vnde vas illud, dū percutiebatur,nō reſonabat,quia erat plenū oleo Dñi Ieſu. De
1. Cor 4 eius autē patientia ſcribitur ad Corinth. *Vſque in hāc horā & eſurimus,& ſitimus,& nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris. Maledicimur,& benedicimus: perſecutionē patimur,& ſuſtinemus: blaſphemamur, & obſecramus. Tamquā purgamēta huius mūdi facti ſumus omniū peripſema vſque adhuc.* Erat enim vas auri probatum in fornace tribulationis, vas auri ſapiētiæ & donorū diuinorū & naturaliū, plenū ſcientia diuina & humana. Sed vas ſolidū, quod nulla fregit aduerſitas, ornatum omni lapide pretioſo, quia virgo fuit cum virginibus, martyr cum martyribus, & doctor cū doctoribus. Et nota, quod dicit, *Maledicimur,& benedicimus*, nec ſine cauſa eſt, quia maledicētes eis fabricabāt eius coronā cū maximis ſtudijs, & ſumptibus, ſcilicet corporis & animę, quia in talibus operibus corpora & animas expēdebant, nullā ab eo mercedē expectātes. Propterea male faciūt, qui repercutiūt percutientes ſe, vel maledicūt maledicentibus ſibi, quia percutiunt fabricatores coronę ſuę. Adorarēt enim vaſa aurea vel argētea fabricatores ſuos, ſi eos agnoſcerēt. Quinto, vas illud fecit charitas vas electionis. Charitas enim fecit ipſum vas electū, qui ante odio erat peruerſum. Charitate enim Deo ita adhęrebat, vt ei infunderetur in contēplatione, quod effunderet in prędicatione, in ſignum cuius ſcyphus Ioſeph inuētus eſt in ſacco Beniamin, qui erat ſcyphus, in quo augurabatur Ioſeph & prædicabat futura. Vas autē illud electū erat ad propinandū liquorē nominis Dñi Ieſu. Semper enim illū effundebat,& nihilominus ſemper plenū erat. Ideo vas admirabile, opus excelſi. Vere admirabile, quia minimū & valde magnū: minimū ſui reputatione, magnū Dei ęſtimatione. Signū magnitudinis eius fuit propter charitatē & Dei amorē rerū tranſeuntiū cōtemptus. Magnitudo autem maxime in animo eſt. Seneca: Scitote præter animum nihil eſſe mirabile, cui magno nihil eſt magnum. Opus excelſi fuit, quia Dei pietas cū abſque hominis miniſterio cōuertit. Secundo, fuit vas electū ad portandum delicias nominis Dñi Ieſu corā regibus & principibus. Mittūtur aliqui nō vt portent, ſed vt reaſportēt, vt homines curiales, qui cō ſueuerūt nō dare ſed accipere. Sed Paulus de curia Dñi Ieſu mittebatur, vt portaret rē vtilē & neceſſariā hominibus. *Nō*
Act. 4 *eſt aliud nomen ſub cælo datū hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri*, & cū hoc intēdebat dilatare nomen ipſum, ideo inter omnes

L *Perfectio eſt fabricatio coronæ patientiæ.*

M *Paulus fuit vas electum ad multa.*

Apoſto-

Digitized by Google

Apoſtolos eius miniſterium fuit generale, quia miſſus eſt ad prædicandum magnis & paruis, Iudæis & gentibus, principibus & ruſticis. Et propter hanc miniſterij generalitatem dictus eſt antonomatice Apoſtolus, quod ſonat in miniſteriũ. Petrus vero propter generalitatẽ auctoritatis nomen ſibi retinuit, vt Apoſtolorũ princeps ſuper omnes vocaretur. Tertio, fuit vas electum ad portandum lumẽ doctrinę, & ad reportandum fructum. Non enim elegit eum Deus, vt quieſceret, ſed vt portãdo nomẽ eius laboraret, ſecundũ quod dixerat alijs: *Ego elegi vos, & poſui vos, vt eatis & fructũ afferatis*. Multa enim ſunt vaſa pretioſa in domibus diuitũ, quibus pauperes multum indigent, quæ de nihilo deſeruiũt. Non ſic in domo Dei, ſed vas illud pretioſum expoſitum eſt ad opus pauperum, & indigentium. Vas quidem illud vinum optimum ſcientię & ſapientiæ perfectis propinabat, ſapientiã loquens inter perfectos, & effundens; lac vero pauperibus & imperfectis, non eſcã. Quarto, vas electum ad ſuſcipiendum lumen gloriæ, de vaſe cõtumeliæ trãſiuit in vas gloriæ, quia *in magna domo vaſa quædam ſunt ad contumeliam, quædam ad honorem*. Hoc autem maxime fecit charitas, quæ facit filios regni, & tamquam lapis pretioſus ornat eos. Hic vero lapis duplicem virtutem habuit in Paulo. Prima eſt, quod qui eam portat, nihil timet, quia *perfecta charitas foras mittit timorem*, nec Paulus quemquam timebat, dicẽs: *In quo quis audet, in inſipientia dico, audeo & ego. Vincula, & tribulationes Hieroſolymis me manent, ſed nihil horum vereor*. Secundo, qui eam habet, diues eſt, & pauper eſſe non poteſt quamdiu eam habet. Auguſt. Attende quanta ſit charitas, quæ ſi deſit, fruſtra habentur cætera. Si autem adſit alicui, habẽtur omnia cum ea. Sexto, facit vas illud odoriferum compaſsio. Vnde dicebat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Tantus enim odor ex eo vaſe exibat, vt etiam extranei per viſiones incitarent ipſum ad adiutorium, & compaſsionem. Nam & exiſtenti Paulo in Troade ciuitate Aſiæ per noctem vir Macedo apparuit, dicens: Tranſiens in Macedoniam adiuua nos. Sed multi ſunt, qui ſpirant indignationes, & cædes & minas in diſcipulos Domini, vt Paulus ante conuerſionem, qui (iuxta illud Amos) *nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph*. Septimo, aureum fecit illud vas ſapientia. Erat enim inſtructus in diuinis, & humanis ſcientijs. Sed nunc omnia vaſa aurea tranſtulit Nabuchodonoſor in Babylonem. Si enim ſint aliqua talia, in confuſionem & improperium habentur à prælatis, & principibus. Nunc quaſi omnia ænea ſunt per litigia, & diſcordias, vel teſtea, quæ per impatientiam facile frãguntur, de quibus: *Filij Sion inclyti amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea opus manuum figuli?*

Hic autem notandum, quod Paulus quinque modis nomen Domini Ieſu portabat. Primo, in corde per fidem. *Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare*. Propterea cum homo peruenit ad mortem, cum ſolum cor viuit, tunc ei nomen Domini Ieſu alte proclamatur, & illud intelligunt qui illud in corde portauerunt, ſed non illi, qui nihil aliud in corde niſi pompam & auaritiam habuerunt. Secundo, in fronte, de nomine ipſius non erubeſcendo, ſed potius de ipſo gloriando, ſecundum illud: *Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Erat enim de illis, de quibus ſcriptum eſt in Apocalypſi: *Habentes nomen eius, & nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis*. Contra multos, quos pudet fidem ſuam confiteri, imo eam diſcere. Non enim ſatis eſt ſcire hoc nomen Ieſu, niſi ſciatur quid eſt Ieſus. Scies autem ſi ſcias fidem tuã. Fides enim oſtendit quid & qualis ſit Ieſus. Et ideo in Miſſa & Veſperis, & Prima dicenda eſt fides ſua, non organis decantanda. Tertio, portabat illud nomen in ore, vt impleret illud Pſal. *Narrabo nomen tuum fratribus meis*. Vnde & viuus & mortuus abſciſſo capite illud ſępe protulit contra blaſphemos ipſum ore

Nota.

Amos 6

Thren. 4

2. Tim. 2 O Paulus quinque modis nomen Domini Ieſu portabat.

Gal. vlt.

Apo. 14

Nota.

Pſal. 21

1. Ioã 4. N Charitas eſt lapis pretioſus duplicis virtutis. 2. Cor. 11 Act. 20

2 Cor. 11

omnibus Apostolis laboraret, vt (iuxta dictum suū) *vbi abundauit delictū superabundaret & gratia*. Secundo, vt ostenderet potētissimum Dominum. Cōmuniter rex vel princeps in locis horrēdis, & inaccessibilibus, & in præruptis saxis facit castra inexpugnabilia, vbi in cāpestribus & planis locis cito inuaderētur. Sic Dominus in loco ab hominibus inexpugnabili potentissimum fidei fortalitium cōstruxit. Vnde talis erat Paulus, vt post cōuersionem nemo discipulorū se ei auderet cōiungere, quousque Barnabas apprehēsum eū duxisset ad Apostolos. Hic enim principi summo reseruatus erat. Tertio, hoc factum est ad Pauli vtilitatē. Cum enim persona considerat se aliquā fecisse stultitiam, quanto persona postea maior est, & stultitia magis publica, tāto magis humiliatur, & pudet eum fecisse. Et quia Paulus futurus erat magnus in Ecclesia Dei, maxime in reuelationibus & prędicationibus, Dominus eum permisit primo esse magnum persecutorem, vt sic deinde humiliatus disceret esse magnus prædicator, dicendo illud Ps. *Bonū mihi Domine quia humiliasti me, vt discā iustificationes tuas*. Sexto, requiritur secundum gratiam sibi datam operatio. Vnde ingressus in synagogas prędicabat de Iesu, quod esset filius Dei, *& gratia Dei in eo vacua nō fuit*, imo ea strenue operatus est. Et hoc valde commendabile est in eo qui de nouo cōuertitur ad Dōm, vt frequēter operetur. Ber. ad fratres de mōte Dei: Si incipis, incipe perfecte. Si imperfectus es, hoc ipsum perfecte agere stude. Sicut enim visus deficit nisi in actu exerceatur, vt patet de illis qui diu manēt in tenebris, sic virtus deficit, nisi operetur. Operibus enim qui ab ea exeunt quodāmodo sustētatur. Cui congruit illud: *Da mihi liberos, alioquin moriar*. Præterea. Sicut oculus corporalis lumen cęteris mēbris cōmunicat, dum non soltum sibi videt, sed & toti corpori, sic quicumque illustratus dono scientiæ debet omnibus illud liberaliter impartiri, vt dicere possit: *Videte, quoniā non soli mihi laboraui, sed omnibus exquirētibus veritatē*. Sic Dauid, qui à Domino petierat prius: *Illumina oculos meos*: postea alibi dixit: *Docebo iniquos vias tuas*. Sic B. Paulus postquā visum recepit, ingressus in synagogas cœpit prædicare Iesum Christum. Sic erat communicatiuus Seneca, ipso dicente in quadam Epistola: In hoc gaudeo aliquid discere, vt doceā. Præterea. Sicut oculus corporalis nō ideo minus videt quia toti corpori videt, quin potius ex vidēdi exercitio potentior redditur in vidēdo. Qui enim in tenebrosis carceribus diu clausi fuerunt, si subito ad lumen perueniūt, vt plurimum fiunt cęci, sic dona Dei & sciētia per communicationē non minuuntur sed augētur. Vnde Anticlaudianus: Sicut flos dum se cōmunicat, prorumpit in fructus, & riuus inundās in flumē crescit, sic doctrina cōmunicata. Propterea & illis subtrahitur, qui eā nō cōmunicant. Inde Ber. in homil. super Cantica de seipso ait: Cum aliquid ex his, quæ suggerebat Spiritus, & si nō infideli, minus tamē feruēti animo reseruarē, vt haberē quid denuo dicerē, denuo tractaturus, ecce venit vox ad me dicens: Donec istud tenueris, aliud nō recipies. Septimū est, in bonis operibus perseuerātia. Inde Paulus in Christo *conualescebat, & cōfundebat Iudæos affirmans*, &c. De hac Ber. Perseuerantia singularis est filia summi regis. Illa enim sola est hæres regni æterni. Tantum enim valet vltimus dies, quo aliquis bene viuit, quātum omnes precedentes, quantū ad hoc, quod si in illo male vixisset, tota vita precedens perdita esset, & dum in illo bene viuit, quicquid præcedentibus fecerit, nō priuatur vita æterna.

Rom. 5.

Ps. 118. 8

Iustificatio operationē secundū gratiam sibi datā requirit

1 Cor. 15

Gen. 30

Eccli 24

Psal. 12.

Psal 50

Act 9.

Iustificationi cōseruanda necessaria est perseuerantia.

IN DIE PVRIFICATIONIS gloriosæ virginis Mariæ, Sermo I. & in ordine LXIII. Per Thema.

Mala. 3

Statim veniet ad templum suū dominator quē vos quæritis, & Angelus testamenti quē vos vultis. Volens Deus Pater mundū perducere ad gloriā æternā, sic facere voluit sicut Moyses filijs Israel, quando eos

deducere voluit ad terram promiſsionis. Erant enim filij Iſrael pigri, nolẽtes procedere, & murmurãtes cõtra Dominum, propterea miſit Moyſes duas perſonas, quæ aſportauerũt de fructibus illius terræ. Nam palmitẽ cum vua aſportauerunt
Num 13 in veſte duo viri, vt filij Iſrael fructus dulcedinẽ ſentientes animarentur ire ad terrã, quæ talem fructum portabat. Dominus autẽ promiſit nobis terrã fertiIud. 18. lem. *Tradet nobis Dominus locum, in quo nullius rei eſt penuria.* Sed modo ſunt multi pigri, & vadũt ad paruas dietas & magnas expenſas, imo murmurãt cãtra Deum, & volunt redire ad Ægyptum, id eſt, ad ſua peccata, nec virgis aut flagellis tentationum poſſunt induci ad eundum viã paradiſi. Iſti modo precantur ſeu rogantur de ſuo bono, vt veniãt ad terram optimã, & tamen recullãt & recuſant. Ideo pater ordinauit, quod duæ perſonæ aſportarẽt nobis de fructu illius terræ, qui eſt Chri-
Eſa. 4. Chriſtus tamquã fructus terræ ca leſtis à quibus allatus eſt. ſtus, de quo ſcribitur: *Erit germẽ Domini in magnificẽtia, & gloria, & fructus terræ ſublimis.* Duæ perſonæ portãtes iſtum fructũ fuerunt Gabriẽl præcedens in incarnatione, & virgo ſequẽs in natiuitate. Et apportatur hodie iſte fructus, de quo canit Eccleſia: *Suſcepimus Deus miſericordiã tuam*, id eſt,
Pſal. 47 fructum miſericordiæ, *in medio tẽpli tui*, vt eo ſcilicet guſtato, dulcedo huius anhelare faciat ad paradiſi terrã, quę talẽ fructũ profert. Inde eſt, quod cum ſenſit Symeõ huius fructus dultedinem, ſtatim cecinit:
Luc. 2. *Nunc dimittis ſeruũ tuum Domine*, &c. id eſt, nunc ſenſi dulcedinẽ fructus illius deſiderabilis terræ, dimitte me Dñe ire in illã terrã in pace, in qua poſsim ſatiari fructu illius terræ. Ad illã igitur, quæ attulit, & quæ habet ad manum fructum terræ illius, vt det paruulis petentibus, recurramus, ſuppliciter dicentes: Aue, &c.

Euangelium hodiernum ſingulariter meminit de duabus perſonis, Maria ſcilicet & Symeone, & ſecũdum hoc duobus explicabitur ſermonibus. Mane, eo quod mulieres libẽter vadunt ad offertorium, dicemus quomodo Maria iuit hodie ad offertorium, & quale fuit offertoriũ. Poſt prandium dicemus de curato, Symeone videlicet, qui tale ſuſcepit offertoriũ. Circa primũ duo dicemus. Primo, de purgatione Mariæ. Secundo, de oblatione eius. Pro primo ſciendum, quod Maria à tribus cõmendatur & laudatur in ſua purgatione. Primo, in humilitate. Nam ſola humilitate non neceſsitate legẽ purificationis ſubire voluit. Magna quidem fuit Marię humilitas in annunciatione ex illo verbo: *Ecce ancilla Domini*, cõtra multos qui in proſperis & honoribus de gratijs & virtutibus ſuperbiunt cum Eua & Lucifero, & nõ humiliãtur cũ Maria & Chriſto. Sed hodie humilitas eius non ſolum verbo, ſed facto declaratur, quãdo ſe innocentẽ humiliauit tamquã reã & peccatricem, quæ tamen in ſe nullã tabem aut maculã habuit. Non originalẽ ex parentibus, vt dictum eſt in conceptione, à fortiori nec actualem, ſed nec legalẽ, aut cærimonialẽ. Dicit enim lex: *Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculũ*, &c. Præceptũ enim erat in lege, quod mulier, quæ ſuſcepto ſemine pareret maſculũ, immunda eſſet diebus ſeptẽ, ſeparata ſcilicet à conſortio hominum, ab ingreſſu tẽpli, & à tactu ſacrorum. Sed cõpletis ſeptẽ diebus, octauo circũcidebatur puer, & tunc munda efficiebatur quo ad cõſortium hominũ, ſed adhuc quo ad ingreſſum tẽpli & vſum ſacramentorũ erat immunda diebus triginta tribus, quibus nõ licebat egredi domũ, & quibus cõpletis cum ſeptẽ præcedentibus, qui faciunt quadraginta, mulier intrabat tẽplum, & præſentabat puerũ Domino, pro ſe & pro puero offerẽs ſacrificium. Si autẽ feminã peperiſſet, duplicabantur dies quo ad cõſortium & ingreſſum templi, maledicta vero erat ſterilis. Vnde pariens maſculũ eſt virilis anima, quæ per quadraginta dies, id eſt, per totũ decurſum huius ſæculi cõplens ſuã pœnitentiã, ſtatim poſt mortẽ in templum cęli recipitur: pariẽs vero feminã ſignificat animã remiſſam, quæ eam in præſenti nõ perficit, ſed in purgatorio ponitur, antequam

B Mariæ humilitas in purificatione.

Leuit. 12.

Parere maſculũ quid ſit metaphorice & parere feminã.

quam templum cæleſte ingrediatur: ſed ſteriles, qui pœnitentiã non faciunt, audituri ſunt illã vocẽ: Diſcedite à me maledicti. O quàm felix, de quo poterit dici antequã de hoc ſæculo tranſeat, Impleti ſunt dies purgationis huius, vt iam nihil aliud ei ſuperſit, niſi ſit, vt ferãt eum Angeli in Hieruſalẽ ſuperiorem & ſiſtãt eum Domino. Talis erat Symeon ille ſenex plenus deſiderijs, cuius cum iã olim eſſent impleti dies purgationis, in ſuſceptione Domini Ieſu impleti ſunt etiã dies expectationis eius. Vere dies, qui nobis ad purgandũ dati ſunt, velimus nolimus, implemus. Sed væ nobis ſi dies impleantur, & purgatio minime impleatur, vt poſtea neceſſe ſit illo nos igne purgari, quo nihil pœnalius poteſt in hac vita cogitari. Audi quid dicat nobis Epiſtola hodierna loquens de Domino: *Ipſe autem ſedebit conflans & emundans argentũ, & purgabit filios Leui*. Suauius eſt fonte purgari quàm igne, ſed qui modo fonte lachrymarum purgati nõ fuerunt, igne habent purgari. Nunc Chriſtus aqua diluẽs, tunc ignis conſumens: modo *fons patẽs in ablutionẽ peccatoris & menſtruatæ*. Tunc flamma ſæuiens & deuorãs vſq; ad medullas. *Ipſe enim quaſi ignis conflãs & quaſi herba fullonũ*. Ignis conflãs nihil metalli reliquit, quod non liquefaciat, & herba fullonum, id eſt cardo nec pilũ nec filum dimittit, quod non attingat. Ita enim Dominus omnia mala ſcrutabitur, cogitationes, verba, & opera. Credamus ergo conſilio, & nos nũc purgemus, ne tã diſtrictæ purgationi aſsiſtamus. Penſemus Mariæ humilitatẽ, quæ purgatione non indigebat, imo eam legiſlator Moyſes in ſua lege exceperat. Videns enim Moyſes partum virginis, in virginẽ non auſus eſt proferre legẽ purgationis aut blaſphemiã, ſed ait: *Mulier ſi ſuſcepto ſemine*, &c. Si ergo Maria purgatione non indigens purgari voluit, nos qui bene indigemus purgatione, ſi digne feſtum Purificationis volumus celebrare, purgari debemus. Qui enim ſordent peccatis, non feſtum purificationis, ſed ſordidationis faciunt. Quinque autẽ modis ſolet purgari aliqua res. Primo, purgatur cor per medicinã & potionem, ſed ante talem medicinã adhibetur medicina præparatiua & dulcis, quæ dicitur ſyrupus. Sic purgatur cor per timorẽ iudiciorum Dei, ſicut medicina purgatiua prauos humores expellit. *Timor Domini expellit peccatum*. Et ſicut tales medicinæ partim conficiuntur ex veneno vel ex rebus amariſsimis, ſic iſte timor ex veneno pœnarum inferni, aut amaritudine mortis & diuini iudicij conficitur. Sed *ô mors quã amara eſt memoria tua homini pacem habẽti in ſubſtantijs ſuis*, &c. Qui hanc potionem acciperet, de facili omnes prauos humores à ſe expelleret. *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis*, quaſi dicat, ex eorum ſola memoria omnem peccati abominationẽ euomes. Præparatio autem eſt diſcreta cogitatio miſericordiæ Dei contra deſperationem, & iuſtitiæ Dei contra præſumptionem. Secundo, purgatur pannus per lotionem. Tria enim faciunt mulieres in lauando pannos. Primo, lauant in aqua. Secundo, ſuper eos percutiunt. Tertio, cõprimunt & ſtringunt, vt tota aqua exeat. Sic in purgatione ſpirituali, quæ fit per contritionem & lachrymas, oportet lauare cõſcientiam. Pſal. *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum*. Lectus enim eſt conſcientia, in qua requieſcit anima ſi ſit pacata. Sed quidam volunt radere ſe ſine aqua, quod eſt valde durum. Sic confitentes ſine dolore præcedente, ſed quãdo præcedit dolor contritionis, nihil grauat confeſsio. Secundo, percutiunt. Sic & debet peccator facere ſe purgando, onerando ſe bona pœnitentia, per quam fugiat reciduum, & faciat exire omne malum conſuetum, vt ſi eſt auarus, per eleemoſynas, ſi guloſus aut luxurioſus, per abſtinentias, &c. Tertio, ſtringunt. Sic debet facere peccator per reſtitutionem, ita quod nihil in eo alienum remaneat neque vſura neque fraus, &c. Tertio, purgatur domus per ſcopas, & iſta purgatio per cõfeſsionem.

C Purgatio huius mundi ſuauis eſt reſpectu futuræ. Malac. 3

Zach. 13

Malac. 3

Leu. 12.

D Purgatio rei quintuplex. Eccli. 1. Eccli 14 Eccli. 7.

Psal. 76 Psal. *Meditatus sum nocte cum corde meo*, discutiendo conscientiam meã, *& exercitabar*, frequenter scilicet reuoluẽdo in omnibus angulis, sicut bona ancilla primo cõgregat omnes immũditias domus in vno angulo, & postea totum eijcit, sicut etiã debet facere pœnitens: *& scopebam spiritũ meum*. Quarto, purgatur granũ per flagellũ, cui correspondet purgatio, quæ fit per tribulationem. Augustinus: Quod fornax auro, quod flagellũ grano, hoc tribulatio viro iusto. Facit enim infirmitas à Deo missa emẽdari hominẽ, vel etiam tribulatio per amissionẽ bonorũ tẽporalium, vel flagellum Domini propinquũ, puta pestis vel famis, & sic derelinquit suas malas cõsuetudines, & ita separatur granum à palea. Sed quando tale granum cõteritur & cõminuitur sub flagello, & sic nõ separatur à palea, sed magis adhæret. Sic multi in aduersitate franguntur per impatientiã, nec separãtur propterea à sua mala consuetudine. Quinto, purgatur aliquis reus per testiũ depositionẽ: cui correspondet spiritualis purgatio per bonorũ operum ostensionẽ. Accusat enim nos inimicus coram Deo, & sic cũ impleti erũt dies purgationis nostrę, & venerimus corã Deo, confutabimus inimicũ nostrũ per nostra bona opera. Exemplũ de Antipatro, qui accusatus apud Iulĩũ Cæsarem, ostendit vulnera, quæ eius causa in bello fuerat perpessus, vnde nõ solum ab obiectis criminibus purgatus est, sed etiã tali dignitate insignitus, vt procurator Iudęę declararetur, vt dicitur in Historia Scholastica super Historijs 1. lib. Machabęo. ca. 14. Sic opera illa nobis tacẽtibus respondebunt. Sed vę illis, qui nõ impleuerint dies purgationis suæ, nõ confidãt tunc in misericordia Mariæ, imo illã tũc Deus adducet ad iudicandum peccatorem, quasi dicẽs: Ecce matrẽ meam, quæ numquam purgatione indiguit, & tamẽ in diebus purgationis suæ voluit purgari, tu vero infinitis peccatis obnoxius numquã voluisti purgari, sed in superbia tua mansisti, ideo cũ superbis ibis, &c. Secũdo, cõmendatur Maria in sanctitate, religiositate, & obediẽtia, in hoc quod voluit adimplere legalia, & obseruauit festa legis. Origenes super illo passu: *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrã à sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinẽ Zachariæ*, &c. dicit quod Maria die purificationis ingressa templũ stetit ad locũ orationis virginũ, qui erat iuxta altare, indignatus vero sacerdos eã remouere voluit, sed Zacharias pater Ioãnis, cognoscẽs modum partus eius, se opposuit, & propter hoc occisus fuit. Sed istud est apocryphũ, vt dicit Hiero. ideo nec est asserendũ. Vnde sicut Christus nõ venit legẽ soluere sed adimplere, qui legi nõ tenebatur, sic & Maria. Solet enim dici vulgariter, quod qui vult cũ lupis currere, oportet eũ cũ lupis vlulare. Sic Christus, licet esset immunis à peccato, quia tamẽ inter peccatores nasci & conuersari voluit, legi peccatorũ in circumcisione se subiecit. Sic & Maria quãuis immunis esset ab omni immunditia, ante partum, in partu, & post partũ, quia tamẽ cum alijs mulieribus de semine cõcipientibus conuersata est, more earum legi obtẽperauit, licet non subiecta. Poterat enim ei dici, quod dixit Assuerus Hester: *Non pro te, sed pro omnibus hæc lex cõstituta est*. Sed quęritur, vtrum nunc mulier purificationis tẽpore teneatur ab ingressu Ecclesiæ abstinere. Hęc quęstio terminatur in decretis di. 5. & extra, de purificatione post partũ, vbi dicitur, quod postquã vmbra legis euanuit, & illuxit veritas Euãgelij, si mulier statim postquã cõceperit, actura gratias Deo Ecclesiã intrare voluerit, non peccat: nec ingressus Ecclesiæ est ei denegãdus, ne pœna ei vĩdeatur conuerti in culpam. Si tamẽ ex veneratione aliquamdiu abstinere voluerit, talis deuotio non est improbãda, sed consuetudo super hoc introducta est commendanda, & eadem ratione nec sacra communio est ei deneganda, nisi ex reuerentia voluerit abstinere. Sed maius periculum est intrare Ecclesiam cum cõscientia peccati mortalis. Christus enim circumcisus est antequam ingrederetur tem-

F *Maria obedientia eximia in purificatione. Mat. 23*

Esth. 15. G *Purificationis tempore nunc nõ prohibetur Ecclesia ingressus.*

tẽplum,& Marię dies purgationis impleti ſunt, & lubricus intrat Eccleſiã abſque cõtritione. Tu vides quod puer propter originale in principio Eccleſię lauatur in fonte baptiſmi, antequã vlterius procedat, & tamẽ grauius eſt mortale quã originale,& nõ times cũ mortali intrare. Similiter propterea aqua benedicta habetur ante fores Eccleſiæ, vt ingrediẽtes aſperſione eius purificẽtur à venialibus,qui de mortali ſibi conſcij non ſunt. Tertio, commendatur Maria ex charitate. Charitas enim eius apparuit largiter,quando communicauit nobis Chriſtum in tẽplo 40.die,vbi totus cõueniebat mũdus,quaſi totũ mundũ volẽs ponere in poſſeſſione & feſtina de ipſo,&ad opus totius mũdi ſuſcepit eũ Symeõ in vlnas ſuas. Sciebat enim quod nullius boni poſſeſsio iocũda ſine ſocio. In ſecunda parte dicẽdũ eſt de oblatione Mariæ. Iuxta Euang. tria fecit Maria. Primo tulit Dñm Ieſum in Hieruſalẽ. Secundo,præſentauit eũ Dño. Tertio,redemit eũ. Primo igitur tulit eũ in Hieruſalẽ,quia erat locus orationis,nõ ad tabernã &choreas,cõtra illos,qui poſt quã mane audierint Miſſam, vbi debuerũt recepiſſe corpus Chriſti ſpiritualiter, portãt ipſum ad tabernas. Alij vt blaſphemi ferũt ipſum in quadriga, ſicut tortor, ad mẽbratim ſcindendũ eum. Alij retro, qui recedũt à bonis operibus. Alij ſuper humeros, vt pœnitẽtes: alij inter brachia per bona opera, vt perfecti, ſicut Symeõ. Secundo, obtulit eũ. Dicitur cõmuniter apud ſacerdotes, quod magnũ eſt feſtum quãdo magna eſt oblatio. Bis oblatus legitur Chriſtus in vita. Primo,hoc die purificationis:ſecundo,die paſsionis. Prima oblatio fuit matutinũ ſacrificiũ. Secunda ſacrificium veſpertinũ. In prima offertur in ciuitate & in tẽplo. In ſecũda extra ciuitatẽ oblatus eſt. In prima inter brachia Symeonis,ſed in ſecũda inter brachia crucis. In prima redimitur, ſed in ſecũda nõ redẽptus eſt, ſed redemit ſanguine proprio. In prima à paucis parẽtibus & amicis Deo oblatus eſt, ſed in ſecũda ab inimicis multis,& fere omnibus clamãtibus.

H Maria charitas largiſſima in exhibitione Chriſti in purificatione.

Luc 2.

I Chriſtus ſpiritualiter à bonis & malis diuerſimode fertur

Prima facta eſt tẽpore ſuæ natiuitatis,ſed ſecũda in plenitudine ętatis. Sed quid dicebat Maria Deo Patri filiũ repræſentãs? Dico quod præſentãdo gratias Deo agebat de tanto munere, quod ipſa cũ virgo cõceperat &pepererat,&quod ipſa in tali prole digniſsima ei communicabat. Quid autẽ ipſa virgo tũc orauerit, ſcriptũ non habemus. Poterat tamẽ ore vel ſaltẽ corde ita dicere: Ecce Dñe Pater ſancte præſento tibi filiũ tuũ à te æternaliter genitũ &de meo tẽporaliter natũ. Ecce tibi præſento eũ,qui tibi ſemper eſt præſens:gratias tibi ago,quia ſic eũ concepi mirabiliter,& peperi ineffabiliter. O ſancte Pater hunc filiũ tuũ & meũ tibi offero oblationẽ nouã,qui ſemetipſum oblaturus eſt tibi pro ſalute mũdi. *Quia omne maſculinum aperiens vulvam*,&c. Ratio legis erat,ſcilicet ſanctificationis primogenitorũ prima propter interfectionẽ primogenitorũ Ægypti, & cõſeruationẽ primogenitorũ filiorũ Iſrael ab exterminatore. Secunda ratio,quia ad oſtendendum quod ex omni fructu honorandus eſt Deus, tamquã prima cauſa omnis boni & primus Dñs: & quod principiũ boni nõ poſſumus habere niſi ab ipſo. *Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis,ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt.* Ideo ſibi tãquã principio principium vitæ noſtrę offerre debemus. Mira peruerſitas eorũ, qui florẽ iuuẽtutis ſuæ volunt offerre diabolo, fæces vero ſenectutis Deo. Ideo tales merito de foro infernalis miſeriæ bibẽt, de qua Pſ. *Verũtamen fex eius nõ eſt exinanita,bibẽt omnes peccatores terræ.* Sub hac autẽ lege Exo. 13. nõ cõprehenditur Chriſtus propter duo. Primo, quia nõ aperuit vuluã, ſed clauſo virginis vtero exiuit. Secundo,quia dicit lex quod talis primogenitus ſanctus vocaretur,id eſt ſanctificari,imo hoc ſibi ſoli propriũ eſt: *Idcoque & quod naſcetur ex te ſanctũ*,&c. Solus enim naſcitur ſanctus,cęteri vero vel ſanctificati vel ſanctificãdi. Et ſi quæratur,quomodo omne primogenitũ ſanctũ Dño vocabitur,cũ multi tales fuerint ſceleratiſsimi. Dicit Beda, quod ſãctũ Dño dicebatur,quia Dño debebatur

Luc. 2. K Nota.

2 Cor. 3

L. Nota.

&ad

&ad ſanctũ cultum redigebatur vel redimebatur, vel quia ipſum Chriſtũ ſanctũ ſanctorum præfigurabãt. Tertio, redemit eum offerẽdo par turturũ aut duos pullos colũbarũ. Primogeniti enim, qui erant de tribu Leui, offerebãtur, & ſeruiebant iugiter Dño, ſed primogeniti aliarũ tribuum offerebantur, & quinque ſiclis redimebãtur. In hoc enim oblatus eſt Chriſtus & redẽptus, vt ſic redẽptus nobis totaliter offerretur, & totus noſter eſſet ad vẽdendum & expendendũ. Obtulit itaq; Maria par turturũ, vnum quidẽ offerens pro filio in holocauſtũ, alterum pro peccato, ſicut erat ſcriptũ in lege, quãuis ſine peccato fuerit: in quo primo oſtenditur eius paupertas, quia diuites offerebãt agnum. Secũdo, offerebantur illæ aues, quæ ſunt gemebundæ, habentes gemitũ pro cantu, vt nos diſcamus Deo offerre gemitus cõtritionis pro peccatis noſtris, & deuotionis pro beneficijs nobis datis. Et ſecundũ Athanaſ. propterea iuſsit Dñs bina offerri, quia homine cõſiſtente ex anima & corpore Deus à nobis requirit fidelitatẽ animę & corporis. Alioquin erit homo hypocrita. Sed hic quęritur, vtrũ cõcepiſſe vel peperiſſe ſit ſemper peccatum, quia oportebat mulierẽ poſt partum pro peccato ſuo offerre, & vtrũ actus coniugalis ſit ſemper illicitus. Dicitur primo, quod ex triplici cauſa poteſt vir habere ſocietatẽ ſuæ vxoris & econtra. Primo, propter procreationẽ prolis. Secũdo, propter debitũ reddendum ad quod obligatur alter eorũ, puta ſi vir quærat, mulier obligatur ex debito ad reddẽdum. Et iſtis duobus modis ſemper actus eſt licitus & meritorius, dũmodo fiat illa operatio loco, tẽpore, & vaſe, quo debet fieri. De loco, malũ ei eſſet ſi fieret publice vel in loco ſacro. De tẽpore, ſi fiat tẽpore Miſſæ vel orationis, in qua debet homo eſſe, tũc ſecũdum Aug. malũ eſt. Si autẽ fiat cũ vxore in vigilia feſti ſolẽnis, tũc cõſulitur quod abſtineat propter reuerentiã feſti, vel propter reuerentiã ſacramẽti ſuſcipiẽdi, ſed ſi hoc non faciat, non tamẽ propter hoc peccat.

Leui. 27

M Nota.

N Coniugalis actus cauſa prolis & debiti reddẽdi eſt licitus.

Vnde Greg. in regiſtro: Si quis ſua coniuge nõ cupiditate voluptatis, ſed ſolũ procreandorũ filiorũ gratia vtitur, ille profecto ſiue de ingreſſu Eccleſię ſiue de ſumẽdo dominici corporis ſanguiniſq; myſterio, ſuo relinquendus eſt iudicio, quia à nobis nõ debet prohiberi accipere, qui in igne poſitus neſcit ardere. Similiter ſi fiat in vaſe alio quã debeat fieri, tũc eſt execrabilius peccatũ, quã ſi fieret cũ meretrice. Inde Aug. Cum naturalis vſus quãdoque prolabitur vltra pacta nuptialia, id eſt, vltra propagandi neceſsitatẽ, veniale fit in vxore, in meretrice damnabilius. Ille qui eſt contra naturã, execrabiliter fit in meretrice, ſed execrabilius in vxore. Ratio autem quare iſtis duobus modis eſt licitus actus & meritorius, poteſt duplex aſſignari. Prima eſt, quia natura numquam inclinat videlicet humanã naturã ad illicitũ, ſed natura videlicet inclinat ad procreationẽ liberorũ, ergo actus ille eſt quãdoque licitus. Secunda ratio, quia Deus nõ obligat ad illicitũ. Sed in matrimonio Deus obligat virũ vxori ad reddendum debitũ & ecõtra. Igitur. Tertia poteſt fieri cauſa continẽtiæ à libidine in remediũ propriæ concupiſcentiæ, & hoc dupliciter, vno modo exeũdo limites matrimonij, ita quod vir vellet habere ſocietatem coniugis dato quod nõ eſſet ſua vxor, & ſic eſſet peccatũ mortale, quia taliũ concubituũ voluptates ſimiles ſunt illis, qui capiũtur de meretricũ amplexibus. Alio modo ſiſtendo infra limites matrimonij, ita quod actu vel habitu numquã vellet hoc exercere niſi cum ſua, & actus ille excuſatur à peccato mortali, ſed ſecundũ Tho. 1. 4. diſt. 26. non excuſatur à veniali. Secundum tamen Durandum ab argẽtina, & de media volla, excuſatur ab omni peccato, ſic intelligẽdo quod ſi faceret cũ non ſua, eſſet peccatum mortale, & hoc dicit Magiſter ſenten. diſt. 31. 4. quod talis cõcubitus propter nuptias accepit veniã. Quod autẽ non ſit veniale, patet, quia matrimoniũ inſtitutum eſt, nõ ſolũ cauſa prolis habendæ, ſed etiam in remediũ cõtra

O Coniugalis actus cauſa vitandæ fornicationis eſt licitus,

tra fornicationem, vti autem aliquo, ad quod institutum est, non est eo abuti, sed recte vti. Igitur. Secundo, quia si aliquis patiēs infirmitatem, quæ nullo modo vel de difficili curari posset, nisi ex carnali cōcubitu, propter salutē corporis cognoscat vxorem, non peccat: ergo quanto magis si hoc faciat pro salute animę. Tertio, quia dicit Apostolus, quod propter fornicationem habeat vnusquisque vxorē, nō autē precipit malum, vt inde eueniat bonum, quia hoc reprobat ad Roman. igitur actus ille non est malus. Dicitur secundo, quod licet actus coniugalis sit licitus & meritorius, quādo est debite circumstātionatus, vt declaratum est; quia tamē plerumque caret debitis circūstantijs propter maximam corruptionem virtutis generatiuæ ex peccato primi parentis procedentem, ideo fiebat vniuersaliter ab omnibus oblatio pro peccato vero vel præsumpto seu verisimili. Vel secundū Aug in glos. super illo Ps. *Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum.* oblatio fiebat pro peccato originali. *Psal. 50*

EODEM DIE SERMO II. ET pomeridianus, & in ordine LXIIII. Per Thema præcedens.

A Purificationis mysterium à quibus visum fuerat.

IStius diei mysteriū lōge ante à multis visum est in figuris & ęnigmatibus, & gauisi sunt cū viderūt, quātomagis nos qui videmus & credimus rei veritatē. Primo, vidit eū diē Noē in figura. Nā colūba emissa ab arca redijt ad vesperā portās ramum oliuæ cū virentibus folijs, & intellexit Noē quod cessassēt aquæ diluuij. Sic in vespere mundi in nouissimis diebus emissa columba virgo Maria super omnes pulcherrima, nata ex tribu Iudæorum, ad tēplum redijt portās ramū misericordiæ de paradiso, & intellexit Symeō quod cessassent iræ Dei super genus humanū & gemitus & suspiria patrum. Secundo, vidit eā Heli sacerdos, cum in figura sibi obtulit Anna Samuelē, & tunc benedixit Helcanę & Annę. In quo vidit Ecclesia Mariā Christum templo offerre, & benedictionē prestari à Symeone Ioseph & Marię. Tertio, vidit eum Dauid in spiritu in templo præsentatū nō in angulo, non in diuersorio, neq; in occulto. Exultauit enim vt videret diē istū, & vidit & gauisus est. Alioquin si nō vidisset, quomodo dixisset: Suscepimus Deus misericordiā tuā in medio tēpli tui? Quarto, vidit eū Malac. prophetā: inde est quod dicit in Themate, Statim veniet ad tēplum suū dominator, quē vos quęritis, vidit & quomodo (vt decebat tātum Dñm) haberet suū specialē prænuncium & præcursorem, & ideo ait: *Ecce ego mitto Angelū meū*, id est, nuncium Ioannem Baptistā, *qui præparabit viam ante me.* Vndo quia ipse Dñs rex regū erat pro salute populi vēturus in propria, & multi eum venientē recepturi nō erāt, ne propter ignorantiā excusarentur, primū literas figurarum, & prophetarum. Secundo nūcios ante se destinauit. Sic & prædicās in mundo, in omnē ciuitatē, in quā erat vēturus, binos ante se destinabat. Miseri erimus si eum nō susceperimus, qui post tā multiplices & tā excellentes nuncios, tandem venit ad nos in propria, & maxime cum quotidie nobis offeratur à virgine gloriosa. Narrat Valerius li. 1. de Dionysio Siculo, quod cū trāsiret iuxta simulachra habētia manus extēsas & in manibus catenas aureas, recipiebat eas dicēs, quod cū hæc bona à dijs precamur, absurdum est oblata respuere. Sic absurdū est & miserum oblatum à Maria infantē Iesum respuere. Nā secundum typū Ecclesiæ tenet Christū in manibus suis, & nobis hodie offert. Igitur ipsum susceperi, accedamus ad eamdē virginē pro tāto munere nobis oblato ei gratias agentes, & imprimis illā salutantes cum Angelo, & dicentes: Aue. *Luc. 10.* *Nota.*

Postquā mane dictū est de illa quę iuxta Euangeliū hodie fecit mirabile offertoriū, nunc cōsequenter dicendum est de curato, qui tale susceperit offertorium, seu oblationē. De quo duo videnda sunt. Primo, quis erat iste curatus, & qualis, & vbi. Secūdo, quid in oblatione Christi fecerit. Quo ad primū, quis esset iste curatus, notatur in Euāgelio, cū dicitur: Erat homo, scilicet

Nota an Dorotatē duplicitē. Primo, dū ſani ſumus, & hoc modo vident boni, & proprie nō eſt viſio, ſed præuiſio; quia non vidēt, ſed præuident, quod (vt dicit Seneca) mors ſenibus in ianuis eſt, iuuenibus in inſidijs. Habent enim ſenes mortē in ianuis corporis. Secundo, videmus eā morientes clauſis oculis exterioribus, per ſenſus interiores, & tunc qui bene vixerunt nō ſunt turbati. Sed ſicut mali humores eleuāt fumos in capite, qui turbant infirmos, ſic mali mores tamquā fumi, imo furiæ, actrunt, turbantes cerebrū & intelligentiam impij: ſed boni quia nec malos illos humores habent, non ſic turbantur. Et hæc de primo pūcto. Pro ſecūdo puncto primo dicetur, quomodo Symeon Chriſtum ſuſcepit. Secundo, quomodo gratias egit. Primo itaque, cum inducerēt puerū Ieſum parētes eius, vt facerēt ſecundum conſuetudinē legis pro eo. Oportet enim quod qui inducunt puerū Ieſum in templum ſuū, quod ſint parentes eius, iuxta illud: *Quicunque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.* Sed multi parentes conantur inducere filios ſuos in templum Domini, & bene faciunt, dūmodo non introducant primo in pinnaculū, ſicut fecit diabolus: cuius oppoſitum faciunt, quia in iuuenili ætate eis procurant curas animarū. Si eſſent eis parentes ſpirituales ſicut carnales, hoc non facerent. Sed Pſal. *In terra polluerunt tabernaculum nominis tui, dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul.* Accepit eum Symeon in vlnas ſuas; & tunc Symeon amplexatus eſt eum menſurando in illa vlna, & inuenit duo fruſta, vnum minus alio, exterius inuenit veſtem carneā breuem & curtam. *Paruulus natus eſt nobis:* ſed ſubtus inuenit diuinitatem adeo longā, quod attingebat à cælo vſque ad terram. Vnde de eo impletum eſt illud Pſal. *Deſiderium cordis eius tribuiſti ei*, quando amplexus eſt Chriſtum, & non ſolum vidit, ſicut deſiderauerat, ſed etiam tenuit: *& voluntate labiorum eius non fraudaſti eum*, quando orans vt dimitteretur in pace, nō eſt fraudatus à deſiderio ſuo, Domine, *præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis*, quando repletus eſt Spiritu ſancto, *& poſuiſti in capite eius*, id eſt in corde, *coronam de lapide pretioſo*, ſcilicet virtutum iam enumeratarum ibi. *Homo erat in Hieruſalē*, &c. *Vitam petyt à te, & tribuiſti ei longitudinem dierum*, & cætera. Quando reſponſum accepit Symeon. Vixit enim vſque ad decrepitam ætatem. *Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo*, quando oculi eius viderunt ſalutare Dei, *gloriam & magnum decorem impones ſuper eum*, quando in manibus gloriam & decorem plebis Iſrael tenuit. Qui enim ſeruiunt Deo à iuuentute ſicut Symeon, non dubium quin in ſenectute amplexentur eum pro amore ſibi hactenus obſeruato. O leue onus, quod portabat Symeon, à quo & portabatur ipſe, & regebatur ſenex, & tunc lux orta eſt iuſto Symeoni, & rectis corde lætitia, ſcilicet Symeoni & Annæ. Vnde venerandus iſte ſenex aduertebat diligenter, ſi videret inter turbam deferri paruulum ex virgine natum. Offerebantur quidem in templo filij nobilium & diuitum, ſed hos non attendebat ille: ſed cum inducerent parentes Chriſtum in templum, ſtatim cognouit Symeon infantem, & mox dimiſſis alijs currens venit ad virginem. Et non ſuffecit ſibi adorare, videre, & tāgere paruulum, niſi & ipſum acciperet inter brachia de ſinu virginis. Et mirum eſt, quod beata virgo non prohibuit ſenem accipere ab ea puerum, & etiam amplecti: ſed non dubium quin ipſa cognouerit in ſpiritu deuotum deſiderium ſenis, & intellexit placere Deo Patri, quod ille ſenex conſolaretur in amplexu filij ſui. Mirabile eſt quod tam cito cognouit Symeon puerum quadraginta dierū inter tot & tantos pueros. Sed hoc erat Spiritus ſancti doctrina. Sic & nos in alia vita, quos inhabitauit ille ſpiritus, omnes cognoſcemus in promptu, quos nūquam vidimus. Sed ſtulti aliqui videntes ſenem geſtare infantem & exultare & cantare, ridebant, dicentes quia hic eſt inſenſatu

E Carnalis affectus quorundam parentum reprobatur.

Mat. 12

Pſal. 73

Eſai. 9.

Pſal. 20

Luc. 2.

Pſal. 20.

ſenſatus. Sed hoc Symeoni non erat curæ, qui cũ puero factus erat puer, vt poſſet cũ eo manere, ſicut pueri ſibi ſimiles diligunt & aſſociant. Exultabat enim qui meruerat habere conſolationem, quam ſancti Patriarchæ & Prophetæ deſiderauerant, & non acceperant. Nec mirum, ſi canebat, cum inebriatus eſſet Spiritu ſancto ex amplexu iſtius pueri. Plenus enim Spiritu ſancto venit in templũ, non ſicut inebriati vino, qui non quærunt niſi lectum. Vnde Origenes: Si ad tactũ fimbriæ veſtimenti Chriſti mulier ſanata eſt, quid putandũ eſt de Symeone, qui in ſuas vlnas accepit infantẽ, & gaudebat vidẽs parvulum à ſe geſtari, qui venerat advinctos reſoluendos, ſciens neminẽ eum poſſe de clauſtro corporis dimittere cum ſpe futuræ vitæ, niſi eum, quem in brachijs cõtinebat: inde & futura facta ſunt ſibi nota, puta, illi rumores mali, quos Mariæ nuntiauit. Ecce quomodo hodie in ingreſſu

F *Nota de Maria. Beneficium paradiſi Chriſtus eſt, continẽs duo incõpatibilia per diſpẽſationem.*

tẽpli Maria contulit Symeoni beneficiũ paradiſi, ad oſtendendum, quod ipſa eſt, quæ præbet cæleſtes præbendas: & Symeon tunc ſe tenuit de beneficio illo cõtentũ. Nec mirum, quia beneficium illud ſingulare erat & excellẽs valde, duo incõpatibilia cõtinẽs, ſcilicet mortalẽ & ęternũ. Diſpẽſatio enim facta erat in Chriſto de illis duobus beneficijs incompatibilibus, vt patet per bullam, quã miſit Apoſt. Epheſijs duobus locis. Primo, in primo

Epheſ. 1 cap. vbi dicitur: *Vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ, ſecundùm beneplacitum eius, quod propoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis & quæ in terra ſunt in ipſo.* Et 3. c.

Epheſ. 3 *Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc, in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti, illuminare omnes, quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſconditi à ſæculis in Deo.* Et ſequitur: *Quam fecit in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Sed quando Maria dedit illud beneficiũ redemptionis in manus Symeonis, numquid aliquid recepit? Dico quod nõ, ſed quia gratis acceperat, gratis dedit, & ſolum Symeon gratias dedit. Nõ legi decretiſtã aut Theologũ, qui nõ diceret prę pręſentatione beneficiorum accipere pecuniam eſſe ſymoniacum. Si pro præſentatione, à fortiori pro collatione.

Secundo, dicendum eſt de gratijs Symeonis, quia gratias agens benedixit ei, hoc eſt, in bonum locutus eſt more antiquorum virorum, vel canticum nouum dixit. Vnde quidam neſciunt bene dicere de ſuis principibus vel dominis, & hoc propter quatuor. Primo, quia bellatores ſunt & iracũdi, nec poſſunt dimittere populum viuere in pace, ſed ſemper cõ- uẽt bella & ſeditiones, ſicut in bellis militibus tempore Romanorũ. Sed ſanctus iſte Symeon nunc clamat, dicens: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine,* id eſt, dimitte me, vt vadam in pace ad patres meos, quia te iam ſtatim vidi in hoc mundo, & ſatis in hoc mũdo vixi, qui plenus eſt miſeria. Dimitte me ire ad patres meos nũtiare eis prima noua. Ero enim ab eis multum bene receptus, ſicut qui primo annunciant regi bona noua. Iſte enim ſanctus homo & perfectus propter eminentiam vitæ, in qua erat, iam erat quaſi in quodam monte gaudij, vnde poterat videre paradiſum, quem non videns habẽtes amorem & ſolicitudinem terrenorum, quia hi pacem non habent, & maxime raptores. Hinc Eſaias: *Non eſt pax impijs, dicit Dominus.* Vnde Aug. 19. de ci. Dei: Quomodo pax eſt vera illi, qui habet guerram cum omnipotente? cui iuſtitia Dei gladiũ euaginatũ tenet ſupra caput? qui in domo propriæ conſcientiæ litẽ habet, cui omnia nocent & bona & mala. Sicut enim bonis & bona & mala cooperãtur in bonum, ita malis & bona & mala cooperantur in malum. Ex iſto verſu vocat Symeon Dominum pacificum, id eſt, reconciliatorẽ humani generis, qui facit vtraque vnum: & etiã Dñm, quia creator eſt & plaſmator omniũ. Secundo, nõ poſſunt bene dicere de ſuis dominis, quãdo nimia tributa accipiunt ſuper eis, vel nimis difficiles ſunt ad ſoluẽdum, nec ſunt benigni, ſed crudeles, quando excoriant

G *Chriſti perfectiones quatuor in cãtico Symeonis notatæ, quibus cauẽt mali principes.*

Luc. 2.

Eſai. 48

ſuos

ſuos ſubditos,& eos comedunt. De quibus conqueritur Dominus: *Grex diſperſus Iſrael, primus comedit eū rex Aſſur, iſte nouiſſimus exoſſauit eū Nabuchodonoſor rex Babylonis.* Sed cōtra hoc benedixit ei Symeon, cum dixit: *Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum,* id eſt, redemptionē, quam miſiſti populo tuo, paratū nō in vna plaga terræ ſolum, ſed ante faciē omniū populorū. Salutare quidē nō ad prædandum, ſed ſaluandum populum. Alij enim interficiunt quando volunt, iſte vero ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorū. Alij ſine cōſilio exterminant, iſte vero Angelus magni cōſilij venit ad ſaluandū nos. *Ibi ſalus vbi multa conſilia.* Non enim venit ad euacuandas burſas, ſed ad implendum animas, ideo propter hoc Symeon eructauit in canticū amoris, quia mirabilia fecit Dñs. Tertio, maledicunt eis, quādo non poſſunt ab eis habere iuſtitiā, ſed oportet ipſos principes illuminare, (*eſclerer*, Gallice) vt faciāt iuſtitiam, id eſt, dare pecuniam, quia ſæpe princeps, niſi habeat pecuniā, nihil videt in iuſtitia. Antiqui Romani pinxerunt iuſtitiā pulcherrimā mulierē, ſed ſine manibus, propter pretia repudianda, & ſine oculis, ne perſonā acceptaret. Sed modo eſt oppoſitū, ideo dicit benedicendo Symeon: *Lumen ad reuelationē gentiū,* hoc eſt, viderunt oculi mei lumē, quod illuminabit gentiles cæcos, qui non venit, vt alius ei lumen tribuat, qui omnia interiora ita illuminat, vt cognoſcat & cognoſcere faciat. Quarto, maledicitur principi, quādo male ſe regit, & populum deuaſtat ex ſua mala fama, & per officiarios ſuos. Tunc enim ſubditi ſui neſciūt bene de eo iudicare aut dicere. Sed iſte ſubiūxit, Viderūt oculi mei gloriam plebis tuę Iſrael, id eſt, illud, in quo erit gloria plebi Iſrael, quia de ſtirpe ſua natus eſt. Vnde iſte ſenex cecinit iturus ad conſortium Angelorum in fine vitæ ſuæ, ſicut cygnus albiſſimus facit in morte, ſicut fecerunt Angeli in natiuitate, quia cognoſcebat ſe ad meliora trāſire. Sed primi, ſcilicet paſtores, qui venerunt ad Chriſtū, nō leguntur cecinisſe, iſte vero ſic. Magi autē ampliora fecerūt, qui munera obtulerunt, ad oſtendendū, quod populus Iudęorū labijs honorabat Dñm, populus vero gentium operibus poſtmodum adoraturus erat eum. Vnde & præponit: *Lumen ad reuelationē gentiū.* Et deinde ſequitur: *& gloriam plebis tuæ Iſrael,* quia in Natali venerunt pauci Iudæi ad Chriſtum, & ſimplices, ſed in feſto Epiphanię venerunt gentiles multi, & docti, ſed in iſto vltimo feſto, quod fiebat ſecūdum ritū Iudęorum, venit Symeon. Ideo primi conuerſi ad fidē fuerunt pauci ex Iudæis, ſcilicet Apoſtoli & diſcipuli, ſed poſtmodum plenitudo gētium intrauit, quando viſum eſt lumen ad reuelationē gentiū, nouiſsime vero cōuertentur reliquiæ Iſrael, quādo videbitur ipſe in proximo gloria plebis Iſrael. Inde eſt quod in laudibus Eccleſię dicuntur duo Pſalmi per vnum, Gloria, ſcilicet: *Deus, Deus meus.* Et: *Deus miſereatur noſtri,* ad oſtendendum quod duo populi fient vnus populus, ſed in fine Pſalmorum de Laudibus dicuntur tres, quia tunc illi duo populi cum Angelis facient vnā gloriā Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Sic itaque vocat eū Symeon primo Dominum, quia creator eſt. Secundo ſalutare, quia redemptor eſt. Tertio lumen, quia doctor & magiſter eſt. Quarto gloriā, quia remunerator eſt.

Ier. 50

Luc. 2.

Pro. 11.

Luc. 2.

Ibidem.

Pſal. 84

Pſal. 66

EODEM DIE, SERM. III. ET *in ordine* LXV. *Per Thema.*

VSccepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Sed quomodo dicimus, quod Dñs dat duplicia dona pro peccatis noſtris, qui odit peccata & peccatores, dicēs: *Iniquos odio habui.* An ita appretiātur peccata noſtra? Reſpōdetur primo: Peccatum in corde nihil eſt & nihil valet. Eſt enim ſicut ſpina in pede, & mala moneta in theſauro. Ideo quāto in homine ſunt plura peccata, tāto ille nihil eſt. Quāto nauis vel veſtis perforata eſt, tāto minus valet. Secūdo, quod peccatum in ore, vt expuatur, magna victoria eſt, & magnū quod requirit Deus. Medicus vult vt interius

Eſai. 40

A Peccatū nihil valet, niſi cum expuatur per confeſſionē.

terius apoſtema exeat & euomatur, ſi aliter fieri nõ poteſt. Spuma etiã ab ore poti eijcitur cum cocleari, ſic peccatũ cum cocleari linguæ. Et ſic pro peccatis, cum expuuntur confitẽdo & accuſando, ſuſcipit pœnitens de manu Dñi duplicia, ſcilicet
Iaiæ 3. gratiam & gloriã, quia *præſtabilis eſt Dñs ſuper malitia*. Dicitur tertio, quod beatiſſima virgo hodie pro toto genere humano ſuſcepit duplicia, humanitatẽ, & diuinitatem, & illa duo æra minuta, quæ apud ſe habebat, hodie proiecit in gazophylacium Domini, ſicut pauper vidua, Luc. 21. Sed dices: Quis ei procurationẽ dedit ad hoc ſuſcipiendum? Reſpondetur, quod pater ſuus Dauid eã conſcripſit præſentibus & conſentientibus populis, de quo
Pſal. 86 Pſ. *Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Aethiopum, hi fuerunt illic. Numquid Sion dicet, Homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſſimus?* quaſi dicat, quod virgo ſuſciperet Deum hominẽ in ſe, licet à Deo fundata eſſet, & illud in Eccleſia notificaretur. Et quod ita ſit, Dominus narrabit in ſcripturis populorum, tã Iudæorum per Prophetas, quã gentium per Sybillas & alios gentiles, qui de hoc habuerunt reuelationem. Totũ ergo genus humanũ dederat procreationẽ virgini glorioſę, vt hoc munus pro ſe ſuſciperet, & ad hoc ipſum ſæpius rogauerat, dicens: *Rorate cæli deſuper, & nubes pluãt iuſtum, aperiatur terra*, ſcilicet Mariæ, *& germinet Saluatorem*, & quod nõ poterat fieri niſi ſuſcipiẽdo ipſum. Et alibi: *Veniat pax, & requieſcat in cubili ſuo*, & ita de multis alijs. Itaq; procuratrici noſtræ ſalutis, ſalutem offeramus, dicentes: Aue.

Iuxta Euangelium ludemus duo perſonagia: Mariæ ſcilicet & Symeonis. Manc autem dicemus de primo, de quo tria videnda ſunt. Primo, quomodo ad purgationem acceſsit. Secundo, quomodo Chriſtum in templo prẽſentauit. Tertio, quomodo ipſum redemit. Quo ad primum, quæſtio eſt, cũ Maria fuerit Spiritu ſancto imprægnata, & purificatione non indigeret, cur ad purgationem acceſſerit. Nonne malã de ſe æſtimationẽ faciebat, quod crederetur peccatrix, cũ non eſſet, & ſic ducebat in errorẽ. Abſit autem hoc credere de matre Dei. Secundo, Dominus voluit legalia dimitti, quomodo ergo voluit ea per matrem ſuã adimpleri? Reſpõdetur per propoſitiones. Prima eſt. Dominus voluit obſeruare cærimonialia quãdiu vixit, vt prius eſſet auditor quàm doctor. Quod non faciunt multi, qui immediate aſcẽdunt cathedrã cum ſcãdalis multis. Voluit enim prius ſeruare ſacramenta legis, quã ea referare, approbando quę erãt in lege cõtra Manichęos, vt aperiendo legẽ ſcrutarentur, quę in ea erant. Erat enim lex ſicut nux cũ ſtorace, proiecit Dominus ſtoracẽ, & duriciem nuclei ſua nuorte aperuit, vt tu guſtares intus exiſtentẽ dulcedinẽ, & ſimiliter doctores facerent, quod quærebat Pſ. dicens: *Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* O quàm in principio Eccleſiæ dulcis fuit ille nucleus, quando præ dulcedine eius currebant ad mortem ſenatores, nobiles, & plebeij. Nunc ſicca eſt nux pro ſiccitate animarũ noſtrarum, modo nulla eſt aut pauca deuotio. Sed tamen ex illa aliquando exprimitur oleũ, quo impleamus vaſa noſtra de lege ſua, ſicut deſiderabat Pſal. dicẽs: *Et de lege tua miſerere mei*, id eſt, me imple oleo miſericordiæ tuæ, & ad ſe ipſum, & ad Deũ, & ad proximũ. Secunda propoſitio. Purgatio legalis quamuis ſit à Chriſto & eius matre obſeruata, tamẽ à nobis reſpuitur. Ratio eſt, quia (ſecundũ Apoſt.) *trãſlato ſacerdotio neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat.* Ideo Dominus omnia adimpleuit & mãdauit impleri (vt patuit in leproſis) ſecundũ vetus ſacerdotiũ, quouſque ipſum immutauerit. Tunc enim remouẽdę erãt carnales vmbræ, vt veritas ſubſequeretur. Pſ. *Sacrificiũ & oblationẽ noluiſti, holocauſtũ & pro peccato nõ poſtulaſti, tũc dixi, Ecce venio.* Erat enim tunc ſacerdotium ſecundum ordinẽ Aaron, in quo mactabãtur animalia propter populum pronum ad idololatriam & homicidium, vt patuit in Prophetis & Chriſto, quos occiderũt, nunc vero ſecundũ ordinem

Christus cur seruauit cæremonias legis.

Hebr. 7.

Psal. 39

c Maria cur purificari voluit, cum non indigeret.

nem Melchiſedech, vbi offertur panis & vinum. Oportet ergo cærimonias, & alia immutari mutato ſacerdotio. Tertia propoſitio. Beatiſsima virgo nullã erroris occaſionem dedit. Prima ratio, quia iſtud legale non erat ſignũ alicuius peccati mortalis aut venialis, ſed ſolum alicuius legalis maculę, quę nõ erat in infamiã vel ſcãdalum, ideo Maria pro tunc nullius erroris erat occaſio. In matrimonio enim eſt aliqua concupiſcentia beſtialis, & quę rationis tranſcendit limites, ſed totum per ſacramentum matrimonij excuſatur. Lex ergo illa in expiationem illarum maculariarum exteriorum, purgationẽ inſtituerat feminarum & oblationẽ. Secunda ratio, quia illud non erat de neceſsitate credendũ, ſcilicet quod Maria eſſet immunis ab omni peccato, & quod ſine virili cõmixtione cõcepiſſet & peperiſſet Chriſtũ, ſed ſancta Dei prouidẽtia pro tẽpore cęlãdũ. Cælatur enim aduerſario conſilium, nec detegitur vſque poſt certũ tẽpus. Quarta propoſitio. Si Maria non indigens purgatione hæc fecerit, quanto magis nos multipliciter maculati ad purgationem accedere debemus? Vnde feſtũ purificationis Mariæ eſt potius feſtũ purificationis noſtræ. Prius enim purificata erat à Spiritu ſancto, nec purificatione indiguit, ſed fuit figura, & exẽplum noſtrę purificationis. Cũ igitur beatiſsima mater non indigeas tu vel filius tuus purificatione, cur differs offerre filium tuum, de quo dicere potes: *Matt. 3* *Hic eſt filius meus dilectus?* Offer igitur, offer filiũ, benedictũ fructum vẽtris tui, nulla pretioſior oblatio Patri. Reſpondebit illa: Nõ, inquit, ſed decet me implere omnẽ iuſtitiã, vtpote quæ ſum mater totius iuſtitiæ, non mater præuaricationis. Eua non ſolum concepit dolorem, & peperit iniquitatem, ſed etiam pernicioſæ excuſa- *Geneſ. 3* tionis dedit exemplum, cum dixit: *Serpens decepit me.* Noui filios Euę, qui parati ſunt ad excuſandas excuſationes in peccatis, ideo per contrariũ oportet me eis ſubuenire. Sicut ergo illa præſtitit formã culpæ & excuſationis, ita & ego formã obediẽtiæ & purgationis. Pro ſecundo puncto, D Maria hodie tulit Dominum Ieſum in Hieruſalem. Sicut enim mulierũ eſt portare fructus ad forum, vnde dicitur ciuitas, ſic ipſa tulit benedictum fructum ventris ſui, & præſentauit in tẽplo in loco publico, agnum ſcilicet in medio ouium, imo in medio luporũ. Vnde Bernard. In communi poſita eſt miſericordia Dei, offertur omnibus: nemo, niſi qui renuit, expers eſt illius. Medius veſtrũ ſtat, ô peccatores miſeri, quem vos non ſcitis, vt morientes, antequã Chriſtum videritis, non in pace dimittamini, ſed potius à rugientibus præparatis ad eſcam rapiamini. Tulit autem Dominum Maria in Hieruſalem, & obtulit Deo Patri in templo, vt obſequeretur legi dicenti, *Quia omne maſculinũ adaperiens vulvam*, &c. Et hoc intelligebatur debere fieri de primogenito, ſecundum illud Exodi: *Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam*. Moraliter primogenitum animæ dicitur principium boni operis. Ibi enim incipit anima generare filios, qui ei computentur ad meritum, & ſi etiam aliquid male incipiat, debet tamen bono fine concludi. Propter quod dicitur: *Primogenitum aſini redimes one*, id eſt, innocentia terminabis primordia conuerſationis tuæ, ſi forte ſtolida fuerit. Pro tertio pũcto, quia Dominus non erat de tribu Leui, ideo redemit eum Maria, offerendo oblationẽ pauperum, ſcilicet par turturum aut duos pullos columbarũ. Nos ſimiliter ſtudeamus eſſe pauperes ſpiritu, & ſimilem oblationem offerre Deo. Quomodo autẽ hoc fiat, declarat Ambroſius in Sermone de Purificatione, dicens: Turtur intemeratam ſeruat viro fidẽ, columba vero aliarum cohabitantium non deſerit vnitatem. Catholicus ergo Chriſtianus tunc vere ſpiritualiter turtur efficitur, ſi verã Trinitatis fidem firma credulitate conſeruet, & hæreticæ prauitatis ſenſum tãquam fornicationis inquinamenta repudiet. Tum vere erit columba, ſi longanimiter vſque ad finẽ in Catholica ſocietate

Maria tulit Chriſtũ in templum ſicut mulier fructum ad forum.

Exod. 13

Nota.

E

Nota.

permaneat, & contra tentationũ ſcãdala immobili firmitate perſiſtat, vt nõ hęretica fornicatio in corde corrũpat fidei caſtitatẽ, nec amara diſſenſio Eccleſiaſticę charitatis diſsipet vnitatem. Hæc eſt Eccleſia Catholica, quę fidẽ vni Dño tamquã legitimo viro cõſeruat, & cõgregationẽ maiorum in fide multiplicat. Itaq; turturem offerimus, ſi fidẽ Deo ſeruauerimus. Turtur enim vni viro ſeruat fidẽ. Colũba vero cum alijs tenet vnitatẽ, & ita columbã offerimus, ſi in vnitate Eccleſię manemus, ſi vnitatẽ, & concordiã cũ proximo obſeruemus. Et ſecundũ Glo. ſup. Lucã, per duos pullos columbarũ duo genera cõpunctionis intelligimus, dũ malorũ recolẽtes ſupplicia timemus, & dũ deſiderio cæleſtiũ ardẽtes gemimus. Vnde duo pulli offerri iubẽtur, vnus eſt in holocauſtũ, quãdo amore cæleſtiũ inflãmamur, alter pro peccato, dũ de malis perpetratis gemimus. Sed circa hæc duo nouiſsima pũcta poſſet fieri quęſtio. Quomodo ſcilicet oblatus eſt Dñs in Hieruſalẽ à parẽtibus, & ab eis pare turturũ redẽptus, & quinq; ſiclis argẽti. Primo, dirigẽdo ſermonẽ ad Deum Patrẽ ſic: Nõne tu Pater, cui offertur Dñs Ieſus, pijſsimus es, ſecundũ quod canit Eccleſia: Pręſta Pater pijſsime, an teneas eum captiuũ, vt pretiũ ſiclorum argenti pro eius redẽptione accipias? Præterea quomodo pro re ſacra pecuniã accipis? Dicebatur: Sine argento redimemini, & nunc vis filiũ tuum cũ argento redimi. Quã occaſionẽ das prælatis, qui ſacra vẽdunt, quãdo ſacratiſsimã rem vendidiſti? Item de Filio tuo ſcribitur in Pſ. *Tui ſunt cæli, & tua eſt terra*, & pro illo quinq; denarios accipis, qui cælũ claudit & terrã. Secundo, dirigi poteſt ſermo ad Mariã ſic: Quomodo beatiſsima mater filiũ tuum offers, & donas Deo? Nonne ipſe eſt eius? Nonne ipſe eſt ſubſtãtia Patris? An contẽtus eſſet curatus quod ſibi offerret quod iã ſuũm erat & in poſſeſsione ſua? Reſpõdere poſſet Pater dicendo: Propter tria filium meũ expoſui quodãmodo vẽditioni. Primo, vt ſedaret auaritiã mundi. Primo, dedi eis mundũ, & venditioni expoſuerunt eũ, & nũc propter ipſum pręliãtur, vt ergo ſedaret eorum auaritiã, Dñm mundi expoſui venditioni, & pauca pecunia, id eſt, paucis operibus expoſui, & ſine proceſſu omnes poſſunt eũ habere: vt ergo ceſſet pro terra diſsidium, habeant terræ Dñm ſuum. Hier. Habẽti Deũ totus mundus diuitiarum eſt. Inde & Pſ. *Quid enim mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terrã? Pars mea Deus in æternũ.* Secunda ratio, vt finẽ imponeret ambitioni, homines in dignitatibus cõſtituti ſe multũ appretiãtur, qui ſi conſiderarent inferiora ſua, humiliarentur. Sunt multi, qui, depoſita mitra vel officio, nihili inuenirẽtur. Quia ergo omnis dignitas & omnis nobilitas tamquã à fonte à filio meo deriuatur, volui eũ à principio tãtummodo quinq; ſiclis appretiari. O homo depone ſuperbiã & vide humiliatũ à Deo inter peccatores innocentẽ filiũ Dei, qui cælũ regit & terrã, mutat reges & regna, & cui vult dat, & miſer puluis & cinis ſuperbit. Tertia ratio, vt luxuriã eneruaret. Nã pretium ſcorti vix eſt vnius panis vnius denarij. Si ergo quinq; denarijs argẽti appretiatus ſum filium meũ, nõ eſt habẽdus à ſcortis, ſed à virgine, à vidua, & à beato illo Symeone viduo, qui filios habebat in Hieruſalẽ viros ſanctos, qui cũ Chriſto ſurrexerunt in reſurrectione ſua, vt dicit Euãgelium Nicodemi. Reddidit ei eum Deus Pater gremio virginis, gremio viduę, gremio cõiugati. Lætemini ergo virgines, lætemini viduæ, lætemini & cõiugati. Secundo tamẽ dici poteſt, (ne forte factũ illud trahere velint prælati ad palliãdum ſuas ſymonias) quod nõ erat proprie venditio, ſed recognitio quædam dominij, ſicut in cenſibus terrę pauca pecunia recognoſcitur Dñs, nõ venditur terra neque alienatur. Sic nec oblatio illa argenti erat pretium Chriſti, vtpote cuius non eſt digna ponderatio, ſed offerebatur Deo Patri in recognitionẽ dominij, ac ſi profiterentur parẽtes, quod eius erat Chriſtus, & quod illum ab eo tenebant, & quod in ſignum huius

P. Chriſtus quare oblatus ſit & redẽptus, vide obiectiones diuitas cum ſolutionibus.

Pſal. 88

Pſal. 72

6 *Oblatio argenti pro Chriſto fiebat Deo Patri in recognitionem dominij*

huius censum pecuniæ offerebãt. Tertio, dicere posset Maria: Verum est, quod Patris est Filius, quem illi offero, sed talis est voluntas eius, vt ipsum illi offerã, qui dixit: *Sanctifica mihi omne primogenitũ.* Primogenitus quidem est, quia ante eum nullus, nõ tamen (vt desipit Heluidius) quod post eum alios genuerim. Sic tamen est Patris per generationem æternã quo ad diuinitatem, & per specialẽ operationem quo ad humanitatem, quod etiã meus est per carnis ministrationem, sed quia de manu eius illum accepi, ipsum illi reddo.

Exo. 13.

DE EODEM FESTO, SERMO IIII. & pomeridianus, & in ordine LXVI. Per Thema præcedens.

A Christus quomodo dicatur positus in ruinam multorũ

SEd quomodo verum est, quod suscepit natura humana de manu Dñi duplicia, scilicet Christum Deũ, & hominẽ pro omnibus peccatis suis, hoc est, in expositionẽ suorũ peccatorũ, cũ, iuxta dictum Symeonis, ipse Dñs positus sit in ruinã multorũ, & Esa. 8. & 1. Pe. 2. dicatur de illo, quod *erat in lapidẽ offensionis, & in petrã scãdali*, non ergo in expiatione delictorum. Respondetur primo, quod Christus positus est in ruinã multorũ, id est vitiorũ, quæ sunt multa in abundãtia plusquã virtutes, & in resurrectionẽ virtutũ. Nã sibi dictũ est à Patre: *Ecce cõstitui te super gẽtes & regna, vt euellas*, scilicet vitia, *& plãtes*, scilicet virtutes. Vbi Glos. Nõ enim poterãt ædificari bona, nisi destructa existerẽt mala, nec plãtari optima, nisi eradicarentur pessima. Inde dicitur: *Omnis plantatio, quã nõ plãtauit Pater meus celestis, eradicabitur.* Dicitur secũdò, quod positus est in ruinã multorũ, id est malorũ, nõ quod dicto aut facto suo minus recto præbuerit occasionẽ ruinę alicui, sed quia ex doctrina, & operibus suis sanctis multi mali ex malitia sua ceperũt occasionẽ ruinæ. Est autẽ duplex occasio, scilicet data & accepta. Occasio data dicitur, quãdo fit aliquod opus minus rectũ, ex quo per exẽplũ alij prouocãtur ad peccãdũ. Si autẽ aliquis faciat opus rectum, & alij inde prouocentur ad peccandum, nõ erit occasio data, sed accepta, & talis fuit occasio Pharisæorũ, qui scãdalizabãtur in doctrina Christi. Vnde Tho. in 4. dicit, quod Christus nõ dicitur petra scãdali, quod per se fuerit scandali causa, quia nõ dedit alicui occasionẽ ruinæ, sed illa propositio *In*, denotat nõ causam, sed consecutionem, quia ex his, quæ Christus fecit, consecutũ est Iudęorũ scãdalũ, licet facta Christi ex natura sua incitarẽt eos ad assecutionem salutis. Dicitur tertio, quod passio Christi, quẽ hodie suscepit natura humana, fuit sufficiẽs ad expiãda omnia peccata eius, etiã si infinita fuissent: sed bene verum est, quod nõ fuit efficax, nisi pro solis electis, vtpote qui soli digni sunt cõputari inter numerũ filiorum naturæ humanæ, quia reprobi nihil sunt. Eos enim annihilauit peccatum. Et ideo, licet peccata reproborũ nõ expiẽtur à Christo, saltẽ finaliter ex defectu illorũ, quia tamẽ expiãtur & emundãtur peccata electorũ, recte dicitur, quod natura humana suscipiẽdo Christũ suscepit de manu Dñi duplicia pro omnibus peccatis suis, id est, suorũ principaliũ mẽbrorum (qui sunt electi) expiãdis. Suscepit quidẽ natura humana hãc benedictionẽ duplicẽ, quãdo eã loco eius Maria suscepit, quã etiã præsentauit hodie in tẽplo. Vt igitur nobis eã cõmunicet, offeramus illi, Aue.

Hiere. 1

Mat. 15

Occasio ruinæ duplex.

Mane lusimus personagiũ Marię in tribus actibus, quos fecit, nunc consequẽter videndũ est de qualitate secũdi personagij, scilicet Symeonis. De quo duo. Primo quomodo nõ erat laruatus nec defiguratus, quia erat homo, scilicet remanens in propria specie humana, nõ bestialem nec alienã effigiẽ habens. Secundò, quomodo bene lusit personagiũ suum, quia venit in templũ, & suscepto Christo gratias egit, &c. Circa primũ quęritur, quare in textu Symeõ dicitur bis homo. Nã vnus homo nõ est duo homines. Vellemus venire ad opinionẽ illius apostatę Porphyrij, qui dicit, quod plures homines sunt vnus homo. Itẽ homo duplex nihil valet. Respõdetur primo: Numquam est quis homo, nisi

8 *Homo quis dicit non meretur propter solam essigiẽ humanam*

nisi sit homo exterius & interius. Hoc
Ezech. 14 Ezech. ait: *Homo de domo Israel*. Sic Orig. exponit super Gen. *Fecit Deus hominem de limo terræ*. Et sequitur: *Fecit Deus hominẽ in animã viuentẽ*, ergo homo est in anima viuẽte, & nõ proprie exterius. Videmus animalia habẽtia quasi corpus hominis, nec tamẽ propterea sunt homines, vt patet in quibusdã beluis marinis, & siluestribus animalibus. Et ideo reprehẽduntur mali, qui solũ sunt exterius homines, intus habẽtes laruas vitiorũ, cũ dicitur eis in
Psal. 81. Psalmo: *Vsquequo facies peccatorum sumitis?* Secunda propositio. Dum senescit vetus homo exterior, iuuenescit interior, dummodo cõtinue bene operetur. Nã quanto quis longiorẽ habet vitã, tanto minus est & lõgius à senectute. Quãto quis plus bene agit, tãto vitę animę cõiungitur, & fortius viuit: Hoc dicebat Paulus: *Dũ infirmor*
2 Cor. 12 *corpore, tũc fortior sum mẽte*. Tertia propositio. Symeõ erat vere homo intus & exterius, & ideo dicitur bis homo in textu. Vnde ibidẽ ponũtur, primo, ea quæ sunt
Luc 2. exterioris hominis: *Homo erat in Hierusalẽ, cui nomẽ Symeon*. Duo habent tantũ nobi-
Psal. 48 les mundi, nomen & terrã. Ps. *Vocauerunt nomina sua in terris suis*: terra erat Hierusalem, nomen Symeon erat. Et certe terra eius erat sancta, & nomẽ erat nõ malorũ, qui rident cũ canibus & volucribus, sed erat ardens mœrorẽ. Non est occasio risus in hoc mũdo, sed bene fletus propter mala & homicidia animarũ. O Ecclesiastici, qui hic delectamini & ridetis: iste lugebat, & meruit cõsolationẽ, secundũ illud:
Mat. 5. *Beati qui lugẽt, quoniã ipsi cõsolabuntur*. Vos autẽ estis bene pasti & ridetis, similes illis,
Amos 6 cõtra quos Prophera loquitur, dicẽs: *Vino optimo & vnguẽto delibuti nihil patiebãtur super cõtritione Ioseph*. Secũdo, ponũtur ea quę spectãt ad hominẽ interiorẽ, & hic homo erat iustus. Posuerat se in statera priusquã de alijs iudicaret. Sic debes te ponere, & proximũ tuum & opera eius, si vis recte iudicare, quãdo Dũs etiã se propter te in statera posuit, iuxta illud Hymni: Statera facta est corporis. Vnde cuidã regi dictũ est: *Appensus es in statera, & inuẽtus es minus habens*. Sed dices: Multi sunt iusti, qui aliquãdo excedũt limites, vel zelãdo, vel nõ bene videdo ea quæ iudicãt, certe hic homo erat timoratus. Licet enim iudex esset populi, sicut tũc erãt sacerdotes, tamẽ causam, quã nesciebat, diligenter inuestigabat. Sed dices: Sunt aliqui timoratę cõsciẽtię, qui nõ possunt recipere cõsolationẽ propter minuta quę apparent in eorũ consciẽtia, certe iste erat expectãs cõsolationẽ. Vnde qui vult peruenire ad consolationem habendã, ponuntur quatuor gradus. Primus erat, sancta lectio, cũ dicitur: Erat homo, bis homo, vt ratione vtatur qua legat, & intelligat Dei facta & sanctorũ. In illis enim legitur vita sancta & exẽpla, & teneritudo cordis aperitur. Secũdo, erat in Hierusalẽ, qui erat locus orationis, quia requiritur deuota oratio. Tertium, iustitia, id est, puritas cordis, ne sit quod ibi murmuret. Quartum est, sancta meditatio in timore Dei, dum cogitat Dei maiestatẽ, & bonitatẽ, & suã misericã, quid ex se, & quid ex Deo est. Primum reddit cor tenerũ. Secũdum eleuatũ. Tertiũ paratũ ad suscipiendũ. Quartũ oleo replet, vt ignis diuinus adueniẽs ibi inardescat. Et inde superuenit quintum, quod etiam recedẽte illa cõsolatione turbari non debet, quia Spiritus sanctus erat in eo. Si enim recedat aliqua grãdis Spiritus sancti operatio, nõ tamẽ recedit ipse. Neq; enim persona portare posset. Tripliciter autẽ habuerat Symeon Spiritũ sanctũ. Primo, vt garnitionẽ & munitionẽ. Secundo, vt doctorẽ. Pro cuius intellectu sciendũ est quod vbi habemus: *Ecce virgo cõcipiet*: Hebræi habẽt: *Ecce halma*, sed halma & alma differunt, quia halma est virgo iuuẽcula semper manens virgo, sed alma sine h, dicitur virgo iuuencula nubilis. Ideo Egesippus in li. de supplemẽto Euãgelicæ veritatis super illo verbo: *Respõsum accepit Symeõ*, refert quod Symeõ prius erat Rabbi inter Iudeos, & dũ semel in scholis exponeret prædictã prophetiã, videlicet, *Ecce virgo*, inuenit ibi scriptũ halma, id est, vir-

Hominis exterioris & interioris differentia.

Dan. 5.

D Consolationes spirituales quatuor gradibus adipiscuntur.

E Symeon tripliciter habuit Spiritum sanctum

Alij dicunt quod alma fit

gnificat virginē abſcondita, nec legunt cum aſpiratione.

goſemper manens cōcipiet, deleuit h, vt eſſet ſenſus: Ecce alma, id eſt, virgo nubilis cōcipiet. Quod impugnat Chry. Hom. 9. ſup. Mat. dicēs: Iudæi nō dicūt, Virgo, ſed puella, ac ſi puella idē ſit quod virgo, & habere propoſitū. Si vero puella communi lege coniugij eſſet in vtero filiū habitura, iā nō eſſet ſignū, quia ſignū debet excedere omnē ordinē rerū, ideo nō ſub illo ſēſu dixit Eſaias: *Ecce virgo*. Vnde Symeō taliter prædictū verbū intelligens, alia vice repetens inuenit ibi ſicut prius ſcriptū, halma cū h, & iterū h, deleuit, vt eſſet prior ſenſus: ſic tertia vice fecit, & ſemper ita inuenit poſtea, & tūc in ſpiritu cognouit puerū de virgine naſciturū. Et tūc rogauit Dūm, ne ipſum mori permitteret, priuſquā puerū taliter natū videret, & tūc *reſpōſum accepit à Spiritu ſancto, nō viſurū*, &c. Tertio, habuerat Spiritū ſanctū vt ductorē. Hāc garnitionē quærebat Pſ. dicens. *Spiritū rectū innoua in viſceribus meis*. Secundū, ſcilicet doctrinā quærebat idē, dicēs: *Spiritū ſanctū tuū ne auferas à me*, &c. Tertium deſiderabat, cū diceret: *Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā*. Primum conuenit habere à principio, & in baptiſmo. Secundū in vita. Tertium in morte. Pro ſecunda parte. Primo venit Symeon in templū in ſpiritu, ſcilicet mouēte eum ad hoc ſpecialiter, vt illic tūc impleretur promiſsio ſua & deſideriū ſenis. Deſiderauerat enim ſenex ille, & petierat ſæpe in orationibus ſuis, vt mereretur videre Chriſtū, alioquin ſi nō petijſſet, nō dixiſſet Euāgeliſta, quod habuiſſet reſpōſum à Spiritu ſancto, &c. Poterat autē ſic dicere in corde ſuo: Putaſne videbo, putaſne ero, quādo renouabitur mundus, quādo videbo omnia bona mūdi in paruo truſello? quādo videbo ſynagogam in priori ſtatu? quādo videbo pro ſaliunca palmā? quādo videbo eum hominē qui me fecit hominē? quādo videbo amorē illum non natum, ſed æternū, apparere hominibus? quādo videbo paruū & humilē continētem mundum? Putaſne viuā? putaſne me inueniet illa natiuitas, vt videā Deum humanatum? Putaſne videbo aurorā & ſolē in terris? Quādo videbo eū, qui per mortem ſuā deſtruet mortis imperium? Secūdo, ſuſcepit Chriſtum in vlnas quidē materiales, ſed tamē magis ſpiritualibus vlnis cordis, ſcilicet affectibus ipſum ſtringebat & amplexabatur. Amor enim & calor illius ſenis in corde erat, vbi mēbra exterius frigebant, caleſcebat anima, vbi caro frigebat, illicito amore depulſo. Portabat eum à quo portabatur. Rex enim debet ſubditos portare, & ſubditi regem: ſicut auis portat plumas, & plumæ portant auē. Si auis auellat plumas, nō volabit, ſic ſi rex ſubditos à ſuo amore ſeparet, nō poteſt diu volare in honore regio. Tertio, dixit ſuā catilenā & ſuum rotulū, quia poſtquā amplexatus eſt Chriſtū, gratias agens benedixit. Simul enim dixit Gratias & Benedicite. Ratio eſt, quia ille bene poteſt dicere Gratias cū Benedicite qui ſolo viſu cibi ſatiatur, quaſi diceret immediate vt aportatur cibus, Reportate, ego ſum ſolo viſu ſatiatus. Sic iſte viſu illius cibi & odore ſatiatus eſt. Dicebat enim: *Nunc dimittis ſeruū tuū Domine, ſecundū verbū tuū in pace*, rationē ſubiungit: *Quia viderūt oculi mei ſalutare tuū*. Cōſidera quales gratias debēt agere ſacerdotes, qui nō ſolū oculo corporali ſubvelamine & oculo ſpirituali vidēt & odorāt, ſed etiā guſtāt corpus Chriſti, quādo iſte ſāctus ſenex ex ſola præſentia ſatiabatur, & ita benedicebat Deū, quod faciebat ex hoc cantica, ſicut Dauid pater eius. Vnde iſte ſenex portādo Chriſtum, oblitus eſt ſuæ ſenectutis, quaſi inebriatus odore & viſu huius vini pretioſiſsimi, & ideo cantabat dū guſtaret; in ſignū cuius dum habebimus Chriſtum in patria, obliuiſcemur omniū malorum, quæ habuimus in hac vita. Inde quærebat Symeō educi de carcere huius miſeriæ, vt iret ad amplius guſtandū fructum, quem paululum guſtauerat. Illud enim eſt hiſtrionum, vt guſtato modico vini, quærant vbi vendatur, & illue eant: vnde vix expellūtur. Sunt autem in cantico ſuo quatuor verba magnæ effi-

Eſai. 7.

Luc. 2.

Pſal. 50

Pſ. 142.

Symeon ſimul dixit Gratias & Benedicite.

Luc. 2.

Nota

caciæ. Primũ eſt magnæ ſpei. Quis enim eſt qui petit dimitti, niſi qui bene ſperat? Ibi fallit verbum Ariſt. 4. Ethico. qui dicit quod iuuenes ſunt magnæ ſpei & ſenes non. Sed iſte ſenex magnæ ſpei erat, qui obijt plenus dierum, nõ plenus horreis bonorũ, ſed corde pleno bonorum operũ. Nihil enim ſperabat in hoc ſæculo, poſtquam in eo amplexatus erat deſiderium collium ęternorũ. Hęc eſt enim piorum & impiorũ differentia, quod iuſtus ſperat in morte, iniuſtus deſperat. *In malitia ſua expelletur impius, iuſtus autẽ ſperat in morte ſua.* Qui autẽ mali ſunt, nolũt exire, ſed oportet eos radicare vi & violentia, iuſti autem libenter & voluntarie exeunt. Hoc verbum magnæ ſpei eſt: *Nunc dimittis ſeruũ tuũ Domine*, &c. In quo verbo quinq; effectus ſpei Symeonis deſignantur. Primus eſt, ſecuritas, nõ ſtulta, vt illorum qui in bellis vel alijs periculis ſæculi ſe exponunt audaces fatui; vel ſecuritas ſtulta laſciuiæ, vel incuriæ, quam habent laſciui & voluptuoſi, quæ ſecuritas generat caſum, de quibus Iob: *Ducunt in bonis dies ſuos, & in punctο ad inferna deſcendunt.* Et: *Repentinus eis ſuperuenit interitus*; ſed iecuritas ſancta, qua in extremis periculis ſtat ſecurus, vallatus diuino adiutorio, & Deo, quem habet in theſauris cordis. Eſt enim ille ſolus theſaurus liberans. Sperat enim diues in theſauris pecunię, & maledictus eſt. Nã multi propter diuitias perierunt. Iſte vero in theſauro illo, de quo: *Theſaurus deſiderabilis in habitaculo iuſti*, ad eum confugiet & ſaluabitur. Ideo dicit: *Nunc dimittis*, id eſt, nunc paratus ſum ſeparari à carne, & tranſire periculoſum paſſum, quia theſaurum, quem habebat in corde, amplexabatur manibus, quod nulli adhuc niſi ſibi, & virgini conceſſum erat. Quis enim ille eſt, qui ita munitus poteſt à carne recedere? Et certe ille, de quo verum eſt dicere: *Et Spiritus ſanctus erat in eo.* Et quia ignoramus ſi Dei ſumus, ideo cum magna trepidatione recedimus. Qui non receperit hanc miſericordiam, antequam exeat, & corde & manibus, id eſt, operibus, non exibit hinc ſecurus. Secundo, ſpes auget deſideriũ ſupernæ patriæ, ideo dicit: *Nunc*, id eſt, ex iſta hora, & credunt aliqui, quod iſto die receſſerit ad Dominum, exauditus ab eo quem gerebat. Tantum enim deſiderium erat, vt ſicut ignis in materia diſpoſita neſcit nõ ardere, ſic ita erat diſpoſita anima huius iuſti, quod cognito fructu & odore patriæ currebat in odorẽ vnguentorum ſuorum, & dicebat: *Nunc dimittis*, &c. Galli enim præ deſiderio vini Italiã petierunt. Multi theſauros effodiunt in terra cum ardẽti deſiderio, ſic iuſti in cælis. Sicut enim canis, odorata beſtia, cum clamore cum prætenſo gaudio hac illacq; diſcurrit, ſic vir iſte cum odoratus eſt hoſtiam illã viuentem, quam miſerat Pater in mundum, & qua ſola placari poterat Deus, ex toto deſiderio ſui oblitus tunc currebat in illum odorem, & ſimul cãtabat, quia iã vnum pedem habebat in paradiſo. Tertio, ſpes auget expectationem bonorum & repromiſſorum abſque hæſitatione, & deducit vſquequo habeat homo titulum paradiſi, & cõſecutus fuerit beneficiũ. Spes enim, ſi ſuperponatur titulus, iam fit ſpecies. Sic ergo ſpes ducit ad ſpecies aromaticas paradiſiacorũ gaudiorum, ſcilicet ad ſpeciem viſionis & fruitionis Dei, vt ſic fit ſabbatum ex ſabbato, gaudium ex gaudio. Ideo ſe nominat ſeruum Dei. Seruus autem dignus eſt mercede ſua, & quia iſte per totam vitam ſuam ſeruierat Deo, ideo dicebat: Domine ſatis eſt quod hucuſque laboraui, Domine ecce ſeruus tuus, in requiẽ patrum meorum introduc me. Iuſtum enim eſt, vt requieſcat ſeruus poſt laborem, vt veniat ſabbatum poſt hebdomadam. Pſal. *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino.* Poſt ſeruitium Dei ſequitur hæreditas, & illã hęreditatem Symeon iã tenebat. Poterat ergo dicere: *Hæreditas mea ſuper mel & fauũ.* Quarto, ſpes auget confidentiã. Primo, aduerſus ea quæ contra nos ſe erigunt, dicens: *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum.* Et hoc ideo

Pro. 14. Luc. 2. Nota. Iob 21. Pro. 29. Pro. 21. Luc. 2. Nota de Galli. Nota ſpes auget deſiderium. Nota ſpes ducit de titulo fit ſpecies. Pſalm 4 Eccli 24 Pſal. 26.

ideo est: quia non innititur spes baculo arundineo cõfracto, scilicet in bonis huius sæculi, sed in eo, quẽ fide speculatur: ideo taliter appodiata ruere non potest. Vnde
Psal. 17. dicit Psal. *Dominus firmamentum meũ*. Et iterũ: *Statuit supra petram pedes meos*. Appodiabatur enim super verbo suo & promisso.
Luc. 2. Hinc subdit: *Secundùm verbum tuum*. Responsum enim acceperat, nõ visurũ se mortem, nisi videret Christum: & quia iam videbat, nihil curabat amplius de vita. Non enim curat amplius viuere, cui nihil mundi placet, sed omnia displicent. Dicebat enim illud Psal. *Memor esto Domine verbi tui seruo tuo: in quo mihi spẽ dedisti*. Hæc me cõsolata est in humilitate mea, quia tunc habuit illã consolationẽ quã expectabat; & in præsentia diuini adiutorij respirabat, & vires resumebat. Quinto, spes iucundũ efficit animũ. Sicut enim ex timore futurę dãnationis & desperatione oritur tristitia inconsolabilis, sic de spe ęternorum gaudiorũ oritur gaudiũ inexplicabile. Non est gaudiũ, nisi vbi est pax ad se, ad Deũ, & ad proximũ. Nam nõ est oblectamentum super cordis gaudium: ideo quęrit dimitti in pace, quasi dicat (secundum Ambrosium:) Video iã pacẽ in mũdo, quæ facies vtraq; vnũ: video iã incarnati verbi mysterium, per quod iã merui
Psal. 61. recõciliari: ideo iam sufficit mihi. *Melior est misericordia tua super vitas*, ideo tuã amplector misericordiã. Nõ est nisi guerra in hoc mundo: nõ nisi militia est vita hominis super terrã: nũc dimitte me ire in terram pacis, in sinu Abrahæ. Secundũ verbum est magnę fidei, cũ subdit: *Quia viderunt oculi mei salutare tuũ*. Duplices oculos habebat Symeon, quosdam corporis & veteris hominis, & illis videbat humanitatem: sed alios habebat interiores, quibus videbat diuinitatẽ. A principio clausit diabolus primorum parentum oculos interiores, ne viderent Deum: & aperuit oculos exteriores ad concupiscendũ fructum. Sed econtra nunc Dominus & viri & mulieris, scilicet Annæ, aperit interiores oculos ad videndum Deum: & claudit exteriores ad contemnendum mundum.

Luc. 2. Symeonis duplices oculi.

Inde & Symeon lassus de mundo & mũdi contemptor ait: *Nunc dimittis*, &c. Et rationem subiungit: *Quia viderunt oculi mei salutare tuũ*, quasi dicat: Nihil est in mũdo, quod amplius velim videre. Claudantur oculi isti mundo, & aperiantur interiores Christo. Tertium verbũ est magnæ charitatis: *Quod parasti ante faciem omnium populorum*. Multi sunt, qui soli volunt bona sibi appropriari: vellent omnia congregare sibi, & nihil alijs supereſſe: sed iste cantat & delectatur, quod illud salutare nõ solũ sibi, sed paratum est ante faciẽ omniũ populorũ. O magna charitas, quæ omnia facit communia. Certe charitas ista nõ ęmulatur. Inuidus bona sua abscondit, ne alius in eis fructificet, vel ea multiplicet: hic autẽ lętatur istud bonũ esse omnibus manifestũ: *Quod parasti*, inquit, &c. Si consideremus quis est qui parauit hoc salutare, hanc medicinam humani generis, videbimus magna esse quæ parata sunt. Si rex paret alicui conuiuiũ, dicitur quod magna sunt, quę parantur, quanto magis gloriosa Trinitas! Psal. *Quoniã ita est præparatio eius*. Sed rex clanculum & in aula parat, nõ in publicum: hic vero ante faciem omniũ populorũ cęli, terrę, & inferni. Corã facie populorũ inferni paratus est, vt tremant & videãt in iudicio: corã facie eorum qui viuunt in sęculo, vt sperent habere in futuro, & timeãt eum perdere: coram facie eorum qui sunt in cælo, vt videant faciẽ eius semper, & exultent in perpetuum. Quartum verbum fuit magnæ sapientiæ, scilicet: *Lumẽ ad reuelationẽ gentiũ*. In hoc Symeon quasi breui quodã epilogo omnia, quæ in scriptura de eo sunt, cõprehendit. Primo, dicit ipsum esse lumen ad reuelationem gẽtium; quod verbum dupliciter intelligitur. Primo, quoad primum aduẽtum, quod est lumen fidei deferẽdum per omnem gentium Ecclesiam, & lumen ad
Esai. 9. instructionẽ eorum, sicut dixit Esaias: *Populus* (gentium) *qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnã*. Et in hoc vidit futuram gentium Ecclesiam per orbem dilatandã,

Ibidem.

K. *Charitas omnia facit cõmunia.*

Luc. 2.

Digitized by Google

ſicut lumen cito dilatatur per aërem. Secundo, poteſt intelligi de aduentu futuro, in quo ipſe Chriſtus erit lumen, per quod reuelabuntur cunctis gentibus ſecreta cordium. Secundo, dicit eſſe *gloriam plebis tuæ Iſrael.* Ad literam in primo aduẽtu terminauit gloriam plebis Iſrael. Gloria enim plebis Iſrael erat in Patriarchis, in Prophetis, & in Regibus ſuis ſanctis, & Chriſtus ex eorũ ſemine natus eſt: ſed ipſe cõſummauit omnem gloriam eorũ, quia à tempore illo non fuit neque vnctio, neque Propheta. Secundo, in ſecũdo ſuo aduentu erit gloria plebis ſuæ Iſrael, id eſt, videntium Deum, ſcilicet beatorũ. Vel in primo vidit vocationem gentium, in ſecundo reprobationem populi Iſrael vſque in finem, quando conuertetur ad fidem Chriſti. Et ita iſte ſenex, cuius caligauerant oculi, videbat lumen internũ, videbat gloriam futuram, & ſic in ſpiritu magno videbat vltima. Vnde in primo verſu Symeon fuit Propheta de præſenti, quia Dominum præſentem confitebatur, & mortem imminentẽ, & ſui corporis diſſolutionem aſſerebat, iuxta verbũ Domini. In ſecundo verſu fuit Propheta de futuro, quia inquit: *Viderunt oculi mei ſalutare tuũ*, quod erit redẽptio humani generis in poſterum. Tertio, de præterito: *Quod paraſti ante faciẽ omnium populorũ*, &c.

Luc. 2.

Ibidem.

Ibidem.

DE EODEM FESTO, SERMO V. & in ordine LXVII. Per Thema.

Pſal. 47.

A Chriſtus tribus de cauſis dicitur miſericordia.

Pſal. 58

Suſcepimus Deus miſericordiã tuam in medio tẽpli tui. Tribus de cauſis Chriſtus appellatur miſericordia, ſecundũ triplicem expoſitionem Grammaticorum. Primo enim dicitur miſericordia quaſi miſerorum cor. Non enim eſt qui conferat cor ad bene agendum, niſi Deus ipſe ex ſua miſericordia. Inde Pſalm. *Adiutor meus tibi pſallam:* adiutor, ſcilicet ad faciẽdũ omnia opera bona. *Deus ſuſceptor meus*, quia ſi cadam in peccatum, dat cor ad releuandum. Ideo ſequitur: *Deus meus, miſericordia mea.* Cum enim volumus ſignificare de aliquo quod ſit largus, dicimus quod eſt ipſa largitas. Sic Chriſtus nõ ſolum miſericors eſt, ſed etiam ipſa miſericordia. Secũdo, dicitur miſericordia, quaſi miſerorum chorda. Eſt enim miſericordia chorda, per quam peccatores miſeri ad Deum veniũt & trahuntur ad Patrem Filio mediante. *Nemo venit ad Patrẽ niſi per me.* Fecit enim Pater de Filio, ſicut fit quandoque ſuper fluuios impetuoſos. Nam fluuius eſt aliquãdo adeo impetuoſus, quod omnem nauẽ ſecum trahit, ita quod nauis tranſiẽs nũquam applicat ad propriũ portum, ſed magis inferius quã deberet. Contra hoc eſt vnum remediũ, portendere fortem chordam de portu ad portum, de ripa ad ripam. Et fortiter tenendo chordam homo impetũ fluminis euadit. Fluuius impetuoſus mundus eſt. Bern. Periculum approbat tranſeuntium raritas, & pereũtiũ multitudo. Vnde omnes deſcẽdebant ad aliquã partẽ inferni, & nemo poterat applicare ad portum ſalutis. Iob: *In profundiſſimum infernũ deſcendẽt omnia mea.* Sed Deus Pater extendit hanc chordam de portu ad portum, de ripa ad ripã: quia ipſe Chriſtus, qui ſecundũ corpus tãgit ripã mundi, ſecundũ deitatẽ tãgit portũ & ripã cęli. Hanc autẽ miſerorũ chordã hodie ſuſcepimus, de qua gratias agimus, dicẽtes: *Suſcepimus Deus*, &c. Tertio modo dicitur quaſi miſerorũ concordia. Erat enim olim altercatio pauperiscũ diuite, pauperis mundi cũ diuite Deo de theſauro ſuo habẽdo & cõmunicãdo. Habebat enim Deus Pater theſaurũ vnũ pretioſiſsimũ, ſcilicet Chriſtum, in quo ſunt omnia deſiderabilia. Iſtũ autẽ theſaurum nulli vmquã voluit oſtendere aut cõmunicare, nec in lege naturę, nec in lege ſcripta, quãuis peteret Dauid: *Oſtẽde nobis Dñe miſericordiam tuam:* & natura humana pauper viueret ſub expectatione, dicens: *Lætabimur in ſalutari tuo.* Sic Iacob expectabat, dicens: *Saluatare tuum expectabo Domine.* Homo autem ſi haberet theſaurum pretioſiſsimum, quem non vellet alicui oſtendere, magnam gratiam faceret alicui pauperi, ſi illum ei oſtenderet & cõmuni-

Luc. 2.

Pſal. 84.

Gen 49.

municaret. Hanc misericordiã fecit Dominus in tempore gratię, quãdo viderunt oculi nostri salutare suũ, imo Symeõ tãto repletus est gaudio, quod nõ amplius curauit de vita sua, & hoc factum est hodie, quando *suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui*. Huius misericordię ostẽtrix & demõstratrix est beatissima virgo, quę hodie illam pręsentauit Ecclesiæ. Ad eam igitur recurremus, dicentes: Aue.

B *Purificationis festum triplex nomen sortitur. Psal. 84.*

Tripliciter appellatur hoc festũ: scilicet Purificatio Mariæ, Candelaria, & apud Græcos Ypapanti, quod est obuiatio, *bõne reuontre* Gallice, quia tunc *misericordia & veritas obuauerũt sibi*, misericordia Dei & veritas promissorũ, *& iustitia & pax osculate sunt*, quando pacẽ humani generis & reconciliationẽ iustus in sua iustitia osculatus est. Primũ fuit magnę humilitatis. Secundũ, quãdo tulit Maria lumẽ mũdi, scilicet Christũ, fuit maximi amoris. Tertiũ fuit maximæ dignitatis in obuiantibus Christo, qui digni fuerunt eũ portare, & magnę humilitatis in Christo, qui dignatus est à sua creatura tractari. Quæ tria pertractabũtur hoc sermone. Primũ itaq; fuit magnę humilitatis, quãdo subire voluit legẽ mulierũ corruptarũ in purificatione sua, sicut dicit textus: *Postquã impleti sunt dies purgationis Mariæ*, scilicet 40. die post Christi natiuitatem, quia tot diebus debebat mulier manere in purificatione sui sanguinis, quot diebus fuerat conceptus in vtero fœtus suus. Cõpletur autem cõceptio masculi 40. die, vt dicit Plin. licet Augu. videatur ponere plures scilicet 42. dies. Ait enim in quodã dialogo, saltẽ ei attribuitur: Cõceptio humana sic dicitur procedere. Primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinẽ, sequẽtibus nouẽ diebus conuertatur in sanguinem, deinde 12. diebus solidetur; reliquis 15. formetur vsq; ad perfecta lineamẽta omniũ membrorũ: & hinc iã reliquo tẽpore vsque ad tempus partus magnitudine augeatur. Sed post perfecta lineamẽta animæ à Deo in corpore creatur. Primũ enim oportebat domũ cõpaginari, & sic habitatorẽ induci. Plin. autẽ li. 7. de naturalibus dicit, quod signũ, quod mulier concepit masculũ, est, quãdo habet melioré colorem, & eius est facilior partus: & quod motus in vtero est 40. die, qui scilicet non fieret, nisi tũc esset cõceptio cõpleta & fœtus animatus. Sed ecõtrario cũ cõcepit feminam, & est quasi onus ingestabile, & crurũ & inguinũ tumor, & primus motus nonagesimo die. Masculus significat opus virtuosum firmũ & stabile, quod qui ex Deo concipiunt, cito producũt illud & facile pariũt, & corpus taliũ melius disponitur, quia sępe ex indispositione animę sequitur infirmitas & melãcolia corporis. Sed quãdo opus est femineum & tepidũ, tũc conceptũ vix exit ad partũ, & tumor mũdanæ glorię est huius signũ. Secũdũ fuit signũ maximi amoris, quãdo scilicet Maria obtulit Christũ, qui est lumẽ mũdi, sicut ipse dicit, *Ego sum lux mũdi*. Ipse enim est cereus & candela, quæ super candelabrum crucis posita, illuminauit totum mũdum. Vnde bene per ceram significatur caro Christi. Primo, quia cera lumẽ præbet, & per eam Christus lumen exemplorum & miraculorũ intulit nobis. Positus autem fuit in ligno crucis tamquam in candelabro. Inde ei dicitur: Deus qui sanctã crucẽ ascendisti, & mũdi tenebras illuminasti. Hic est cereus paschalis, docẽs nos per passionem trãsire de hoc mũdo ad Patrẽ. Et quia in cera scribitur, ipse fuit liber stylo plũbeo vel ferreo nobis exaratus, implens votum Iob dicentis: *Librum scribat ipse qui iudicat*. Et respondet Esaias: *In manibus meis descripsi te*. Et quia cera fit sigillum ad pacti confirmationem, & ipse appensus est in cruce sicut sigillum appensum chartę ad confirmandum testamentũ & contractũ Euangelij. *Vbi enim testamentũ est, mors necesse est intercedat testatoris*. In signum autẽ & memoriam oblationis huius luminis consuetudo inoleuit in Ecclesia, fideles cereos & lumina deportare. Sicut enim in Dominicæ Passionis memoriam cruces erigimus ad Christi triumphum designandum, & sicut martyris imagini pictu-

C *Cõceptio masculi quot diebus perficitur. Nota.*

D *Nota.*

E *Cera quare carnem Christi significet.*

Ioann. 8

Iob 31.

Esai. 49

Hebr. 9.

sam

ram martyrij ſui imponimus, ſic lumina portamus in ſignũ, quod hodie lumẽ à parẽtibus delatũ eſt in tẽplũ, & à Symeone ſuſceptũ. Et ſicut Symeõ in manibus accepit infirmitatẽ, ſed intus agnouit maieſtatẽ infidelitatis noſtrę tenebras illuſtrãtẽ, ſic fidelis cerã in manibus portat quaſi carnẽ fragilem, ſed ſuperferri videt lucẽ exteriorẽ huius aẽris tenebras illuminãtẽ. Sicut etiam caro Chriſti de mũdiſsima carne proceſsit, nec matris virginitatẽ violauit: & ſic cera de mũdis floribus collecta fructus eſt apis virginis, cuius nec ſexũ maſculi violãt, nec fœtus caſſant. Secũdo offerimus lumẽ in ſignũ luminis fidei, quod habere debemus, & Deo offerre. Alioquin (ſecundũ Lactantiũ) ſtultiſsimi ſunt, qui offerũt Deo lucernas & lumina, & nõ offerunt ei fidẽ Trinitatis. Nõ enim indiget lumine corporali. Hoc videmus, ſi ſolẽ hunc cõtemplemur. Quomodo indigeret noſtris lucernis Deus, qui in viſum hominis tã candidã lucẽ dedit, vt in parua menſura, ſecundũ apparentiã, tantum ſit fulgoris, vt eum mortaliũ acies luminum nõ queat intueri? Et ſi pauliſper intueris, hebetatos oculos caligo & tenebræ cõſequẽtur. Quid tandẽ luminis, quid charitatis apud ipſum Deũ, penes quem nulla nox eſt, eſſe arbitremur? Sed qui hãc lucẽ ita moderatus eſt, vt neq; nimio fulgure, neq; calore vehementi noceret animãtibus, & tantũ iſtarum rerũ dedit ei, quantũ aut mortalia corpora pati poſſent, aut frugũ maturitas poſtularet: quãto magis illã moderatur nobis cognitionẽ per fidẽ, vt quantũ noſtræ ſaluti, & animę virtutibus, & frugibus ſufficiat, fides attingat. Tertio, quia honor debet eſſe reciprocus. Si ergo nos honorauit Maria offerẽdo nobis lumen æternũ, cur detrectabimus in honorẽ eius portare & offerre lumen tẽporale? Si etiã gentiles deportabãt cereos propter Februariũ (nam Sap. 14. legũtur idololatræ *obſcura ſacrificia facientes*, gẽtiles autẽ Februariũ menſem inferis dedicauerant) quid illi exhibebimus honoris, quæ eſt porta veræ lucis fulgida? Pro tertio, quod eſt de obuiantibus Chriſto, aduertendum eſt, quod obuians in ſocietate nõ quæritur, qui ſit beſtialis vel beſtia. Cum talibus enim non eſt cõmunicatio humana, ideo Symeon dicitur in textu bis homo. Non eſt ergo cõmunicandum cũ malis, quia magis ſunt beſtiæ quã homines. Ex operibus enim iudicamus de ſpecie. Vnde quãdiu aliquis habet operationem debitam ſpeciei, iudicamus in tali ſpecie eſſe, & nõ aliter. Inde quod caret ſenſu & motu, non ponitur in ſpecie animalis, ſed homo peccator nõ habet operationes homini debitas. Pſalm. *In labore hominum non ſunt*, ſcilicet impij & peccatores, ideo perdiderunt humanam ſpeciem, ita vt de eis dici poſsit illud Marci: *Video homines quaſi arbores*. Hæc enim ſunt plantæ opera, cibari, in ſublime creſcere, florere, vireſcere, quæ iſtis cõpetunt. Sed dicit Philoſophus li. de vegetabilibus, quod vnũ opus animalis valet plus quã omne opus plantæ, quanto magis vnum opus hominis? Ergo operibus credite, & credetis peccatores non eſſe homines. Pſalm. *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus*: quia *homo per malitiam occidit animam ſuam*. Ergo cum de peccatore fit non peccator, renouatur anima eius, & de nihilo creatur, & quaſi annihilata reparatur. Inde Pſalmiſta orat, dicens: *Cor mũdum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis*. Iſtã autem creatio fit Deo mediante, quia virtute mandatorum Dei accipit homo ſuum eſſe. Hinc Eccleſiaſtes: *Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo*. Nãratur de quodam adoleſcente (vt dicit Ambroſius lib. de pœnit.) quod propter amaſiam peregre profectus eſt, & abolito amore regreſſus eſt, cui occurrente amaſia, nihil dicit, ac ipſa putauit ſe non eſſe recognitam, & rurſus occurrenti dixit: Ego non ſum. *Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum*. Hoc facit, qui veterem hominem exuit & nouum induit, ſecundum præceptum Apoſtoli: *Induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt*: Symeon vero habebat veras operationes

B *Mali ſunt peiores beſtia quã homines*

Pſal. 72.

Marci 8

Pſal. 14. Sap. 16.

Pſal. 50

Eccl. 12

Luc. 9.

Epheſ. 4

Sap. 14

nes

nes hominis, quæ ſunt operationes virtutũ. Inde dicitur in textu, quod erat iuſtus & timoratus, &c. ideo erat vere homo, & dignus ſocietate Chriſti. Secũdo requiritur, quod obuians ſit honeſtæ & pacificæ cõuerſationis, aliter de eo nõ curatur. Inde dicitur de iſto, quod *erat in Hieruſalem*, quæ interpretatur viſio pacis. Tertio, quod ſit laborioſus, de eo qui trahi non poteſt, nõ curatur: ideo ſubditur: *cui nomen* Luc. 2. *Symeon*, id eſt ardẽs mœrorẽ, vel obediẽs. Quarto, quod ſit fidelis, non latro: latro enim excutitur à ſocietate, ideo dicitur *iuſtus*. Quinto, quod ſit prudens, in periculis ſemper timidus; inde ſubditur, *& timoratus*. Sexto, quod ſit iucundus, quod notatur ibi, *expectans conſolationem Iſrael*. Septimo, quod non ſit coquinus nihil habens, ſed bene garnitus, ſicut erat iſte, *quia Spiritus ſanctus erat in eo*. Octauo, quod deſiderata ſit ſocietas cui obuiatur, ſicut iſte propter deſideriũ ſocietatis Chriſti *reſponſum acceperat à Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem*, &c. Videbat autẽ ſenex iſte Chriſtum nõ tã oculo corporali quã ſpirituali. Credendũ enim eſt præ ſenectute ſuos caligaſſe oculos, ſed clariſſime interiori viſu lumine Spiritus ſancti illuſtrato diuinitatẽ in Chriſto præſenſiſſe. Vnde quærebat videre Dñm, ſed plus accepit, quia vidit & Ibidem. amplexatus eſt, ſicut dicitur in textu, *& ipſe accepit eũ in vlnas ſuas*, &c. Poterat ergo ſic dicere in corde ſuo: Gratias tibi ago Domine, quia nõ fraudaſti me à deſiderio meo. Multi reges & prophetæ voluerunt videre & non viderũt, & ecce mihi collatum eſt. Video enim nunc ſalutem meã, eam palpo, eã teneo. Abrahã vidit in ſpiritu & exultauit, ego autẽ præſentialiter ſaluté teneo in manibus meis. Iſte Raby Symeõ (vt creditur) doctor erat Theologus, & amplexatus eſt primo, & poſtea benedixit Chriſto, quia primo doctor debet per contemplationẽ & amorẽ amplecti Chriſtũ & doctrinã eius, & poſtmodũ eam per prædicationẽ populo declarare. Primo igitur manibus eum tenuit, deinde laudauit: quia primo oportet ipſum facere, deinde docere. Sed quomodo dicit B. Ioannes: *In propria venit, & ſui eũ nõ receperũt*: cũ B. Symeõ eũ receperit, & Anna ſimiliter. Reſpõdetur, quod nõ omnes ſui eũ receperunt, ſed maior pars populi ſui peculiaris eũ nõ cognouit, ſed remanſit in cęcitate & incredulitate, pauci vero credi derunt in cõparatione ad alios. Ideo ſubdit: *Quotquot autem receperũt eũ, dedit eis* Ibidem. *poteſtatẽ filios Dei fieri*. de quibus fuerunt Symeõ & Anna. Symeon vero Chriſto ſuſcepto benedixit Deũ, dicẽs: *Nunc dimittis*, Luc. 2. &c. Quia iſtud canticũ dicitur in completorio primo tamquã ab illo editũ qui erat in fine vitæ ſuæ, & quia de complemẽto vitę agit, & indicat quid conſummationi vitæ cõgruit, & in quo ſtatu eſt, qui iã tenet Saluatorẽ; ideo iuxta quatuor verſus quatuor ibi tãgit Symeon, quę requiruntur ad hoc, quod homo habeat aliquã ſecuritatẽ in morte, ſcilicet quando exit ab hac vita. Primo enim requiritur, quod pacẽ habeat apud ſeipſum, ſcilicet in conſcientia ſua, ne rodatur vermibus peccatorũ in hac vita, & hic incipiat infernũ ſuũ. Sed cõtra dixit Symeõ: *Nunc dimittis ſeruũ*, &c. id eſt, dimittas me Domine eſſe in pace conſcientiæ męę, vt ſecurus poſsim ire ad patres meos, vel ne videã oppreſsionẽ & opprobria tibi impoſterum facienda. Et ita ſibi factũ eſt, vt etiam poſsit dicere: *Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine ſecundũ* Pſ. 118. *verbũ tuũ*, ſcilicet quod dixerat: *Reſponſum* Luc. 2. *enim acceperat*, &c. Nam Symeõ iuſtus erat, ideo ſignum pacis à Chriſto quæſiuit & accepit; quia illud eſt ſignũ iuſtorũ, ſecundum Bernar. Homil. 1. ſuper Cãtica, quia nõ eſt pax impijs, dicit Dominus, ſed illis tantum dabitur ſignum Ionæ Prophetæ, ſcilicet maris tẽpeſtas, id eſt conſcientiæ. *Impij quaſi mare feruens*. Secũdo, requiritur Eſai. 57 quod habeat pacẽ cum Deo. Qui enim nõ innititur huic puero ſicut iſte ſenex, qui ab eo regebatur, cum ſit cæcus viarũ alterius ſæculi, niſi quantum fides docuit eum, certe cadet in foueam inferni, ſicut cæcus, qui ducitur à puero, ſi puerum dimittat, ſtatim cadit, & quandoque frangit

H Symeonis canticũ quatuor cõtinet requiſita in morte

ſibi

ſibi collum. Sed contra dixit Symeon:
Luc. 2. *Nunc dimittis Domine, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.* Dedignatur enim Dominus videre aut videri abillo, quem ſummopere odit. Sed quia dilectus erat iſte à Deo, non ſolum meruit videre, ſed etiam amplexari. O cum quanta ſecuritate exeunt qui Dominum ſecum habẽt ductorem, & eum amplexati ſunt in hac vita per opera bona, ſicut iſte bonus Symeon, qui clamabat in aduẽtu noui regis: *Nunc dimittis*, id eſt, Domine ſoluite iſtum pauperem incarceratum in aduentu veſtro. Erat enim duplici carcere ligatus, ſcilicet
Pſ. 141. carcere corporis, de quo Pſal. *Educ de carcere animam meam, vt confiteatur nomini tuo,*
1 Carcer duplex, ſcilicet corporis & mũdi
Pſ. 119. quia ſcilicet per hoc nunc impeditur cõfiteri nomini tuo: alius eſt carcer huius ſæculi, de quo Pſal. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt.* Sancti itaque omnes ingemuerunt ſuper iſtis carceribus, vt dicit Baſilius Magnus, cupientes diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Sed multi ſunt in iſtis carceribus, qui non curant, ſed ludunt, & aliquando proijcitur ſententia contra eos, & mittuntur in profundiſsimum carcerem, ſcilicet inferni. Sic prædictum verbum exponit Ambroſius lib. de bono mortis. Tertio, requiritur quod habeat pacem cum proximo, ideo ſubditur: *Quod paraſti*, &c. Inuidus enim nihil boni vult proximo ſuo, ſed vellet omnia bona ab eo auferri. Sed iſte ſenex lætabatur, cum videbat hoc bonum ante faciem omnium populorum paratum. Quarto, requiritur pugna cum diabolo.
2. Cor. 6 Vnde Apoſtolus: *Quæ conuentio Chriſti ad*
Ioann. 1 *Belial, aut lucis ad tenebras*, quia *qui male agit*, id eſt diabolus, *odit lucem.* Hæc autem pugna fit per lumen fidei: ideo ſubditur:
Luc. 2. *Lumen ad reuelationem gentium.* Et qui habet iſta quatuor, ſecure poteſt mori, & eum conſequetur gloria plebis Iſrael. Inde propter iſta quatuor dantur in termino mortis vel circa finem morienti quatuor ſaluiconductus. Primus eſt, extrema vnctio, qua deſignatur vnctus in anima pace Spiritus ſancti & gratia. Secundus eſt, crucifixi forma vel Euchariſtia, qua fit ſpiritualiter vnus cum Deo. Tertius eſt, aqua benedicta, qua deſignatur miſericordiã ſuper proximum aſperſiſſe. Quartus eſt, cãdela accenſa, ad deſignandũ quod cum lumine fidei decedit.

DE EODEM FESTO, SERM. VI. & in ordine LXVIII. Per Thema.

Luc. 2. A Chriſtus paratus eſt vt lumen ante faciẽ omnium populorum. Rom. 10
P*araſti ante faciem omnium populorum lumen ad reuelationem gentium.* Quomodo ante faciem omnium populorum. Nam multæ nationes de hoc nõ audierunt, neque omnes viderunt? Reſpõdetur primo, quod nulla eſt natio, quę de Chriſto non aliquando audierit. Vnde Apoſt. *Et quidẽ in omnẽ terrã exiuit ſonus eorum:* ſed forte aduerſarijs fidei obſtãtibus ibi deletum eſt nomẽ Chriſti. Sicut enim populus Iudæorũ diſperſus eſt in omnẽ terrã, vt cognoſceretur nomẽ Dei per beneficium creationis, ſic Chriſtianus populus, vt laudaretur nomẽ Dei per beneficium redemptionis. Dicitur ſecundo, quod populus ille, qui non habet cognitionem Chriſti, non reputatur populus, ſed grex beſtiarum, qui non leuat oculos alte, vt cognoſcat à quo bona accipit. Et ideo ante faciem omnium populorum, quia ſolum illorũ, qui ſunt vere populus intellectualis, & non beſtialis. Dicitur tertio, quod non omnibus datum eſt in faciem corporalem videre Chriſtum, ſed bene in faciem ſpiritualem, quæ eſt in conſcientia per lumen fidei, de qua:
Cant. 2 *Oſtẽde mihi faciem tuã. Facies enim tua decora.* Dicitur quarto, quod Deus Pater, quantum eſt ex parte ſui, parauit Chriſtum omnibus, & ideo tamquã lumẽ, quod eſt maxime cõmunicabile, nec diminuitur. Vnde quatuor elementa dedit Dominus homini communia, ſed appropriauerunt ſibi terram & aquam, & pro eis inceſſanter pugnant. Sic legimus apud Herodotum de nuncijs Xerxis, qui petierũt terram & aquã, & in puteos proiecti ſunt. Videns igitur propter malitiam hominis, quæ communia fecerat, appropriata,

vo-

volu't ignem &lumen eſſe maxime communicabilia, ita vt non inde diminuerẽtur. Inde Chriſtum quaſi lumen parauit, vt omnibus communicaretur, niſi poneretur impedimentum. Hæc autem præparatio facta eſt in vtero virginis: vbi eſt accenſa noſtra natura humana igne diuinitatis. Vt igitur pariter per appropinquationem accendamur, iungamus nos ei, ſalutantes eã, & dicentes: Aue, &c.

B

Lumen cur portant fre quẽter mulieres in Eccleſia

Primo dicetur, quis hoc lumen attulit. Secundo, quis ſuſcepit. Circa primũ quẽri poſſet, quare mulieres tam libẽter portant lumen. Fere enim in qualibet imagine dant vnam candelam. Reſpondetur, quod hoc eſt, primo, propter emendam honorabilem, quia prima mulier obtulit tenebras erroris & ignorantiæ. *Me minauit in tenebras & non in lucem*. Ideo creatio mundi incepit à veſpera, lumine deficiẽte. Extinxit enim lumen. Vnde *factum eſt veſpere & mane dies vnus*. Tantæ erant tenebræ, vt non videretur ſol per quinque millia annorum. Vix videbatur in Iſrael. Pſal. 75 Pſal. *Notus in Iudea Deus*, & adhuc obſcure, quia, ſecundum Pſalm. *tenebroſa aqua in nubibus aëris*, id eſt, obſcura ſcientia in Prophetis. Sed mulier lumen attulit in recreatione, ideo cœpit à lumine matutino qui creuit vſque in perfectum diem. Vnde ante hanc emendam deſpecta erat mulier, ſed non poſt: cuius oppoſitum inuenitur in iuſtitijs humanis, quia ludibrio habetur, qui coactus eſt facere emẽdam honorabilem. Inde dicitur: *Quis det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt te deoſculer, & nemo me deſpiciat*. Exemplum habemus de Hilarione & muliere petente vt obtineret ei filium à Domino. Quam cum ſanctus fugeret, clamabat illa poſt tergum eius, dicens: Noli deſpicere ſexum, qui Dominũ Ieſum in vtero ſuo portauit. Quo audito, ſubſtitit Hilarion, & quidquid petebat, impetrauit à Deo. Secundo, hoc eſt propter exemplum venerabile. Duæ fuerũt primæ matres, Eua & Maria: Eua dicit, Ego occidam. Maria, Ego viuere faciã. Eua dicit, Ego pertutiã. Maria, Ego ſanabo. Primæ matri ſimiles ſunt, qui occidunt malis exemplis & doctrinis iuuenes ſuos, quia illa cõcepit dolorem, & peperit iniquitatẽ. Sed qui honeſta ſua conuerſatione & ſana doctrina filios ſuos inſtruunt & ædificant, imo viuificãt, typum gerunt ſecũdæ matris. Videte ergo cui ſimiles eritis. Tertio, propter ſuę fidei teſtimoniũ conueniens. Vnde & Maria fuit mulier illa Euangelica, Luc. 15. quę accenſa lucerna humanitatis Chriſti, inuenit dragmam, id eſt, naturam humanam perditam. Ipſa etiã fuit, quæ hoc lumen attulit hodie in tẽplum, quod ſuſceperũt Symeõ & Anna, quod & nos ab ea quærere debemus, vt à lumine illo lucernã animæ noſtræ accendamus, dicẽtes ei: *Da nobis de oleo tuo, quia lampades noſtræ extinguuntur*. Mat. 25 Secundo quæritur, quãdo hoc lumen aſportatũ eſt. Reſpondetur, quod poſtquam impleti ſunt dies purgationis Mariæ. Ibi fiat quæſtio de purgatione, an teneretur ſubire legem purificationis? Dic vt prius. Exẽplo cuius virginis purgemus nos, offerendo ſacrificium, quod non dedignabitur Deus, ſcilicet ſacrificiũ cordis. Pſalm. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies*. Pſal. 50 Deus enim quærit interiora, relinquens exteriora alijs communicanda. Huius figuram habemus Leuit. 2. & 7. C vbi dicitur, quod in ſacrificijs votiuis quę dam Domino dabantur, quædam ſacerdotibus aſsignabantur, quædam ipſis ſacrificantibus dimittebãtur. Dominus habebat renes, adipem, & ſanguinem, quæ ſunt interiora: ſacerdos armum & pectuſculum: ſacrificans pro ſe & ſuis habebat reſiduum. Sic vna pars datur Deo in vſus pauperũ. Secunda ſacerdotibus ad ſuſtẽtationem. Tertia ſibi retinetur, ſicut Ioachim & Anna faciebant. Si ergo volumus Deo vere offerri & dedicari, debemus illi dare renes per caſtitatẽ, ſanguinem, id eſt amicitiam, quia eſt amicus naturę, & adipem pinguedinis deuotionis, vel ſanguinem voluptatis per abſtinentiã & macerationem carnis. Secundo, ſacerdotes, id eſt,

Cor & interiora quæ vult Dominus

Cant. 8

eſt, prælati debent habere armũ dexterum, id eſt, obedientiã vel ſubſidiũ, & pectuſculũ, vbi eſt cor, id eſt, amorẽ & dilectionẽ, reſiduũ debemus habere pro nobis & amicis ad ſubuentionem. Sic enim partem noſtri Deo, partẽ prælato, partem proximo noſtro exhibere debemus. Hæc ſunt tria, de quibus Dñs dicere poteſt: *In tribus placitum eſt ſpiritui meo.* Tertio quæritur: Quale lumẽ allatũ eſt? Reſpondetur, quod lumen ſingulare valde, differẽs ab alijs. Eſt enim aliquod lumẽ, quod ſemper emungẽdum eſt, aliter male lucet, ſicut eſt lumẽ intellectus noſtri, quod ſemper eſt emungendũ à terrenis, ne puluere terrenorũ obtuſcatum non poſsit aſſurgere ad conſiderationẽ cæleſtiũ: ſimiliter continue emungẽdum eſt à peccatis, quę ſcilicet per cogitationes cõmitti poſſunt, aut per adinuẽtiones malas, aut alias alioquin lux ſua eſſet nociua oculis interioris hominis. Iſtud non eſt emungendũ, quia ſi lumen ſolis naturalis nullum requirit emunctoriũ, quanto minus ſolis iuſtitiæ. Secundo, eſt lumen, quod carbones cauſat, id eſt peccata, quale eſt lumen gloriæ mundi. Peccatũ enim carboni comparatur: quia ſicut carbo ſuper terram faciliter frangitur, & redigitur in puluerẽ, & infra terrã eſt maximæ durationis, propter quod ſolet in fundamentis ædificiorũ reponi: ſic peccatũ, quamdiu homo eſt ſuper terram, faciliter in nihilũ redigitur, ſed cum erit ſub terra in inferno, in æternũ durabit. Sed lumen ſolis huius nullos carbones cauſat. Tertio, lumen materiale inferioris machinæ ſe & ſubiectum ſuum conſumit, hoc autem non. Quarto, eſt lumen, quod ad ſe trahit veſpertiliones, ſcilicet hæreſum, ſicut lumen ſapientiæ ſeu intelligentiæ naturalis, vt patuit in hæreticis, qui nimiũ innitentes prudentię ſuę lapſi ſunt in varios errores: iſtud nõ trahit, ſed fugat. Vnde mediante hoc lumine virgo Maria omnes hæreſes effugauit, ita quod de ea veraciter canit Eccleſia: Gaude Maria virgo, cunctas hæreſes ſola interemiſti. Sed quæres: Quomodo hoc poteſt eſſe verũ, cum tamen Auguſtinus, Ambroſius, & Hieronymus continue latrauerint contra hæreſes, &, vt videtur, aliquas extinxerint, & de Origene lib. 6. Eccleſ. Hiſt. dicitur, quod ad diuerſas mũdi partes mittebatur contra hæreticos, quorũ neminem aggreſſus eſt, quem non confutauerit? Reſpondetur per tres propoſitiones. Prima eſt. Triplex fuit occaſio erroris hæreticorũ. Prima fuit ſuperbia, quando docti viri volebant aſcẽdere ad cathedras Epiſcoporũ, & acquirere fauores principũ, ſicut Arrius, qui volebat aſſequi cathedram Alexandrinã propter aliquid noui dixiſſe. Sed hoc Maria extirpauit in ſua purificatione, cum tantum ſe humiliauit, vt quę purgatione nõ indigebat, purgari voluerit, & ſic ſuperbiã hæreticorũ confutauit. Secunda occaſio fuit, quia vel nolebant ſacramenta ſcripturæ recipere, vt Manichęi: vel paſſus eius deprauabant, aut male interpretabãtur. Sed hoc hodie confutauit, cum ſecundũ legẽ Moyſi approbando verus & etiam nouũ teſtamentum, voluit purgari. Tertia occaſio fuit difficultas materiæ, ſingulariter in materia de Trinitate & Incarnatione. Vnde quidam blaſphemabant Trinitatẽ confundendo perſonas, vt Sabellicus. Sed eum Maria confutauit, quando Filiũ Patri obtulit, & ſic diſtinctionem poſuit inter Filium & Patrẽ: & quando eum tradidit Symeoni, & ab eo repletus eſt Spiritu ſancto, ita vt prophetaret, poſuit diſtinctionem inter ipſum & Spiritum ſanctum. Sed alij blaſphemauerunt eius humanitatem, qui dixerunt ipſum non habere corpus niſi phantaſticum. Sed contra hoc eum omnibus & loco communi præbuit viſibilem, ſed & Symeoni palpabilem: in quo conſiderare poterat, quod ſpiritus carnem & oſſa non habet. Ideo non immerito canitur hodie: Gaude Maria virgo, &c. Secunda propoſitio. Sicut producens lucẽ maximã tenebras interimit, ſic producens veritatem ſummãte nebras deſtruit erroris. Quid ergo mirũ, ſi illa dicitur errorum omnium tenebras interi-

Eccliã 5 D Lumen multiplex à lumine Chriſto differens

E Maria quomodo dicitur interemiſſe cunctas hæreſes.

Hæreſũ multiplex occaſio.

interimere in vniuerſo mundo, quę lucē producit ſufficientē toti mundo? de qua
Ioann. 1 Ioānes: *Erat lux vera, quæ illuminat omnē ho-*
Ioan. 8 *minē venientē*, &c. Et: *Ego ſum lux mūdi*. Hinc eſt quod ipſa deſcribitur ornata, nō opacis, vt auro vel argēto, nec diaphanis corporibus, nec luminoſo modicū, vt igne, nec vnico luminoſo multū, vt ſtella vna, ſed potius omnibus ſtellis, tamquā ab ea ſit tota lux ſpiritualis, ſicut nunc tota lux corporalis mundi eſt ab omnibus ſtellis. Et ſicut omnes ſimul in vnum cōgregatę ſufficerent tenebras interimere, ſic ipſa producens lucē omnē. Hinc de ea ſcriptū
Apo. 12 eſt: *Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius: & in capite eius corona ſtellarū duodecim*. Corona hæc intelligitur circulus duodecim ſignorū, in quo ponuntur omnes ſtellæ cæli. Hæc enim mulier ſtellis ornata eſt pro peplo, ſole pro indumento, luna pro ſcabello. Quę eſt hęc niſi glorioſa virgo à plāta pedis vſque ad verticē capitis lumi noſa? Ideo Maria illuminatrix dicta eſt. Tertia propoſitio. Sicut illud *illuminat omnē hominē venientē*, &c. intelligi poteſt pro generibus ſingulorum, ſic hæc cunctas hæreſes interemit, id eſt, omnes modos hæreſum: nō tamē in omnibus, ſed in aliquibus: vel hęreſes, quas peremerat Maria Chriſtū proferens in lucē, reuixerunt Chriſto luce recedēte, ſcilicet aſcendente in cælū. Vnde dicit Aug. has omnes poſt aſcenſionē ortas. Quarta propoſitio. Apoſtoli & Doctores de hac luce huius glorioſæ illuminatricis & non aliunde tenebras fugauerunt errorum: hęc eſt ergo in mūdo quaſi fons & origo huius luminis; & ideo quicquid per illā vel fit, vel factū eſt, ei attribuitur. Hæc eſt illa Heſter, de
Heſt. 10 qua dictū eſt: *Paruus fons, qui creuit in fluuiū, in lucē ſolēque cōuerſus eſt, & in aquas plurimas redūdauit*. Heſter, id eſt, abſcōdita Maria, de
Luc. 1. qua Lucas: *Ingreſſus Angelus ad eā*. Sicut ergo aquā dicitur potius dare fons quā canale, & ſol lucē potius quā feneſtra, ſic tenebras errorum interimere Maria potius quā Apoſtoli aut doctores per lucē ab ea ortā illuminati. Similiter quod omnes milites in prælio fecerūt, capitaneus dicitur feciſſe. Dum enim quęritur: Quis fecit illā victoriā? reſpōdetur, Talis capitaneus. Sic Maria fuit contra hæreticos capitanea & dux prima, iuxta illud: *Collū tuū ſicut turris* Cant. 4. *Dauid, mille clypei pendēt ex ea, omnis armatura fortiū*, id eſt, Doctorum Catholicorum: ita quod neque hæretici, neque tyrāni cōtra eā prævaluerunt. Exemplum de Iuliano Apoſtata in vita Baſilij, quē iuſſu eiuſdē virginis Mercurius martyr interemit. Et ſic quod Aug. & alij fecerunt, hoc in virtute Mariæ & orationum eius fecerunt. Merito igitur canit Eccleſia: Gaude Maria virgo, cunctas hæreſes ſola, &c. Et ſi quęratur, quo tēpore factum eſt Reſponſorium illud. Reſpondeo, quod tēpore Bonifacij Papæ, qui impetrauit Pantheon à Phoca Cæſare. Eius enim tēporibus facta eſt ſeditio magna in vrbe Roma inter Iudæos & Chriſtianos de Chriſti incarnatione, aſſerentibus Iudęis matrem de femine Ioſeph cōcepiſſe, & contra naturā virginem parere non poſſe. Cumque hęc altercatio Romæ diutius haberetur, ita vt Chriſtiani zelo fidei vellent Iudæos ab vrbe pellere, quidā eiuſdem vrbis ciuis, cæcus natus, Chriſtianus, literis valde imbutus, magno fidei zelo ſuccenſus, Iudæos diſputando aggreſſus eſt, & tanta conſtantia eos redarguit, vt pene omnes elingues eſſent. Tunc ad cōuitia cōuerſi dixerunt: Tu cum ſis homo peccator, & in peccatis totus natus, quomodo auſus es fidē Chriſtianorū defendere? Nonne patet Chriſtū tuum impotentē eſſe, vt etiā nō poſsit tibi lumina reſtaurare? Ad hęc cęcus: Triduo expectetis, & tūc in me videbitis Dei magnalia, & illo die tertio inſtabat dies Purificationis Mariæ. Quo audito, Iudęi indigne ferentes, ſubridēdo dixerūt: Chriſtus, quem patres noſtri crucifixerunt, de periculo ſe nō potuit liberare, & te liberabit? Scias pro certō, quod omnes in illū credemus, ſi hæc fiant vt dicis. Cæcus Bonifacio hoc indicauit. Tunc Papa Bonifacius mandauit omnibus Iudæis, vt in die Purificationis in tēplum Pantheon nocte

F *Reſponſorium, Gaude Maria quo tempore factum ſit*

conuenirent, quod factum est. Ductus est cæcus in mediũ plenus fide, nil hæsitans. Cumque à fidelibus Hymni dicerentur, & iam octaua lectio recitata esset, canere cœpit illud Responsorium, Gaude Maria, cum Versu, vsque ad finem, quod sibi ante biduum, quia musicæ artis gnarus fuit, composuerat. In quo tã viuaciter errorem Iudæorum cõfutauit, vt sub oculis omnium, qui aderant, Christus, interueniente eius matre, ei lumen reddiderit. Quo viso miraculo Maria honoratur, & Iudæi vsq; ad quingẽtos viros ad baptismum cõuolant, & ob illius rei memoriã in eadem festiuitate institutũ est decãtari. Quarto, quæritur vtrũ lumen illud in templo relictũ sit, sicut solẽt mulieres in tẽplo relinquere cãdelas suas. Respondetur, quod non, sed à tẽplo reportatũ est, vt communicaretur nobis, cuius loco per modum redemptionis obtulit Maria par turturũ, aut duos pullos columbarũ. Vnde secundũ Nic. de Lyra, oblatio de auibus debebat fieri de turturibus, vel de pullis columbarũ, quæ sunt aues gemebũdę. Nulla alia auis diuinis sacrificijs erat apta, & nulla alia inter sacrificia nominatur. Sic nulla persona in altitudine sciẽtiæ vel mundi eminentiæ habitãs est Deo grata, nec sibi offerri aut præsentari digna, nisi sit colũba per simplicitatẽ, turtur per castitatẽ, gemebunda per contritionis acerbitatem. Solæ aues gemebundæ sunt Deo acceptæ, quia soli illi, qui de peccatis suis libenter gemunt, Dño fiunt grati. *Sacrificiũ Deo spiritus contribulatus.* Et Ezech. *Signa Thau super frontẽ virorũ gementiũ.* Et secundum Richardũ de S. Victore super, *Afferte Domino*, &c. sicut in lege alia docetur esse hostia principum, alia sacerdotum, alia pauperũ, sic suo modo alia hostia cõuenit filio Dei, alia mercenario, alia seruo. Filij Dei offerunt filios arietum. Si quis enim sicut ouis ad occisionem ducitur, & sicut agnus corã tõdente se obmutescit, hic affert filios arietũ. Seruus autẽ hoc nõ potest, sed magnũ est si offerre possit turturem vel columbã, quia adhuc seruit sub timore, & Deum non tã diligit quã metuit, sed sibi sufficere videtur, dummodo possit plangere pro delictis præteritis, & planctu quasi colũbino cantu satisfacere. Mercenario sufficit si hœdum mactet in Arẹhedũ, scilicet delectationis, & petulãtiæ. Vnde seruo sufficit pro terrore gehẽnæ de malis pœnitere, mercenario mercedis causa à malis abstinere, filio parũ est pro Dño animã in morte ponere. Ad seruos pertinet pœnitentia, ad mercenarios abstinẽtia, ad filios patiẽtia. Pro secunda parte, qui suscepit hoc lumẽ, fuit Symeõ, & ipsum portauit ore, corde, & manu. Illo triplici modo studeamus Christũ portare, vt dimissi in pace cum eodẽ Symeone salutare Dei videre mereamur. In ore portatur cũ veritas dicitur. Ait enim: *Ego sum veritas.* Falsitas ergo, & vaniloquia, & turpiloquia vitentur, & erit Christus in ore nostro. Sic in corde nostro, si ibi est charitas. Deus enim charitas est. Si in operibus nostris innocẽtia vel iustitia, tũc in manu gerimus illum, qui factus est nobis sapientia, & iustitia. Sic Symeõ portauit ipsum in ore ei benedicendo, & veritates multas de eo prędicẽdo, in corde feruenter eũ diligẽdo, in manu non solũ corporaliter tenẽdo, sed etiã spiritualiter, iuste, & innocenter viuẽdo. Suscepit & Christũ Anna vidua, de qua Hieron. ad Principiã virginẽ: Anna filia Phanuelis in tẽplo tẽplum efficitur Dei, & quotidiano ieiunio cælestẽ inuenit panẽ. Et si quæras: Quare Dñs non potius ad iuuenes venit, quã ad senes? Respõdet Aug. Ipse ad senẽ venit, qui mundũ veterẽ inuenit. Audiat ergo mũdus; Cãtate Dño canticũ nouũ, nouus homo, nouũ canticũ, & quid? Annunciate diẽ ex die, id est, lumẽ de lumine salutare eius. Annũciate in gẽtibus gloriã eius, in omnibus populis mirabilia eius. Sic Symeõ vocat donũ patrẽ ipsum, salutare ro Christũ Deũ de Deo, scilicet cum ait: *Nũc dimittis seruũ tuũ Dñe*, &c. *Quia viderũt oculi mei salutare tuũ.* Vbi nota, quod cãticũ illud, *Nũc dimittis*, quatuor modis exponitur. Primo, quærẽdo signũ eũdi in domũ

G *Oblatio de auibus gemebũdis fieri debet.*

Psal. 50 *Ezech. 9*

H *Christus corde, ore, & manu ferẽdus est*

Luc. 2.

vel

1 Symeonis Canticum quatuor modis exponitur. Psalm. 4

vel requiem patrum ſuorũ, quod eſt pax. Signũ enim pacis eſt signũ quietis. *In pace in idipſum dormiã, & requieſcã.* Secũdo, exponitur quęrẽdo licentiã de curia. Sic exponit Amb. li. 2. de offic. cap. 9. Dicit enim quod Symeõ erat de curia regis Chriſti & de ſibi aſsiſtẽtibus, ideo ſicut curiales nõ audẽt de curia diſcedere abſq; licẽtia regis, ſic iſte licentiã petit, dicẽs: *Nũc dimittis*, &c. Eodẽ fere modo exponit li. de bono mortis: Rex inquit quãdoque mãdat alicui, vt eũ expectet in tali vel tali loco, quouſq; venerit. Sic fecit Symeoni, qui eũ expectauit: & poſtquã ſuſcepit eũ, petijt ab eo licentiã eũdi ad domũ patrũ ſuorũ, cũ ait: *Nũc dimittis*, &c. Nõ autẽ quærit Symeõ dimittiã Deo, quia tũc maxime opus eſt huius ſocietate, quia *Dñi, Dñi exitus mortis*, id eſt, Dño indigemus in exitu mortis. Pſal. 64 *Exitus matutini, & veſpere delectabis*, ſcilicet in veſpere mortis, & in exitu matutini, id eſt, in fine iudicij, cũ dabit ſententiã bonã pro electis, ſed petit dimitti à carne, cum qua ad eũ nõ poſſumus appropinquare. Tertio, exponitur quęrẽdo dimitti in pace ante guerrã opprobriorũ. Sciebat enim quod Chriſtus multa eſſet paſſurus opprobria, ſimiliter & Maria, imo hoc prędixit, Luc. 2. dicẽs: *Ecce poſitus eſt hic in ruinã & in reſurrectionẽ multorũ in Iſrael, & in ſignũ cui cõtradicetur*: & ad Mariã, *Tuam ipſius animã pertrãſibit gladius*. Ideo petebat diſſolui, ne videret tam indigna opprobria Chriſto & Marię inferri. Terreãtur nunc impij & peccatores, ſi tã grauiter puniti ſunt, qui nõ peccauerunt. Nam ſi in viridi hæc faciunt, in arido quid fiet? Quarto, exponitur quęrẽdo educi de carcere huius miſerię, vt eat ad guſtandũ plene fructũ, quẽ iã paululũ guſtauerat. Illud enim eſt hiſtrionum, vt modico vini guſtato quærant vbi vendatur, & illuc eant, vnde vix expelluntur.

IN EODEM FESTO, SERM. VII. & in ordine LXIX. Per Thema.

Cant. 5. A Lilium quadruplex.

Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Quadruplex eſt liliũ. Primũ eſt agri, & iſtud eſt liliũ Frãcorũ, de quo Matt. *Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt*, &c. Quod ideo dicitur eſſe liliũ agri, quia ibi ponitur vt creſcat virtutibus, floreat per bona propoſita, & bona verba, redoleat per bonã famã, fructificet per bona opera & medeatur vulneratis, ſcilicet populo oppreſſo à calũniatoribus. Hæc enim omnia habere debet, qui liliũ iſtud gerit. Secundũ eſt lilium aquarũ. *Quaſi lilia quæ ſunt in Eccli. 50 tranſitu aquæ.* Et iſtud eſt martyrũ, qui dicunt: *Omnia excelſa tua & fluctus tui ſuper me tranſierũt*. Vnde dicitur, quod iſtud eſt rubeũ, & propterea martyribus optime cõpetẽs. Tertiũ eſt liliũ conuallium, & iſtud eſt Chriſtus. *Ego flos cãpi, & liliũ conuallium:* Cant. 2. quia à cõualle profundiſsima humilitate inter omnes ortum eſt, ſcilicet à Maria. Quartũ eſt lilium ſpineti, de quo in Themate: *Sicut liliũ inter ſpinas*, &c. Et iſtud eſt Ibidem. Maria, de qua etiam Eccleſia canit: Sicut ſpina roſam genuit Iudęa Mariã. Quę maxime hodie inuenta eſt inter ſpinas, inter peccatores in Purificatione. Vnde ſicut liliũ inter ſpinas creſcit, & floret perpetuã viriditatẽ conſeruãs, ſpinis hiberno tẽpore viriditate nudatis. Sic Maria poſt partũ & ante virginitatẽ ſeruauit integrã, cæteris hac priuatis. Et ſicut liliũ inter ſpinas procreatũ eumdẽ cum fructu florẽ gerit, cęteris poſt decedentem florem fructum acerbum gignentibus: ſic cæteris puellis, perdita virginitate, fructũ ferẽtibus, hæc hodie ad tẽplum cũ fructu, & flore peruenit. Quod tamẽ fuit magnum miraculum, & admirabile myſteriũ, de quo nihilominus vt aliquid dignum dicamus, leuemus corda cum manibus ad virginẽ, petentes ab ea inſtrui, & dicentes: Aue.

Primo dicetur, quomodo Maria hodie inuenta eſt inter filias Hieruſalem, ſicut lilium inter ſpinas. Secundo, quomodo Maria hodie lilium ſuum obtulit. Tertio, quas conditiones habuit ille, qui lilium tulit. Pro prima parte dico, quod Maria hodie apparuit in Purificatione inter filias Hieruſalem, ſicut lilium inter ſpinas. Primo, quia ſicut lilium inter ſpinas excedit omnes ſpinas, ſic Maria in

B Maria quomodo fuit ſicut liliũ inter ſpinas.

omnium virtutum integritate, & maxime in virginitate excedit omnes alias filias Hierusalē. Et tamen more filiarū Hierusalē obnoxiarū peccatis purgari voluit, licet in ea nihil esset purgādum: & similiter filium suū in tēplo offerre. Sed hoc fieri voluit Dominus, primo, vt ipse cum matre legē suā approbaret. Ait enim Seneca legislatori: Legem patere, quā ipse tuleris. Secunda ratio, secundū allegoriā, vt ostēderet futurū esse in Ecclesia, quod tempore purgationis & purificationis Ecclesiæ quādoq; fideles non possent secure ingredi Ecclesiā, sicut patuit in persecutionibus, vbi destruebantur Ecclesiæ, vel claudebātur. Sed postquā cessauit illa purgatio, & impleti sunt dies purgationis Mariæ, id est amaritudinis & tribulationis, tunc secure tulerunt Iesum in Hierusalē, id est, in locū pacis. Inde Ps. in persona martyrū: *Igne nos examinasti sicut examinatur argentū. Posuisti tribulationes in dorso nostro*, &c. sequitur: *Introibo in domum tuam, adorabo ad templū sanctum tuū*. Tertia ratio moralis, vt discamus hic purgari exēplo Mariæ. Alioquin si hic non purgemur, oportebit nos alibi purgari mirabili balneo, quia nisi per aquam, oportebit per ignē. Quarta ratio anagogica, ad ostendēdum, quod nullus intraturus est cælestē Hierusalē, nisi impleti sint dies purgationis eius. Secundo modo, apparuit hodie Maria inter filias Hierusalē, sicut lilium inter spinas. Nam sicut liliū inter spinas recte crescit, vbi spinæ tortuose incedūt, sic Maria omnes alias creaturas excedit in obedientia, recte incedēdo in mādatis Dei. Vbi alij omnes defecerunt. Cū enim legi nō subderetur, voluit legi obtēperare. Si ergo beati qui ambulant in lege Domini, quanto magis Maria, quæ perfecte in ea ambulauit. Ideo ipsa dixit: *Ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Tertio modo, Maria hodie apparuit inter filias sicut lilium inter spinas. Sicut enim lilium inter spinas candorem retinet, & cum pungitur ab eis, maiorē emittit odorem, sic amica mea inter filias, Maria inter omnes homines puros excellentem retinuit innocentiæ puritatē & famam & humilitatem, quę non solum, vt in annūciatione humiliata est, vt diceretur ancilla, quę Dei mater esset, sed etiam vt nunc inter peccatores reputetur peccatrix. Vt de: *Multæ filiæ cōgregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas*. Nec puncta conuitijs, aut tribulationibus exposita, impatiēs facta est, sed humilis magis. Nam si moueatur vnguentū, magis sapit. Sic Maria tribulationibus mota magis sapiebat. Nec mirū si sapiebat, quia si pixis, quę vnguētum tenuit, retinet odorē eius, sic Maria, quę vnguētū portauit quo sanata est humana natura. Si igitur Maria sic patiēs est, sic benigna, nō pungens, nō aculeo vtēs, sed peccatores recipiēs; quid ad istud liliū trepidemus occurrere, ad odorē eius fluere? Certe indulgentiam cōsequemur. Nā spinis parcitur propter liliū, ne rastro vel sarculo euellantur. Sic ne perdatur memoria malorū de terra, parcitur propter eam. Sicut etiam parcitur lolio vel zizanio propter frumentum. *Smite* (inquit Dominus) *zizania crescere, ne simul eradicetis & triticum*. Et sicut ad lilium acceditur propter odorē, sic ad eam propter auxilium & deuotionem. Sic accessit & auxilium sensit, quidam puer duodenus, (de quo refert liber de donis) qui cū Suessionis maneret in Ecclesia in vigilia Purificationis, & dormisset, cantantibus responsorium, Videte miraculū matris Domini, licet priusesset mutus, cœpit cātare quasi voce angelica & altissima, Sancta Maria, Sancta Maria. Et retulit loquens quod ei visum fuerat, quod vna colūba de cælo veniēs linguā eius & labia vellicabat. Sed dices: Nonne rubo cōparatur Maria? Camit enim Ecclesia: Rubum quem viderat Moyses incōbustum, conseruatā agnouimus tuā laudabilē virginitatē Dei genitrix. Igitur nō sine spinis est liliū. Respōdetur, quod omnes formositates aliarum creaturarū cōtinet Maria. Ideo si quid in rubo boni sit, in Maria reperitur. Nullū autem malum est, quin aliquo subsistat bono,

Psal. 65

Luc. 1.

Psal. 11

Mat. 13

e Maria rubus fuit, & tamen spinas non habuit sicut cæteri, pch. carentes

bono, alioquin deſtrueretur. Maria autē non ſolum rubo, ſed etiam rubo ardēti & non combuſto cōparatur. Rubus vterus virginis, flamma exiēs de medio rubi Filius Dei exiens de vtero virgineo ſine flāma libidinis, ſine corruptione, ſine leſura, ſine grauamine. *Deus noſter ignis conſumens eſt.* Erat autem rubus paruulus per humilitatē, aſper per abſtinentiam. Sibi ipſi aſpera, alijs autem mollis erat; ideo non eſt periculum ad eā accedere, quæ hodie ter benigna canitur. Si velis ardere amore, & iudicio diuino non comburi, accede ad Mariam, quia ab ea exit ignis ardēs nō comburens. Si deuotione calefieri, accede, & feruebis deuotione. Ne timeas, non combureris, quamuis ſit ibi ignis; quia rubus ille refrigeratiuam virtutē habet. Vel poſſet dici, quod ſicut ſupra naturam fecit Deus, vt rubus arderet, & non cōburereretur; vt virgo cōciperet, & non corrumperetur; ſic fecit ſupra naturā, vt Maria rubus eſſet, & ſpinis careret. Cum enim alij ſpinoſi ſint, ſola ſine ſpinis apparuit. Vnde Adam de ſancto Victore: Nos ſpinetum, nos peccati ſpina ſumus cruentati.

Deut. 4.

Secundo, videndū eſt de oblatione. Obtulit autem virgo Maria lilium conuallium, Chriſtum filium ſuum, tamquam ſacrificium matutinū, qui poſtea oblatus eſt in paſſione tamquā ſacrificium veſpertinū, vbi pinguior erat oblatio, ſicut in agno, qui offerebatur veſperi in lege. Et redemit eum pare turturum aut columbarū. Sed ibi quæritur. Primo: Quare non offertur oblatio turturum aut columbarum, ſed lumen? Reſpondetur, quod multiplex eſt ratio. Primo eſt literalis: quia, ſecundum Innocentium in ſermone, cereos in hoc feſto portamus, quia gentiles Februariū menſem inferis dedicauerant; quia putabant in principio huius menſis Proſerpinam raptam fuiſſe à Plutone; quam quia mater eius cereis & facibus accenſis in Ethna tota nocte per Siciliam quærebat, ipſi ad commemorationem ipſius in principio menſis facibus accenſis vrbē de nocte luſtrabant. Cum autem ſancti patres hanc conſuetudinem non poſſent extirpare, conſtituerunt in honore Mariæ portari cereos accenſos. Secunda ratio eſt allegorica. Ideo enim non offerimus par turturum aut duos pullos columbarum, ne videamur iudaizare. Iudæi autē gloriabantur in cęremonijs ſuis. Vnde Moyſes: *Quæ enim eſt alia gens ſic inclyta, vt habeat cęremonias, iuſtaque iudicia, & vniuerſam legem, quam ego proponam hodie ante oculos veſtros?* Et Pſal. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* Et ideo hoc factum eſt ad gloriam plebis Iſrael. Sed iſtud, quod paratum erat in cæremonias Iſraelitici populi, datum eſt lumen ad reuelationem gentium. Propterea gentes, vnde proceſsimus, cęremonias dimiſerūt, & lumen acceperunt. Tertia ratio moralis: vt ſicut hode oblatum eſt lumen mūdi Deo Patri, ita offerremus in oblationibus noſtris lumen vitæ & exemplū ſanctitatis. Nihil enim fœtidius quàm quando lumen extinguitur. Sic quando fama, gratia, & bona vita in homine extinguitur. Quarta ratio, ad denotandum quod Maria eſt lumen nobis donatum duabus de cauſis. Vna quidem ad illuminandum nos, ne in tenebras errorum incidamus in nocte huius ſæculi. Inde canitur ei: Gaude Maria virgo, cunctas hæreſes, &c. Totus enim mūdus idololatriæ deditus erat. Alij namque orabāt Iouem, alij Saturnū, alij Plutonem, & ſic de alijs. Sed per virginis ſingularem aſſenſum, quo mundo ſuccurrit perdito, omnes illæ hæreſes & errores priores interēpti ſunt in his, qui crediderunt: quia gentes in cōſpectu Dei quaſi nihil & inane reputatæ ſunt; ideo ſoli fideles pro mundi accolis reputātur. Et ſic omnes in vniuerſo mundo interemit hæreſes. Secunda ratio eſt, ad ducendum nos peccatores per tenebras huius ſæculi ad lucem claritatis æternæ. Maria enim eſt ſtella maris mundi, nos perducens ad portum perpetuę ſalutis. Secundo quæritur, quomodo preſbyter dimiſit offerendam illam, ſcilicet Chriſtum, quæ tātum valebat, pro pare turturum aut co-

D
Lumen offertur, & non aues.

lumbarum. Certe pretium huius lilij nō erat notum. *Neſcit homo pretium eius, procul & de vltimis finibus pretium eius*, quia primus & nouiſsimus, alpha & omega, deitas & humanitas. Nō cognoſcebat quod erat ſalus, quia non ſemper habētur ſalutes pro offerenda. Nec mirum ſi talē offerendā dimiſerunt pro valore auis, quia eā poſtea oblatam vendiderunt pro argēto, & expulerunt, & eiecerunt. Sed qui cognouerat, Symeon, non poterat eā dimittere, quouſque eſſet cum altera extremitate. Vnde quęrebat licentiam à curia, nō ſicut multi, qui nollent eſſe extra: quia volebat eſſe extra ſpinas. Sed quæritur nunc, vtrum ſit periculum lilium eſſe inter ſpinas. Videtur quod ſic, quia Chriſtus ait de frumēto bono, cui ſe cōparat, quod ſpinæ aſcendētes ſuffocauerunt illud. Reſpōdetur, quod per ſpinas in ſcriptura tria intelliguntur. Primo, intelliguntur peccatores, & inter iſtos periculum eſt lilio, ſi creuerint ſpinæ. Sunt ſaliuncæ, quæ ex vtroque termino in terra nectuntur, lilium ab illis non ſuffocabitur, quia non creſcunt in altū. Sed ſpinæ, quæ creſcunt in altum, periculum faciūt ſuffocationis apud lilium. Sic parui peccatores, qui colunt terram, nec quærunt niſi creſcere in labore terreno, tales non ſuffocabunt lilium. Sed ereſcentes in altum, quærentes honorē, & penſiones & diuitias. Et huius ſunt multæ rationes. Primo, quia ſpina eſt arbor quibuſdā ſpiculis contra tangentium iniurias armata, ita quod dum tangitur, pungit. Sic peccatores & ſtultos corrige, impatientiæ aculeo te pungent. Pſ. *Tange montes & fumigabunt.* Et quod his deterius eſt, ſpinoſæ arbores alterutrum connectunt, muniunt, iuuant, & defendunt, & ſibi inſiſtentes vulnerant. Sic mali ad ſe inuicē colliguntur, ſicut criminoſa animalia tria vel quatuor, vt magis reſiſtant iuſtitiæ & equitati, & bonis viris & diligentibus Deum. Quemadmodum Herodes & Pilatus cōtra Deum, de quibus Pſal. *Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum*. Sic vulpes Sanſonis in vnum colligatæ fuērunt ad comburendum fata Philiſtijni. Sed nobiles canes non timent irrumpere per ſpinas ad capiendum prędā: nec puncturam earum timent, quoniam nobiles animo & vita & fidelitate non timēt malos, quin veritatem dicant. Vt tamen Seneca ait, principes cum omnia habeant, hoc ſolum eis deeſt, qui veritatem dicat. Et quia periculum eſt, melius eſt lilium cum impijs & infidelibus nō iungi. Propterea reprehendebat Apoſtolus quoſdam, dicens: *Quare iugum ducitis cum infidelibus?* Et dicitur Iosaphat: *Iram quidem Dei merebaris, quia cum impio amicitia iungeris.* Secundo, ſpinarum punctura manus vel pedes ſæpius vulnerantur, & interdum caput, nec ceſſabit dolor quouſque inde ſpina extrahatur. Verumtamen quamuis alios lædat, numquam tamen ſpinæ ſpinas pungunt aut lædunt. Sic raptor raptorem, lupus lupum adiuuat, & ad prædandum ſe mutuo intelligunt. Sed mercatores & manu artifices, qui ſunt manus & pedes reipublicæ, qui portant pōdus diei & æſtus, multum pungunturzita quod quouſque iſtæ ſpinæ euellantur, dolor & anxietas viduarum non ceſſabit & pauperum mercatorum. Periculum eſt aliquando ne pungant lilium, ſi ſint tales, quia verum lilium in capite ſemel punctum eſt ab eis ignominioſe, ſed ad ſalutem populi fidelis. Nō ſic autē, quando caput, cuiuſmodi eſt rex, vel princeps eſt ſpinis coronatus, & circumdatus raptoribus, quia hoc non ſit ſine omniū membrorum doloribus & graui diſpendio. Nam tunc ex omni parte capitis, ſpinis intercedētibus, ſanguis effluit ex reipublicæ ſubſtantia, neque vllum reſtat remedium ſanitatis, niſi ſpinæ euellātur, & igni tradantur. Quoniam vero officiū agricolarum eſt ſpinas euellere, ideo cæleſtis agricola tales finaliter euellet, & tradet igni inextinguibili. Tertio, quia ſpinæ propter ſui denſitatem ſolares radios intercipiunt & roriſluas cæli guttas, & ad ea quæ ſub eis ſunt, deſcendere non

Pro. vlt.

E
Spina peccatores ſignāt multiplices rationes.

Mat. 13

Pſ. 143

Pſal. 2.

Iud. 15.

2. Cor. 6

2. Paral 19.

non permittunt. Et ideo, quæ intra vel iuxta sunt, de facili non conualescunt. Sic mali circumdantes principes, nequaquã permittunt rorem verbi Dei, vel bonam doctrinam, vel veritatem audire, sed totam terram aridam esse deuotione. Lilium longe sit ab eis clausum inferius ad eorum verba, superius apertum ad verba cęlestia & fidei. Alioquin si audiantur tales, non poterunt oues, hoc est populus simplex & pauper, accedere prope liliũ, nisi dimittant lanam. Quarto, quia spinæ licet faciant quosdã paruos flores & paruos fructus, & ex eis fiant ab hortulanis sepes & muniantur horti, & sub eis latitent boni lepores & minuta animalia, & aues nidificent, tamen periculosum est ibi stare & dormire, quia ibi habitant colubri & serpentes. Sic mali quãdoque faciunt aliqua parua opera bona, & habent quemdam florem paruũ, id est, quãdam famam boni, sed pauci aut nullius valoris, & ex eis fit sepes & murus in guerris, & sub eis nonnũquam viuunt pauperes multi tam de Ecclesia quàm de populo laico, tamen periculosum est stare multũ cum eis propter serpentes, & malã caudã & malos seruitores. Et periculũ est liliũ esse inter spinas, quia (vt dicitur) est similis prauis, qui manet inter eos. Sed lilij locus cum Christo esse debet in conuersatione cælesti. Qui enim alti sunt & magnanimi, debent in cælis & alte contemplari. Lilium nẽpe solam radicẽ, & quod necessitatis est, in terra habet, reliquũ ad cęlum tendit. Sic quantum necessariũ est, debet homo terrena diligere, sed per virtutes mentẽ ad cælestia eleuare. Secũdo, per lilium intelliguntur tribulationes, & sic bonum est lilium esse inter illas, quia tunc spinę stant, ne vẽtus lilium impellat. Vnde arca Noẽ quanto magis inundabat, tanto amplius eleuabatur, & quãto magis Pharao persequebatur populũ Israel, tanto plus crescebat. Sic qui magni fuerunt quo ad Deum, hoc habuerunt per multas tribulationes. Præseruam enim à peccato, sicut patuit in B. Benedicto, qui aculeis spinarum à tentatione præseruatus est: & in B. Paulo, qui tribulationibus & stimulis carnis præseruabatur à spiritu superbiæ. Faciunt etiã reducere Deũ & mandata eius ad memoriã. Ea de causa portabãt Pharisæi in fimbria spinas pungentes, vt punctura earũ reducerentur mandata Dei ad memoriã. Tertio, diuitiæ sunt spinæ testimonio Saluatoris, & bonum est lilium esse inter illas, dummodo bene vtatur eis, accipiendo à quibus oportet, & dando quibus oportet. Pro tertia parte, ille, qui suscepit lilium, qualis etiam esse debet qui vult suscipere Christum, erat primo homo non bestia, seruans quod hortatur Sapiens: *Ne accipias faciem aduersus faciem tuã.* Nonne monstrum est, qui exterius est homo & intus bestia? Sicut illi qui sunt iumẽta & porci per luxuriã, vulpes per fraudẽ, serpentes per detractionẽ & canes, lupi per voracitatem, leones per crudelitatem. Creditis hunc solum hominem esse, qui non prætendit nisi exteriorem apparentiã hominis, & totum residuum bestię? Tales sunt incantati à diabolo. Incantatus enim credit se esse iumentũ, cũ sit homo, & similiter credit se esse diuitẽ, cũ sit pauper. Sic isti credunt se esse diuites in donis & bonis, cũ sint pauperes, & credunt se esse homines, cum sint bestiales & bestialiter viuentes. Secundo, erat in ciuitate, nõ in siluis: in ciuitate, id est, in ciuiũ vnitate, in amore & dilectione proximi permanens, custodiendo pacẽ & amando eã. Ita indigeremus nunc habere garnitionẽ hominum pacis, sicut hominũ guerræ. Non in siluis in venatione, nec in tabernis, aut lupanaribus. Tertio, erat Symeon, id est, ardens mœrorem & cupiens lugere: ita vt fugeret delitias carnis & gulæ. Nam (vt ait Paulus) *apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiẽs nos, vt abnegantes impietatẽ & sæcularia desideria, sobriè, & iustè & piè viuamus in hoc sæculo.* Ideo si velimus vt appareat nobis illa gratia, necessarium est sic viuere. Quarto, erat iustus, & in hoc lilio similis, quia Psal.

P *Susceptur⁹ Christũ quas cõditiones habere debet.* Eccli. 4. Tit. 2.

Pſal 91. *Iuſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternũ ante Dñm.* Sicut enim lilium in hyeme & in æſtate ſeruat virorem, & recte incedit, ſic iuſtus homo recte incedit, neq; tentatione, neq; aduerſitate, neq; proſperitate virorẽ perdens iuſtitiæ. Quinto, erat timoratus, ſciẽsquia beatus homo, qui ſemper eſt pauidus. Timor enim eſt initiũ ſapiẽ-
Cant 5 tiæ & bonorũ. *Dilectus meus miſit manũ ſuã, & vẽter mẽus intumuit*, ſcilicet producendo bona opera, *ad tactũ eius*, quo timor cauſatur in anima. Sexto, erat expectãs cõſolationẽ Iſrael, nõ accipiẽs hic conſolationẽ ſuã, ſed expectãs, & ſperãs videre Deũ, & habere partẽ in ſocietate beatorũ, habens gratiã expectatiuã. Multi nõ habent illã, qui quærũt fauores regũ, & populi, & nõ Dei. Similiter illi, qui nihil vnquã fecerũt pro Deo, nõ expectent aliquid habere ab eo, quia dicitur in Pſal. *Sacrificate ſacrificiũ iuſtitiæ*, primo faciẽdo bona opera propter Deũ, & (ſic) *ſperate in Dño*. Sed quomodo dicitur, quod Symeõ erat expectãs cõſolationẽ Iſrael, hoc eſt Chriſtum? Videtur enim quod Chriſtus fuerit magis deſolatio quã conſolatio Iſrael. Subdit enim Sy-
Luc 2. meõ. *Ecce poſitus eſt hic in ruinã multorum*, & maioris partis, & cum à maiori parte debebat fieri denominatio, videtur magis quod expectaret deſolationẽ quã cõſolationẽ Iſrael. Reſpõdetur per propoſitiones. Prima eſt. Conſolatio Iſrael facta eſt

G *Chriſtus non fuit propriè deſolatio Iſrael, ſed magis conſolatio.*

deſolatio ipſius nõ ex eius defectu, ſed ex defectu materiæ ſuſcipiẽtis. Sicut non eſt defectus ſigilli, ſi lapis non ſuſcipiat impreſſionẽ eius, ſed eſt defectus duritiei lapidis. Similiter, ſi quis à rege acceperit mille aureos, & ad talos perdiderit, hoc nõ eſt ex defectu doni, ſed ſuſcipiẽtis donũ, & dono abutẽtis. Quod enim datũ eſt in tyriacã totì mũdo, hoc verſum eſt Iudæis in tox[illegible]. Sicut bonus cibus ſtomacho repleto malis humoribus nociuus eſt, nõ propter ſe, ſed propter repletionẽ. Sic ex malitia Iudæorũ ſecuta eſt deſolatio. Ita & nũc tãta eſt malitia in Eccleſia, quod ſi quis teſtaretur veritatẽ, licet faceret miracula ſicut Chriſtus, quod forte crucifigeretur. Secunda propoſitio. Quãuis Dñs Ieſus propter malitiã ſacerdotũ, & eorũ, qui præerãt populo in ſpiritualibus, fuerit per accidẽs eorũ deſolatio, ipſe tamen eſt vera & propria cõſolatio Iſrael, & totius mũdi: ſicut gutta amaritudinis indulta in modio nõ facit ipſum modiũ amarum. Sic nec deſolatio Iſrael meretur, vt Dñs dicatur eius deſolatio, qui fuit totius mundi conſolatio & redẽptio. Magna eſt conſolatio captiuis, quando apportatur pretium redẽptionis ſuæ. Quãta fuit cõſolatio Symeoni, vt pretium illud teneret in manibus ſuis? Sed multi etiã nũc abuntur bono, ſicut Iudei. Tertia propoſitio. Populus ille paſtore & principe priuatus, iuſto Dei iudicio vſq; in hodiernum diẽ deſolatus manet, quia ad conſolationẽ non accedit, & hoc propter duas cauſas. Prima cauſa, quia magna pœna non exhibetur à Deo, niſi magno præcedente peccato. Alioquin pœna præcederet culpã. Sed illa natio prẽomnibus nationibus eſt cõtẽpta, imminuta, captiua, in opprobrium, ſine paſtore & rege, timida, nec eſt ſpes vnquã reductionis, & hoc ſatis cognoſcunt Rabini eorũ, non populi minores. Oportet ergo, quod fuerit aliquod magnum peccatum, quod cõmiſerunt in Deum, nullũ autẽ maius potuit excogitari, quã occidere Filium Dei facientẽ miracula. Vide ergo quod de carne ſerpentum facit tibi Dñs antidotum fidei, & cõſidera quomodo Dñs vult à te fidẽ, quãdo tot viros & mulieres dimittit ſuo peccato, noſtræ fidei teſtes, vt credas. Vnde, tu, quiſquis es, qui multas habes aduerſitates, & forſitã deſtructionẽ domus tuæ, cogites hoc tibi venire ex altera duorum cauſarũ. Aut quia magni meriti es, & dignus, qui tẽteris à Deo, & proberis, iuxta illud: *Deus tẽtauit eos & inuenit illos dignos ſe.* Aut quia feciſti in domo tua malũ aliquod grande, aut non repropitiatur Dñs. In primo caſu reſurgunt domus faciliter, & ad maiorẽ gloriã, in ſecundo numquã. Ideo Dñs dixit de Iudæis: *Ecce relinquetur vobis terra veſtra deſerta.* Secunda ratio,

H *Iudæi quare hactenus maneãt deſolati.*

Sap 3.

Eſai 29.

quia

quia portãt codices noſtros,& ſunt libra-
rij noſtri,ita quod vult Dñs vt ſeruiãt no-
bis. Sed in fine ſæculorũ primo conuer-
tentur Saraceni ad Dñm. Inde in Laudi-
bus,quæ ſunt ſeu dicuntur in fine noctis,
cõiunguntur primo duo Pſalmi,in quorũ
vltimo dicitur: *Vt cognoſcamus in terra viam*
tuã,in omnibus gẽtibus ſalutare tuũ: deinde in
fine coniunguntur tres,quando reliquiæ
Iſrael ſaluæ fiẽt. Ideo dicit Symeon pro-
Luc.2 phetando: *Lumen ad reuelationẽ gentiũ*, pri-
mo: deinde *gloriã plebis tuæ Iſrael*. Septimo,
habebat bonã garnitionem in domo ſua.
Primo victual um, quia Spiritus ſanctus
erat in eo. Secundo doctrinæ ſanctæ,quia
reſpõſum acceperat. Tertio conſilij,quia
venit in ſpiritu in templum. Octauo,dili-
gens fuit de recipiendo munera nõ tẽpo-
ralia, ſed æterna. Vnde cum inducerent
puerum Ieſum,accepit eũ in vlnas ſuas,&
menſurauit, tunc oblitus fenectutis ſuæ.
Secundo,gratias agens,benedixit,ſimilis
illis qui ſunt in curia, qui cito, & auide
comedunt, ponendo manus ſuper ſpatu-
las,& ſic ſumendo cibum. Sed quomodo
Hebr.7. benedixit Symeõ Deo,cum dicatur: *Sine*
vlla contradictione minus à maiori benedicitur.
Reſpondetur: Aliter Deum,aliter homi-
nes benedicimus. Deum benedicimus,cũ
eum laudamus cũ omnibus creaturis,iu-
xta canticum benedictionũ. Omnes enim
creaturę laudãt ſuum artificẽ,& cum ſint
valde bonæ creatę,eum valde bonũ pro-
clamãt. Secundo, gratias ei referendo de
donis ſuis naturæ,gratiæ, & fortunæ. Be-
nedicit enim nobis Deus,quãdo dona ſua
nobis cõmunicat,& ei benedicimus,cum
1 Motu quodam circulari redeũt beneficia Dei in eum per gratiarũ actionẽ. Sap.7. ab eo nos illa habuiſſe recognoſcimus.
Hoc enim exigit gratitudo, vt pro bene-
dictione benedictionẽ reddamus. Nã ſe-
cundum doctrinã Philoſophi,nullus mo-
tus poteſt perpetuo cõtinuari, niſi circu-
laris. Proceſſus autẽ beneficiorum Dei in
nos eſt quaſi quidã motus: *Omnibus mobi-*
libus mobilior eſt ſapientia,& in animas ſanctas
ſe trãsfert. Ideo niſi fuerit circularis, per-
petuari nõ poteſt proceſſus iſte. Efficitur
autem circularis per hoc, quod beneficia,
quę ad nos procedunt per gratiarũ actio-
nem,in Deum tamquã in ſuum principiũ
reuertuntur. Vnde & ſancti in patria per
illum modũ perpetuãt dictũ proceſſum.
Pſ. *In ſæcula ſæculorum laudabunt te.* Sed ho- Pſal. 83
mines benedicimus tripliciter. Primo,ip-
ſos laudando: quandoque ad malum eo-
rum,quando adulatorie laudãtur,ſecun-
dum illud Pſ. *Laudatur peccator in deſideriis* Pſal. 9.
animæ ſuæ,quandoque ad bonum,& infra
Deum. Pſ. *In Domino laudabitur anima mea.* Pſal. 33.
Secundo, imprecãdo bona futura,vt co-
miter eſt benedictio patrum tã ſpirituа-
lium,quã corporalium. Sic enim per dex
terã,qua benedicit Epiſcopus populũ,fa-
ciendo ſignum crucis, imprecatur breui
ſigno benedictionẽ dexteræ Excelſi,quæ
eſt ad æternã bona percipienda per me-
ritum paſſionis Chriſti,dari populo. Vn-
de Leuit. *Extendens manum Aaron benedixit* Leuit. 9
populo. Et ſtatim ſequitur: *& apparuit glo-*
ria Domini omni multitudini, quia per benedi-
ctionẽ Prælati gloria Domini apparet in
cauſa ſua populo fideli. Cauſa iſta eſt gra-
tia, ad quam conſequitur gloria. Tertio
vero prædicẽdo futura,vt fecit Iacob be-
nedicendo filijs ſuis, & Iſaac Iacob, &
Eſau, & ſic de alijs. His tribus modis be-
nedixit Symeõ Marię & Ioſeph,eos bea-
tificando ſuper donis Dei eis collocatis.
Secundo,imprecando eis bonum; tertio,
prædicendo futura, vt patet ex textu
Euangelij. Et licet Symeon eſſet minor
ſanctitate,erat tamen maior officio ſacer-
dotis, magiſterio doctrinæ, & ætatis ho-
norabili canitie. Nono, magnificauit Deũ,
ſicut Pſal. qui dicebat: *Benedicã Dominũ in* Pſal. 33.
omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Ait
enim magnificando: *Nunc dimittis ſeruum* Luc.2.
tuum Domine,&c. Sic magnificãt iuſti Do-
minum, magnitudinem eius enarrantes,
aut commemorantes.

DE S. BLASIO, SERMO VNI-cus, & in ordine LXX. Per Thema.

Gloria & honore coronaſti eum Domine. Pſal.8.

Quæritur, quomodo hoc canit Ec-
cleſia de iſto martyre, cum ipſum

econuerſo cõfuſibiliter mori permiſerit. Vulgo etiã dicitur; Nullam amicũ habuit Deus, qué nõ exponeret confuſioni. Reſpõdetur, quod duplex eſt cõfuſio. Quędã ad ducés ignominiam, & iſtã quandoque Deus immittit & amicis ſuis & inimicis, ſicut prodigo confuſionẽ immiſit, vt inde ad ſe rediret. Sic Manaſſe, ſic populo Iſrael propter peccata ſua flagellato, ſecundum petitionẽ Pſal. *Imple facies eorũ ignominia, & quærent nomen tuũ Dñe.* Alia eſt *confuſio adducẽs gloriã.* Et iſtã immittit ſolis electis, quos non vult coronari in ſterquilinio. Sicut Iob cõfuſus fuit in ſterquilinio ſuo: ſic iſte ſanctus martyr, ſic Paulus, qui dicebat: *Stultus factus ſum, vt ſim ſapiens.* Stultus mũdo, vt ſim ſapiens Deo. Stulti enim confuſibiles ſunt. Vulgus autẽ loquitur ſecundũ ea quę gerũtur in mũdo, nõ ſecũdũ ea quę fiunt in cælo. Decreuit enim ſuperna æquitas reges cæli nõ portare coronam in ſterquilinio huiusmũdi, ſed in palatio cæli; vbi nõ dat eis coronã ſine regno, ſicut ſtulti coronãtur, nec regnũ habent. Vnde *præbuit Salomon aurũ & argentũ ſicut lapides, & cedros quaſi ſicomoros.* Vult enim Deus aliquãdo ſanctos viros, qui ſunt aurũ & argentum Eccleſiæ, quaſi lapides tribulationibus cõculcari, & cedros per eminentiã vitę eſſe ficũ fatuã in hominũ æſtimatione, vt iuxta Apoſtolum, ſi quis vult inter eos eſſe ſapiens, ſtultus efficiatur. Et ideo quia Dominus ſic ſuis amicis immittit tribulationes, pãucos habet amicos qui pro eo ſuſtineãt. Vnde à beato Ludouico captiuo quæſiuit quidã, vnde ſibi procederent iſta mala. Reſpõdit, quod erãt iocalia Dei, quę pro ſua largitate ſuis amicis mittit. Ad quẽ ille: Non eſt ergo mirũ, ſi Deus paucos habeat amicos. Iſta tamẽ eſt regula generalis, vt omnes qui pie volũt viuere in Chriſto, perſecutionẽ patiãtur, à qua nec excepta eſt virgo glorioſa. Ad quã, vt dignũ aliquid de iſto beato martyre dicamus, recurramus, dicẽtes: Aue, &c.

A Confuſio duplex.

Pſal 82

Eccli. 4.

1. Cor. 3

3. Reg. 10

Tribulationes ſunt iocalia Dei

B Electio in dignitatem

Multiplici gloria coronatus eſt ſanctus martyr Blaſius. Primo quidem, gloria põtificiæ dignitatis. Secundo, gloria triũphi. Tertio, gloria miraculorum. Primo enim electus eſt pacifice in Epiſcopum Sebaſtenſis ciuitatis prouinciæ Capadociæ propter merita & ſanctitatẽ vitæ. Nunc autem eliguntur propter poteſtatem. Et ideo pugnant duę partes in vtero Rebeccę, & colliduntur gemini. Bene ſe tenẽt in pace quouſque veniat tempus partus ad prælationem, ſed tunc heurtant inuicem: ſicut catus & canis in ciuitatibus ſe tenẽt in pace quouſque iaciatur os inter eos, & ita colliduntur tempore partus per diſcordias & appellationes, quod ſæpius peior prior efficitur, ſcilicet piloſus, qui maiora bona temporalia habet & maiorem poteſtatem, & melior deficit. Beatus nihilominus Blaſius perſecutione nimis vrgente ſpeluncam Argei montis petijt, & ibi eremiticam vitam duxit.

Propter merita fieri debet.

Sed hic quæritur. Primo, quomodo dimiſit populum ſuum in tempore neceſſitatis. In tẽpore enim periculi iuſsit Dominus Moyſi vt contẽplationẽ dimitteret, & de monte deſcenderet accedendo ad populum; & iſte oppoſitũ facit dimittendo populũ in neceſsitate, ita quod dimittit populũ paſtor inter lupos. Reſpõdetur per propoſitiones. Prima eſt. In perſecutione Eccleſię, vbi ſolus quæritur paſtor, & nõ populus, & vtilis eſt ille paſtor Eccleſiæ, melius eſt, vt fugiat, & reſeruetur, quàm quod perſecutionem expectet. Sic Dominus præcepit: *Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Sic Athanaſius fecit, ſic & Blaſius. Nam in perſecutione ſub Diocletiano infra 15. dies vſque ad 15. milla ſacerdotum, & eorum, qui regebant populum, interfecti ſunt, & tũc quærebãtur paſtores, vt eſſent oues inter lupos ſine paſtore, & facile perirent. Sicut argumentatus eſt Demoſthenes aduerſus Philippũ Macedonum regem de canibus & lupis, canes vocans ſapientes, qui cuſtodiunt ſua ſapientia ciuitatem, quibus infectis facile decidit ciuitas in manus hoſtium. Secunda propoſitio. Vbi periculum imminet populo, debet paſtor inter oues expecta-

Exo. 32.

Digitized by Google

re vsque ad mortẽ, & protegere eos verbo, doctrina, & exẽplo. Nam de bono pa-
Ioan. 10 store dicit Dominus: *Pastor ante eas vadit, & oues eum sequuntur.* Sic Yrenæus Lugd. mortem expectauit, & eum secutus est vniuersus populus vrbis. Patet propositio per dictum Christi:
Ibidem. *Bonus pastor animã suam dat pro ouibus suis.* Secundo quæritur, cum maioris sit meriti zelari animas subditorum, quã contemplari in spelũca, cur aues seruiebant Blasio, & deportabant ei annonam illic, non dum conuersaretur in mundo? Respondetur primo, quod hoc ideo fuit, quia quamdiu homines sunt in mundo, & cũ mundo, Deus vult vt vtãtur mundi consolationibus ad sobrietatẽ, & vnum membrũ alterum adiuuet. Sed cum sunt à mundo separati, nec possunt ab eo adiuuari, oportet vt aliunde cõsolationẽ assumant, scilicet à Deo & Angelis, ministerio quãdoque eorũ, quãdoq; animaliũ. Vnde quamdiu Helias erat in ciuitatibus, fouebatur cibis hominum, vt patuit in Sarepta Sidoniorum, sed quando fuit in eremo, pastus est à coruo. Sic Blasius in ciuitate fouebatur cibis hominũ, & in deserto annona cælesti medio animalium. Secundo, hoc fuit, quia in eremo magis seruatur innocentia quã in mũdo.
Eccli. 13 Nam sicut *qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea*, sic qui tangit mundum corpore, & cõuersatur cum mundo, difficile est quin ab eodem inquinetur. Cũ ergo homines perueniũt quodãmodo ad statũ primũ innocẽtiæ, per suam puritatẽ, inueniunt etiam bruta sibi obsequentia. Dicitur secundo, quod ex dono Dei beatus Blasius bestias sanabat, & benedictionem ab eo exposcebant. Plus quandoque apparet rationis in bestijs quã in hominibus, quæ recognoscunt benefactorem suum, & congratulantur ei, & ad eũ refugiunt: vbi homines tot habent dona Dei, & non ei benedicunt. Propterea in Hymno benedictionũ vltimo post cæteras creaturas filij hominum benedicunt Domino. Hoc etiam apparet, quia ad iussum beati Blasij canes præsidis reuertebantur, nec tangebãt bestias ei proximas, & homines non audiũt vocem Dei, neque prædicatorũ eius: Canes obediunt, & homines nolunt obedire. Sic beatus Martinus dicebat: Serpẽtes me audiunt, & populus meus me nõ vult audire. Secundo, coronatus est B. Blasius gloria triumphi propter certamen legitimum. Certauit enim viriliter contra tyrannos, & glorioſe eos vicit. Prius latebat qualis esset, sed in certamine suã fortitudinem ostendit, vt impleretur de eo illud Psal. *Educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tamquam meridiem.* Iustitia enim eius latebat, quamdiu non exercebatur tribulationibus. Sed dum in tentatione martyrij apparuit fortis, educta est iustitia eius quasi de occultis in lucẽ. Dicit enim Isidorus 16. Etymolog. quod carbunculus hoc proprium habet, quod iactatus inter flammas quasi extinguitur, cum tamen sit coloris igniti, aquis autem perfusus exardescit. Sic sanctus iste martyr & alij martyres sancti in secreto conscientiæ suæ charitate igniti, dũ nulla graui tentatione pulsarentur, quasi Angeli cum Angelis conuersabantur, & quales essent, ignorabatur. De quibus Apostolus ad Hebræos: *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.* Videtur enim eorum lux quasi extincta. Cum vero aquis tribulationum circumdantur, tunc fulget eorum iustitia. Vnde Bernardus: Quomodo stellæ in nocte lucent, in die latent: sic vera virtus iustorum, quæ in prosperis nõ apparet, in aduersis eminet. Et sicut stellas nox non extinguit, sic mentes eorum cælo per desiderium inhærentes, iniquitas mundi non obscurat, secundum quod dicitur quibusdam: *Inter quos lucetis quasi luminaria in mundo.* Audiamus ergo, quàm valenter se habuerit B. Blasius. Apparuit enim ei Dominus nocte, dicens: Surge, offer mihi sacrificium, imo holocaustum. Sacrificiũ est, quando pars remanet offerenti; holocaustũ, quando totum Deo offertur. Sic sancti martyres corpus & animam Deo obtulerunt. Et ecce milites præsidis venerunt

D Blasio cur seruiebant aues in eremo, non in mundo.

Psal. 36.

E Martyrum virtus per tribulationes clarescebat.

Hebr. 1.

Phil. 2.

nerunt ad ſpeluncam, dicẽtes: Egredere, vocat te præſes. Iuit tunc lętus Blaſius, & in via ſanauit filium mulieris, qui moriebatur propter os in gutture, & porcũ mulieri reſtitui fecit. Cũque eſſet in ciuitate, carceri mancipatus eſt, & altera die præſidis iuſſu fuſtibus cæditur, & in carcerẽ iterum retruditur. Sed nec ſic potuit ſuperari, nec ab amore Chriſti ſeparari. Deinde eductus in eculeo ſuſpenſus eſt, & carnes eius pectinibus ferreis laniãtur, & inde glorioſior facta eſt eius victoria. Mulieres autẽ quædam colligentes eius ſanguinem laniantur & decapitantur. Poſtmodum miſſus eſt Blaſius in ſtagnum, & ſigno crucis facto aquam quaſi aridã terram habuit, & ſic tormentum illud vicit. Poſtmodum egrediẽs, cum decollari iuberetur, orauit ad Dominum, vt quicumque pro infirmitate gutturis vel alia quacumque infirmitate eius patrocinia imploraret, exaudiretur. Et vox facta eſt de cælo, quod ſic fieret. Sed quomodo illud orauit pro alijs, cum dixerint prudentes virgines: *Ne forte non ſufficiat nobis & vobis.* Mat. 25

F Sancti an recte orauerint pro ſe inuocatibus.

Quomodo enim ſciebat Blaſius, quod haberet merita ſuperabundantia ad cõmunicandũ? Reſpondetur primo: Sancti viri aliquando diuino inſtinctu cognoſcũt in ſe ſuperabundantiam meritorum ſuorũ à Spiritu ſancto edocti. Qui charitate permoti, ſicut ſemper fuerunt amatores ſalutis populi, ita deſiderãt omnia quę habẽt, in populo effundi. Ideo nil mirũ, ſi quærũt merita ſua populo in neceſsitate valere. Dicitur ſecundo, quod illa diuina auctoritas fertur ad malos, qui non ſunt digni ſuffragio & orationibus ſanctorũ. In diuina enim maieſtate vident ſancti tales indignos exauditione. His expletis, decollatus eſt Blaſius cũ duobus pueruli, victor per omnia manens, & triumphũ de tyrãno reportãs. Sed quomodo triũphauit qui occiſus eſt? quomodo victor remãſit qui mortuus eſt? Nõ enim victor eſt qui occiditur, ſed qui occidit. Reſpõdetur Vulnerare aliquẽ non eſt ipſum vincere, ſed vincere eſt hominẽ ſibi ſubiugare, & de ipſo voluntatẽ ſuam facere. Vnde Auguſt. Quid eſt victoria niſi ſubiectio repugnantiũ? Tyrãnus vero de Blaſio martyre voluntatem ſuã non impleuit, nec intentionẽ ſuam reportauit, ſed magis martyr iſte. Primo enim intẽdebat & volebat tyrannus iſte, ſicut & cæteri, extinguere fidẽ Chriſti, quod non eſt factũ: ſed magis multiplicata eſt & aucta, ſecundũ intentionem huius martyris, & aliorum martyrum. Quanto enim Pharao filios Iſrael opprimebat, tanto magis multiplicabantur. Sic quanto plures martyres interficiebantur, tãto magis creſcebat numerus fidelium, & ſtatus Eccleſiæ in melius augebatur, vt verificetur illud: *Non eſt ſapientia, non eſt ſcientia contra Dominum.* Et in Hiſtoria Tripart. lib. 6. c. 5. & in Eccleſiaſtica lib. 12. c. 31. legitur, quod Iulianus Apoſtata videns Eccleſiam tribulationibus proficere, decreuit non tribulationibus, ſed oblectamẽtis animos martyrum immutare. Erat enim tũc Eccleſia ad modũ vineæ, quæ dum putatur, melius fructificat. Dixerat enim Dominus: Si granũ frumenti cadens in terrã mortuum fuerit, multũ fructum affert. Super quo verbo Grego. 3. Dialo. Dum granum vnum frumenti fideliter cecidit, ad obtinendam fidem animarum ſeges multa ſurrexit. Eccleſia enim fundata eſt in ſanguine fideliũ, ſynagoga in ſanguine infideliũ occiſorum in deſerto ſanctificata eſt. Inde dixit Moyſes: *Hodie conſecraſtis manus veſtras Domino.* Secundo, intẽdebant martyr iſte & alij in hoc bello, vnde perpetuo viuerẽt, acquirere, ſcilicet merita, & opera bona: tyrãni vero intendebãt cum eis famã, & nomen, & omnia eorũ bona diſsipare & perdere. Sed ecõtrario cõtigit, quia ſe deturpauerunt & dehoneſtauerunt, ſicut ille, qui tædam emungit, digitos ſuos deturpat, & quandoque comburit, candelã vero non lædit, ſed luminoſiorem reddit. Sic licet tyranni occidendo corpus crediderint eos extinxiſſe, & eorũ omnia bona pariter: hoc tamen non fecerunt, ſed eorum fama indè multo plus reluxit, & ſe

Prou. 21

G Martyr quomodo victor dici poſsit, cum moriatur.

& se deturpauerunt ex crudelitate eorũ, quæ in perpetuum recitabitur, & ex aliorum sanctitate, quæ in æternum publicabitur. Vnde ad innuendum, quod tyranni nõ martyribus, sed sibi nocebant, dicit Psal: in persona martyris: *Circumdederunt me sicut apes*, quæ acriter circumdant qué aculeis pungunt, quod quidẽ vulnus mortale est apibus, quia ibi dimittẽtes aculeos suos, vel cito moriũtur, vel nihil vtilitatis afferũt amplius. Sic isti vel cito moriebãtur diuino iudicio, vel nihil amplius bonę famæ, & aculei bene agendi habebant, qui tales ac tantos persecuti fuerant. Vel circumdederunt me sicut apes fauum, secundũ aliã literã, vt ibi mel infunderẽt & virtutes augerent in martyribus, ipsi vero omnino inutiles essent, & miseri. Tertio, tyrãni æstimabãt martyres à Christo separari posse, & tamen per eorũ manus cõiuncti sunt Christo, & sibi adhæserunt, quod summe desiderabant. Hinc Paulus: *Quis nos separabit à charitate Christi? Certus sum quia neque mors*, &c. Aug. Inuictus est, cui non potest auferri quod amat. Grego. Iustus vt leo confidit, qui eũ diligit quẽ nemo inuitus amittit. In hoc enim ostẽdebant quãtum amandus est Deus, quãdo vis amoris graues vicit molestias mortis: quã fatui autem erãt tyrãni, qui eos volebãt à Christo separare. Patet, quia fatuus esset qui vellet aliqua duo separare medio illo quo inter se iungũtur. Sancti autẽ Deo, & Deus eis, iunguntur tribulationibus: ideo, &c. Et ignis quanto maior est, vẽro nõ extinguitur, sed magis inflãmatur. Sic ignis charitatis martyrũ vẽto persecutionis non extinguebatur, sed magis incẽdebatur. Quarto, intendebãt tyranni pœnarũ acerbitate martyres deducere ad impatientiã, & ad Christum negandum. Sed de eis canit Ecclesia: Nõ murmur resonat, nõ querimonia, &c. vnde idẽ hymnus: Victorũ genus optimũ. Melior enim est victoria, quæ patiẽdo acquiritur, quã quæ feriẽdo. Illa enim clarissima est. Seneca: Facilius est gentẽ vnã quã virũ vnũ vincere. Idẽ: Vir bonus ab honesto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla re inuitabitur. Ideo: *Melior est patiẽs viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbiũ.* Seneca: Innumerabiles sunt, qui populos habuerunt in potestate; pauciſsimi, qui se hac victoria expugnarũt. Causa autẽ patiẽtiæ eorum esse poterat, quia videbãt istos esse causam purgationis eorũ. Aurũ enim inter omnia metalla pretiosius, plumbũ vilius, & tamen aurũ in fornace non purgatur sine plũbo. Plũbum enim secũ faces & scorias auri attrahit. *Tamquã aurũ in fornace probauit eos.* Modo vero martyres omnem patientiã detulerunt in cęlũ, eo quod nõ sit quis, si iniurietur, qui patientiam non relinquat ad ostium oris. Tertio, coronatus est iste sanctus gloria miraculorum hic in vita, vt patuit in auibus sibi seruiẽtibus, in sanatione pueri, & porco restituto; & etiam post mortẽ in multis miraculis, quæ fiunt in nomine eius. Eius enim corpus in honestatẽ, vtilitatẽ, & magnificentiam Ecclesiæ cesit, sicut & cæterorũ sanctorũ corpora. Vnde narrat Greg. Turonen. lib. de Cõfessoribus, quod cum B. Nececius Lugdunẽ. Episcopus testamẽto suo lecto in foro, nihil Ecclesiæ, in qua sepultus erat, dimisisset, blasphemabat sacerdos illius Ecclesiæ, dicẽs Niceciũ esse stolidũ. Cui nocte sequẽti cũ duobus episcopis sanctis Rustico & Eleutherio apparuit, dicẽs ad eos: Hic presbyter blasphemijs me obruit, dicẽs quod nihil facultatis scripserim tẽplo huic, in quo requiesco, & nescit quia quidquid pretiosius habui, ibidẽ dereliqui, scilicet glebã corporis mei. Ex quo patet tã magnificatum esse à Deo beatum martyrem Blasium, vt etiã Ecclesia Dei eius pulueribus augeatur & magnificetur.

H Tribulationibus iũguntur qui Deo

Nota.

Psal. 87

Rom. 8.

Prou. 16

Nota.

Sap. 3.

I Sanctorum corpora quã sint Ecclesiæ vtilia.

IN CATHEDRA SANCTI PETRI Apostoli, Sermo vnicus, & in ordine LXXI. Per Thema.

Psal. 106.

A Cathedra S. Petri cur fiat solemnitas

EXaltent eũ in Ecclesia plebis, & in cathedra seniorũ laudẽt eũ. Requiritur, quare est, quod hodie Ecclesia solẽnizat exaltationẽ cathedrę sancti Petri, viso quod non

non ſolemnizat exaltationes aliorũ Apoſtolorum. Dicitur primo, quod propter multa celebratur hæc feſtiuitas. Prima cauſa eſt, ſecundum hiſtoriam, vt repræſentetur honor maximus, qui factus eſt Petro Antiochiam reuertenti, pœnitentibus cũctis quod Simoni Mago conſenſiſſent, dum Theophilus Princeps ciuitatis conſecrauit domum ſuã in Eccleſiã Chriſti, & ibidẽ erexit cathedrã Petro; ad quẽ locum populus quotidie confluebat, credens ſanę doctrinę, quã ſigna & miracula cõfirmabant, vt dicitur in Itinerario Clementis. Secunda cauſa eſt, vt populus attendens altitudinem dignitatis tanti paſtoris, ſecundum eam ſibi exhibeat honorem, & ſimiliter alijs Epiſcopis & ſacerdotibus etiam malis. Non enim eſt deſpiciẽdus lapis pretioſus in ſterquilinio inuentus, & reliquiæ ſanctæ in veneratione habẽdæ ſunt, etiam ſi ſint in loco humili. Tertia cauſa eſt, vt prædicatores in cathedra, quæ ſeniores decet, reſidentes & docentes, Petrum laudent, & virtutes eius populo annũcient, illos ad imitationem ipſius prouocando & exhortando, vt mereantur cum eo exaltari in Eccleſia ſanctorum. Quarta cauſa eſt. Ideo hoc feſtum cũ reliquis duobus celebratur de Petro, vt ſignificetur in triplici Eccleſia fuiſſe exaltatus, ſcilicet in Eccleſia militantium ei præſidendo, & in fide docendo, ſicut bonus magiſter. Erat enim Eccleſia iuuẽcula & tenera, quæ debebat inſtrui in noua lege. Ideo congruũ fuit, vt Dominus ei prouideret de tali magiſtro, qui eã regeret, & doceret. Sic enim ſolent domini habẽtes multos ad inſtruendũ, & gubernandũ, eiſolicite prouidere de bono magiſtro, & ei tradere curã de eis regendis & inſtruendis. Et propter hanc exaltationẽ celebratur præſens ſolemnitas. In Eccleſia malignãtium fuit exaltatus, ipſam diſſipando, & ad Dominum conuertendo. Inde celebratur feſtum ad Vincula, quia tunc malignantium Iudæorum Eccleſiã diſsipauit, & multos conuertit in Eccleſia triumphantium fuit exaltatus, in ipſam introẽundo, & ibi Chriſto congregando. Propter hoc celebratur feſtum paſsionis eius, quia tũc in cæleſtem Eccleſiã introiuit. Quinta cauſa eſt, vt animẽtur prædicatores ad veritatem annunciandã. Licet enim veritas quandoque comprimatur cum ſuis prædicatoribus: tandem tamen eminet & glorioſiores reddit qui eã prædicauerãt, etiã plerumque in hoc mundo. Sic fuit aliquãdiu depreſſa veritas, & Petrus infamatus per Simonem Magũ, ſed tandẽ veritas ipſa apparuit, & glorioſior fuit Petrus, ita vt hodie in cathedra ſublimi locaretur. Sexta ratio fuit, ad tollendã prauã gentiliũ conſuetudinẽ, qui (teſte Ioanne Beleth) iſtis diebus ſolebant epulas offerre animabus, quas vmbras vocabant. Quæ cõſuetudo cum non poſſet extirpari, ſtatutũ eſt fieri feſtũ beati Petri, vt quod fiebat prius in reuerentiam dęmonum, fieret poſtea in honorem Principis Apoſtolorum. Dicitur ſecundo, quod ideo magis Petri quàm cæterorum Apoſtolorum celebratur ſublimatio in cathedra. Primo, vt denotetur maior eius auctoritas paſtoralis. Secundo, quia etiam nõ legitur de alio quod ita ſoleñiter fuerit incathedratus, ſicut Petrus. Vt autem dẽ eo aliquid ſalutiferum dicamus, inuocãdum eſt diuinum auxilium, & hoc medio Mariæ, cui propterea dicemus: Aue.

Quando aliquis habet vinũ venale, & vult quod ſciatur, ſolet mittere clamatores, vt homines ſciant, & ſic attrahantur. Sic Dominus habet cellariũ plenũ vino iucũditatis & lętitiæ, & illud venale expoſuit, & voluit quod ſciretur. Ideo miſit prædicatores, ſcilicet Apoſtolos ad clamãdum illud vinum, inter quos Petrus fuit ſummus. Propterea vt melius audiretur, hodie aſcendit cathedram, quam ſibi parauerant Antiocheni, ſecundum quod præuiderat Pſalm. dicens: *Exaltent eum in Eccleſia*, &c. Iuxta quæ verba duo hic dicenda ſunt. Primo, quæ ſint illa, quæ dignum efficiũt hominem, vt exaltetur in Eccleſia plebis. Secundo, de multiplici genere hominũ, quibus cathedra debetur. *pſ. 106.*

Pro

B

Scientia requiritur ad prælatu-ram & vſum clauium

Pro prima parte dicitur, quod ſeptẽ ſunt, quæ hominem dignum efficiunt exaltatione ſacerdotali aut pontificali. Primum eſt cognitio. Vnde cum præmiſiſſet Dominus: *Tu es Petrus*, id eſt agnoſcens: ſubdidit: *Et tibi* Petro, id eſt agnoſcenti, *dabo claues*. Hinc dicitur: *Acceptus eſt regi miniſter intelligens*. Ignorantia enim vtenti clauibus & paſtori periculoſa eſt. Ideo dicit Dominus: *Quia tu repuliſti ſcientiam, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi*. Et: *Omnes beſtiæ agri venite ad deuorãdum, ſpeculatores eius cæci omnes*. Vnde quod in huiuſmodi requiratur lumen cognitionis, patet exemplo in naturalibus. In corpore enim humana membra, quæ non habent alia dirigere, non indigẽt lumine, ſicut auris ad audiẽdum, manus ad tangendum, & ita de alijs: ſed oculus, cuius eſt totum corpus dirigere, neceſſario indiget lumine, non ſolũ intrinſeco & cõnaturali, ſed etiam extrinſeco & cæleſti, aliàs nõ bene regit nec dirigit. Prælatus & ſacerdos in corpore myſtico Eccleſiæ, de quo Apoſtolus: *Multi vnum corpus ſumus in Chriſto*, eſt oculus, in cuius perſona dicebat Iob: *Oculus fui cæco*. Ideo licet inferiores ad ſua officia peragenda non indigeant lumine magnæ diſcretionis ſiue cognitionis, ita quod ſufficit quod acquieſcant, & permittãt ſe regi per maiores: tamen qui habẽt alios regere & dirigere, indigent tali lumine, nec ad hoc ſufficit lumen intrinſecum connaturale, id eſt diſcretio propria, ſed requiritur lumen extrinſecum, id eſt prudentia ſeu ſapientia per conſilium communicata, & lumen cęleſte, id eſt ſapientia à Deo influxa. Figura 3. Reg. 3. de Salomone, qui quantumcumque ſapiens eſſet ad regendum populum, tamen petiuit ſibi ſapientiam dari à Domino. Propterea tali lumine indigent, vt de eis dicatur: *Natus eſt homo princeps fratrum, ſtabilimentum populi*. Requiritur etiam lumen cæleſte, id eſt, lumen fidei, quia fides infunditur à ſolo Deo. Hinc eſt quod Dominus interrogauit Petrũ de fide, priuſquã ei promitteret poteſtatem clauium & regimen Eccleſiæ.

Prou. 14

Oſee 4.

Eſai 56

Rom. 12

Iob 29.

3. Reg. 3

Eccli. 49

Et quia inuentus eſt integerrimæ fidei, ideo dignus reputatus eſt poteſtate ſacerdotali & paſtorali. Fides autem eius non ſolum in Euangelio hodierno, ſed etiam aliàs pluries manifeſte apparuit, ſicut quando intrepide ſuper fluctus marinos ſuis pedibus ambulauit. Vnde Maximus confeſsionem Petri attollit, ita dicens: Quis glorioſior Petro, à quo nobis adorandæ diuinitatis & fides cœpit & permanet, qui fidem ſecreti inſcrutabilis loquendo edidit, viuendo docuit, patiẽdo firmauit? Sed quæritur, vtrum ignorans ſit capax iſtarum clauium. Videtur, quod non, quia talis non eſt capax clauis ſcientiæ. Dicitur primo, quod duplex eſt clauis regni cælorum, ſcilicet clauis ſciẽtiæ, & clauis poteſtatis ſiue iuriſdictionis. Et dicuntur claues tranſſumptiuæ ad clauẽ materialem: quia ſicut clauis materialis eſt proximum inſtrumentum ad aperiẽdum aut claudendum oſtium, ſic clauis ſcientiæ, & iuriſdictionis ſe habent proxime ad apertionem aut clauſionẽ regni cæleſtis. Clauis autem ſcientiæ non eſt ſcientia aliqua actualis vel habitualis, vel diſcretio quæcumque, vt dicit Scotus in 4. diſt. 19. ſed poteſtas ſeu auctoritas cognoſcendi in cauſa peccatoris ſeu rei. Similiter clauis iuriſdictionis non eſt iuſtitia, imo poteſt eſſe ſine iuſtitia, ſed auctoritas ſententiandi. Vnde vtramque iſtarũ poteſtatũ habebat ſacerdos in veteri lege. Nam Leuit. 13. diſcernebat de leproſo, an mundatus eſſet, & ſi mundatum reperiebat, inducebat eum poſtmodũ in caſtra. Hinc eſt quod leproſis iam mundatis dixit Dominus: *Ite, oſtendite vos ſacerdotibus*. Dicitur ſecundo, quod nihilominus ad debitum vſum clauis ſcientiæ requiritur ſcientia vel diſcretio. Inde Malach. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam*. Ob cuius defectum dicebatur quibuſdam: *Maledicam benedictionibus veſtris*. Contra quos etiam Eſaias: *Væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum*. Dicitur tertio, quod quilibet ſacerdos in conſecratione accipit duplicem iſtam clauem, cũ dicit Epiſcopus:

C

Clauis ſcientiæ & clauis poteſtatis quid ſint, & quomodo dantur cuilibet ſacerdoti.

Leu. 13

Luc. 17.

Mala. 2

Ibidem

Eſaiæ 5.

Accipe

Ioan.20 *Accipe Spiritum ſanctum, quorum remiſeris peccata*, &c. Et hoc in foro interiori. Et licet ſolũ fiat explicite ſermo de poteſtate iuriſdictionis, implicite tamen datur poteſtas diſcernendi, quia vſus eius eſt antecedens ad vſum iuriſdictionis. Prælatus autem habet etiã in foro exteriori vtramq; iſtam poteſtatẽ. Ideo in armis Papalibus & in vexillo Eccleſiæ duplex clauis argẽtea pingitur. Sed multi prælati abutũtur huiuſmodi clauibus, ita quod non poteſt dici quod habent clauem Dauid, de qua: Nota.

Eſai. 22 *Dabo clauem Dauid ſuper humerum eius*, ſed habent clauẽ abyſsi, id eſt, iuriſdictionem impiã & crudelem, ſicut ille qui puniebat zelo vindictæ & ferocitatis, delectatus in

Apoc. 8 pœnis, de quo Greg. 4. dialo. c. 37. Figurati Apocal. 9. vbi dicitur quod ſtella magna cecidit de cælo, & data eſt ei clauis putei abyſsi, & aperuit puteũ, & aſcẽdit fumus ſicut fornacis magnæ, & obſcuratus eſt ſol, & aër de fumo putei, & de fumo putei exierunt locuſtæ in terram, & data eſt illis poteſtas ſicut habent ſcorpiones terræ. Stella iſta eſt malus prælatus vel iudex, qui habet clauẽ abyſsi, inquantũ ſua poteſtas iuridica inſatiabilitati auaritiæ, quæ per abyſſum intelligitur, eſt cõnexa, & inde exit fumus fornacis magnę, id eſt infamia valde magna, quę aërem, & ſolẽ, id eſt, bonas perſonas tangit, & eas mœſtificat & obſcurat, & exinde exeunt locuſtæ, id eſt, voraces balliui & officiales, qui ſicut locuſtæ deuorant vniuerſa. Secundum eſt obedientia. Hanc autẽ prompte exhibuit Petrus Chriſto. Cum relictis retibus eum ſecutus eſt, de quo etiam glo-

Mat. 19 riatur: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*. Inde dictus eſt Simon, id eſt obediens. Non enim nouit imperare, qui non didicit prius obedire. Hoc eſt cõtra multos, qui irrationabiliter clauſtralibus imperant, quia non ſunt experti grauamina eorum. Qui reprehenduntur ab Eze-

Ezec. 34 chiele, vbi dicitur: *Cum auſteritate imperabatis eis & cum potentia, & diſperſæ ſunt oues.*

Mat. 16 Dominus autem ait: *Beatus es Simon*, non ait: Beatus es Petrus. Propinquior eſt enim vir obediens paradiſo. In figuram cuius Bethania, quæ interpretatur domus obedientiæ, erat iuxta Hieruſalem, id eſt, viſionem pacis cæleſtis, ſabbati habens iter. Perfecta autem Petri obedictia eluceſcebat, quia ad Chriſti vocem reliquit tria valde cara hominibus, quæ debẽt relinquere religioſi. Reliquit enim ſua, ſcilicet bona temporalia, quia relictis retibus ſecutus eſt Dominum. Reliquit autẽ ea ſpe futuræ mercedis, ſicut relinquit mercator pecuniam, quam dat pro nobiliſsimis mercibus, & ſicut relinquitur frumentum, quod ſeminatur in terra optima, & ſicut relinquit pecuniã, qui eam dat ad vſurã, & ſicut relinquit theſaurum, qui illum reponit in turri fortiſsima, & ſicut qui relinquit encænium ſeu munus, qui ex hoc facit amicum magnum. Secundo, reliquit ſuos, ſcilicet parentes & amicos, & affectum carnalem, ſicut debent relinquere religioſi. Hinc Abrahæ dictum eſt: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.* Gen. 12. Sic & ſacerdotibus prohibebatur in lege intereſſe funeribus mortuorum, etiã parentum, vt in hoc inſtrueremur carnales affectus ſpiritualibus eſſe poſtponendos. Tertio, reliquit ſeipſum, quo ad carnem, macerando eam; & quo ad ſpiritũ, abnegando propriam voluntatem, & eã ſupponendo volũtati Chriſti. Sic & religioſus nõ debet ſuã, ſed ſuperioris voluntatẽ facere, dicens ei: Nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Inde etiã, quod ſi deſideret amplecti Rachelem, ſuſtineat, ſi pater ſupponit ei Lyam, vel ſi decies mutet ei mercedem ſuam, dicens cum Propheta: *Vt iumentum factus ſum apud te*. Et ſicut Iacob Gen. 30 modo alba pro varijs, modo maculoſa pro albis Laban immutabat, ſic aſinus clauſtralis diuerſa onera aſſumat ſecundum voluntatem onerantis. Tertium, quod requiritur ad prælaturam & ſacerdotium, eſt firmitas, qua ſuperior poſſit alios ſuſtentare. Ideo dicit Dominus Petro: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram*, &c. Tam firmus erat Petrus, vt de eo dici poſsit illud: *In vita ſua ſuffulſit do-* Eccli. 50

mum,

D Religioſus debet relinquere ſua, ſuos, & ſe.

mum, & in diebus suis corroborauit templū. Magna firmitas est sustentare templum Dei, imo & magnus honor. Hinc est quod philosophus quidā (vt recitat Aristo.) dicebat quod fælices erant lapides, ex quibus fiebāt altaria; infælices, ex quibus patibula, vel qui calcabātur. Sic fælices sunt, qui bene præsunt Ecclesiæ, & qui eā sustentant. Sed quicquid sit, multi dāt onera importabilia suis subditis, & nihil sustinent, sed sunt velut simiæ super humeros subditorum, non habentes veritatem prælatorum, sed similitudinem valde tenuem. Quartum est amor, quem ostēdit Petrus, dicens: *Tu scis Domine, quia amo te;* & effectu ostēderat, dum increpare Dominum mortē suam prædicentē, & dum eum defendere voluerat ab his, qui eum in horto capere moliebātur. Sed quid sibi vult, quod Petrus tunc percussit seruum summi Pōtificis, qui iniuriā fecerat Christo, & tamen dum ipsemet caperetur, neminē legitur percussisse? Respondeo: In hoc reliquit exēplum iudicibus tā Ecclesiasticis quā sæcularibus iniurias Deo factas fortiter vindicandi, & iniurias propias patienter tolerādi. Verum moderni pastores quid facerent? Petrus exemit gladium contra magnā cohortē sibi cum gladijs & fustibus occurrentē, non est facile credibile, quod tanto periculo se pro amore Christi exponerent, qui plane loqui aliorum peccata non audent, vel correctionē facere, propter vnius vel duorū offensam, aut verbum acutū. Vnde Greg. in Pastorali: Sæpe rectores improuidi humanam amittere gloriā formidantes, loqui libere recta pertimescunt, &, iuxta Veritatis vocem, nequaquam iam gregis custodiæ, vt pastores, sed mercenariorum vice deseruiūt, quia veniente lupo fugiūt, dum se sub silētio abscondunt, cōtra quos Esaias: *Canes muti non valētes latrare.* Quintum est pietas, & misericordia, quā ostēdit Petrus, quærens de dimittendo peccato, non de puniendo: *Quoties peccauerit in me frater meus, dimittam ei vsque septies?* Inde facta sunt ostiola domus Domini de lignis oliuarum, in signum, quod in Ecclesia præfici deberēt homines misericordes. Sed hodie sunt ostiola de rhamno vel rubo, quia filij raptorum præficiuntur, de rapina nutriti, & cā generātibus ad rapinā, & crudelitatē dispositi. Sextum est, vt ab alijs negotijs sint expediti. Alias nō bene possent vacare directioni gregis. Propterea dixit Petrus Domino: *Ecce nos reliquimus omnia.* Et Dñs eidem Petro quærenti impertinens dixit: *Quid ad te?* Sed nunc pauci sunt, qui nō se intromittant de alijs rebus quām de salute gregis sui, rari sunt qui non amplius implicētur negotijs sæcularibus contra mandatū Apostoli, quā spirituali vtilitati animarū, ita quod habent solam speciē verorum pastorū spiritualium, & non veritatē, vt ad eos dictū videatur illud Esaiæ: *Audite verbū Domini illusores, qui dominamini in populo meo.* Hi sunt enim moderni prælati, qui oculis intuentium illudunt. Videntur enim curā gerere animarum, & curā gerunt palearū. Videntur dominari vitijs, & omnibus succūbunt, vidētur viuētia animalia, & sunt idola mortua. Et deberēt esse sicut aquilę volantes in cælū, & sunt sicut milui volātes ad prędā, vt de eis videatur prędixisse Petrus: *Veniēt in diebus nouissimis illusores, iuxta proprias cōcupiscentias ambulātes.* Septimū est humilitas, quā ostēdit Petrus in ablutione pedum, & alibi, cum se indignum proclamat Christi præsentia: & cū noluit crucifigi ad instar Domini. Vnde maxime humiles exaltātur à Deo, & in hoc differt prælatio facta à Deo, & à mūdo. Nam frequentius in prælationibus mundi superbi, potentes, & diuites præferuntur, humiles & pauperes contemnuntur. Sed apud Deum fit econuerso. *Exaltaui lignum humile, & depressi lignū sublime.* Lucas: *Deposuit potentes de sede.* Hic enim Petrus licet summus Pontifex, tamen poterat dicere: *Ero humilis in oculis meis.* Bern. In alio non altum sapere, sed humilibus consentire, nil Deo charius, nil rarius apud hominēs. Pro secunda parte, merito hodie Petrus fuit incathedratus. Nam assecutus est di-

Ioā. vlt.

Mat. 18

3. Reg. 6

Ioan. 10

Esai 56

Mat. 19

Ioā. vlt.

Esai. 28

2. Pet. 3

Ioan. 13

Luc. 9.

Ezec. 17

Luc. 1.

2. Reg. 6

¶ Prælatus vindicet iniurias factas Deo, sed suas patienter ferat.

dra debetur summo Pontifici triplici iure.

gnitatem eorum, quibus Cathedra debetur, qui sunt in triplici differentia. Primi sunt Principes. Secundi sunt rectores & prælati. Tertij vero sunt Doctores. Sic Petrus fuit princeps Apostolorum, supremus rector & pastor in Ecclesia, & magister doctorũ Ecclesiæ. Primo debetur Cathedra principibus, & secundum hoc dicitur de rege Dauid: *Dauid sedet in cathedra sapientissimus*. Dignitas autẽ principatus non debetur nisi expertis in actibus fortitudinis, quia maior fortitudo requiritur in principe, quia ipso stãte stat exercitus, & econuerso. Hinc dicitur: *Iudas cecidit, & ceteri fugerunt*. Et ideo Iosue datus est principatus, quia post Moysen immediate intrauit mare rubrum, quod alij facere non audebãt. Sed Petrus hãc habuit virtutem fortitudinis, & propterea Christus nõ sibi reuelauit suum proditorem, quia eum dentibus discerpsisset, vt dicit Glos. Et in signum huius, quod erat Dauid, id est, manu fortis, datus est sibi duplex gladius. *Ecce duo gladij hic*. Modo vero successores Petri dimiserunt, vt decebat, gladium temporalẽ brachio sęculari, sed de alio statim percutiũt. Inde dixit B. Ludouicus cuidã Episcopo: Nõ expedit, vt ita cito percutiamus nostro gladio tẽporali, sicut vos percutitis vestro spirituali. Petrus autẽ non sic vsus est. Ideo de eo dici potest: *Dauid prœualuit aduersus Philistæum in funda & lapide*, nõ in gladio. Secundi, quibus debetur Cathedra, sunt rectores & prælati, quorum Petrus fuit caput. Vnde rector nauis sedet in extrema parte nauis, vbi prœuidet periculũ maris, & oportet eum frequenter vigilare. Sic & prælatus bonus habet cõtinue facere excubias super gregem suũ. Propter quod dictũ fuit Petro: *Simõ dormis?* Debet enim vigilare & suscitare negligẽtes, ad modũ boni patrisfamilias, qui habens cordi directionẽ domus, excitat familiã dormiẽtem vel circa inutilia occupatã. Sed reuera expediret Ecclesię, quod Simõ dormiret, quia simonia hodie nimis vigilat. Simon nimis curat de pecunia. Simõ in assiduis laborat contractibus. Vnde Simon male rexit Ecclesiã corã ancilla ostiaria. Sic male regitur Ecclesia coram pecunia, quia hæc est quæ aperit & claudit, secundum quod sibi placet: claudit, & nemo aperit. Tertij, quibus Cathedra debetur, sunt doctores & magistri, quibus necessaria est sapientia ad docendũ subditos. Sapientis autem (secundum Arist.) est cõsiderare causas altissimas. Vnde sapientia perficit rationẽ superiorem, cuius est cõsulere rationes æternas. Sapientiam vero habuit Petrus, quã ostendit respondendo Christo: *Tu es Christus filius Dei viui*. Nõ enim quæsiuit leges mundanas, quia *caro & sanguis nõ reuelauit tibi*, sed æternas, quia *pater meus qui in cœlis est*, scilicet reuelauit. Et ideo merito magister Doctorum & Ecclesiæ constitutus est.

1 Reg. 23 — 1 Mac. 9 — Luc. 22. — 2. Reg. 17 — Mat. 14 — Mat. 16 — Ibidem.

DE S. THOMA DE AQVINO Doctore, Sermo vnicus, & in ordine LXXII. Per Thema.

Quid vis vt faciam tibi? Domine vt videam. Secundum Arist. 1. Metaph. duo sunt sensus doctrinæ, visus & auditus, visus ad inuentionẽ, auditus ad acquisitionem. Primus spectat ad doctores scientiarum inuentores. Secundus ad auditores suscipientes inuentã doctrinã. Et quia Deus scientiarum Dñs est, distribuens & irradiãs in vno & nõ in alio, iuxta beneplacitũ: ideo nil mirũ, si Doctor iste petit: *Domine vt videã*. Sed quibus oculis? vtique interioribus & spiritualibus. Sicut enim in perfecto homine duo sunt oculi exteriores corporales, ita & interiores duo. Sic in scriptura legimus de puero Helisæi, qui oculos exteriores apertos habebat, & tamẽ orauit Helisæus vt aperirentur oculi eius. Sic de Gennadio medico, de quo recitat Aug. quod cũ de animæ immortalitate dubitaret, putãs eã nõ esse à corpore separabilem, sed simul extinguendam, ex immensa Dei clementia, propter opera misericordiæ, quibus libenter incũbebat, vt ab illo errore reuocaretur, apparuit ei quidãin somno, cuius spe-

Luc. 18. — *A Sensus doctrinæ duo, visus & auditus.* — 4. Reg. 6 B — *Oculum interiores duo, vnum quo sit & creaturas videt homo, & alius, quo Deũ*

ſpeciem numquam viderat exterioribus oculis, quem ſecũdo apparentẽ recognouit, & tũc intellexit quod alijs oculis quã corporalibus, & quod ſicut tunc in ſomno, ita & poſt mortẽ ſine operatione corporis anima haberet ſuas propriasoperationes. Vnde idem Aug. exponens verba præaſſumpta ait: Videã te, videã me. Videam te oculo dextro, me videã ſiniſtro: videã Deũ à dextris, me videã à ſiniſtris: videam Deũ in tuto, me videã in periculo: videã Deum diuitẽ retributorẽ pauperum, & me pauperẽ peccatorem. Inde erat illud Apolſinis oraculum, nothis elitos. Ideo clamat in periculo genus humanum, Dñe adiua me. At Dñs illi: *Quid vis vt faciã tibi.* Et ille: *Dñe vt videã.* Quã petitionem medio virginis glorioſæ nobis concedi laboremus, præſentantes ei, Aue. *Luc. 18.*

Videam me, videam te. Videã me, quis, qualis, & quãtus ſim. Hoc inquirunt omnes Logici. Vidit quis eſſet Thomas: cum ex nobili genere ſciens ſe procreatũ, nobilitati generis addidit nobilitatem mentis, virtutis ſcilicet & moralis & intellectualis, non ſolum nobilis carne, ſed etiã vtraque animæ parte nobilis, nobilis in moribus, nobilis in ſapientia. Sed quæritur, an debeat laudari propter nobilitatem parentum. Dicitur enim in legenda eius quaſi pro magno, quod natus eſt patre Landulpho & generoſa matre Theodora. Et videtur quod non, cum ſanctitas prolis non deſcendat à parentibus, ſed à Deo, iuxta illud Pſ. *Sanctitas & magnificentia* (ſcilicet donorum) *in ſanctificatione eius.* Reſpondetur, quod merito deſcribitur eius nobilitas. Primo quidem, vt oſtendatur quãtæ humilitatis apud mundum, & quàm glorioſus & exaltatus apud Deũ. Quanto enim nobilior fuit Filius Dei ſuper omnes reges, tanto humilior, cũ deſcendit ad fragilitatem noſtrã ſuſcipiendam, & tanto exaltatus eſt à Patre. Vulgo dicitur: Hic recullat, vt melius ſaltet. Quia ergo B. Thomas nobiliſsimus erat genere, & quãto nobilior, tãto apud mũdum exaltatus: ideo quãdo propter Deũ ad religionem deſcendit, tãto ſe humiliauit, plus relinquens, quam qui ex humili pago procedit. Igitur conueniens fuit, ad oſtendendã eius humilitatem, deſcribere eius nobilem genealogiã, vt cõſequenter oſtendatur, quantum apud Deum glorificetur, & quanti meriti ſit apud eum. Sic in Phanutio Senatore Romano maxime cõmendatur humilitas, quod mundum dereliquerit & dignitatem. Secundo, ad oſtendendum quãto conatu niſus eſt ad relinquendum mundum propter amorẽ Dei. Ex hoc enim oſtendit amoris magnitudinem, qua Deum dilexit, quando ex tam nobili factus eſt propter Deum ignobilis & monachus. Quinque enim ſunt, quæ nobilẽ genere nobilem vt plurimum faciunt in malitia, & quę ſunt occaſio ruendi in malum. Primum eſt potentia, cui innituntur, qua ſæpe in ruſticos nefanda exercent. Secundum diuitię, quibus velut arcu vulnerãt à lõge corda multorum, vt ſuæ malitiæ cõueniant & conſentiant. Tertium fauores, qui ſunt ſcutum, quo ſe protegunt. Quartũ libertas ad malũ, cum non ſit qui corrigat, aut qui cõtra eos mutiat, niſi forte adulatores, qui ea nota canunt, quã placere ſciũt. Non enim eſt qui nobili dicat: Cur ita facis? aut qui eum reprehendat: imo laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ. Exemplum de muliere nutrice, & infante qui cadit & vulneratur, dum ſuę libertati relinquitur. Quintum amor carnalis, tanto maior quanto honoratior. Tanto enim maior eſt amor carnis ad cadauer, quanto delicatius & maius, & iſtud eſt bellum, de quo poſtea. Sed iſte confregit potentias, arcum, ſcutum, gladium, & bellum, & ruptis his omnibus vinculis, quibus non conſtringuntur ignobiles, cucurrit ad Chriſtum, ſolo ductus eius amore. Tertio, ad oſtendendum quod licet præcipue tota ratio bonitatis prolis ſit diuina voluntas, tamen parentes poſſunt eſſe occaſionalis & diſpoſitiua origo, & hoc tripliciter. Primo, ex bonitate complexionis parentum. Nobi-

C Nobilitas carnis quomodo eſt laudãda *Pſal. 95*

D Nobiles carne quinque habẽt ad malum inducẽtia.

E Nobiles tripliciter cooperati

Digitized by Google

possunt ad bonitatem filiorum

les enim communiter sunt melius cõplexionati & magis sensati, quia animæ sequũtur corpora, & ideo oriri debet proles melius cõplexionata, & sic magis ad bonum dispositа. Natura autẽ facit quod optimũ est, nisi sit impedita. Ideo maxime facit similẽ patri aut matri. Secundo, in eruditione & educatione. Melius enim instruuntur & cũ maiori cura, & ex meliori nutrimẽto nutriũtur filij nobilium quã rusticorũ. Seneca autẽ teste, educatio facit mores. Tertio, in bonitate morum. Quãto enim nobiliores, tanto debent esse meliores. Ideo cõmuniter precibus bonorũ parentũ & propter merita eorũ, licet in baptismo omnibus eadẽ gratia cõferatur & æqualis ratione meriti Christi, tamẽ ratione orationũ & merito parentũ aliquid aliquãdo eis vltra alios cõfertur, & ratione patrinorum bonorũ, vt dicit Scotus 4. sent. dist. 5. Ob hoc ratione bonitatis matris positũ est hoc nobile iocale in eius vtero, de quo etiã fuit præmonita eadẽ mater à quodã Eremita sibi dicente: Paries filium eruditissimũ & magnũ doctorẽ, qui erit de Ordine Prædicatorum. Ratione eruditionis missus est ad liberales artes capessendas; ratione tertij inuẽtus est infans tenẽs papyrũ in manu, quã nutrix dũ vellet ei amouere, flebat; dum dimittebat, sedabatur. Hanc autem mater accipiẽs, inuenit in ea Salutationẽ Angelicã, præsagiũ futuræ doctrinæ super redẽptione generis humani & salute. Secũdo, vidit qualis esset, id est, cuius cõditionis, & inuenit, quia vas vacuũ, & vas debile & infirmũ. Ait Arist. 3. de anima, quod anima à principio est tãquã tabula nuda, in qua nihil depictum est. Et ideo quia sunt duæ partes animæ, intellectus & voluntas. Primo, mittitur vas vacuũ scientijs ad hauriendũ fontẽ scientiarũ, & impleuit eum Dñs spiritu sapiẽtiæ & intellectus, & aqua sapiẽtiæ salutaris potauit illũ. Inde studuit primo in liberalibus artibus apud Montem-Casinum, postea sub Alberto Magno Coloniæ studuit: deinde Parisij vsq; ad magisterium. Ita vt dum deberet Parisij graduari, nocte diuinitus datũ est ei Thema: *Rigans montes de superioribus suis*, &c. Nam potus est doctrina suauior & subtilior, cibus vero grossior, vt & doctorum doctor esset & simpliciũ. Stomachus enim digerit, & nobilius & suauius ad superiora mittit, grossius ad inferiora. Secundo, vas vacuum virtutibus. Ideo ad scholã virtutum puer ducitur ad Montẽ-Casinũ. Est enim religio schola virtutũ. Sic erat olim mos nobiliũ, quod iuuenes sui dabãtur sanctis viris ad educãdum in bonis moribus, vt primo discerẽt Christũ quã mundũ. Pulchrum est videre nobilẽ moribus vestitũ nobili corpore. Turpe vidĕre rusticũ spiritum in nobili corpore. Turpe videre rusticũ hominẽ indutum scarleto & veste deaurata. Et hoc permodico tẽpore trãsacto, nutriebãtur in artibus liberalibus, in quarũ eruditione lõge maius tẽpus requiritur, quã in morũ instructione, quia difficilius eruditur intellectus quã voluntas. In signũ cuius Propheta Ezech. iussus est dormire trecẽtis nonaginta diebus super latus sinistrum, quod signat intellectũ, & solũ quadraginta diebus super latus dextrũ, quo significatur voluntas. Liberi enim artes studebãt, vt possent intereſſe cõsilijs. Nã cõpertum est in bello plus valere ingeniũ quã fortitudinẽ. Sed modo nobiles eos sine literis mittunt ad curiã. Asini mittuntur, & asiniores fiunt, & nil mirum si omnia male vadant, quando asini regunt. Vnde quidam Papa scribit ad Philippum regẽ Francorũ, quod rex sine literis est asinus coronatus. Propterea multi Imperatores studiosi fuerunt literarum, vt Iustinianus, qui leges edidit. Sic Iulius Cęsar, qui quod mane fecerat, sero componebat. Sic Auicẽna pinceps, sic Auerroes, & huiusmodi. Sed nũc multi mittuntur ad locũ, vbi modicum proficiunt, sed multa mala discunt, ad claustrũ curiæ, & nõ ad claustrũ religionis. Tertio, vas fragile ad resistendũ cõtra tentationes mundi. Ideo fugit ad claustrum religionis quasi ad refugiũ. Sed sicut nõ bene defendit castrum, nisi

Psal. 103.

F

Religio est schola virtutum.

Ezech. 4 G

Nota.

nisi bene defendatur; sic nec religio, nisi bene custodiatur. Tunc enim temporis, cum esset nouella plantatio, summe custodiebatur. Vnde cum esset iuuenis in studio, à quibusdã sanctis viris inducitur ad religionẽ contra parentũ voluntatem. Vbi quæritur, an liceat præter parentum voluntatẽ puerũ inducere ad religionẽ. Quod nõ videtur, quia pueri res sunt parentũ. Non licet autẽ subtrahere à parentibus quod suũ est. Respõdetur primo, secundũ ipsummet Doctorẽ: Magni meriti est inducere hominẽ ad religionẽ, quia est inducere ad opus perfectum ad sequẽdum Christum, ad portandũ eius crucẽ, ad viam salutis faciliorem, ad sequẽdum Christi consilium. *Beatus* (autem) *vir qui nõ abijt in consilio impiorũ*, sed iustorum. Secũdo dico, quod hoc fieri debet tribus conditionibus obseruatis. Prima, quod inducãtur ad religionem obseruatã. In his, apud quos non est obseruantia, schola est perditionis, quia vouent & nihil tenent: quo nihil est damnabilius. Propterea inuehitur Dominus cõtra Scribas & Pharisæos, dicens: *Væ vobis qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum prosely tũ, & cùm factus fuerit, facitis eum in duplo filium gehennæ quã vos*; quia inducebant huiusmodi ad sumẽdum statum suũ, quẽ non obseruabant. Secundo, quod non pretio, vel muneribus conducantur. Tertio, quod nõ mẽdacijs. *Non enim Deus indiget mẽdacio nostro.* Tertio, vidit quantus erat fortitudine miles, qui contra tria aduersantia militauit. Nã sicut egredienti de carcere occurrit princeps carceris & omnes post eum, sic exeunti de mundo & parentes & mundus occurrunt, vt retrahant. Primo, contra mũdum ostendit fortitudinem. Mater enim eum aggreditur, mundum repræsentans, sed non præualuit. Primum tamen, cum Neapolim cucurrisset, vt eum videret, nõ est ei concessum videre illum, sed translatus est inde Romam, dehinc in Tusciam, vt Parisium deducatur.

H *Religionis ingressus præter parentũ voluntatẽ an sit licitus.*

Sed hic quæritur, vtrum bene fecerint Patres illi non obtemperando matri, quę causa eum vidẽdi venerat, sed transferẽdo eum. Non enim fuissent tam pretiosæ reliquæ in eorum Ecclesia, quas abscondissent ab ea. Præterea. Nõne adhuc erat res ipsius matris, cum nondum religionẽ professus fuisset? Videntur ergo furti rei. Dicitur primo, quod illi bene fecerũt. Primo, quia scriptum est: *Spiritũ nolite extinguere.* Cum igitur viderẽt spiritũ in puero flammantem & lucentem, cum existimarent quasi cãdelæ lumen facile extingui, nil mirũ si à vento eum abstulerũt. Psal. *Anima mea in manibus meis semper, ideo legem tuã non sum oblitus.* Sic quia anima pueri erat in manibus eorũ, debebant facere ei secundum legem Dei, vt auerterent eum ab occasione mali, & à vento tentationis. Sed ille nõ lucerna cãdelæ erat, sed facula ardens, quæ nullo vento extingui potuit: imo *albescon* quædam gemma. Secundo, quia nõ omni spiritui credendum est, sed probãdi sunt spiritus si ex Deo sint: ideo matri dicẽti, quod sola occasione eum vidẽdi venerat, nõ erat credendũ, sed prius probandum erat, si ex Deo foret. Aliud enim est dicere in hominibus, & aliud facere; imo plus præsumendũ erat, matrem, quę eũ diligebat amore carnali, iam corde sauciatam, eo quod ab ea separaretur eius caro, & Deo iungeretur. Tertio, quia sicut dicit idem Doctor 2.2.q.88.ar.1. ad votum sufficiunt tria: deliberatio, propositum, & promissio. Et quia iã deliberauerat, propositum habebat firmũ circa religionẽ, & cũ hoc mente se Deo deuouerat; & ideo iam Dei erat, & non matris; propterea mater ius in eum nõ habebat. Tandẽ tamẽ effecit mater medio fratrum & cum Imperatoris concessione, vt raperetur, & carceri manciparetur, vbi etiã facta est iniuria & violẽtia quatuor fratribus eum deducẽtibus. Sed quæritur hic: Quomodo mater, quæ tã sancta videbatur, propter tantum bonum infantẽ persequitur, & nascẽtem religionẽ molitur extinguere, cum tamẽ ab Eremita prophetante didicisset illum futurum de Ordine Prædicatorum? Respondetur, quod propter duo non est mi-

I *Religiosi filij aspectus an possit nocere matri.*

4 Thes.5

Ps 118.

K *Tentationis ventum lumen imperfectæ iustitiæ declarare debet.*

Digitized by Google

randum. Primo, quia adhuc carnalis erat mater, & necdū tota ſpiritualis ſicut puer, ideo eum perſequebatur. Sicut enim Herodes Chriſtū naſcentē perſecutus eſt, ſic parentes carnales in filijs ad Deū euolātibus. Sic *perſequebatur is qui ſecundū carnē, eum qui ſecundū ſpiritū.* Et ratio eſt, quia ſecundū Doctores, caro & ſpiritus in maximis & minimis numquā cōueniunt, ſed bene in medijs bonis & malis. Nā in martyrio & religionis laboribus numquā caro cōſentit, quin reſiſtat ſpiritui. Similiter in vilibus peccatis, vt luxurię, numquā ſpiritus eſt ita deformis, quin reclamet. In medijs vero poteſt eſſe cōcordia. Et quia iſta partim erat ſpiritualis, partim carnalis, propter ſpiritū miſerat eū ad ſtudiū. Bene volebat eum eſſe Canonicū, Archidiaconū, Epiſcopum, ſicut nobiles de ſuis filijs, qui ſe propter hoc iactāt ſpirituales, ſed extremitatem illā & bonum grāde religionis in illo nolebat. Sic bene volunt parentes, quod filij Deo ſeruiāt pro parte, ſed nō ex toto, quia volunt etiam carni ſeruire. Sed ſcriptum eſt: *Introibo in domū tuā,* in holocauſtis, vbi totum crematur pro Deo, *& (ſic) reddā tibi vota mea.* Nō ita in religionibus deformatis, vbi religioſi reſeruant & ſenſum & cenſum, id eſt, propriā voluntatē & pecuniā. Secundo, quia parētes cōmuniter volunt filios ſuos ſibi aſsimilari & cōditione, ſicut & facie & carne. Ideo cum ſunt indeuoti, volunt & filios ſimiliter eſſe. Cōmuniter enim filij ſunt de artificio patris. Dicunt etiā cōmuniter parentes de filijs religioſis, quod ſunt perditi, & quod numquā bonū facient parentibus, non æſtimātes niſi carnē, brutales, neſciētes ſpiritū: ignorātes quod ſicut ſunt aliqui eorum ad ſaluandum carnē, ita & aliqui ad ſaluādum ſpiritū. Et hoc apparuit in iſto, qui precibus ſuis & matrē & fratres perſequentes ſaluauit. Nā ei reuelatū eſt, quod vnus de ſuis fratribus erat in gloria, alij in purgatorio. Secundo, fortis fuit contra carnē. Nam poſitus in carcere biēnio multas pertulit moleſtias, quas patiēter ſuſtinuit, & titionem inferni, hoc eſt mulierem de cōcupiſcentia & actu carnali tentantem, titione ignito expulit & ſuperauit, propter quod cingulo caſtitatis, quaſi cingulo militari ab Angelis cinctus eſt. Sed quæritur: Quæ neceſsitas erat vt cingulo caſtitatis cingeretur? Reſpōdetur, quod ad hoc quod vas ſit capax pretioſi liquoris, tria requirūtur, quod ſit mūdū, quod profundū, & quod vacuū. Et quia invaſe iſto erat diuina prouidētia repoſitura liquorē ſapiētię ad ſuperabūdantiā & effuſionē, vt repleretur inde omnis terra, ideo oportebat primo vas illud mundum eſſe, quod facit caſtitas. Sapientia enim cū ſit ſpecioſior ſole, mundum requirit hoſpitium. Narrat Grego. Nazian. quod cum ipſe iuuenis ſtuderet Athenis, apparuerūt ei inviſione duę ſpecioſiſimę puellę, quę accedentes propius ruerunt in eius amplexibus. Ipſe vero vt caſtus erubuit, & admiratus non modicū, ait: Quænā eſtis? At illæ: Nos (inquiunt) ſumus duæ puellę tibi admodū familiares & dilectæ: & ego ſum caſtitas, ait vna: & alia dicit: Ego ſum ſapiētia: & venimus ad te, volentes tecū, ô caſtiſsime iuuenis, habitare. Sic de Ioāne Euangeliſta, qui propter prærogatiuā munditię virginalis tamquā cęleſtis aquila præ cęteris altius volauit, & amplius hauſit de ſacro dominici pectoris fonte. Paulus etiam propter ſuā puritatē vſq; ad tertium cælū, id eſt, vſq; ad tertiū genus viſionis, quo contēplabatur Trinitatem, raptus eſt. Sapientia enim in animas ſanctas ſe trāsfert, & immundum habitaculū deteſtatur. In cuius figura legitur, quod Moyſes filijs Iſrael recepturis legē præcepit, vt veſtimēta lauarent, & à mulieribus abſtinerent. Cum enim lex Dñi ſit immaculata, & eloquia Dñi caſta, diuina ſapiētia immaculatū & caſtum requirit diſcipulum. Ideo dicit Hugo in Didaſcalō. Illaudabilis eſt ſcientia, quam vita maculat impudica. Inde Abimelech ſacerdos antequā panes propoſitionis daret Dauid & pueris ſuis, diligenter quæſiuit: *Sūt ne-vaſa puerorū munda, & maximè à mulieribus?* In quo datur intelligi, quod qui deſiderat à ſummo

Gal. 4. — *Caro & ſpiritus in quibus ad uerſantur, & in quibus conueniunt*

Pſalm 5

Sap. 7. — *Nota ex emplum*

Exo. 19.

1 Re. 21

ſummo ſacerdote Chriſto pane ſapientiæ & intellectus cibari, ſtudeat caſtitati. Sicut enim candela madefacta vix poteſt accẽdi, ſic in corde carnali pleno concupiſcẽtia lumen doctrinæ vix poteſt ſuſcipi, & ſi forte ſuſcipitur, cito à vento vanitatis extinguitur. Secundo, oportet quod vas ſit profundum, quod facit humilitas obedientiæ. Nam (vt ait Ariſt.) oportet addiſcentem credere. Vas enim clauſum debet eſſe inferius ad ſuum ſenſum, & ſuperius apertum ad ſenſum prẽcipientis. Pſ. 106. *Qui deſcendunt*, ſcilicet per humilitatẽ, *mare* (ſcripturarum) *in nauibus*, ſcilicet expoſitionum ſanctorum Doctorum, *facientes operationem in aquis*, id eſt populis, *multi, ipſi viderunt mirabilia eius in profundo*. Tertio, quod vas ſit vacuũ, per paupertatem. Nõ enim ſonat fiſtula plena terra, nec in ea ponit quis ſuum afflatũ. Sic nec Deus in corde pleno cupiditate terrenorum, nec Pſal. 73 tale cor reſonat corã Deo. Pſ. *Repleti ſunt terræ qui obſcurati ſunt*, id eſt, qui hebetati ſunt, *in domibus iniquitatũ*, quæ ſolebãt eſſe domus religionum. Vaſa autẽ vacua replet Heliſeus, hoc eſt Chriſtus corda paupertate vacua. Secundo, miles noſter ſororem ſuam, quæ nitebatur eum à ſancto propoſito reuocare, ad virginitatis votum conuertit: ita vt religionem ingrederetur, fieretque ſanctimonialium mater. Ecce mirabiles noui tyronis victorię. Verbum enim Dei eſt ſicut facula ardens, quod comburit quicquid attingit. Ideo bonũ eſt hominibus frigidis in deuotione, deuotis ſe appropinquare. Nam Pſ. *Ignitum* (ait Dño) *eloquium tuũ vehementer, & ſeruus tuus dilexit illud*. Ideo in religionibus deformatis, quia ibi nec recipitur verbum Dei, nec amantur qui portant illud, omnia ibi frigeſcunt. Præterea ſi Helia exiſtente in ſpelunca apparuit ſpiritus Dñi conterens montes, & ſubuertens petras; quid mirum, ſi B. Thoma ſtante in ſpelunca carceris Spiritus Dñi apparuit in eo, ſubuertẽs ſuperbiã & faſtum ſororis, & duritiam cordis in puluerẽ humilitatis & deuotionẽ conuertens? duritiamq; matris in mollitiem cõmutauit: ita vt per funem eum à carcere dimitteret, & Fratribus redderet. Tertio, fortis fuit contra dæmonem. Primo, ſeducere volẽtem per errores. Vnde & duos Iudæorum magiſtros ad fidẽ conuertit. Erat enim ille lucerna ardens per charitatẽ, & lucens per veram doctrinã, quam maxime oratione hauriebat, ita vt reuelaretur ei propter orationem ſuam quidã paſſus difficilis in Eſaia, & aliæ multæ difficultates. Secundo, dæmon præſentabat ei diuitias, delicias, & honores, ſed hæc omnia reſpuit. Nam tria à Domino poſtulauit, quorum vnũ fuit, ne permitteretur aſcendere ad ſtatũ dignitatis humanæ, licet paruæ ſint dignitates Eccleſiæ, ad quas modo parui attingunt. Spreuit enim Neapolitanum Archiepiſcopatum. Vnde & rediens quadam die de S. Dionyſio dicebat ſe malle Homilias Chryſ. ſup. Matt. quã dominiũ ciuitatis Pariſ. quod tollit contẽplationẽ & conſolationẽ ſcripturarum. Diſtrahunt enim mundana iſta à maiori bono, & plus valent ſpirituales diuitię quàm tẽporales & tranſitoriæ. De primis dicitur: *Qui edũt me, adhuc eſuriẽt*, ſed aliæ hauritę faſtidiũt.

O *Thomæ Aquinatis ad bona mundi contemptus.*

Pro ſecunda parte, orabat Doctor iſte Dñm, dicẽs: Videã te, ſcilicet in quo Dñs eũ exaudiuit. Vidit enim Dñm in tribus libris, in libro naturæ, in libro ſcripturæ, in libro vitæ. Primo, in libro naturæ, qui deſcribitur Rom. 1. *Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur*. Et Sap. 13. *A magnitudine ſpeciei & creaturæ poterit cognoſcibiliter creator horũ videri*. Ex magnitudine enim cæli cognoſcitur creator, ex abundantia ſcientiarum in Philoſophis & Doctoribus cognoſcitur eius ſapientia infinita, ex pulchritudine creaturarum eius pulchritudo, ex fortitudine earum & ponderoſitate legitur eius virtus, ex ſuauitate & delitijs creaturarum cognoſcitur abyſſus delitiarum, ex lumine ſtellarum & ſolis lumen eius, ex beneficijs amor eius. Sic vidit iſte, quãdo ex Philoſophia quaſi rebus naturalibus concludit multas Theologicas propoſitiones, vbi-

P *Liber triplex, natura, ſcriptura, & vitæ.* *Rom. 1.* *Sap. 13.*

N *Verbum Dei calefacit frigidos in deuotione.* *Pſ. 118.*

Digitized by Google

que pene in ſua ſumma, quaſi ex libro naturę cõcludens veritates diuinas. Secundo, vidit Dñm in libro ſcripturæ, qui tripliciter ei apertus eſt. Eſt enim liber ſcriptus intus & foris, foris ſenſus liberalis, intus myſticus. Inuenit autẽ in eo ſcriptũ lamẽtationes, carmẽ, & vę. Lamẽtationes quando de peccato primi hominis, & de peccatis aliorũ hominũ, & de ſacramẽto pœnitẽtiæ diſputauit. Carmẽ, quando de creatione, de beneficijs Chriſti, de gaudijs paradiſi, de reſurrectione generali. Væ, quãdo de pœnis inferni. Primo igitur apertus eſt ei liber iſte oratione quaſi quodã inſtrumẽto, in qua tã feruẽs erat, vt quãdoque eleuaretur à terra duobus cubitis. Oratio autẽ principiũ eſt contẽplationis diuinæ, deinde lectio. Tertio, meditatio. Quarto, contẽplatio. Secũdo, reuelatione Sic in Eſaia paſsim à Petro & Paulo meruit edoceri. Sic de ſacramẽto altaris Pariſij. Sic Neapoli audiuit quidã ſacriſta crucifixum ſibi dicentẽ: Bene ſcripſiſti de me Thoma, quã mercedẽ recipis? Et reſpondit: Nihil niſi teipſum. Tertio, extaſi, quę eſt abſtractio à ſenſibus, ſicut homo profunde cogitãs nihil videt exterius apertis oculis. Sicut etiã homine dormiente, anima eius laborat interius, exteriusnihil, ſic qui dormit in Dño, & in eo quieſcit, laborat circa ea, quę ſunt Dei, nõ autẽ circa ea, quæ ſunt mundi, vt dicere poſsit: *Ego dormio, & cor meum vigilat*. Sicut primus homo ſic ad diuina rapiebatur, quod neſciebat ſe eſſe nudũ. Similiter B. Thomas multũ circa diuina rapiebatur, vt patuit in cõuiuio S. Ludouici præſente Priore contra errores Manichæi. Sic in cõuiuio cuiuſdã Cardinalis. Sic per triduũ in caſtro ſororis ſuę, in quo pręuidit finẽ ſcripturę ſuę, & laboris ſui, & vitæ. Sic cũ debuit cauterizari tibia ſua, ſic abſtractus eſt à ſenſibus, vt ignẽ appoſitũ nõ ſenſerit, & ſemel ſtudendo cãdela vſq; ad digitos arſit, nec ſenſit. Tertio, vidit Dñm in libro vitę, qui Deus eſt, poſtquã de eo multipliciter ſcripſerat in prima parte ſummę, & in primo ſcripti. Primus Thomas Apoſtolus nihil credidit, niſi librum videret, & digito tãgeret, iſte credidit, & digito oſtẽdit. Thomas ſecũdus pro Eccleſiæ libertate occubuit, iſte in doctrina fidei ſcribẽdo, & dictãdo obijt. Poterat ſcribere de eo, qui in eo ſcriptus erat. Vtinã in eodẽ, qui eſt liber viuentiũ, nunc ſcripti ſimus, ſed cauẽ dũ eſt, ne deleamur poſt ſacrũtẽpus. Pergamenũ tã ſępe raditur, quod perforatur. Obijt itaq; ſcribendo, & paulo ante eius tranſitũ apparuit ſtella ingrediẽs per feneſtrã, & ſuper eũ exiſtẽs, quę deſignabat claritatẽ gloriæ, quã erat aſſecuturus. Infirmatur veniendo ad Conciliũ Lugdunenſe celebratũ per Gregoriũ decimum, deinde venit ad monaſteriũ Foſſæ nouæ, & dixit: *Hæc requies mea in ſæculũ ſæculi*, &c. *Pſ. 131.*

Q. Liber ſcriptura cõtinet in ſe lamentationes, carmen, & væ.

DE S. BENEDICTO MONAchorum Patre, Sermo vnicus, & in ordine LXXIII. Per Thema.

Benedictionem omniũ gentiũ dedit illi, & teſtamentũ ſuũ confirmauit ſuper caput eius. *Eccli. 44.*

Iacob in ſuis benedictionibus inter cæteros Patriarchas videtur figurã B. Benedicti prætuliſſe. Primo enim habuit Iacob benedictionem à patre in tribus: hoc eſt, in rore cæli, in pinguedine terrę, & in ſeruitute populorũ. Sic Benedictus maxime in clauſtro, habuit à patre cæleſti benedictionẽ de rore cæli, id eſt, in ſuauitate contẽplationis, quæ mentẽ illuminat, & dulcorat. Quod bene figuratũ eſt in Ionata, qui cũ ſummitatẽ virgæ, id eſt, portionẽ ſuperiorẽ rationis intinxiſſet in fauum mellis, & guſtaſſet, ſtatim illuminati ſunt oculi eius. Per quod datur intelligi, quod per ſummitatẽ cõtẽplationis intellectus mirabiliter illuſtratur, & affectus ſuauitate diuini amoris feruẽter accẽditur. Secundo, in pinguedine terrę, id eſt in fœcũditate virtutũ, quæ animã ſpirituali prole fœcũdat. Tertio, ad literã in multitudine ſibi ſubditorũ & ſubſeruiẽtiũ monachorũ, vt etiã de eo dici poſsit *Benedictus in filijs Aſer*. Aſer enim interpretatur, beatus. Sic Benedictus in filijs beatus eſt. Secundo, fuit Iacob benedictus ab Angelo, vbi ex percuſsione Angeli fœmur eius emarcuit, mutatũ eſt nomen eius, vt

A Benedictione Iacob appellatur S. Benedictus.

1 Reg. 14.

Deut. 33.

qui

qui prius dicebatur Iacob, vocaretur Iſrael,& cũ Angelo luctatus eſt. Sic ex benedictione diuinę gratię emarcuit omnis appetitus Benedicti circa terrena, & qui nondũ perfectus luctabatur cõtravitia,& fortiter pugnãs ſupplãtabat, cœpit tandẽ perfectionem attingere, & tunc demum videre Deum in contemplatione, ac cum Angelo magni cõſilij luctari lucta amoris præcipue,& charitatis, quæ eſt conſummatio omniũ virtutũ. Vt autẽ amplius, & melius loqui poſsimusde benedictionibus,quas conſecutus eſt Patriarcha noſter Benedictus,rogabimus nobis dari intellectũ,& aperiri ſenſum, & hoc medio virginis glorioſæ, cui dicemus: Aue,&c.

B *Hominũ triplex genus, incipiẽtiũ, proficientiũ & perfectorum.*

Triplex aſsignari ſolet genus hominũ. Quidã ſunt incipiẽtes,ſicut ſunt de nouo conuerſi,pœnitẽtes, & parũ exercitati in materia virtutum. Alij ſunt proficientes, quibus iã quodãmodo trita eſt via virtutum,&per eã cõtinue progrediũtur,ambulãtes aſsiduè de virtute in virtutẽ. Alij ſunt perfecti,qui in tali arce virtutũ conſtituti ſunt,vt eorũ cõuerſatio merito eſſe dicatur in cęlis per cõtemplationẽ diuinę veritatis & amorẽ feruentiſsimũ Dei. Et horũ omniũ benedictionẽ habuit Benedictus,quia meritũ vitę cuiuſlibet talium in perfecto gradu poſſedit,& teſtamentũ Dñi cõfirmatũeſt ſuper caput eius,quãdo electus eſt in patrẽ monachorũ,vt deduceturduabus partibus.Sicque merito dici de eo poteſt: *Benedictionẽ omnium*, &c.Pro prima parte principali erunt tria puncta. Pro primo puncto,incipiens conuerti ad Deum,maxime religionẽingreſſurus,debet mundũ contẽnere.Sed B. Benedictus perfecte contẽpſit mundũ. Hoc patet ex tribus,quæ mundi amatores feruẽti deſiderio amplectuntur,& tamẽ illa reliquit & cõtempſit, ſcilicet res exteriores, corpus proprium,& propriã voluntatẽ.Primo enim reliquit & contẽpſit res tẽporales per voluntariã paupertatẽ. Hoc teſtatur Greg.dicẽs quod ipſe deſpexit aridum mundũ cum flore, id eſt, cũ florida & iuuenili ętate.Sic nos mundũ cum ſuis bonis debemus exẽplo patris noſtri Benedicti relinquere & contemnere. Ratio huius prima eſt. Nam infirmus numquã melioratur in loco corrupto,ideo ad hoc quod poſsit ſanari, oportet quod mutet aẽrem.Cum igitur in mũdo ſit aẽr corruptus & infectus, quia totus mundus in maligno poſituseſt,neceſſe eſt homini,vt mundũ fugiat, & recurrat ad purum aẽrem religionis,vt ibi recipiat ſanitatẽ.Secunda ratio eſt, quã tangit Philoſophus. Dicit enim quod circa obſidionẽ ciuitatis diligẽter eſt conſiderãdũ,vtrum ſumptus & labores, quos oportet fieri in obſidione,antequã poſſet capi ciuitas,excedãt vtilitatẽ, quę de ciuitate obtẽta proueniret,vel nõ.Si vtilitas ſit minor,vel nõ multum excedat ſumptus,relinquẽda eſt obſidio.Sic qui dati ſunt mundo& terrenis, videntur obſidere ciuitatẽ huius mundi, quia in circuitu impij ambulãt, vt mundum lucrentur, & hoc cum ſui detrimẽto. Sed deberẽt cõſiderare, quot labores, quot ſumptus, quot pericula requirũtur ad iſtã obſidionem cõtinuandã. Et ſi hoc facerent, viderent expreſſe, quod labores & ſumptus incõparabiliter excedũt. Nã *quã cõmutationẽ dabit homo pro anima ſua?* Et tamen animã ſuam cõſumit & corpus circa iſtam obſidionem.Igitur dãnoſa eſt huiuſmodi obſidio,quia *quid prodeſt homini ſi mundũ vniuerſum lucretur,animæ verò ſuæ detrimentũ patiatur?* Ideo dimittẽda eſt obſidio iſta mundi cum bonis ſuis. Tertia ratio eſt,propter fallaciã & deceptionem mundi. Mundus enim eſt quaſi pauper nebularius,qui ſuper conuiuãtes ſe ingerit, & ſub ſpecie dati nebulas ſuas care vendit, quia in fine pro ſuis vanitatibus pœnã ætẽrnã reddit,iuxta illud:*Quantum glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantum date ei tormentũ & luctũ.* Amare enim mundũ,eſt amarẽ proditorẽ ſuum.Inde Augu. Ama ſæculũ,& abſorbebit te. Amatores enim ſuos deuorare nouit, non portare. Quia vero ſic cõtempſit terrena, meruit benedictionem Domini. Nam *beati pauperes ſpiritu.* Et:*Si vis perfectus eſſe*,&c. Sequitur:*& habe-*

dus eſt cum ſuis bonis.

C *Mundus relinquẽ*

Matt. 16

Ibidem.

Apo. 18

Matt 5

Mat. 9

Gen.12. *habebis thesaurũ in cælo.* Et ibidẽ: *Vos qui reliquistis omnia, cẽtuplũ accipietis*, &c. Et postquã dictũ est Abrahę: *Egredere de terra tua*, promissa est ei benedictio à Dño dicẽte: *Faciã te crescere in gentẽ magnã.* Secundo, B. Benedictus contẽpsit propriũ corpus per cõtinentiã seu castitatẽ, per macerationẽ carnis, & abiectionẽ omnis cõmodi corporalis, quo ad se & suos propinquos. Nã ętatẽ moribus trãsiens nulli animum dedit vo-
Ibidem. luptati, implens perfecte illud: *Egredere de terra*, ne scilicet teipsum aut tuos parentes nimis carnaliter diligas, aut propriũ cõmodũ tui corporis nimis cõcupiscas. Vn-
Mat. 16 de dicit Christus: *Qui vult venire post me*, scilicet me perfecte imitãdo, *tollat crucẽ suã*, id est, voluntarie sumat crucẽ mortificationis carnis, & corporalis afflictionis, sicut fecit B. Benedictus. Inde & meruit be-
Gen. 17. nedictionẽ à Dño. Nã post pręceptũ Abrahæ de circumcisione factũ promissus est ei Isaac, hoc est, post carnaliũ desideriorũ resecationẽ, & abdicationẽ, quę per circũcisionẽ signatur, promittitur homini benedictio gaudij ętemi per Isaac figurati, qui interpretatur risus. *Beati, qui nũc fletis, quia ridebitis.* Istã circũcisionẽ in carne sua debent facere religiosi per castitatẽ. Castitas enim circũcisio carnis, & cordis, nõ solũ à carne, sed etiã à corde noxias cogitationes rescindẽs. Debẽt etiã portare crucẽ pœnitẽtiæ, & macerationis carnis, & in ea perseuerare cum Christo. Sic cuidã monacho quærẽti cur Christus nõ descẽdisset de cruce ad exhortationẽ Iudęorũ, respõdit sapiẽs quidã: Ne tu de claustro exires, sed in cruce religionis & pœnitentiæ perseuarares. Nõ sicut multi, qui similes sunt equo timido retrocedẽti advmbrã crucis in via, ĩntantũ quod quãdoq; se, & sessorẽ suum præcipitat in foueã vel lutum, antequã ad crucẽ accedat, quę tamẽ nõ poterat ei nocere, sed magis dirigere. Sic tales perterriti vmbra crucis, id est pœnitẽtiæ, quę imponitur religiosis, quæ non est nisi vmbra crucis Christi, retrocedunt, trepidãtes timore vbi nõ est timor, & nolũt appropinquare cruci pœnitẽtię, quę dirigit ad sălu-
2. Cor. 7 tem, quia *quæ secundũ Deũ est tristitia, in salutẽ stabilẽ operatur.* Ideo sicut bonus mĩles vrget calcaribus equũ, & facit appropinquare ad crucem, & sic sibi tollit timorem: sic homo debet seipsum vrgere, & stimulare duobus calcaribus, scilicet timore supplicij, & amore pręmij ętemi, & sic accedere ad crucẽ pœnitẽtiæ. Tertio, B. Benedictus animã propriã cõtempsit per abdicationẽ propriæ volũtatis, & abiectionẽ pristinæ cõuersationis. Nã ipse proprię voluntati omnino renunciauit, exẽplo Christi, qui
Ioan. 6. ait: *Nõ veni facere voluntatẽ meã, sed volũtatẽ eius, qui misit me.* Ipse etiã totaliter deseruit conuersationẽ pristinam, quia eam deseruit corpore, mẽte, & voluntate, obediens illi docto Prophetæ: *Obliuiscere populũ tuũ,* Gen. 12. *& domũ patris tui*, id est cõuersationẽ, priorẽ. Vnde ista abdicatio propriæ volũtatis Nota de obedientia. eluescit in perfecta obedientia, propter quam meretur religiosus benedictionẽ, sicut & B. Benedictus, in cuius figura, postquam Deus probauit obediẽtiam Abrahę, promisit ei benedictionẽ, dicens: *Quia nõ* Gen. 22. *pepercisti vnigenito tuo propter me, benedicã tibi.* Sic exẽplo Benedicti abdicanda est propria volũtas, quia est quædã pessima medulla, quæ quãdiu est in homine, non potest prauis humoribus desiccari. Si nõ esset propria volũtas, numquam esset mortale peccatũ, imo nec infernus, Bernardo teste, dicente: Tolle propriam voluntatẽ, & infernus nõ erit. Ps. *Holocausta medullata* Psal. 65 *offerã tibi*, id est, medullam volũtatis meæ tuę subijciã volũtati. Nã *filius verbũ custodiẽs* Prou. 29 *extra perditionẽ erit.* Qui igitur propriã volũtatẽ retinet, similis est Lucifero. Quid enim aliud est, *similis ero altissimo*, nisi, quæcũq; mihi placẽt, adimplebo? Hi enim ponũt sedẽ in aquilone, & ascendunt in cælũ per elationes. Ideo abnegãda est propria volũtas per obedientiã, & sic homo multũ merebitur, quia tãtum virtuti adijcitur, quantũ propriæ voluntati subtrahitur. Similiter abijcienda est pristina conuersatio mala quasi pellis vetus, trãsciũdo cũ serpẽte per foramen strictum pœnitẽtię & disciplinę regularis, ibi recipiendo pellẽ noui hominis. Pro secũdo puncto principali, officiũ proficiẽtiũ est cõtinue conari, ad augmẽtũ

D *Benedictum meretur qui circũcidit à vitijs.*

E *Religiosus perseueret in cruce pœnitẽtiæ, exemplo Christi.*

F *Volũtas propria quã mala sit.*

virtu-

Digitized by Google

virtutis & ſpiritualis profectus. Sic Benedictus habuit maximæ feruidũ deſideriũ & maximũ conatum proficiẽdi in amore Dei & actibus virtuoſis. Ita & nos conari debemus ad cõtinuũ profectũ & progreſſum de virtute in virtutẽ. Ad quod inducimur exẽplis, primo naturalium. Luna enim in lumine nõ ceſſat creſcere & proficere, quouſque ad cõplementũ luminis poſsit contingere. Sic etiã fluuius verſus mare progrediens proficiſcitur, quouſq; ad mare veniẽs poſsit aliqualiter quietari. Sic & ignis ſurſum aſcẽdendo cõtinue proficiſcitur, quouſque ad ſphærã ſuã veniẽs, profectus ipſius terminetur. Ita proculdubio ex quo bonũ incepimus, nũquã debemus ceſſare à bono profectu, cremẽto, & cõtinuatione, quouſque venerimus ad perfectũ luminis gratiæ & virtutis, & quouſque ad terminũ mortis venientes, ingrediamur mare & affluentiã paradiſi, vbi ſurſum in ſphæra noſtra propria, ſcilicet in Deo perpetuo quieſcamus. Nã in via Dei non progredi, regredi eſt. Exẽplo rotæ putei, quæ ſi non cõtinue voluatur, ſtatim in cõtrariũ reuertitur & mutatur. Sic vere mẽs humana numquã poteſt eſſe fixa in eodẽ. Neceſſe eſt ergo, quod cõtinue in virtutibus proficiat, & procedat: aliàs ad vitia retrocedet. Secundũ exemplũ eſt in ciuilibus. Nã in cauſis ciuilibus numquã ad ſummam attingitur, nec etiã cauſæ victoria reportatur, niſi prius legitime procedatur. Cõſtat enim quod multæ cauſæ, quæ aliàs bonæ fuerint, propter defectũ boni proceſſus amittũtur. Sic nũquã peruenitur ad cælũ, nec victoria de hoſtibus ſpiritualibus reportatur, ſi legitime nõ procedatur de bono in melius. Sed hic quæritur, an ſit homini neceſſariũ ad ſalutẽ ſemper proficere. Ad hoc dicitur primo, quod cõtinuus profectus non eſt homini neceſſarius, quoad multiplicationẽ cõtinuã operũ exteriorũ. Quod patet, quia illa multiplicatio ſæpe eſſet impoſsibilis aut nimiũ difficilis, ſicut in mediocriter diuite, qui hodie dare vellet aureũ in eleemoſyna, & cras duos, & ſic conſequẽter, & quãdoque declinaret in vitiũ, vt in abſtinente, qui cõtinue augẽdo abſtinentias exteriores, tandẽ fieret inſenſibilis. Secundo, mediũ virtutis non eſt ſumẽdum ſecundũ rem, ſed ſecundũ rationẽ. Tertio, ſicut dicitur proficere in via, qui hodie facit duas leucas, & craſtina die totidẽ ſolũ: ſic ſatis proficit, qui hodie dat certã eleemoſynã, & cras ſimilẽ tantũ. Dicitur ſecũdo, quod proficere debet homo continue quoad deſideriũ, ita quod quãtũcũque homo ſit perfectus, debet ſe reputare eſſe imperfectũ, & ſemper deſiderare profectũ ſpiritualẽ vlterioré, & nullo modo contẽnere media, quibus maior profectus acquiri poſſet. Secũdũ hoc dicit Leo Papa: Hæc eſt perfectorũ ſumma iuſtitia, vt ſe nũquam credãt eſſe perfectos, ne ibi deficiẽdi incidant in periculũ, vbi proficiẽdi deponũt appetitũ. Et ſignãter dicit appetitũ, non autẽ actualem operũ profectum. Cui concordat illud: *Cũ cõſummauerit homo, tunc incipiet.* Ita habet ſemper homo quãtumcumque iuſtus dicere cum Propheta: *Nunc cœpi.* Dicitur tertio, quod nihilominus non eſt nude ſtandũ in deſiderio proficiendi, ſed cum hoc requiritur operis exercitium pro modo poſsibili. Sicut enim nõ ſufficit ſola fides interior ſine operibus, ſic nec ſolũ interius deſiderium proficiendi. Propter feruidum autẽ deſiderium, & conatum maximum proficiẽdi meruit Benedictus benedictionẽ à Dño, ſicut ille, de quo Pſ. *Beatus vir, cuius eſt auxiliũ abs te, aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit*: & ſicut ille, *qui non accepit in vanum animã ſuam*: de quo dicit Propheta: *Hic accipiet benedictionẽ à Dño.* Pro tertio puncto, perfectorũ eſt contẽplari diuinã veritatẽ, & refici dulcedine bonitatis diuinæ. Sic B. Benedictus luculẽter contẽplabatur diuinã veritatẽ, & vbertim reficiebatur dulcedine ſuauitatis internę, experimento dicẽs: *Guſtate & videte quoniã ſuauis eſt Dñs.* Ita vt dicere poſſet: *Intus in domũ meã*, animæ, ad cõtẽplandũ, *conquieſcã cũ illa*, ſapientia increata. Inde cõſecutus eſt benedictionẽ à Dño. Nam *quò introibit (ſapiens) benedicet Deus*,

G *Proficiẽdum eſſe cõtinue in virtutibus, ſuadetur exemplis.*

H *Proficere continue quo modo debeat homo, &*

quomodo non.

Eccli. 18

Pſal. 33

Pſal. 33

Pſal. 33. Sap. 7.

Nota.

Eccli 4.

Sap. 7. *Deus*, ſecundũ vnã literam. Et: *Venerũt mihi omnia bona pariter cum illa*. Et ſic ſanctus iſte per omnia fuit benedictus, iuxta nomen ſuũ, ſcilicet cũ incipiẽtibus, proficiẽtibus, & perfectis. Vnde huiuſmodi contẽplatio, de qua dictũ eſt, ſolum perfectis cõpetit Nõ enim niſi purgatis animis, ad

1 Contemplatio ſolis perfectis cõgruit.

oſculũ regis proceditur. Hinc Abſalõ licet iã fuiſſet recõciliatus patri per Ioab, dixit tamẽ pater: *Reuertatur in Hieruſalẽ, & faciẽ meã nõ videat*. Sic nec pœnitẽs adhuc im-

2. Re. 14 perfectus aptus eſt diuinæ contẽplationi, ſed ſolũ ille, in quo multo virtutũ exercitio refriguit amor mũdi & concupiſcẽtię

3. Reg. 1 calor. In ſignũ cuius dicitur: *Senuerat Dauid, & quæſierũt ei adoleſcentulã ſpecioſam, quæ dormiret cum eo, & calefaceret eũ*. Hoc eſt, cũ deficit in nobis calor concupiſcẽtię, fouet nos contẽplatio, & generat ſpiritualẽ calorẽ charitatis. Sic & Ioſeph prius peperit Manaſſem, id eſt obliuionẽ terrenorũ, quã Effraim, id eſt fructificantem per cõtemplationẽ. Quia vero tã lucide cõtemplabatur Benedictus veritatem diuinã, nõ eſt mirum, ſi datũ eſt ei ſupra hominem multa ſcire occulta de humanis per ſpiritũ prophetiæ, vt cõpleretur de eo illud:

Sap. 8. *Scit præterita, & de futuris æſtimat*, id eſt, per certitudinẽ iudicat, *ſcit verſutias ſermonum, & reſolutiones argumentorũ. Signa & monſtra ſcit antequã fiant, & euentus tẽporum & ſæculorũ*. Cognouit enim præterita, occulta preſentia, & futura cõtingẽtia. Cognitio preteritorũ apparuit in monachis, quos extra monaſterium comediſſe aperta veritate cõuicit. Hoc idẽ claruit in puero, qui flaſconem cũ vino abſcondit, quẽ ſancto viro præſentare debuerat. Cui & dixit ne biberet, quia ſerpens ibidẽ intrauerat. Cognoſcere ſe oſtendit præſentia occulta, quando puerũ Placidum, cum abſens eſſet, ſubmergi cognouit, & ipſum per Maurum monachum extrahi fecit. Patuit etiã in hoc, quod cognouit panẽ ſibi oblatum ab æmulo eſſe venenatũ, & ipſum deferri iuſsit à coruo in locum, vbi nullus ex eo lædi poſſet. Quia futura cognoſceret, in hoc apparuit, quod ſuis fratribus petram demõſtrauit, quę, iuxta quod prędixerat, modicũ cauata magnã aquarum affluẽtiã produxit, ex qua deinceps totũ illud monaſteriũ recreatũ fuit. Et quia cognitio futurorum eſt proprie ſolius Dei, ſecundũ illud: *Annũtiate nobis quæ vẽtura ſunt, & dicemus, quia dij eſtis vos*. Itẽ conueniẽter de ipſo illud poteſt intelligi: *Balthaſar, quomodo ego ſcio, quod ſpiritũ deorũ ſanctorũ habeat in te: & omne ſacramẽtũ non eſt impoſsibile tibi*. Balthaſar interpretatur, abſorbẽs diuitias, & ſignat B. Benedictũ, qui theſauro diuinæ ſapiẽtiæ plenus fuit, & ſpiritũ diuinũ in ſe habuit, per quẽ omne ſecretũ agnouit. Pro ſecunda parte principali, Dñs ſic cõfirmauit teſtamentũ ſuum ſuper caput Benedicti, vt cõſtitueret eũ caput & patrẽ monachorum, & nõ paruæ multitudinis, ſed tãtæ, vt dici poſſet ei: *Dilataberis ad occidentẽ & orientem, & ſeptentrionẽ & meridiẽ*. Nã in quatuor mundi climatibus memoria Benedicti habetur. Quoniã vero Patriarchæ antiqui ſolebant benedicere filijs ſuis: ideo & Benedictus filijs ſuis benedixit, vt benedictus benedictos faceret. Primo, benedixit benedictione dexterę, procurando eis bona ſpiritualia per doctrinã animæ ſalutiferã in regula ſua, quã ſi quis cõpleuerit, benedictionẽ ſpiritualẽ gratię & gloriæ conſequetur. Vnde in regula B. Benedicti tria continẽtur vota præcipua, quibus excluditur triplex maledictio quę in ſcriptura legitur, & triplex benedictio oppoſita cõfertur. Nã legimus inter homines Canaã maledictũ, inter inanimata terrã, & inter irrationabilia ſerpentẽ. Cõtra primã maledictionẽ confertur libertas filialis per votũ obediẽtiæ. Inde in principio regulæ ſuæ vocat diſcipulum ſuũ, filiũ. Multum autẽ debẽt attẽdere, qui per votum obediẽtiæ liberati ſunt à ſeruitute corruptionis in libertatẽ filiorum Dei, ne per inobedientiã redigãtur in priſtinã ſeruitutẽ. Ad hoc excitat nos Eſaias: *Accedite ad Abraham patrẽ veſtrum, quia vnum vocaui eum, & benedixi ei*. Abraham ſignat Benedictum, cuius inſtitutis tãquã patris obedire debemus, vt benedictionem hęreditate

K Benedictus triplex cõfertur per vota religionis.

Eſai. 41.

Dan. 4.

Gen. 28

Eſai. 51.

tate posideamus. Contra secundã maledictionẽ cõfertur vbertas spiritualis per votum paupertatis. Terra nõ germinauit primo homini nisi spinas & tribulos: & ideo secundus Adam de cælo cælestis trãstulit se ad agrũ fertilem, de quo Augustꝰ. Fertilis est ager pauperũ, cito reddit donãtibus fructũ. Et hoc, vt fieret particeps illius benedictionis: *Benedictus tu in ciuitate, benedictus in agro.* Ciuitas dicitur quasi status religionis, propter pacis & cõcordiæ vnitatẽ, ager propter bonorũ operũ fecũditatẽ. Contra tertiã maledictionẽ cõfertur quædã sanctitas & munditia. Ecõtrario enim passu currunt mũdus & Deus in benedictionibus suis. Illi enim, qui maledicũtur à Deo, benedicũtur à mundo, & ecõuerso. Per serpentẽ maledictũ à Dño, cui dictũ est: *Super pectus tuũ gradieris*, intelliguntur voluptuosi, illi scilicet, *qui nõ Dño seruiũt, sed suo ventri.* Et *quorũ Deus vẽter est, & gloria eorum in confusione, qui terrena sapiũt.* Illi homines benedicuntur à mũdo, quia *laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur.* Illi hodie vocãtur boni socij. Sed econuerso tales maledicuntur à Deo, dicente: *Væ vobis, qui saturati estis, quia nunc ridetis.* Et iterum: *Væ vobis, cùm benedixerint vobis homines.* Secundo, benedixit filijs suis benedictione siuistræ in tẽporalibus, ita quod propter sanctitatẽ Benedicti multæ diuitiæ & possessiones suis monachis concessæ sunt, vt cõpletum sit illud: *Benedictio patris firmat domos filiorũ.* Sed vulgo dicitur: Talis hospitatur in aula, qui hospitem suũ eijcit de camera. Deuotio enim & sanctitas Benedicti, & aliorũ sanctorum abundantiã bonorum tẽporaliũ in religionẽ introduxit, sed abundãtia illa tã deuotionẽ quàm sanctitatẽ à religione excluſit. *Prodijt* (enim) *quasi ex adipe iniquitas eorũ*, scilicet monachorũ, *& transierũt in affectũ cordis.* Et vtinã non solum in affectũ cordis vel voluntatis, quia multi trãseunt in affectũ propriæ voluptatis. Hodie Benedictus *trãsiuit in locũ tabernaculi admirabilis vsque ad domũ Dei.* Sed modo multi de monachis trãseunt in locũ tabernarij, qui est locus scãdali. Nõ etiã trãseũt ad domũ Dei, sed domũ ebrietatis vel superfluitatis

Gen. 28

L. Benedixit Deus & mundus detestatur eos.

Genes. 3

Rom 16

Phil. 3.

Psalm. 9

Luc. 6.

Eccli. 3

Psal 72 M Bona tẽporalia excludũt deuotionẽ à religione.

Psal. 41

IN ANNVNCIATIONE DOmini, Ser. I. & in ord. LXXIIII. Per The.

AVe gratia plena, Dominus tecum. Principium ipsius væ & totius maledictionis fuit lucifer primus, qui merito suo fuit maledictione dignus, excõmunicatus, bannitus & proscriptus. De proscriptione & bãnitione. *Proiectus est accusator fratrum nostrorũ, qui accusabat illos ante cõspectum Dei die ac nocte.* De maledictione. *Quia feciſti hoc, maledictus eris inter omnia animantia.* Excõmunicatus fuit maiori excõmunicatione, quæ fit per separationem à cõsortio aliorũ, per priuationẽ sepulturæ candelis extinctis, & pulsatis cãpanis. Sic diabolus separatus est à consortio Angelorũ, & quasi fœtidus vsurarius insepultus proiectus est. Esaias: *Quasi cadauer putridum non habebis consortiũ, neque cũ alijs eris in sepultura.* Candelæ fuerunt extinctæ, quãdo gratiæ, quibus illuminabatur, abolitæ sunt. Ezech. *Perdidi te de medio lapidũ ignitorum, ô cherub, elcuatũ est cor tuum in decore tuo, proieci te in terra:* & pulsatis cãpanis, quia omnis chorus cælestium virtutũ in hoc consensit, & eidẽ insultauit. Sed quia cõmunicans excommunicato excõmunicatus est saltẽ minori excõmunicatione, & primi parentes communicauerũt diabolo, ideo excommunicati sunt. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauit superbo, induet superbiam. Quid communicabit cacabus ad ollam? quoniã si collisi fuerint, cõfringetur.* Primo, fuit Lucifer phiala plena odoramentis, & post factus est niger cacabus. Testa autem fragilis erat natura humana, quæ collisa cũ diabolo fracta est. Sed quia hæc excõmunicatio fuit minor, potuit absolui. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est*, spiritus scilicet furoris. Ideo dictũ est Adæ: *Maledicta terra in opere tuo:* Diabolo vero: *Maledictus eris.* Principiũ vero benedictionis non ex merito nostro processit, quia omnes tenebamur rei sub maledictione culpæ & pœnæ, sed à Domi-

Luc. 22

A Luciser excommunicatus fuit maiori excõmunicatione.

Esai. 14

Ezec. 28

Eccli. 13

B Nota.

Genes. 3

Genes. 3

Domino factũ est, iuxta Ps. *Dñe præuenisti eũ in benedictionibus dulcedinis.* Et recte, quia benedictio nõ fit nisi à sacerdote manu, & verbo. Quasi verbũ suũ cohibebat à nobis quasi excõmunicatis, antequã Filius Dei, qui est verbũ Patris, mitteretur in carnẽ. Sed dum incarnatũ est verbũ suum, quasi verbo suo nos allocutus est. Primo per interpositas personas, tandem ore suo proprio, quãdo nouissime locutus est nobis in filio suo, & tũc nõ habebamur pro excõmunicatis, quod inceptũ est à salutationẽ Mariæ. Hãc benedictionẽ desiderabãt antiqui patres, dicẽtes: *Aperis tu manũ tuã, & imples omne animal benedictione.* Et iterũ: *Aperiẽte te manũ tuã omnia implebãtur bonitate.* Hęc est manus, de qua natura humana orabat: *Fiat manus tua, vt saluet me.* Videamus ergo verba absolutionis nostrę, & cõformiter ad Angelũ dicamus ea Marię: Aue. Quæritur, vtrum ex diuina sapiẽtia processerit incarnatio verbi? Quod nõ videtur, quia iuxta sapientiã sęculi cõculcat sublimis humilẽ, fortior minus fortẽ. *Põdus super se tollit, qui honestiori se cõmunicat, & ditiori te ne socius fueris.* Quomodo ergo sociauit corpus fragile omnipotẽti diuinitati, & corpus animę potenti? Respondetur primo, natura diuina nostrã naturã assumpsit, nõ natura nostra Deũ, sed pure passiue se habuit ad eũ in potẽtia obediẽtiali. Nõ enim natura nostra accessit ad eũ, sed ipse ad nos. Vnde dicitur Emanuel, id est, nobiscũ Deus: &, *Dominus susceptor*, scilicet humanitatis, *nobiscũ*. Secũdo dicitur, quod cũ corpus sit de cõmuni massa elementorũ, decuit omnẽ hominẽ cõmune corpus habere elemẽtare, qui cõstitutus est super omnẽ creaturã ex elementis constitutã, ex alia vero parte debuit assimilari sublimibus creaturis, in quo ceteras excelleret corporales, scilicet secundũ animã. Sicut enim in regno bene disposito superior multa cõfert inferioribus, sic anima corpori multa præstat beneficia. Corpus enim esset quasi trũcus inutilis sine anima, à qua habet pulchritudinẽ, claritatẽ visus, sonum, & sic de alijs. Ideo matrimoniũ animę cũ corpore necessarium est. Tertio dicitur, quod aliter vnit sibi amor diuinus quod amat, aliter naturalis amor, aliter mũdanus. Nã mundanus amor vnit sibi amatũ propter vtile, & fundatur in vtili: deficiẽte vtili, cito deficit amor. Mũdani enim accipiũt sibi vxores, aut propter cõcupiscẽtiã, aut propter diuitias, aut propter honores. Propter defectũ primi contemnũt vetulas, propter defectũ secũdi pauperes, propter defectum tertij ignobiles. Amor vero naturalis, quod sibi vnitum est, naturaliter amat, & cõplacet in illo, vt anima in corpore. Amor vero diuinus nõ potest nisi amore amicitiæ amare, qui numquã deficit. *Fortis est vt mors dilectio*, imo fortior morte, quia nec morte separari potuit diuinitas ab anima & corpore. Iste autem amor Dei ad hominẽ maxime apparuit in incarnatione, ad quã nunciandã missus Angelus Gabriel, dixit Marię verba proposita: Aue gratia, &c. Tres sunt partes principales orationis Rhetoricæ, secũdũ Tulliũ, scilicet exordiũ, narratio, & cõclusio, quas maxime obseruare debet ambasiata veniẽs ad principẽ, & secundum has valde ordinate procedit Angelus. Primo, præmittitur salutationis ingressus, ibi, *Aue.* Secundo, narrationis progressus, ibi, *Et ait Angelus ei.* Tertio, sequitur conclusionis terminus, ibi, *Ideoque & quod nascetur*, & cætera. Sed solum de primo dicetur hoc sermone matutino, de reliquis vero duobus sermone pomeridiano. Igitur circa primum notãdum est, quod cũ in magnis ambasiatis multæ soleãt fieri quęstiones, ideo Euãgelista in principio Euãgelij soluit nouem quæstiones, quæ fieri possent. Primo quæri potest, quo tẽpore facta est hæc ambasiata. Respõdet, in mẽse sexto, scilicet post cõceptionem Ioãnis Baptistæ. Secundo, quis nuncius. Respõdet: Gabriel Angelus. Tertio, quis misit: Respondet: A Deo. Quarto, in quã terrã, quia in Galilęã ciuitatem Nazareth. Quinto, ad quã, quia ad virginem desponsatã. Sexto, quis sponsus, quia Ioseph. Septimo, an sponsus vel spõsa nobilis vel non, quia de domo Dauid. Octauo, quod nomen fuerit tantæ virginis, quia Maria. Nono, quomodo nũcius

Nota.

Ps. 194.

Ps. 103.

Ps. 118.

C *Verbi incarnatio an ex diuina sapientia processerit.* Eccli. 13

Psal. 45

D *Amor diuinus differenter ab alijs amoribus vnit sibi*

Cant. 8

Luc. 1.

Digitized by Google

Luc. 1. eius legationē suā inchoauit, quia *ingressus ad eā dixit: Aue gratia plena*. Et hoc fuit exordiū Angeli, de quo nūc loquēdum est. Quęritur ergo, vtrū Angelus bene sūpserit exordiū suū in salutatione Marię. Dicitur quod sic, quia ad captādā beneuolētiā virginis cōmendat eā à quatuor. Primo, à carētia omnis mali culpabilis, id est, originalis, venialis, & mortalis, cū tamē Eua omne malū attulerit, & fuerit initiū omnis peccati. Eua duas habuit vocales *a*, & *e*, quæ sunt fletus masculorū & fœminarū. Sed Marię nō sine causa dicitur, Aue. Primo, quia omne væ euasit, si loquamur de væ peccati, pro quo dicitur ter, *Væ, væ, væ habitātibus in terra*. Cū enim *omne quod est in mūdo, aut est cōcupiscētia carnis, aut cōcupiscētia oculorū, aut superbia vitæ*: cuilibet istorū dicitur væ: væ cupidis, væ lubricis, væ superbis. Quæ tria notat expressius Esaias: *Væ qui cōiungitis domum ad domū, & agrū agro copulatis*. Ibi væ cupidis. Itē: *Væ qui cōsurgitis mane ad ebrietatē sectādā*. Cū enim dicere debuisset, Vę lubricis, maluit dicere, væ gulosis, eo quod in gula sit fomes libidinis, & ex hoc quod gulę vę dicitur, multo magis luxurię dicēdū ostēditur. Itē: *Væ qui sapiētes estis in oculis vestris*. Vbi dicitur vę gloriosis. Maxima enim materia inanis gloriæ sciētia est. Merito igitur Marię dicitur Aue, quæ pauper, casta, & humilis omniū prædictorū vę euasit. Prima enim mulier genuit nos cū multiplici væ. Nā facta est nobis mater malitiæ, discordiæ, ignorātię & miseriæ. *Væ mihi mater mea, quia genuisti me virū discordiæ, virū rixæ in vniuersa terra*. Sed Maria facta est mater dilectionis cōtra væ malitię, mater timoris cōtra vę discordiæ, mater agnitionis cōtra væ ignorātiæ, mater sanctæ spei cōtra væ miserię. Eua fuit plena peccato, hæc gratia plena: illa recessit à Deo, huic dicitur, Dominus tecum: illa fuit maledicta inter mulieres, ista benedicta: illius fructus ventris fuit maledictus, istius benedictus: per illā intrauit in orbē odiū, per istā gratia: per illā mors, per istā vita. Secūdo, et dicitur Aue, quia omne væ exclusit à nobis, maxime illud extremum, ne incurramus illud væ extremū. Ante enim istud Aue terra erat excōmunicata & interdicta, ita vt fere per quinq; millia annorū nemo mortuus sepeliebatur, nisi tāquam excōmunicatus in inferno, nec poterat quis nisi à Deo absolui. Nūc autē tēpore gratiæ accidit sicut ali quādo accidere solet, quod quantumcūq; quis sit excōmunicatus, si Papa ex proposito sibi mādet salutē, absolutus est & Ecclesię restitutus. Sic tota Trinitas ex deliberatione mādauit salutē humanæ naturæ, scilicet, Aue Maria. Pſ. *Qui mādat salutes Iacob*. Ideo nunc fuimus absoluti, & tunc *terra nostra dedit fructū suū*. Nō enim potuisset melius humana natura petere, quàm quod Deus dedit ei. *Quis mihi det fratrem meum sugentē vbera matris meæ, vt inuenīā te foris, & deosculer, & iā me nemo despiciat*. Secūdo, cōmendat Angelus virginē à gratię plenitudine, cū dicit: *gratia plena*. Sed quęritur: Quare cōueniēs fuit Mariā esse plenā gratia? Respondetur. Prima ratio, quia quādo aliqua dña filios, & filias, & multā familiā habet, & vult eos pascere, insuper & hospitalitatē seruare, & hospites suscipere, quibus vult abūdāter ministrare, necesse est domū eius multum esse munitā, & habere bursam plenam, alioquin cito euacuabuntur horrea eius. Maria autem multos habet filios, filias, & familiā, omnes scilicet fideles. Itē recipit omnes trāseuntes, scilicet peccatores: ergo oportuit eā esse gratia plenā, vt de domo eius omnes abūdāter accipiāt. Mare enim magnū vniuersaliter continet omnes aquas, quas alij fluuij diuisim. Secunda ratio. Quanto magis aliquid appropinquat principio in quolibet genere, tāto magis participat effectū illius principij: & inde Angeli, qui sunt Deo propinquiores, magis participāt de bonitatibus diuinis quā homines. Christus autē est principiū gratiæ secundū diuinitatē auctoritatiue, & secūdū humanitatem ministerialiter. *Gratia & veritas per Iesum Christū facta est*. Maria autē fuit Christo propinquissima secundū humanitatē, quia ex ea naturā humanā assūpsit: ideo

E Maria fuit ab omni væ peccati libera.

Apoc. 8. Isā. 2

Esaiæ 5. Ibidem.

Ibidem.

Hier. 15.

F Maria ab fuit a væ excō municationis à mundo.

Psal. 43

Psal. 66.

Cāt. vlt.

G Mariā cur decuit esse plenam gratia.

Ioan. 1.

maio-

Digitized by Google

maiorem à Christo cęteris habere debuit plenitudinem gratiæ. *Infinitus est in ea thesaurus hominibus*. Tertia ratio, quia Maria fuit hospitium non solum spirituale, sed etiam corporale diuinæ sapientiæ. Decebat autem diuinam sapientiã, quę se delectari per singulos dies, quæ se ludere in orbe terrarum, delicias suas cũ filijs hominum esse fatetur per Sapientem, quæ tamen nec delectari, nec ludere, nec deliciari, nisi in sacris virtutibus & affectibus potest, in hac sancta, & super cælis vel hominibus plena gratia, magis delectaretur, luderet, & deliciaretur. Propter quod eã decebat præ cũctis gratia exornari, de cuius plenitudine exhaurire desiderat populus gratiã, sicut desiderabat Dauid haurire aquã de cisterna Bethleẽ, quæ nõ nisi de cælo susceipit aquã. Quarta ratio, quia cum multi dicantur Martyres Dei, multi Apostoli Dei, multi Prophetæ Dei, multi Angeli Dei, & cum multi dicantur diuersorum ordinũ sancti Dei, ipsa sola dicitur mater Dei. Et sicut Christus vnicus filius est dominans in domo Dei, sic illa toti familiæ eius post ipsum principatur in eadẽ domo; ergo sicut in ipsa post Deũ singulariter est, quod sit mater Dei; sic singularis, & super omnia post ipsum debuit esse gratia, & gloria matris Dei. Quia si dicatur; Si à principio Maria plena erat gratia Dei, quomodo potuit postea mereri, & iterũ Dei gratia superimpleri? Respõsio. Dicitur, quod sicut vas plenũ cinere potest postmodũ tantumdẽ de aqua quãtũ de cinere recipere, ita Maria post vnius gratiæ plenitudinem potuit & alia gratia alterius speciei postmodũ impleri. Tertio cõmendatur virgo à bona societate, cum dicitur, Dominus tecum. Vnde Dominus cũ Maria multipliciter habitauit. Primo fuit secũ in corde cõseruans puritatẽ eius. Psal. *Sanctificauit tabernaculũ suum altissimus*. *Aufer rubiginẽ de argẽto, & egredietur vas purissimũ*. Tunc enim in gratia cõfirmata est. *Dominus in medio tui, nõ timebis vltra malum*, scilicet veniale aut mortale. Secundo, fuit secũ in ventre suã fœcundans virginitatẽ; propter quod exclamat Sapiens: *O quàm pulchra est casta generatio cum claritate!* Quia enim virgo tunc nõ habuit humanũ consortiũ, habuit diuinum. Bernardus ad Fratres de mõte Dei: Qui cum Deo est, numquã minus solus est, quàm cum solus est. Ambros. Maria non desiderabat feminas comites, quia bonas cogitationes comites habebat. Tertio, secũ in gremio suam cõfortans paupertatẽ. Matres filiorũ suorum paupertatẽ cõsolari solent, iste econuerso hospitiũ suũ ditans, & decorãs; quo solo comite vel hospite qui caruerit, quãtamcumque turbã hominũ secum habuerit, væ illi. *Væ soli, quia cum ceciderit, nõ habet subleuantem*. Solus est comes iste, qui possit subleuare cadentẽ. Quarto, fuit Dominus cum ea, & ipsa cum Domino in eodẽ labore, scilicet in opere nostrę redẽptionis. Associauit enim eam sibi filius in causa nostra agenda apud Patrem. Nã ille aduocatus, & ipsa aduocata, mater etiã misericordiæ patrem misericordiarum in hoc adiuuit opere. Prædictum enim erat: *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium*. Illa literalis Eua non fuit viro suo in adiutorium, sed potius in destructorium, hæc in adiutoriũ, quia in manu feminę tradidit Dominus Sisaram, id est diabolũ. Sed quid est ergo, quod Dominus dixit: *Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum?* Sed mulier vna est tecũ, quæ omnia vulnera, quæ suscepisti in corpore, suscepit in corde; & sicut lãcea militis latus tuum aperuit, sic gladius doloris eius animam pertransiuit. Quinto, fuit Dominus tecum in cælo, tuam exaltans humilitatem. Matth. *Qui se humiliat, exaltabitur*. Fuerat enim Dominus cum ea in exilio, dum fugit in Ægyptum; ideo modo est cum ipsa in regno. Ps. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato*. Quarto, commendatur à fœcunditate, cũ dicitur, Benedicta tu in mulieribus, &c. quia scilicet filiũ Dei paritura. Vnde Maria propter quatuor dicitur benedicta. Primo, quia benedictum fructum protulit. Ideo Elisabeth cum dixit, *Benedicta tu inter mulieres*

Sap. 7.

Sap. 8.

Eccles. 4.

Gen. 2. 1 Mariæ inuitat Christũ in opere redemptionis.

Esai. 63.

Mat. 23.

Psal. 44.

K. Maria propter

quater dicitur benedicta.

lieres, causam subiunxit, dicens, *Benedictus fructus ventris tui.* Ex fructu enim cognoscitur arbor. Nec solũ benedicta, quia illũ benedictũ protulit fructum, sed quia per illũ fructum in sancta prole multiplicata est. Licet enim vnicum carnaliter genuerit filium, in eo tamen spiritualiter facta est mater magnæ multitudinis filiorum, quorum primogenitus Christus est. Ideo
Luc. 2. nõ sine causa dicitur: *Peperit filium suũ pri-*
Rom. 8. *mogenitũ.* Et: *Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Ipsa enim vere facta est mater viuẽtium per gratiã, sicut Eua ante fuit mater morientium per naturam. Secundo, quia auctorem maledictionis superauit.
Eccl. 24 *Superborum sublimiumque colla propria virtu-*
Iud. 13. *te calcauit.* Iudith 13. *Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum valde redegit inimicos nostros.* Ideo postea subditur:
Ibidem. *Benedicta es tu filia à Domino Deo, excelsa præ omnibus mulieribus super terrã.* Per hoc enim, quod benedicta inter mulieres prædicatur, eliditur diaboli instrumentum, scilicet cõcupiscentia carnis. Cum enim mulieres maxime concupiscentiæ carnis soleant esse incentiuum, (Est enim mulier rete diaboli, ad capiendas animas) beatã virginem eo benedictam inter mulieres prædicamus, quod ei noster purus debeatur affectus super omnes mulieres, cui qui aliam præposuerit in affectu, & si ore dicat, nõ tamen corde sentire videtur istã in mulieribus benedictam. Tertio, quia omnium mulierum maledictionẽ euasit. Mulieres si concipiebant, maledictæ erãt
Gen. 3. maledictione Euæ: *In dolore paries*, si non, maledictę erãt maledictione legis. In lege enim dicitur maledicta sterilis in Israel. Similiter ex peccato Euæ consecuta est erubescentia. In signum cuius velum datur capiti mulieris, & ille sexus magis est erubescentiæ subiectus, & si sit effrons, hoc est contra naturã eius. Causam cuius erubescentiæ abstulit Maria, quando per eam quod perditum fuerat per Euã, reparatum est. Quæ enim mulier tunc ausa fuisset apparere in conspectu hominum, cum per eã totum perditum erat? Similiter cum virginitate fœcunditatem prolis habuit. Vnde dicitur: *In pinguedine terræ,* *Gen. 27.* *& in rore cæli desuper erit benedictio tua.* Fœcunditas enim terrę pinguedinem affert, cum bonã prolem de se fert, sed virginitas de cælo venit cognata Angelis. Ideo quasi primiceria virginum aboleuit opprobrium mulierum, & Deo virginitatẽ obtulit. Exo. 15. egressæ sunt omnes mu- *Exo. 15.* lieres post Mariã cum tympanis, & choris, sumpto prius ab ea tympano, id est, mortificatione carnis. Quarto, quia maledictionẽ generis humani in benedictionẽ cõuertit, & nos à Deo maledictos sibi reconciliauit. Dixit Dauid ad Abigail: *Bene-* *1 Reg. 25* *dicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irẽ ad sanguinẽ, & vlciscerer me manu mea.* Vere enim mediatrix est inter nos & Deum, suis orationibus prohibẽs, ne de peccatoribus vltionem accipiat. Cant. 8. *Facta sum coram eo* *Cant. 8.* *quasi pacẽ reperiens.* Imo non solum oratione supplicare potest, sed etiã materna auctoritate impetrare. Ideo eam oramus dicentes: Monstra te esse matrem, quasi ei suggilaremus, quod materna auctoritate & imperiosè pro nobis filio supplicaret. Hinc Ecclesia ait, Ora patrem, iube nato. Hoc apparuit in nuptijs, vbi cum dixisset filio, *Vinũ non habẽt*, licet videretur ei dura dixisse, *Quid mihi & tibi mulier?* ipsa nihilominus cognoscens filij benignitatem, & quod non posset ei quicquã negare, dixit ministris: *Quodcũque dixerit vobis, facite.* Hęc est regina Saba, quæ omnia, quæcumque petijt & voluit, à Salomone obtinuit. Sẽper enim exaudit pro reuerentia sua, imo ipsa orãte pro aliquo peccatore, omnes sancti videntur orare pro eo. Si regina alicuius miserrimę personę brachium teneret ad porrigendum, nemo est qui ei negaret eleemosynã. Quid ergo nõ oramus eam, vt brachium subleuet, & pro nobis colligat orationes sanctorum in paradiso? Vnde quidã sanctus ait: Scimus & credimus, ô Domina, quonlã te pro nobis orante ad Filium tuum, cęteri omnes sancti orabunt, omnes iuuabunt: te vero tacente, nullus orabit, nullus iuuabit.

L Maria mediatrix efficacissima, quia orã te orant omnes Sancti pro peccatore. Ioan. 2.

SER. II. ET POMERIDIANVS eiusdem diei, in ordine LXXV. Per Thema præcedens.

Prou 12 *Incarnandus Christus diuertit in hospitium veteri virginei duplici consuetudine motus.*

BOni rumores lętificãt cor. *Maror in corde viri humiliabit eũ, & sermone bono letificabitur.* Meliores rumores, qui dici possint cordi deuoto, sunt de eius placatione ad Deũ, & quãdo nunciatur, quod Deus vult habitare cũ eo. Hodie enim verbum caro factũ est, & habitauit in nobis, quãdo ad hospitiũ vteri virginei diuertit, & hoc duplici consuetudine motus. Prima, quia cõsuetudo est, quod delicati qui cõsueuerũt calidis vestibus indui, & ad ignẽ comedere, quãdo cõtigit eos peregrinari in regionẽ multũ frigidã, libẽter diuertũt ad hospitiũ vbi copiosum ignẽ inueniũt. Vnigenitus Dei, qui semper est in sinu patris secundũ diuinitatẽ, fuit ad ignem copiosissimę charitatis, vbi ardẽt Cherubin & Seraphin, cuius ignis est in Siõ, & caminus in Hierusalẽ. Sed quãdo propter homines voluit homo fieri, tunc peregrinatus est in regionẽ multũ frigidã huius mũdi, in quo charitas fere omnium refrigescit. Ideo elegit inter cęteras calidiorẽ domũ, Mariã scilicet, quę nõ solum charitate, sed alijs virtutibus tãto excessit, quanto auctori virtutis propinquior fuit, ideo nil mirũ si eã elegit in hæreditatẽ sibi. Secũda cõsuetudo est apud *sęculares*, quod filius numquã manet in domo separata à domo patris, quousq; nubat, sed quando nubit, statim prouidetur ei de domo separata. Sic filius Dei ante incarnationẽ semper fuit cũ patre, nullã habẽs domũ separatã à domo patris: sed hodie, quãdo nupsit naturæ nostræ, domũ habuit propriã sine patre, scilicet virginis vterum, in qua secundũ carnẽ hospitio susceptus est. Curialitas autẽ hoc habet, quod quãdo persona magni valoris accedit ad ciuitatẽ gratia vtilitatis ipsius, incolæ ciuitatis cõueniunt in domũ, in quã descẽdit vt salutẽt eum; quæ quidẽ curialitas parũ cõstat, & multum valere potest. Christus itaq; hodie veniens in mundũ, diuertit ad hospitium virginis, quod sibi retinuit per suũ nuncium Gabrielem, & hoc propter vtilitatem nostrã. Ideo rationabile est, quod accedamus ad eũ in hac domo. Salutatio autem cõmunis sibi & hospitisę est salutatio hodie inchoata per Angelum, & per Elisabeth terminata, scilicet Aue, &c.

Nota.

Qui gratiã vult à rege impetrare, debet de gratia sibi concessa literam sigillatã sigillo regio petere, & in tali litera dies datæ literę solet annotari, dicẽdo, Datũ tali die. Hodie Dñs humano generi concessit vnã gratiã, quã alteri creaturę nõ cõcessit, scilicet gratiã vnionis, quę est gratia super gratiã. De qua Aug. In rebus per tẽpus ortis nulla maior gratia, quã quod Deus homo fieret, & homo Deus. Certe *non fecit taliter omni nationi*. Cui enim Angelorum aliquãdo dixit, Filius meus es tu? Nusquã enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, litera autẽ suscipiẽs hoc verbũ in natura humana, quę est pellis frõtina, est Maria, quã literam debet à Christo petere, qui vult ab eo gratiã impetrare, & diem datæ debemus memorię cõmendare, & celebrare. *Habebitis diẽ hunc in monumentũ, & celebrabitis eã solemnẽ Dño. Hæc enim dies boni nuncij est, si tacuerimus, & noluerimus reuelare, sceleris arguemur.* Hodie bonus nuncius Gabriel venit de terra lõginqua de cælo, secum deferens aquã frigidam, id est, diuinam sapientiã, omnem concupiscentiæ ardorem extinguentem, animæ sitienti, id est, Mariæ desiderãti, & naturæ humanæ. Si noluerimus per prædicationem notificare populo, sceleris arguemur. Præceptum nãque est Num. 10. *Quando habebitis epulũ, & dies festos & Kalendas, canetis tubis*, scilicet prędicationis. Propterea notifico vobis vt gaudeatis, quod hodie est principiũ salutis nostrę, & quod data literæ nostræ salutis est de isto die, quãdo ad preparandã virginem, vt fieret mater Domini, eidem virgini salus nunciata est per Angelum dicentem: *Aue gratia plena*. & hæc pro conclusione. Quoniã priori sermone dictũ est de exordio orationis Angeli, quã habuit in sua ambassiata ad

B *Annunciationis dies quando si dies gratia est possibile notificandus.*

Exo. 12. 4. Reg. 7 Num. 10. Luc. 1.

ta ad virginem, reſtat nunc loqui de alijs duabus, ſcilicet narratione & cõcluſione. Progreſſurus ergo in ſua oratione Angelus, primo, conſolatus eſt virginem, cum
Luc 1. ait: *Ne timeas Maria.* Secundo, narrauit & expreſsit cauſam ſuæ legationis, ibi: *Ecce concipies in vtero.* Tertio, ſoluit quęſtionem
Ibidem. eiuſdẽ virginis, ſcilicet, *Quomodo fiet iſtud?* ſic, *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.* Imprimis conſolatus eſt Angelus virginem, ex eo quod quodammodo obſtupuerat & turbata fuerat ad ſalutationem ipſius An-
Ibidem. geli, ſicut dicit Euangeliſta: *Quæ cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius.* Vnde turbatio Mariæ proceſsit ex multis. Primo, ex pudore. Cum enim eſſet virgo verecunda, expauit ad aduentum Angeli in ſpecie viri apparentis, videns ſe incluſam in thalamo ſolam cum ſolo, & hoc ſonat quod ante dicitur: *Ingreſſus Angelus ad eã.* Beda: Trepidare virginum eſt, & ad omnes viri pauere affatus. Et quæ expauit viſum vel auditũ Angeli, non dubiũ quin multo plus hominum tactus formidaret, qui cum accedit duobus prædictis, tũc eſt funiculus triplex, qui difficile rũpitur. Non ſolum tactũ, ſed etiã viſum & alloquium virorum debẽt mulieres, & viri mulierũ
Eccles. 9 vitare. *Speciem mulieris aliene multi admirati reprobi facti ſunt.* Colloquium enim eius quaſi ignis exardebit. Inde nec Maria legitur alicubi ſecreto locuta cum viro, ita virorum ſecretũ viſum declinans, vt etiã cum Apoſtolis non ſine alijs mulieribus moraretur. Sic ergo tamquã caſtiſsima de Angelo in viri ſpecie apparente verecundari potuit & turbari. Secundo, iterum verecundata eſt de laude, quã de ea prædicauit Angelus. Qui enim vere humilis eſt, de ſuis laudibus erubeſcit, & cũ omnes fere ſoleant inde lætari, ipſa turbata eſt, nõ exhilarata vel elata, ſui filij exem-
Ioan. 12 plo, de quo: *Venit hora vt clarificetur filius hominis.* Et paulo poſt ſubdit: *Nũc anima mea turbata eſt*, nõ tamen ita vt circumſpectionem amitteret, ſed vt cõtra inanem gloriã & exhibitum honorem doceret eſſe orã-
Ibidem. dum, inde ſubdit: *Pater ſaluifica me ex hac hora, & quid dicam?* Non fuit turbatus Ezechias ad nuncios regis Babylonis, ſed ma- Eſai. 39
gis exhilaratus & elatus: ideo irã Dei incurrit. Sicut enim eſt confuſio adducens peccatum, qua quis facile ad falſas contumelias erubeſcit: cõtra quas Eſaias poſuit faciem ſuam vt petram duriſsimã, & Dñs ad opprobria erubuiſſe non legitur, ſic eſt confuſio adducens gloriam, qua quis ex proprijs laudibus erubeſcit & turbatur. Tertio, potuit ex timore turbari, quod videtur Angelus innuere, cũ ait: *Ne timeas Maria.* Cum enim ſint quatuor genera tẽtationum, quæ habentur in Pſal. cum dicitur: *Non timebis à timore nocturno*, de qua- Pſal. 90
rum tribus tentatus eſt Chriſtus, à quarta, ſcilicet à dæmonio meridiano, abſtinuit diabolus expertus Chriſti prudentiam. Ideo alijs, quos nouit æmulatores boni & perfectos, malum ſub ſpecie boni non mediocris ſed perfecti perſuadet, vt cito conſentiãt. Ex hoc potuit Maria terreri. Nam & viſionibus hominũ & viſitationibus eorũ inſueta erat, Angelus autẽ in ſpecie viri apparuit. Sed etiã præſentiã Angelicã vix fragilitas humana ſuſtinet. Vnde & Zacharias turbatus eſt vidẽs Angelũ, ſic & Apoſtoli territi ſunt videntes Dñm ambulantẽ ſupra mare, putãtes fantaſma eſſe. Iſta autẽ duo, ex quibus Maria turbari potuit, ſcilicet pudor & timor, ſunt ſaluti præuia, quaſi bini diſcipuli, quos mittit Dñs ante faciẽ ſuã in omnem locũ, in quẽ eſt venturus. Vnde per mare rubrũ oportuit trãſire filios Iſrael in terrã promiſsionis, quia non niſi per amaritudinem timoris vel doloris, & ruborẽ erubeſcentiæ fit trãſitus ad ſalutẽ. Ruborem perdiderat, cui dicitur: *Frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.* Quarto, turbari potuit ex admiratione, quod & noua ſalutationis forma, & quod ab Angelo mulier, per quã mors intrauerat, ſalutatur. In cuius turbatione prouiſum eſt alijs mulieribus, ne ad cæleſtes ſalutationes amplius turbarẽtur, ſed potius exhilararẽtur reuerſæ in gratiã per Mariã. Hinc & poſt reſurrectionem dixit Dominus mu-
Luc. 1.

Maria turbatur in annũciatione vnde proceſſit

D *Humilis erubeſcit laudari.*

E *Pudor & timor ſunt præuia ſaluti.*

Ier. 3

Matth. vltimo. lieribus, *Auete*, nec turbãtur, sed gaudent & accedũt, vt teneãt pedes eius. Quia vero ad salutationẽ Dñi discipuli turbantur,
Luc. 24 cum ait: *Pax vobis*, & ideo dicitur eis: *Quid turbati estis?* merito turbãtur, qui Dñm in passione reliquerant, mulieres vero, quæ cum eo perstiterant, non turbantur. Ideo
Mar. 16 dicitur eis: *Ite, dicite discipulis eius*, &c. quasi diceretur, Non pertinebat ad vos prædicare viris, sed potius ab eis audire, quia tamẽ fugerunt discipuli, Petrus quoq; negauit, à vobis audiãt quod ante eos audi-
Luc. 1. re meruistis. Sequitur in textu, *Et cogitabat*, scilicet Maria, *qualis esset ista salutatio.* Merito quidẽ cogitabat. Triplex enim videtur salutatiõ. Vna proditionis, vt Iudæ
Mat. 26 dicentis, *Aue Rabbi.* Talis est eorũ salutatio, qui eos salutãt, quorũ mortẽ procurãt. Secunda est perditionis, cum præsens
F Salutatio triplex. salus corporis per peccatum desideratur:
Mat. 16 *Qui voluerit animã suã saluã facere, perdet eã.* Ber. Prudentius perdis animã tuã vt custodias, quã custodis vt perdas. Tertia est veræ dilectionis, qua desideratur alicui salus æterna, quẽadmodũ est salutatio Angelica. Secũda vero similis est illi, quã Iudæi & gẽtiles dabãt Christo, dicẽtes: *Aue*
Mat. 27 *rex Iudæorũ*, dum eũ salutabãt, quẽ perdere volebãt. Deinde subditur cõsolatio Angeli, *Ne timeas* (inquit) *Maria. Inuenisti enim gra-*
Luc 1. *tiam apud Deũ.* Hęc nãque verba dixit Angelus ad sedãdum Marię turbationẽ, ac si diceret, Recessit tẽpus timoris, venit tẽpus amoris, non mundani sed cælestis,
Rom. 13 non sui sed Dei. *Nox præcessit*, scilicet timoris seruilis, *& dies* amoris *appropinquauit.* Chryso. Qui apud Deum meretur gratiã, nõ habet quod timeat. Ne timeas, inquit Angelus, quia nihil habet suspectũ societas virginũ & Angelorum, quia nõ porto romphęã vel flãmeum gladiũ ad claudẽdum paradisum, sicut ille de quo Gene. 3.
Gen 3. nec missus sum ad puniendũ, sicut illi de
Gen 19. quibus Gen. 19. quia nõ affero legẽ oneris & timoris, sed magis nuncius sum amoris & eius qui paradisum aperiat, qui legẽ in mẽtibus infundat, qui misericordiam exerceat non vindictã. Petrus Rauennas: Qui inuenit gratiã, nescit timere. Perfecta enim charitas foras mittit timorẽ. Tunc enim Maria inuenit vnã pretiosam margaritam, & pro illa dedit omnia quæ habuit, & illa margarita inuenta inuenit suũ mercatorẽ, populum scilicet Christianũ, qui per totũ mundũ mercatur eã. Quãdiu enim soli luna cõiũcta est, nõ potest videri, impediẽte lumine solis. Sic ante incarnationẽ, dũ filius erat in radijs diuinitatis abscõditus, videri nõ poterat. Sed postquã oppositã cõiunctionẽ fecit, quãdo ad ima cõuersus carnẽ nostrã induit, *verbũ caro factũ est, & vidimus gloriã eius.* Et tũc sicut res perdita vel abscondita in lumine inuenitur, sic Dei Filius diu perditus in Maria illuminata per fidẽ & dilectionẽ hodie est inuẽtus. Secũdo, expressit Angelus causã suę legationis, quę erat ad annũciandũ cõceptũ & partũ Filij Dei, & hoc cũ dixit:
Luc. 1. *Ecce cõcipies in vtero*, &c. Quia enim Angelus dixerat Marię: *Inuenisti gratiã apud Deũ*, poterat dicere Maria: O Angele Dei, quomodo hãc gratiã Dei, quã dicis me inuenisse apud eũ, in me experiar? Respondet Angelus: O Maria, *Ecce cõcipies.* Sed dixisset Si cõcipiã, & aliæ mulieres cõcipiunt. Cui
Ibidem. Angelus: O Maria non sicut alię, sed, *Ecce cõcipies in vtero:* nõ ab extrinseco quidẽ, sed in vtero cõcipies de Spiritu sancto. Incarnãdo enim ambulabit in inuio & non in via. Sed Maria: Multæ cõcipiunt, quæ pariũt abortiuũ. Ad illã Angelus, *Et paries filiũ.* At Maria: Multæ pariũt filios, in doloribus pariũt & filios malos & male inclinatos. Ait Angelus; Iste nõ sic, quia nõ faciet fracturam, sed saluabit ventris integritatẽ, & erit Saluator mundi. *Vocabit*
Ibidem. *enim nomẽ eius Iesum.* Sed illa: Multę concipiunt filios magnos quidẽ postea corpore, sed infirmos mẽte. Angelus autem: O Maria, *hic erit magnus.* Magnus vir, magnus propheta, magnus in sanctitate, magnus in miraculis, magnus Dñs & laudabilis nimis. Sed dixisset Maria: Multi sunt magni, sed nihil habẽt, aut nihil esse videtur: ideo infæliciter viuũt. Respõdet Angelus: *Hic*
Ibidem. *filius altissimi vocabitur.* At Maria, Sed multi dignã

O Maria inuenit pretiosã margaritam in incarnatione.

Ioan 1.

dignitatis nomen habēt, qui imperij aut dominationis nihil habēt. Ad quam An-
Luc. 1. gelus: *Dabit illi Dñs sedem Dauid patris eius.* Sed dixisset: Multi habēt dominationes & imperia, sed statim mors atra rapit eos, & tunc cū eis pariter perit imperiū. Respōdet Angelus:
Ibidem. *Regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius nō erit finis.* Et si quęras: Cur magis dixit in domo Iacob quā Abrahæ, vel Isaac? Respōsio. Per domū Iacob intellexit Angelus totā electorū Ecclesiā, & quia in domo Abrahę reprobatus est vnus
Gen. 21. scilicet Ismael. *Eyce ancillā & filiū eius:* & in domo Isaac reprobatus est vnus, scilicet
Heb. 12. Esau. *Cupiēs hæreditare benedictione, reprobatus est,* nullus autē reprobatus est in domo Iacob. Ideo dixit Angelus: *Regnabit in domo*
H Maria non dubitauit de incarnatione, sed de modo. *Iacob,* & nō Abrahæ vel Isaac. Tertio, solvit Angelus quæstionem Mariæ. Audiens enim Maria verbū Angeli de conceptione filij Dei, & simul recogitās propositū suū de virginitate seruanda, ait: *Quomodo fiet istud, quoniā virū nō cognosco?* Non dubitauit
Luc. 1. autē Maria de re fiēda, sed de modo faciēdi. Cū enim sit triplex modus cōcipiēdi. Vnus carnalis. Secundus spiritualis. Tertius admirabilis & singularis, quęrit, quo illorū modorū fiet. Ambr. Tēperatior est virginis respōsio, quàm verba sacerdotis
Ibidem. Zachariæ. Hæc ait: *Quomodo fiet istud.* Ille: Vnde hoc sciā? Negat illa credere, quasi fidei adhuc aliū quęrat auctorē, ista se facere profitetur, nec dubitat esse faciendum, quod quomodo fieri possit, inquirit. Le-
Esaiæ 7. git Maria: *Ecce virgo cōcipiet:* ideo credidit esse futurū, sed quomodo fieret, ante non legerat, nec alicui prophetarū fuerat reuelatū. Tantū enim mysterium nō hominis fuit, sed Angeli ore promēdū, in hoc prudentiā suā ostendēs, quod modū cito non
Eccli 19 credidit. *Qui citò credit, leuis est corde & minorabitur.* Eua leuis fuit corde, quia cito credidit, nec verbū nec loquentē discutiēs facile cōsensit, quia duplici funiculo trahebatur, quia promittebatur sublimitas, & suadebatur voluptas, ad quæ duo facile humiles inclinātur. Sed Maria neutrū voluit, quia humilis & virgo fuit, sed vtilitatē nō solum propriā, sed cōmunem desiderans, prudēter quæsiuit: *Quomodo fiet istud? Forte* Luc. 1.
lignū & imputribile elegit sibi artifex. Declara- Esa. 40.
uit ergo Angelus virgini modū cōceptionis, quod non ex virili semine cōciperet, sed per operationē Spiritus sancti, dicēs:
Spiritus sanctus superueniet in te: quod potest Luc 1.
sic exponi: Spiritus sanctus super possibilitatē & cursum naturę veniet in te dādo fœcunditatē, & cōseruādo virginitatē: ita vt fœcūderis spiramine sine virili semine, & paries sine labore, quia virtus altissimi vmbrā faciēs refrigerabit te, ne sentias dolorē aut æstū concupiscentiæ. Superuenit igitur spiritus in virginē sicut virtus solis descēdit super rosam, dans illi cōcipiendi
virtutem. *Et virtus altissimi obūbrabit tibi,* id Ibidem.
est, filius Dei de te corpus quasi vmbraculū assumet, in quoà diabolo quasi sub hamo se abscōdet. Inde ibi ostēditur totam Trinitatē operatā fuisse incarnationis mysteriū. Spiritui enim sancto appropriat incarnationis opus propter bonitatē, Filio carnis assumptionē, & Patri auctoritatē, cū eūvocat altissimū. Nihilominus Angelus cū Trinitatē Mariæ demonstrat, primo Spiritū sanctū, deinde Filiū, tertio Patrē, cū dicit, *Altissimi*, annunciat, ostendens in Trinitate nihil prius aut posterius esse, & singulariter in hac singulari operatione, sed omnes personas indifferēter operatas esse. Vnde in cōceptu Ma-
I Maria cōceptus ab aliis differentia. rię quinque inueniuntur cōtraria cōceptui cuiuslibet alterius. Primū, quia in cōceptu vsitato mulierū interuenit carnalis operatio, in Mariæ conceptu spiritualis. Inde cū quęsisset Maria ab Angelo: *Quo-* Luc 1.
modo fiet istud? Respondit Angelus; *Spiritus sanctus superueniet in te*, id est, spiritualis operatio. Sicut enim clibanus primo ignē Nota.
recipit, deinde panem, sic virtus virginis primo Spiritū sanctū & spiritualē operationē, deinde panē vitæ suscepit; qui decoctus primo in vtero virginis nouē mēsibus igne charitatis, deinde extractus de clibano in die natiuitatis eius, sicut dixit
Patri: *Tu es qui extraxisti me de vētre matris* Psal. 38.
meæ, postea iterū recoctus fuit in clibano

paſsionis, ardore charitatis, vt eſſet panis bis coctus, qui cõpetit tendentibus ad ſupernã Hieruſalẽ in naui pœnitẽtię, & quotidie comeditur in ſacramẽto, nõ niſi veris peregrinis cõpetens. Secundo, in cõceptu alterius mulieris fit integritatis diſsipatio, in hoc vero eiuſdẽ cõſolidatio: ideo ſubditur: *Sanctus*, id eſt firmus. Richardus de S. Victore: Non nouit Spiritus ſanctus virginẽ corrũpere, ſed ſanctificare: neſcit Spiritus ſanctus munditiã virginis minuere, ſed augere: neſcit fœdare, ſed fœcũdare: neſcit vilificare, ſed glorificare. Vnde & timẽtẽ ſuæ virginitati aſſecurauit Gabriel, dicens: *Vocabis nomẽ eius Ieſum*, id eſt, Saluatorẽ. Anſel. Ieſus ſaluat, non violat: cõfracta ſolidat, nõ cõfringit ſolida. Secũdum nomẽ eius, ita & opus eius. Si enim matrẽ corrupiſſet in partu, nõ iã Saluator ſed diſsipator diceretur, quod abſit. Tertio, in cõceptibus mulierũ acceſſus eſt ab inferiori parte: hęc à ſuperiori, ſcilicet per aurẽ concepit, vt canit Eccleſia. Inde dicitur: *Superuenit*, id eſt, deſuper vẽniet. *Dilectus meus*, id eſt Pater, *miſit manum ſuam*, id eſt Filiũ (de quo in Pſ. *Miſit manũ ſuã & liberauit me*) *per foramẽ*, ſcilicet auris meę, *& ad tactũ eius intumuit vẽter meus*, nõ ſicut in alijs mulieribus, quæ clamãt: *Ventrẽ meum doleo*, propter fœtorẽ immũditię in concipiendo, ventrẽ meũ doleo, propter anguſtiã doloris in parturiẽdo: *Sẽſus mei cõturbati ſunt in me*, propter timorẽ in nutriendo. Quarto, in alijs eſt humana infirmitas, ibi virtus altiſsimi, fortitudo & agilitas. Portabat enim eum, qui eã portabat, imo qui portat omnia, ſicut baculus portat peregrinũ & portatur ab eo, auis portat alas & portatur ab eis. Ideo grauida facile penetrauit mõtana Iudææ, vt viſitaret Eliſabeth. Quinto, in alijs eſt humana verecundia, & ideo Eliſabeth occultabat ſe mẽſibus quinq;. Ibi autẽ virtus altiſsimi fecit vmbrã totius virtutis & refrigerium omnis concupiſcentiæ, quæ eſt caput pudoris, vt nulla ibi fuerit cõcupiſcentia. Et hæc de ſecũda parte orationis Angeli, ſcilicet de narratione ſuæ legationis. Tertia pars, ſcilicet concluſio, ſequitur in textu:

Luc. 1.

Cant. 5

Hier. 4.

Ideoq́ue & quod naſcetur ex te ſanctũ, vocabitur Filius Dei. Deinde ponitur probatio poſſibilitatis eius per exemplum Eliſabeth, quæ iã ſenex conceperat, ibi: *Et ecce Eliſabeth cognata tua.* Tertio, exprimitur cõſenſus virginis, ibi: *Ecce ancilla Dñi*, &c. Concludit ergo tandẽ Angelus: *Ideoque & quod naſcetur*, &c. quaſi velit dicere, quia opere Spiritus ſancti, nõ ex libidine cõcipies. Et dixit, *Sanctum*, ſubſtãtiue, quia ſi dixiſſet, ſancta caro, vel ſanctus homo, parũ dixiſſe videretur, quia quicquid fuit quod virgo concepit, abſque dubio & ſingulariter fuit ſanctũ: & quia filij hominũ naſcũtur filij iræ, non filius hominum, ſed filius Dei vocabitur. *Suſcitabo Dauid, germẽ iuſtũ.* Pſ. *Qui ingreditur ſine macula.* Secũdo, adducit exemplum Eliſabeth, quæ miraculoſe conceperat, vt perſuaderet poſsibile eſſe, quod nunciabat: *Et ecce Eliſabeth cognata*, &c. Magiſter Hiſtoriarum dicit, quod Eliſabeth erat vera cognata Mariæ. Nam tribus ſacerdotalis miſcebatur cum tribu Iuda. Vnde Aaron habuit vxorẽ de tribu Iuda Eliſabeth ſororẽ Naaſon, & Ioiada Pontifex Iacobeth filiam regis Ioram. Tertio, ſubditur conſenſus virginis, dixit autẽ Maria. *Ecce ancilla Dñi*, &c. In quibus verbis quatuor tãguntur cõditiones Mariæ, quæ in bona ancilla reperiuntur. Prima eſt prõptitudo diligẽtiæ, cum dicitur: *Ecce*, id eſt, prõpta ſum ad ſeruiendũ, ſicut dicit Samuel: *Ecce ego, quia vocaſti me.* Non dixit, quia cõpuliſti me, vel quia cõminatus fuiſti, in quo reprehẽditur multorũ tarditas. Sic Eſaias: *Ecce ego, mitte me.* Secundo, requiritur humilitas, quę notatur ibi: *Ancilla Dñi. Reſpexit* (enim Dñs) *humilitatẽ ancillæ ſuæ.* Vere ancilla noſtra fuit, quæ nobis ſeruiuit portãdo & nutriendo nobis Dei filium, & adhuc vſque in hodie nobis deſeruit procurando gratiam eius. Tertia conditio eſt obedientia in opere, ideo dicit: *Fiat mihi*, & tunc *Verbũ caro factũ eſt*, quia ſicut ad, fiat, ſignatum per Papam vel prælatum datur beneficiũ, ſic per fiat Marię datus eſt filius Dei in mũdo. Quarta conditio, prudẽtia in diſcernendo mãdata, vt fiant ea voluntate qua Dominus intel-

Luc. 1.

Ibidem.

Ibidem.

Hier. 33

Pſal. 14.

Luc. 1.

Ibidem.

Maria conditiones bona ancille conuenientes.

1. Reg. 3.

Eſaiæ 6.

Luc. 1.

Ibidem.

Ioan. 1.

Digitized by Google

Luc.1. intelligit, ideo ſubditur: *Secundùm verbum tuum.* Verbum enim Angeli tam ſalutaris commercij erat directiuũ, cui Maria prudenter conſentiens obtinuit regẽ cælorũ in gremio ſuo, vt ſicut ſacerdos per quinque verba conficit corpus Chriſti, ſic Maria per quinq; verba concepit filium Dei, in quorum termino formatũ eſt corpus Pſal.44. Chriſti. Vnde dicere poteſt. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, quia ſcriba (qui eſt Spiritus ſanctus) in carne de virgine ſumpta verbũ iſtud prolatum quaſi calamo inſcripſit verbũ Dei, id eſt filium Dei, & ita velociter, quod in nulla muliere tam cito formatur fœtus, ſicut in hac beatiſsima virgine. Vnde Maria quatuor nuncios miſit ad habendũ dilectum. Primus eſt, ſancta meditatio, quæ eũ quæſi Cant. 3 uit. *In lectulo meo per noctes*, ſcilicet méditãdo, *quæſiui quẽ diligit anima mea*. Secundus fuit, humilitas, quæ quæſitũ inuenit. Paruulus enim paruulũ inuenit, & à paruulis inuenitur. *Abſcõdiſti hæc à ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis*. Et: *Cum paululũ pertrãſiſſem eos*, id eſt, cum paulula ſiue paucula virtute, ſcilicet humilitate pertranſiſſem omnes ſanctos, *inueni quẽ diligit anima mea.* Tertius fuit, ſancta oratio, quę inuentum Cant. 5 inuitauit. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum* (bene clauſum) *vt comedat fructum pomorum ſuorũ*. Quartus fuit, conſenſus magnanimus, qui ipſum adduxit. Eſaias: *Aperiatur* Eſai. 45 *terra*, per cõſenſum, *& germinet Saluatorẽ.* Ezec.44 Et ſi dicatur, *Porta hæc clauſa erit, & nõ aperietur*. Verũ eſt quod clauſa erit mundo, ſed nõ Deo, corruptori nõ Saluatori, homini nõ Angelo. Aperuit enim aures Angelo vt audiat, cor vt credat, cõſentiat, & Luc.1. dicat: *Fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Cant. 5. *Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo.* Cant 4. *Mel & lac ſub lingua eius.* Mel, quod de cæli rore procedit, diuinitas eſt: lac, quod de carne exprimitur, humanitas eſt.

L. Maria quatuor nuncijs, id eſt virtutibus Chriſtum attraxit. Matt.11

DE EODEM FESTO, SERMO III. & in ordine LXXVI. Per Thema.

Luc.1. A Incarna

MIſſus eſt Gabriel Angelus à Deo ad virginem deſponſatã, Exodi 12. præcipitur

caput cum pedibus agni vorare, id eſt voraciter comedere. In quo nobis commẽdatur principiũ & finẽ Chriſti, id eſt, ingreſſum eius in carnẽ & egreſſum eius à carne, incarnationẽ ſcilicet & paſsionem auidius & deuotius cõſiderare, & diligentius inquirere. Sicut enim in principio & in fine orationis Rhetores ſolent notabiliora & memoria digniora recitare, ſic probabile eſt Chriſtũ in principio & in fine cõuerſationis ſuę in carne, ea, quę diligentiori indigẽt ſcrutinio, poſuiſſe. Vnde Luc.7. & Maria Magdalena legitur vnxiſſe pedes & caput Ieſu, quod facit qui pedes & caput, id eſt, paſsionẽ & incarnationẽ deuoto meditatur affectu. Nõ tamen in capitis vnctione, ſed pedũ, legitur lachrymas fudiſſe, eo quod paſsio exigit cõpaſsioni effectũ, incarnatio magis gaudiũ habet. Inde in natiuitate Dñi dicitur: *Annũcio vobis* Luc.2. *gaudiũ magnũ*, ſicut in paſsione Chriſti Mariæ animã doloris gladius pertrãſiuit, cui cõdolere debemus, ſic & ipſi matri in incarnatione congaudere debemus. Hinc à Sara dicitur in perſona virginis: *Riſum fe-* Gen 21. *cit mihi Dñs, & qui audierit, corridebit mihi.* Riſum fecit Dñs Mariæ in incarnatione, & tunc ei, & in ea nobis arriſit, vel dedit nobis ridẽdi & gaudẽdi materiã. Et ita ſæpe iſta duo noſtræ redẽptionis præcipua beneficia occurrũt, vt gaudio vnius fletus alterius, & vniusgaudiũ alterius fletu tẽperetur. Prius tamen vnxit Maria pe- Nota. des, lachrymas effundẽdo, quã caput vnxerit, ad oſtendendũ nõ eſſe dignũ inueſtigare incarnationis myſteriũ, qui prius ſuper pedes eius lachrymas nõ effuderit & vnguentũ deuotionis, ita quod qui paſsioni dolorẽ ſiue cõpaſsionẽ nõ dederit, indignus eſt incarnationis myſterium attingere. Vnde & Ioãnes Baptiſta ſanctificatus ex vtero dicit ſe non eſſe dignum procũbentẽ ſoluere corrigiã calciamenti eius, id eſt vnionem diuinitatis cũ humanitate. Si ſanctificatus in vtero non audet tangere ſanctum Dei verticem, quis ego, vt audeã ad tã ſancta & ingẽtia myſteria accedere? quæ & Angelicę poteſta-

tionis & paſſionis myſteria deuotius recolenda ſunt.

tes per ministeriũ hominum didicerunt, imo & Gabriel quæstionẽ de incarnatione à Maria quæsitam, scilicet, *Quomodo fiet istud*, reliquit insolutã, sed ad Spiritũ sanctum transmittit instruendam, quid ergo audet miselluspredicator, quando nõ audet ipse Dñi nuncius & Angelus? Ad eam igitur accedamus, quæ omnia arcana nouit, vt ea nobis aperiat, dicentes: Aue, &c.

B *In incarnatione & passione maxima misericordiæ signa apparuerunt.*

In visione antiquorum patrum, & prophetarum velabãtur ipsius Seraphim pedes & caput, principiũ & finis. Necdum enim reuelata erant arcana sancti sanctorum. Sed post diluuiũ posuit Dñs arcum suum in nube cœli rorida in signum fœderis inter nos & ipsum. Vnde & Albertus dicit, quod arcus cælestis tanto maior est, quanto plus recedit sol à meridie, & ideo maior est in ortu & occasu quã alio tẽpore. Arcus iste cæiestis signũ est diuinę miserationis. Quãdiu enim cubabat in meridie in sinu Patris, breuis erat arcus, breuis misericordia, sed cum oriebatur in incarnatione, & occidebat in passione, tunc arcus cælestis maior fuit, quia diuinæ misericordiæ maxima signa præparauit, & Eccli. 36 ostẽdit. Ideo dicitur: *Innoua signa, immuta mirabilia.* Magna misericordia, cũ oleaster in bonã oliuã insertus est, cũ natura nostra diuinæ cõiuncta est, cũ finis, id est, vltima creatura iũcta est principio suo. Ramus enim fructũ facere nõ potest, nisi arbori & trunco inseratur. Genus autẽ humanũ fuit ramus abscissus à perceptione fruitionis diuinæ per peccatũ primi hominis, ideo insertũ est in diuinã naturã, vt naturæ diuinæ & donorũ eius capax esset. Vnde Quid. in fabulis: Iupiter se mutauit in taurũ cãdidissimum, vt puellam Europã rapere posset, & in insulã Cretam trãsportare. Sic Filius Dei in hominẽ candidissimum, id est innocẽtissimum, se cõuertit, ad modum tauri seipsum Deo Patri immolãdum offerens, vt animã rationalẽ quæreret, & vltra mare sæculi huius, ad regnum suũ transportaret. Quod petebat Psal 79 Dauid, dicens: *Domine Deus cõuertere de cælo, & vide & visita vineã istã:* Visitauit autẽ eam, quando missus est Angelus ad virginem despõsatam. In principio Euangelij quatuor ponuntur. Primo, quis nuncius qui mittitur, quia Gabriel. Secundo, quis Dñs à quo mittitur, quia à Deo. Tertio, ad quã mittitur, quia ad virginẽ. Quarto, cuius est negotium pro quo tantus à tãto ad talẽ mittitur, ibi, *& ingressus Angelus*, &c. Bern. Felix à quo mittitur, felix ad quam mittitur, sed infelix pro quo mittitur, scilicet homo. De primis tribus dicetur hoc sermone, de tertio vero sermone sequẽti. Pro primo itaq; quęritur, quare ad virginem mittitur Gabriel, qui interpretatur, fortitudo Dei, plusquã alius Angelus, & quomodo potuit portare visionẽ eius, cũ Daniel nõ potuerit portare eius visionẽ, sed in terram cadens postea diu elanguit. Respõsio. Primo, Gabriel fortitudo mittitur, vt fortis ad fortem mitteretur. Illa enim erat mulier, de qua Salomõ: *Mulierẽ fortẽ quis inueniet?* Illa enim cõtriuit caput serpẽtis, & quia cõtra fortem mittebatur ad direptionem atrij sui. *Cum* (enim) *fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autẽ fortior illo superueniẽs vicerit eum, vniuersa eius auferet.* Et annunciabat illum, qui fortis & potens est in prælio, & debebat impugnare fortem, & quia illud encænium virgini præsentabat, qui est Dei virtus & Dei sapientia, & quia illud opus annũciabat, quod est supra virtutem naturę. Dicitur secundo, quod Danieli annũciabat Gabriel terribilia, & destructiones imperiorũ, & origines. Ideo nil mirum si terribilis apparuit ei. Mariæ vero annunciabat illũ, qui est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, ideo mitis ei apparuit. Quo ad secundum, quæritur primo, cum solẽniorvideatur nunciatio per plures nuncios, quare non misit Dñs plures Angelos, cũ omnes ad hoc essent parati. *Benedicite Dñm omnes Angeli eius, potẽtes virtute, facientes verbũ illius, ad audiendã vocem sermonũ eius.* Dicitur, quod solẽnius esset per plures nunciare, si illud nõ esset arcanum. Hoc enim multitudini repugnat. Non enim dicitur arcanum, quod multis est

C *Gabriel cur mittitur ad virginẽ plusquã alius Angelus.*

Prou. 32

Luc 11.

D *Angeli multi cur non sunt missi ad virginem.*

Psal. 102.

Digitized by Google

est cognitum, nec est familiariter & amicabiliter intimatū, quod multis est intimatum, ideo vnus solus mittitur. In hoc tamen opere legimus Angelum triplicem missum. Primum, ad annunciandum, Gabrielē. Secundum, ad præparādum viam, Ioānem. Tertium, ad cōsummandum redemptionis opus, magni cōsilij Angelum.

E *Conceptio Christi cur vno tempore facta est.* Secundo quęritur, quare elegit Dñs vernum tēpus ad conceptionē. Respōdetur, quia si *omni negotio tempus est*, probabile est Deum in negotio salutis humanæ tēpus congruū obseruasse. Ideo enim hoc vernum tēpus elegit, vt innueret sui aduētus causam fuisse peccatū Adę, quod eo tempore secundum cōmunem opinionē cōmissum est, vt dum videmus vulnerū ligaturā, ipsa sub pānis vulnera cogitemus. Solent enim & debent eo potissimū tēpore adhiberi remedia, quo vulnera sunt inflicta. *Secundū diē, in qua cōtaminauerunt altare gētes, in ipsa renouatū est.* Secundo, quia in illo tēpore omnia incipiunt renouari & florere. Cōueniens ergo fuit, vt flos ille appareret, super quem requiescit Spiritus almus, & qui omnia habebat renouare. Quo ad tertium, in textu cōmendatur illa, ad quā mittitur, à tribus. Primo, à decore virginali, ibi, ad virginē. Secundo à progenie regali, ibi, despōsatā viro de domo Dauid. Tertio, à nomine speciali, ibi, & nomen virginis Maria. Pro primo notādum est, quod Mariæ virginitas multis excellit prędonijs. Primo, cōtinet omnem noui & veteris testamenti perfectionem: quia in veteri lege mulieris perfecta conditio reputabatur fœcūditas, in noua virginitas. Cum igitur Maria vtramq; perfectionem obtineret. Descendit enim in ea Christus sicut pluuia in vellus, primo roridum, deinde inuentum siccum. Sic Maria sicca carnali cōcupiscentia facta est fœcunditate rorida. Hęc est vitula, quę iugū maritale nō nouit, ex hoc Philistinorum iudicio digna portare arcā. Hæc est mons Sion, in quo tos descendit vt germinet. *Sicut ros Hermō qui descēdit in montē Siō*, quia de mōte paradisi super montē Marię. Hęc est terra, quę virentem herbā germinauit, quā seminauit Isaac, Spiritus sanctus, & fructū fecit centuplū. Hæc est aquila grādis, quæ medullam tulit à Libano: hæc est petra, super quā nō inuenitur colubri semita: hæc est mare, in quo nascitur piscis, sed nō inuenitur nauis vestigium. Mariæ enim *procul, de & vltimis finibus pretium est.* Extremitas enim fuit vna in generatione talis prolis, vt esset mater non solū hominis, sed Dei, sed secunda extremitas est vltimus terminus cōtinentiæ. Nā minor cōtinentia est coniugalis. Secunda vidualis, sed extrema est virginalis, & sic de vltimis finibus est pretiū eius, secūda huius virginitatis conditio & excellentia est, quod cum flore fructū protulit. *Quasi libanus nō incisus vaporauit habitationē meā*, id est, illū qui in me habitat. Sicut enim terra vel hortus exhalat vaporē, vt huiusmodi exhalatione nō scindatur vel corrumpatur, sic Maria genuit ita filiū, vt virginitas illibata cōseruetur. Et sicut in prima terra virgine positus est Adā primus sine carnali generatione, sed diuina virtute *tulit Deus hominē & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illū*, quorū neutrum fecit, sic in ista terra virgine *secūdus Adā de cælo cælestis*. Nō generatione carnali, sed diuino opere positus est, vt operaretur in ea fœcunditatem, & custodiret virginitatē. *Flores mei fructus honoris, & honestatis*: honoris, quo ad continentiā virgineā: honestatis, quo ad coniugalē, ita vt sit sola arbor quæ fructū habuit simul cum flore virgineo, vbi in cæteris adueniēte fructu, imo nondū formato cadit flos. Signum enim sterilitatis arboris est, quando cadit flos antequā fructus formetur. Sic in omnibus mulieribus signū est sterilitatis peccati, quia flos virginitatis prius cadit, quā formetur fructus in vtero. Tertia huius virginitatis conditio & excellentia est, quod Maria est virginitatis primiceria. Non enim timuit maledictū legis. *Nō erit apud te sterilis vtriusque sexus*, & hoc pro benedictione cōferebatur, ideo contrarium pro maledictione habetur. Sic sentiebat

F *Maria virginitatis excellētia.*

G *Maria inuētrix ordinis virginū & quasi abbatissa.*

1. Mac 4

Ecclī. 24

Gene 2.

1. Cor 15

Ecclī. 24

Deut. 7.

Psl. 132

Luc. 1. Eliſabeth, poſtquam cõcepit: *Sic fecit mihi Dominus in diebus quibus reſpexit auferre oppro* Iudic 11 *briũ meũ.* Sic filia Ieptæ fleuit virginitatem ſuã. Quã maledictioné contempſit Maria, in quo fuit inuentrix ordinis virginũ & angelicæ vitæ, quã quidé Angeli ſine onere carnis, ipſa in carne, & cũ carne duxit, & cũ ſarcina carnis Angelos, qui ſine ſarcina erãt, ad brauiũ antecurrit. Vnde Pſ. Pſal. 44 *Adducẽtur regi virgines poſt eã*, tamquã poſt abbatiſſam. Hiero. Sicut vnus eſt magiſter in cælis, ſic vna forma virginitatis in Ma- Exo 15. ria. In cuius figura, Exo. 15. Maria ſumpto tympano, id eſt carnis mortificatione, egreſſa, egreſſę ſunt ſimiliter poſt eã omnes mulieres cũ tympanis & choris. Inde & cõparatur amygdalo, quæ primo flores producit. Hinc quidã elegãtiſsime dixit:

Partus & integritas diſcordes tempore longo,
Virginis in gremio fœdera pacis habent.

Ideo Lucas hanc ſciẽs nobilitatem, virginitatẽ præpoſuit matrimonio, licet antea aliter eſſet. Et ſi dicatur, quod in hoc culpãda videtur, quod maledictũ legis ſuſtinere voluit acceptãdo ſterilitatẽ. Reſpõdetur, quod ſterilitas nõ erat apud Deum in culpa, ſed erat quędã inhonoratio apud plebẽ, quã quidẽ Maria deſiderauit, eſſe ſcilicet opprobriũ hominũ & abiectio plebis, vt per integritatẽ mẽtis & corporis Pſ. 103. fieret ſocia Angelorũ. Pſ. *Maledicent illi & tu* Prou. 31 *benedices.* Et: *Accinxit fortitudine lũbos ſuos*, vt ſcilicet numquã aliqua cõcupiſcẽtia moueretur. Quarta conditio, quod fuit hæc virginitas ſuper omnes ſtabilis, & perſeuerãs. Nã ante partũ, in partu, & poſt partũ virgo permãſit. Vnde Aug. Qui ſcripſit tabulas lapideas ſine ſtylo ferreo, ipſe grauidauit Mariã Spiritu ſancto: & qui produxit panẽ in eremo ſine manu artificis, ipſe impręgnauit virginẽ ſine corruptione hominis: & qui fecit virgã ſine pluuia germinare, ipſe fecit filiã Dauid ſine ſemine generare. Sicut enim flos de arbore ſine leſione, & diuiſione, & deterioratione arboris naſcitur, ſed magis arborẽ decorat, & cõfert odorem; ſic de virgine natus eſt Chriſtus ſine virginitatis leſione. Et ſicut dicit Aug. eſt ſpeculũ in aliqua domo, intrat aliquis in illã, vmbra eius apparet in ſpeculo, quãdo ingreditur & egreditur, nec frãgitur ſpeculũ. Sic ſubtilius à Dño factũ eſt, dũ eũdo, & reuertẽdo virginalis virtus permãſit integra. Vnde poterat dicere Maria quod quidã ait: Sũ quod erã, ſcilicet virgo, nec erã quod fũ, ſcilicet mater, modo dicor vtrũque, ſcilicet mater, & virgo. Iſta eſt terra fluẽs lacte fœcũditatis & melle virginitatis, quæ nõ eſt terrena, ſed cęleſtis, quã Iudęi paruifecerũt. Hinc:

Porta hæc clauſa erit & nõ aperietur, & vir non Ezec. 44
trãſibit per eã, ſcilicet Ioſeph, *eritque clauſa principi*, id eſt diabolo, qui eſt princeps mũdi huius, quia nulli patuit immũditię, aut tẽtationi diaboli; licet hãc virginitatẽ nõ in clauſtris, vt moniales, ſed in medio mũdi, quaſi in medio cãpo cõſeruauit. *Sicut li-* Cant. 2
liũ inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Et iterũ, *Ego flos cãpi*, id eſt flos virginitatis in cãpo mũdi. Hęc eſt ſtella maris, quę cęteris ſtellis tendẽtibus ad occaſum, immobilis permãſit, etiã Angelo filiũ promittẽte. Et ſequitur; *Et adorabit populus terræ ad oſtiũ por-* Ezec 46
tæ illius in ſabbatis, & in Kalẽdis corã Dño. Nã ſabbatũ eſt ſpecialis dies eius. Secũdo, cõmẽdatur virgo à progenie regali, quando dicitur fuiſſe deſpõſata viro de domo Dauid. Per hoc enim innuitur, quod etiã ipſa eſſet de domo & familia Dauid, vel de tribu regia, quia nõ licebat fieri matrimoniũ niſi inter homines eiuſdẽ tribus. Sed primo quęritur: Quomodo dicitur deſpõſata Ioſeph, quia canit Eccleſia: Beata mater & innupta virgo? Reſponſio. Differũt H
deſponſata & nupta, quia deſponſata ſignificat illã, quę ſpõſum accepit in coniunctione animorũ, nupta vero, quia à nubo deſcẽdit, videtur importare nubis obſcuritatẽ, ideo ſignificat cũ hoc eã eſſe corruptam & obſcuratã, quod nequaquã fuit in beata virgine. Secundo quæritur: Quare dicitur Ioſeph de domo Dauid? Reſpõſio. Hoc non tantũ dictum eſt propter generis ſucceſsionem, ſed principalius propter virtutum imitationem. Tales enim proprie dicũtur eſſe de vna domo. Pſal. *Qui* Pſal. 67
habitare facit vnius moris in domo. Ex cõuictu enim formantur mores. Vere enim fuit

Deſponſata & nupta differũt.

filius

filius Dauid, non tantum carne, sed etiam sanctitate & deuotione, ac si alterũ Dauid inuenit Dñs secundũ cor suum, cui committeret secretissimum & sacratissimum sui cordis arcanum, cui tãquam alteri Dauid incerta & occulta sapiẽtiæ suæ manifestaret. Dedit enim illi non ignarũ esse mysterij, quod nemo principũ huius sæculi agnouit, cũ datum est, quẽ multi reges & prophetæ videre voluerunt, & nõ viderunt, nõ solum videre & audire, sed etiã portare, deducere, amplecti, deosculari, nutrire, & custodire. Dicitur secũdo de domo Dauid, vt paupertas nobilitati non repugnare doceatur, & vt paupertas eorum mirabilior demonstretur, & nobilibus exẽplum paupertatis & humilitatis detur. Tertio, cõmendatur à nomine speciali, cum dicitur: *Et nomen virginis Maria.*

I Maria nomen quàm sit commendabile

Vnde nomẽ Mariæ est valde commẽdabile. Primo, quia est nomen mansuetum & pium. Omnibus enim in hoc nomine Deũ inuocantibus auxilium inuenitur & refugium. Inde & in periculis quasi naturali instinctu hoc à Deo inditum est, vt dum subitanea sunt, subito inuocent eã, dicentes vulgari nomine, *Nostre Dame*, hoc est, Nostra Domina. Vnde & in nomine Mariæ *r*, quę media litera est, litera quidẽ terroris, amittit plusquã mediam partem sui soni terrentis, in signum quod Maria in nomine suo inuocata furorẽ Dñi temperat & mitigat. Ideo in aduersitatibus non est tam sceleratus, qui ad eam nõ habeat deuotionẽ. Quis enim est, qui offendens pedẽ ad lapidem, nõ statim inuocet Mariã? Bern. Vbi nomen Marię nominatur, ibi dęmonũ crudelitas effugatur, reis venia, medela ægris, pusillis corde robur, afflictis consolatio, peregrinãtibus adiutorium datur. Sed econtra si nomen Dñi sit terribile peccatoribus, quomodo nomẽ Mariæ erit mãsuetum & piũ eis? Licet scribatur: *Turris fortissima nomen Dñi, ad ipsam confugiet iustus, & saluabitur.* Et in Ps. *Dñe refugiũ factus es nobis:* tamen in quẽ ponebant tunc refugium, etiã nec loquentẽ poterant sustinere. *Non loquatur Dominus nobis, ne moriamur.* Et: *Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum.* Horrenda quidem dulcedo nominis tanto furore respersa. Ideo Dauid ait: *Sanctum & terribile nomen tuũ Domine.* Et vlterius, dato quod turris sit nomen Domini, & refugium, sed cuius? *Ad ipsam*, inquit, *currit iustus, & saluabitur.* Quod ergo relinquitur peccatori refugiũ? Sed certe turris fortissima nomẽ Domini, ad ipsam currat peccator, & saluabitur. Si enim peccator es, frustra *ascendis in Galaad; frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi.* Ad Mariæ nomen confugias, ipsum solum sufficit ad medendum. Nulla pestis tam efficax, quæ nõ continuo ad Mariæ nomen cedat. Si tentatus vltra vires tẽtatoris timeas insidias, recordare quod turris fortissima nomen Domini. Bernardus: O quisquis te intelligis in huius sæculi profluuio magis inter procellas & tempestates fluctuare, quã per terrã ambulare, ne auertas oculos à fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgunt venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Si iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis, respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitię, desperationis abysso, cogita Mariam. In periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, nõ recedat à corde, impetres eius orationis suffragium. Hæc Bernardus.

Prou. 18 *Psal. 89* *Exo. 19.* *Esa. 30* *Psal. 110.* *Prou 18* *K Nomen Domini terribile peccatoribus, nomen Mariæ pium.* *Hier. 46* *Nota.*

Secundo, nomen Marię dulce est & saporosum post beneficium incarnationis, nihil lepidum, nec sermo nec oratio, nisi nomẽ Mariæ misceatur. Hinc dicitur: *In omni ore quasi mel indulcabitur memoria eius.* Et sicut cinnamomũ omnes cõfectiones, quibus admisceatur, reddit sapidas, sic omnis sermo sine nomine Marię insipidus est.

Eccl. 49.

Sicut

Eccli. 24 *Sicut cinnamomũ, & balsamũ aromatizãs odorẽ dedi.* O nomen, quod nominatur sæpius in ore peccatorum, & frequentatur dulcius in congregatione iustorum. *A mari abũdauit cogitatio eius*, id est, sicut impossibile est humano intellectui cogitare vel dinumerare guttas maris, vel bibere totum mare, sic impossibile est hominẽ sapere, & intellectu capere humilitatẽ, charitatem, pietatẽ, & cætera bona, quæ in ea fuerunt ad vtilitatẽ nostri, ita quod potius mare exhauriretur quàm Marię bonitas ad plenũ saperetur. Inde: *Cogitatus illius auferet somnum*, scilicet peccati, & otij. Et: *Nomẽ tuum, & memoriale tuũ in desiderio animæ.* Sapor autem specierũ non perfecte perpenditur, nisi species diutius masticentur: ideo media huius nominatione diutius immoretur. Sed dũ aromaticũ quid masticatur, os debet claudi, ne incaute aromatica dulcedo amittatur. Sic si plene desideras istarũ delitiarum gustare dulcedinem, os clausum habeas ad turpia, & per regulare silentium pone custodiã ori tuo. Sed quęritur, cum Dominus benignissimus in infinitum benignior sit quã Maria aut cæteri sancti, quare non immediate oramus ipsum, quotiens cumque aliquid volumus ab eo impetrare. Nõ enim necesse est orare sanctos, neque Mariæ benignitatẽ. Fatuus enim est qui benigniorem Dominũ dimitteret, à quo deberet, quæ sibi sunt necessaria, postulare, & ad multo minus benignum recurreret. Responsio. Licet Deus sit summe clemens, & in infinitum quã Maria, tamẽ cum hoc summe iustus est, ideo cum peccator ad Dominũ accedit benignissimum, vbi impenderet ei misericordiã summa eius clementia, propter peccantis demerita obstat iustitia, quę recõpẽsam iste requirit. Ideo necesse est vt lõga pœnitẽtia & satisfactione peccatoris recõpensetur illa iustitia, vel merita mediatricis aut mediatoris intercedãt. Ideo consideratа diuina æquitate, necesse est vt nos adiuuent merita Marię, & sanctorum, sicut canit Ecclesia, Adiuuent nos eorum merita quos propria impediunt scelera. Similiter apud Deum tantũ clamant demerita nostra vindictã, & forte plusquã merita nostra misericordiam, ideo necesse est nos excusari apud diuinam iustitiam sanctorum intercessione. Inde consequẽter canit Ecclesia: Excuset intercessio, accusat quos actio. Qui autẽ timet pati repulsam, nõ debet tũc petere nomine proprio, sed nomine talis, cui nihil debeat refutari: ideo dicit Apostolus, quod omnes peccauerunt, & indigẽt gloria Dei. Si autẽ peccator peteret à Deo gratiã nomine proprio, forsan pateretur repulsam, quia peccatores Deus nõ audit, ergo expedit peccatori, vt nomine alterius petat, cui nihil possit denegari. Ita docet Christus: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Sed persona mundi, cui minus vellet Dominus denegare, est Maria: iuxta figuram Barsabeæ. Ideo ad eam tamquã ad refugium recurrẽdum est, &c. Tertio, nomen Mariæ est nomen placẽs, & amorosum. Deo enim placet, vt teste Anselmo frequenter in nomine Marię plus exaudiat Deus, quàm in nomine Iesu. Sępe ergo debemus habere nomẽ Mariæ in ore, & in nomine illo petere: sicut pauper petens eleemosynã habet in ore sanctũ, quõ scit illi, à quo postulat, magis esse gratũ, & frequẽter per sanctum sic nominatum obtinet, quod per simplices preces non haberet. Propter quod Ecclesia supplicationem omnem, quam porrigit Patri, terminat per Iesum Christum, ipso mediante sperans obtinere quod per se non posset. Persona autem maxime grata Christo fuit Maria. *Inuenisti gratiam apud Deum.* Ratio est, signum euidens dilectionis Papæ vel regis circa aliquam ciuitatem est, quando mutat locum vel sedem, & ibidem sedem Ecclesiæ vel regni constituit. Christus rex cælorum, & futurorum bonorum Pontifex de cælo descendens Mariam sicut thronum elegit. *Fecit Salomon thronum de ebore grandem.* Ideo volens gratiose perorare, semper habeat nomen Marię in ore. Facit enim Mariæ nomen in ore supplicantis, quod filiu-

1. *Orationes nostræ cur non semper dirigantur immediate ad Deum, sed sæpe ad Mariam & sanctos.*

Ecclesi. 31 *Nota.* Esai. 26

Ioan. 16

3. Reg. 2

Luc. 1. M *Maria fuit summe grata Christo*

3. Reg. 10

fiſtula in ore cãtantis. Volens enim cãtare habet quandoqȗe vocẽ turpem, & raucã: ita quod nec libẽter, nec bene audiri poteſt, ſed quando ori ſuo apponit tubã vel fiſtulã, facit melodiã dulcẽ & delectabilẽ, dum tamen ſciat ſe de fiſtula iuuare. Sic peccator habẽs vocem turpẽ, & raucã ad orandum, quia nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, mediante fiſtula virgine Maria. Sicut enim homo iuuat ſe de fiſtula, immittendo ſpiritũ procedẽtem ab interiori, & tangendo manu exteriori, ſic homo iuuat ſe de virgine, qui in ea ponit cor ſuum, & ſpiritũ ſuũ diligendo, & manum operi ſeruiẽdo. Talis enim reddit orationẽ libẽter audibilẽ. Quia autem ſit nomẽ amoroſum, & gratioſum, patet, quia nomẽ illud eſt omnium gratiarum collectiuum.

Gen. 1. *Congregationes aquarũ appellauit maria*, gratiarum in vno loco, ſcilicet in vtero virgineo cõgregatio, appellatur Maria, ſed tamẽ media producta, quia gratia illa nõ trãſitoria

Luc. 10. eſt, ſed æterna. *Maria optimã partẽ elegit, quæ nõ auferetur ab ea*, cõgregationes vero aquarum, id eſt deliciarũ, & diuitiarum huius ſæculi, appellauit maria media correpta,

Apo 21 quia tranſitoria, iuxta illud: *Et mare iã non eſt*. Nec inconuenienter mari adaptatur

N Maria cur appelletur mare. Maria, quæ in conceptione Dei tria nobis auantagia fecit, quæ ſolet impartiri mare vicinæ regioni. Primo, à regione vicina fugat inopiam, propter merces, quas ibi deportat. Secũdo, parat nautis viã mercibus, quas ad partes remotas tranſportant. Tertio, purgat immũditias propter fœces, quas inde ad litora reijcit. Sic Maria à noſtra regione fugauit inopiã & ſterilitatẽ, & fertilitatem adduxit aſportando nobis mercatorem Chriſtum, qui ſolus propter abundantiam gratiæ ſuæ ditare poteſt regionẽ noſtram, & fugare mentis inopiã, ſicut quando aliquis mercator magnus cũ multiplicibus opibus & mercibus applicat per mare alicubi, totã illam regionem

2 Cor. 9 implet & ditat. *Potens eſt Deus omnẽ gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus ſufficiẽtiam habentes, abundetis in omne opus bonum.* Mercator enim (iuxta dictum Apoſtoli) *oſtendet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ.* Secundo, viam illã nobis oſtendit, per quam bonorum operũ merces in regionẽ longinquã cæli deportantur, illũ ſcilicet, qui dicit: *Ego ſum via.* Ter- Ephe. 2 Ioan. 14 tio, fœces operũ noſtrorũ, dũ eas Domino repræſentat, ſua munditia & benignitate expurgat. Quarto, nomẽ Mariæ terribile eſt dæmonibus. Pſ. *Sanctũ, & terribile nomẽ eius*, ſanctũ Angelis, terribile dæmonibus. Pſ. 110. Iudith. 14. *vna mulier Hebræa fecit confuſionẽ in domo Nabuchodonoſor.* Cant. 1. *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea*, id eſt, ſimilis eſt exercitui contra currus Pharaonis, id eſt diaboli. Cant. 6. *Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.* Iud. 14. Cant. 6.

DE EODEM FESTO, SERMO IIII. & pomeridianus, in ord. LXXVII. Per Themа præcedens.

ASTrologi dicunt, quod ſol faciens curſum ſuum per ſignum Leonis, quaſi per propriam domum, influit in iſtis inferioribus mirabiles ardores, & tunc viget influentia cuiuſdã ſtellæ, quę Canis dicitur, quæ pericula multa, & infirmitates multas ingerit. Sed cũ de ſigno Leonis immediate deſcẽdit in ſignũ Virginis, habet effectus dulces, bonos, & vtiles, & tunc colliguntur fructus, & matureſcunt, & calor leuius portatur. Sic ſol iuſtitiæ quãdiu ſtetit in domo propria, ſcilicet in domo æternitatis ſuæ, quaſi in ſigno Leonis, habuit terribiles effectus iuſtitiæ in mũdo iſto, vt patuit in primis parẽtibus in diluuio, in Pentapoli, & ſic de alijs, & canis rabidus humanæ naturę panẽ exhauſit, carnẽque intoxicauit hominis. Quod ſentiẽs dicebat Pſal. *Erue à fra-* Pſal. 21. *mea*, id eſt ab ardore iræ, *Deus animã meã, & de manu canis vnicã meã.* Sed hodie cũ intrauit in ſignũ virginis, cœpit eſſe planeta beneuolus. *Ecce rex tuus venit tibi manſuetus.* Zach. 9. In tantũ enim emolliuit Maria Dominũ meritis & precibus, vt nũc maiora peccata patienter toleret, qui quondam minora duriſſime vindicabat. Multo enim magis peccant moderni Sodomitæ vel lubrici, quàm

A Chriſtus ſol iuſtitiæ temperatus eſt, cum deſcẽdit in ſignũ virginis.

pliciter, ſcilicet corpore & mente, contra eos, qui ſenſus corporis tenent apertos immunditiæ & diſſolutioni, vt latro per feneſtram ingrediatur. Non eſt mirum ſi theſaurus eſt in periculo. Vnde prudens nō ſolum theſauri claudit arcam, ſed etiā cameram. Sic gratia exiſtens in arca cordis eſt in periculo, ſi perſona ianuas cor-
Pſal. 34 poris aperit tentationi. Pſal. *Conclude aduerſus eos qui me perſequūtur.* Sed Maria fuit clauſa mente, corpore, & habitatione.
Ezec. 44 Hinc Ezechiel: *Porta hæc clauſa erit, & non aperietur.* Non enim inuenit eam Angelus otiātem in foro, vel in choreis, ſed in cubiculo orantem: vt diſcant puellæ non vagari, ne cum Dina amittant virginitatem ſuam. Sic Eſau venator amiſit patris
Gen. 27. benedictionem, quam Iacob domi manens recepit. Sic Thomas domi non inuentus cum alijs, primam Chriſti perdidit viſionem. Horrebat enim virorum familiaritates, ideo pulchritudinem mētis induebat. Aues ſilueſtres, quæ non permittunt ſe tangi, habent plumas pulchriores & magis ordinatas, quàm domeſticæ, quæ permittunt ſe tractari. Sic mulieres horrentes familiaritates virorum pulchriores ſunt. Inde de Sara, quæ erat in tabernaculo non in vico cum vi-
Gen 12. ris, dicit Abrahā: *Noui quòd pulchra ſis mulier.* Secundo dicitur, quod non erat clauſa Angelis, ſed eis patebat ingreſſus. Potuit enim Angelus per naturæ ſuæ ſubtilitates & aſſumptam ætherei corporis qualitatem intrare ianuis clauſis. In quo innui videtur, quod qui Angelicæ conuerſationis non fuerit, temere & fruſtra ad Ma-
1. Cor. 3 riam præſumit ingredi. *Si enim in faciem Moyſi non potuerunt intendere filij Iſrael propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur*, multo minus ſuſtinere poterit humanus aſpectus in amictam ſole mulierē intueri. Ipſa eſt enim, de qua: *Signū magnū apparuit in cælo,*
Apo. 12 *mulier amicta ſole.* Si ergo exterioris amictus claritatem viſus humanus non ſuſtinet, vt etiā exterior eius cōuerſatio humano nō poſsit intellectu diſcuti, quis ad interiora penetrare poterit? Nam Canticorum quarto, dum ſponſus vniuerſa eius membra circuit & commendat, addit: *Abſque eo quòd intrinſecus latet*, vt oſtenderet, quod omnis gloria eius ab intus eſt, cuius vel ſcintilla eſt modica quicquid reſultat exterius. Longe etiā receſsit à cōſideratione hominum, cuius luna ſub pedibus, ergo nec ad pedes eius, nedū ad corpus poteris peruenire, niſi lunā trāſieris, id eſt, curioſitatē & cupiditatē temporaliū abieceris. Hinc eſt quod ſancti Euāgeliſtę, licet purgatiſsimos habeāt oculos, reuerberati tamen à lumine, pauca dē exterioribus eius proſecuti, de interioribus penitus tacuerunt. Secundo quæritur, vtrum Angelus ei apparuerit in forma humana indutus? Quod non videtur, quia ſi in forma humana, dabat occaſionē credendi, quod eſſet homo, & ſic fallendi Mariā. Reſponſio. Primo, quod apparuit in forma humana. Angeli enim, cū nobis apparēt, aſſumūt ſibi corpora ſimilia humanis corporibus, ad nos inſtruēdum ſi boni ſunt, aut ad laqueū parandū ſi mali ſunt, ſicut in mechanicis ſine inſtrumēto artis non poſſunt artifices rite operari. Non tamen ſunt vera corpora humana, quia ea ſolus Deus operari poteſt. Sic fecit Raphael ad erudiendum & conducendum Tobiam, ſic fecerunt Angeli directi ad Abraham. Dicitur ſecundo, quod boni Angeli, dum in forma humana apparent, non nos decipiunt, ſicut nec Chriſtus diſcipulos fefellit, cum ſe finxit longius ire, vel cum Spiritum ſanctum miſit in ſpecie ignis. Sufficit enim intelligere, quod Dominus intelligit per res illas iuxta ſuas proprietates. Angelus enim aſſumit ſibi corpus humanum, dans intelligere quod vult circa nos aliquid operari per intellectum & rationem, aut ad erudiendum, aut ad fallendum, quia corpus humanū inſtrumentum eſt rationalis creaturæ. Et ideo cum diabolus vult circa hominem aliquid crudelitatis exercere, apparet in ſpecie auium vel animalium prædacium, vt leonis, vrſi, vel corui. Sed bonus Angelus nō apparet, vt nos fallat credendo

Cant. 4

E Maria in qua forma apparuit Angelus.

Digitized by Google

dendo eum esse hominem, & vt ibi sistat homo, sed vt credat eũ esse Angelum, & intelligat se aliquid circa eum cum ratione operari. Dicitur tertio, quod formant sibi corpora huiusmodi ex aëre & alijs elementis, per aliquam virtutem naturalẽ nobis occultam, condensando illa elemẽta, sicut frigidũ condensat aquã, itavt vertatur in glaciem vel crystallum. Dicitur quarto, quod in Resurrectione & Ascensione Christi apparuerunt in vestibus albis, ad indicandũ iucũditatem futuræ solemnitatis, & hoc certum est. Quomodo autẽ hic fuit inductus Angelus, ignoratur, nisi quod creditur apparuisse in veste luminosa, quia canit Ecclesia: Et expauescit virgo de lumine. Ec hoc ideo, quia Angelus venerat ad illã, quæ sine tenebra peccati cõcepit illum, qui peccare nõ potuit.

p *Mariã cur Angelus plus solito reuerenter salutauit.*

Tertio quæritur, quare Angelus tã reuerenter Mariã salutat, cum tamen nullibi antea legitur Angelos apparuisse, qui hominibus reuerentiã exhibuerint, nec etiã qui aliquam mulierem salutauerint. Respondetur primo: Ante legem gratię nullus Angelorum multã hominibus reuerentiam exhibebat, quia maior minorem non reueretur, sed ecõuerso: Angelus autem maior est homine tã dignitate naturæ. Psal. *Qui facis Angelos tuos spiritus.* Et de homine dicitur: *Loquar ad Dominũ, cùm sim puluis & cinis*: quàm quoad familiaritatem Dei. Daniel: *Millia millũ assistebãt ei.* Homo vero quasi extraneus elõgatus erat ab eo. Psal. *Ecce elongaui fugiens*; & quoad gratiæ singularẽ permanentiã & excellentiam. Homo vero pauper & inops gratiæ, neq; permanẽs in ea. *Nõ permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Et Psal. *Homo spiritus vadens & nõ rediens.* Secundo, dicitur quod Maria maior erat Angelo: tũ propter dignitatẽ naturæ, non quidẽ suæ, sed diuinę quã suscepit hospitio. Secundo, familiãritate diuina. Tertio, plenitudine gratiæ: ideo nil mirũ si Angelus eã salutat. Si enim ad eã inclinati sunt cęli, & rex cęlestis descẽdit ad eam humiliatus, quod innuebat Angelus, dicens: *Dominus tecũ*: quid debemus nos miseri, nisi visa eius imagine, vel audito eius nomine, ad eã inclinari? Ipsam enim adorãtes, filiũ eius adoramus in ea. Ps. *Adorate Dominum in atrio sanctio eius.* Et iterum: *Adorate scabellũ pedum eius, quoniam sanctum est.* Ista enim est porta, *ad cuius ostiũ populus terræ adorat in sabbatu*, quia sabbatũ specialis dies est beatissimæ virginis. Quo ad secundum, confortauit Angelus virginem, quæ turbata erat in sermone eius, dicẽs: *Ne timeas.* Sed hæc turbatio Mariæ. Primo, fuit pudoris. Inuerecunda & intrepida fuit prima mulier, quæ nõ pauebat aspectũ diaboli in specie serpẽtis. Hæc autẽ virgo etiam Angeli aspectũ pauebat & affatum. Vnde nec ei respondit verbũ. Primum verbum, quod Eua legitur locuta, fuit diabolo: econtra primum verbum, quod virgo legitur locuta, fuit Angelo. Ambros. Quãuis virgo humilis esset, præ verecundia tamen salutantem nõ resalutauit, nec vllum responsum dedit. Est enim verecundia proprie non virtus, sed status & perfectio virtutũ, & maxime in mulieribus commendatur. Inde cum dicitur: *Noli discedere à muliere sensata*, subditur quasi exponendo quid sit mulier sensata: *Gratia enim verecundiæ eius*, id est, gratiosa est verecundia eius, *super aurũ*, id est, melior auro. Vnde signum verecundiæ in ea fuit, cum quadam die vellet loqui filio suo, domum, in qua loquebatur, intrare, vel sermonem interrumpere non præsumpsit, sed foris stans reuerẽter expectauit. Secundo, fuit pauoris. Expauit enim virgo de lumine. Licet enim assueta fuisset videre Angelos, nõ tamẽ cũ tali lumine, ad denotãdũ, quod nõ est ita Angelicus, si virgo sit, quin expauescere debeat cõsortiũ hominũ, & quousq; eos probauerit, de eis dubitare. Ideo nõ respõdit ei verbũ, sicut pater suus Dauid, qui dixit: *Turbatus sum, & non sum locutus.* Repleuerat enim eã spiritus timoris Dñi. Bern. Maria turbata est in sermone Angeli, sed nõ perturbata, & hoc fortitudinis fuit; prudẽtię vero, quod non est locuta, sed cogitauit qualis esset ista salutatio. Tertio, hoc admira-

Psal. 98 *Psal. 28* *Ezec. 46* *Luc. 1.* *Gen. 18.* *Dan. 3.* *Psal. 54* *Gen. 6.* *Psal. 77.* *Psal. 103.*

c *Maria turbatio vnde processit*

Eccles. 7

admira-

mirationis fuit pro magnitudine eorum, quę ei nunciabantur. Orige. Si sciuisset ad aliū quēpiam similē factū esse sermonē, vtpote quæ habebat legis scientiā, numquā eā quasi peregrina talis salutatio terruisset. Comestor dicit, quod nouitate salutationis turbata cogitabat qualis esset ista salutatio. Adtollendū autē istā turbationē, dixit Angelus Mariæ: *Ne timeas.* Rationē subdit: *Inuenisti gratiā apud Deū.* Non enim habet aliquid timere, qui est in gratia Dei. Si enim Deus pro nobis, quis cōtra nos? Inuenit autē Maria gratiā propter munera. Solēt inferiores apud superiores propter munera gratiam inuenire, quia gratia non est nisi quædā inclinatio cordis personæ acceptantis ad personā, quę dicitur gratiā inuenire. *Victoriā, & honorē acquiret, qui dat munera.* Hoc simile videtur in natura. Arbor quantūcumq; augeatur in altū, & sit rectę staturæ, tamen eo ipso quod fructū à terra recipit, incipit ad terrā inclinari, & incuruari, & secundum quod maior & grossior fructus, eo amplius arbor inclinatur, in tantum quod quādoq; ramus onustus cū fructu sic inclinatur, quod frāgitur. Sic persona, quātumcūq; recta & vigorosa, ex quo munera recipit, ad dantē inclinatur, & à suo rigore frāgitur. Maria sola obtulit munera Deo Patri. Vnde paterfamilias de suo horto pro grato munere recipit fructus in duplici differentia: nouos scilicet & antiquos, noui in sua nouitate delectāt, veteres sua bonitate confortāt, & quādoq; infirmos sanāt. Ideo dicebat sponsa: *Omnia poma noua, & vetera seruaui tibi, dilecte mi.* Ista duo poma de arbore sui corporis sola virgo obtulit, scilicet pomū nouū virginitatis, & vetus fœcūditatis, quibus quasi gratissimis muneribus illectus spōsus dicebat: *Descēdi in hortū meū, vt viderē poma cōualliū.* Tertio, executus est Angelus officiū suum, explicādo causam suę legationis, cū ait virgini: *Ecce cōcipies in vtero, & paries filiū, & vocabis nomē eius Iesum: hic erit magnus,* nō solū sicut Ioānes Baptista apud Dñm, seu sicut seruus corā dño, sederit magnus Dñs, & laudabilis nimis. Sed dicet quis: Dñs factus est paruus in incarnatione, nō ergo magnus. *Minuisti eū paulominus ab Angelis,* quia paulo ante maior erat eis. *Exinaniuit semetipsum formā serui accipiēs.* Itē quare dicit: *Erit magnus,* qui semper æqualiter est magnus, nec habet vnde crescat? Respondetur: In incarnatione Dñs factus est magnus, & paruus: magnus in quantū Deus, paruus in quantū homo respectu diuinitatis. Et hæc est Dei magnificentia, qui cū nō haberet vnde creſceret, nostrā humanitatē fragilē sua magnificētia vsq; ad diuinā vnionē prouexit. Erit itaq; magnus nobilitate. *Quis Deus magnus sicut Deus noster.* Secūdo potestate. Erat enim vir porēs opere, & sermone. *Potestas eius potestas æterna quæ nō auferetur.* Tertio vtilitate. Ber. Paruulus natus est nobis; nobis, inquā, non Angelis, qui cū magnū haberēt, paruū nō requirebāt. Ergo natus est nobis & datus, quia nobis necessarius. Ideo de nobis nato, nobis dato faciamus propter quod natus est, & datus: vtamur nostro ad nostrā vtilitatem, de saluatore salutē operemur. Quarto, magnitudine nouitatis. *Nouum creauit Dñs super terrā.* Et Dionys. ait, quod est omniū nouissimorū nouissimū. Erit, inquā, magnus, id est secundū omnē modum magnus; secundum substantiā, quia Deus; secundū quantitatē, quia omnipotens; secundum qualitatem, quia summe bonus. Magnus secundum relationem, quia filius Dei; magnus secundum quando, quia æternus, magnus secundum vbi, quia vbique magnus; secūdum situm vel positionem, quia cælum sibi sedes est, & terra scabellum pedum suorum, sedens super Cherubin, & ambulans super pennas ventorum, magnus secundum habitum, quia vestimenta eius candida super niuem, qualia non potest fullo facere cādida super terram, & fortitudo, & decor indumētum eius, & indutus decore præcinxit se virtute; magnus magnitudine actionis, quia *in principio creauit Deus cælum & terram,* & opera fecit, quæ nemo alius fecit, & opera, quę ipse fecit, testimoniū perhi-

H Maria obtulit munera Deo patri.

Luc. 1. Pro. 22. Cant. 7. Cant. 6. Luc. 1. Psal. 8. Philip. 2 Luc. 1. Psal. 76 Dan. 7. *Christus magnus multipliciter & secundū omnia prædicamenta.* Hier. 31 Gene. 1.

Digitized by Google

perhibent, quia ipſe eſt magnus, & magni filius; magnus in paſsione, quia ipſe nouiſsimus virorum, vir dolorum, nec dolor ſimilis dolori eius, & ſic in omni prædicamento magnus & magnificatus.

Luc. 1. *Et dabit illi Dominus Deus ſedē Dauid, & regnabit in domo Iacob*, id eſt, in omnibus electis, quorum vniuerſitas intelligitur per domum & familiam Iacob, quæ tota recepta eſt in populum Dei: *in æternum*, hic per gratiam, & in futuro per gloriam. *Et regni*

Ibidem. 1. Cor 15 *eius nō erit finis.* Sed cōtra: *Erit finis, cùm tradiderit regnum Deo, & Patri.* Reſpondetur.

K Chriſti regnum æternū. Reges terreni, computare ſolent: Decimo vel viceſimo regni noſtri anno, & regnū eorū ſtatim finitur. A paſsione autē, per quam intrauit Chriſtus in regnum glorię ſuæ, vel ab incarnatione, quando coronatus eſt à matre ſua, & venit accipere ſibi regnum, & reuerti, cōputamus iam annū milleſimum quingenteſimum ſeptimum, & ſic ſemper vſque in aliud ſæculū. Pſal.

Pſ. 145 *Regnabit in ſæcula Deus tuus Sion.* Secundo dicitur, quod cum tradiderit regnū Deo, & Patri, tunc erit finis huius ſæculi, non futuri, in quo cum Patre regnat in æternū. Non enim erit finis nec quoad gentē,

Dan. 2. quia *regnum eius alteri populo non tradetur*; nec quoad legem, quia, ſecundum Auguſtinū, huius regni rex eſt veritas, lex eſt charitas. Charitas autem numquam excidit, & veritas Domini manet in æternum: imo & Chriſtus reſurgēs ex mortuis iam nō moritur. Tertio dicitur, quod licet regnū Iudæorum finem habuerit, non tamen Chriſtianorum regnum ſpirituale. Aliter enim inunctus eſt Saul, aliter Dauid, quia

1. Re. 10 *tulit Samuel lenticulā olei, & effudit ſuper caput Saul, & deoſculatus eſt eū, & ait; Ecce vnxit te Dominus ſuper hæreditatem ſuā in principem.* Lenticula eſt vas fictile, quadrangulum, habens foramen in latere, & ſignificat fragilitatē regni Iudęorū reſpectu regni Chriſtianorum. Nā Dauid noſter vere manu fortis, & aſpectu deſiderabilis vu-

2. Re. 16 gitur oleo ſūpto de cornu. *Imple cornu tuū oleo, & veni, mittā te ad Iſai.* &c. Regnum enim Chriſti & Chriſtianorū perpetuum eſt, quod intelligitur in cornu. De primo:

Dan. 9. *Cùm venerit ſanctus ſanctorum, ceſſabit vnctio veſtra.* De ſecundo: *Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ nō auferetur; & regnū eius, quod nō corrūpetur.* Quarto, certificauit Angelus Mariā de dubio ſuo, quia dubitabat de modo quo poſſet concipere Filiū Dei, viſo quod iā vouerat virginitatē. Ait ergo: *Quomodo*

Luc. 1. *fiet iſtud, quoniā virū nō cognoſco?* ac ſi diceret: Quomodo fieri poteſt, vt concipiā, & pariā, quæ in caſtimonia virginitatis cōtinuare vitā diſpoſui? Quomodo ſi dixerit quis: Vinū non bibo, nō poſſum calicē hūc guſtare, hoc eſt, votū habeo vinū nō bibere. Et tale eſt iſtud: Nazaręi comā nō incidūt, id eſt, votū habēt nō incidēdi. Sed quæritur: Quæ fuit cauſa Mariæ motiua ad hoc, vt voueret virginitatē, cum tamen nulla ante eam legatur hoc feciſſe, & maledictū legis ad oppoſitum inclinaret, & opprobrium plebis? Reſpōſio. Triplex potuit eſſe motiuum. Primum diuina inſpiratio. Pſal. *Dominus dabit benignitatē, & terra noſtra*

L Mariā tria mouerunt ad votū virginitatis. Pſal. 84. *dabit fructū ſuū*, benignitatem, id eſt, benignum affectū, quod fuit, quando votum perpetuæ virginitatis inſpirauit, & terra noſtra, ſcilicet Maria, quę dono Dei noſtra eſt, dabit fructū ſuū, id ſibi congruū. Soli enim virgini cōgruebat parere Deū, & ſoli Deo matrē habere virginē. Pſal. *Audiā* Ibidem. *quid loquatur in me Dominus* Deus, inſpirādo affectum, *quoniam loquetur pacē in plebē ſuā.* Illa eſt pax, quam quærebant veteres patres, dicendo: *Veniat pax, & requieſcat in cu-* Eſai. 57 *bili ſuo*, ſcilicet in vtero virginis, & tunc Maria aperuit os ſuum ſapientiæ, exprimendo votum Domino. Nouerat enim diuinitus inſpirata, Filium Dei deſiderare virginitatem, in qua paſceretur. *Dilectus* Cant. 2. *meus mihi* erit in ſponſum, *& ego illi* in ſpōſam, *qui paſcitur inter lilia*: quaſi diceret: Lilia virginitatis deſiderat, lilia ei voto Nota. exhibeo, duplicē ſcilicet virginitatē, mētis, & corporis, quod notatur per lilia in plurali. Secundum motiuum potuit eſſe frequens monitio Angelica: frequenter enim ab eis viſitabatur. In cuius ſignū nō eſt turbata in viſione Angeli, ſed in inſolita ſalu-

Digitized by Google

ta ſalutatione, & in lumine grandi, ſicut canit Eccleſia: Et expauęſcit virgo de lumine. Poterant enim ei Angeli ad memoriam reducere illud cantici Dauid patris ſui. (Nam & intelligebat ſcripturas. Adimpleuit enim eam Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus.) *Audi filia*, quę dicentur tibi per Angelicam viſitationem, *& vide*, quæ, qualis, & quãta ſis, vt ſis digna portare Deum in vtero, vt humilieris, & dicas: *Ecce ancilla Domini, inclina aurẽ* Pſal. 44. *tuam* ad cõſenſum, dicens: *Fiat mihi ſecundũm verbum tuum, & obliuiſcere populum tuũ,* Luc. 1. *& domum patris tui*, non quærendo prolem ad conſeruandum domum tuã, ſed obliuiſcere per votũ virginitatis, quia breuis ille in volatilibus apis florẽ illum requirit. Et quia nouum fecit Maria in terra Hier. 31 vouendo virginitatem, ſic in ipſa *nouum fecit Dominus ſuper terrã, quando fœmina circumdedit virum*. Et quia pro amore virginitatis maledictum ſterilitatis & hominum cõtempſit, ſumma benedictione remunerata eſt in conceptu Saluatoris, dicente Angelo: *Benedicta tu in mulieribus*, Luc. 1. quia illis, qui maledicta hominum nõ reputant propter Deum, retribuit benedictionem pro maledictione. *Beati eritis, cum* Matt. 5. *maledixerint vobis homines.* Pſal. *Maledicent* Pſal. 108 *illi*, ſcilicet amatores mundi, *& tu benedices.* Quia quando factus eſt mundus, benedicta eſt fœcunditas, vt multiplicarentur homines: poſtea quando ab vno populo agnitus eſt Deus, maledicta eſt apud populum ſterilitas, vt multiplicarentur fideles: nouiſsime, quando venit tempus, quod Deus ab hominibus coleretur, benedicta eſt virginitas, vt ad vitã cœlibem à carnis opere fideles prouocentur, vt ſi- Gene. 1. cut dictum eſt à principio: *Creſcite & multiplicamini, & replete terrã*, ſic nunc dicatur: Creſcite & multiplicamini, & replete cęlum. Tertium motiuum potuit eſſe, ſecũdum opinionem Ioan. de Gerſon in Ioſephina ſua, frequẽs allocutio ſanctorum Patrum, qui tunc degebãt. Dum enim in templo nutriretur Maria inter filias, quę erant de ſemine Dauid, vt iuxta vaticiniũ prophetarum notum fieret vnde procederet, qui promiſſus expectabatur in lege: tunc ad eam veniebant Zacharias & Eliſabeth cognata, dum viſitarẽt tẽplum, dicentes ei: O filia noſtræ ſtirpis clariſsima proles, ſi vitam tanta virtute nobilitares, vt poſſes eſſe illius mater, quem virgo concipere debet, iuxta Eſaiæ prophetiam, & virginitatis propoſitum cuſtodires, forſitan generares Deum, & hominẽ. Iam enim tempus aduenit, iam regnum Iſrael ad alienigenam tranſijt, vt impleatur prophetia Iacob, vt veniat, qui mittendus eſt. O ſi poſſes filia huius doni particeps eſſe. Super ueniebat & ille ſanctus Symeon, dicens: O virgines Deo dilectæ ex ſemine Dauid procreatæ, quæ erit inter vos illa quæ digna fuerit portare redẽptorem mũdi? Certus ſum quod nõ deponã onus carnis, donec ſuſcepero eũ, qui renouaturus eſt mundũ; eũ, qui eſt delicię totius orbis. O ſi quę digna fuerit virgo eſſe mente & corpore, vt poſsit eſſe mater Dei, & hominis. Neque enim alius partus decet Deũ. Sic multi alij ſcribę, & ſancti, & deuoti tũc virgines illas hortabãtur. Tunc ante ſolis ortũ melodizabãt ſanctę volucres animę deuotę, quaſi ſalutãtes ſolẽ ad ortũ ſuum. Quibus monitis accẽſa, vt creditur, virgo permanere diſpoſuit. Quia ergo ſtante tali propoſito & voto virginitatis dubitabat quomodo cõciperet Saluatorẽ, fuit certificata ab Angelo, quod nõ violaretur votum ſuũ; quia nõ ex ſemine virili, ſed operatione Spiritus ſancti cõciperet: *Spiritus ſanctus* (inquit) Luc. 1. *ſuperueniet in te*, id eſt ſuper illud quod habes de plenitudine eius in te, vt ſicut olim impleuit mentem, nunc præſentia Filij Dei impleat ventrem. *Sponſam vocauit ſe* Hier. 11 *Dominus*, ſcilicet Pater, *ad vocem loquelæ grandis*, ſcilicet Angeli, *exarſit in ea ignis*, ſcilicet Spiritus ſancti, incendẽs & ventrẽ & mẽtẽ igne diuini amoris. Pſ. *Deus in domi-* Pſal 47 *bus eius*, ſcilicet vẽtris & mẽtis Mariæ, *cognoſcetur, cũ ſuſcipiet eã*, ſcilicet humanitatẽ. *Et virtus altiſſimi obũbrabit tibi*, id eſt, faciet Luc. 1. vmbram tibi, vt ſicut vmbra refrigerat

Digitized by Google

ab æstu solis, sic diuinum verbum in sua conceptione refrigeret virginẽ, remouendo ab ea omnem æstum concupiscentiæ. Beda: Concupiscẽtiæ in te non erit æstus, vbi vmbram faciet Spiritus sanctus. Item sicut vmbra deriuatur à corpore absque corporis læsione, sic Christus processit ex virgine absque sui & matris grauamine. Beda: Virtus vegetans, vmbra refrigerãs. Quinto, docuit Angelus fideliter virginẽ, vt crederet Spiritum sanctum posse sine semine viri formare corpus Filij Dei, & hoc per exemplum Elisabeth, quæ iã sterilis naturaliter, cõtra possibilitatem naturæ conceperat. Sexto, Angelus humiliter expectauit responsionẽ virginis, quousque ipsa consentiret, & diceret: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi*, &c. Nihil enim poterat fieri sine consensu eius. Et non solum Angelus, sed etiã tota Trinitas expectabat virginis responsum. Ad hoc enim, vt Saluatorem cõciperet, non tantum sufficiebat credere quod futurũ promittebatur, sed etiã consentire vt fieret, quę duo, scilicet fides & consensus, requiruntur à paruulo baptizando, cum dicitur: Credis in Deum Patrem? & deinde quæritur, Vis baptizari? Ideo exigitur consensus Rebeccæ priusquam adducatur ad Isaac. Ad consensum istum facta est pax hominis ad Deum, & in supplicatione sua audita est humana natura, quæ dixit: *Veniat pax, & requiescat in cubili suo.* Et ibidem sequitur quod dixit Pater: *Creauit fructum labiorum* (Mariæ) *pacẽ ei qui prope*, id est, Angelo, *& ei qui longe*, id est, homini. Ista est *pax hominibus bonæ voluntatis.* Ad hunc consensum concepit Filium Dei, & præcessit verbum humilitatis gratiã conceptionis, *Gloriam præcedit humilitas.* Humilitas enim eius fuit vorago virtutum. *Congregentur aquæ in vnum locum*, scilicet in Mariã tamquam in humiliorem locum, *& appareat arida.* Congregatæ sunt aquę in vnum locum, quando dictum est ei: *Gratia plena*, apparuit arida, quando dixit: *Ecce ancilla Domini.* Os enim suum tunc aperuit sapientiæ, & sapientia intrauit in vterum eius. Venit Gabriel quærens hospitiũ, & audita tanti hospitis magnificentia, respondit: Nolo esse domina, sed volo ei ministrare vt ancilla. Quo concessũ rex glorię, quasi de prope subsequens camerariũ suum, de altitudine suæ maiestatis descẽdit in domum vteri virginalis. Hæc duo, humilitas & fidei consensus, sunt duo illa minuta, quæ posuit paupercula mulier in gazophylacium humanæ naturæ, plus ponens quàm quæcũque diues, eo quod plus meruit quã omnes Angeli & homines, qui certos gradus meritorum accipiunt. Hæc autem præter hęc meruit hoc consensu mater Dei appellari, regina cæli, thesauraria gratiæ, & sic de alijs. Primũ minutum fuit humilitas, qua se minutam sua æstimatione faciebat, de qua dicitur: *Ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutem*, id est humilitatem. Talibus enim apertũ est ostium paradisi, quia *humilẽ spiritu suscipiet gloria.* Secundum minutum est fides, quæ comparatur grano sinapis. Hæc duo minuta posuit Maria in gazophylacio, quod est Christus, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei abscõditi.* Primũ, quãdo dixit: *Ecce ancilla Domini.* Secundũ, quando dixit: *Fiat mihi secundùm verbum tuum.* Et ideo non est factum tale opus in vniuersis regnis cælestium, terrestrium, & infernorum, quia nec primam similem visa est nec habere sequentem.

Luc. 1. Gen. 24. Isai. 57 Ibidem. Luc. 2. Prou. 15 Genes. 1 Luc. 1. Mar. 12 Apoc. 3 Prou. 29 Luc. 17 Coloss. 2. Luc. 1.

N Maria minuta duo humilitas & fides.

DE EODEM FESTO, SER. V. & in ordine LXXVIII. Per Thema.

Ecce nunc dies salutis. Singulariter tempus salutis est hodie, quãdo initium salutis nostræ recolitur, & secundũ Ecclesię recordationem salus virgini mãdatur, quãdo natura saluatrix naturæ salnandę in thalamo vteri virginei sociatur, quando inuentus est verus Moyses Christus in fiscella scirpea. Non ille, qui saluatus est in aquis & per aquas, sed qui nos saluat per aquas baptismi & tribulationũ suarum. Sed dices: Quid prodest celebrare initium nostræ salutis ei, qui adhuc est in sta-

2. Cor. 6 Exod. 2.

Digitized by Google

in ſtatu damnationis? Quid prodeſt quod ſalus virgini mandatur, & ei à iuſtitia diuina dãnatio impartitur, cui tenet gladiũ euaginatum ſuper caput? Reſpõdetur, ei qui nondũ initiauit ſalutẽ, hodie oportunũ tẽpus eſt initiandi eã. Qui enim hodie deſcẽdit in virginem propter peccatores, paratus eſt deſcẽdere in ipſos peccatores; & virgo, quæ hodie propter peccatores tantũ honorẽ ſuſcepit, vt fieret mater Dei & regina mũdi, parata eſt iuuare peccatores ad ſaluté. Si enim nõ eſſent peccatores, nõ fuit neceſſe ipſam parere Saluatorẽ. Poſtquã enim, ſenſit Dominus virginis vterum & lac virgineũ, leo mutatus eſt in agnũ mãſuetũ, & ſequitur matris cõditiones, & tamquã paruulus iratus cito pacatur, qui ab vtero matris aſportauit manſuetudinẽ. *Propter Heſter*, id eſt, ſalutẽ naturæ humanę, *conuertit Deus cor regis in mãſuetudinẽ*. Cant. 5. *Bibi vinũ cum lacte meo*, id eſt, tẽperaui vinum rigoris lacte dulcedinis, quod ſuxi à matre. Hæc eſt oliua virens, quã vidit Zacharias propheta. Quæ oleum nobis eliquauit, quod poſtea infuſum eſt in vulneribus ſauciati. Ipſa eſt fauus melleus, cui dicitur: *Fauus diſtillans labia tua*, qui ſi bene compreſſus fuerit tactu labiorum deuote orantis, dulcedinem melleam facile diſtillabit. Ipſa eſt vellus Gedeonis madefactum rore gratiarum, quod expreſsione leuiſsima ſuper terram cordis facile diſtillabit. Ipſa virga gracillima per humilitatem & paupertatem, quæ flatu auræ tenuis, id eſt, humilis ſalutationis vel orationis facile poterit inclinari, inclinata vero ſecum afferet florem & fructum ſuum. Salutemus ergo eam deuote, & ſalutata aliquod ſuę gratiæ fragmentum nobis impartietur. Si quis aſsidue aliquem potentem, licet ſuperbum, ſalutaret, non eſſet tam illiberalis, quin ſalutatorem ſuum aliquando reſalutaret, ſaltem victus importunitate, iuxta illud: *Erubeſce à ſalutantibus de ſilẽtio*. Numquid magis naturæ indignantis erit miſericordiæ mater mulierum humillima? Et cum hoc, ſi nos, qui ludimus perſonagium fatuarum virginum, ad ipſam tamquam prudentem virginem conuertamur, dicentes: *Date nobis de oleo veſtro, quia lampades* rationis *noſtræ*, & virtutũ animæ *extinguuntur* per peccatum, illa dabit cito, & abundanter. Igitur dicamus ei: Aue.

A Incarnationis & annunciationis dies eſt compoti oportunum ad initiandam ſalutẽ peccatoribus.

Heſt. 15.

Cant. 5.

Zach. 4.

Cant. 4.

Eccli. 41

Mat. 25

Sicut initium omnium ſolemnitatum ſynagogæ à luna incipit, vt patet in Paſcha eorum, quod celebratur circa plenilunium, iuxta illud: *A luna initium dies feſti*; ſic initium omnium ſolemnitatum Eccleſiæ incipit à ſole æterno de cælis deſcendente in mundũ. Ideo conſiderãdum eſt quanta ſit iſta ſolemnitas. Eſt enim ſolẽnitas Dei Patris, qui Filio ſuo in deſponſatione humanæ naturæ nuptias fecit, vbi Spiritus ſanctus opus mirificum (hoc eſt Gallice, *vng chef d'œuure*) fecit, quod ideo attribuitur Spiritui ſancto, quia hodie incepit oſtendere ſingularem benignitatem humano generi. Hodie eſt Mariæ ſolemnitas, quæ à Patre in filiam, à Filio in matrem, à Spiritu ſancto in ſponſam eſt recognita & aſſumpta. Hodie eſt ſolemnitas humanæ naturæ, quia eius ſalus, redemptio, & recõciliatio incepit, & hodie vſq; in Deum eſt ſublimata. Hodie nouã obedientiã ſuſcepit Filius à Patre de noſtra peragẽda ſalute. Hodie à ſũmo cęlo egrediens exultauit vt gigas, ad currendã viã noſtræ ſalutis, ſe recludẽs in clauſtro vteri viginalis. Hodie factus eſt quaſi vnus ex nobis, & frater noſter, & cœpit peregrinari nobiſcũ. Hodie lux vera de cælo deſcendit ad fugandas noſtras tenebras. Hodie in ſignũ ſanitatis humanę naturę, ſol in horologio Achã decẽ lineis deſcendit, id eſt, in ordine creaturarũ nouẽ angelorũ ordinibus prætermiſsis vſq; ad decimã, quæ ſcilicet decimum gradũ tenet, ſcilicet naturam humanã, deſcẽdit. Hodie verus Aſſuerus tertio imperij ſui anno ingreſſus eſt hortũ, qui regio cultu cõſitus erat, & ibi parari fecit conuiuiũ omnibus de familia ſua, quãdo Deus Pater tertio anno imperij ſui, ſcilicet poſt tẽpus legis naturę, & ſcriptę, in horto virginis culto,

B Incarnationis & annũciationis ſolemnitas eſt Patris, Filij, & Spiritus ſancti, Mariæ & humanæ naturæ.

Eccli. 43

Digitized by Google

& ſanctificato manu Dei fecit parari ſibi cõuiuiũ, id eſt corpus Chriſti, quod eſt Catholicorũ conuiuiũ. Hodie ſiquidẽ panis ille viuus, qui dat vitam mundo, in vtero virginis cõfectus eſt, ſed in cruce quaſi in clibano decoctus. Hodie impleta ſunt præambula figurarũ, documenta ſcripturarũ, & deſideria prophetarum, propter quod etiã Chriſti aduẽtus plenitudo tẽporis dicitur. Hodie eſt principiũ & fundamentũ ſolẽnitatũ totius anni. Nã vſque nũc indignatus erat Dñs cõtra genus humanum propter tranſgreſsionẽ primã, ſed amodo videns filiũ hominẽ factum, nõ iraſcetur vlterius in æternũ. Vere ergo dici poteſt
2. Cor. 6 hodie: *Ecce nũc dies ſalutis*. Quod hodie ſit dies ſalutis, patet in Euangelio ex tribus. Primo, quia hodie ad virginem nuncius ſalutis mittitur, in principio. Secũdo, verba ſalutis virgini mãdantur, & proponũ-
Luc. 1. tur, ibi; *Et ingreſſus Angelus*, &c. Tertio, auctor ſalutis concipitur, ſecundum angelicum promiſſum, cum ait virgini Ange-
Ibidem. lus: *Ecce cõcipies, & paries filiũ, & vocabis nomen eius Ieſum*. Hodie ergo mittitur nuncius ſalutis ad virginem, ad nunciandum
Ibidem. opus ſalutis noſtræ. *Miſſus eſt* (inquit Euãgeliſta) *Gabriel Angelus*. Circa hoc quęritur,

C *Angelus quare miſſus eſt ad Mariam, non prophetam*

quare ad Mariã mittitur Angelus, nõ propheta. Videtur, quod non debuerit mitti Angelus, quia videtur eſſe hoſtis humani generis, vt patuit in eiectione hominis de paradiſo facta per Angelum tenentem gladium. Itẽ in ſubuerſione Sodomitarũ. Reſpondetur, quod propter quatuor miſit Deus Angelum. Primo, ad quærendũ ſibi hoſpitium. Cum princeps vult arripere iter alicuius lõginquæ peregrinationis, ſolet mittere ad loca, in quibus debet iacere; vt prouideant ei de meliori hoſpitio ciuitatis. Sic Filius Dei venit in mũdum, ibi contrahere lõgam morã, & quia non cõſueuerat habere malũ hoſpitium, voluit ſibi de bono hoſpitio prouideri. Ad hoc nil mirũ ſi miſit Angelũ tamquã valde prudentẽ, qui ſibi de meliori hoſpitio mũdi prouidit, hoſpitã ſalutãs. Secũda ratio, vt acciperet ab ea cõſenſum, quia nec lex, nec ius, nec mos habet, vt quis ſponſam accipiat quantæcũque auctoritatis exiſtat, niſi ſuper hoc prius virginis, quam deſiderat, conſenſum requirat, & iure cauetur, quod non contrahitur matrimonium niſi de vtriuſque conſenſu. Ideo Deus volens habere ſpõſam in hoc mũdo, ex qua filiũ haberet in carne humana, nequaquã hoc ſine cõſenſu virginis fieri voluit. Miſit igitur ad eã tota Trinitas Gabrielẽ quaſi ambaſsiatorẽ. Vade (inquit Pater) ad virginẽ illã, & dic ei, quia ipſam eligo in ſponſam, ipſam ſuper omnes creaturas diligo, ipſius amore vulneratũ eſt cor meũ. Vade, ait Filius, & dic ei quia ipſã in matrẽ eligo, & paſsibilẽ carnẽ de ea ſuſcipiã, eroque ei amoroſus filius, ipſaque mihi dulciſsima mater. Vade, inquit Spiritus ſanctus, & dic ei, quia ego ſecũ ero, & operatione mea virgo cõcipiet, virgo pariet, virgo in æternũ permanebit. Ad quæ tria reſpõdit virgo: Dicis, quia ſponſa ero Altiſsimi per gratiã, ecce parata ſum obedire: dicis, quod ero mater Dei, *ecce ancilla Dñi*: dicis, quod Spiritus ſanctus hoc operabitur, *fiat mihi ſecũdũ verbũ tuũ*. Tertia ratio, vt eo ordine repararetur humana natura, quo fuerat perdita. Fuerat enim perdita (ſecundũ Bedã) primo, diabolo deſtinãte; ſecũdo, ſerpẽte exequẽte, dialogo interueniẽte, muliere conſentiente. Sic reparari oportuit Patre mittẽte, Angelo exequẽte, dialogo interueniẽte, & Maria cõſentiẽte cõſenſu oppoſito Euę. Nã Eua dixit, Ego occidã. Maria, Ego viuere faciã. Eua, Ego percutiam. Maria, Et ego ſanabo. Serpens dixit Euę: *Eritis ſciẽtes bonũ, & malum*, & ei promittit
Luc. 1. Gen. 3. ſcientiam: Angelus vero Mariæ verbum diuinum; & hoc eſt, quod dicit Pſal. *Dies diei eructat verbũ*, Angelus Marię: *& nox nocti, ſerpẽs* Euę *indicat ſcientiã*. Nã ſicut regina Vaſthi turbauit Aſſuerũ regẽ per ſuperbiam, ita Heſter placauit eũ per humilitatẽ: & ſicut per fæminã exceſſus trãſgreſſionis. *A muliere initium omnis peccati*, ita per
Pſal. 18 Eccli. 25 fæminam exceſſus reparationis. Peccatum enim à muliere incepit, quia volens

tor-

Digitized by Google

ramũ rectũ ſtipiti affixũ incuruare, contorquere, aut auellere, non incipit à parte rami fortiori & groſsiori, qua ſtipiti immediate adhæret, ſed à parte rami fragiliori, quæ facile inclinatur & incurua-tur, & mediante illa propter coniunctionem totum ramum incuruat & inflectit, imo trahendo à ſtipite ſæpe ramũ auellit. Sic dæmon volẽs hominem à rectitudine iuſtitiæ originalis & à Deo auellere, non cœpit ab Adam, qui erat fortior, & Deo propinquior, inquantũ immediate à Deo formatus, ſed à muliere: & ſic virũ traxit ad peccatum, & à Deo ſeparauit. *Mulier pretioſam viri animam capit*. Quarta ratio, vt tollatur homini occaſio malignandi. Cum enim Angelus malus occaſio fuiſſet perditionis humanæ, conueniens fuit mittere Angelum, qui eſſet occaſio ſalutis, ne haberent homines occaſionem odiendi Angelos, vel minus diligendi. Ex malignitate enim cordis humani cõtingit, cum quis offenditur ab aliquo, vt omne genus illius odiat, vel minus diligat: & ſicut Dei benignitas citra condignum punit, ſic humana malignitas ſupra condignum punire cupit, vt ſi vnus religioſus vel clericus ſit malus, omnes illius ordinis ſtatim inculpantur, quibus timendum eſt illud Matthæi: *Eadem mẽſura, qua menſi fueritis, remetietur vobis*: quia cum iudicando excedant, abundanter in eos iudicabitur. Secundo, notatur locus, ad quem mittitur, quia *in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth*. Ibi quæritur: Quare eſt, quod Dominus in humili ciuitate concipi voluit, & pati in ſublimi? Reſpõdetur. In hoc nobis innuitur Chriſtum in humilitate concipi & nutriri, ſed in ſublimitate perdi. In alto enim tamquã ventis expoſitus Chriſtus durare nõ poteſt. *Conſidera Iſrael pro his qui mortui ſunt ſuper excelſa tua vulnerati. Inclyti Iſrael ſuper montes tuos interfecti ſunt*. Montes & excelſa Iſrael ſunt prælationes Eccleſiæ, in quibus fortiſsimi moriuntur. Item cum in Nazareth nutritus ſit & conceptus, raro tamen ibi virtutes feciſſe vel prædicaſſe dicitur, innuens, quod quamdiu ſumus in Nazareth, id eſt in flore, hoc eſt in conuerſionis initio, non eſt bonum aſſumere onus operis tamquam directorem. *Non arabis in primogenito bouis, nec tondere oportet primogenita ouium*. Sed in Nazareth primum legitur expoſuiſſe ſcripturam ſacram, & nullos infirmos, vel paucos, ibi curaſſe, innuens, quod ad corporalia ſubſidia impendenda non debemus temere aſſici erga domeſticos carnis noſtræ, ſed doctrinam ſpiritualem & obſeruantiam Euangelij potius eis impendere quã alijs. Vanus eſt enim omnis amor proximi, ſi non referatur ad amorẽ Dei. Item in loco humili Maria pauper & humilis fœcundatur. In quo notatur pauperes Eccleſias à Deo fœcundari. Sola enim illa beneficia, quæ parua ſunt in redditibus, hodie dantur propter Deũ: adeo vt ſi quis propoſuerit aliquid dare propter Deum, expectet alicuius pauperis beneficij vacationem, cum tamen *maledictus ſit & doloſus, qui habens in grege ſuo maſculum, & votum Domino faciens, immolat Deo debile*. Sic ex corruptione beneficia ditiora imprægnãtur, & magnæ prælationes ex corruptione concipiunt, nõ ex ſpiritu Dei, ſed humana procuratione in illas intrãdo. *Quod enim natũ eſt ex carne, caro eſt*.

Tertio, deſignatur illa ad quã mittitur, quia *ad virginem deſponſatam viro*, &c. Vbi quæritur primo, quomodo virginem eam appellat ſcriptura, Chriſtus vero in paſſione nomine mulieris eam appellat. Sed hoc ideo, quia primus Adã vxorem ſuam primo vocauit viraginẽ, quia de viro ſuo ſumpta erat, poſt peccatũ mutato nomine vocat eã Euã, quod interpretatur vita, improperãs ei quod vitã perdidiſſet. Cũ autem impoſuit Adam nomina beſtijs, non ſunt mutata, ſed *omne quod vocauit Adã anima viuentis, ipſum eſt nomen eius*. Sed non ſic de muliere, cui nomẽ fortitudinis non remãſit. Ecõtra Chriſtus nomine infirmitatis non fortitudinis matrem ſuam vocat, vt quãtumcumque ſit aliquis perfectus, nõ credat facile ſibi nomen fortitudinis

Deut. 15

Luc. 4.

Mala. 1.

Ioan. 3.

Gen. 2.

Beneficia parua ſola dantur propter Deum.

Mariã Lucas virginẽ, Chriſtus mulierẽ appellauit, & quare.

Ps. 6.

Mat. 7

Luc. 1.

Chriſtus quare conceptus in humili ciuitate, & paſſus in ſublimi.

2. Reg. 1

tudinis deberi aut imponi. Hieremias:
Hier. 20 *Maledictus, qui nunciauit patri meo, dicens: Natus est tibi masculus.* Si ergo Christus vocet te infirmum, ne desperes; si vetus Adam vocet te fortem, ne præsumas, sed ad scripturam recurras, quia Mariam, quam Christus mulierem vocat, scriptura virginem dixit. Si enim voceris fortis vel sanctus, istud est ex ore veteris Adę, si infirmus vel peccator, istud est ex ore noui Adæ. Parcit ergo Dominus interim laudare vel magnificare suos, sed in futuro tunc laus erit vnicuique à Deo, cum extra discrimina quisquis erit. Secundo quæritur, vtrum decebat redemptorem mundi de virgine nasci. Dicitur quod sic, quia decebat redemptorē, vt cum Deo iustus esset, & cum hominibus mortalis: ideo necesse erat eum habere matrē virginem, vt in matre mortali cōciperetur mortalis, & in virgine cōciperetur iustus. Præterea necesse erat, vt qui per matris corruptionem conciperetur, in originali peccato conciperetur, & sic peccator. Nullus autē peccator alium peccatorē saluare potest,
Eccli. 51 cum in eadem damnatione esset. *Respectus eram ad adiutorium hominū, & non erat.* Præterea, cōgruum erat, vt sicut primus Adā de terra virgine formatus est, sic secundus Adam de matre virgine secundum hominem formaretur. Vinum enim illud nouum, quo delectantur Angeli, non erat mittendum in vtrem veterē. Quomodo enim vas confractum Dei sapientiā con-
Eccli. 21 tineret? *Cor fatui quasi vas cōfractum, omnem sapientiā non tenebit.* Noluit propterea Dominus redemptionem, quā mittebat populo suo, in saccū pertusum ponere. Aug. Saccus pertusus corpus delicijs expositū.
Claudianorum & Heluidianorū error In hoc confunditur Claudianorum error, qui Mariam blasphemantes vnà cum Heluidianis, dicunt eam ex Ioseph plurimos habuisse filios, quos, vt dicit Bonau. dist. 30. quarti in expositione, damnauit Christus in morte sua, quando Mariam Ioāni commendauit, & dedit eam sibi in solatium, quod non fecisset, si alios filios habuisset. Contra hos & Hieron. scripsit.

G *Christū redemptorem quomodo decebat de virgine nasci.*

Vnde dicitur: *Effudit iliam super omnia opera sua, & super omnem carnem*, scilicet lucem Mariæ, & nihil inquinatū incurrit in illā: sicut apparet in radio solis, quem neque ignis comburit, neque aqua emollit, neque gladius scindit, nec vitrum obsistit. Tertio quæritur: Quare voluit Dominus nostræ salutis exordiū à muliere incipere? Respondetur, quod hoc Deus fecit ad honorandum sexū muliebrē. Dicit enim Bona. quod sexus virilis muliebrē excedit in tribus, & quartum superaddemus. Primo, quoad dignitatē in principiādo, quia omnes tam viri quā mulieres ex vno viro fuerunt. Sed Maria in hoc excessit, quod ille, qui est sine fine, & sine principio, *qui est alpha & omega, principium & finis,* qui est primus & nouissimus, quantū ad humanitatem ex ea sumpsit principium, vt sicut mulier producta est ex solo viro, sic Dominus ex sola prodiret muliere. Secundo, excedit quantum ad virtutē in agendo, quia viri est agere, mulieris pati: ideo vir plus habet de virtute actiua. Inde Philo. dicit li. de animalibus, quod fœmina est mas occasionatus, id est, imperfectus. Sed Maria in hoc excessit, quod cū omnipotentia Spiritus sancti sola cooperari potuit ad formationē corporis Christi. Tertio, quantū ad auctoritatē in præsidendo. Nam secundum ordinē naturę nō mulier viro, sed vir mulieri præficitur. Sed Maria excessit, quia ille, cui flectitur omne genu, subditur illi. Quod numquā alteri creaturæ concessum est, aut concedetur. Tum etiā apparet auctoritas, quia regnorū ambassiatæ nō reginis sed regibus mittuntur. Rex autē Deus ad eā suū nunciū misit. Tum etiā, quia Eua superbiendo caput extulit, & ideo contritū est in lumine portæ exitus paradisi. Maria vero super omnes se humiliauit: ideo neq; vir datus est ei vt caput, sed vt custos, & testis virginitatis eius. Quarto, superadditur excessus viri supra mulierē in sapiētia & prudētia. Hinc Adā per suā sapientiā omnibus animantibus nomina imposuit. Hæc autē omnes ante ipsam sapiētia

H *Virilis sexus muliebrē excedit in quatuor*

Eccli. 24 *Aperit*

longe

longe præcesſit. In doctrina enim inuentiua dicit ei Angelus: *Inueniſti gratiam apud Dominũ*, id eſt, tã ingenioſa & ſubtilis fuiſti, vt quod cæteri numquã inuenire potuerũt, tu ſola inueniſti. Si autẽ laudatur Adã, quod omnibus brutis nomina impoſuit: hæc autẽ filio Dei, quia in Euãgelio, *Vocabis nomẽ eius Ieſum*. Similiter etiã in agibilibus, quando cum Angelo, cũ Deo, cum hominibus degens tã prudenter ſe geſsit, vt ſine quacumq; nota aut reprehenſione vitã duxerit. Quarto, quia dicitur in textu: *Deſponſata Ioſeph*, quæritur, quare voluit eam Dominus deſpõſari fabro, non vſurario, vel burgenſi otioſo. Reſpondetur, vt ſic ſtudeas filiam tuam maritare. Sicut enim amygdalus ſalice præualet, & equus porco, ſic homo vtiliter operans homine otioſo. Prius tamen dicitur virgo quã deſpõſata, per quod inſinuatur virginitas præferẽda eſſe matrimonio, licet vtrumque ſit cõmendabile. Voluit enim eã Deus eſſe in ordine matrimonij, vt per eã matrimoniũ honoraretur, & ſub pallio matrimonij diuina proles occultaretur. Væ igitur cõcubinarijs & meretricibus, qui potius eligũt eſſe in cõfuſione diaboli quã in ordine matris Dei. Væ etiã adulteris, qui palliũ matris Dei nõ timẽt inquinare. Et ſicut per Mariam, ita & per bonã mulierẽ venuſtatur ordo matrimonij, & per malã inquinatur.

Luc. 1.

Ibidem.

Ibidem. Maria data deſponſata eſt fabro non dimiti.

SER. VI. VNDE SVPRA, ET in ordine LXXIX. Per Themata præced.

SEcundum Ambroſium in Hexameron, Luna plena mater eſt roris, quia tunc ros copioſe deſcendit. In natiuitate autem lunæ, luna facit duo cornua, quæ nulla virtute naturali videtur poſſe adinuicẽ coniungi, nec coniũguntur, donec luna plena ſit. Priuſquã diuinitas humanitati iungeretur, natura humana erat ſicut luna vacua, cuius duo cornua, ſcilicet humanitas & diuinitas, erãt ſic ab inuicẽ ſeparata, & nulla virtute creata poterant ad inuicẽ coniungi, ſed hodie coniuncta ſunt, quãdo luna, id eſt Maria, plena fuit, & tũc ros gratiæ de cęlis maxime cecidit ſuper terrã. Func terra noſtra inanis & vacua, & quæ nihili erat, ſummo bono repleta eſt, vt ſicut per primũ peccatũ ad nihilum deductus eſt in cõſpectu eius malignus, ſic per eius immẽſã bonitatẽ cõtineret omnia, qui nihil erat prius. Fuit enim terra noſtra capax triplicis formæ. Primo, cuiuſdã quæ principiũ habet & finẽ, qualis eſt omnis quæ producitur per generationẽ. Secũdo, formæ quę principiũ habet ſed nõ finẽ, qualis eſt rationalis anima. Tertio, formæ quæ nec habet principiũ nec finẽ, vt perſonę diuinę. Quãdo perficitur prima & ſecunda, licet nõ ſit inanis, iuxta illud Pſ. *Qui nõ accepit in vanũ animã ſuã*, tamẽ adhuc eſt vacua, comparãdo primã ſecũdæ, & ſecundã tertiæ, cum omnis creatũra cõparata creatori nihil ſit. Sic cõparabat, qui dicebat: *Aſpexi terrã, & ecce vacua erat, & nihili.* Sed quãdo perfecta fuit per tertiã, nec vacua fuit, nec nihili, ſed repleta eſt vſq; ad ſummũ. Pſ. *Impleta eſt terra poſſeſſione tua.* Cũ igitur terra Mariæ ſic repleta fuerit, dicamus ei: *Replebimur in bonis domus tuæ*. Ingrediamur ergo ſalutantes eam, & dicentes: Aue.

A Forma triplex, cuius terra ſuit capax.

Pſalm. 29.

Hier. 4.

Pſ. 103.

Pſal. 64

Quæritur, cũ dies iſte cõceptionis Chriſti ſit initiũ totius noſtræ ſalutis, & numquã vlterius factũ ſit tale opus quale cõceptionis & incarnationis, quare eſt quod natiuitas Chriſti ſolemnius celebratur quã eius cõceptio. Reſpõdetur, dicũt quidã quod hoc ideo eſt, quia conceptus fuit occultus, partus vero manifeſtus, & in cõceptu ſolius Mariæ erat fœtus, in partu vero nobis datus, & in cõmuni poſitus. Ideo ſicut nõ celebrat plebs magno cũ tripudio cõceptũ filij regis, dũ adhuc eſt in vtero, ſed expectat rei euentũ: in ortu vero eius tripudiat, & focis, & ignibus, & incũdis vultibus plebs exhilaratur, ſic in ortu Dñi tripudiamus. Secũdo, hoc eſt ratione myſterij, quia quod virgo cõcepit Chriſtũ in vtero, ſignificat, quod fidelis anima Chriſtũ cõcepit in mẽte, quod virgo peperit, quod eũ parit in opere, & *fides ſine operibus mortua eſt*. Parum enim eſt habere

B Natiuitas Chriſti ſolemnius celebratur quã conceptio.

Iac. 2.

Digitized by Google

bonum propoſitũ in mẽte, niſi illud opere exequamur, nec eſt materia magnę lætitiæ, ſed ſi gaudiũ noſtrũ debeat eſſe plenũ, debet ſequi opus ad bonã cõceptionẽ mẽtis. Et ad hoc deberet vnuſquiſq; niti, maxime hoc die incarnationis Chriſti, in quo deſcendit ad nos Dñs, vt operaretur ſalutẽ in medio terrę, ne ingrati ſimus de
2. Cor. 6 tãto beneficio. *Ecce*, enim, *nunc dies ſalutis*. Dictũ eſt ſermone præcedẽte, quomodo nuncius ſalutis miſſus eſt ad virginẽ, nũc reſtat loqui de reliquis duobus punctis. Itaq; pro ſecundo puncto Euãgelij dico, quod verba ſalutis proponũtur Marię ab Angelo duplicia. Prima quidẽ, quę reſpi-
Luc. 1. ciebant eius mẽtẽ, cũ dixit: *Aue gratia plena, Dñs tecũ*: alia vero, quæ cõcernebãt vẽ-
Ibidem. tris ſui benedictionem, ibi: *Ecce cõcipies in vtero*, &c. *& vocabis nomẽ eius Ieſum*, &c. *Ingreſſus* (ergo) *Angelus ad eã*, ſcilicet virginẽ, *dixit*. Solus ad ſolã ingreſſus eſt. Solitarios enim comitatur Dñs aut cõſolatur. Vnde
Pſal. 24. & ſolitarius erat Dauid, dicens: *Reſpice in me, & miſerere mei, quia vnicus & pauper ſum ego*, id eſt ſolitarius, & vacuus. Solus erat
3. Re. 19 Moyſes, & Dñs apparuit ei, ſolus Helias,
Gen 16 ſola Agar, & Angeli apparuerunt eis. *Si-*
Pſ. 101. *cut paſſer ſolitarius in tecto*, qui ſecurus eſt ab accipitre, à ſagitta, & à lapide. Qui autem foris ſunt, nõ habentur digni ſalutatione Angelica, vt nec eis dicatur Aue, ſed po-
Amos 5 tius *in cũctis, quæ foris ſunt, dicetur, væ, væ*. Nõ enim accepta eſt Deo ſalutatio, quæ foris
Mat. 23 fit. Inde arguit eos, qui amãt ſalutationes in foro. Qui enim in publico ſalutari diligũt, nõ merẽtur à Deo vel Angelo, qui ſecretũ diligit, ſalutari. Ideo nec Dñs acceptã habuit ſalutationẽ Iudę vel Iudęorũ,
Mat. 26 cũ non in domo ſed foris dicit Iudas: *Aue*
Mat. 27 *Rabbi*: & Iudæi inſultãdo: *Aue rex Iudeorũ*.
Mat. 10 Hinc *mittẽs Dñs diſcipulos, neminẽ* (inquit) *ſalutaueritis per viã, ſed in quãcumq; domũ intraueritis, primum dicite, Pax huic domui*. Et ideo nõ in via poſitos nec operãtes in agro foris, ſed in domo præcipit ſalutari. Qui enim foris ſunt, à diuina ſalutatione defraudãtur, vt Eſau à ſua benedictione paterna. *Aue gratia plena*. Bene dicitur Maria plena gratia. Primo, quia nullius gratiæ defectũ habuit. *In me gratia omnis viæ*, qua pergitur ad vitã, *& veritatis*, ad differentiã illius quæ eſt vanitatis. *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo*. Hoc nõ inuenitur in alijs, quia nemo defectu caret. Vnde & Maria dicitur mare gratiarum, quia in mari nec fundus nec mẽſura eſt: nec Maria accepit gratiã ad menſurã aliorum. *Profundũ abyſſi quis mẽſus eſt?* Nã & filius Dei, qui eſt omnis & omniũ gratia, in eã deſcendit. Has autẽ gratias ſuſcepit, vt nobis diſtribuat ſine diminutione plenitudinis ſuæ. Ideo *ad locũ vnde exeũt flumina* (beneficiorũ) *reuertuntur*, id eſt, reuerti debẽt per gratiarũ actionem, vt iterũ reuertãtur ad nos: & ſicut à mari originaliter fluũt omnia flumina, ſic omnes gratiæ & virtutes ortũ habuerunt in Maria ratione fructus vterini. Vel in ea eſt gratia omnis vię ad ſalutẽ, quę triplex eſt, ſcilicet virginalis, cõiugalis, & vidualis, quæ omnes fuerũt in Maria. Vnde dixit Deus: *Congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt in locũ vnum*, id eſt, omnes gratiæ quæ ſub Deo ſunt, cõgregatæ ſunt in animã Marię, *& appareat arida*, dicẽs Angelo: *Ecce ancilla*, arida ſcilicet virtutibus, quæ plena erat omnibus. Secundo, quia nulla gratia ſibi defuit, quia nulla eſt perſona, cuius gratia quęrẽda ſit, quãdo eã habuerit. Fuit enim grata Deo per humilitatẽ, Angelis per virginitatẽ, hominibus per pietatẽ: ita vt nõ ſit ita ſceleratus, quin propter pietatem eius ad eã habeat deuotionem. Quis enim offendẽs pedẽ ad lapidẽ, nõ ſtatim inuocet Mariã? Sicut enim in ſole poſuit Deus omnes virtutes ſiderũ, ſic in Maria virtutes omniũ ſanctorũ. Ber. Quantũcumq; donũ alicui ſancto ſit collatũ, tãtę virgini nõ credimus eſſe negatũ. *Statuit aquas quaſi in*
Pſal. 77 *vtre*, id eſt, in Maria, in cuius vtero tãquã in vtre poſita eſt plenitudo diuinæ ſapiẽtię. *Congregans ſicut in vtre aquas maris*, quia
Pſal. 32 quicquid gratiarũ fuit in alijs ſanctis, qui dicuntur pleni fuiſſe Spiritu ſancto diuiſim, in hũc vtrẽ ſe totũ ſimul infudit. *Tũc*
Eſa. 60. *videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuũ, quãdo cõuerſa fuerit ad te multitudo maris.*

D *Maria dicitur merito gratia plena.* Eccl 24 Pro vlt.

Eccli. 1

Eccles. 1

Gen. 1.

C *Solitariorum commẽdatio.*

ris. Albertus li. de proprietatibus elementorũ dicit, quod natura ordinauit solẽ in medio planetarũ, in quo colliguntur virtutes omniũ stellarũ, & illas virtutes collectas trãsmittit lunæ per lumẽ suũ, quia ipsa propinquior est istis inferioribus & ea maxime mouet, propter hoc à Poëtis regina cæli dicitur. Sic sol iustitiæ in medio sanctorũ noui & veteris testaméti tã quã in medio planetarũ apparẽs, omniũ virtutes in se recolligens, ipsas reginę cęli per lumen suũ trans̃mittit, vt ipsa nobis plus omnibus sanctis influat, tamquã nobis affectu cõpassionis propinquiss̃ima & virtutibus pleniss̃ima. Tertio dicitur, gratia plena, quia nihil in ea gratia vacuũ fuit. Intellectus enim plenus fuit vtilitate. *Maria cõseruabat omnia verba hæc:* affectus charitate. Hinc dicitur: *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris:* lingua suauitate. *Mel & lac sub lingua tua:* caro puritate, & tota vita honestate. *Tota pulchra es amica mea, & macula nõ est in te.* Sed & super omnes creaturas illam gratiam habuit, quod ab æterno mater Dei prædestinata fuit. *Ab initio & ante sæcula creata sum*, id est prædestinata. Nã & (secundũ Tho.) virgo excellẽter accepit donũ sapiẽtiæ & prophetiæ, & gratiã virtutũ, nõ tamen accepit vt tunc haberet omnes vsus earũ, sed secundũ quod conueniebat cõditioni ipsius. Habuit enim vsum sapientiæ cõtemplãdo. *Maria cõseruabat omnia verba hæc*, nõ autẽ quantũ ad docendũ in publico, quia non cõueniebat sexui muliebri. Apostolus: *Docere autẽ mulieri nõ permitto*, nec miraculorũ vsus sibi cõpetebat, dũ viueret, quia tunc tẽporis cõfirmanda erat Christi doctrina miraculis: ideo soli Christo & eius discipulis, qui erãt doctrinæ Christi baiuli, cõueniebat miracula facere. Propter quod & de Ioãne Baptista dicitur: *Ioãnes quidẽ signum nullũ fecit*, vt scilicet omnes Christo intenderẽt. Post mortẽ autẽ eius miraculis vbiq; claret, & clarebit vsq; in finẽ, *& vsque ad futurũ sæculum non desinet*, vsum vero prophetiæ habuit, vt in suo cãtico apparet. Differẽter tamẽ Christus dicitur plenus gratia, Maria, & Stephanus, quia Christus dicitur plenus gratia, quia in eo fuit plenitudo superefflueñtiæ, in Maria plenitudo abundãtię, in Stephano plenitudo sufficientię. Vel magis, fuit in Christo plenitudo cumulata, in Maria plenitudo æqua, in Stephano plenitudo apta. Prima fuit plenitudo fontis. Ab ipso enim sicut à fonte omnis plenitudo deriuatur: *Omnes de plenitudine eius accepimus gratiã pro gratia.* Secũda fuit plenitudo canalis. Sicut enim canale haurit à fonte aquã, quã continet, sic à Christo in Mariã effluit. Pſ. *Dñi est terra & plenitudo eius*, quia ab ipso procedit, & sicut per canale trãsit aqua, & per ipsum omnibus diffunditur, sic per Mariã primo gratia pertrãsijt, & in omnes diffusa est, quia (secundũ Ber.) nihil nos habere voluit, quod per manus Mariæ nõ trãsierit. Tertia vero est plenitudo foueæ cuiusdã, quã replet in sanctis suis. *Dñs tecũ*, scilicet pro tunc cũ loqueretur Angelus solũ in mẽte, sed paulo post etiã in vẽtre, vt esset eius mater. Sic ergo nũc ista particula inter omnes particulas & clausulas salutationis Angelicę singulari deuotione dicẽda est, quia est ei gratiss̃ima. Nã in ea denotatur maxima dignitas eius, scilicet quod est mater Dei. *Dñs*, inquit, *tecũ*: non solũ vt tibi pręsit vt Dñs, aut tibi adsit vt socius, sed vt tibi subsit tamquã filius. Hester 2. dicitur in figura, *Adamauit eã rex plus̃quã omnes mulieres*. Cũ enim de omnibus sanctis dicatur, & sit eis magnũ esse cũ Dño. *Ambulauit Enoch cũ Deo*, quod faciũt qui per omnia eius obediunt voluntati. Maria vero quid maius cæteris sanctis accepit, vt nõ solũ ipsa diuinæ voluntati subijceretur, sed etiã ipse Dñs ipsius voluntati, sicut filius matri. Vnde triplex inuenitur magna societas, quã omnẽ habuit Maria cũ Dño. Vna est carnalis, spõsę ad spõsum. Secũda naturalis, matris ad filiũ. Tertia spiritualis, creaturæ ad Deum. Prima magna, quia sunt duo in carne vna. Secunda maior, quia sunt duo ex carne vna. Tertia maxima, quia *qui adhæret Deo, vnus spiritus est cũ Deo.*

F *Plenitudo gratiæ diuersimode in Christo, Maria, & Stephano.*

Ioan. 1.

Psal. 23

Luc 1.

G *Societas triplex magna, quarum quãlibet habuit Maria cũ Christo.*

1. Cor. 6.

Sic

Digitized by Google

Sic Dominus cum Maria ſicut ſponſus cũ ſponſa. Si virgines ſponſæ ſunt agni, quãto magis virgo virginũ? Secundo modo, ſicut filius cum matre dilectiſsima. Tertio modo, ſicut creatura cũ Deo, non ſolũ ſpiritualiter ſed etiã corporaliter. Si ergo quæras Dominũ, illum quæras cũ Maria, ibi illum inueniunt Magi, ibi paſtores, vt cum ea quærendus nobis oſtenderetur. In ſcriptura frequenter dicitur Dominus eſſe cum illis, quos vult iuuare, & eorum vota adimplere. Ezechiel: *Manus Dñi erat mecũ confortãs me.* Et de Ioãne Baptiſta dicitur: *Etenim manus Dñi erat cũ illo.* Et Mat. vlt. *Ecce ego vobiſcũ ſum vſque ad conſummationẽ ſæculi.* Si ergo implores Mariã, ne deſperes, quia Dñs cum ea eſt, vt quoties voluerit te iuuare, Dñs cum ea eſt, vt hoc poſsit. Secundo, propoſuit Angelus in ſua ſalutatione aliqua, quę concernebant benedictionem ventris Mariæ, cum ait: *Benedicta tu in mulieribus.* Ratio enim huius benedictionis eſt illa, quam Eliſabeth poſuit, ſcilicet quia *benedictus fructus vẽtris tui.* Sed quæritur primo: Vnde proceſsit, quod Eliſabeth hãc particulã ſalutationis Angelicæ replicuit? Reſpondetur primo, vt triumphantem Eccleſiã cum militante in diuino ſeruitio oſtenderet cõcordare, ſicut parochialis Eccleſia cathedrali Eccleſiæ concordat in ſeruitio. Primo enim Angelus ita virgini deſeruiuit. Secundo vero Eliſabeth (quæ militãtem repræſentat Eccleſiã) idem cecinit. Secundo, quia per eam benedicuntur mulieres: nil mirum ergo ſi mulieres ei benedicãt. Per eã enim euaſit ſexus ille opprobriũ mulierum. Priuſquam enim Maria genuiſſet Dominum, ignominia erat eſſe mulierẽ propter Euæ perditionem, ita vt diceret Sapiens non eſſe malitiã ſuper malitiam mulieris. Erant enim tunc filij latroniſſæ. Propterea tunc clamabatur à natura humana: *Inuocent nomen tuum ſuper nos*, vt ſcilicet Chriſto dicamus Chriſtiani: *Auferopprobrium noſtrũ*, quod ſcilicet à primis parentibus cõtraximus. Per Mariã autẽ facti ſumus fratres & filij regis & reginæ cæli. Tertio, quia Maria à caſtis & cõiugatis, nõ à meretricibus & lubricis vult benedici, vt iterũ benedicat eos. Propterea mulieres debent eſſe Mariæ deuotæ. *Omne ſimile ſuo ſimili cõiungitur*, ſicut puer puero, mulier mulieri. Maria autẽ ſuper omnes mulieres benedicta eſt, ideo mulieres ſi volũt aquã pluuialẽ benedictionis obtinere, ad eã debẽt recurrere. Aqua enim trahit, ſicut mare omnia flumina trahit ad ſe. Ideo Maria dicit: *Si quis eſt Domini, iungatur mihi*, quaſi dicens: Tunc habebit, quod petit. Diſsimilitudo tamẽ eſt inter mulieres modernas, & virginẽ, quia ornatus mulierũ habitus, & capillatura oſtendunt earũ ſuperbiã. De quo Apoc. 9. in figura de locuſtis, quę habebant capillos mulierũ, quibus datũ eſt nocere. Hæ enim vt locuſtæ ſaltant, totũ in ventre, id eſt, in delitijs & veſtitu viridi ad inſtar locuſtarũ habent. Sed quã ab ea debemus quærere benedictionẽ? Dico quod ſpiritualẽ. In prima benedictione, qua Dñs primo benedixit, dictũ eſt: *Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris*: poſtmodum idem fere dictum eſt primis parentibus: *Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã*. Ex quo patet, benedictionem hanc, qua creſcimus & multiplicamur in terra vel inferius, ab irrationalibus habuiſſe exordiũ, & inde ad homines, qui in hoc magis ſe probãt beſtiasquã homines, qui ſibi quærũt in inferioribus benedici, & plus veteris & carnalis Adę filios cõſtitui quã noui, in quo pater benedixit ſuos omni benedictione ſpirituali. Non habuit illã benedictionem Maria, quæ non creuit in altũ, ſed humilis manſit in terra, nõ multiplicata poſſeſsione temporalium, ſed pauperrima. Fruſtra ergo ab ea ſperatur vel petitur benedicto quam non habuit, nec eis ad virginem dicere ſpectat: Benedicta tu in mulieribus, qui magis æmulantur iumentorum & beſtiarum benedictionem, quàm Chriſti communionẽ. Secundo, quæritur quare Angelus ſubſtitit in benedictione Mariæ, nihil locutus de benedictione fructus, Eliſabeth autem

Ezech. 3

Luc. 1.

Mat. 28

Luc. 1.

Ibidem.

Apoc. 9 1

Genes. 1

Ibidem.

Eſaia 4.

Benedictus ſpiritualis à Maria petenda eſt.

Maria merito ab Eliſabeth replicatur benedicta in mulieribus.

Exo. 32.

ylira

K *Angelus siluit de fructu Mariæ, Elisabeth non.*

vltra profecuta est. Respondetur: Triplici de causa substitit Angelus, & Elisabeth profecuta est. Prima est, quia cõsuetum est textum præcedere glossam, vt post textũ nudũ glossa subsequatur; Angelus autem nudum textũ, quem de cęlis asportauerat, detexit. Elisabeth autẽ causam benedictionis Mariæ subiũgens, textum glossauit. Secundo, quia fructus iste adhuc flos erat in horto virginis: *Esai.11.* *Flos de radice eius ascẽdet*, fructus ante fuit in vtero, de quo Ioannes gustauit, & eo fruendo *Luc.1.* *exultauit infans in vtero matris*; fuit postea medicina in cruce, panis in sacraméto, vita in anima, beatitudo in cælo. Quod attendens Elisabeth, quod siluit Angelus, illa suppleuit. Tertio, quia tunc, cũ Angelus eam salutabat, erat Dñs vnitus menti nõ carni, ad modum amantis cum amato, non sicut fructus arbori. Sic autem vniebatur cum Maria, quando venit ad Elisabeth, ideo subiunxit de fructu. Tũc enim occulte fruebatur Ioannes illo fructu, sub vmbraculo ventris materni, tamquam sub folio decerpens fructum ab arbore Mariæ, quemadmodũ, & nos subfolijs accidentium in sacramento hunc fructũ sumimus, qui à fruendo dictus, refectio nostra est in via, qui erit fruitio in patria. In cœna enim consuete fructus vltimo additur, & nullum postea ferculum; quia *Ps.126.* *cùm dederit* (Dominus) *dilectis suis somnũ, ecce hæreditas Domini, filij merces fructus ventris*, & nullus postea alius cibus. Hæreditas *Psal.15.* quidem, de qua Psal. *Hæreditas mea præclara est mihi.* Vere præclara, cui Deus est hęreditas. Qui vero terrã habet in hæreditatem, hæreditatem habet obscuram, ita vt dicere possit: *Funes ceciderũt mihi in obscuris.* Obscura quippe est, in qua vix cognosci potest, qui ius habet in ea, quia cõfusa sũt hic omnia, & hæreditas illa est, cui male-*Genes.3* dixit Dominus: *Maledicta* (inquit) *terra in opere tuo.* Pro secunda parte, & tertio pũcto Euangelij, secundum quod auctor salutis concipitur, seu concipi debere præ-*Luc.1.* dicatur, dicebat Angelus virgini: *Ecce concipies in vtero*, &c. iuxta cuius promissum post verba consensus Mariæ conceptus est Dei Filius. Ista enim erat ratio tam nouæ salutationis Angeli, quia ipsa virgo erat conceptura Saluatorem. Maria tamen audita noua salutatione illa, nõ sine causa turbata est in sermone ipsius Angeli: *Et cogitabat qualis esset ista salutatio.* *Ibidem.* Suspecta enim fuit Mariæ salutatio illa multipliciter. Primo, quando sibi dictum est, *Aue*, magnæ prudentię fuit considerare nouitatem huius salutationis, in hoc nomine, *Aue*, videre conuersionem nominis primæ matris Euæ, & scrutari sacramentum huius conuersionis, scilicet quod sicut Eua fuit causa maledictionis, sic ipsa fieret causa benedictionis. Expauit igitur ad inopinatum euentum. Sed quia subito pauore superari non potuit, cõsilio Dei agitante cogitabat qualis esset, id est, quã nouã, quã inaudita, quàm perutilis, quã admirabilis, quã dulcis, quã suauis esset ista salutatio, & tũc impletum est illud: *Terra mota est*, id est Maria turbata *Psal. 67* est, *etenim cœli distillauerunt à facie Dei Sinai*, illud scilicet, quod oratione Ecclesiæ sæpius imploratum est: *Rorate cœli desuper, & Esai. 45* *nubes pluãt iustũ.* Tũc enim pluit iustũ. *Tunc* *Psal 67.* (enim) *pluuiã voluntariã segregauit Deus hæreditati suæ*, quia eã volũtarie trãsmisit. Secũdo, eã ex secũdo verbo salutationis suspectã habere potuit, cũ dicitur ei, *Gratia plena*, sciéssesse aliquã gratiã fallacẽ. Et nescięs apud quẽ inuenisset, donec sibi fuisset dictũ, *Inuenisti gratiã apud Deũ*. Periculosum *Luc.1.* enim est habere gratiã apud mundũ, sicut periculosum est pulchrę mulieri habere gratiã apud importunũ solicitatorẽ. Casta enim est, quã nemo rogauit, imo & de plenitudine illa dubitabat, sciens prophetico spiritu, plenitudinẽ nõ esse manẽte lege, *quia lex neminẽ ducit ad perfectum*. Ideo mi-*Hebr.7.* rabatur quomodo ab Angelo plena gratia diceretur. Tertio, ex tertio verbo, scilicet *Dominus tecũ*, eã suspectã habere po-*Luc.1.* tuit. Nesciebat enim an pręsens, an prętęritum aut futurũ esset, quod Dñs esset secum. Nec enim est, aut fuit, aut erit apposuit, ne scilicet alterũ apponens, alterũ videretur

L *Angeli salutatio ex multis Mariæ suspecta fuit.*

deretur negare. Quarto, in verbo quarto
Luc. 1. *turbata est*, quia inter virgines optabat benedici, quæ tamē inter mulieres benedicebatur. Fœcunditas enim benedictio videtur mulierum. Nam hæc est benedictio vberum & vuluæ. Tum etiam, cum sciret omnes mulieres maledictas in prima matre, ideo cogitabat de ista salutatione, quę mulierem dicebat benedictā. Tum etiā, quia thesauro suo timebat, id est virginitati. Solent enim virgines timoratę etiam in tuto sibi timere, recolentes illud Apo-
2. Cor. 4 stoli: *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus*, quæ scilicet franguntur de facili, nec possunt vltra reparari. Vas fictile, corpus humanum, thesaurus virginitas vel castitas:
Eccl. 26. *Non est digna ponderatio continentis animæ*, non dixit corporis cōtinentis, sed animæ, quia continentia carnis sine continentia consensus & voluntatis nihil est ante Deum. Sed Angelus assecurauit virginē, dicens: *Ne timeas Maria*. Hinc quæritur:
Luc 1. M. Angelus cur Mariæ nomen salutādo tacuit. Quare Angelus salutando conticuit Mariæ nomen, & narrādo opus redemptionis ipsum replicuit? Respōdetur primo, quia tunc forsan volebat ei nomen nouū imponere, vt deinceps gratia plena diceretur. Nomen enim Mariæ non tam Angelis quā hominibus cōgruit. Maria enim vel illuminatrix, vel stella maris, vel mare amarum interpretatur. His autem, qui solū mare huius sęculi enauigant, quibus necessaria est stellæ maris illuminatio, cōuenit, nō Angelis, qui nullo horum opus habent, ideo ipsis melius dicitur gratia plena, ideo sibi familiare nomen primo imposuit. Secundo, nomen Mariæ nobis necessarium non omisit. Sic tamen eā appellauit gratia plenā, quod Mariæ nomē non perdidit. Sicut ergo Iacob cum benedictione Angeli nomen nouum accepit, sic vt non perderet primum, quia frequenter ipsum postea recitat scriptura, sic
Ps. 61. & Maria. *Vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur.* Voluntas mea in ea, id est, gratia plena, terra tua inhabitabitur, id est, caro tua fœcundabitur. Secundo, quia solemus nobis æquales vel inferiores salutare proprio nomine, non autem superiores. Non enim decens est militem regem, vel famulam vocare reginam nomine proprio, imo cum magnis & altis dignitatum circūstantijs, retento in corde proprio nomine, & cum quis efficitur Prior, retento proprio nomine, vocatur *Prior*. Sic illa effecta mater Dei, meruit gratia plena appellari. Vt autem eam timidam consolaretur, statim proprio nomine quasi dignitatis eius oblitus, eā nominauit. Tertio, propter mysterium, vt eam designaret in futurum debere vocari gratia plenam, per antonomasiam, sicut Paulus dicitur Apostolus, & Dauid Propheta, vt si sine adiuncto dicā Prophetā, Dauid intelligam. *Inuenisti gratiā apud Deū.* Luc. 1.
Ecce concipies filium, &c. Sed Maria: *Quomodo fiet istud?* ac si quæreret: Cum gigas ille geminæ substantiæ tantæ sit magnitudinis, vt ipsum terra & cælum capere non possint, quomodo induam eum pelliceo Adæ? vbi tam grandis vestis vnde induatur? *Quomodo*, inquit, *fiet istud?* Respondet Ibidem.
Angelus: *Spiritus sanctus superueniet in te*, quia de tua substantia faciet Spiritus sanctus tunicam incōsutilem, qua vestietur, & parua portio panni tui, id est, tuæ substantię sufficiet ei. Breuis quidē ei tunica, sed ei bene conueniēs, qui in ea apparuit speciosus forma præ filijs hominum, nec solū prę filijs hominū, sed etiā prę millibus Angelorum. Tunica illa inconsutilis fuit, quia de vna petia, scilicet matris: aliæ vero de duabus, scilicet patris & matris, ideo nos filij hominū, ille filius hominis appellatur. Dixit ergo Maria ad Angelū: *Ecce ancilla Domini.* Aperta quidē fuit Ma- Ibidem.
ria ad respondendū Angelo. Inde orabat natura humana: *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem*, licet dicatur: *Clausa erit porta* Esai. 45. Ezec. 44
hæc, & nō aperietur, sed aperta fuit Saluatori, & clausa corruptori, aperta fide, clausa carne. Apertum enim fuit cor eius ad credendū, iuxta illud: *Beata quæ credidisti*, sed Luc. 1.
clausū ad exterius euagādū. Erat enim in thalamo clausa. Aperta erat verbis Angeli, sed clausa libidini, aperta erat Deo, sed

clausa

clausa erat mundo; aperta erat sursum, sed clausa deorsum. Promiserat Angelus:
Luc. 1. *Spiritus sanctus superueniet in te*, quo audito,
Ps. 118. aperta est sursum, *Aperuit os suum, & attraxit spiritū*. Terra enim vt fructificet, numquam deorsum, sed sursum aperitur.

SERMO VII. VNDE SVPRA, & in ordine LXXX. Per Thema.

Luc 1. *Missus est Gabriel Angelus à Deo ad virginem.* Duplici honore honorauit Dominus hominem. Primo, quādo formauit hominē ad imaginem & similitudinem suam, & hoc in creatióne, quando Deus dedit homini rationem & voluntatem: rationē, vt quæreret veritatem: voluntatē, vt diligeret bonitatē. Vnde intellectus quodammodo sponsus est veritatis, & affectus bonitatis. Ex quo apparet quod aliena sunt ab homine vanitas & voluptas, mūdus & caro, quę sunt veritati & bonitati contraria. Quæ igitur ratione insequitur vanitatē, & voluntate amplectitur voluptatē, dat honorē suum
Prou. 5. alienis, contra illud: *Fili mi ne des alienis*
Psal. 48 *honorē tuum.* Et: *Homo cū in honore esset, nō intellexit.* Et licet sint alieni à nobis mundus & caro, vanitas & voluptas, fingunt tamē se esse domesticos, & amicos, & fratres:
Mich. 7. ideo merito dicitur: *Inimici hominis domestici eius.* Secundus honor, quo Deus hominem honorauit, est, cum se fecit ad imaginem hominis, imo se fecit hominem, & hoc in incarnatione, vt homo posit dicere Deo: Caro mea & frater meus es. Quod agnoscens homo saltē propter sui generis exaltationem & excellentiam, ab omni turpitudine peccati abstinere debet, ne ponat maculam in gloria sua. Ait enim natura humana: Et cum gloria suscepisti me, & sic facta sum glorioſa, sicut cum ignobilis mulier à nobili viro sublimatur, dum ab eo in matrimonium assumitur. Ideo omne peccatū post incarnationem grauius est quā ante, sicut ignominiosius est viro nobili viliter agere quā ignobili. Per Euam siquidē pedibus Sathanæ substrata fuerat humana natura, per Mariā vero præ Angelis glorioſa & super eos exaltata est. Ad eam igitur recurremus gratias agētes & salutātes, &c.

Homo duplex hominis factus à Deo.

Quæritur, vtrum Christus vere factus sit in Maria homo habens animam rationalem, viuentem, & viuificātem corpus. Et videtur quod non, quia *Verbum caro factum est.* Caro autem non est animaviuēs, non ergo factus est in animam rationalē viuentem, sicut videtur sensisse Euthyces. Etiam Apostolus videtur hoc remouisse à Christo, cum dixit; *Primus homo factus est in animam viuentem. Secundus homo in spiritum viuificantem.* Respondetur primo, quod Christus factus est in animam viuentem, quia factus est homo habens veram animam rationalem, ne putaretur ei deitas fuisse pro anima, sicut plures hæretici putauerunt; contra quos Athanasius, Factus est homo ex anima rationali & humana carne subsistens.
Ioan. 1. 1. Cor 15

Secundo dicitur, quod factus est homo in animam vere viuentem, quæ nullo genere mortis mori potuit. Nam de primo homine vix dici potuit, quod factus fuerit in animam viuentem, cum anima eius cito mortua fuerit. Sed hic solus perfecte factus est in animam viuentem, quia secundum animam mori non potuit, quia peccare nequiuit. Dicitur tertio, quod Apostolus à secūdo homine non remouit, quin esset factus in animā viuentē, sed à primo remouit esse factum in animam viuificantem. Primus enim homo viuere potuit, sed viuificare non potuit, sed secundus homo vixit, & viuit, & alios viuificare potest & viuificat. Dicitur quarto, quod factus est in animā viuentē triplici vita, scilicet vita naturæ, vita gratiæ, & vita gloriæ. De prima: *In ipso viuimus, mouemur, & sumus.* De secūda: *Viuo ego iā nō ego, viuit verò in me Christus.* De tertia: *Dñs regnabit in æternū & vltra.* Hanc triplicē vitā habet homo per diuersa tēpora. Primo enim viuit vita naturę, deinde per baptismū vita gratiæ, & post hanc vitam, si nihil portat cremabile, statim viuit vita gloriæ. Sed iste homo triplici vi-

B

Vita triplex quā Christus vixit ab instanti suæ conceptionis
Act. 17
Gal. 2.
Exo. 15.

ta vi-

eam, tunc magni cõsilij Angelus ingressus est ad cor eius, & propterea dicitur ei: *Dominus tecum*. Luc. 1. Sed hic quæritur, qua hora venit Angelus ad Mariã. Et videtur quod media nocte, Gap. 18. quia *dum medium silentiũ tenerent omnia, & nox in suo cursu mediũ iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine à regalibus sedibus venit*, ergo media nocte. Aliter videtur quod sero, quia cõmuniter sero vel vesperi fit salus à fidelibus beatæ virgini, quæ dicitur ignitegiũ: ergo fuit sero. Respondetur: Sine præsumptione potest dici probabiliter, quod fuit in ortu solis, propter multa. Primo, propter conuenientiam, quia secundum Dionysium circumstantiæ nunciantis exprimere debent proprietatẽ nunciati, ergo cum Angelus venerit ad nunciandũ incarnationem Filij Dei, qui est ortus veri solis super terrã illuminantis omnem hominem venientem in hũc mundũ, videtur quod fuerit in ortu solis. Secundo, propter cõuenientiam ad figurã. Nam opus creationis incepit à luce. *Fiat lux*: quod videtur fuisse in principio diei artificialis, ergo multo fortius opus recreationis. In incarnatione enim incepit dies gratiæ. Tertio, quia hora ortus solis est hora maxime cõpetens contemplationi. Maria autem erat tunc, cum concepit Dei Filium, in summa contemplatione. Psal. *Adiuuabit eam Deus mane diluculo*, per Angelum scilicet ad credendum, & tunc *Deus in medio eius, non cõmouebitur*. Quarto, quia illa visio nocturna maxime fit per somnia, hæc autem visio manifesta fuit & apparens. Dicitur secũdo, quod non apparuit in media nocte, quia ibi ad literam dicitur de perditione Ægyptiorum, contra quos pugnauit Dominus media nocte, vt ibidem apparet, vel nox ibi capitur pro nocte ignorantiæ vel tenebrarũ peccati. Vnde triplex fuit silentium, vt ibi inueniatur mediũ. Primum silentium factum est in cælo, quãdo proiectus est magnus ille accusator fratrum nostrorum. Sed postquã eiectus est, cõmisit bellum cum homine, & vicit eum, & facta est diuisio inter Deũ & hominem: ita quod tunc silebant homines à bonis, iuxta illud Ps. *Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis*. Psal. 38 Et quasi toto mundo idololatriæ dedito, cum diabolus quasi medium silentium fecisset, venit Dominus à regalibus sedibus eripere hominem à potestate dæmonis. Vnde dicitur Apostolis: *Nolite arbitrari quia pacẽ venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium*. Mat. 10 Et sic fregit Dominus istud silentiũ medium in homine, possessionẽ accipiens de homine, pugnans cum diabolo & mẽbris eius, & adhuc impugnat diabolus per seipsum & mẽbra sua quousque veniat. Tertium silentium, quod erit in paradiso, quando iã non erit clamor, nec vllus luctus, sed nec vllus dolor. Tũc enim erit silentiũ à tentatione & persecutione, licet non à diuina laude, iuxta illud quod canit Ecclesia: Vix hora vel dimidia fit in cælo silentium. Dicitur tertio, quod licet Dominus venerit in plenitudine temporis, iuxta illud: *Ecce iam venit plenitudo tẽporis, quando misit Deus Filium suum in terris*, Gal. 4 id est, in tẽpore prefixo, ad complendum & perficiendũ vniuersa, nõ propter hoc tamen oportuit, quod adueniret in fine diei, quia hora erat suspecta, nec multum contemplationi apta. Et quod pulsatur ignitegiũ pro salutatione Angelica, potuit esse. Primo, vt per virginis Mariæ auxiliũ dimittantur peccata, quæ de die cõmisimus. Secũdo, vt eius meritis nocte custodiamur ab hostibus nostris. Tertio, vt si quæ bona fecerimus, per eius manus virgineas filio acceptiores reddamur. Quarto, videtur esse alia causa literalis. Nam in vigilia festi Annunciationis in Auinione duo per iustitiã sæcularẽ sunt ad stipites manibus & collis ligati, vt cremarentur. Accẽso igitur igne, vnus eorũ crebro beatissimã virginẽ inuocabat, vt se iuuaret, innuendo, quod aliquãdo ieiunijs & orationibus virgini deseruisset, & ecce ille vestibus & corpore inustis penitus, sola colli & manuũ vincula ignis consumpsit, & ab igne solutus exiliuit, socio suo totaliter ab igne cõsumpto. Igitur iterum re-

P *Maria salutata est ab Angelo in ortu solis.*

G *Silentiũ triplex. Apo. 12*

H *Maria cur vesperi salutatur cũ pulsu*

iectus est, & vt prius permansit inuſtus; ſicque cum laude ad Eccleſiã beatiſsimæ virginis maiorẽ ductus eſt. Et tunc Papa Ioan. 21. qui tunc forſitan ibi erat, ſtatuit ſero ter fieri pulſum cãpanæ, ad quẽ quicũque ter geniculãdo, ter Aue Maria dixerit, viginti dies Indulgẽtiarũ cõſequeretur. Propter quod nõ videtur ſufficiẽs allegatio iſta pulſatio ignitegij. Tertia virtus virginis fuit verecũdia, quę notatur, cũ dicitur, quod turbata eſt in ſermone Angeli, quaſi verecũda nõ ſolũ ad aſpectũ, ſed etiã ad affatum eius. Bene autem turbata eſt in ſermone, vt ſicut perditio ſumpſit initium ab auditu, ſic reparatio. Dignũ enim fuit primo veritatẽ intrare per feneſtras ſuperiores oculorũ ad animã, ſicut primũ fuerat per cõcupiſcentiã oculorũ falſitas introducta. Sed hoc ſeruatur impoſterũ, cum videbimus eum ſicuti eſt. Sed nunc vnde irrepſit morbus, remediũ intrat, & per eadem veſtigia ſequitur vita mortẽ, lux tenebras, venenũ ſerpentis antidotum veritatis. Auris fuit prima mortis ianua. Ideo primo aperitur vitæ; vt auditus, qui primo tulit falſitatẽ, viſum repararet, quoniã niſi credideritis, nõ intelligetis, & fides ex auditu eſt. Quẽ ordinẽ notat Dauid, cũ loquitur ad Mariã, dicens: *Audi filia, & vide*, quia niſi prius audieris, nõ videbis. Eua delectata eſt per auditũ, ad promiſſionẽ ſimilitudinis Dei, ad cuius expiationem Mariã per auditum turbari oportuit, in quo filia quaſi pro matre ſatisfaciens, hęc exoluit quę nõ rapuit. Quarta virtus fuit taciturnitas, ibi: *Et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio*, contra mulieres garrulas. *Verbis tuis facito ſtateram.* In quo habemus exemplũ. Primo, vt nõ cito demus reſponſum his, qui in magnis rebus nos exagitãt. Non enim ſtatim reſpondit, ſed diſtulit audita. *Verba prudentiũ ſtatera ponderabuntur*, quia põderate, & deliberate loquentur. *In ore ſtatuorum cor eorũ, & in corde ſapientiũ os eorum*, quia ſãpientes, & diſcreti plus diſcernendo in corde deliberant, quã loquãtur, & ſtulti ecõtrario. Prudens erat hæc virgo, non ſolũ habens oleum in vaſe, ſed etiã ore clauſo obſeruans illud ne effunderetur, & conferens omnia cum corde ſuo, quod fieret, ſi eſſet procax ad loquendũ. Nam *gratiæ ſtatuorum effundentur*. Si propere reſpõdiſſet, forſitã effunderetur gratia, qua plena prędicabatur, ideo poſt turbationem ſubditur cogitaſſe. Secundo, docentur ſanctæ mulieres viros laudãtes eas & in ſecreto loquẽtes habere ſuſpectos, maxime clericos, & prædicatores. Ipſi enim Angeli Dei ſunt, qui cum mulieribus prædicãt in ſecreto quaſi ſalutantes in conclaui, de quibus Apoſt. *Habentes quidem ſpeciẽ pietatis, virtutẽ autem eius abnegãtes. Ex his ſunt qui penetrant domos* (viduarum) *& captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis deſideriis: ſemper diſcentes, numquam ad ſcientiam veritatis peruenientes*. Iſti ſunt Galilæi, de quibus Lucę 13. dicitur, quod nunciatum eſt Ieſu, quod Pilatus miſcuit ſanguinem aliquorum cum ſacrificijs. Sic iſti licet ſacrificium & obſequium Deo præſtare videantur, & quaſi zelo ſalutis videantur mulierculas frequentare, raro tamen accidit quin ſanguis primũ à Pilato, id eſt, à diabolo cũ hominis ſacrificio miſceatur. Quinta fuit prudentia, in hoc, quod prudenter inquiſiuit, *Quomodo fiet iſtud?* hoc eſt, quomodo concipiã & pariã, quę voui numquã cognoſcere virum? Et quia prudenter interrogauit, meruit ab Angelo inſtrui, dicente: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, quod poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, Spiritus ſanctus ſuperueniet, id eſt de ſuper cælis veniet in te, quia *omne datũ optimũ de ſurſum eſt*, quia vas tuum deſuper apertũ eſt ad fidẽ recipiendũ, nec cõfractum, ideo cõtinebit illud. Sicut enim dicitur: *Cor fatui quaſi vas confractum, omnẽ ſapientiã non tenebit*, ſic vas illud integrũ omnem Dei ſapientiã cõtinuit. Noluit enim Dñs redemptionẽ, quã miſerat populo ſuo, in ſaccũ pertuſum ponere. Aug. Saccus pertuſus, corpus expoſitum delicijs. Maria itaq; primo plena gratia pro ſe, ſed à Spiritu ſancto ſuperimplẽda pro nobis. Deſuper veniet ad differentiã maligni ſpiritus,

I. Maria quare turbata eſt in ſermone Angeli.

Pſal. 44.

K. Maria taciturnitas imitãda

Eccl. 28.

Eccl. 20

Eccl. 21

Luc. 13.

L. Maria prudentia.

Luc. 1.

Luc. 1.

Eccl. 20.

Digitized by Google

Luc 24. ritus, qui ab infimis ascendit. *Quid turbati estis: & cogitationes ascendunt in corda vestra?* Vidi Deos ascendentes de terra. Sed bonus desursum venit. *Omne datū optimum de sursum est descendēs à patre luminū*. Secundo exponitur, *Spiritus sanctus*, &c. id est, super omnes sanctos, qui ante te fuerunt & postea erunt, impleberis, vt sis eius tabernaculum, templū, & sacrarium, ita vt super omne, quod alij habēt, in te veniet, vt nō solum dicaris tabernaculū aut templum Dñi, sicut & cęteri, sed etiā sacrariū, quod est locus, in quo Christi corpus & sacræ reliquię reponuntur. Sic in Maria corpus Christi & reliquię paradisi repositę sunt. Sacrariū est, in quo induitur pōtifex noster Iesus tunica humanitatis ad sacrificādum hostiā in ara crucis. Similiter omnes alij gratiā particularem & creatā acceperunt, hæc super omnes vniuersalē creatā & increatā. Subiunxit quoque Angelus:

Luc. 1. *Et virtus altissimi obūbrabit tibi*: quod etiam dupliciter exponi potest, virtus altissimi, id est, diuinitas erit in te sicut sol, quem quoniam visu corporis intueri nō possumus, & tunc obūbratur nobis aliquo velamine. Bern. Quia Deus spiritus est, vmbra corporis sui tēperauit se nobis, vt obiectu viuificæ carnis videamus verbū in carne, solē in nube, lumē in testa. Vmbra enim venit ex corporis opaci obiectu ad lumen. Non enim erat nubes, quæ se interponeret inter ipsum solem iustitiæ, ita

Ps. 128. vt omnes eo vrerentur. Ps. *Fiant tamquam fœnum tectorū, quod priusquā euellatur exaruit*, donec missus est Gabriel ad Mariā, nubem introducens, hoc est, incarnationem nuncians, vt faceret vmbrā. Bern. Caritatem solis æterni nec illius singularis aquilę, id est, Marię sustinere potuisset aspectus, ni-

Mat. 17 si nube carnis obumbraretur. Ideo Pater in nube apparuit, quæ habet vmbrā contra splendorem, refrigerium cōtra ardorem. Virtus itaque altissimi obumbrabit, id est, vmbram accipiet in te, carnem scilicet leuem & à peccato immunē. Vmbra enim figuram habet corporis, sed nō ponderositatem. Hæc enim vmbra solem lucis æternæ tegebat instar nubis, & lippiētibus oculis mortaliū tē perabat. Secūdo sic exponitur, *Virtus altissimi*, &c. ac si dicat Angelus: Tu cōcipies de Spiritu sancto, sed modū, quo fiet Christus in suo secretissimo cōsilio, obūbrādo occultabit, vt sibi tantū notū habeatur & tibi. Ac si dicat (secundū Bern.) Quid à me quæris, quod in te mox experieris? Scies, scies, & fæliciter scies, sed illo doctore quo & auctore. Annūciare sum missus virginalē cōceptum, non creare. Sexta virtus virginis fuit humilitas, ibi: *Ecce ancilla Dñi*. Ideo Luc 1. autem se humiliauit Maria, vt inclinaret Dñm maiestatis. Ignis enim descēdit de sursum, vt impleat vacuum; vacuā igitur per humilitatē se ostendit, propter quod Dñs gratiarū & ignis diuinus in eā abundanter descendit. Ps. *Inclinauit cælos & descendit*. Quomodo ergo non valebit verbū eius apud Deum, quādo verbū eius verbum fuit tātæ efficaciæ, vt cælos inclinaret & Dñm maiestatis ad terram. *A mari* Eccli. 24 *abundat cogitatio eius*. Nō enim possunt humano sensu comprehendi quæ bona pro nobis excogitat, sicut nec mare exhauriri potest. Septima virtus fuit obedientia, cū dixit: *Fiat mihi secundū verbum tuum*. Secū- Luc. 1. dum Bern. multis modis factum est verbum Dei alijs, quia multifarie, multisq; modis olim locutus est Deus patribus in prophetis: alijs quidem in corde, alijs in ore, alijs in visu, alijs in manu. Mariæ factum est verbum in aure per Angelicam salutationē, in corde per fidei adhęsionē, in ore per confessionem, in manu per cōtrectationem, in ventre per incarnationem, in gremio per sustentationē, in brachijs per oblationē. *Fiat* (inquit Ps.) *misericordia tua vt consoletur me*. Istud fiat, habet Ps. 118. summus Pōtifex, istud habet Maria apud Deum pro peccatoribus, vt fiat ei secundum verbum eius. Sicut enim per aurem Euę introiuit venenū peccati in humano genere, sic per aurem virginis introiuit antidotum & salus humani generis. Per primum fiat creatus est mundus, per fiat Mariæ recreatus est mundus.

M *Maria excellētia inter cateros sanctos.*

N *Maria cur se humiliauit ancillam vocādo.*

O *Fiat Mariæ.*

SER. VIII. VNDE SVPRA, ET *in ordine* LXXXI. *Per Thema præcedẽs.*

A *Christus assumpsit naturã humanã defectus dempti ignorantia & peccato. Eccli. 1.*

HOdie Filius Dei descendit in terris, non separatus à Patre in cęlis, sicut lux cum emanat à sole, ab eo separari non potest, quantumcumque descendat ad terras: introiuit in vterũ virginis factus homo, vbi simul omnes defectus naturæ humanæ assumpsit, absque ignorantia & peccato. Ignorãtia, quia ipse est sapientia Patris, *& omnis sapientia ab ipso est, & cũ illo fuit semper, & est ante æuum.* Bern. 4. de consideratione: Deus scientiarum Dominus, & ipse solus nescit ignorantiam, quia totus est lux sine tenebris, totus oculus, qui minime vel numquam clauditur. Oculi enim eius multo plus lucidiores sunt super solem. Nec peccatũ aut peccati scintillationẽ habuit, quia corpus eius per arcam Noë figuratur, in qua omnia animalia fuerunt pacata. Vnde:

1. Pet. 2 *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius,* licet factus sit in similitudinẽ carnis peccati, quia similis complexionis ad carnem peccatricem, sicut serpens æneus erat similitudo serpentis venenosi, in eo tamẽ nullum erat venenũ. Quomodo in eo venenũ esset peccati, qui ad instar serpentis ænei omnia peccati venena extinguit, in his qui per verã fidẽ ad eum respiciunt? Quod si via hominũ, qua in hũc mundum veniunt, lubrica est & polluta; via tamẽ, per quã venit in hunc mundũ, scilicet in virginẽ, fuit mundissima. Psal.

Psal. 80 *Deus meus, impolluta via eius.* Et iterum: *Qui ingreditur sine macula.* Vt ergo mundemur, ad fontẽ misericordiæ, qui in vtero Mariæ ebulliuit, recurramus, dicentes: Aue.

Quæritur circa Thema, vtrumß. Maria mereatur dici virgo virginum, & quare. Respondetur primo, quod ex testimonio Euãgelistę videtur debere dici virgo virginũ. Nã Euãgelista eã in Themate virginẽ sine additovocat. Quare videtur antonomatice virginẽ virginũ appellasse. Dicitur secũdo, quod multæ sunt ad hoc rationes. Prima est, quia inter cæteras prima virginitatem vouit. Secũdo, quia plus cæteris virgo fuit, quia in medio mundi quasi lãpas super montẽ posita. Tertio, quia sine exẽplo, sine prẽcepto, sine cõsilio glorioſum munus virginitatis per se Deo obtulit: & per imitationem omnes virgines virgo generauit. Quarto, quia duo incõmoda sequi solẽt virginitatẽ, quę in Maria nõ fuerunt. Primũ est superbia, quę de facili sequitur virginitatẽ. Propter quod lãpades fatuarũ virginũ extinguũtur, quia vẽto superbiæ plenæ erant. Hæc autẽ nõ superbiuit, quę cũvirginitate humilitatẽ miscuit. Ante incarnationẽ solũ Dñs habebat plebeiã sedem, quia omnes fideles sunt thronus Dei, sed nõ thronus eburneus. Hũc ędificauit sibi Salomõ rex pacificus, qui oblitus virginitatis, quę tũc non erat in præcepto nec in cõsilio, dicebat: *Crescite & multiplicamini, & replete terrã:* tũc procurabat quomodo terra repleretur, nõquomodo cęlũ. Sed quia placuit sibi Maria, fecit de ea sibi thronũ de ebore. Elephasenim, de quo sumptũ est ebur, fuit synagoga, quæ dicitur elephas propter superbiã. Hic elephas cecidit, quando legalia ceciderũt, ossa eius virgo de stirpe Dauid, artifex huius Spiritus fãctus. Hũc thronũ vestiuit Salomon auro fuluo nimis. Ebur auro vestitur, quia virginitas humilitate ornatur; aurũ, quod exterius apparet, humilitas; ebur, quod interius est, virginitatẽ significat. Inde est quod respexit Dñs plus humilitatẽ Marię quã virginitatem. Vnde alia fuit Marię virginitas, alia Euæ. Eua virgo superba Deo volens

C *Virginitatem superbia sequi solet.* Genes. 3

D *Virginitatis Mariæ & Euæ differentia*

parificari & cupida scientiæ, inobediens præcepto Dei, incredula eius comminationi, diabolicæ acquiescens tentationi, nimiũ credula verbis serpẽtis, vna de numero virginum fatuarũ, audiẽs, olfaciẽs, respiciẽs, cõcupiscẽs, tangẽs, comedẽs, & propinãs viro suo fructũ interdictum, & postea accusãs, & alij attribuẽs, per peccatũ suũ nobis clausit paradisũ. Ecõtra Maria humillima virgo Deo in õnibus se subdẽs, nũquã mutãs à proposito, paupertatis amatrix, per omnia diuinę obediẽs volũta-

B *Maria virgo virginũ*

ti,

ti, bene credula angelicæ promissioni, vna de numero virginum prudẽtum, imo omniũ prudẽtissima, omnes sensus suos discrete custodiens, nihil boni suis meritis tribuens, & diuinæ bonitati totum attribuens, nobis aperuit paradisum. Ideo de duabus virginibus canit Ecclesia: Paradisi porta per Euam cunctis clausa est, & per Mariam virginem iterũ patefacta est. Secundum virginitatis incommodũ est sterilitas. Hæc autẽ fructum protulit.

Eccli. 24 Ideo dicitur: *Quasi cedrus*, quæ est rex arborũ, *exaltata sum in Libano*, qui interpretatur cãdidatio, & significat castitatẽ; quasi diceret: Quasi regina virginum exaltata sum in virgineo cãdore. Bene ergo pro excellẽtia suæ virginitatis dicitur virgo sine adiuncto in Themate, cũ ait Euangelista: *Missus est Gabriel Angelus ad virginem.*

Luc. 1.

Maria conditiones sex ad virginũ requisita.

Ad bonam virginis directionem sex requiruntur, quæ iuxta seriem Euãgelij reperta sunt in Maria. Primum est, quod sit clausa & quieta. Hierem. *Reuertere virgo Israel in ciuitates tuas, vsquequo dissoluera deliqs filia vaga?* Et hoc exemplo Marię, de qua dicitur, quod *ingressus est Angelus ad eã*, quia scilicet erat in domo clausa. Vnde ipsa intus erat & sola. Illa enim, quę intus est & sola, digna est cui deferatur salutatio angelica. Solitudo mentis in eis est, qui opera sua penes se recogitant & retractant. Osee: *Ducã eã in solitudinem, & loquar ad cor eius*, cum per Angelũ sibi dixit, Aue. Sed multi soli sunt, qui non sunt intus, qui corde vagantur, quorũ vnus dicebat illud Ps. *Cor meum dereliquit me.* Agar & si sola esset, intus tamẽ nõ erat, sed foris errabat, cum inuenit eam Angelus in solitudine errantem, & ideo ab eo non meruit salutari. Nõ enim accepta est solitudo vbi vagi sunt pedes, hoc est discurrentes affectus. Maria foris stãs licet non vaga à filio non agnoscitur. Et cuidã dicẽti sibi: *Ecce mater tua & fratres tui foris stãt quærentes te*: respondit: *Quæ est mater mea?* Sola igitur Maria intus inuẽta est, ne vel orantis turbaretur silentium, vel castitas tentaretur, vel sua vel per ipsam alterius:

Solitudo mentis.

Osee 2.

Psal. 38.

Mat. 20

Laqueus enim venatorũ est mulier, licet etiã sanctissima sit. Sancta erat Iudith, & tamen per eã captus est Holofernes laqueo oculorum suorum. Necesse est igitur, vt qui angelicam desiderat salutationẽ, intus sit solus clausus & quietus. Sic Iudith fecerat in superioribus domus suæ cubiculum secretum sibi, vbi cum puellis suis clausa morabatur. Alioquin solitudo sine clausura sæpe noxia inuenitur, & corruptoribus magis locus est aptus. Sic Susanna, emissis puellis à sẽ, quia bene clausa nõ fuit, insidias passa est seniorũ, qui obseruauerũt tempus, quo eã solã inuenire possent. Secunda cõditio est, quod sit cauta & timorata, exẽplo Mariç, quę turbata est in sermone Angeli. Ne putes quod incaute se velit cõmittere colloquijs hominũ, quę ad affatus turbatur Angelorũ. *Filia prudens hereditat. viro suo.* Et statim sequitur: *Patrẽ & matrẽ confundit audax.* Et maxime in hac turbatione Mariæ docẽtur esse cautæ virgines & mulieres circa literas sibi destinatas, tantũmodo salutatoria verba, vel amatoria, vel laudatoria continẽtes. Nõ enim proposuit hic Angelus quicquã præter salutationem. Et sicut dicit Hieron. blandas voces & amatoria verba sanctus amor non habeat, cũ absq; certo negotio viros mulieribus scribere salutationes vel laudes superuacaneũ sit & inane. Inde fratres Ochoziæ, qui se tãtum profitentur venisse ad salutadum filios regis & reginę, iugulantur. Tertia cõditio est, quod sit honesta & composita, exemplo Mariæ, cui dictum est: *Inuenisti gratiam apud Deũ.* Exemplo Hester, quę nõ quæsiuit cultum muliebrem, sed quæcũque voluit custos virginum, dedit. Custos virginum est honestas, quę sufficienter ornat animam, ita vt verum sit quod de Hester dicitur, quod *erat formosa valde & incredibili pulchritudine.* Quæ quidẽ honestas facit mulierem gratiosam, non solum apud Deum, sed etiã apud mundũ. *Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata.* Maria autem, quia singularem inter cęteras creaturas honestatem & cõpositionem

Eccli. 7.

Eccli. 25

4 Reg. 10

Luc. 1.

Esth. 2.

Eccli. 26

nem habuit, ideo amplius ceteris placuit Deo, & singulariorē apud eū gratiā, imo ipsummet meruit inuenire. Vnde potest dicere: *Cū pertransissem eos, inueni quē diligit anima mea, tenui illum, nec dimittā.* In quo tā guntur tres rationes, propter quas pro omnibus sanctis Filiū Dei specialius meruit inuenire. Prima, quia velocior in progressu. Cū pertransissem, inquit, eos. Qui vadit per viam compendij, de facili pertransit eos qui vadūt per viā publicam. Currens Achimaas per viam compendij pertransijt Chusi. Omnes sancti & sanctę comparati virgini transierunt per viam communem bestijs & hominibus, quia vnusquisque aliqualiter viā carnis secutus est, saltem peccando venialiter, & sic cum motibus bestialibus. Psal. *In ipsa pertransibūt omnes bestiæ siluæ.* Sola Maria per compendiū dimissa ab omni motu & fomite bestiali absoluta est. Augustinus: Si omnes sanctos & sanctas, dum hic viuerent, cōgregare possemus, & interrogare vtrum essent sine peccato, quid dixissent? Putamus illud Ioānis, Si dixerimus, quia peccatū nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, excepta beata virgine, de qua propter honorē filij cum de peccatis agitur, nullā prorsus de ea volo facere mentionē. Secundo, quia ardentior in accessu. Calor de sui natura penetrans est, ideo aqua ratione caloris adiuncti interius intrat & attingit. Dominus facile inuenitur ab his, qui diligunt illū. Sed differt calor in humido, & in sicco; quia in sicco subiectū, inquo est, diminuit & quasi annihilat, sicut ignis incinerat lignum. Calor autem in humido subiectū suum rarefacit, & auget. Spiritualiter calor in sicco est gratia in peccatore pœnitente, quando perfecte pœnitet, calor in humido est gratia in persona deuota. Si enim decrescat quis per voluptatum abdicationem, per eleemosynarū largitionem, incineretur per carnis mortificationem, calor diuinæ dilectionis est in tali homine. Similiter si humidū diuinę dilectionis abundet, ebulliant & effluant lachrymæ, tunc est calor in humido. Tertio, quia cōstantior in amplexu. *Tenui*, inquit, *illū, nec dimittā.* Persona volens seruare puerū, ne à magistro vel à patre verberetur, solet accipere scobū virgæ quā videt in manu magistri, nec eā dimittere, ne pater vtatur virga. Virga, qua peccatores iuste debent verberari, est virtus filij. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.* Sed ne peccatores durius feriantur, Maria hāc virgam de manu Patris accepit. Puer autē videns matrem suā tenere virgā de manu patris, non timet accedere ad patrē sicut prius, & secure vadit ad sinum matris, sciens quod virgā non tenet ad terrorem sicut pater, sed ad liberationem & cōsolationem. Ideo fiducialiter debemus eam adire. *Adeamus thronum gratiæ eius cum fiducia, vt misericordiā consequamur, & gratiā inueniamus in auxilio oportuno.* Quod autem Maria acceperit hanc virgā de manu Patris, patet ex promissione Angeli in textu dicentis: *Ecce concipies*, &c. *Et vocabis nomen eius Iesum*, id est, Saluatorem & liberatorem. *Hic erit magnus, & filius altissimi*, scilicet Dei Patris, *vocabitur.* Homo quidē altus, altior Angelus, sed altissimus Dominus, & prius, secundum Bedā, dicitur filius altissimi, deinde Danid, ad ostendendum duas naturas esse in eo secundū filiationē duplicem. Sequitur enim: *Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid Patris eius*, &c. Sed quomodo promittit regnū Dauid & non Salomonis, cum regnū Christi sit pacificum, sicut & regnū Salomonis. Regnum autem Dauid fuit in maxima sanguinis effusione. Videtur ergo, quod magis exprimi debuit per regnū Salomonis quàm Dauid. Respōdetur, quod Angelus vocauit regnum Dauid propter promissionem factam per Prophetas: *Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex.* Et in Psal. *De fructu ventris tui ponā super sedē tuā.* Dicitur secundo, quod regnū Dauid & regnū Salomonis differenter figurāt regnū Christi, quia regnum Dauid significat regnum Christi præsens super militantē Ecclesiā, quæ est in bello cōtra vitia, & cū sanguinis

Cant. 3.

Ps. 109.

Hebr. 4.

Luc. 1.

Ibidem.

Ps. 131.

2. Reg. 17. Maria tur præ cæteris sanctis Christū inuenit.

Ps. 103.

G Maria tenet virgam Dei, ne peccatores percutiat.

H Christi regnum per regna Dauid & Salomonis differenter exprimitur. Esa. 9 & Hier. 23

nis effusione, & castigatione corporis & crucifixione carnis cum vitijs & cõcupiscentijs, regnum Salomonis regnũ triumphantis Ecclesiæ, quæ est in visione pacis, *vbi non auditur malleus nec securis. Sedebit ibi populus Domini in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta.* Quarta conditio est, quod sit diligens & sollicita quomodo placeat sponso, exemplo Mariæ, quæ audito quod deberet concipere Filium Dei, interrogauit diligenter: *Quomodo fiet istud?* quasi diceret: Multũ opto facere quod placeat Deo, sed tamen de mei custodia sollicita sum, *quoniam virum non cognosco. Mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt*, quomodo scilicet sit sancta corpore & spiritu. Non sic fatuæ virgines cogitantes quomodo placeant mũdo, quæ dum de virginitate gloriã mundi petierunt, oleum in vasis habere noluerunt. Quoniam vero Maria fuit sollicita circa custodiã sue virginitatis, meruit assequi ab Angelo, quod ipsam nõ perderet, sed cõciperet de Spiritu sancto. *Spiritus sanctus* (inquit) *superueniet in te*, hoc est super merita tua, & omniũ creaturarum, super omnem intellectũ, super omnẽ cogitatum, super speratum, super desideratum & petitũ. Non enim Maria potuisset promereri, non auderet cogitare, non sperare, non desiderare, non petere, vt Filius Dei incarnaretur in ea. *Et virtus altissimi obũbrabit tibi:* quod potest exponi primo sic, obumbrabit tibi, hoc est ad cognoscendum illud mysterium, inter te & temporalia vmbram faciet, vt intellectus tuus assurgere possit ad illud discendum. Æternæ enim claritatis lumen ad tẽporalia conspicienda obscurat, & illuminat ad eterna: sicut sol, quãdo est super caput nostrum, facit sub pedibus nostris, & non superius vmbram. *Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelso*, id est, dũ respexi sursum in æternis, tenues facti sunt oculi mentis ad respicienda terrena, sicut qui vidit solem, non potest inferiora intueri. Secundo sic exponitur, *Virtus altissimi obũbrabit*, contra omnem tribulationem te protegendo, quia sicut vmbraculo tegitur quis à calore solis, ne ei noceat, sic Spiritus sancti gratia protexit virginẽ ab omni infestatione Iudæorũ, ne eam propter partũ molestarent. Exinde facta est nubes opposita soli iustitiæ instar nubis humida & frigida, vt per suam gratiã in nobis mitigaret malam cõcupiscentiam, & reprimeret irã Dei circa peccatorem. Psal. *Dedit nubem in protectionem eorũ.* Quinta conditio virginis est, quod sit humilis: exemplo Mariæ, quæ dixit: *Ecce ancilla.* Econtrario de illa superba virgine, quæ dixit quod nollet esse Magdalena in mundo, quæ postea exiuit cum quodam meretrix in mundo. Esaias: *Descende, sede in puluere virgo filia Sion.* Sexta conditio, quod sit deuota: exemplo Mariæ, quæ post verbum humilitatis subiunxit verbum deuotionis, dicens: *Fiat mihi*, &c. In hoc vide quantæ sit potestatis deuotio virginis apud Deum, quia in verbo eius quicquid per multa fiat fuerat factum, dicente Domino pluries fiat, vt factũ est, tunc per vnum fiat reparatum est. Videte quàm bonum sit in vase virginis deuotionis oleum, & non esse de numero fatuarum, quæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum.

3 Reg 6 Esa. 32 Luc. 1. 1. Cor. 7 Luc. 1. Ibidem. Esa. 32 Psal. 104 Luc. 1. Esai. 47

SERMO IX. VNDE SVPRA, & in ordine LXXXII. Per Thema.

Salutate Mariam, quæ multum laborauit in nobis. Licet magnus Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, scilicet in Hierusalem triumphãte, hodie tamen paruus, & amabilis nimis in ciuitate Dei nostri, id est, in Maria, vel in Ecclesia militãte, quãdo verbũ caro factum est, quãdo Trinitas aquã humanitatis miscuit cũ vino diuinitatis cũ cõfessu virginis, vt Deus terribilis & exaltatus nimis fieret mãsuetus & humiliatus nimis, quãdo mulier miscuit tria fata farinæ similę, diuinitatẽ, animã, & carnẽ, vt sint tres substãtię in vna persona, sicut in Trinitate sũt tres personę in vna substãtia, quãdo nudũ granũ seminatũ in terra Marię creuit in eain-

Rom. 16 *A Christum per incarnationem factum est paruus & amabilis nimis, sed etiam quia ex tribus substantijs homo infragibilis,*

dutum palea humanitatis noſtræ, quãdo gyrum cæli, id eſt, qui claudit gyrum cæli, circuiuit ſola. Ex duabus quidem ſubſtantijs hominẽ primum condiderat, ſed malleus vniuerſæ terrę ſic ſuper iſtã maſſam irruit, quod omnia cito cõfregit. Propterea quia *fumealus triplex difficilè rũpitur*, tertiã ſuperaddidit ſubſtantiã, ſcilicet diuinitatẽ, & ſic fecit hominẽ infrangibilẽ. Hoc enim conſuetudinis eſt ſuper nos, quod maiores & priores volunt ſuperare minores. Propterea caro Adæ, quæ fuit prior quã anima eius, & ſimiliter caro noſtra quã anima noſtra, ſuperauit animã & quotidie ſuperat in peccatore. Ideo cogitauit Dñs facere hominẽ, in quo quod prius eſſet, ſuperaret quod poſterius, quod fuit in Chriſto, cuius diuinitas prior humanitate ſubiecit ſibi humanitatẽ, vt in ea perficeret omnia noſtrę redẽptionis myſteria. Vnde & Iob in perſona humani generis querebatur, quod nõ erat, qui pacẽ inter Deũ & hominem cõponeret, dicens: *Nõ eſt qui vtrumque poſſit arguere, & ponere manũ ſuam in ambobus*. Solus Chriſtus Deus & homo factus eſt, & hominem arguere potuit, & Deo obſtare, ne feriret. Sed & Maria ſic laborauit in nobis & pro nobis, quod ligauit eũ, ne percuteret. Eã igitur ſalutemus tãquã matrem, dicẽtes: Aue. Expedit ſæpe ſalutare virginẽ, maxime ſalutatione Angelica. Primo, quia illa ſalutatio multum diabolo diſplicet. *Vna mulier Hebræa fecit confuſionẽ in domo Nabuchodonoſor regis*. Vnde quędã recluſa apparentẽ dæmonẽ in forma boni Angeli audiebat, qui in doctrina ſua mala bonis copulabat. Quæ cũ retuliſſet ſuo confeſſori, dicit idẽ periculũ imminere deceptionis, addens inſuper, quod cũ ille Angelus adueniſſet, quaſi eũ examinatura ſi erat bonus vel malus, diceret vnũ Aue Maria, quod & fecit, & ille ſubito euaneſcẽs, relicto magno fœtore fœtidũ Angelum ſe oſtẽdit. Secundo, quia placet virgini. Solent homines literas ſibi miſſas ab amicis audire libẽter, qui ſunt in remotis partibus. *Aqua frigida animæ ſitienti, nũcius bonus de terra lõginqua*. Placet virgini, cũ ei ad memoriã reducitur honor, quẽ Deus fecit, cũ ex ipſa naturã humanã aſſumpſit. Itẽ placet ei illa gloria, quã Deus ei fecit cũ cæteris creaturis eã prælegit, vt cõmitteret ei pretiũ noſtræ redẽptionis. Si laudẽ acceptã vis proponere virgini, propone illã, nõ quam humana ſapientia adinuenit, ſed quã Angelus edocuit. Salutatio virginis eã frequentãti multũ prodeſt, ſalutata etiã aliquãdo ſalutẽ reddet, inde & ſalutauit Eliſabeth. Qui enim continẽter viuũt, & qui in matrimonio bene ſe habẽt, digni ſunt ſalutatione Mariæ. Sed male ſe habentes in matrimonio, vel incontinẽter viuẽtes extra matrimoniũ, quia *nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*, nõ ſunt digni eam dicere, licet hoc eis expediat. Debet autẽ dici flexis genibus. Nõ enim magnũ eſt, ſi ad illã ſalutationẽ homo genua flectat in terra, ad quã rex gloriæ de cælo deſcẽdit ad terrã. Non eſt magnum, ſi humilietur vermiculus ad allocutionẽ illã, ad quam Altiſſimus factus eſt puer paruulus. Non eſt magnũ ſi flectat homo genua, quando cæli & terræ Dominã ſalutãt. Salutate ergo Mariã, &c. In præſenti Sermone dicetur primo de ſalutatione Mariæ. Secũdo, qualiter Maria multũ laborauit in nobis. Quoad primã partẽ, primo quæritur, quę ſunt illa, quæ nos mouere debent ad ſalutationẽ Marię. Reſpõdetur, quod ſeptem nos inducere debẽt ad frequẽter ſalutãdũ Mariam, dicẽdo Aue: quorum primũ eſt exẽplum Angeli. Si Angeli eam ſalutant, multo plus homo. Bern. Quæ eſt hęc virgo tã nobilis, vt ſalutetur ab Angelo? tã humilis, vt deſpõſata ſit fabro? In quo deſignat Angelus eos, qui illã familiariter ſalutare volũt, debere viuere vita angelica. Angelũ enim faciũt tria, puritas, charitas, humilitas. Primo puritas, quia ſicut à carne, ſic à carnis illecebris penitus ſunt immunes. Hieron. In carne præter carnẽ viuere, non terrena vita eſt, ſed cæleſtis. Pſ. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus*, non carnẽ. Charitas in cõmunione, quia ſunt in cæleſti Hieruſalem, cuius participatio eſt

Iob 9.

B *Salutatio Angelica Maria frequẽter offerẽda eſt. Ind. 14.*

C *Salutationis Mariæ motiua ſeptem.*

Nota.

Pſ. 103.

Digitized by Google

est in idipsum, id est, vbi nullus suum aliquid esse dicit, sed sunt illis omnia cõmunia: ideo subditur, *& ministros tuos ignẽ vrẽtem*. Humilitas autem Angelorum in obedientia & ministerio comprobatur, quãdo sine contradictione & murmure Domino obtemperant. Qui sic se Angelos nõ exhibẽt, non sunt idonei admitti in conclaui cælorum, in quo Maria assumpta est ad æthereum thalamum. In qua salutatione cum dicitur, *Gratia plena*, notatur humilitas, quæ sola meretur gratia repleri. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*. Ad charitatem autem pertinet, *Dominus tecum*, quia Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet: ad puritatẽ pertinet, *Benedicta tu in mulieribus*. Secundũ motiuum est tripudium Ioãnis, qui ad aduentum virginis, cum nõ posset salutationem exprimere, totum se excussit in vtero matris ad resalutandum eã. Tertium est reuerentia virginis, quæ est regina cæli, quę inter Deum & hominem pacem procurauit, cuius pacis & recõciliationis litera est hæc salutatio Angelica. In ea enim continetur remissio iræ Dei, & dãnorum restitutio. Fuerunt enim tria damna, quæ incurrimus per peccatũ, quia primo perdidimus reuerentiam & honorem. *Vide Domine quoniam facta sum vilis*. Secundo, substantiam, & valorem, & diuitias spirituales. Psal. *Pauperes facti sumus nimis*. Tertio, Dei colligentiam & amorem. Psal. *Iratus est furore Dominus in populum suũ*. Per literam autem illam reuerentia recuperata est, cum dicitur, *Aue*, quia per hãc salutationem Angelus nos omnes salutat: ante quã salutationem Angeli nos habebant despectui, permittentes se adorari ab hominibus, sicut Abrahã tres vidit, & vnũ adorauit. Inde facta pace ita nos reueriti sunt, vt cum cecidisset Ioannes, vt adoraret ante pedes Angeli, dixit ei *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum*. Nã Christus frater noster est, Maria soror nostra & regina. Secundo, plenitudo gratiarum recuperata est per ipsam, vnde diuites facti sumus. Sufficientia enim spiritualis est per gratiam. Apost. *Sufficit tibi gratia mea*. Fuit enim inuẽta ista gratia, cum dicitur: *Inuenisti gratiam apud Dominum*; non solum inuenta, sed effusa. Primi parẽtes licet haberent gratiam pro se, non tamen pro filijs. Maria non solum habuit gratiã sufficientem sibi, sed pro alijs, & in alios redũdantem. Vnde dicitur ei: *Spiritus sanctus superueniet in te*. Tertio, recuperatus est amor. Amor renodatus fortior est. Quando duæ chordæ sunt bene nodatæ simul, quanto plus trahuntur, fortius nodãtur, ita quod facilius rumpantur quàm denodentur. Sic postquam in Christo diuinitas iuncta fuit humanitati, ita fuit nodata, quod non potuit dilacerari, vbi fuit dilaceratus & crucifixus, tantum dilexit naturam humanam, quod numquam voluit ab ea separari, licet hoc procurante malitia hominum, & anima à corpore etiam separata. In quo habemus exemplũ, quod debemus esse ita nodati Deo per amorẽ, quod pro nullo terreno, etiam pro vita corporali, debeamus velle ab eo separari. Quartum motiuum est vitatio ingratitudinis. Magna est ingratitudo tot recipere beneficia à Maria, & non ei regratiari salutando frequenter. Bern. in sermone de natiuitate: Altius intuemini, quãto deuotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria, vt si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare. Nihil nos habere voluit Deus, quod per manus Mariæ non transierit. Quintum est magnitudo & altitudo eorum quæ continentur in illa salutatione, quæ tota plena est mirabilibus, & mysterijs in salutem nostram redundantibus. Sextum est dulcedo & suauitas, quæ frequẽter resultat ex ipsa salutatione, & datur frequenter dicentibus eam. *Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum*. Hæreditas enim Mariæ, quã hæreditat apud fideles, est Aue Maria. Septimum est lucrum resalutationis. Qui enim libenter salutant eam, libenter resalutãtur ab ea. Est enim curialissima Do-

Ibidem. Ibidem. Luc. 1. Ibidem. D. Peccatoria dãna per salutationem Angeli, seu incarnationem reparata Thren. 1 Psal. 72 Isa. 105. Apo. 22 Luc. 1. Eccli. 24

mina, nec poteſt ſalutata non reſalutare.
Prou. 8. *Qui mane vigilauerint ad me*, cantando mihi Aue Maria, *inuenient me*. Secundo quæritur, quam excellentiam habeat hæc ſalutatio Angelica ſupra cęteras. Reſpõdetur, quod multiplicem. Prima, quod continet quicquid boni in alijs continetur. In omni autem ſalutatione ſolet fieri aut vitæ imprecatio, vt Dan. 3. *Rex in æternum viue*; 2. Reg. 16. aut ſalutis, vt 2. Reg. 16. dicitur ad Abſalõ, *Saue rex*; aut benedictionis, vt cum meſſores reſalutãt Booz: *Benedicat tibi Dominus*, Ruth 2. qui ante eos hac voce ſalutauerat dicens: *Dominus vobiſcum*. Duas vero ſalutationes ab Angelo delatas in veteri teſtamento legimus, non mulieribus, ſed viris. Iudic. 6. cum 6. dicit Angelus Gedeoni: *Dominus tecum*; Tob. 5. & ad Tobiam: *Gaudũ tibi ſit*. In nouo teſtamento frequentius fieri ſolet imprecatio pacis & gratiæ. Vnde Dominus poſt Luc. 24. reſurrectionem dixit diſcipulis: *Pax vobis*. Rom. 1. Et Paulus in epiſtola: *Gratia vobis, & pax*. Salutatio iſta ex omnibus iſtis cõflata inuenitur. In eo quod præmittitur *Aue*, id eſt ſine væ vel dolore, notatur gaudium; gratia, cum ſubditur, *Gratia plena*. Quod ſequitur, *Dominus tecum*, ipſa eſt ſalutatio facta Gedeoni, & ad meſſores Booz: & benedictio notatur, cum ſubditur: *Benedicta tu in mulieribus*. Luc. 1. Secundo, hæc ſalutatio cõpilata eſt ab omnibus generationibus: Gen. 5. *Hæ ſunt generationes cæli, & terræ*. Cælum, id eſt ciues cæli, ſcilicet Angeli, vbi eſt Eccleſia triumphans, de ſuo appoſuit: Luc. 1. *Aue gratia plena, Dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus*. Synagoga, quę ſignificatur in Eliſabeth, appoſuit: *Benedictus fructus vẽtris tui*. Eccleſia vero militans omnem theſaurum ſuum ibi ſuperaddit, ſcilicet Ieſus & Maria. Tertio, hæc ſalutatio per particulas continet quicquid proprie attribuitur ſolemnitatibus eiuſdẽ virginis. Quod enim dicitur *Aue*, id eſt ſine væ, attribuitur cõceptioni, in qua ſine originali macula, & per conſequẽs actuali cõprobatur. Quod dicitur, *Gratia plena*, appropriatur natiuitati eiuſdem, in qua adhuc ex vtero matris repleta eſt Spiritu ſancto, ſicut Ioãnes. Quod dicitur, *Dominus tecum*, appropriatur eiuſdem aſſumptioni, quando fuit Dominus perfecte cũ ea, non ſolũ per gratiã, ſed etiã per gloriã. Quod dicitur, *Benedicta tu in mulieribus*, attribuitur eiuſdẽ annunciationi, quando ſuſcepit benedictionem in vtero. Sed, *Benedictus fructus ventris tui*, attribuitur purificationi eiuſdẽ, quãdo fructũ benedictum ventris ſui obtulit, & in ſeſinã & poſſeſsionem eius poſuit incolas mundi. Et hoc ſignificatur per duos verſus. Pſal. *Viſitaſti terram* Mariæ in cõceptione, quãdo Pſal. 64. ab omni macula peccati eam præſeruaſti: *inebriaſti eam*, quando plena fuit gratia; *multiplicaſti locupletare eam*, quando Dominus locuples eã repleuit, non ſolum mẽte, ſed & vẽtre. *Flumen Dei repletum eſt aquis* benedictionis, quando benedicta fuit inter mulieres; *paraſti cibum illorum*, id eſt Chriſtianorum, quãdo benedictus fructus in ventre ſuo præparatus eſt. Pro ſecunda parte dico, quod Maria ſic laborauit pro nobis, quod nobis triplicẽ theſaurum hodie adiuuenit. Primum in cælo, ſcilicet gratiã, quã perdideramus, ibi: *Inueniſti gratiã*. Luc. 1. Secundum in terra corporis ſui, virginitatem ſcilicet, quã neſciebamus: vnde ait: *Quomodo fiet iſtud*, &c. Tertium humilitatis, quem ex abyſsis terræ effodit, qui vix in aliquo reperiri poteſt, cum dixit: *Ecce ancilla*, &c. Propter hæc tria benedicitur Maria tribus benedictionibus, quibus Iacob benedixit filiũ ſuũ, ſcilicet benedictione cæli deſuper, benedictione vberum & vuluæ, & benedictione abyſsi iacẽtis deorſum. Benedictio cæli deſuper, eſt benedictio gratiæ, quæ maxime ſpiritualis eſt & cæleſtis, & à ſolo Deo deſcẽdens. Hæ ſunt aquæ illæ gratiarũ, de quibus Pſal. *Et aquæ, quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini*. Pſ. 148. Benedictio vberum & vuluæ eſt benedictio virginitatis, quæ fuit tam mirabilis, vt cõtra naturã haberet fœcunditatẽ: ita quod in ea, quod vile erat, non fuit. Hieremias: *Si ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum eris*. Hier. 15. Pretioſum à vili ſeparauit Dñs, quando relicta ſterilitate virginis, & corruptione ma-

P. *Maria triplicẽ theſaurũ nobis inuenit.*
Gen. 49.

matris, assumpsit sibi integritatē de virgine, & fœcunditatē de matre. Nūquā autē visum fuerat quod virginitas benediceretur benedictione fœcunditatis, imo antea non se cōpatiebātur, sed ibi permanēte flore virginitatis, inuētus est fructus
Eccl. 24 fœcunditatis. *Flores mei fructus honoris & honestatis.* Tertia benedictio, quæ est abyssi iacentis deorsum, est humilitas. Ipsa enim per humilitatem vacua, & plena: vacua vitijs, & plena virtutibus: vacua mūdo, & plena Deo: humilis & substantialis, pauper & diues. Sicut enim Eua terra fuit inanis & vacua, quæ caput serpētis in suo sinu nutriuit, sic Maria terra benedicta, fertilis & fœcunda, quæ caput serpentis humilitate contriuit. Vnde *ex hoc*, in
Luc. 1. quit, *beatam me dicent omnes generationes.* Propter duas primas benedictiones dici-
Eccli. 24 tur: *Gyrum cæli circuiui sola.* Propter tertiā: *Et profundum abyssi penetraui.* Pro inuentione autem primi thesauri dicit Marię An-
Luc. 1. gelus: *Inuenisti gratiam*, &c. Maria enim inuenit thesaurum gratiæ, quem nos perdideramus, & de gratia inuenta assumpsit quantum potuit, & potuit quantum voluit, quia thesaurum sola inuenit, & abscondit: sicut si quis inueniret solus thesaurum, oneraret se quantum posset, & absconderet. Fuit enim summe humilis
¶ *Maria humilitas summa fecuā gratiæ capacissimā.* post Christum, & ideo maxime capax gratiæ, quia humilitas est vas gratiæ, & quanto profundius vas, tanto capacius. Ideo fons vitæ, qui in ea inuenit maiorē profunditatem quàm in aliqua alia creatura, magis ibi infudit de aquis gratiarum. Sicut enim
Eccles. 5 *auarus non impletur pecunia*, sic nec humilis gratia. *Semper enim*
Prou. 30 *clamat, Affer, affer.* Est enim humilitas vorago gratiæ numquam satiabilis. Et quia Maria inuenit quod perdidimus, secundum iura qui perditum inuenit, cogitur restituere, ideo audenter queramus ab ea illam gratiam. Dicit enim Angelus: *Inuenisti gratiam*, non solum tibi retinendam, sed alijs restituendam. Currant ergo ad gratiæ inuentricem, qui gratiam perdiderunt, & eam inuenient: nec negare poterit se non inuenisse, quia testimonium habemus angelicum dicens: *Inuenisti gratiam apud Deum.* Pro secundo thesauro, scilicet virginitatis, quę tunc non erat adhuc in vsu, dicit Maria Angelo: *Quomodo* Luc. 1.
fiet istud, quoniam virum non cognosco? Ex isto verbo apparuit primo constantia Mariæ, quæ non obstante promissione Angeli de cōceptione Filij Dei, adhuc perseuerabat in proposito suæ virginitatis: ita vt de ea dici possit quod de Machabæa muliere:
Repleta fuit sapientia, & fœminæ cogitationi 2 Ma-
masculinum animum inserens. Illa est vas au- chab. 7.
ri solidum per constantiam, quia propter Angeli promissa à proposito virginitatis inclinari non potuit. Quo contra multi & multæ sunt, quorum cuilibet dicit Domi-
nus: *Vade, voca virum tuum*, id est, virilem Isai. 4.
animum, qui possunt verisimiliter dicere: *Virum non habeo.* Et illud: *Non est vir in* Prou. 7.
domo sua. Secundo, nihilominus ex sua interrogatione apparuit mulier timorata, dum inquisiuit de modo, quo vellet Dominus ipsam concipere. *Qui timēt Do-* Eccli. 2.
minum, inquirent quæ beneplacita sunt ei. Ideo quæsiuit. Vix tamen locuta est. Vix locuta esset viro, quando Angelo bis eam alloquenti & optima promittenti vix acquieuit loqui verbum vnum, & in hoc quies & taciturnitas bonis mulieribus proponitur æmulanda. Erubescat igitur mulier garrula & vaga, & quietis impatiens. Pro tertio thesauro, scilicet humilitatis, dicit Maria finaliter: *Ecce ancilla Domini.* Prius Maria per salutationem Angeli probatur, si sufficiens habebat vas vacuum & humile, ad replēdum fœtu diuino. *Sicut in conflatorio probatur aurum, sic &* Prou. 27
homo ore laudantium: & tanto maior tentatio, quāto maior qui laudat: sic enim probata est Mariæ cōstantia, vt cū gratia plena ab Angelo prædicaretur, nec tamē sic titubauit humilitas, vel ad modicū elata est. Forsitā & ob hoc turbata est, quod talē se audiebat prędicari, qualis sibi minor videbatur. Propter quod longe sunt ab ea, qui si qua bona vel modica in se habuerint, cito extolluntur, licet adhuc ea à

nemine

nemine prædicentur. Non ergo mirum si irremediabile fuerit peccatum Luciferi, qui ad solam gratiæ, quam acceperat, cognitionem intumuit. Inde ei dicitur: *Perdidisti sapientiam in decore tuo*, hoc est, quia decorem habuisti & vidisti, totum perdidisti. Longe facilius superbijsset, si extolleretur ab alijs, qui in sola sui decoris cõtemplatione tam facile superbiuit. Nunc autem ostendit Maria se consummatam habere humilitatẽ, quæ dum dicitur esse electa in matrem Domini, se ancillã eius nominat, dicens: *Ecce ancilla Domini*. In hoc autem primo dat nobis exemplum humilitatis. Fuit enim sicut anser, qui dum per ostium quantumcumque magnum transit, semper caput humiliat. Non sic Eua, quæ caput suum allisit ostio, id est, contra ostium Christum, faciens contra præceptum eius, ideo vir factus est caput mulieris. Item fuit sicut arbor, quę quãto plus onusta est, tanto magis ad terram se inclinat. Inde est quod omnia bona in eã descenderunt. Nam *omnia flumina intrant in mare, & mare nõ redundat ab eis*, id est, omnia dona gratiarum tamquam in loco humiliori, & tamen inde non intumuit. Secundo, in hoc quod se ancillam nominat, ostẽdit quod volebat se humiliare ad seruiendum nobis, & eõmunicare nobis seruum. Cupiens enim filium procreare, qui noster seruus fieret, se dixit ancillã, quia partus sequitur ventrem. Quod innuit filius dicens Deo Patri: *Seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ*. Seruiuit enim ille nobis de beneplacito Patris & matri, vsque ad ablutionem pedum, imo vsque ad tolerantiam passionis, quia filius hominis nõ venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionẽ pro multis. Ideo nos matri & filio debemus retributionem seruitij, vt *ad locum vnde exeunt flumina reuertantur*. Vnde ipse dicit nobis: *Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meã*. Tertio in verbo, *Ecce*, præmisso ostẽditur Mariæ prompta humilitas, prõpta obedientia, prompta deuotio, prompta fides, promptus cõsensus, & tam prõptus consensus, vt Dominus non solũ sibi Mariæ voluntatem, sed etiã coniungeret carnem. *Ecce*, inquit, *ancilla*. Considera quãtæ dulcedinis & affluentię est verbum, *Ecce*, quia inter pauca verba, quæ Maria dixisse legitur, etiam Angelus & ipse Christus crebrius dixerunt, *Ecce*, imo Maria in omni dulcedine, quam habuit in beatitudine spei, semper illud replicuit. Primo, huic incarnationis mysterio consentiendo, dicens: *Ecce ancilla Domini*. Secundo, cum Deũ magnificando se matrem Domini gloriatur, dicens: *Ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes*. Sic & Angelus in hoc Euãgelio. Primo dicit: *Ecce concipies in vtero*, conformando se Esaiæ Prophetæ dicẽti: *Ecce virgo concipiet*, &c. Deinde in eodem: *Ecce Elisabeth cognata tua*, &c. Sic omnes prophetæ prænunciantes hoc mysterium incarnationis, per illud verbum, *Ecce*, eructauerunt. Alij dicentes: *Ecce rex tuus veniet tibi*. Esaias: *Ecce Saluator tuus venit*. Et: *Ecce Dominus in fortitudine veniet*. Et Hierem. *Ecce dies veniunt*. Et Malach. *Ecce ego mitto Angelum meum*. Et Daniel: *Ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniebat*. Et Dominus in cruce sciens illud esse in corde virgineo magnam consolationem, bis explicuit dicens: *Ecce mater tua*. *Ecce filius tuus*.

¶ Maria humilitas consummata.

Eccli. 18

Eccli. 1.

¶ Christus seruus noster.

Sap. 9.

Eccli. 1.

Zach. 11

¶ Ecce verbum magna dulcedinis & affluentię

Luc. 1.

Ibidem.

Ibidem.

Esai. 7.

Luc. 1.

Zach. 9.

Esai. 26

Esai. 40

Hier. 23

Mal. 3.

Dan. 7.

Ioan. 19

DE EODEM FESTO, SER. X. *& in ordine LXXXIII. Per Thema.*

AVe gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Scribitur Exodi 3. quod Dominus apparuit in flamma ignis in medio rubi. Ignis in rubo, filius virginis in vtero. Ignis rubũ non læsit, sed illuminauit & calefecit, conceptio Saluatoris virginẽ non violauit, sed sanctificauit. Vtinam cum Moyse de virtute in virtutem vadam, vt videam visionem hanc magnam ascendendo de virtute in virtutem, non in visione noctis, id est, in obscuritate, sicut antiqui, sed in clara luce fidei. Præcepit autem Dominus Moysi vt tolleret calceamenta de pedibus, quia terra, in qua stabat, sancta erat, vt hãc visionem

Luc. 1.

¶ Incarnatio per ignem in rubo figuratur

Exod. 3.

fionem pedibus diſcalceatis dignius comprehenderet. Adhuc calceamenta veteris Adę forſitan pedibus meis porto. Mundi enim vanitas & carnis ſuauitas in cibo & potu me delectant, & ſic pomũ vetitum cum Adã degusto. Forſitan non ſto in terra ſancta cum Moyſe, ſed potius in terra maledicta in opere noſtro, id eſt in cõuerſatione praua cũ Adã. Sed dicitur: *Veniet abies, pinus, & buxus ad ornandum locũ ſanctificationis meæ*, qui eſt virginis vterus. Abies & pinus ſunt viri in ſcientia & moribus eminentes; buxus, viles & cõtemptibiles. Si non poſſum adornare locũ ſanctificationis vt abies & pinus, quæ ſunt proceræ arbores, ſaltem veniam vt buxus. Ardor amoris facit peritum inuentorem, vt qui prius canere neſciebat, ſolo amore nouas cantilenas de re, quã diligit, inueniat. Sed quia hunc ardorẽ in me non ſentio, aliorũ cantilenas recitabo. Hæc eſt virga, de qua cecinit Eſaias: *Egredietur virga de radice Ieſſe*: de qua Hieremias: *Fœmina circũdabit virum*. Mõs, de quo Daniel: *Qui ſine manibus abſciſſus de monte confregit ſtatuã*. Et cũ multi multa de ea cecinissent, tandẽ venit eximius cæli cantor Gabriel, qui dulciſsimã cantilenam in aure virginis reſonans ait. *Aue gratia plena*, &c. quam audire delectat eam, ſi deuote dicatur. Ioculator autem eſuriens ſi ad plenam menſam diuitis cecinerit, numquam cibus ei denegabitur. Sic ſi vacuus à ſpiritualibus gratiam eſuriat, veniens ad menſam Domini, & cantãs, Aue Maria, largitatis gratiam ipſa negare non poterit, ſaltem ex quo plena eſt, de micis te reficiet. Ad hoc enim eam in cellam aromatũ ſummus introduxit medicus, vt per eam ſanitatẽ reciperet ęgrotus. Idcirco in hoc rubo apparuit, vt ab afflictione Pharaonis populum liberaret. Ad eam igitur, &c. Quæritur, vtrum ſit verum, quod Dominus ſic fuit cum virgine corporaliter, quod in primo inſtanti ſuę conceptionis erat vir plenus virtutibus & ſcientijs, vtens ratione; & ſi ſic, vbi hoc habetur. Reſpondetur. Thomas in tertia parte & in tertio ſcripto dicit, quod in conceptione Filij Dei quinque cõcurrebant. Primo Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, qui de puriſsimis ſanguinibus beatæ virginis ſubito formauerũt corpus pueri in complexione, membris, & nobilitate perfectiſsimum. Secundo, animam nobiliſsimam ſimul infundendo & creãdo. Tertio, eamdem tãtis donis gratuitis replendo, quanta nulla pura creatura capere poteſt. Quarto, illam humanam naturã Filio perfectiſsime vnierunt, vt ille dicatur Deus & homo, & Maria mater Dei & hominis. Quinto, in eodem inſtãti cœpit Chriſtus vtẽs ratione perfectiſsime mereri meritõ infinito, ita quod poſtea nõ plus merebatur, ſed ſemper idem & multiplicius. Hoc autem habetur Hieremię 31. *Nouum faciet Dominus ſuper terram, fœmina circumdabit virum*, non autem eſſet nouum ſuper terrã, ſi ſolum infantem circũdaſſet, reſtat ergo, quod virum perfectum. Et per illud Ioannis: *Verbum caro factum eſt*; & ſequitur, *plenũ gratiæ & veritatis*. In nobis autem dona gratiarum ſucceſsiue acquiruntur & paulatim. Nemo enim repente fit ſummus. Inde dicit Iacobus: *Omne datum optimum & omne domũ perfectum deſurſum eſt, deſcendens* guttatim in modum pluuię, & non ſimul & ſubito, vt dicit ibidẽ quædã gloſ. *Quaſi imber ſuper herbã, & quaſi ſtillæ ſuper gramina*. Et licet fuerit vir perfectus, tamen voluit nutriri ſicut infans. Et hoc eſt quod dicitur: *Butyrũ & mel comedet*, ſicut infantes, ita tamen, vt in ipſa infantia ſciat *reprobare malũ & eligere bonum*. Ibi enim ponitur, vt, pro quãuis. Cum igitur fuerit tã mirabile & excellẽs incarnationis myſterium, nil mirum ſi Angelus pro ipſo cõplendo ad virginem miſſus, eã noua, mirabili, & inaudita ſalutatione ſalutauerit, dicens: *Aue gratia*, &c.

Angelus in hac ſalutatione tria fecit. Primo, præmiſit idoneitatem Mariæ ad eius conceptum, cum dicit: *Gratia plena*. Secundo, expreſsit conceptum, cum dicit: *Dominus tecum*. Tertio, prænunciauit honorem conſequentem, cum ait: *Benedicta tu in mulieribus*. Nobis autem in illis

trib

Eſai. 60 B — *Virginis vterum non ſolũ excellẽtibus ſed & vilibus laudare cõuenitur.*

Eſai. 11 — *Hier. 31* — *Dan. 2*

Luc. 1.

c — *Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis fuit perfectus in ſcientia & virtutibus.*

Hier. 31

Ioan. 1.

Iacob. 1.

Deu. 32

Eſai. 7.

Luc. 1.

Ibidem.

Ibidem.

tribus tria modulo noſtro æmulâda propoſuit, ſcilicet vt gratiã habeamus apud Deum, vt Dominus ſit nobiſcum, vt benedictionem in poſteris cõſequamur, hoc eſt, vt diligamur à Deo, & dirigamur ab eo, & fructificemus proximo, placentes Deo, directi à Deo, vtiles hominibus. Placẽt aliqui Deo intẽtionis puritate, & vtiles ſunt exteriori miniſterio, ſed cito deficiunt, niſi Dominus fuerit cum eis: ideo recte ponitur, *Dominus tecũ*, in medio, qui gratiam conſeruat interius, & benedictionem fœcunditatis operatur exterius. Et recte poſt, *Gratia plena*, dicitur, *Dominus tecũ*, quia ſicut ſine Deo nihil poſſumus facere vel habere, ſic nec ſine eo habita cuſtodire: ideo poſt gratiam neceſſarium eſt Dominũ eſſe nobiſcum, vt cuſtodiat quod ipſe dedit ſolus, & cum in danda gratia nos præueniat, adiutores tamen ſumus in cuſtodiendo eam; nec vigilat ſuper nos, niſi & nos vigilemus cũ eo. Vnde & hanc vigiliam exigit à nobis, cũ dicit Apoſtolis: *Non potuiſtis vna hora vigilare mecũ?* Pro primo puncto principali notandum, quod ſola gratia fecit virginẽ idoneã ad concipiendum Chriſtum, ſine qua nec fuiſſet grata Deo, nec dignã ipſum cõcipere. *Aue*, inquit Angelus, *gratia plena*. Quod autem Maria fuerit plena gratia, vel ſaltẽ capax plenitudinis gratiæ, patet ex ſignis vel ex his quæ requiruntur ad hoc, quod vas aliquod plenitudinẽ alicuius boni liquoris cõtineat. Primo enim requiritur quod tale vas ſit vacuũ. Sic vas Marię omni peccato vacuũ eſt. Vaſa vacua repleuit Heliſęus oleo gratię, quã plenitudinem nõ habent ſuperbi, quia *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiam*; & tantã ei donauit gratiã, quod nihil in ea vacuũ fuit. Omnis enim creatura aliquid vacuitatis habuit, quia maiorẽ gratiam recipere potuit. Ipſa autem ſic gratia plena fuit, vt vltra cuiquã creaturę cõmunicari nõ potuit, nec ei maior exhiberi, niſi diuinitati vniretur. Secũdo, requiritur quod vas ſit mundũ; ideo luxurioſi nõ poſſunt ipſã recipere, & qui cor habẽt plenũ rancore, *In malenolã animã nõ introibit ſapiẽtia*. Sic in Maria vas cordis mũdiſsimũ fuit per virginitatem. Cãdor enim puriſsimus virginalis fuit in ea fundamentũ plenitudinis ſpiritualis, ſicut in picturis albus color eſt cãpus aliorũ colorũ. *Gratia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata*. Tertio, quod vas ſit verſus cælum erectũ, quia ſi verſus terrã eſſet incuruatũ, non poſſet impleri. Propter hoc cupidi & auari, qui ad terrena incuruantur, quorũ oculi nõ niſi terrã reſpiciunt, hanc plenitudinẽ nõ poſſunt recipere. De quibus Pſ. *Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram*. Et: *Oculi ſtultorum in finibus terræ*. Maria autem erectum habuit cor à terrenis per apertiſsimam paupertatem, de qua Hier. Colo & acu acquirebat, de quo ſe & Saluatorem ſuſtentabat. Quarto, requiritur quod ſit ſolidum. *Quaſi vas auri ſolidũ*. Hãc ſoliditatem facit charitas, quæ conſolidat & cõfirmat cor in amore Dei; & propterea dedit eam Deus ad abundãtiam Mariæ, vt per eam charitatem ſuam omnibus elargiretur. Non ſic ſæculi diuites, quibus cum multa dederit Deus, nihil tamẽ effundunt. Et ratio eſt, quia talia bona nõ replent cor, ſed arcã: ideo, cũ tangitur cor eorũ, nihil effundunt. Maria autẽ plena eſt corde omni gratia, ideo pulſata facile effundet. Hic quæruntur duo. Primo, quare Deus Mariã præ cæteris ſua gratia adimpleuit. Reſponſio. Duplex eſt cauſa. Prima eſt vaſis eius capacitas cælo latior, quæ illum, qui cælum & terram continet, circuiuit. *Gyrum cæli circuiui ſola*. Licet enim ſol illuminet omnem hominem, plus tamen vnum quàm alium, iuxta ſui viſus capacitatem. Matth. *Dauit illi bona ſua vnicuique ſecundùm propriam virtutem*. Hanc autem capacitatem operata eſt in Maria humilitas, iuxta illud: *Deus humilibus dat gratiam*. Maria autem fuit omnium maxime humillima. Humilis vero (vt dicit Guilielmus Pariſienſis) ſemper dicit, Reple ſaccum meum. Se enim reputat omnibus bonis exinanitũ: igitur Maria maxime gratia plena fuit. Conſuetũ eſt autem quod vas plenum, cum pulſatur,

Mat. 14
Luc. 1.
Eccli. 24
Pſal. 16.
Prou. 17
Eccl. 26
Mat. 25
Iac. 4.

D *Mariã capacẽ eſſe plenitudinis gratiæ, probatur ex ſimilitudine vaſis.*
4 Reg 4
Luc. 1.

E *Maria ſur præ cæteris gratia replata eſt.*
Eccli. 24
Humilitas cauſa gratiæ.
Iac. 4.
Cap. 1.

fatur, facile fundit aliquid de plenitudine sua super illum qui pulsat. Propterea & Mariam pulsemus oratione, vt super nos gratiam effundat. Cũ enim vas illud non possit tantum comprehendere, oportet vas illud stillare vndique. Habet tamen in stillando virtutẽ mirabilẽ, quia licet pluuia corporalis germinare faciat herbam terræ infixam & adhærentem, nõ tamen abscissam & eradicatam. Pluuia autẽ Mariæ non solũ iustos, sed etiam infideles & peccatores à Deo separatos germinare facit. Secunda causa fuit ex parte dantis, diuersitas doni secundũ beneplacitũ eius, quia cum dãs donet secundum rationem, & ratio respiciat finẽ: maius donũ dat cũ dat ad maiorem finẽ, vt Imperator magis dat ei, cui daret esse Senatorem, quàm cui daret esse simplicẽ ciuem. Sic beatissimæ matri datum est esse matrem Dei, reliquis datur gratia, vt sint serui Dei; ergo sicut improportionabiliter maius est esse matrẽ Dei quã eius seruum, sic dedit maiorẽ gratiã ei. Aug. li. de Gratia: Illa virgo singulari gratia præuenta est, quæ & ipsum haberet vẽtris sui fructũ, quẽ habuit vniuersitas Deum. Luc. *Mensuram bonam cõfertam, coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Bona mensura est, quãdo datur alicui tanta gratia, quæ sufficit ad sui iustificationem: & hæc est bona pars, quæ datur omnibus iustis. Mensura conferta est, quando datur alicui tãta gratia, vt non solũ iustificetur ea, sed etiam alios saluet: & hæc est mẽlior, quæ fuit in Apostolis. Mẽsura coagitata est, quando datur alicui tãta gratia, vt nũquam ab ea cadere possit, quę fuit in sanctificatis in vtero, & in Apostolis per missionẽ Spiritus sancti: & hæc est optima. Supereffluens est, quæ de sua plenitudine alijs effluit, vt in Christo solo & Maria. Secũdo quęritur, quare Maria non dicitur plena gratiarum, sed solum gratia plena, cum tamen dicat Hester Assuero: *Facies tua plena est gratiarum.* Respondetur primo. Maria dicitur plena gratia non gratiarum, quia cum pleni gratiarum aliqui dicuntur, multas habent gratias, quibus omnibus simul pleni sunt, sed nulla illarũ plena est. Maria vero omnibus gratijs ad sufficiẽtiã videtur esse plena; quia non solũ omnibus gratijs simul sumptis plena erat, sed vnaquaq; earũ sic plena erat, vt eam totã occuparet. Verbi gratia, adeo plena erat humilitate, vt nullus in ea relinqueretur locus superbiæ. Quam plenitudinem non habent sancti viri, quin etiam cogitatione cor eorũ aliquando occuper superbia. Quod in ea priuilegium fuit, vt nec in ea quicquã occuparet etiã vel cogitatione superbia. Sic plena castitate, vt nec cogitatione eã vmquam occuparet luxuria, quæ in sanctis viris interdum nec sola cogitatione contenta, etiam per prauos motus in affectionẽ irrumpere nititur. Vnde dicitur *pulchra vt luna*, id est, vt vniuersalis Eccle- Cant. 6.
sia, quia in ea omnes aliarum creaturarũ perfectiones inueniuntur. Dicitur secundo, quod recte Maria dicitur gratia plena, quæ triplici bonorũ affluentia dotata est. Primo bonorũ naturalium, quando Spiritu sancto inspirante, integritate naturalium secundum dignitatem primæ conditionis obseruata, sola inter filias fœcunditatem accipit. De qua: *Vna est matri suæ, electa genitrici suæ.* Cant. 6.
Secundo, spiritualiũ charismatum, quando Christo in ea incarnato tantis virtutum appodiamentis suffulta est, vt amplius peccare nõ posset. Tertio, cælestium bonorum, quia virtute contemplandi quodammodo patriæ cælestis donata est. Quantũ enim distat inter odorem & gustum aromaticę speciei, tanta inter contemplationẽ Marię & aliorum sanctorum distantia est. Sicut enim singularẽ à Christo actiuam accepit, eius humanam naturã portando, lactãdo, pãnis inuoluẽdo, fouendo, nutriendo, cęteraque humanitatis officia exhibendo, sic etiã suæ diuinitatis dulcedinẽ matri singulariter experiendam indulsit. Propterquod plenitudini gratię subiunxit Angelus: *Dñs tecum*, quasi fons in ea submini- Luc. 1.
strãs plenitudinẽ vndique effluentẽ. Richard. de S. Victore: Recte dicta est gratia plena,

G Maria triplici bonorũ affluẽtiã dotata est.

Maria quare non dicitur plena gratiarum, sed sola gratia. Hester 5

Digitized by Google

plena, de qua ortus eſt fons gratiæ. Ideo nobis totũ quodammodo à te, quod per illũ nobis eſt, qui natus eſt de te. Si enim prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus, tu prudentiſsima virgo virginum non vnum tantum vas habuiſti oleo repletum gratiæ, quo lampadem tuam inextinguibilẽ nutrires, ſed aliud geſtabas vas redundãs & indeficiẽs, ex quo effuſo oleo miſericordiæ omnes orbis lampades illuminares, & vaſa omnium vſque ad ſummum repleres, in illo nihil minuens. Prudẽs ergo fuiſti, vt tibi prouideres, & alijs ſubuenires, non dicens ſicut & cæteræ virgines: *Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.* Cur ergo ad hanc fontis plenitudinẽ non accedemus, vt hauriamus? Si quis eſſet iuxta fluuiũ, & magnam aquæ haberet penuriam, dici poſſet, vel quod laborare nollet ad hauriendum, vel vas non haberet, quo haurire poſſet. Prope eſt nobis fluuius iſte abundans dulcedine, ſed vel laborare nolumus vigilando, orando, bonis operibus inſudando, & petendo nobis neceſſaria, vel vas cordis idoneum nõ habemus receptaculum infuſioni gratię, quando immundum eſt per luxuriam, vel ruptum per auaritiam. *Qui bonus eſt, hauriet ſalutem à Domino: qui autem confidit in cogitationibus ſuis, corruet.* Iſta eſt nauis inſtitoris Chriſti, qui quidem mercator omni inſtantia, qua potuit, nauem ſuam mercibus pretioſis onerauit. Cur ergo ad illam nauem non properemus merces empturi de lõge venientes? Pro ſecundo puncto principali, in quo exprimitur conceptus virginis, dicit ei Angelus: *Dominus tecum*, nũc quidẽ ſolum in tua mente, ſed paulo poſt futurus corporaliter in vẽtre. Vnde quadruplici vnione fuit Maria cum Domino & Dominus cum ea. Primo, vnione ſpirituali per gratiam, de qua in Euãgelio: *Inueniſti gratiam apud Dominũ.* Propter quam dicit: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Secunda perſonalis verbi ad corpus, non quidem Mariæ, quia nõ ipſum aſſumpſit, ſed portionem carnis eius in vnitatem perſonæ ſibi ſociauit, quando illud impletum eſt: *Simulum vnum dues & pauper.* Tertia naturalis, ſcilicet arboris ad fructum, matris ad filium. Quarta ſacramẽtalis. Fuit enim tamquam thalamus ſponſi, in quo celebratum eſt coniugium inter diuinam ſapientiam & humanam naturam mutuo conſenſu, cum reſpondit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi*, &c. Et tũc fuerat diuina ſapientia & virgo vnus ſpiritus & vna caro. Si Eua dicta eſt vna caro cum Adam, quia de coſta eius tantummodo formata & educta, & in nullo ab eo nutrita: multo melius caro Chriſti dicitur eſſe vna cum carne virginis, quia non de coſta, ſed de puriſsimis ſanguinibus, vt vult Damaſcenus, & nõ extra, ſed intra eius viſcera nouem menſibus educata. Bene ergo dixit Angelus virgini: *Dominus tecum*, qui tam multiplici vnione cum ea fuit. Poſſumus quoque ſic exponere, *Dominus tecum*, ſingulariter quidem. Primo ſingulariter ab alijs ſanctis, quia cum Angelis fuit, & eſt per gratiam, cum ſanctis hominibus non ſolum per gratiam, ſed etiam per naturã aſſumptam, cum beata Virgine nõ ſolum per gratiam & naturam humanã aſſumptam, ſed etiam per aſſumptæ carnis ipſius portionem, vt ei dici poſsit: *Tecum principium*, ille ſcilicet Dei Filius, qui dixit: *Ego principium, qui & loquor vobis. in die virtutis tuæ*, id eſt, in illa die, in qua virtute diuina concepiſti. Secundo, Dominus fuit ſingulariter cũ ea, quia tota Trinitas fuit in ea aliter quàm in alijs ſanctis. Nam Pater fuit cum ea ſicut cum ſpõſa, Filius cũ ea vt filius, Spiritus ſanctus vt ſanctificator ſecretorum myſteriorum in ea. Ac ſi diceret Angelus: Pater tecum, qui Filium ſuum facit tuum: Filius tecũ, qui ad condendum vitæ mirabile ſacramentũ miro modo tibi referat genitale ſecretũ, & tibi reſeruat integrum virginale ſignaculum: Spiritus ſanctus tecum, qui cum Patre & Filio tuum ſanctificat vterum. Et ex hoc vocatum eſt nomen eius Emanuel, quod interpretatur, nobiſcũ Deus. Pſ. *Dominus*

virtu-

Mat. 25

Maria appropinquare debemus, vt gratiam hauriamus.

Prou. 12

1 Maria cũ Chriſto quadruplex vnio.

Cant. 3.

Luc. 1.

Geneſ. 2

K Nota dominus tecum.

Pſ. 109. Ioan. 8.

Eſai. 7.

Pſalm. 45

Digitized by Google

virtutum nobiſcũ, ſuſceptor noſter, id eſt noſtræ humanitatis. Tertio, fuit Dominus cum ea ſingulariter, quia dum ad eã miſit nũcium, nunciũ ſuum hilariter ad hoſpitiũ huiuſmodi præuenit Deus. *Ecce iſte venit ſaliẽs in mõtibus*, id eſt in Patriarchis & Prophetis. Saltus ſunt: *Abrahã genuit Iſaac*: alius ſaltus: *Iſaac genuit Iacob*: & alius ſaltus maximus, quãdo dicitur: *Virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus*, &c. *tranſiliens colles*, id eſt Angelos, quia nuſquã Angelos apprehẽdit. Tranſilit itaque Gabrielem, & præuenit eum in Virgine, Angelo teſtante, qui ait: *Dominus tecum*, non dixit ei ſicut ſolẽt dicere præcurſores: Dominus meus venit, præpara ei hoſpitium, ſed quem in cælo reliquerat, apud eam inuenit iam hoſpitatum. Pro tertio puncto principali, qui eſt de honore conſequẽte conceptum Filij Dei, dicit Mariæ Angelus: *Benedicta tu in mulieribus*. Primo quidem benedicta in mulieribus, tam matribus, quàm virginibus. Sicut enim lapis angularis in duobus cõſiſtit parietibus, & inter duos parietes in vtroque ſtat pariete, nec totus in vno, nec totus in altero: ſic Maria in numero matrũ eſt per fœcũditatem, & in numero virginũm per incorruptionẽ. Sed nec omnino in pariete matrũ, quia incorrupta, nec ex toto in pariete virginũ, quia fœcunda. Talẽ quippe decebat eſſe matrem Saluatoris, vt mediatrix mediatorẽ, lapis angularis lapidẽ pareret angularẽ. Chriſtus lapis eſt angularis, in quem concurrunt duæ naturæ, ſtans in vtroque pariete, *quia Deus & homo, mediator Dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus*. Secundo, Maria benedicta eſt in mulieribus, quia ſuper omnes excẽllit potentia. Nam aliæ mulieres virorum rigorem emolliunt, hæc Dei ſeuẽritatem deſignatam per virgam, quę produxit aquam de petra. Tertio, benedicta in mulieribus, quia benedictionem omnium ſtatuum in muliere obtinuit, ſcilicet & coniugatorũ, & viduarum, & virginum. Statum coniugalem habuit deſpõſationem vidualem poſt Chriſti mortẽ, quando Ioſeph mortuo commendata eſt Ioanni Apoſtolo. Si enim ipſi Ioſeph credita eſt iuuencula, non videtur quod iam fere quinquagenaria ab eo tolleretur, & hoc ſentit Hierony. in Epiſtola ad Heluidiũ. Propter hũc triplicem ſtatũ dicitur: *In Iacob inhabita*, id eſt in coniugatis, qui ſunt in continua lucta, quia *tribulationem carnis habent huiuſmodi*, vt ait Apoſtol. *& in Iſrael hæreditare*, id eſt in viduis. *Quæ enim vere vidua eſt, cogitat quæ Domini ſunt. Et in electis meis mitte radices*, id eſt in virginibus. Electi enim ſunt virgines, *quæ ſequũtur agnum quocunque ierit*. Quarto, benedicta in mulieribus, quæ omnibus mulieribus in ſpeculum poſita eſt & exemplar. Hinc dicit ipſa: *Pone me ſignaculum ſuper cor tuum & ſuper brachium tuum dextrum*, id eſt, pone me in exemplum ſuper meditationes cordis mei, quia ſemper ambulaui in innocentia cordis mei, & ſuper brachiũ, id eſt, operationes exteriores, quia panẽ otioſa non comedi. Quinto, benedicta in mulieribus, quaſi ola de mulieribus ab vniuerſis generationibus prædicanda, & præ omnibus gratiam & gloriam habitura. *Benedictionem omnium gentium dedit illi*. Lucas: *Ecce ex hoc beatam me dicent omnes generationes*, & hoc ideo, vt ab ea & propter eam benedictionem accipiãt. Si Abrahæ dictum eſt à Domino: *Benedicam benedicentibus te, & maledicam maledicentibus tibi*. & Iacobo: *Qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur*, multo fortius hoc Marię dictum eſt, quæ eſt filia Abrahæ. *Benedicentes enim et hæreditabunt terram* viuentium, *maledicentes autem ei diſperibunt*, id eſt, in diuerſas partes peribunt, in corpore ſcilicet, & anima, vt ſunt hæretici, pagani, & Iudæi. Sexto, benedicta in mulieribus, quia benedictus fructus ventris ſui ſuper fructus aliarum, ille ſcilicet, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula. Mariæ enim fructus multipliciter eſt benedictus. Primo, quia pretioſus in flore, vnde proceſſit, quia de virgineo flore, & hoc conuenienter, vt homines in filios Dei renaſcerentur. Ioãnes: *Dedit eis poteſtatem filios Dei*

L *Maria quomodo benedicta in mulieribus.*

M *Maria triplicẽ ſtatum obtinuit*

N *Mariæ fructus quam multiplicẽter ſit benedictus.*

Cant. 2. Luc 1. 1 Tim. 2 Nu. 20. Matt. 4 Ecclí. 24 1. Cor. 7. Ibidem. Eccli. 24 Apo. 14 Cant. 8. Luc. 1. Gen. 12 Gen. 27 Pſal. 36. Eccli 44 Luc. 1. Ioan. 1.

fieri hic, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Filij enim Dei non debebant nasci ex voluntate carnis & viri, id est ex coniunctione maris & fœminę, ideo vt eos crearet filios huiusmodi, ex virgineo flore debuit nasci. Secundo, pretiosus in decore, de quo: *Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula.* Psal. *Speciosus forma præ filijs hominum*, hic fructus est delectabilis visui Angelorum, *in quem Angeli desiderant prospicere.* Vnde beata Agnes dicebat: Cuius pulchritudinem sol & luna mirantur. Sicut fructus ille mortiferus fuit delectabilis visui, qui tamen fuit toxicum omnis humanę creaturæ: quanto magis iste, qui est vita omnis creaturæ, lignum vitæ in medio paradisi, id est ventris Mariæ? Tertio, pretiosus est in odore. *Curremus in odorem unguentorum tuorum.* Et: *Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni.* Hic odor alliciens, cuius odore totum orbē ad se traxit, vt non sit, qui se abscondat à calore eius. Calore enim (vt dicit Aristoteles lib. de sensu & sensato,) defertur odor ad nares. Sic eius amore odor cælestis omnes traxit ad ipsum. Quarto, pretiosus est in sapore. Ps. *Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus.* Bernardus: Fructus quanto altior, tanto dulcior: ergo tu solus dulcissimus, quia tu solus altissimus. Sed quomodo potest esse altissimus, cuius arbor breuissima est? Sed est altissima, & breuissima; altissima dignitate, breuissima humilitate; breuissima oculo proprio, altissima in cōspectu diuino. Hunc enim cibū appetit esuriens sine tormento, manducat sine fastidio, & satiatur sine superfluo. Non enim hic cibus superfluitatem emittit, quia totum transit in nutrimentū animę. Ideo secundum diuersitatem palatorū cibus iste sapit multiplicem dulcedinem electis: alijs manna propter dulcedinem, alijs panem propter animę fortitudinem, alijs vinum propter compunctionem, alijs oleū propter consolationem, alijs lac propter humanitatem, alijs mel propter diuinitatē.

Sap. 7. Psal. 44

Cant. 1. Gen. 27

Psal. 33.

Quinto, pretiosus est in valore, quia fructus iste fuit redemptio generis humani. Apost. *Empti enim estis pretio magno.* Est etiā virtute mirabilis in ægros, quia eos sanat per expiationē materię culpabilis. Esaias: *Omnis iste fructus, vt auferatur peccatum eius.* Omnis fructus est totus fructus, qui est totus Iesus, qui ad hoc datus est, & ad hoc natus, ad hoc passus, vt omne auferat peccatum. *Melior est fructus meus auro & lapide pretioso, quæ non medentur omni morbo.* Ideo vere cōmendabilis est, quia qui eum commendant & acceptāt, his libēter datur, sicut vinū facile eis propinatur à possessoribus, qui ipsum multū cōmendant, sed proh dolor plures nunc seruos habet Venus fordidissima, quā Maria purissima. Sed hic quæritur, vtrum Maria meruit Christum portare. Videtur quod sic, quia canit Ecclesia: Quæ meruisti Christū portare. Sed quod non apparet, quia cum portare Christum sit meritū super omne meritum: sequeretur, quod plus meruerit portando Christum in ventre quàm in mente, quod tamen est falsum. Respōdetur primo, quod duplex est meritum, quoddā condigni, quo quis ex tanta charitate tantam gloriā meretur, & hoc merito non potuit Maria mereri concipere Filiū Dei vel esse mater Dei, quia hoc excedit omne meritum, & omnem statum, qui debetur creaturæ, & tam hoc quā illud benignitatis fuit & gratiæ. Aliud est meritum congrui, quo peccator dicitur sibi gratiā mereri, cum ad illam se disposuit, & sic Maria ante incarnationem meruit concipere Filium Dei, quia pro nimia sua benignitate, puritate, & humilitate idonea erat, vt efficeretur mater Dei. Hoc figuratum est in vellere Gedeonis, quod solum cælestem rorem capiebat, & tota terra circumiacens sicca manebat. Sic Maria sola diuino rore replebatur, & in mundo nulla alia digna inueniebatur. Secundo, dicitur (secundum Aug. libr. de virginitate) quod beatior fuit Maria concipiendo Christum mēte quā carne, quia ex eo, quod sumus cōiuncti sanctis carnis pro-

1. Cor. 6

Esai. 27

Prou. 8

O Maria quomodo meruerit Christū portare, & de duplici merito.

Iud. 6.

Digitized by Google

propinquitate, nó in hoc beati ſumus, nec in hoc ſtat noſtrũ meritum & bonũ. Sed ſi doctrina & bonis moribus obediendo atque imitãdo ſanctis cohæremus, in hoc boni ſumus, & meremur. Vnde cum diceretur Chriſto: *Beatus venter, qui te portauit*; reſpondit Chriſtus: *Quinimmo beati, qui audiunt verbũ Dei, & cuſtodiũt illud.* Vnde propter quod concludit Auguſt. quod materna propinquitas nihil Mariæ profuiſſet, niſi fælicius Deum corde quã carne geſtaſſet. Luc. 11.

SERM. XI. VNDE SVPRA, ET in ord. LXXXIIII. factus Pariſij in quadam Proceſſione generali. Per Thema.

A Incarnatione noua facta ſunt omnia. Eſai 65.

IN menſe ſexto miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo. Scribitur Apoc. 21. *Ecce noua facio omnia.* Vere noua, quia nouũ fecit hominem, quando naturam humanam aſſumpſit. Eſaias: *Ecce ego creo nouos cælos, & nouam terram*, id eſt, nouum corpus & nouam animã. In cælo, quod eſt ſedes Dei, intelligitur anima, quia anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ; in terra, *quæ data eſt in manus impij*, corpus Chriſti. Et iſtud nouo modo factum eſt, quia ſine virili ſemine, & de nouo vaſe, quia de virgine. *Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud ſal.* & per nouum nunciũ nunciatum, & cum nouis ſignis, ſcilicet ſideribus & lumine magno. *Innoua ſigna, immuta mirabilia.* Et tunc noua lux oriri viſa eſt mundo, nouus ſcilicet filius, vt nouam Eccleſiam inſtitueret, vt nouum opus redemptionis faceret. Nouum enim eſt, vt quis pro alio vſque ad mortem debita ſoluat. Dicebat genus humanum: *Redime me Domine, & miſerere mei, quia vnicus*, id eſt non habens amicos, *& pauper ſum ego*, non habens à me pretium, vnde ſoluere poſſim. Et cum ab exordio rex eſſet Angelorum, induens nouam veſtem hominis, proprius rex hominum factus, quaſi alienigena Angelorum rex extitit. Dicit enim Ariſtot. 1. Politicæ, quod rex debet eſſe de genere illorum quibus principatur. Sic enim erit magis regis & ſubditorum vicinior amor. Hinc dicitur: Eccl. 36. Pſal. 24. 4. Reg. 2. Deut. 17

Non poteris alterius gentis regem facere, quia non eſt frater tuus. Rex igitur noſter legem obſeruans, voluit, vt rex noſter eſſet, noſter frater fieri, & noſtræ religionis nouo habitu indui, quem habitum ſumpſit in veſtiario virginis. Ad quam recurremus, dicentes: Aue, &c.

B Incarnatione liberati ſumus à poteſtate damonis

Per incarnationem Domini liberati ſumus à poteſtate diaboli. Erat enim edictum Ioſeph veri, id eſt Dei Patris, quod non egrederetur mundus de ſeruitute peccati & diaboli, donec veniret frater noſter minimus, qui ſuper omnes humiliatus eſt. In cuius figura Daniel clauſus fuit in lacu leonum, & lapis ſuperpoſitus, & regis annulo conſignatus. Sed ſequenti die diluculo, ad imperium & aduentum regis liberatus eſt. Sic in limbum miſſa eſt humana natura, & per dæmonum obſtinationem lapideam detenta, & per diuinam ſententiam. Sed per imperium & aduentum regis æterni mane reſurrectionis liberata eſt, & perdita eorum progenies, qui eam detinebant. Iſte eſt verus Dauid minimus fratrum, qui viſitans fratres ſuos ſi recte agerent, in viſitatione illa fratrum ſuorum occidit Philiſtęum, id eſt diabolum, & ſic abſtulit opprobrium ex Iſrael. Retribuit enim viciſſitudinẽ inimicis ſuis, indignationem pro indignatione. Nam ſicut diabolus indignatus, quod homo haberet locum à quo ceciderat, ipſum duxit in perditionem: ſic Dominus indignatus quod homo locum haberet, ad quem ceciderat diabolus, ipſum à perditione reduxit ad ſalutem, & deprædatus eſt diabolũ, ſicut diabolus hominẽ deprædatus fuerat. Ad quod melius cõplendũ, in incarnatione ſua occultauit ſe ſub habitu hominis, vt diabolũ facilius deciperet, & deprædaretur; & propterea tẽpore ſtatuto à ſua ſumma ſapiẽtia, hoc eſt in mẽſe ſexto miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo. Triplex eſt Angelus miſſus à Deo. Vnus Angelus cęleſtis à tota Trinitate miſſus, de quo ſenſus literalis thematis. Secũdus Angelus magni conſilij, de quo Daniel: 1. Reg. 17. Iſa. 9.

C Angelus triplex à Deo miſſus.

Dan. 3. *Descendit Angelus Domini in fornacem ignis, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem.* Vel de quo Esaias: *Et vocabitur nomen eius magni consilij Angelus.* Tertius Angelus est Ecclesiæ pastor & sacerdos Dei altissimi, de quo Malachias: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent de ore eius. Angelus enim Domini exercituum est.* Primus Angelus missus est à tota Trinitate, *ad annunciandum mane misericordiam suam, & veritatem suam per noctē.* Secundus missus est, *ad faciendā misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.* Tertius missus est à Deo, *pascere Iacob seruum suum & Israel hæreditatem suam, & pauit eos in innocentia cordis sui.* Primo, missus est Angelus Gabriel ad annunciandū mane misericordiam. Secundo, ad annunciandum veritatem per noctē. Primo quidem, ad annunciandum in mense sexto, id est, in vltima mundi ætate, & in plenitudine temporis. *Ecce enim iam venit plenitudo temporis* (inquit Apost.) *in quo misit Deus Filium suum in terris*, mane, id est, in principio illius ætatis, quando dies cœpit illucescere, & sol iustitiæ oriturus erat in mundo, tunc nox præcessit, & dies appropinquauit. Vnde Osee: *Misericordia tua quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens.* Ros enim mane transit. Inde dicit Esaias: *Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum.* Quæ nubes sicut quasi totaliter penetrantur à radijs solaribus, sic à Christo sole natura humana penetrata est lumine suo. Lucas: *Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent.* Annunciauit misericordiam, cum dixit: *Aue gratia plena, inuenisti gratiam apud Deum, ecce cōcipies*: veritatem vero, cum requisitus, *Quomodo fiet istud?* illam dubietatem terminauit, dicens: *Spiritus sanctus superueniet in te*, & hoc in nocte sæculi: vt quemadmodum malus Angelus in fine primæ diei & principio noctis primi sęculi nunciauit ea, vnde secuta est ira & vindicta, sic Angelus Mariæ in termino noctis & initio diei nūciauit ea, vnde terminata est ira, & secuta est misericordia. Ps. *Dies diei,* id est Angelus bonus Mariæ, *eructat verbum, & nox nocti*, id est Angelus malus Euæ, *indicat scientiā.* Sed hic oriuntur duæ qnæstiones. Prima est: Quam misericordiam nunciauit Gabriel in mane diei gratiæ? Dicitur, quod si cognoscamus hominis miseriā, statim ex eo cognoscere possemus Dei misericordiā. Miseria hominis tangitur Apocal. 3. *Nescis quia miser es, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Primo quidem, miser es miseria peccati, quia *omnes declinauerūt simul:* propter quod homo diuinā incurrit vindictā, nec poterat homo Deo ad plenū pacificari. Si aliquis foresaceret regi, & posset habere aliquem de curia, in quem cōpromitteret de foresacto, & qui esset amicus suus, & quem sciret certissime esse amicum suum, & quod perhiberet de eo bonū testimoniū, libenter diceret, Domine adhæreo testimonio vestro. Sic Dauid: *Adhæsi testimonijs tuis Domine, noli me cōfundere.* Et quia Deus terribilis erat, secundum illud: *Tu terribilis es, & quis resistet tibi?* ideo timebat homo de Deo: propterea ordinauit Deus in arbitrio, quod poneret in salutari, & homo fiducialiter aget in eo. Sic Dominus videns hominē sic humiliatū, dicit: *Nō permanebit spiritus meus*, scilicet indignationis, *in homine, quia caro est*, id est fragilis, non sicut Angelus primus. Et quia homo sine mēsura excesserat, etiā extra mensuram erat vitę Dominus immēsus, & sine mensura in mēsura se posuit, vt omnia ad mensuram rectæ vitæ reduceret. Esaias: *Verbum abbreuiatum fecit Dominus super vniuersam terram*, hominis scilicet. Secundo, homo miserabilis erat propter tribulationes, & debita, & obligationes. Tempore antiquo, quando homo erat debitor, & non erat de soluendo, tūc creditor accipiebat filios & filias, & redigebat hæc omnia in seruitutem. *Ecce venit creditor, vt filios meos tollat.* Sic diabolus, quia mutuauerat peccatori Adam, & non soluebat, totā eius posteritatem occupauit. Sed Helisæus verus fecit oleum abundare, & repleuit vasa nostra misericordia, de parte soluens

Apo. 3. c. D

Hominis miseria quibusque & totidē Dei misericordia.

Psal. 13.

Ps. 118.

Psal. 75.

Gen. 6.

Esai. 10.

4. Reg. 4.

Misericordia Domini.

Digitized by Google

uens debitum, & nos reconciliãs creditori; de alia parte: *Tu autem & filij tui viuite de reliquo*. Ita vt duplicem misericordiam faceret: vnã, qua nos liberaret à peccato: & aliã, qua nos præseruaret ab ipso. Psal. *Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum.* Tertio, quia homo pauper, id est fragilis naturæ, & labilis in peccatum. Iob: *Numquã in eodẽ statu permanet.* Et: *Caro autẽ infirma.* Sed Dominus misericorditer in sua sapientia egit, ad modũ illius, qui plantulã debilẽ, ne à tẽpestatibus deijciatur, palo forti ei ligato fortificat. Verbum in diuinis fortissimum, habens, id est portãs omnia verbo virtutis suæ, ideo palũ illũ fortissimũ nostræ naturæ sua sapientia misericorditer copulauit, non potentia, sicut bene potuisset, sed sapientia hoc voluit. Vbi ostendit Dominus, quod quãdo sapiẽtia & legibus potest obtineri iustitia, nũquã potentia bellica exerceri debet; quẽadmodũ multi faciũt, de quibus Sapiens: *Sit fortitudo nostra lex iustitiæ*. Vnde sic sapiẽter processit, quia præmisit procuratorem ad interrumpendũ diaboli præscriptionẽ, scilicet Moysen, qui dixit Pharaoni, id est diabolo: *Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto.* Et in nobis habet syndresim, quę quotidie clamat pro Domino, tandẽ venit Dominus, & aduocauit possessionẽ, quia nõ poterat præscribere, qui dolo cœperat possidere & sine pretio. Ideo, &c. Quarto, quia cęcus: quia in illa nocte longa erant oculi quasi cæci & debiles, nec lõge multũ poterãt respicere. Videbãt enim solũ & turbide dicta Prophetarũ, imo vix videre poterãt. Grego. Tenebrosa aqua in nubibus aëris, obscura sciẽtia in Prophetis: imo aliqui eorũ orto sole, non poterant videre solem. Sapiens: *Grauis est nobis ad videndũ*. Excæcauit enim eos malitia eorũ. Satis enim erãt cęci, qui solẽ propẽse videre nõ poterant. Psalmista: *Supercecidit ignis amaritiæ, & non viderũt solem.* Fere autẽ omnes ad idola cõuertebantur. Propter quod misericordia motus Dominus propter mundum sic excæcatum, primo oculis eorũ improportionatum lumen posuit in lucerna virginis, de quo Psalm. *Parauí lucernam Christo meo.* Et fecit Deus, quemadmodũ qui vitrum clarum plumbo vel corpori opaco coniungit, vt congruẽtius in vultũ intuentis decorem ostendat vel deformitatem. Sic Deus Pater candorẽ lucis æternæ, *cùm sit* (vt ait Apost.) *Splendor & figura substãtiæ eius*, corpori coniunxit solido in virgine gloriosa, in qua verbũ caro factũ est, vt sic in illo speculo videamus maculas peccatorũ nostrorum, vt tergamus eas. Apostolus: *Verbo virtutis suæ purgationem peccatorum faciens*. Et sic tamquam in speculo claro videbit omnis caro salutare Dei nostri. Nulla enim maior salus potest dari cæco corporaliter, quàm illuminare ipsum corporaliter: sic mũdo cæco mẽtaliter. Vnde Marci 10. Dominus ad cæcũ, *Quid vis faciã tibi?* Respondit, *Domine, vt videã.* Inde magno cũ desiderio petebant illuminari patres veteris testamenti, dicentes: *Ostende nobis Domine faciem tuam, & salui erimus.* Et iterum: *Ne auertas faciẽ Christi tui.* Et de dilatione conquerebãtur: *Quare auertis faciẽ tuã, obliuisceris inopiæ nostræ?* Ideo si illi in odore currebãt, & ita appetebant eã, quãto magis nos, qui saporamus & degustamus? Quinto, nudus erat homo gratijs & virtutibus, vnde ab intimis eius nihil boni exibat, quia refrigescens à charitate, & denudatus illo vestimento charitatis. Psal. *Quia factus sum sicut vter in pruina*, quæ citius frangeretur, quàm quicquam boni exiret. Sic multi, qui nihil vmquã faciunt boni, nisi cũ eorum corpus propinquum est fractioni mortis. Sed Dominus hoc videns, statuit aquas misericordiæ quasi in vtre nostro, & vt portaremus fructũ bonum, accepit stylum humanæ naturæ, & inseruit trũco diuinitatis suæ, & factũ est vt esset vna persona Deus & homo: & sic factus est homo particeps diuinitatis, & per consequens fructus dulcissimi eius. Apostolus: *Tu autem cùm oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus.* Et sequitur: *Contra naturam insertus es in olivam bonam.*

Christus cum sapientia naturã diuinam nostra copulauit.

9. Reg. 4
Psal. 71
Iob 14.
Mat. 26
Sap. 2.
Exod 5.
Sap. 2.
Psal. 33
Ibidem.
Mar. 10
Psal. 79
Psal. 118.
Psal. 43
Psal. 118.
Rom 11

Incarnationis tempus cur dicitur plenitudo tẽporis.

Quæritur cõsequenter, & secundo, quare in mense sexto, id est, in sexta ætate mundi, & in plenitudine temporis. Dicitur primo (secundum Rich. in 3. dist. 1.) quod sunt nouẽ rationes, quare tempus incarnationis est plenitudo temporis, ex quibus aliquæ dicentur. Prima est, quia illud tempus fuit, quo omnia completa sunt, scilicet vniuersitas, & circulus vniuersi, quia primũ vnitum est nouissimæ creaturæ, Dominus terræ, & Deus homini, qui post omnes creaturas creatus est. Esai. 44 Esaias: *Ego primus, & nouissimus*, & sic circulus mundi cõpletus, quando finis cõiungitur principio. Vnde Apoc. 1. *Ego sum alpha & omega, principium & finis.* Ps. *Meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius*, id est, ad me solum spectat ipsum complere. Hinc Esai. 10 Esaias: *Consummationẽ & abbreuiationẽ fecit Dominus exercituũ in medio omnis terræ*, consummationem in tẽporis complemento, abbreuiationẽ in carnis assumptione. Secunda ratio, ante incarnationem Christi quotquot gennit tempus, consumpsit tãquam insatiabile, ideo proprie fuit prolis Osee 5 improbus deuorator. Osee: *Nunc deuorabit eum mensis cum partibus suis*. Ideo quodammodo desinũt esse generationes antequam sint plenæ. Eccles. 1. *Generatio præterit, & generatio aduenit.* Sed tandem Christus natus est in tempore quasi saturitas, & plenitudo temporis, à tempore non cõsumptus sicut cæteri præcedentes eum, quia factus est sicut homo inter mortuos liber. Gen. 35 *Isaac consumptus ætate mortuus est.* Ioannes: *Numquid tu maior es patre nostro Abrahã, qui mortuus est, & Prophetæ mortui sunt*. Sed Psal. 15. de isto scriptum erat: *Non dabis sanctum tuũ videre corruptionem.* Ideo potuit dicere tẽpus illud Psal. *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* Tertia ratio, vltima pars diei, quia cõplet diem, dicitur eius plenitudo & complementum, similiter senectus dicitur plenitudo & complementum ætatis, sed in senectute mundi & complemẽto ætatis venit Christus. Ioannes: *Filioli nouissima hora est.* Senectus enim frigida est, & sicca. 3. Reg. 1 Inde: *Et rex Dauid senuerat, habebatque ætatis plurimos dies, cumque operiretur vestibus, nil ei calefiebat.* Sic cum venit Christus, refrigerat charitas, & abũdabat iniquitas, & tunc calefecit senectutem nostrã, ita vt possit dicere mundus illud Psal. *Senectus mea in misericordia vberi*. Psal 91. Quarta ratio, quia tunc plenitudo malitiæ adimplebatur, in quo erat mũdus in periculo, nisi Christus veniisset. Nam, secundũ Chrys. boni sunt, pro quibus supportatur mundus, & sicut perijt Ægyptus bonis recedentibus, & Sodoma Loth recedente, sic mundus, si nullus esset bonus. Ideo Ps. orat: *Saluũ me fac Domine, quoniã defecit sanctus.* Psal 11. Propterea venit plenitudo tẽporis, quando cõpleta est malitia eius. Esaias: *Completa est malitia* Esai. 40 *eius, dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis*, scilicet Christum, Deum & hominem. Quinta ratio, propter plenitudinẽ gratiæ, quia tunc venit qui erat plenus gratiæ & veritatis, de cuius plenitudine accepimus omnes. Apost. *In Christo habitat omnis plenitudo* Colos. 2 *diuinitatis.* Sexta ratio, quia tẽpus impletũ est, & plenũ. Tempus enim est mensura actionum, sicut modius granorum, sed si aliquid maius modio ei infunderetur, vere diceretur, Nunc venit plenitudo modij, ergo si aliquid maius tempore ipsi infunderetur, vere diceretur plenitudo tẽporis. Et quia diuinitas in temporali re, & vt mensuraretur, tempori infusa est. Ideo bene dicitur plenitudo temporis. Dicitur secundo, quod in sexta mundi ætate conueniẽter venit Christus, & annunciatur. Deducit ille Doctor ibidem, quia mediũ ætatis humanæ est initium senectutis. Gen. 6 *Eruntque dies illius centũ viginti annorum*, ita quod sicut in principio ætatis hominis est puerilitas, sic in fine. Sed in principio senectutis homo est aptior ad intelligentiã difficilium quàm ante. Iob 12. *In antiquis est* Iob 12. *sapientia, & in multo tẽpore prudentia.* Hinc Eccle. 25 *Quàm speciosa veterãti sapientia, & gloriosus intellectus, & consilium! corona senum multa peritia.* Nam sicut meridies est clarissimũ diei, sic mediũ ætatis, quod est initiũ senectutis. Esaias: *Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ* Esai. 58

Quia

tunc, scilicet quando caligant oculi corporis, *erunt quasi meridies ipsius anime*. Iob:
Iob 11. *Quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam, & cùm te consumptum putaueris, orieris vt lucifer.* Ideo congruebat, vt illius sacramenti absconditi à sæculis tunc fieret reuelatio. Tunc enim scientia naturalium, & Mathematica floruit, deinde huic tempori cõmunicata est scientia & cognitio gratuitorum tamquã spiritualí, ita vt primum quasi animale esset, illud spirituale.
1 Cor. 15 Apost. *Non prius quod spirituale est, sed quod*
2 Cor. 13 *animale, deinde quod spirituale est.* Et: *Cùm essem parvulus, loquebar vt parvulus, sapiebã vt parvulus, cogitabam vt parvulus, quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant parvuli.* Et si dicatur quod ad sapientiam conferant corporis sanitas & diuturnitas vitæ, propter experiẽtiam, quæ sunt in nobis minus quàm ante. *Homo infirmus, & exigui tẽporis, & minor ad intellectum indicij, & legum.*
Sap. 9
Eccli 7 Item: *Priora tempora fuere meliora quàm nunc*
Prou 19 *sunt.* Sed *vbi non est scientia animæ, non est bonum*, ergo magis innotuit scientia animæ prioribus temporibus quã nunc. Ad primum dicitur, quod licet potuit tunc esse aliquis perspicacior quàm in aduentu Christi, tamen in illo aduẽtu plures fuerunt perspicaciores, & vniuersalius intelligentes, quàm tunc, in tantũ vt nunc piscatores præcesserint intelligentia illius antiquioris temporis Prophetas. Apost.
1 Cor. 12 *Quosdam quidem posuit Dominus in Ecclesia, primùm Apostolos, secundò Prophetas.* Et quia nunc sunt vniuersalius intelligentes, dicitur: *Egredietur virga*, &c. Et sequitur: *Repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes.* Ad secundum dicitur, quod ita intelligendũ est tempus gratiæ. Aptissimũ enim tẽpus ad capiendum profunda est initium senectutis; sed quanto magis est recessus à principio sextæ ætatis, tãto magis est declinatio capacitatis, ita vt tãdem senectus deueniat ad decrepitã ætatem, in qua delirat homo, & fit puer, sicut erit in
Iob 32. tempore Antichristi, iuxta illud: *Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium.*
Osee 4. Vnde verum erit illud Oseæ: *Non est veri-*

Sapientia nũc est maior quã ante incarnationem.

tas, & non est misericordia, non est scientia Dei in terra, maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtũ, & adulterium inundauerunt. Quod tẽpus satis propinquũ est. Pro secunda parte dicitur, quod secundus Angelus missus à Deo Patre, est Christus, qui missus est ad nos in hunc mundum. Et si quæras ad quid vel quare. Respondetur, quod primo ad faciendã misericordiã cũ patribus nostris, & nobiscũ, quia scilicet ad protegendum homines, ad consolandũ, ad adiuuandum, & ad docendũ. Quæ quatuor tanguntur 1. Cor. 1. *Qui factus est nobis sapiẽtia à Deo, iustitia, sanctificatio, & redemptio.* Ad protegendũ quidem nos à conuentu malignantium dæmonum, & hominum, ad consolandũ nos in omni tribulatione nostra, sicut petierat natura humana à Deo Patre, dicens: *Visita nos Domine in salutari*
Ps. 105. *tuo*, vt scilicet per ipsum cõsolemur in necessitatibus nostris, ad adiuuandũ nos in operibus virtutũ perficiendis, & ad docendũ nos de futura vita. Duę etiam sunt vitæ, præsẽs scilicet, & futura, quarum vnam nouerамus, alterã nesciebamus, & genus humanũ huic soli, quam nouerat hic, intẽdebat. Proptereа missus est Christus hanc nobis cognitã suscipere, vt illã, quæ erat incognita, demonstraret, & vt contemptibilẽ hanc esse, & illã acceptabilem ostenderet. In ista neque prosperari, neque diu stare voluit, sed ad illã patiẽdo migrauit, & dixit, Si quis mihi ministrat, me sequatur, exẽplo suo nos docẽs, quod hęc vita nõ propter se amãda sit, sed propter alterã tolerãda. Secundo, missus est, vt genus humanũ memoretur testamẽti sui sancti, & in consideratione operũ eius raperetur. *Domine audiui auditionẽ tuam, &*
Abac. 3 *timui* de morte, quã passurus es, & flagellis, & timui peccator ego, quia *multa flagella peccatoris.* Si sic flagellatur pro peccato Deus, quomodo flagellabitur impius?
Ps. 31. *Cõsiderauí opera tua, & expaui.* Sed quæ opera? Subdit: *Domine opus tuũ in medio annorũ*
Abac. 3 *notũ facies*, scilicet inter annum naturæ, & gratiæ, opus scilicet mirabile nõ creationis, quod iãviluerat pene, sed incarnatio-

1 Christus ad quid missus sit in mundũ.

1. Cor. 1

nis, de quo Esaias: *Vt faciat opus suũ*. Alienum enim est opus eius ab eo. Nã quod creauit cælum & terrã, nõ fuit opus alienũ ab eo, sed quod infirmitas nostra iuncta sit omnipotẽtię suæ, alienũ opus fuit, & maximę bonitatis. Propter quod opus alienũ, nostrũ propriũ & decẽs faciamus, Thren 3 & cũ Hieremia *leuemus corda nostra ad Dñm cum manibus*, id est cum bonis operibus. Quod nõ potest fieri, nisi manus nostræ ligatæ sint præceptis dominicis, quę sunt manicę ferreę, ne extendantur ad illicita. Pro tertia parte dico, quod tertius Angelus missus est Dominus noster, noster summus Põtifex Innocentius 8. qui mis- Psal 77 sus est à Deo *pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam*. Et bene quidem (vt speratur) pascet, quia (vt dicitur) vita consonat nomini, & homo intellectualis est ad regendum populum. Vnde subditur: *Et pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarũ deduxit eos*, scilicet in portum vitæ æternæ. Occasione cuius nota filia eius Vniuersitas hodie diuinũ implet præceptum illud, honorare parẽtes, suum patrem honorans, & in necessitate sua sibi subueniens. Aurum & argentum nõ habet Vniuersitas ad sibi succurrendum, quia nec his indiget, sed orationibus & precibus. Propter duo enim principaliter hanc processionem celebrauit. Primo ad congaudẽdum pacificę electioni suæ, & reddendũ gratias Deo pro pace Ecclesiæ. Aliquando enim in talibus electionibus maxima fuerunt schismata. Sunt cẽtum anni vel eo circa, quod schisma erat in Ecclesia, quod durauit per quadragi[illegible] annos, & vnum regnum ab alio diuidebatur; & vna ciuitas aliã tenebat excommunicatã. Secundo, ad orandũ Deum pro eius cõseruatione, & directione in manu Dei. Hominibus enim, vt principibus & prælatis, maxime debemus compati, & pro ipsis orare, & hoc propter tria. Primo, debemus eis cõpati propter pondus regiminis. Et si prælatis minoribus, quãto magis illi, qui habet vniuersale onus super humeros suos, cũ dicat Iob: *Gygantes gemunt sub aquis*, id est spiritualissimi & fortissimi sub populis, sicut asinus plus debito oneratus. Sic Moyses fortissimus curam populi refutauit, dicens: *Non possum solus hunc populũ sustinere*. Num. 11 Ideo rogamus Dominum, vt sibi sicut Salomoni det sapientiã ad regimen populi. Secundo, debemus compati propter distractionem. Inde & B. Gregor. de monasterio assumptus ad Papatum in li. super Ezech. deflebat quietem, quã habebat in monasterio, & sollicitudinẽ & occupationem, quã habebat in officio, vbi carebat deuotione. Vnde dicitur: *Mõtes Gelboë nec* 2 Reg. 1 *ros nec pluuia descendant super vos*; per quod designatur, quod existentes in montibus vel sublimitatibus honorũ seu dignitatum vix habent rorem aut pluuiã deuotionis, sed pro his, qui sunt in statu humili, dicitur in Ps. *Inter mediũ montiũ pertrãsibunt aquæ*, scilicet deuotionis. Ideo huc accessimus ad orandũ Dominum, vt contra illum defectũ velit sibi dare multitudinẽ gratiarum suarũ & virtutũ, adeo vt flumina de ventre eius fluant aquæ viuæ in populum per exemplum, & bona opera. Tertio, debemus ei cõpati propter peccata, quę fiunt sub vmbra potestatis eius, quorum ignorãtiam habet. Hinc sanctus Dauid, & qui spiritũ habebat prophetiæ, ait: *Delicta quis intelligit?* Vnde sępe cõtingit quod mali dominentur, & insensati, & indocti, & inutiles in Ecclesia. Ideo à Domino petimus, vt largiatur sibi dona Spiritus sancti, consilium, auxilii, scientiã, & fortitudinẽ resistendi contra malas preces & auctoritates principum male quandoque precantium, & timorem Domini præseruantem à malo. Inde hodie voluit de Spiritu sancto Missam fieri.

K. *Processionis cuius dam pro Papa causa.*

DE S. MARIA ÆGYPTIACA, *Sermo vnicus, & in ordine LXXXV. Per Thema.*

IVdicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram, & dixerunt, Alleluia. Quæritur, cum tempore Paschali maxime vigeat lætitiæ tẽpus & exultationis, & tempus mun- Apo. 19 A Maria Ægyptiaca

fuerit peccatrix maxima, curata sanitate, festis Paschæ diebus.

munditiæ & puritatis, ad quod propositum nobis adduxit Ecclesia memoriã huius magnæ peccatricis, & magnę pœnitẽtis. Musica enim in luctu importuna narratio. Sic in diebus lætitiæ tantum luctum adducti non videtur conueniens. Respondetur, quod multiplici de causa hoc fecit Ecclesia. Primo, ijs paschalibus solemnijs fecit huius magnæ peccatricis interesse solemnitatẽ, vt nõ desperet quantumcũque peccator vel peccatrix interesse solẽnitati paradisi, si faciat iuxta posse, sicut fecit hæc peccatrix, nec desperet à peccato resurgere ad maximã animæ sanitatẽ, quando tam magna peccatrix à peccato tam facile resurrexit ad tantã animæ sanctitatem, vt sit ipsa in stupore omniũ pœ-

Esai. 21 nitentium, iuxta illud Esaiæ: *Babylon dilecta mea facta es mihi in miraculum*. Et illud

Psal 70 Ps. ipsa dicere potest: *Tamquam prodigium facta sum multis, & tu adiutor fortis*. Sicut enim Christus post ludibria & opprobtia à morte surrexit, sic adiutorio Domini leuatus peccator vel peccatrix, de vita ignominiæ ad mirabilem vitam resurgit. Secunda ratio potuit esse, quia despicitur vt plurimũ peccatrix mulier à viro post alienum cõcubitum, vel etiam quę puella fuit non nupta, sed corrupta suo peccato, repudiatur, nec ita thori prouisionẽ inuenit vel matrimonij dotẽ, sed fere à singulis diuitibus refutatur. Vt autem non sic videatur facere Christus peccatoribus, ad se venientes libenter amplectitur, & ad maiorem sui gratiã & virtutẽ recipit, quemadmodũ pius pater, qui prodigũ luxuriosum cũ gaudio susceptt, osculatus est, & stola prima vestiuit. Et Hiere.

Luc. 15.

Hier. 3. Ibidem. *Tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere, & ego suscipiam te.* Item: *Leua in directum oculos tuos, & vide vbi non prostrata sis. In vijs sedebas explorans eos quasi latro in solitudine: polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis. Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber nõ fuit. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Ecce saltem amodo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. Numquid iracerit in perpetuum?* quasi dicat, Non. Tertia ratio, quia non obstante luctu pœnitentium difficili pœnitentibus, ille tamen est materia gaudij Angelis Dei. Lucas: *Gaudium magnum est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia*. Nam quanto venatores feram siluestriorem, & maiorem, & captu difficiliorẽ capiunt, & regi offerunt, tanto maius erit gaudiũ regi & curiæ. Sic quãto maior peccator Deo offertur, maius est gaudiũ curię cęlesti: & quanto rex maius castrũ & magis rebelle capit, tanto magis gaudium est sibi & exercitui: & quanto morbus grauior & desperatior, tãto lętior est medicus, si per manũ eius infirmus desperatissimus euaserit. Et hoc est quod dicit thema de hac magna peccatrice, quod *iudicauit Dominus de meretrice magna*, eã absoluendo, & sanãdo, *& dixerunt, Alleluia*. Quarta ratio. In principio regni rex laudatur ex industria & solertia, quã videtur habere, sicut Salomon in iudicio duarum meretricũ laudatus est. Ideo Christus regnaturus in resurrectionis suę tẽpore hoc voluit ostendere de duabus meretricibus, quarũ altera est synagoga, quã cõdemnauit & repudiauit, & altera Ecclesia ex gentibus, cui post multas fornicationes cum idolis pepercit. Laudatur enim rex cũ deponit potentes, id est superbos, & exaltat humiles. Quinta ratio, quia forte posset dicere peccatrix: Verum est quod mortalis Deus peccatrici pepercit, sed immortalis existens sibi nõ parcet. Ideo hoc tẽpore, quo resurrexit & regnat, ostendit meretricem magnã ad misericordiam Dei per medium genitricis eius adiectam: ad quam recurramus, dicentes: Aue.

Luc. 15. Apo. 19

Nota.

B

Cõuersio peccatoris tria exigit.

Ad cõuersionẽ peccatoris tria requirũtur. Primo, quod ex corde fiat cõuersio. Ibi enim debet fieri curatio, vbi morbus est periculosior. Et quia morbus est in corde periculosior, ideo oportet peccatorem primo ad cor cõuerti. Venenũ enim acceptũ immediate tẽdit ad cor, & propterea remediũ cõtra venenũ peccati debet

Digitized by Google

immediate ad cor apponi. Vnde aranea prudentiam talem habet, quod si tela in aliquo loco destructa est per pluuiam vel ventum, semper incipit eam retexere in medio, vt dicunt, qui tractant de natura eius. Sic nos reparationē à corde incipere debemus, quod (secundum Philosophum) situatur in medio, iuxta quod dicitur in Psal. *Tabescere fecisti sicut araneã animã eius.* Psal. 38
Secũdo requiritur, quodnõ solũ ex corde sed etiã ex toto corde fiat hoc dupliciter. Primo, ita vt nulla pars cordis aliquod peccatũ retineat, vel eius amorem habeat. Nõ enim satisfit marito, si vxor eius aliqua parte cordis leccatorem diligat. Secundo, vt omnes cordis affectiones in Deum ponat. Timorem, vt nihil nisi Deum timeat; spẽ, vt in nullo præterquam Deo cõfidat; gaudiũ, vt in nullo quàm Deo gaudeat, iuxta illud Apostoli: *Gaudete in Domino semper.* Philip. 4
Tertio, vt fugiat occasiones peccãdi. Nõ enim sufficiẽter expellitur auis ab arbore, in qua fecit nidum, fugando eam, & amouẽdo pullos; sed etiã destruendo nidum. Sicut enim auis primo facit nidũ apportando paleas, & ligna colligendo. Secundo miscet lutum. Tertio facit oua & pullos; sic diabolus ad cor apportat primo paleas cogitationum, postea miscet eas luto delectationis fœtidæ; deinde facit oua, scilicet cõsensum, & pullos exterioris operis. Sed hæc fugare & destruere oportet alibi cogitando secundum confessoris & expertorũ consilium. Vnde propterea hæc peccatrix fugit in desertum, vt neminem videret, & sic nec occasionẽ luxus haberet. Per visum enim & decepta erat, & decipiebat. Vnde falco est auis taliscordis, quod vult volare ad omnia quę videt, propter quod aucepsponit ei capitiũ ante oculos, tenens ei opertos oculos, donec ostẽdat ei prędã, & tũc volat ad prædã toto corde. Sic cor hominis multũ volatile est. Vult enim volare ad omne quod videt. Ideo si teneatur capite discooperto, id est visu & sensualitate laxata, de omnibus immũdis cogitabit, nec poterit fatigatus volare ad prędã suã Christum. Propter hoc volauit hæc meretrix in desertũ, & ibi pœnituit de malis suis, ea puniẽdo, in quo *iudicauit Dominus de meretrice magna,* Apoc. 19 &c. Dicetur primo de statu Marię huius miserabili, in quo corruperat terrã meretricio suo. Seçũdo, de mirabili iudicio absolutionis eius, vnde Ecclesia laudat Deũ, & dicit, Alleluia. In primis notanda est legenda eius, & vita, quam ipsamet reuelauit cuidam sancto patri. Est autem hi-storia talis. Fuit quidam Abbas Palestinæ Zozimas nomine, ab infantia monasterijs traditus, qui certo tempore monasterium derelinquens venit ad desertum. Erat enim ibi regula, quod prima Dominica Quadragesimæ faciendo ieiunium ibant per deserta, & exibant ianuas monasterij, relictis duobus pro celebrãdis mysterijs, & reuertebantur Dominica in Ramispalmarum. Hic nota, quomodo Zozimas ab ipsis suis cunabulis à matre sua est instructus, & monasterijs traditus ad imbuendum. In quo docentur matres tria filijs suis debere procurare, si velint tempore futuro sibi obedientes esse filios. Primo bonitatem. Ideo tradidit eum mater monasterijs, vbi sancti habitabãt viri, sciens, quia (Psal. teste) *cum sancto sanctus eris.* Psal. 17. Et *Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit, non recedet ab ea.* Prou. 22 Secundo disciplinam. Natura enim pueri prona est ad malum, & ideo non sufficit ei bonum exemplũ, sed etiam requiritur stimulus ad cogendum asinũ. Inde Psal. *Disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit.* Psal. 17
Matres enim non debent nimis dulciter nutrire filios suos, quia *qui delicatè à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem.* Prou. 29. Ber. Familiam tuam grosso, & nõ delicato cibo nutrias, sicut fecit pater misericordiarũ, dilecto filio suo aduersitates multas & paupertates immittens, & verberibus eum affici sustinens pro nobis, vt verum sit illud Esaiæ: *Disciplina pacis nostræ super eum.* Esai. 53
Si autem pater voluit verberari filium pro nobis, quanto magis debet gaudere pia mater, si verberetur filius eius pro suis delictis? Clauus enim

Parẽtes debent filijs procurare bonitatem, disciplinã, & sanctitatem.

enim clauo retunditur, & malum culpæ
Eccli. 30 malo pœnæ. Vnde dicitur: *Curua ceruicem filij in iuuentute sua, tũde latera eius dũ infans est, ne indurescat, & non credat tibi.* Cera mollis & calida facile recipit impressionem sigilli, dura autem non. Similiter tenera virgula flecti potest, nõ trabes. Ideo hæc pia mater dedit Zozimam monasterijs disciplinandum, & dure nutriendũ. Tertio scientiam, vt viam possit cognoscere suæ salutis. Si enim mater haberet filium cæcum vel strabonem, quantum posset, quæreret medicum vel remediũ, vt posset videre vel sanari: quanto magis vt videat filius eius, qui interioribus oculis
Ps. 118. cæcus est? Inde clamat puer matri: *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.* Et bonum, quod inde sequitur, subditur: *quia mandatis tuis credidi:* quia si ita fiat, mãdatis tuis parebo. Propter quod instructus iste Zozimas euasit in virum perfectissimum. Sed quæritur: Quæ erat causa recessus à monasterio? Respõdetur, quod triplex. Prima, propter ieiuniũ fieri strictius. Si enim in solẽnitatibus magis corpori parcitur, & aliquid superaddit̃r, quanto magis tempore luctus debet corpori subtrahi, & animæ superaddi? Ideo
Ps. 108. ne diceret sicut illi, qui dicunt: *Genua mea infirmata sunt à ieiunio*, ideo ieiunando exijt à monasterio, ad perambulandum desertã, laborem itineris superaddens ieiunio. Secundo, vt cognoscerent se esse peregrinos in hoc mundo: sed quia tendimus ad locum patriæ, ideo reuertebãtur Dominica in Ramispalmarum, se præparaturi ad celebranda mysteria Resurrectionis. Tertio, vt possent in desertis inuenire viros se perfectiores, à quibus dõctrinam salutarem susciperent. Igitur hic Zozimas viginti dierũ pergens iter, hora sexta eleuãs oculos in oratione à dextris versus Orientem, vidit vmbraculum humani corporis, & stupefactus credidit fantasma esse, & facto signo crucis, vidit in parte Meridionali quamdam ambulantẽ nudo & nigro corpore ex calore solis. Statimque hanc fugam arripuit, & Zozimas post eam velocius currere cœpit. At illa designauit eum ex nomine, & palliũ petijt, vt operirentur secreta naturæ: quo dato, Zozimas benedictionem eius petebat. Illa vero: Ad te Pater magis benedictio spectat, quem sacerdotij dignitas ornat. Ex quo magis in admirationem ductus est, quod & nomen eius & officium expressisset. Ecce sequebatur senex mulierem vt Angelum, quam prius iuuenes sequebantur vt liciscam seu canisam, sequebatur sanctus, quam prius ribaldi sequebantur. Antecedebat sanctos, quæ prius turpitudine cunctos antecesserat ribaldos. Doctrix est disciplinæ Dei, quæ prius docebat disciplinam diaboli. Ille prius erat magister excellentissimorum monachorum, nunc fit discipulus mulieris: benedictionem petebat ab illa, quæ maledictionis omnis causa extitit. Rogat pro Ecclesia, pro qua Ecclesiam sæpe rogare tamquam pro perdita filia oportebat. Ibi considera primo, quod erat corpore nigro exterius, sed intus cãdore virtutum referta erat, vt posset dicere: *Nigra sum, sed formosa:* qn a *omnis gloria regis*, id est animæ sanctæ, *ab intus.* Non sic mundanæ mulieres, quæ de sola pulchritudine corporali gloriantur, similes cygno, qui exterius candidus est, intus niger. Secũdo, considera, quod si quæsiuit habitum Zozimæ ad se abscondendum, erubescens aggressum sancti viri mulier tam sancta, quomodo non debent erubescere miseri, qui se exponũt illi turpitudini? Et si quæratur, quomodo potuit scire nomẽ Zozimæ. Respondetur, iustum est, quod qui non conuersatur cum hominibus, habẽs cor eleuatum semper in Deum, vt cum Angelis conuersetur. Ideo dicendũ, quod hoc habuit ex reuelatione angelica. Noti enim sunt sancti viri angelicis spiritibus, sicut ille Deo notus erat, cui dixit: *Noui te ex nomine*: & libenter nomina eorũ notificant alijs. Deinde cum Zozimas vehemẽter instaret, vt ei benediceret, illa cœpit orare: cũque oraret, vnius cubiti mẽsura à terra eleuabatur, sicut eleuabatur

Exo. 33

D Ieiunio, vt sic tutius fiat, superadditur quod debet cui parcitur.

E Sancti caldorẽ habent intus, nõ extra. Cant. 1. vsal 44

Maria

P Maria Magdalena. Ista eleuatio procedebat ex duobus. Primo, ex dominio animæ supra corpus. Iã enim anima ita dominabatur corpori, vt dum anima vellet, ferretur ad cælestia, & quasi secũ corpus ferret, nisi esset grauitas. Secũdo, hoc procedebat ex assistentia angelica, quæ ostẽdebat eius conuersationem, vt quæ seruierat hominibus brutaliter ad suã confusionem, seruiret Deo cum Angelis ad suam gloriam & exultationem. Postmodum declarauit statum primum suæ vitę miserabilem, in quo corruperat terrã suis libidinibus, licet primo differret pro fœtore. Fœtet siquidem peccatum, sed pulchrum est & sitibundum, infirmum vomere morbum. Fœtet quidem dum placet, sed non fœtet dictum dum displicet. Licet non sit laus speciosa, sed fœteat in ore peccatoris, speciosum tamen est vituperium in ore peccatricis, dũ hoc fit propter Deum. Sic ergo exorsa est, dicẽs: Ego in Ægypto nata, duodecimo ætatis meæ anno parentes derelinquens Alexandriã veni. Parentes huius non bene obseruauerant præceptum Sapiẽtis: *Filiæ tibi sint, serua corpus illarum*. Ibique septemdecim annis publice libidini me subieci, nec vlli vmquam me negaui. Ecce quomodo in loco publico florem perdidit virginitatis, & infirmitatem luxuriæ sui & aliorum corruptiuã incurrit. Magna certe luxurię infirmitas, quæ corpus & animam corrũpit. Vnde sex mala specialiter facit hæc infirmitas. Primo, facit hominem frigidũ, vt de ea proprie dici possit: *Sicut frigidam facit cisterna aquã suam, sic frigidam facit malitia animã*. Et: *Quoniã abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum*. Hoc videmus impletum etiam in sacerdotibus lubricis, qui nullam faciunt eleemosynam pauperibus, vt habeant vnde dent suis meretricibus. Sic Maria Ægyptiaca propter libidinem erat infrigidata ad omne opus bonum, & ad malum omne procliuis. Secundo, hæc infirmitas reddit hominẽ ardentem, sed ardore pessimo diaboli, secundum illud: *Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquẽte*, id est, diabolo, qui est corpus illius coquinæ. *Propter speciem mulierum multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit*. Sic erat ardens hæc mulier, ita quod nocte & die illi nefario operi vacabat. Tertio, aufert saporẽ verbi diuini & gustum eius, cum tamen sit cibus animæ, qui si alicui non sapiat, de eo desperatur: quia *qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo nõ estis*. Et in Psal. *Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis*. Sed quod nõ sapiat luxurioso cibus diuini verbi, patet ex dicto Sapientis: *Verbum sapiens quodcunque audierit stultus, laudabit & adijciet. Audiet luxuriosus, & displicebit ei, & proijciet illud post dorsum suum*. Sic Mariæ Ægyptiacæ illis septemdecim annis non placebant nisi risus turpiũ rerum, ioci, & turpia verba. Quarto, aufert homini colorem suum, id est bonam famam. Apost. *Qui fornicatur, in corpus propriũ peccat*, auferendo ei, & animæ bonam famam. Cum enim loquimur de superbo vel auaro, dicimus, Talis est superbus vel auarus: sed cum de luxurioso, tunc vertimus caput quasi indignando ei, & dicendo, Talis est turpis & infamis ribaldus. Sic Maria Ægyptiaca contraxerat tam malam famam, vt peccatrix diceretur. Quinto, aufert officium omnium membrorum: officium manuũ, ne bene operentur: oris, ne bonum loquatur: cordis, ne bona cupiat: oculorũ, ne bona intueãtur: aurium, ne verba sancta audiant: pedum, ne incedat homo & ad Deũ reuertatur, sicut factum est in ista. Sexto, ducit ad mortem æternam. Inde dicit Apostolus: *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini*, scilicet morte pessima peccatorum, quæ est mala in separatione animæ, peior in sententiæ prolatione: nam scriptum est: *Spiritu labiorum suorum interficiet impium*: & pessima in terribili dæmonum visione & cruciatu inferni. Sed hanc mortem euasit Maria Ægyptiaca ex diuina misericordia, quæ eam ad pœnitentiam vocauit & traxit.

Maria Ægyptiaca eleuatio à terra vnde procedebat.

Eccli 7.

B *Luxuria infirmitas sex mala facit.*

Hiere. 6 Mat. 24

Osee 7.

Eccli. 9.

Ioan. 8.

Psal. 106.

Eccli. 21

1. Cor. 6

Rom 8.

Esai. 11

Sed

Digitized by Google

H *Meretricia permittuntur, sed cū restrictione.*

Sed quæritur, an permitti debeat locus publicus siue lupanar publicum meretricibus. Dicitur primo, quod illud permittere est necessarium, ad vitandum maius malum. Augustinus: Tolle meretricium de ciuitatibus, & cūcta replebis libidinibus. Ille enim ignis ita à diabolo succendi solet, vt etiā nec aquis diluuij extingui potuerit. Ideo oportet quod ille ignis alicubi vrat. Dicitur secundo, quod nihilominus debet meretricium à rectoribus ciuitatum restringi multis modis. Primo, quantum ad habitationem, vt sint in loco sterquilinij. Melius enim est quod sit in sterquilinio talis ignis, quàm in bona domo vel prope eā, ne incendatur. Secundo, quod non sit in locis priuatis, ne inuerecūdius peccetur, sed in publico loco. Tertio, ne permittantur meretrices currere pervicos & plateas ciuitatis & tabernas, & comessationes cum viris frequentare, quia hoc nō esset nisi venatores diaboli laxare in captura miserorum, & aliquando istud rete posset capere plus quàm centū quinquaginta tres pisces miserorum. Quarto, quod non vtantur habitu ornato, nec auro vel argento fulgeant, non intortis crinibus vel extrinseca capillatura videātur ab hominibus. Quinto, quod non permittantur in loco manere, ad quem aliūde licitus pateat accessus, ita quod omnimode propellantur à domibus mechanicorum, stupharum, & tabernarum: ne prętextu liciti peccetur licentius. Sexto, quod non permittantur simili habitu vestiri sicut honestæ mulieres. Et hæc de prima parte.

Pro secunda parte, cū placuit Domino Mariam Ægyptiacam absoluere à vinculo diaboli ad gloriam suam, induxit eam vt fugeret à loco peccati, quod est efficacissimum remedium contra luxuriā. Glo. 1. Corinth. 7. In alijs vitijs experiri potest conflictus, fornicatio autē non aliter melius potest vinci quàm per fugam: & ideo
1.Cor.7 ibidem præcipit Apostolus: *Fugite fornicationem, & fugiet à vobis.* Igitur cum homines Alexandriæ & alij regionis illius ascenderent Hierosolymam pro adoranda sancta cruce, Maria Ægyptiaca cum eis ascendit, non adhuc animo mutandi vitam peruersam, quia etiam tunc cum non haberet naulum vnde solueret nautis, dedit eis pro naulo corpus suum. Hic attende, quomodo diabolus aliquando se trāsfigurat in Angelum lucis, & quomodo sub specie peregrinationis fiunt sæpe plurima mala: & deinde iuuenes inuenit, cū quibus abijt; qui sequebantur eam sicut canes liciſſam. Cum autem peruenisset Hierosolymam, & intrare vellet Ecclesiam, pro eadem cruce adoranda subito etiam inuisibiliter repulsam patitur, nec ingredi finitur. Quam misericorditer egit Deus cum ea, vt ab ingressu Ecclesiæ militantis arceretur, & ibi haberet, *Nescio vos*, vt non haberet illud in cælestibus. Vtinam sic fieret omnibus ribaldis, qui templum Dei ingrediuntur, & maxime sacerdotibus. Sed quare illud non facit Deus? Dicitur, quod hoc est, vt ostendat zelum suum & amorem suum recessisse ab Ecclesia, sicut comminabatur Ezech. 16. *Auferetur zelus meus à te, & quiescā, nec irascar amplius.* & Hiere. 6. *Eradire Hierusalem, ne fortè recedat anima mea à te.* Postquam secundo repulsam passa est, alijs libere ingrediētibus, cogitauit quod hoc esset propter immanitatē scelerū suorū, & ideo cœpit tundere pectus suū manibus, & lachrymas amarissimas fundere, & visa imagine beatæ virginis, cœpit illā lachrymabiliter exorare cū fletu ex corde: vt vnde incepit infirmitas, ibi remediū sumeretur; & oculi, qui multipliciter peccauerant, & alios peccare fecerāt, punirētur; rogabat, inquā, Mariā, vt veniam impetraret, & ad adorādū sanctā crucē ingredi permitteret, promittens se sæculo abrenunciaturam, & de cætero caste mansuram. Et hoc facto intrauit, & adorata cruce, ex tribus nummis sibi datis tres panes emit, cū quibus Iordanem trāsiuit, & in desertum venit, vbi quadraginta septem annis mansit. Primis autem septemdecim annis erat in cōtinua luctā, vt tempus pœnitentiæ, cor

I *Sacerdotes lubricos cur nō arcet dominus ab Ecclesia, sicut Mariā Aegyptiacā* Ezec. 16. Hier. 6.

respon-

Digitized by Google

reſponderet tẽpori culpę, quo vacauerat ſuis libidinibus, id eſt, vt tot annis eſſet in lucta, quot annis fuerat diaboli filia. Ibi aduerte, quomodo diabolus affligit volentes dimittere peccata, exemplo Pharaonis, qui perſecutus eſt filios Iſrael ab Ægypto recedentes, & antea perſequebatur recedere volentes. Sed iſta ſancta, cum ſibi occurrerẽt tẽtationes carnis de cibo & potu & canticis nefarijs, quibus prius delectabatur, tunc formabat imaginem Mariæ, quæ ei ductrix fuerat, & lachrymabatur, ſicque aſtabat ſibi lumen, & ceſſabat tẽtatio: & deinde, cũ rurſus tentaretur, ad orationẽ confugiebat, non ceſſans quouſque tali lumine fuiſſet circumdata, & tandem tranſactis ſeptemdecim annis, Maria conſolabatur eã aperte & iuuabat. Hic nota, quod hęc ſancta mulier habuit difficultates in principio ſuæ conuerſionis. Vnde S. Sincletice ait: Labor & certamẽ magnũ eſt in his, qui primo cõuertuntur ad Deũ, poſtea autẽ venerabile gaudiũ habent. Sicut enim qui ignẽ accendere volũt, prius fumantur, & ſic obtinent quod volũt; ita oportet in nobis diuinum ignem cum lachrymis & laboribus accendere. Inde Iſidorus libro 1. de ſummo bono: Ante conuerſionem præcedit turba peccatorum, poſt conuerſionem ſequitur turba tentationum. Vnde ſecundum Grego. libr. 24. Moralium, tres modi ſunt conuerſorum. Inchoatio, medietas, & perfectio. In inchoatione inueniuntur blandimenta dulcedinis, in medio certamina tentationis, ad extremum vero perfectio plenitudinis. Prius igitur dulcia ſuſcipiunt, per quę cõſolentur; poſtmodũ amara, quæ exacuãt; deinde ſuauia, quæ ſupplicia conſumant. Sic & plebs Iſrael prius ſuſcepit blãdimẽta ſignorum, poſtmodum vero probationibus exercetur in eremo: probata vero in repromiſsionis terra virtutis plenitudine confirmatur. Sic mulier hæc ſanctiſſima primo habuit quamdã dulcedinẽ ex miraculo erga ſe facto, dũ prius inuiſibiliter repulſa ab Eccleſia, tandẽ intrare permiſſa eſt, & de voce audita, qua ei dictum fuerat: Si Iordanem tranſieris, ſalua eris, & de conſideratione auxilij beatæ virginis Marię, poſtea in illis ſeptemdecim annis tentationibus carnis & moleſtijs corporalibus probata eſt, reliquos autẽ triginta annos, quibus vixit, in ſumma ſpiritus quiete & delectatione cõpleuit, ita vt cibus & potus ſibi eſſet verbum Domini & conſolationes Angelorum. Poſtmodũ rogauit Zozimam, vt ſibi afferret corpus Dominicum anno ſequenti propter præceptum Domini: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis*, &c. quod & fecit. Tertio quoque anno redijt, & eam mortuam inuenit, ac ſepulturæ tradidit, adiuuante eum leone, qui terram fodiendo aptam Mariæ corpuſculo foueam prępararuit. Sed hic circa iuſtificationem & conuerſionem huius mulieris quæruntur duo. Primum eſt, vtrum iuſtificatio impij ſit opus miraculoſum? Reſpondetur quod in miraculis tria inueniuntur. Vnum eſt, quod ſola virtute diuina fiant. Licet enim ſancti dicantur facere miracula, hoc tamẽ non eſt virtute ſua, ſed tantum imprecatiua ad inuocationem nominis Dei, qui hęc omnia operatur: & ſic omne opus, quod à ſolo Deo fieri poteſt, dicitur miraculum. Alio modo inuenitur in miraculis, quod inducitur aliquid ſupra naturalem potẽtiam talis materiæ, ſicut in ſuſcitatione mortui inducitur anima ſupra potentiam materiæ. Et ſecũdum hoc iuſtificatio impij nõ eſt miraculoſa, quia anima eſt gratiæ capax, eo quod eſt ad imaginem Dei facta, vt dicit Auguſtinus. Tertio modo, quia operatio fit præter conſuetũ & ſolitũ modũ cauſandi effectũ: ſicut ſi aliquis infirmus ſubito cõſequatur ſanitatẽ perfectã, quia cõmunis curſus hoc nõ habet, & ſic iuſtificatio impij raro eſt miraculoſa, ſed bene quãdoq; vt Pauli, Matthęi, Magdalenæ, & huius Mariæ Ægyptiacæ. Eſt enim conſuetus & communis curſus iuſtificationis, vt Deo monẽte interius animam, homo conuertatur in Deũ, primo conuerſione imperfecta, & poſtmodum ad perfectũ deueniat. Nõ enim niſi raro

Luc. 6.

R. Conuerſionis difficultas multis eſt difficultatibus repleta

das

dat Deus tantam charitatẽ, vt ſtatim perfectionẽ quis cõſequatur. Nemo enim repente fit ſummus. Secunda quæſtio eſt.

I. *Iuſtificatio impij an ſit opus miraculoſum. Pſ. 144*

Vtrũ iuſtificatio impij ſit maximũ opus Dei. Et videtur quod nõ, quia glorificatio & creatio ſunt maiora opera Dei. In oppoſitũ arguitur: *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius*, quæ maxime apparent in iuſtificatione impij. Reſpõdetur per tres propoſitiones. Prima eſt. Creatio eſt maius opus quantum ad modũ agendi, quia ex nihilo fit aliquid, & nihil cooperatur Deo. Aliter autẽ fit in iuſtificatione. Cooperatur enim liberũ arbitrium peccatoris cõſentiendo diuinæ monitioni, ſecundũ illud Aug. ſer. 15. de verbis Apoſt. Qui fecit te ſine te, nõ iuſtificabit te ſine te. Secũda propoſitio. Ratione ſubſtãtiæ operis maior eſt iuſtificatio quã creatio, quia iuſtificatio terminatur ad bonũ æternum, ſed creatio ad naturã mutabilẽ. Vnde dicitur in collecta: Deus, qui omnipotentiã tuam parcendo maxime & miſerendo manifeſtas. Et Aug. exponẽs illud: *Maiora horũ faciet*, dicit: Maius opus eſt, vt ex impio quis iuſtus fiat, quã creare cælũ & terrã. Cælũ enim & terra tranſibunt, prædeſtinatio autẽ & ſalus iuſtorum permanebit. Tertia propoſitio. Donũ gloriæ licet ſit maius ſecundum ſe, quã donum gratiæ, quia per hoc conſequitur gratiam patriæ, quæ maior eſt, tamẽ proportionabiliter donum iuſtificationis maius eſt donum peccatori quã donum gloriæ iuſto, quia plus excedit donũ gratię dignitatẽ impij, qui erat dignus pœna æterna, quã donum gloriæ dignitatem iuſti, qui ex hoc ipſo, quod iuſtificatus eſt, dignus erat gloria.

II. *Iuſtificationis impij & creationis comparatio.*

Ioan. 14

DE S. OPORTVNA, SERMO vnicus, & in ord. LXXXVI. Per Thema.

Prou. vlt.

Mulier timens Dominum ipſa laudabitur. Quæritur, an debeat laudari beata Oportuna, & de ea ſolemne fieri feſtum. Videtur quod non, quia illi ſoli laudandi ſunt ſolemniter, qui fortiter bellarunt contra hoſtes, & de ipſis triumphum reportauerunt, ſed non conuenit mulieri bellare, & per conſequẽs nec reportare poteſt triumphũ. Quod nõ ſit apta ad bellandũ, patet primo, quia nec ſibi ſuppetit potentia, quia nimiũ fragilis eſt; nec conſiliũ, quia ſecundũ Ariſt. conſiliũ mulierũ eſt inualidum. Quid igitur faceret in bello? Secundo, non conſueuerunt reges & principes introducere mulieres in bello. Tertio, quia prima mulier primo bellũ ingreſſa eſt, & turpiter deiecta fuit à ſerpente. Reſpondetur per propoſitiones. Prima eſt. Differentia eſt inter bellũ ſpirituale, & corporale ſeu terrenũ. Nam in corporali ſolũ intrant viri, ſed in ſpirituali & viri & mulieres. Et ideo ſicut eſſet mirabile videre modo vnam mulierem bene armatã intrare bellum, frãgere hoſtes & vincere, vt dicitur de Pentaſilea in Troiana hiſtoria, & de Tamari, quę occidit regem Perſarum, proſternendo multa millia armatorum; ita mirabilia fecit Dñs de mulieribus fragilibus facere vnum bellum contra hoſtes tam potentes. Secunda propoſitio. Conueniens fuit mulieres aſſumi ad exercitum Chriſti & ad militiam eius propter tria. Primo, ad oſtendendum ſuam ſapientiam, quæ ſapienter omnia diſponit. Sicut enim bellũ ſerpentis à muliere incepit, ſed tamẽ victa eſt. Ex quo forte id contigit, vt in bello repudiaretur mulier, quę ſic à primo ictu victa eſt, vnde & apud virum diffamata eſt. Si enim timuiſſet Deum offendere, nõ ita fuiſſet victa, ſicut B. Oportuna timuit Deũ, ipſa laudabitur: ſic Dominus incepit exercitum ſuum à muliere primo, ſcilicet à Maria, quæ ſecum adduxit magnũ exercitum facta virginitatis forma, ſecundũ illud: *Adducentur regi virgines poſt eã*, vt honor mulieris releuaretur. Secũda ratio, ad oſtendendum ſuam potentiam. Hinc ait Apoſtolus: *Infirma mundi elegit, vt confundat fortia.* Ideo elegit ſexũ muliebrem, ad oſtendendũ, quod hoſtis antiquus debilis eſt virtutis, & quod multum debilitatus, quãdo etiam ſexus debilis maximã de eo reportet victoriã. Tertia ratio, ad oſtendendũ, quod bellũ ſpirituale in omnes eſt & vi-

A *Bellum corporale & ſpirituale quomodo differunt.*

B *Mulieres aſſumuntur merito ad militiã Chriſti.*

1. Cor 1.

Pſal. 44

Digitized by Google

& viros & mulieres, vt sit dæmon sicut
Gene.16 Hismael, *cuius manus contra omnes, & manus omnium contra eum.* Ideo aduocauit mulieres. Tertia propositio. Quãdiu sancti vel sanctæ viuunt in hoc mundo, non expedit facere festum de victoria eorum, neque laudare triumphos. Ratio est, quia adhuc non sumus certi de finali victoria, quia bellum continuum est in hoc mundo. Et ideo, vsquequo cessauerit pugna, nulla fit mentio de victoria. Sed secure post mortem celebrantur eorum solemnitates, sicut nunc fit de beata Oportuna. De qua vt detur nobis aliquid salutiferũ dicere, recurremus ad reginam exercitus Mariam, dicentes: Aue.

Laudari debet mulier timens Dominum, sicut laudari solet mulier pulchra & bona. Timor enim Domini causat pulchritudinem & bonitatem animæ. Expellit enim peccatum deturpans faciẽ animæ, secundum illud: *Quod vilis facta es nimis iterãs vias tuas:* & inducit virtutes, quia
Hiere. 2
Eccli. 1. *initiũ sapientiæ timor Domini.* In quibus virtutibus consistit pulchritudo & bonitas animæ. Mulier ergo timens Dominum, sicut beata Oportuna, ipsa laudabitur. Itaque videndum est, quomodo timor Domini in beata Oportuna associauit sibi seu adduxit secum multas virtutes. Prima virtus socia timoris Domini fuit prudentia. Fuit enim virgo prudens, & de numero prudentum, imitans astutiã serpentis, ita quod omnia reliquit & exposuit, parentes, sæculũ, & cætera transitoria, sed & voluntatem propriam, pro capite Christo conseruando. Nam spretis omnibus religionem ingressa est, licet nobilis esset, & de sanguine regio: in quo cõiunxit nobilitatem mentis nobilitati carnis. Et merito, quia periculosa est nobilitas carnis sine nobilitate mentis. Parit enim superbiam, sicut in illis, de quibus:
Osea 9 *Gloria eorum ab vtero & à partu.* Et consequenter parit ignorantiam sui, & generaliter omnia alia mala. Hinc Gregorius in Dialog. Nonnullis sua nobilitas generis parit ignobilitatem mentis. Vt minus in hoc mũdo se despiciant, qui se prius fuisse aliquid meminerunt. Exemplũ est de monacho B. Benedicti, qui murmurabat in corde, quia tenere iubebatur lucernã coram Benedicto, eo quod nobilis esset. Vtinam tales speculando se cognoscerẽt seipsos, & damnum, quod erit, quando tã pulchra & tam nobilia membra inferni incendio cõburentur. Speculantur enim in mundo suam nobilitatem & pulchritudinem, sicut pauo rotam, & contẽnunt pontem pœnitentiæ, & cadunt & submerguntur in infernum. Vnde transiens pontem quandoq; faciem suam non cõuertit ad pontem, sed ad aquam, quæ iuxta se est, & ibi speculatur se ipsum, vnde attentius occupatur respectu sui, & pedẽ ponit extra pontem, & sic submergitur. Sic quidã faciem suę considerationis vertunt non ad pontem pœnitentiæ; sed ad nobilitatem generis, ad diuitias, & huiusmodi, & pedem affectionis ponunt extra illum pontem pœnitentiæ, & sic corruũt in aquas amaritudinis æternę. Non sic B. Oportuna, quæ causa arctioris pœnitẽtiæ faciendæ religionem intrauit. Vnde venatores dicunt, quod cognoscitur canis nobilis, quando habet aures magnas & pendentes, & pedes latos ad ambulandũ. Sic in ea cognoscebatur esse nobilitas mẽtis, quando habebat aures ita promptas ad audiendum verbum Domini, & ei tã faciliter obtemperabat dicenti: *Audi filia,* Psal. 44.
& vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & concupiscet rex decorem tuũ: & quando sic ambulabat in latitudine nõ solum viam mandatorum Dei, sed etiam consiliorum, plus ambulans spiritualiter in vno passu, quàm multi alij in decem.

C
Nobilitas carnis sine nobilitate mẽtis periculosa est.

Secunda virtus fuit virginitas. Nam cũ adhuc iuuenis esset, vouit Domino virginitatem, & sibi dedicauit templum corporis sui. Puellæ autẽ sex desiderãt, propter quæ desiderauit Oportuna virginitatẽ. Primo enim desiderant habere mũditiam corporalem. Et quid mũdius virginitate, quę interius & exterius mundat hominem? Vnde taliter mundat habitaculum

D
Virginitas mũdat hominem.

culum hominis, quod si cum humilitate iuncta fuerit, meretur Spiritus sancti habitationē. Hinc Ps. Domino: *Tu autē in sancto habitas*. Et iterum: *Dominus in tēplo sancto suo*, id est in corde mundo. Sic Lucię orāti dictum est exauditā esse petitionem suā, quia iucundū in sua virginitate Domino habitaculū præparauerat, & sic cōtra impudici præsidis iussum & voluntatē, qui eā duci iusserat ad lupanar, fixit eā Spiritus sanctus, vt nullo pacto moueri posset, in signū quod eā Spiritus sanctus inhabitabat. Econuerso dęmonum habitatio est mēs immunda. Vnde legio dæmonū expulsa ab homine, petijt vt intraret in porcos. Glos. Nisi more porci quis vixerit, in eo diabolus potestatē non habebit. Secūdo, appetunt puellæ pulchra iocalia. Sic optabat Oportuna virginitatē, eo quod pretiosior sit omnibus iocalibus mundi. Hinc est quod cōparatur margaritæ, qua inuenta cælestis negotiator dedit omnia sua, & cōparauit eā. Ros cæli, qui in conchis marinis reperitur, & ibi seruatur, in pretiosum lapidē mutatur & candidū. Sic gratia Dei de cælo descendens in conchis cordium humiliū, seruādę virginitatis ibi propositum generat, & in perseuerantiā huiusmodi quasi in lapidē pretiosum induratur, qui est dignus comparari regno cælorū, & de quo monilia sponsarū fiūt. Vel margarita valet contra morbū caducum, sic virginitas contra luxurię casum. Est etiā similis topazio, qui inter lapides pretiosos est speciosissimus, & pretiosissimus, quanto rarius inuenitur. De quo dicunt naturales, quod positus in olla custodit eā ab ebullitione, & etiā ebullitiones ille bulliētis sedat, & seruat ollam ab effusione. Sic latēs in corde virginitas tēperat & sedat ebullitiones tētationis carnis, ne homo effluat per luxuriā & effundatur, vt Ruben, de quo: *Effusus es sicut aqua, non crescas*. Sic de B. Oportuna virgine legimus, numquā eam habuisse tentamenta carnis, quin ea vicerit. Ita habebat firmū virginitatis propositū. Tertio, appetunt puellæ esse similes dignioribus & melius indutis. Et qui sunt digniores quā Angeli? quibus tamen cōformes sunt virgines, cū Hieron. teste, Angelis sit cognata virginitas. Ideo Bern. dicit quod castitas de homine Angelū facit. Et Isidor. Nō est dubium quod qui casti perseuerant & virgines, Angelis Dei efficiātur æquales. Sunt etiam virgines dignior & illustrior portio gregis dominici. Prima enim pars sunt cōiugati. Secunda cōtinentes. Tertia virgines, & in futuro videntur habere eminentiorem statū. Nam de virginibus dicitur: *Sequuntur agnum quocumque ierit, hi sunt ex omnibus primitiæ Deo & agno*. Quarto, appetunt esse formosæ, & habere faciē lucentē. Sic virginitas fecit Oportunam formosam in conscientia, & lucentem in bona fama, econtrario nihil magis turpe est nec fœtidum corā Deo & hominibus quàm puella luxuriosa, ita quod tales vocantur putanę à putēdo seu fœtendo. Nec tales communiter habent fructus ventris sui, aut si habeant, sæpius sunt mali. Non enim ponitur bonum vinum, aut bonus alius liquor in vase immundo & fœtido. Quinto, appetit puella pulchrū & bonū sponsum. Quid autē pulchrius ac melius Christo? Hunc tamen sponsum habēt virgines. Inde Agnes gloriabatur Christum esse sponsum suū. Similiter & Oportuna ipsum desiderans perpetuo obtinere spōsum, respuit maritum terrenū, quamuis à multis potentibus & diuitibus quæreretur. Nec mirū si huiusmodi acceptat Dominus, quia similis similem sibi quærit, immaculatus immaculatā. In huius figuram dicitur Leui. 21. quod summus sacerdos sine macula legis immaculā sibi eligebat sponsam, & non aliam quā virginē. Sic immaculatus Dominus immaculatam elegit Oportunā, quam & multū adamauit. Sponsus enim amat sponsam, vt legitur de B. Catharina, & maxime quādo inuenit eam sibi fidelem. Dicit enim Dominus animæ deuotæ: *Sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus*. Sexto, appetunt puellæ ditari. Et quæ est maior remuneratio quàm virginitatis? Remunerabūtur enim

Psal 21. *Psal 10.* *Matt. 8.* *Virginitas margarita & topazio comparatur* *Gen. 49* *Apo. 14* *Leui. 21* *Osee 2.*

enim virgines in omnibus fere membris. In capite, quia ibi habebunt non ſolũ coronam communem, ſed etiã ſingularem, ſcilicet virginitatis aureolã. Spõſus enim
Cant. 2. Chriſtus ait virgini: *Veni de Libano, veni coronaberis.* Libanus interpretatur candidatio, & his dicitur propter duplicem candorem mẽtis & corporis. Nã (vt diciturin ſentẽtijs Iſidori) virgo carne, & nõ mẽte, non habet præmium in retributione. In ore remunerantur cantici nouitate & ſingularitate. Nam de virginibus dicitur:
Apo. 14 *Cantabant cãticum nouum, & nemo poterat dicere cãticum illud nouum, niſi illa centũ quadraginta quatuor millia.* Et ſequitur: *Virgines enim*
Ibidem. *ſunt.* In pedibus remunerantur, quia *ſequũtur agnum quocũque ierit.* In oculis, quia clarius cæteris Deum vident. Quia enim puriorẽ & limpidiorẽ oculum, tam mẽtis quã corporis habẽt, ideo ſequitur eos clariſsime videre. Dicit enim Dominus:
Matt 5. *Beati mũdo corde, quoniã ipſi Deũ videbũt.* Qui tamẽ non poteſt in monte ſaluari, id eſt in excellentia vitæ virginalis, ſicut beata Oportuna, maneat in Segor, quæ erat vrbs parua, hoc eſt in ſtatu matrimonij, qui eſt ſtatus infirmorum, & ibi ſaluari poterit, ſi eo debite vtatur. Tertia virtus fuit humilitas. Intrãs enim in religionẽ humilis facta eſt ac obediẽs omnibus, vt ancilla, imo iuxta legendam, humilitatis ac obediẽtiæ gratia ſuper omnes eminebat, nec propterea erat minoris meriti, ſimilis Thabitæ virgini, quæ erat in monaſterio trecentarũ virginum apud Thebaidẽ, ſeruiẽs in humilibus operibus coquinæ, cuius ſanctitas Pitherio Abbati reuelata eſt, vt ſcribit Heraclidẽs. Nõ ſic de quibuſdã, quæ ſe humiliare videtur, vt poſsint adipiſci dignitates, ſimiles vulpi, quæ ſe mortuã ſimulauit, vt ponere-
Eccli 9. tur in quadriga ad deuorandũ piſces. De huiuſmodi enim dicitur: *Eſt qui nequiter ſe*
F *humiliat, & interiora eius plena ſũt dolo.* Vnde
Humilitas ficta reprobatur. nũmus, qui in ſtatera deſcẽdit, ponitur in theſauro, ſed qui aſcendit, proijcitur in fornacem vel caldariã. Sic qui vere ſe humiliat, ponetur in theſauro paradiſi, ſed qui aſcendunt per ſuperbiã, reprobantur, de quibus Hieremias: *Argentum reprobũ vocauit eos.* Et quia vere fuit humilis beata Oportuna, ideo conſolatur humiles, ita vt quilibet talis dicere poſsit: *Hæc me cõſolata eſt in humilitate mea.* Quarta virtus fuit abſtinẽtia & auſteritas pœnitentiæ. Vnde licet magnã pœnitentiã faceret antequã eſſet Abbatiſſa, tamen poſt ſuſceptionem abbatialis dignitatis maiori corpus ſuum cœpit domare abſtinentia & pœnitentia. Nã ſæpe in die à cibis abſtinebat. Aliàs panẽ hordeaceũ & aquã cũ vno quolibet cibo viliſsimo ſumebat. Die tamẽ Dominico piſciculis paruis vtebatur, propter diei Dominicæ ſolemnitatẽ. Sed audi rationẽ ſuę abſtinentię: Adã (inquit) de paradiſo eiectus eſt illic manducãdo, & nos debemus redire ieiunãdo. O dictũ optimũ, quod vtinã hęreret cordibus noſtris, hæc eſt abſtinentia, qua armabatur & cingebatur guttur eius cõtra lupos infernales. Canis enim non capitur à lupo, ſed bene ſe defendit contra eũ, quãdo habet collarium de clauis. Sic dum cohibetur per abſtinentiam gula, optime quis defenditur à dæmonibus. Nec ſolum Oportuna corpus domabat per abſtinẽtiam, ſed etiam per alias aſperitates pœnitentiæ, cilicium ſemper abſconſe ferẽs ſuper carnẽ, ſacco tantũ vno cilicino vtẽs in lecto, & lauans per ſingulas noctes lectum ſuũ, ita vt in arduitate & excellẽtia pœnitentiæ collocaretur quaſi in arce altiſsima contra hoſtes animæ, ſicut ſolet quis tutari ſeipſum contra inimicos ſuos in caſtro multum alto. Quinta virtus eius fuit iuſtitia, qua erat Oportuna munita quaſi lorica, ſecundum mandatum Apoſtoli: *Induite loricam iuſtitiæ:* vt dici poſsit de
Ephe. 6. ea: *Induet pro thorace iuſtitiam.* Latrones nõ
Sap. 5. veniunt ad terram, in qua ſciunt Dominum eſſe bonum iuſtitiarium. Sic nec dæ-
G *Iuſtitia facienda eſt de furibus vitijs.* mones audent ad eum accedere, qui facit bonam iuſtitiam de furibus vitijs, ſicut de furto, venere, gula & huiuſmodi. Iuſtitia enim non ſolum eſt ad proximum, ſed etiam ad ſeipſum, quam debes exercere

cere circa ea, quæ nocét animæ tuæ, vt ſicut vermes, qui nocét corpori, occidis, ita vitia perimas, quę animæ maxime nocét, ſine quibus anima numquã lęderetur. Sic iuſtitiã faciebat B. Oportuna in terra ſua, vt non permitteret ibi vitia regnare. Quo ad vero ſibi cõmiſſas, nõ vtebatur verbere, ſed magis verborũ caſtigatione & ſui mutatione, aut ſi aliqua fuiſſet duræ ceruicis, oratione apud Deum. In huiuſmodi debet eã imitari prælatus, vt primo de ſe iuſtitiã faciat, ſeipſum dijudicãs, & poſtmodũ de ſubditis, dulcius quã fieri poterit eos regendo, non tamẽ timẽdo cõtradicentes aut maledicentes. Vnde cõmune eſt in iuſtitia tam ſęculari quàm Eccleſiaſtica, quod qui perdit proceſſum ſuũ, male dicit de iudicibus, & vocat eos iniquos & fures, ecõtra vero qui proceſſum ſuum lucratur, iudices cõmendat. Sic itaque habet iudex ambulare per ignominiam & bonã famã, & per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, non timendo maledicentes, nec cedendo adulatoribus, aut munera offerentibus. Et certe opus eſt quod iuſtitia habeat bona arma, quia multę fortes beſtiæ, & multi milites validi pugnãt contra eã. Nonne pugnant cõtra eã leones aurei, & illa fruſta auri, quæ dicuntur Gallice *franc à pié, franc à cheual*, nobiles aurei, Angelici ac ſolares? Et ita niſi ſit fortis, timendum eſt ne violetur aut corrumpatur à tam potentibus. Sexta virtus fuit fides, quæ eſt quaſi ſcutum triangulare, de quo Pſal. *Scuto circumdabit te veritas eius*: hæc in ea tanta fuit, vt per ipſam ſe protegeret contra omnes hoſtes ſuos tam viſibiles quã inuiſibiles, & eos vinceret, imo de fide ſua quodãmodo videbatur vincere inuincibilẽ ac ſuperare omnipotentẽ, impetrans quicquid ab eo petijſſet. Vnde fratre ſuo Godegrãdo Sagienſi Epiſcopo iniuſte occiſo, impetrauit ne corpus eius moueretur à terra, quouſque ipſa veniret, vt ante annũ mortis ipſius fratris moreretur. Similiter ſi latro aliquid furto abſtuliſſet, oratione eius fide vallata tamdiu detinebatur, quouſque ablata reſtituiſſet. Simile contingebat de animalibus rapacibus, vt lupo, vulpecula, aquila & huiuſmodi, ſi quid ad ſe ſeu monaſterium ſuum pertinẽs rapuiſſent. Et poſt mortẽ ſuis precibus ſanauit multos infirmos, vt in tranſlatione corporis ſui à loco in quo obierat, qui eſt Sagienſi vrbi vicinus, vſque ad Monciacum. Tunc enim pluſquã ſexdecim homines à varijs languoribus curati ſunt. Suſcitatus eſt etiam quidã eius meritis, qui viſu baſiliſci interierat in Mareſijs montis martyrũ, & quidam claudus, qui iam triginta annis claudicauerat. Vide alia miracula in legẽda. Vnde pro fide mulierum Dominus olim multa miracula fecit aut mirabilia, ſicut propter fidem Chananææ, Magdalenæ, & ſimiliũ. Septima virtus fuit ſpes, quæ eſt galea ad caput protegendum, de qua Apoſt. *Et galeam ſpem ſalutis aſſumite.* Canis ſi non habeat ſpem capiẽdi beſtiã, non proſequetur eam, nec auis nobilis ſequitur prædã nimis diſtentam, quia nõ eſt ſpes eam attingendi. Sicut autem olla plena aqua prope ignem non crepat nec frangitur, ſic nec homo bonæ ſpei frãgitur in aduerſitatibus, ſed more canis venatici infatigabiliter prædã Chriſtũ proſequitur per ſpinas & tribulos aduerſitatum & tribulationum. Et ſi quæras: Quomodo habere potero verã ſpem? Reſpondeo: Bene fac, & merito ſperabis. Nã ſpes ex meritis procedit & gratia. Hinc Pſ. *Sacrificate ſacrificiũ iuſtitiæ.* Sequitur: *Et ſperate in Domino.* Latro enim, qui ſemper exercuit latrocinia, nec aliquid boni egit in vita ſua, niſi forte modicum valde, cũ ducitur ad patibulũ, facilẽ deſperat, ſed iuſtus confidit in morte ſua. Quis enim credat quod rex det illi officiũ, qui numquã prò eo aliquid fecit, ſed ſẽper ipſum impugnauit? Sic nec ille, qui ſemper Deũ ſuis malis actibus impugnauit, dignus eſt gratia Dei finali, ſed tamen ſæpe Deus ex ſumma ſua miſericordia tales viſitat. Ideo nemini quantumcumque peccatori eſt in hac vita mortali de diuina clementia deſperandum, quia hic eſt tempus

H
Iuſtitia ampla gnatur auro & argento

Ephes. 6

Spes præſupponit merita.
Pſal.

Sed posset cum Origene dici: Cuius eius? Respondetur: Illius, qui noluit intelligere, vt bene ageret, scilicet sanctorum virorum verba; qui meditatus est iniquitatem in cubili, astitit omni viæ nō bonæ, malitiam autem nō odiuit. Illius, qui gloriabatur in malitia, qui potens erat in iniquitate. Vnde periculosum est, cum habens auctoritatē est malus, quia sicut castrum in alta rupe situm non potest capi, sic nec talis quacumq; correctione. Certe & illius, qui hodie cælum ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Dominus enim *diuertit ab oneribus*, peccatorum, *dorsum eius, & manus eius in cophino seruierunt*. Cophinus proprievas est, ad portādū immūditias. Opera enim eius postea seruierunt ad portandū immūditias suas extra. Multi sunt, qui volūt esse de peccatis suis liberati, sed nolunt manus apponere, ad portandum lutū extra domū suā. Videtur enim eis esse vile artificium, cū tamē Dominus id fecerit pro nobis. Sic igitur manus apposuit Guillermus. Et ideo Dominus *posuit petrā in stagna aquarū, & terrā sine aqua in exitus aquarū, vt sicut tenebræ eius, ita & lumē eius*. Igitur dicendū est, quomodo Guillermus fuit primo in tenebris peccatorū, deinde vero venit ad lucē virtutū. Fuit autem in tenebris. Primo peccati gulę. Sic enim gulosus fuit, vt alimenta pro octo iuuenibus vix ei sufficerent. Forte quantitas corporis illius aliquid vltra cōmunē consuetudinē exigebat. Sicut enim dicit Philosophus 2. Ethico. quod vni est multū, alteri est paucū. Hoc vitiū in iuuene est periculosissimū, licet videatur paruum. Primū vitium infantiæ naturæ humanæ fuit vitium gulæ, ex quo apparet satis quāta mala processerint in orbe. Hoc etiā experiētia docuit in infantia synagogæ, quādo filij Israel cōcupierunt carnes, & in vno die perierunt vigintiquatuor millia, secundum illud Ps. *Adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos*. Maxime autē periculosa est gulositas in principibus, sicut dicit Guilielmus Parisiensis super illo passu, *Væ terræ, cuius principes mane comedunt*, quia mane vacandum est causis subditorum examinādis & expediendis. Splendor enim epularum & earum affluentia obruit intellectum. Sic dicit Hierony. nihil ita obruere intelligētiam sicut comessationem & ebrietatem. Ideo principes post somnū rebus publicis intendere debent. Vnde Nabuzardan, qui erat princeps coquorū, destruxit muros Hierusalem, & combusit templum Domini. Sic gula est illa, quæ primo destruit templum spirituale Dei. Oportet enim infrænare iumentum à principio, alioquin male ambulabit. Dicit tamen Arist. 8. Politicæ, quod iuuenes nimis dure nec nimis molliter nutriri debent. Secundo, quia gula est incentiuum luxuriæ, ideo Guillermus fuit lubricus, tenens vxorem germani sui violenter per triennium, similis Herodi. Nec erat tunc Ioannes, qui posset prævalere aduersus eum. Vilius autem nihil est in principe vel nobili, quàm luxuria, quæ tollit omnem honestatem, imo aculeum ad bene agendū. Tollit enim famam, quæ est stimulus magnus ad virtutem. Et sicut lux videtur à longe in tenebris, sic princeps vel nobilis de longe ab omnibus videtur in tenebris & latebris luxuriæ. Vnde de corde luxurioſi dicit Guil. Paris. quod est sicut vas male ligatū, quod omnem bonū liquorē emittit, & fœces retinet, secundum illud: *Cor fatui quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit*. Viscus est & bitumē, quo postquam semel fuerit aliquis inquinatus, ab eo numquam vel vix potest remoueri. In figuram cuius, vallis Sodomorum habebat multos puteos bituminis. Et hoc nisi superna gratia liberāte fierinō potest, vt à sua mala concupiscentia resipiscant, qui iniquinati sunt duobus istis peccatis prædictis. Illiq; soli danda est gloria, qui (iuxta Psalm.) *educit vinctos* (scilicet per collum, hoc est gulosos) *in fortitudine*, quia valde durum est assueta relinquere: similiter eos, *qui exasperant*, scilicet qui nolunt corrigi, *qui habitant in sepulchris*, id est, in bordellis, vbi est fœtor luxu-

Mala.

Psal. 80

B *Peccatū ejcere extra domum cōfessionis nobis opus.*

C *Gula in iuuenis periculosissima.*

Psal. 77

D *Luxuria maxime principē dedecorat.*

Eccli. 21

E *Luxuria tenacitas & gula, à quibus sola gratia liberat.*

Psal. 67

luxuriæ. De istis communiter fit consequētia, cuius antecedens est, *Ducūt in bonis dies suos*, & consequens, *In puncto ad inferna descendunt*. Tertio, deuenit ad crudelitatem. Si quis enim esset, qui nollet pugnare eo prouocāte, verberabat, torquebat, interficiebat. Nulla in eo ratio videbatur dominari, imo & alios ad similia prouocabat, similis Hismaeli, *cuius manus contra omnes, & manus omnium contra eum*. Nihil autē principi periculosius crudelitate, quia nō potest diu durare principatus sine pietate & misericordia. Inde Sapiens: *Sedes ducum superborū destruxit, & sedere fecit mites pro eis*. Regnum Alexandri, quia crudele fuit, parū durauit. Econtra pietas & clementia cōseruat regna in suo vigore, quinimmo (secundum Apost.) *pietas ad omnia valet, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ*. Vnde in principio sacræ scripturæ lego regem venatorē, & iste oppressor ouiū, & regē pastorē ouiū, & iste suscepit benedictionē à Domino.

Iob 21.

Gen. 16

B Crudelitate destruuntur regna, & clemētia conservantur. Eccli. 10

2 Tim. 4

Gen. 10.

Sed quæritur: Vnde processit malitia in isto iuuene? Respondetur: Malitia iuuenis potest ex quinque procedere, quæ in Guillermo inuenta sunt, vel saltē aliqua eorum. Primū enim procedit ex inclinatione naturali. Et huic licet sit difficile obuiare, tamen bona disciplina aliquando obuiat & cōstellationibus & alijs huiusmodi inclinationibus. Ad hoc adduci posset exemplum de Hypocrate, qui approbans sententiam cuiusdam Physionomi, qui iudicauerat eum furē, incontinentē, & sic de alijs multis vitijs, ait: Sum equidem, sed cōtineo. Lignum enim naturaliter flexum ad sinistrā, ab hortulano bono flectendo ad oppositū reducitur ad rectitudinē. Sic debet facere bonus magister puero male inclinato. Secundo, procedit ex mala disciplina parentū & magistrorum, vel qui malā doctrinam aut malum exemplum ostenderunt. Sicut fecit Leonides ebrietati deditus circa Alexandrum, cuius erat magister. Tertio, ex malo alimento. Secundū terrā, in qua alitur, quis portat lānam bonam vel grossam, & lac melius est in aliquibus locis & būtyrum. Inde bene respiciendum est, quibus nutricibus cōmittantur pueri principum alendi. Quarto, ex mala societate. Difficile est, quod homo frequentet leprosum, quin fit leprosus. Et forte omnes prædictæ causæ concurrebit in Guillermo nostro. Quinto, quando derelinquitur iuuenis à Deo. Propterea debent mulieres multū orare Deum, ne derelinquat filios suos. Aliquādo autem derelinquit ex toto, sicut visum est in multis, aliquādo pro tempore, vt patet in isto, quasi ei diceret Dominus: *Ad punctum & in momento dereliqui te, & in magnis miserationibus cōgregabo te*. Et quia impius, cum venerit in profundū malorum, cōtemnit, ideo post omnia ista cœpit contemptor esse. Primo Ecclesiæ. Secundo censurarū eiusdem. Tertio prælatorum suorū. Quarto monitionum sanctorum virorū. Primo, Ecclesiā contemnebat, fauendo Petro Leoni Antipapæ, qui muneribus & adulationibus aliquos ad suam partem attraxerat. Sic Chore & sui sequaces sacerdotium ambientes habuerunt thuribulum & ignem, quia tales ambiētes per munera & adulationes alios ad auaritiam inflāmantes perueniunt ad optatum. Tamen ambitiosus semper manet in pendulo, sicut Absalon, qui ambiuit regnū patris, mansit inter cælū & terram suspensus, quia tales nihil habent in cælo nec in terra, quia in inferiori statu manere nō sunt cōtenti, & in auræ vanitate pascuntur. Secundo, cēsuras Ecclesiæ spernebat. Nam cum post iudicium Episcoporum ipse cum Episcopo Engolismēsi fuisset excōmunicatus à summo Pōtifice, non curabat de hoc. Sic multi modo non timent excōmunicationem, cum tamen multum sit timenda, quia rata est in cælo, & ibi scripta, secundum illud: *In libro tuo omnes scribentur*. Vnde si creaturæ irrationales & insensibiles timent separationē partium, & se reuniunt quā cito possunt, vt patet in serpēte, & cū separatur ramus à trunco, emittit aquā quasi fleat: quanto magis debet homo timere separationē à mem-

Nota.

G Iuuenis malitia vnde procedat.

H Ambitiosus semper manet in pendulo.

I Excommunicatio timēda est.

Esai. 54

Ps. 138.

membris Ecclesiæ per excommunicationem, & si contingat, non nisi cũ lachrymis eã excipere & sustinere? Tertio, contemnebat Prælatos ad suggestionem Episcopi Engolismẽsis. Nam eiecit Episcopũ Pictauiensem de sede sua. Tunc temporis erant adulatores, & complebatur illud: Psal. 9 *Laudatur peccator in desiderys animæ suæ.* Sed bene infirmus est, qui est ad extremã vnctionem, sicut ille qui se permittit vngi oleo adulatorum, quod tamen respuebat Ps. 140 Ps. dicens: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Est vna plaga Ægypti, quando sunt ranę verbis adulatorijs coaxantes, de quo Ps. Psal. 77 *Misit ranas in penetralibus regum ipsorum.* Nunc etiam passim contẽnuntur Prælati, quia contra statum suum sunt in curijs regum, vbi audiunt à qua parte flat ventus. Quod si memores sui officij vigilarent super gregem suũ, multum honorarẽtur à principibus, sicut eos honorabat Constantinus, & sicut Imperator Maximus honorauit Martinum. Quarto, paruipendebat monitiones sanctorum virorũ. Malum signum est, quando sancti viri non audiuntur. Audiuit rex Niniuæ sanctũ Ionam, & saluatus est ipse & ciuitas sua. Non audierunt sanctorum prophetarum monitiones reges Israel & Iuda, & omnes perierũt, & paucos ex eis saluauit, sicut Manassem. Sic & istũ prin- Ps. 138. cipem saluauit, & taliter, vt *sicut tenebræ eius*, &c. Igitur pro secũda parte hoc modo Guillermus peruenit ad lucem. Nam cum Bernardus videret se nihil proficere monitionibus, deesseque sibi humanum auxilium, confugit ad diuinum. Attulit enim corpus Christi, quod expugnauit eum, & in eo victoriam habuit. Nec mirũ, quia si Deus pro nobis, quis contra nos? Iob 20. Inde cõfidenter dicebat: *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* Et non tã prostratus est ipse, quã diabolus in ipso, quod patuit; quia cecidit malus, & surrexit bonus. Et sicut Paulus prostratus illuminatus est à Christo, sic iste prostratus à Christo tandem illuminatus est. Et Psal. 118 statim dicebat cum Ps. *Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum, &c.* Surrexitque fortior, quia dominatus est animo suo, & Dominus immutauit cor prius terrenum in carneum. Ibi attende Bernardi constantiam, quomodo se opponebat murum pro domo Ecclesiæ, & quod bonũ esset habere multos tales. Post conuersionem ergo, contra gulam fecit abstinentias multas, vt Hierosolymis in paruo tugurio, in quo stetit per nouem annos in ieiunijs, in silentio, & virtutibus, postea circa partes Tusciæ, vbi cum aliquibus religiose viuens tandem hospitale constituit, & in pluribus alijs locis. Vnde quotidie ieiunabat, etiã diebus festiuis. Ternis diebus vino modico vtebatur & pauco pulmento, cęteris diebus in aqua & pane ieiunabat, & aliquando crudas herbas superaddebat, habens mensuram in cibo & potu, quam numquã excedebat. Secundo, contra luxuriam, cingulis ad carnem & lorica cingebatur, & super humũ nudam iacebat. Tertio, contra crudelitatem, omnia bona sua pauperibus largitus est, & religiosus asperam vitam ducebat. Quarto, contra contemptum Ecclesiæ & censurarũ eius, se præsentauit summo Pontifici, & ex præcepto eius iuit ad Patriarcham Hierosolymitanum, vt ab eo absolueretur, & pœnitentiam susciperet. Quinto, contra contemptum Prælatorum, immediate restituit Episcopum depositum, & pacem ei dedit. Vides quomodo veritas semper in fine vincit. Iste bonus Episcopus Pictauiensis tenuerat veritatem, ideo restitutus est tandem. Sexto, contra contemptum monitionum sanctorum, acquieuit monitionibus Eremitarum & aliorũ, qui ei suaserunt facere pœnitentiam: perseuerauitque in pœnitẽtia, nisi quod semel circa partes Tusciæ volebat redire ad militiam sæcularem, à qua tamen plaga cæcitatis retractus est, licet postmodum curatus est. Sed hic quæritur: Cur Ecclesia & fortia facta & victorias contra hostes huius sancti & similiter eius casus commemorat? Respondetur, vt in victoria

Adulationes fugienda.

eius habeamus quid imitemur, & in lapsibus quid teneamus. Vnde: *Perpendiculũ extendetur super Hierusalem.* Perpendiculũ est iustitia sanctorũ, quæ quasi perpendiculum apponitur super Hierusalẽ, id est quemlibet fidelem, si forte conformetur vitæ eorum, sicut murus conformatur & mensuratur perpendiculo. Sed sicut architectus lignum vel lapidem proijcit, cũ nullum in ædificio locum habuerit; sic Dominus Ecclesiæ architectus, quem in ædificio Ecclesiæ aptũ nõ inuenit, proijciet. Et sicut cæsor lapidum quando non potest cornua inæqualitatis ad rectã formã aptare, dat talem ictum quod totum confringit, sic Dominus, si te non potest malleo verbi Dei ad ædificium Ecclesiæ adaptare, talem ictum dabit, quod in infernum corrues & cõfringeris, verificando illud: *Super quem ceciderit lapis iste, confringetur.* Vnde Iob legitur tentationibus auctus, Dauid tentatione prostratus, vt maiorum virtus spem nostram foueat, & maiorum lapsus ad cautelam nos humilitatis accingat. Iob: *Mons cadens defluit, & saxum transfert de loco suo.* Si ergo maiores & fortes corruunt, qui debiles sunt & corrupti non debent esse securi. Ideo Ps. *Dedisti metuentibus te significationẽ, vt fugiant à facie arcus.* Huius arcus lignum fuit ex arbore scientiæ boni & mali, chorda promissio: *Eritis sicut dij*, sagitta pœnalitas trãsfigens Adam cum omni posteritate sua. Iustus autẽ lauat manus suas in sanguine peccatoris, dum videlicet attendit qualiter puniti sunt peccatores, sicut qui dicit: *Quod cùm vidissem, posui in corde meo, & exẽplo didici disciplinam.* Sed vir insipiens non cognoscet, &c. cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum. Inde reprehenditur Hierusalem, quæ exemplo subuersionis Sodomæ non didicit timere. *Non fiat*, inquit Dominus, *Sodoma soror tua audita in ore tuo in die superbiæ tuæ*, vt scilicet subuersionem eius reduceres ad memoriam, & timeres. Arguit enim Dominus hominem, quando non est memor iustitiæ, quam de maleficis fecit. Animum enim natura est, vt vna percussa, aliæ timeant & auolent. Porci, vno percusso, clamant omnes in percussorem.

1. *Sanctorum virtutes si mundi casibus cur quãdoque rectantur ab Ecclesia. Zach. 1.*

Isai. 57

Psal. 59

Gen. 3.

Prou. 24

Ezec. 16

DE S. EVTROPIO, SERM. vnicus, & in ord. LXXXVIII. Per The.

Iustus perit, & non est qui recogitet. Aliqui sunt, qui bene recogitant mortem B. Eutropij & aliorum sanctorum, dicentes cum Balaam: *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.* Sed non recogitant qua via beatus martyr ad mortem illam tam pretiosam venit, vt per eandem secum eant & ipsum imitentur. Sic iustus Eutropius perit, & non est, aut saltem vix est, qui recogitet sic, vt viam duram, qua incessit, vt per mortem transiret ad ciuitatem paradisi, suscipere velit. Vtinam esset qui vel viam communem cæli teneret. Vnde contingit aliquando quod ad vnam ciuitatem duæ sunt viæ, vna est per montem ardua & breuis & compendiosa, sed difficilis, ita quod per eam non nisi fortes transire possunt. Sed est & alia via non per montem, sed circa montem, quę planior est, sed prolixior, & per eam transeunt debiles, claudi, equi, & quadrigæ onustæ. Sic ad eundum in ciuitatem paradisi duplex est via, vna breuior, sed magis ardua; alia planior, sed magis longa, ad similitudinem viarum sæculi huius. Prima est veritatis, secunda misericordiæ, iuxta illud Psal. *Vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas.* Per primam transeunt sancti Martyres, puta per montem martyrum, confitendo veritatem fidei, & constanter eam profitendo vsque ad mortem. Similiter sancti Confessores & religiosi, similiter & boni & veri iudices constanter iustitiam agentes, quia in scripturis veritas quandoque pro iustitia assumitur, saltem veritas est iustitiæ directiua, & sine veritate iustitia est cæca. Sed hæc via non est multum trita, per quam viam perrexit B. Eutropius ad cælum. Quos enim videbis profiteri veritatem? Omnes aut nolunt eam audire, aut nolunt

Isai. 57

Num. 23.

Via duplex ad cælum.

Psal 24.

lunt dicere. Et vere opus esset illã nunc dicere his quorum interest. Nunc est sermo de iustitia, quæ non habet plenum cursum, sed non est mirandum, quia veritas non habet suum cursum. Non enim dicitur veritas, vbi deberet dici, sed tacetur. Et si diceretur, iustitia cursum habe-
Psal. 84 ret. Audi Scripturam hoc dicẽtem: *Veritas* (inquit) *de terra orta est*, ita quod ab homine libere, vbi oportet, dicitur. sequitur: *& iustitia de cælo prospexit*, id est, radij iustitiæ tunc à diuino auxilio procedunt. Quia autem hanc viã pauci pergunt cum B. Eutropio, necesse est nos aliã viam ire, si volumus ad terminũ peruenire. Illa via est communis, per quam cõmuniter viuẽtes transeunt, scilicet misericordiæ via. Misericordia enim est via ducens ad cælũ, sed non ita cito sicut prima. Et quia longa est & laboriosa, ideo ductore indiget seu ductrice, quę erit beata virgo, ad quam propterea recurremus. Est mors multiplex, scilicet animæ per peccatum, peccati per eius destructionem, & corporis per eius interfectionem seu separationem animæ ab eodem. Sic B. Eutropius perijt tripliciter, scilicet in anima per peccatum originale & actuale. Secundo, perijt peccato per conuersionem ad fidem. Tertio, in cõrpore per martyrium.

Primo itaque perierat Eutropius in anima per peccatum originale, in quo conceptus erat, & natus, & per peccatum actuale, quia gentilis & idololatra cum suis parentibus. Erat autem ex stirpe regia, filius Xersis Admirandi Babyloniæ Persarum regis & Gummæ reginæ. Nobilissimus quidem carne, sed ig-
Nota. nobilis mente propter peccatum idololatriæ, & ideo non vere nobilis, sed seruus peccati. Nobilitas enim carnis sola non facit vere nobilem. Nam non est vas nobile, quando quicquid ei pretiosum infunditur, per omnia foramina effundit fæces. Sic est de corpore cuiuscumque nobilis. Bernardus: Si consideres quid per aures, & nares, & cæteros meatus corporis exit, numquam vilius stillicidium vidisti. Et sic ex parte corporis non est vera nobilitas. Qui tamen parentes, licet gentiles, instrui eum fecerunt à pueritia in literis Græcis & Chaldæis, ac imbui liberalibus studijs.

C
Reges & filij in quo ni scientijs sunt instruendi

Sed quæritur, vtrum Eutropius, cum esset filius regis, debuit instrui in literis. Videtur enim quod filij regis non debẽt instrui nisi in venationibus & alijs similibus. Respondetur per propositiones. Prima est. Rex vel filius eius debet primo instrui in lege Dei. *Postquam sederit rex* Deu. 17 *in solio regni sui, scribat sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secũ, legetque omnibus diebus vitæ suæ.* Vnde & Iustinianus in suis legibus: Leges non dedignantur sacros canones imitari. Hinc Psal. describens beatum virum ait: *In lege* Psalm. 1 *Domini meditabitur die ac nocte.* Quàm beati & glorioſi exinde fuerunt reges Dauid, Ezechias, Iosias, Constantinus, Theodosius, Iustinianus. Dicitur enim: *Qui me* 1. Re. 2. *glorificauerit, glorificabo eum, & qui me contemnunt, erunt ignobiles.* Secunda propositio. Filij regum debẽt esse literati. Patet, quia *rex insipiens perdet populum suum, & ciuitates* Eccli. 10 *inhabitabuntur per sensum prudentium.* Vnde scripsit Papa Francorũ regi: Rex sine literis, asinus est coronatus. Hinc Salomõ aiebat: *Præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Exẽplo Ptolomæi, qui glorioſe regnauit, & exẽplo Philippi Macedonis tempore Aristotelis. Dicit enim Sapientia: *Per me reges re-* Prou. 8. *gnant:* & sic qui scientiam negligunt, expellunt illam, per quam regnant. Tertia propositio. Maxime debent instrui in scientiis necessarijs, ad regendum populum. Hoc dicit Aristot. tertio Politicæ, & allegat Euripidem dicentem: Sub verbo filij regis nolite discere mihi vana aut impertinentia, vt venationes, & huiusmodi. Vnde Sallustius exclamat cõtra eos Romanos, qui curiosis & extraneis intendebant, & non sapientiæ, quomodo fortunã rexissent, & nõ fortunæ subiecti

essent. Virgilius dicit, quod in ciuitate vel regno parui debent scire artes machanicas, alij debent esse aduocati, sed principes debent exerceri in regimine reipublicæ. Sic autem ait:

Tu regere imperio populos Romane memento:
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Esai 32 Hinc Esaias: *Princeps quæ digna sunt principe cogitabit, & ipse super duces stabit*. Sed dices: Multi illiterati bene rexerunt, vt citra tẽpora nostra Carolus Quintus, & multi literati fuerunt pessimi. Respondetur primo, quod Carolus Quintus fuit literatus in Gallico. Et forte hoc processit, quia tẽpore guerrarũ hoc actũ est. Dicitur secũdo, quod multi principes per vexationes hoc habuerunt, quod alij per literas, quia Esai. 28 est sciẽtia per experientiã. *Vexatio dabit intellectum auditui.* Dicitur tertio, quod si rex non sit doctus in se, debet esse in suo cõsilio; vt illud, quod nõ potest fieri per sensum principis, fiat per sapientum consilium. Adsit Nathan propheta, & Sadoch sacerdos coram rege, qui non permittant eum abscedere à lege Domini. Dicitur quarto, quod periculosa est sapientia seu sciẽtia, si nõ adsit vita dirigẽs. Aristoteles primo Politicæ: Scientia in principe malo, sæuitia habens arma.

D *Rex sit literatus saltem in consilio suo.*

Eutropius autẽ post imbibitas literas adhuc tamẽ iuuenis, curiositate ductus vt aliquid noui videret, mundũ lustrare voluit, & tandẽ venit in Iudęã ad curiã Herodis cũ Nicanore pædagogo. Vnde videre curiosa, quę ad malũ potius inclinãt quàm ad bonum, peccatũ est. Ide orat Ps. Ps. 118. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatẽ*; sicut sunt aspectus mulierum. Videre curiosa, quæ ad honestatẽ magis declinãt, non est vituperabile, sicut videre honesta quæ fiunt in curijs principũ, & statum eorum: sicut regina Saba venit ad curiã Salomonis, sicut & venire potuit Eutropius. Videre autẽ indifferentia, aliquando est periculum, sicut cõtingit in his quæ nullius sunt vtilitatis. Audiuit autem Eutropius in curia Herodis loqui de Christo, sed nõ de amore Christi aut prouisione. Ita mali loquuntur in curia de bonis, & eos mirãtur, sed nihil de prouisione eorum, sed eã potius diuerterent. Sed vtrum sit verisimile, quod filius tanti regis iret cum vno solo homine Nicanore? Dicitur primo, quod tunc non erant tot & tantæ pompę, nec tot equi sicut nunc, nec tot expensę & fatuitates fiebant. Dicitur secundo, quod numquã fuerunt bene pacata regna Persarum & Chaldæorum cum Romanis, Ideo forte missus est occulte. Dicitur tamen tertio, quod non est verisimile, quod ierint illi duo soli, sed magis, quod habuerint honestam comitiuam & moderatam. Secundo, perijt Eutropius peccato per conuersionem ad fidem, & recessum ab idololatria. Quod fecit primo corde in prima peregrinatione, & secunda, & tertia. In prima peregrinatione, cum auditis Christi miraculis, eum secutus est in deserto, & satiatus ex quinque panibus. In secunda similiter, cum Christo obuiam processit cum ramis palmarum, sicut cæteri, & de illis erat qui dixerunt, Volumus Iesum videre; vbi Iudæi, Grauis est nobis ad videndum. Tunc enim libenter Christo adhæsisset, & corde in eũ credebat, sed recessit, ne videret mortem Christi. Sic multi ne videant innocentes puniri, sicut Sapiens: *Vidi mala quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem, & laudaui magis mortuos quàm viuentes*. In tertia etiam peregrinatione, cum Christum à Iudæis occisum resurrexisse didicisset, occulte credens in eum, in Babyloniam redijt. Eccles. 4.

E *Videre curiosa aliqua licet, aliqua non*

Secundo, ore, quãdo confitebatur Christi virtutes & miracula coram patre & cæteris Babylonijs, ita vt rediens à Petro, conuerteret patrem, & quando postmodum prædicantibus Apostolis Simone & Iuda incitabat populum ad suscipiendum fidem Christi. Tertio, opere. Primo, ostendendo zelum & deuotionem, quam habebat ad Christum, vindicando eius mortem per occisionem Iudæorum, qui erant in patria sua.

Sed

Sed quæritur, vtrum bene fecerit occidendo Iudæos. Quod nō videtur, quia occidit innocentes. Respondetur primo. Dici potest, quod nō bene egerit, & non laudatur, quia factum sit bonū, sed quia in eo zelus ad Christum ostendebatur, sicut laudatur Moyses à Stephano pro occisione Ægyptij, non quia Ægyptiū occiderat, sed propter zelum, quem ostendebat ad suos, & propter mysteriū, quod illo facto ostenderetur ipsum liberaturū populum Israel à seruitute Ægyptiorū, percussis Ægyptijs. Secundo, nihilominus dicebatur, quod quia Iudæi ex omni natione, quæ sub cælo est, veniebāt Hierosolymā, forte inuenit eos vel blasphemantes Christum, vel consensisse morti, & tunc interfecit eos per iustitiam, sicut consentientes morti innocentium, sicut & Hester interfecit eos, qui præparati erant ad interficiēdum Iudæos, & eos falso accusauerant, & Deū in ipsis blasphemabant. Tertio, suscipiendo baptismum à Petro, ad quem, audita morte Christi, diuerterat, à quo illuminatus fuit, & in fide instructus, & suscepto baptismo descendit Spiritus sanctus super eum in specie columbæ, & loquebatur linguis. Bene autem prius illuminatus est à Petro. Dicitur enim Genes. 1. quod primo *erant tenebræ super faciē abyssi:* sed Deus dixit: *Fiat lux, & facta est lux* fidei. A post. *Fuistis aliquādo tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Vnde voluit Dominus prius suos illuminari, quàm certaminibus exponi. Homo enim qui in tenebris verberatur vel vulneratur, ignorat à quibus, vel qua de causa verberetur. Sed quādo verberatur de die, potest & personas & causas perpendere. Sic fideles Christi primo fuerunt illuminati, vt cognoscerēt in lumine fidei, quod pro fide Christi erant tormentis exponēdi. Sed quia fundati erant supra firmam petram, torqueri quidē poterant, sed non à fide auelli. Hæc enim *petra refugium herinaceis.* Ideo hortatur Propheta: *Habitate in petra, estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis.* Hæc foramina petræ, sunt Christi vulnera, in quibus habitare suos Christus prouocat, dicens: *Veni columba mea in foramnibus petræ.* Tertio, ostendit opere fidem suam, suscipiendo Apostolos Simonem & Iudam, & inhærendo mandatis eorum, & suscipiendo & exercēdo Archidiaconatus officium. In quo non defuit ei tentatio, sed falso accusatus fuit de adulterio. Sed Dominus liberauit eum ab illo opprobrio. Nam infante oblato, dedit ei Dominus loquelam, & adiuratus dixit Eutropium non genuisse eū. Quarto, ostēdit opere in quarta peregrinatione, cum redijt Romam ad Petrū, & obediuit ei, vt iret ad Gallias ad prædicandū nomen Christi. Primo autem venit Antisiodorum, deinde Turonas, vbi tribus septimanis mansit, deinde Xantonas, vbi prædicauit fidem Christi. Sed quæritur, cum Eutropius fuerit filius regis, cur nō erubescebat confiteri & prædicare nomē Domini: modo enim irridentur prædicatores Theologi. Melius videtur fuisse, quod studuisset leges de pane lucrando, fuisset cum patre diues, & ibi factus est pauper. Respondetur per propositiones. Prima est. Glorioſum est confiteri nomē Christi. Patet, quia glorioſum est seruire Deo, si glorioſum seruire regi. Hoc autē fieri non potest, nisi se confitendo seruū esse. Hinc Psal. *Glorioſus Deus in sanctis suis.* Igitur Eutropius glorioſe confessus est, & prædicauit. Vnde multi sunt, qui erubescunt, si filij portent nomen Christi, cū tamen Paulus portaret ipsum coram regibus & principibus, similiter & Eutropius: & iam viderentur diffamati, si studerent sacræ doctrinæ. Assimilantur coruis, qui non cognoscunt coruos, nisi quādo sunt nigri. Ita nisi sint nigri & mundani, eos non cognoscunt. Sed oportet vt studeant scientiæ de pane lucrando. Secunda propositio. Periculosum est erubescere nomen Christi. Patet, quia *omnis qui negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.* Indignū valde est, vt anima, quæ non est digna esse ancilla, sponsum talem erubescat. Primo, qui nō

Act. 7.

Gen. 1.

Ephes. 5

Ps. 103.

Num. 24

Cant. 2

σ Cōfiteri nomen Domini glorioſum, & erubescere periculoſum Psal. 67

Luc. 12.

est ignobilis, sed nobilissimus, cuius no-
Luc 1. bilitatem declarat Angelus : *Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur.* Quam & Pa-
Matt. 3 ter testatur, dicens : *Hic est filius meus dilectus*. Cuius etiam apparebit maiestas in
Pro. 31. iudicio, quia *nobilis in portu vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ.* Tertio, qui non est deformis, sed speciosus forma præ filijs hominum. Præterea erubescentes se erubescet, sicut cuidam Scholari Parisiési accidit, qui cũ esset indutus pretiosis vestibus, & à socijs multum honoraretur, & visitasset eum pater suus cum humili habitu, timens ne socij contemnerent eũ, si scirent ipsum talem habere patrem, rogauit patrẽ, vt nullo modo indicaret se, & fingens eum esse vnum de famulis patris, fecit eũ comedere cum seruis. Quod pater patienter sustinuit. Sed cum finito prandio Scholaris duxisset patrem ad cameram suam secreto, & quæsisset quid ei attulisset, ostendit ei pater denarios, quos ei tulerat, asserens quod nec vnũ de illis haberet. Tu negasti me fili, ait pater, & ego nego te. Numquam comedes aut bibes de aliquo quod mittam tibi. Sic faciet Dominus his qui negauerunt eum.

H Cõfiteri oportet Christũ.

Tertia propositio. Non sufficit Christum corde, sed etiam oportet ore confiteri. Nã
Rom. 10 *corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Augustinus: Non incassum additũ est hoc, quia omnes prope, qui Christum coram persecutoribus negauerunt, quod de illo credebant corde tenuerunt, & tamen ore non confitendo perierunt, nisi illi qui pœnitentia reuixerunt, vt Petrus. Vnde fidei cordis & confessioni oris correspondent duo sacramenta, scilicet Baptismi pro interiori confessione, (nam exterius abluitur corpus, & interius anima) & Confirmationis, vbi fit signum in fronte, ad non erubescendum fidem cõfiteri. Vnde Augustinus: Nõ sine causa in fronte, id est in sede pudoris, fit signum crucis, ne Christi opprobrio Christianus erubescat. Tertio, perijt Eutropius corporaliter per separationem animæ à corpore. Vnde cum Xantonẽsibus prædicaret, ciues illum vt barbarum, & inuidita sibi prædicantem eiecerunt, & fabricato tugurio ligneo iuxta vrbem, cum decem solum longo tempore conuertisset, Romam redijt, & à Clemente Episcopus cõsecratus reuersus est Xantonas. Vbi multos conuertit, inter quos erat filia regis Custella nomine. Propterea indignatus pater, sanctum occidi mandauit. Qui primo eum lapidauerunt, deinde flagellauerunt scorpionibus, deinde ceruicem cultello percusserunt. Sed quanto plus tribulabatur, plus redolebat. Granum sinapis quanto plus teritur & flagellatur in mortariolo, tanto plus redolet, & crescit virtus eius, & percipitur. Sic sanctus martyr licet ad modum sinapis, quod omniũ seminum minimum est, esset modicus, vilis, & abiectus in conspectu mũdi, plus tamen exhibebat virtutis in ipsa tribulationum attritione. Sic filij Israel quanto plus opprimebantur, tanto magis crescebant. Apostolus: *Conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello*. Cum ergo prædicta omnia patientissime sustinuisset, & cum gratiarum actionibus, partes eius inferiores ferra carpentatoris aserrauerunt, consequenter pectinibus ferreis gratauerunt, postea crucifixerunt diem cum dimidio, & finaliter per medium serrauerunt ipsum cum cruce sua, & sic emisit spiritum. Sed hic quæritur primo: Quomodo non erubescebat vir tã nobilis deduci ad illam cõfusionem mortis, vt suspenderetur in cruce sicut latro vel homicida, & sic ignominiosè, vt declaratũ est, tractaretur? Respondetur, quod merito non erubescebat. Primo, quia non erubescit quis, cum se videt factum regis sociũ ad equos, & vestes, & coronam. Nonne magna est gloria videre Eutropium, sicut Petrum, Andream, & Philippũ in equo, qui de sella regis est, hoc est in cruce: videre Bartholomæum & Vincentiũ purpura indutos, Stephanum & Paulum coronatos de lapide pretioso? *Hoc honore dignus est, quem rex voluerit honorare. Sedeat* (inquit Scriptura) *in sella regis, & purpura indua-*

I Martyres quãto plus torquebantur, plus redolebant

K Martyres cur non erubescant duci ad mortem ignominiosam.

Esther 6

ducatur, & deducatur per manum Aman hostis Iudeorum. Ad hunc enim honorem deducebantur martyres per manus hostium. Eutropium enim sicut & Petrum insellabant crucifixores. Paulo & Stepha-
1. Pet. 4. no coronã fabricauerũt lapidatores, *Si exprobramini in nomine eius, beati eritis, quoniam quod est honoris, & gloriæ, & virtutis Dei, qui est spiritus eius, requiescit super vos.* Secũda ratio. Non erubescunt milites in bellorum triũphis, sed gaudẽt: non sicut qui ad aspectũ vulneris immediate pallescunt. Sed veteranus milies audacter sanguinem suum spectat, qui nouit se vicisse post sanguinẽ. Marcet virtus sine aduersario, & quo sæpius repugnauerimus, fortiores erimus. Solidissima pars corporis est, quę frequẽtius exercetur. Agilia sunt membra cursoribus. Non est arbor solida nequefortis, nisi in quam frequens ventus insurgit. Ipsa enim vexatione constringitur, & radices certius figit. Sic Eutropius & alij martyres quanto pluribus agitati tormẽtis, tanto fortiores erant. Sciebant enim quale bonum & qualis triumphus ex hoc cõsequeretur. Non sicut quidam, qui bonum tribulationis non attendunt, de quibus: *Tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci,* non attendentes scilicet tribulationis bonum. Secundo quæritur: Vnde in beato Eutropio erat tanta fortitudo, vt tot & tam horribilia tormenta sustineret? Respondetur, quod fortitudo eius erat in triplici clypeo fidei, spei, & charitatis. Primo fidei, quia sicut homine laborante extremus calor omnium membrorum recurrit ad cor, vt ad castrum naturæ, vt ibi se saluet, sic in beato Eutropio multiplici tribulationum genere concusso vigor cæterarum virtutum ad fidem recurrebat, vt se tueretur. Et sicut ventus arborem bene radicatam in terra sua vehementia concutit, sed non euellit, sic tormẽta martyrem Eutropium radicatum in fide concutiebant, sed nihilominus immobilis in fide permanebat. Secundo, fortificabatur spe præmij acquirendi & supplicij finiẽdi. Pro primo dicere poterat: *Moab olla spei*
Psal. 59. *meæ.* Moab interpretatur, ex patre, quia merita, quæ ex pijssimo patre procedunt, existentia in olla cordis, spem faciebant in eo vitæ æternæ. Olla enim ad ignem crepat, nisi intus sit aqua. Sic in tribulatione perit homo, nisi intus sit spes præmij. Et quanto magis ignis ollam succendit, tanto aqua interius feruescit, quia quanto caro in Eutropio magis vexabatur, tãto gratia cumulabatur, & quanto caro tribulatione affligebatur, tanto spes præmij accendebatur & roborabatur. Esaias: *Cùm glorificatus fuerit Dominus,* scilicet per mortẽ Eutropij & aliorum martyrum, *himient de mari:* quia tanto plus lætabantur, quanto passiones eorum maiores fuerunt. Secundo, spes statim finiendi tormenta fortificabat eum. Dum enim ad mensam tribulationis erat, duo erant in eo quæ faciebant nullas statim supereſſe tormentorum reliquias. Primum erat paucitas epularum, id est tribulationum. Sapiens: *In paucis vexati.* Secundum erat voracitas edentium. Auide enim sumebant ea quasi delitias. *Inundabimes maris quasi lac sugent.* Sed mali, qui parce sumunt de hac mensa, fastidiunt etiam inuitati. Ideo magnæ & multæ reliquię eis restant. Et quia hic auide de mensa consolationis assumpserunt sibi, nihil in alio sæculo consolationis habent. Tertio, clypeo charitatis protegebatur & pugnabat. Non enim coronatur, nisi qui legitime certauerit, sola autem charitatem charitas coronat: ideo in Eutropio legitime certabat, & est quasi miles stipendiarius, cui soli debetur regnum cælorum. Nullus enim nisi per charitatem ascribi potest militiæ Christianæ. Ipsa enim est sola, quæ conducit ex denario diurno. Fides autem, & spes, & multæ aliæ virtutes non coronabuntur, quia ibi non manebunt, sed sola charitas, quæ omnes motus & operationes imperat, & ideo sola vere pugnat & vere meretur, & tamen aliæ dicuntur pugnare sicut baculus percutere, quia omnibus vtitur charitas quasi armis. Sed sicut miles deponit arma post victoriam, sic charitas

Esai. 24

Sap. 3.

Dan. 13

Martyrum fortitudo erat in clypeo fidei, spei, & charitatis.

M

Charitas sola pugnat & coronatur.

spem

1 Cor.13 ſpem & fidem. *Ipſa autem ſola manet.* Præterea reliquarum virtutum pugnæ niſi charitate condiantur, nihil ſapiunt. Ideo ſicut in mortariolo diuerſi ſapores concurrunt in vnum, ſic in ſancto Eutropio & alijs martyribus virtutum multitudo in vnum charitatis ſaporem conuertebantur, ſine cuius ſapore acetoſus eſt aliarum ſapor.

DE SANCTIS PHILIPPO ET Iacobo, Sermo, in ordine LXXXIX. Per Thema.

Eſai. 60 *A Nubibus ſæpe vſus eſt & vtetur Dominus.* Eſai.19

QVi ſunt iſti, qui vt nubes volant? Mirabiliter Dominus dilexit nubes. Primo, quia ad nos venit in nube, ſcilicet in carne, quam aſcendit mundum ingreſſurus. Eſaias: *Aſcendit Dominus ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptum.* Caro Chriſti nubes aquoſa deſcendens ſicut pluuia in vellus, quæ facit reconciliationis ſerenitatem, & aſcendens in cælum, pluuiam ſpiritus miſit, tempeſtatē factura in iudicio, quando in circuitu eius tēpeſtas valida, & erit ardens & ignea, quādo ignis ante ipſum præcedet. Et ſi dicatur, quod non aſcendit ſuper nubem, cū ingreſſus eſt mundum, ſed magis deſcendit, id eſt humiliauit ſe, formam ſerui accipiens. Reſpondetur, quod dicitur aſcēdiſſe, quia qui antea ignotus erat mundo, aſcendit in notitiā hominum & honorificentiam, & in ea naturam humanam fecit aſcendere, quando dignificauit eam, iuxta Pſ. 103 illud Pſ. *Qui ponis nubē aſcenſum tuū.* Secundo, in eadem nube conuerſatus eſt inter Exod.14 nos. Exod.14. columna nubis cum colūna ignis erat cum filijs Iſrael ipſos protegens & regens. Dicit enim Dominus: *Pater cùm eſſem cum eis in mundo, ego ſeruabā eos, quos dediſti mihi.* Tertio, in nube abijt à nobis ipſis, ſecundum iam allegatum: *Qui ponis nubē*, &c. Quarto, nobis nubes dereliquit beatos Apoſtolos ad nos irrigandum, iuxta thema: *Qui ſunt iſti, qui vt nubes*, &c. Quinto, in nube redibit ad nos. Luc.21. Lucas: *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli.* Sexto, in nube nobiſcum remanſit ad nos nutriendum, ſcilicet in Sacramento Altaris. *Medicina omnium in feſtinatione nebulæ.* Vnde in ſcriptura legimus, quod nebula totam terram texit, vt ſcantatur in primo Reſponſorio Dominicæ Aduentus, & quod nebula tēplum Domini impleuit, quando Salomō ipſum dedicauit. Inde ait Salomon: *Dixit Dominus vt habitaret in nebula*, id eſt, in vtero & in mente virginis, ſicut inhabitabat mentem iuſti per nebulam fidei obſcuram: Apoſt. *Habitare Chriſtum p̄r fidem in cordibus veſtris.* Prius enim inhabitauit mentem virginis quàm ventrem, & hoc quia credidit. Quia enim cito credidit, cito concepit, ideo fides eius fuit omnium feſtina medicina. Hāc autem medicinam requiramus, dicentes: Aue, &c. Eccli.43 3.Reg.8 Epheſ.3

Iuxta thema & hiſtoriā legendæ dicemus primo, qui ſunt iſti de quibus hodie fit feſtū in Eccleſia, & quare ſimul iunguntur in principio Maij. Secundo, quare dicūtur nubes. Ad primo quæſitū & pro prima parte reſpondetur, quod iſti ſunt veri Apoſtoli & amici Dei Philippus & Iacobus Minor, qui hodie ſimul iunguntur propter multa. Primo, vt oſtendatur quod nō niſi per gratiā & pugnā cū vitijs acquiritur refloratio carnis vel animę ſpiritualis. Iacobus enim interpretatur luctator, & Philippus os lāpadis, id eſt gratiæ apertura, & tēpus Maij eſt tēpus floridū & amœnū. Sic igitur liberū arbitriū bene luctari non poteſt contra carnē vel dæmonē ſine gratia. In cuius figura dixit Barach ad Delborē, id eſt, Spiritus ad gratiam: *Si veneris mecū, vadam: ſi nolueris venire, non pergā*, ſcilicet ad pugnā, imo nec gratia ſine victoria poteſt coronari. Vnde & dicitur quod Iacob ſupplātauit Eſau fratri ſuo benedictionē, ſed nō niſi per Rebeccā. Conſiliū enim fuit Rebeccę, id eſt gratiæ, vt dū Eſau moraretur quærendo venationē, Iacob, id eſt ſpiritus præpararet patri hœdū domeſticū, vt dū ſcilicet alij ſoliciti ſunt venari multa pro doctrina aliorū & diſciplina carnis, iſte præparauit patri de carne domeſtica ſuaȝ venationem. Sic

B Gratia requiritur cum libero arbitrio ad pugnam contra vitia. Iud.4. Gen.27

Digitized by Google

Sic enim nimiũ immorantes circa huiuſmodi inquiſitiones ſæpe fraudãtur benedictione, quã conſequitur qui ſolicitus eſt ſui ipſius. Secũda ratio, vt cõtra malas voluptates habeamus iſtos Eccleſiarũ principes oratores, ne forte propter mala, quæ in eis facimus, Dominus nobis iraſcatur, erumpatq; in gladiũ ſuũ. Diabolus enim primos parentes noſtros induxit ad faciendum Maium ſuum in paradiſo voluptatis, vbi ceciderunt, quando mulier extendit manum ſuam ad lignum ſcientiæ boni & mali, contra quos ſtatim depoſuit gladium verſatilem. Tertio, vt per conſiderationem mortis eorum, & conſequẽter noſtræ, modum imponamus voluptatibus noſtris, quæ hoc tempore cõſueuerunt fieri, & per exemplã eorum & abſtinenti is, abſtineamus ab immunditijs carnis. Vnde Dominus iratus eſt hic Roboam & alijs, qui quærebant loca voluptuoſa & amœna, quæ dicebantur excelſa, & ibi ſacrificabant. *Ædificauerunt ſibi ſtatuas & lucos ſuper omnem collem excelſum & ſuper omnem arborem*, &c. *Sed Ioſias ſuccidit lucos, & replent oſſibus mortuorum loca eorum.* Quod fit, quando quis abijcit mundi vanitatem, & ſe humiliat per mortis memoriam. Et ſicut ibi dicitur; *Abſtulit equos ſolis*, id eſt mutabilitatem gloriæ temporalis, quæ maxime ſignificatur per excelſa, quia poſt omnia vitia eliminata plerumque remanet. Inde frequenter dicitur de regibus poſt pulchra eorum geſta: *Verumtamen excelſa non abſtulit*. Quod autem per delicias iſtas comprehendamur à diabolo, & irritemus Deum, patet: *Conuerſi ſunt ad irritandum me, & ecce applicant ramum ad nares*. Quarto, vt hoc tempore non operibus crudelitatis & litium, ſed magis miſericordiæ nos applicemus. Communiter hoc tempore ſolent incipi bella. Sed hic in Maio ponuntur bi duo viri miſericordiæ, quorum iuſtitię obliuionem non acceperunt, vt operibus clementiæ inſiſtamus in hoc Maio, exemplo columbę, quę quærens Maium, ramum virentis oliuæ attulit. Sed & Chriſtus hoc modo nos docuit maiare, quia *ibat Ieſus ſecundùm conſuetudinem in montem Oliuarum*: quem imitatur qui in operibus miſericordiæ frequẽs eſt. Quinto, vt contemplemur virorem immarceſsibilem æternæ beatitudinis per virorem Maij. Ideo principes illius viroris æterni amatores & cõtemptores iſtius præponuntur virori Maij, vt per hunc ad alium deueniamus præcogitandum. Diuerſa enim præmia beatorum cogitare, eſt quaſi quoſdam ramos decerpere de arboribus cæli. Vnde & loquitur de mẽſe ſeptimo: *Sumetis fructus arboris pulcherrimæ*. Arbor pulcherrima eſt vita æterna, cuius fructus debemus ſumere, conſiderando varia bona quę in ea habentur. Inde & dicitur in Euangelio hodierno: *In domo patris mei manſiones multæ ſunt.*

Pro ſecunda parte dicitur quod iſti Apoſtoli propter multa vocantur nubes. Primo, quia volabant ad alta contemplanda, & à terrenis per cæleſtem cõuerſationem ſuſpendebantur. Sic & Paulus, vt vere diceret: *Noſtra conuerſatio in cælis eſt*. Sic Philippus, qui dicebat: *Domine oſtende nobis Patrem*. Quærebat enim eius viſionem, quam non videbit quis, niſi qui in curia conuerſatur regis æterni, habent enim nubes duplicem motum. Vnum à terra per calorem. Pſalm. *Educens nubes ab extremo terræ*. Et iterum: *Qui operit cælum nubibus*. Per amorem enim ferebantur à terrenis, dimittentes ea, ſicut Philippus dimiſit Bethſaidam & quæ in ea habebat, & Iacobus etiam omnia ſua reliquit ſtans in religione præcipuus, & hoc non fit noſtris meritis, ſed gratia Dei, qua educit & eleuat nubes, id eſt iuſtos à terrenis. Secundum motum habent à vento quo diſcurrunt, ita vt ad quamcumque partem impellat ventus, ſiue à dextris ſiue à ſiniſtris moueantur. Sic Apoſtoli non motu proprio. Sed Spiritus ſancti mouebantur ad diuerſa inclinata. *Magnificentia illius diſcurrunt nubes.* Sed quædam ſtatim ſequuntur conditiones nubis hyemalis, quæ quandoque virtute ſolis eleuata, ſtatim refrigeratur

C *Mortis memoria inducit ad refrenandas voluptates.* 4. Reg. 17. 4 Reg. 23.

D *Miſericordia operibus inſiſtendũ, præſertim in maio.* Ibidem. Exech. 8.

Luc. 22.

Leui. 23.

E *Nubis proprietates ex ſtylo Apoſtolis applicatæ.* Phil. 3. Ioan. 14. Pſ. 134. Pſ. 146.

Motus ſanctorum duplex per amorem & gratiã, ſignificatus per duplicem motum nubis.

Deu. 33.

geratur, & conuertitur in niuem & grādinem, & cadit in terram, & efficitur lutum. Sic quidam hoc ſacro tempore quadrageſimali eleuati ſunt in Deum, ſed nunc incipiunt frigeſcere, & ad terrena ita conuertuntur, quod inquinantur luto peccati: imo efficiuntur quaſi terra & lutum per auaritiām. Secus de Apoſtolis, quos ſpiritus Domini mouebat, vt eorū quilibet diceret confidenter: *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Significati enim erāt per rotas, de quibus Ezechiel: *Vbi erat impetus, illuc gradiebantur & rotæ.* Secundo, quia replebantur, & concreſcebāt aquis gratiarum, ſecundum illud: *Sapiētia illius eruperunt abyſſi, & nubes rore concreſcunt.* Poſt repletionem autem reſoluebantur per ardorem ſolis, & defluebant in opera pietatis, & in pluuiam bonæ exhortationis, & ſic terram complebāt doctrinis & exemplis. Et merito, quia *ſi repletæ fuerint nubes, imbrem effundent ſuper terrā.* Sed multi ſunt eleuati in Eccleſia ſicut nubes, nec replentur humore aqueo, ſed ſunt ſteriles, & tunc faciunt ventoſitatem & tēpeſtatem in mari. Sic quando ſuperiores replentur vento vanitatis & præſumptionis, & ſunt ſine humore deuotionis, tunc non habent intra ſe niſi vanitatē, & generant in Eccleſia tempeſtatē, de quibus in Canonica Iudæ: *Nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur.* Modo enim eſt nubes, & modo non eſt, nec habet ſtabilem naturam. Sic aliqui tonant & fulgurāt per potentiā, ſed ſtatim tranſeunt, quales erāt qui dicebant: *Tranſijt vita noſtra quaſi veſtigium nubis.* Exemplum de Athanaſio & Iuliano Apoſtata, quorū primus rigabat Eccleſiam bonis doctrinis & operibus: Iulianus vero per potentiā tonabat, ſed ſtatim tranſijt. Vnde multiplex eſt differētia eorum, qui cæteros irrigant. Quidam enim irrigant ſicut nubes a quoſæ, vt boni & iuſti; quia ſicut huiuſmodi nubes irrigat terram ſubiacentē æqualiter, & non partialiter, & non tātum in vno loco, ſed pluribus pluuiā effundit, ſic boni prædicatores, & etiam boni eleemoſynarij præ-

Ezech. 1

Prou. 3.

Eccli. 11

Epiſt. Iudæ.

Sap. 2.

F Prælati ventoſi cauſant in Eccleſia tempeſtatē.

G Rigare ſeu effundere bona diuerſi diuerſimode cōuenit.

dicationes ſuas aut bona ſua ſpargūt ſine perſonarum acceptione, non ſolum in loco, domo, vel familia, vel perſona, ſed in tota patria ſua deriuatur influentia. Ideo dicitur: *Fons aſcendebat de terra, & irrigabat vniuerſam ſuperficiē terræ.* Iuxta illud: *Deriuētur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas dande.* Alij rigant ſicut fluuius, qui non irrigat niſi partes ſibi vicinas & cōiunctas. Sic multi nullā pietatē facerent niſi perſonis ſibi coniūctis, vicinis, aut familiaribus, & etiam illis qui apud eos ſuis obſequijs bona huiuſmodi promerētur, quia ſcilicet occupāt pauperes vicinos in ſuis operibus, & poſtea dant eis eleemoſynā, & tamen credunt multū dediſſe, cū tamē hoc non ſit datio, ſed ſolutio, non gratis datum, ſed debitū. Hieremias: *Paſcet vnuſquiſque eos, qui ſub manu ſua ſunt.* Alij ſicut puteus rigāt, vt auari. Puteus autem non niſi ſe rigat. Non enim aqua eius exterius exit ad aliena loca, imo oportet quod cū difficultate ibidē hauriatur, imo aqua eius quando non ſæpe mouetur per inauſtum, facile contrahit corruptelam. Auari enim ſuis beneficijs non niſi ſeipſos, vxores, filios, & familiā rigant, nec aquā temporalium alijs cōmunicant per pietatē, ſed totum ſibi reſeruāt, ſic quod nullus poteſt ab eis aliquid trahere, niſi cū difficultate per rapinā vel extorſionem aliam, vt balliui, princeps, & latrones: imo ſæpe accidit, quod propter defectū apponēdi manus ad diuitias ſuas vt dent & diſtribuāt, putrefiūt, vt patet de vino, & blado diuitum, quod ſæpe corrūpitur propter defectum diſtribuendi tēpore ſuo, & propter nimiam cuſtodiā. Sic faciunt illud: *Habeto eas*, ſcilicet diuitias & ſcientiam, *ſolus, nec ſint alieni participes tui.* Alij irrigāt ſicut mare. Sicut enim mare vapores ſuos humidos ſuperius mittit ad nubes, quę non indigent roratione, ſic multi, & maxime diuites, qui more maris ſunt fluctuoſi, per lites, diſcordias, & diuerſas ſolicitudines temporales, & amari per diuerſa vitia, quia *impij quaſi mare feruēs*, tales mittunt humores ſuos, id eſt dona & munera ad

Gen. 2.

Prou. 5.

Hiere. 6

H Auari ſibi ſolis proſunt.

Prou. 5.

Eſai. 57

Digitized by Google

ra ad principes, prælatos, iudices, & magnates, vt eorum gratiam acquirant, & vt ab eis officia & beneficia obtineant, & vt sustineant eos, & causas suas foueãt, contra doctrinam Christi: *Cum facis conuiuium, noli vocare diuites, ne & ipsi remunerent te, & fiat tibi retributio, sed voca pauperes & claudos, qui non habent vnde retribuant tibi, & pater tuus qui est in cælis retribuet tibi.* Tertio, quia nubes ministrat id quod est ipsamet, quia resoluitur in pluuiam. Sic prædicator non tantum sua, sed seipsum debet impendere. Qualis erat Paulus, dicens: *Ego autem libenter impendar, & superimpendar pro animabus vestris.* Sed diabolus videtur dicere: *Mandabo nubibus, ne pluant super terram:* quia in Ecclesia sunt nubes sine aqua, id est, prælati sine scientia. De bonis autem dicit Psalm. *Vocem dederunt nubes*, sicut fecerunt isti beati Apostoli, quorum alter ductus amore salutis gentilium, duxit eos ad Iesum: & Iacobus zelans Iudæorum salutem dicebat Paulo: *Vides frater quot millia sunt, qui crediderũt, & omnes æmulatores sunt legis.* Qui ambo tandem post multas prædicationes sic se superimpenderunt pro animabus proximorum, vt pro eis saluandis morti se exponerent. Quantum reuereri debent, qui sic pro animabus ad Christum adducendis se exponunt.

Quarto, nubes tonat & coruscat, seu in nube fit tonitruum & coruscatio. Sic isti beati Apostoli tonabãt minis, vt eorũ cuilibet dici posset illud Psal. *Vox tonitrui tui in rota:* & grandinabant per seueram correctionem improborum & obstinatorum, vt verificaretur illud Psalmistæ propter eorum vnũquemque: *Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium præparatio sedis eius.* Quandoque enim doctrinæ, quæ proponuntur à prædicatoribus, sunt obscuræ, secundum illud Psal. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.* Glo. id est obscura scientia in prophetis, sed oportet captiuare intellectum in obsequiũ fidei. Coruscabant etiã isti Apostoli miraculis, secundum dictum Marci: *Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante*, &c. Quinto, mitigat ardorem solis, id est irã Dei, iuxta Ps. *Dixit Deus, vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius.* Si Moyses, multo magis Apostoli Christi. In cuius figura nubes mitigabat filijs Israel calorem solis. Figurantur etiam per arcum cæli in nubibus positum in signum fœderis inter nos & Deum. Sexto, nubes mediat inter cælum & terram. Sic Apostoli inter Deum & populum, vt Deo funderent orationem, & populo ministrarent eruditionem, allegantes pro populo, & aduersus eũ. Septimo, nubes præcedebat populum euntem ad terram promissionis. Sic isti Apostoli fideles, ostendendo iter, & verbo, & exẽplo, vt propter eorũ quemlibet impleretur illud Psal. *Deduxit eos in nube diei.* Octauo, nubes oritur quandoq; ex aqua amara, & efficitur dulcis. Sic ex amaritudine Iudæorum vel originalis peccati dulcis vterq; istorũ Apostolorũ prodijt. Sic etiã ex amaritudine peccatorũ oritur dulcis oratio, & lachrymæ, vt Aug. dicat, quod tẽpore cõuersionis & pœnitẽtiæ suæ fluebant lachrymæ, & bene illi erat cum eis, secundũ illud Ps. *Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes*, &c. Quàm dulce erit esse, quãdo sic dulce est flere. Non sic qui plãtat maium & delectantur in voluptatibus mundi & carnis, plantantes stultitiam in die illorũ, qui plantauerunt fidem. Maius non habet radicem nec fundamentũ. Sic nec est occasio aliqua delectandi in mundo vel carne, nec diu durat huiusmodi voluptas & grauantur homines ad portandum, id est ad habendum delectationem vel rem quæ delectat. Et tamen cito habetur delectatio in Deo, & facile, quia Dominus ait: *Regnum Dei intra vos est.*

Luc. 14. 2 Cor. 12. Esai. 5. Psal. 76. Ioan. 12. Act. 21. Psal. 76. Psal. 96. Psal. 17. Mar. 16. Psal. 103. 1 Boni mitigant irã Dei. Psal. 77. Psal. 14. Luc. 17.

IN EODEM DIE DE S. IACOBO Minore, Serm. in ord. XC. Per Thema.

Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filiæ Hierusalem. Sex modis aliqui consueuerunt amici Dei appellari in scriptura. Primo propter fidem, vt Abra-

Cant. 5.

Gen.15. Abraham, de quo: *Credidit Abrahã Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt.* Si ita ſit, quod propter fidem, quã nec prædicaſſe nec ampliaſſe Abrahã legitur, amicus Dei dictus eſt, quãto magis Iacobus Minor, qui eam non ſolum
Act. 21 prędicauit, ſed etiam ampliauit. *Vides frater quot millia ſunt in Iudæis, qui crediderant.* Secundo, propter manſuetudinem, vt Moyſes, qui fuit mitiſsimus omniũ hominum, qui erant in terra. Ideo amicus Dei appellatus eſt, cum quo loquebatur Deus facie ad faciẽ, ſicut loqui ſolet homo amico ſuo. Quãto magis Iacobus, qui pro ſuis interfectoribus orabat Dominũ, vt indulgeret eis, & non ſolũ facie ad faciem loquebatur cũ Chriſto, ſed etiam facie ei ſimillimus erat, vt dicunt expoſitores. Tertio, propter humilitatẽ. Sic Dauid amicus factus eſt Dei, de quo Dominus:
1. Re. 13 *Inueni virũ ſecundũ cor meũ*. Sed iſte humilior, vt eum ſucceſſorem voluerit habere Dominus in Hieruſalẽ. Scriptũ eſt enim:
Luc. 14. *Qui ſe humiliat, exaltabitur*. Non enim ſic fuiſſet exaltatus, niſi & humiliatus. Quarto, propter virginitatẽ. Propter quod & Ioannes Euãgeliſta dilectus eſt à Domino, quẽ tamen Dominus à nuptijs legitur reuocaſſe. Hic autem ab vtero matris ſanctificatus, & (vt creditur) virgo. Quinto, propter martyriũ. Eccleſia canit: Calicẽ Domini biberunt, & amici Dei appellati ſunt. Quãto magis iſte, cuius tota vita fuit martyriũ, ſtans cũ Iudæis inimicis Chriſti, & in fine vitã cõplens martyrio? Sexto, propter hoſpitalitatẽ. Vnde diligebat Ieſus Mariam, Martham, & Lazarum. Quanto magis Iacobum, in cuius domo Maria hoſpitabatur tempore paſsionis & poſt paſsionẽ. Erat enim eius hoſpes, ſaltem erat domus matris eius, cuius erat hæres, ſi non omnia dimiſiſſet. Hoſpita vero honeſta ſui hoſpitis diligit famam. Propterea diligit Maria, vt quid loquamur de eo, quod ſit vtile nobis. In quo vt nos iuuet, ad eam recurremus, dicentes: Aue, &c.

Ad hoc quod aliquis conſtituatur amicus, requirũtur tria. Primo, quod ſit bonus in ſe, quia inter malos nõ eſt amicitia vera. Tullius: Hoc primum ſentio, in malis amicitiam eſſe non poſſe. Et ratio eſt, quia *qui ſibi nequã eſt, cui alij bonus erit?* Quomodo enim diliget te, qui non diligit ſe? Malus autẽ homo non diligit ſe, quia *qui diligit iniquitatẽ, odit animã ſuam.* Et vere odit eam, cum ei procuret mortem ęternã, nec ſolum animã odit, ſed etiã carnẽ, cui idem procurat. Qui autẽ prouidet animæ, prouidet & carni, quia ſi bene fuerit animæ in futuro, etiã bene erit carni. Bonus autem & ſe & alios diligit. Talis eſt dilectus meus Iacobus filię Hieruſalem, qui bonitatem attulit ex vtero matris, ideo facite eum vobis amicum. Secundo, quod ſit fidelis. *Amico fideli nulla eſt cõparatio.* Et: *Amicus fidelis protectio fortis, qui inuenit illũ, inuenit theſaurũ, quia nõ dimittit in aduerſis.* Secus de malis, qui ſunt ſimiles locuſtis & muſcis, quæ non dimittunt arbores, quãdiu ſunt fructus in eis, & hyrundinibus, quæ non dimittunt patriã quamdiu eſt ęſtas, ſed in hyeme. Sed non ſic Abrahã, qui in tẽpore neceſsitatis affuit Loth, diſputans cũ Deo propter eum in ſubuerſione Sodomorũ. Talis eſt dilectus meus filiæ Hieruſalem intercedens nunc pro peccatoribus. Si enim interceſsit pro inimicis occidẽtibus, credendum eſt ipſum nunc intercedere pro amicis ipſum adorantibus. Tertio, quod ſit potens adiuuare. Vnde: *Amico fideli non eſt digna ponderatio auri & argenti*, quia vulgo dicitur: Melior eſt amicus in via, quàm argentum in zona, Gallice, *Mieulx vault amy en voye, que argent en courroye*, quia amicus in via iuuat, non argentum in zona vel cathena. Talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, & ideo vos potens iuuare filiæ Hieruſalem. Talis eſt dilectus meus, hoc eſt candidus & rubicundus. Candidus innocentia, rubicundus aſtutia prudentiæ, rubicundus amore, & rubicundus ſanguine, quæ omnia declarabuntur per octo prærogatiuas B. Iacobi, quæ deſignant & oſtendunt ipſum fuiſſe & eſſe dilectũ Domini & amicum

B
Amici vera creatio nes.
Eccli. 14
Pſal. 10
Eccli. 6
Ibidem.

C
Iacobi Minoris octo prærogatiuæ

Digitized by Google

cum eius. Prima prærogatiua est in propinquitate sanguinis Christi. Nam à Paulo vocatur frater Domini. Simili nomine se vocat in sua Canonica, quod tamē nulli aliorum discipulorū cōcessum est. Quidam dicunt, vt Eusebius, quod fuit filius Ioseph, & quod antiquior erat Christo. Sed hoc impugnat Hieronymus, impugnando aliā opinionem, scilicet Heluidij Ideo dicunt alij, quod propterea, quia ex vtroque parente propinquus erat Christo. Nam Cleophas pater eius erat frater Ioseph, qui putabatur pater Christi, & cū hoc Maria erat soror matris eius, igitur. Alij dicunt, quod sic dictus est propter duas causas. Vna propter similitudinem, quam habebat ad Christū in facie, gestu, & moribus, & hoc apparuit in traditione Iudæ, qui, ne Iudæi errarent capiēdo Iacobum pro Iesu, propter nimiam eorūm similitudinem, dedit eis signum. Secūdo, propter excellentiā sanctitatis eius. Tanta enim eius sanctitas fuit, vt etiā ab omnibus hostibus & non hostibus iustus appellaretur. Si igitur Iacobus frater Christi, & similis facie & moribus, iam amicus eius. Parentes enim diliguntur naturaliter, & erat vera natura in Christo, ideo naturaliter diligebatur à Christo. Similiter simile diligit sibi simile, ideo quia similis Christo, diligebatur à Christo, & per consequens candidus innocentia, quia nullus diligitur à Christo nisi innocens.

Cant. 5. *Talis ergo est dilectus meus*, &c. Non sic contingit sæpe inter fratres carnales. Vulgo enim dicitur: *Il est plus des freres que d'amis*, hoc est, plures sunt fratres quàm amici. Sunt enim, qui libenter vorarēt alios fratres carnales, & maiores minores vorant, & vsque ad mortem odiunt. De quibus Marcus: *Tradet autē frater fratrem in mortē*, similes illis de quibus in fabula Cadmi, quod proiectis dentibus serpētis in terra surrexere viri armati, qui se mutuo interemerunt. Istud est semen Cain, ista est fraternitas canum, qui in eadem domo bene versantur pacifice, quousque veniat os ad partiendum. Quales erant duo fratres litigātes pro stagno tempore B. Gregorij Nazianzeni, qua de causa orauit idem vir sanctus, vt stagnum arescereť Nec obstat, quod hic Iacobus diceretur Minor. Non enim hoc est, quia minus diligeretur à Christo, vel minoris esset sanctitatis, sed vel Minor vocatus est, quia vltimo vocatus ad Apostolatum, sicut in religione dicuntur minores, qui vltimo recipiuntur, quamuis longe maiores sint ætate, vel quia alter consilijs Christi cum Petro & Ioanne intererat, & non iste, vel forte quia inter cæteros humilior, ideo se Minorem appellari volebat, ex quo eius innocentia maxime perpendi poterat. Sicut enim omne malum ex superbia processit, sic ex humilitate omnis munditia, quæ tanta est, vt superbus ea se velit palliari, scilicet humilitate. Est enim qui se nequiter humiliat, & patitur humilis secum humilem, vbi superbus superbum non pateretur. In hoc enim est dissimile vitium superbiæ alijs vitijs, quia alia vitia sibi similia patiuntur, vt fornicatores, gulosi, fures, vt dicere possent: *Marsupium sit vnum omnium nostrūm.* Iuxta etiam illud quod dicitur participāti cum fure: *Si videbas furem, currebas cum eo.* Sed duo grossa non possunt esse simul, & duo sphærica in puncto se tanguńt. Patitur bene humilem secum, scilicet aduersarium, sed non similem, ideo quod in alijs diligit, in se odit, & econuerso. Sic itaque in hoc excellit Iacobus, quod in scriptura vocatur frater Domini, & in hoc laudatur, laus autem maxima est esse fratrem Domini, quod tamen possumus esse, dicente Domino: *Quicunque facit voluntatē Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est:* frater, & soror, quia ad eamdē hæreditatem participandam adoptatus, sed mater, quia concipiendo bonum opus concipit Dominum in corde suo, & illud faciendo à dextera parit. Vnde secundum Hieronymum quatuor modis quis dicitur frater, natura, gente, cognatione, & affectu. Secunda prærogatiua est sanctitatis vitæ, ita vt, Egesippo teste,

Galat. 1.

D
Fratres mali detestandi.

Mar. 13

E
Superbia radix omnium malorum, humilitas vero bonorū.

Prou. 1.

Psal. 49.

Mat. 12

hoc referentibus Euſebio & Hieronymo, natus ſit ſanctus ex vtero matris. Aliquãdo, quia fuerunt bonæ mulieres, & ſeruauerunt pudicitiam, nec abuſę ſunt mẽbris ſuis, producũt bonos pueros, vt Maria Cleophæ, quæ hunc produxit: ſed nõ ſic impudicæ, & quę abuſæ ſunt, quia aliquando in pœnam portãt malos pueros. Arbor enim mala non poteſt bonos fructus facere. Tanta autem erat eius ſanctitas, vt propter eam ſolus permitteretur

p *Prælati primitiuæ Eccleſiæ ſancti, recipiebant cæci vel claudi*

intrare in ſancta ſanctorum, non oblationis ſed orationis cauſa. Sic ſoli ſancti in primitiua Eccleſia intrabant in beneficia & prælaturas Eccleſię, non cæci vel claudi, hoc eſt, nec ignorantes nec mali, quia contra huiuſmodi dicebatur: *Cæcus & claudus non ingredientur in templum*: & vt expellerentur, propoſuerat Dauid præmium. Sed modo verum eſt, quod non intrant orationis cauſa, ſed oblationum recipiendarum. Non enim quæritur quale aut quantum eſt animarum onus, ſed quantum valet beneficium. Vnde nõ mirum ſi Iacobus natus eſt ſanctus. Sicut enim ſunt aliqui qui ex vtero matris ſecum afferunt iniquitatem, ſicut legimus de Cain, vt dicit Aug. quia ab illo tempore incepit eſſe malus, ſicut etiam erit de Antichriſto, ſicut & de illo Conſtantino filio Imperatoris Leonis Conſtãtinopolitani, qui fœdauit fontes: & Patriarcha Germanus nomine dicit magnũ fore prę-

G *Sanctitas filiorum ex vtero, à bonitate parentũ quandoque procedit.*

ſagiũ, quod futurus eſſet Eccleſiæ Dei in ſcandalũ, ſicut & rei probauit euentus, vt recitat Antonius, par. 2. tit. 14. c. 2 parag. 3. ſic decuit Dominũ multos ita bonos facere, vt etiam ab vtero matris ſanctitatẽ aſportarent. Nam ſi iuſtitia Dei permittit aliquos etiam ab vtero aſportare immunditiam & errorem, iuxta illud Pſal. *Errauerunt ab vtero*, quanto magis miſericordia Dei aliquos ab vtero veraces & iuſtos, vt ſit eis gloria, ſicut illis ignominia. Oſee: *Gloria eorum ab vtero, & à partu & à conceptu.* Si gloria nobilium ab vtero, quo viles exeunt, quanto magis huius gloria, qui iuſtus & nobilis exiuit? Hoc autem procedere potuit ex ſanctitate parentum & orationibus eorum, vt fuerit filius gratiæ non naturæ, quia omnes natura naſcimur filij iræ. Vt ſicut oratio Iſaac imperauit ſanctum Iacob, & oratio Annæ Samuelem, & oratio Zachariæ & Eliſabeth Ioannem, ſic oratio Cleophæ & eius vxoris iſtum (licet non ſit ſcriptũ) impetraſſe credi poſsit. Etiam filius gratiæ fuit, quia à gratia mera Dei collatum eſt ei donum, propter ſocietatem Domini Ieſu, quem erat aſſociaturus, & vt filios gratiæ poſtmodum generaret. Sicut enim ignis primo accendit domum in qua eſt, poſtmodum domos proximorum, ſic Iacobus, primo igne diuini amoris ſuccenſus, poſtmodum alios ſuccendit. Sunt autem multi filij ad oppoſitũ, qui ſunt genimina viperarũ, primo rumpunt viſcera matris, poſtea cor. Sunt tamẽ ſancti quos mundus facit & canonizat, & ſunt ſancti quos Deus canonizat. Sanctis, quos mũdus facit, dicunt adulatores laudes & cãtica, ſecundum illud Pſal. *Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur*, quemadmodum principes & diuites ſi faciant oblationem, ſi dicant aliquas orationes deuotas, & nihilominus non dimittant deprædari populum, tunc dicuntur ſancti ab officiarijs, cum tamen ſit ſignum ſeu palliatio tyrannidis ſimulare pietatem, vt dicit Ariſt. 5. Politicæ. Sed ſanctus Dei dicit illud Pſal. *In Domino laudabitur anima mea.* Sæpe enim hic vituperãtur ſancti Dei, vt iſte Iacobus. Sed in fine, *tunc laus erit vnicuique à Deo.* Deus enim & opera eius dicent ſeruitium ſancti Domini, vt vult Salomon, dicens: *Laudent eam in portis opera eius*. Item ſancti Dei hic in mundo antequam decedant, dimittunt plumas, & plumantur ab alijs, ſcilicet tyrannis, dimittẽtes temporalia & corpus etiam proprium, vt fecit Iacobus. Sed illi poſt mortem plumantur vt capo: temporalia habent parentes & mundus, & carnem & animam diabolus. Item ſancti Dei militant Deo in hoc mundo non curantes de præda, ſicut

H *Sanctorum Dei & mundi multiplex differentia.*

Pſal. 99

Pſal. 36.

1. Cor. 4

Prou. 31

sicut boni milites non stant ad prædam, quia periculũ est: sed isti sunt sicut Suitẽses, qui contentantur stipendijs, & in hæreditate nihil habẽt, ideo bello finito eijciuntur. Sed quæritur: Si Iacobus sanctus natus est ex vtero, cur nõ celebratur eius natiuitas sicut Ioannis Baptistę & Mariæ? cur ergo circumcisus est & baptizatus? Respondetur primo, quod ideo non celebratur eius natiuitas, quia scriptura de hoc mentionem non facit, & propterea non est ita autenticum; hoc enim habetur ex historijs, quæ non sunt ita autenticæ. Ecclesia autem non recipit istas solemnitates natiuitatum, nisi cum magna approbatione & auctorizatione, igitur. Dicitur secundo, quod licet non indiguisset circũcisione aut baptismo, ita quod si ante annos rationis obijsset, fuisset saluatus, tamen aduenientibus annis rationis, indigebat propter multa. Primo, ne videretur contemnere sacramenta Dei, & iam hoc versum esset sibi in peccatum. Secundo, ne dissimilis esset alijs fratribus. Sic enim voluit Christus circumcidi & baptizari. Inde Apost. *Voluit fratribus per omnia assimilari.* Tertio, ad maiorẽ cumulum meritorum. Qui enim hæc sacramẽta susciebat, etiam in virtute sacramentorum gratiam superadditam habebat. Quarto, quia sacramenta sunt certissima remedia, & certiora, quàm sit sanctificatio in vtero, nisi hoc per expressam & bene digestam reuelationem habeatur.

I Sanctificatus in vtero adhuc deberet baptizari.

Heb. 2.

Tertia prærogatiua est deuotionis, quæ etiam innocẽtiæ eius attestabatur. Nã legitur, Egesippo teste, quod tãtę deuotionis fuit, vt diebus & noctibus incessanter oraret genibus flexis, ita vt in modũ cameli vel calcanei callus genibus inhæreret, & secundum Hiero. de viris illustribus, cubabat super genua & cubitos. Vnde & ratione deuotionis post ascẽsionem dicitur primus celebrasse mysteriũ Missæ, vt patet de consecratione distinctione prima. Iacobus creditur, quod cũ verbis sacramentalibus solum, & Pater noster, postea consequenter additum est à sanctis patribus, vt à Petro, Clemente & magno Basilio, & ab aliquibus creditur fuisse factum, ad requestam glorioſæ virginis Mariæ, quæ voluit hoc videre cũ quanta deuotione non est dictu facile, vt diceret illud: *Sub vmbra illius, quẽ desideraueram, sedi.* Sicut ergo Ecclesia cõtinue aliquid superaddidit, sic & nos quotidie debemus, dũ crescimus, adaugere ad seruitiũ Dei, quia quanto crescimus, plura bona à Domino percipimus. Ideo maiores gratiarũ actiones ei debemus. Hæc autem deuotio in eis ex duobus causabatur, sicut fumus, qui lachrymas emittere facit, ex duobus causatur, scilicet igne & lignis viridibus, quia sicca non fumãt. Nam causabatur ex memoria mortis Christi, quæ in viridi ligno crucis facta est, & ex affectu dilectionis pro impenso beneficio. Iohel: *Dabo prodigia in cælo* Mariæ, *& in terra* discipulorum, *sanguinem* scilicet Christi, *& ignem* amoris, *& vaporẽ fumi*, qui est deuotionis. Et in hoc apparet, quomodo iste homo cor suum non in terra, sed in cælo fixum habebat, ita quod totus cælestis erat, quando sic in deuotione persistebat. Nos autem in deuotione per duas minutas vix possumus esse, sed statim deuotio nostra vacua est, aut quia necesse est, vt spiritus condescẽdat corporis necessitatibus, sicut vxor dilecti sponsi vacans delicijs surgere cõpellitur, vt cõpescat clamores famulorum, & familiæ importunos. Nam quando spiritus gemens in deuotione reficitur, corpus quodammodo debilitatur. Numquã enim caseus est bonus, nisi dulcedini butyri subtrahatur. Ideo necesse est, quod spiritus se subtrahat aliquando propter nostram negligentiã, quia nõ satis diligimus Deũ: aliquãdo propter nostri corporis pondus, quod ad ima trahit: aliquãdo vt ardentius quæramus eum, sicut meretrix, quæ currit post amatorem, quando non habet eum: aliquando ne superbiamus in illo, & inebriemur. Ideo facit veru, & cauillam illius boni viri spiritualis scindi. Quarta prærogatiua est abst nẽtiæ. Tantæ autem fuit abstinentiæ, vt

L Deuotionis sanctorum causa memoria mortis Christi.

Ioel 2.

M Indeuotionis quotidiana causa.

K Iacobus Minor primus Missam celebrauit.

Digitized by Google

numquam vinum aut siceram biberit, numquam carnem manducauerit, numquam delitias corporis sibi ministrauerit, ne innocentiam perderet. In loco illo caliditas viget, vbi indigent homines refrigerijs, sed oleo numquã vsus est, neq; balneo, neque lineo vestimẽto ad carnẽ, sed aspero, vt inquit Hieron. de viris illustribus. Vnde & propter societatẽ, & abstinentiam etiã à suis dicitur fuisse virgo perpetuus. Sed dices: Debeo ego sequi Iacobum in ista abstinentia? Proponitur enim vita eius in exemplum.

N *Sancti non in omnibus sunt imitandi.*

Dicitur primo, quod plura proponuntur in vitis sanctorum non tam imitãda quàm admiranda, vt appareat Deus mirabilis in sanctis suis, vt laudetur Deus in eis, neque oportet eos sequi in omnibus, quia, vt dicit August. in via Domini alius sic, & alius sic ibat. Nam alius vadit pedes, & alius eques, & adhuc de equitibus vnus super gradarium, alius super cursorem durum. Ita aliqui vadunt cito ad patriam, qui cito comprehendunt terminum, alij pedites, qui tardis meritis vadunt, alij vadunt communi cursu satis cum dulcedine mentis ad paradisum, alij cum duro cursore abstinentiæ.

Nota.

O *Religiosi quare maior esse debet abstinentia quã secularis.*

Dicitur secundo, quod in temperantia non est omnium vna medietas. Nõ enim est eadem religiosorũ, & secularium. Religiosis enim nõ incumbit aliquod onus graue corporale, sed solũ contẽplationis & orationis. In quibus sic inducantur abstinentiæ, vt remittatur robur & decor corporalis, dũ tamen non fiat tãta detractio, quod consumatur vsus rationis, nec in ægritudines incidatur; hoc cõsonat rationi. Sed statui clericorum, & secularium, cui maior incũbit labor; minor dicitur abstinentia, maior tamen clericis, quàm secularibus principibus & cultoribus. Sed dices: Manducauit Iacobus agnũ paschalem cum Christo. Secundo dicitur discipulis à Domino: *Edentes & bibentes quæ apud illos sunt.* Si ergo in domo, in quã diuertisset, inueniebat carnes, comedebat. Tertio, quod saltẽ non ieiunauerit viuente Christo, patet, quia ipse Christus dicebat: *Numquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum eis est sponsus. Venient autem dies, cùm auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabũt.* Matt. 9. Dicitur, quod Iacobus Minor erat secundum ritum Iudęorum Nazaræus & religiosus. Votum autem illorum erat circa huiusmodi. Sed Dominus in illis poterat dispensare propter maius bonũ. Ideo dũ missus est prædicare, comedebat sicut inueniebat, & agnũ comedit in mysterium. Sed quãdo sedit in sua diœcesi, tũc cõseruabat quę vouerat prius, & ieiunabat, secundũ tamẽ quod cõueniebat legi nouę. Luc. 10. Pro secunda parte dicitur, quod fuit dilectus iste Dominus rubicundus. Primo, quia Dominus Cardinalis & Patriarcha Hierosolymitanus, quæ fuit quinta eius prærogatiua scilicet prælationis. Nã Egesippo teste, Eusebio & Hieronymo referentibus, ordinatus est præsentibus Apostolis Episcopus Hierosolymitanus primus post Christum, & hoc à Petro, Iacobo, & Ioanne, vt habetur 66. distin. porro in cuius signũ adhuc ad Episcopum cõsecrandum assumuntur tres Episcopi. Seditque in Cathedra spectãte Petro, & in consilio Apostolorũ, sicut dicitur Act. 15. Conclusionem eorumdem, quam Paulus deferebat, Ecclesijs retulit. Act. 15. Sed vnde hoc processit, quod ordinatus est ante Petrũ, qui erat principalior, cum tũc Hierosolyma erat sola Ecclesia? Item videtur, quod gratia huius succedere debeant parentes, & filij parentibus in Abbatijs & Episcopatibus, sicut modo fit, quando propinquior successit Christo. Dicitur ad hoc, quod hoc factum est propter multas causas. Primo, ordinatus est ibi propter suam sanctitatem & similitudinẽ, quã habebat ad Dominum, ne forte dicerẽt Iudęi hostes Christi, qui non viderant eum resurgentem, Simul cum morte eius deleta est etiam memoria. Sed ecce in Iacobo eis dici potest: *Mortuus est pater, & quasi non est mortuus. Similem enim reliquit post se.* Ecclus. 30. Ideo propter eius similitudinem, & ad æquitiam Iudęorum & superbiam compescẽdam,

P *Iacobus Minor cur ordinatus est Episcopus Hierosolymitanus & non Petrus.*

dam, ordinatus est. Secundam causam tangit Bern. lib. 2. de Consideratione. Lex enim erat scripta Deuter. 25. quia frater habebat suscitare semen fratris defuncti. Iacobus autem Alphæi specialiter & antonomatice dictus est frater Domini: ideo merito post Dominum, sponsam eius, scilicet illam specialem & primitiuam Hierosolymitanam Ecclesiam, quæ tamen postea vniuersalis facta est, suscepit regendam, vt suo fratri defuncto sine liberis, id est Christo, qui paucos conuerterat, secundum legis statutū prolem multiplicem generaret: quæ proles non à generante, sed ab eo, cui suscitabatur, erat denominanda per legem, quia & illi, quos B. Iacobus sic genuit, nequaquam ab eo dicti sunt Iacobitæ, sed à Christo Christiani. In quo dedit documentum prædicatori, vt cum in bello spirituali victoriā obtinuerit, vel hostes animæ supplantauerit, vel cum filios in Christo genuerit, non sibi & nominis sui propriæ laudi, sed Deo ascribat. Sicut & Ioab, cum paratus esset capere Rabaath filiorum Ammō, misit pro Dauid, vt ei ascriberetur victoria. Tertia causa, ad ostendendum, quod Ecclesia non erat in Hierusalem duratura, sed finem acceptura, non est ibi ordinatus princeps Apostolorum, sed consanguineus. Prælatio enim Iudæorum de parente in parentem trāsibat. Ideo quodammodo Dominus coniungens vnam alteri, consanguineum voluit consequenter post se ibi præfici. Et etiam, quia sciebat non sic duraturam, sed magis ad spiritualem conuertendam. Vnde & Ecclesia ibi in Iudæa non erat fundata neque dotata, sed vendiderunt omnia quæ habebant, iuxta illud quod habetur duodecima quæstione prima, *Futuram*. Sed modo trāsijt in carnem Ecclesia. Non potest modo dici, quod Dominus Petro: *Beatus es Simon Bar-iona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi*. Imo nunc caro, & sanguis omnia in Ecclesia faciunt. Communiter dicitur, quod regitur modo ciuitas *par, comperes & par commeres*, id est, per compatres & commatres. Sic & Ecclesia per carnem, & sanguinem. Quarta causa, vt correspondaret figura veritati. Concepit Rebecca geminos, luctabantur inuicem, sed Iacob minor supplantauit alterum, scilicet gestabat bonos & malos tunc synagoga, sed Iacob Minor bonorum præsul luctam suscepit, & vicit. Sexta prærogatiua est fidei, qua facies animæ rubicunda erat. Nam (vt Hieronymus testatur) Iacobus cum hoc quod scripsit Epistolam, scripsit etiam Euangelium, quod Origenes trāstulit, & de quo frequenter vsus est, vbi dicit, quod Iacobus postquam bibit de calice Domini in cœna, & audiuit Dominum dicentem, quod non biberet de genimine vitis, quousque biberet illud nouū in regno Patris sui, vouit se neque comesturum neque bibiturum, donec Dominus resurgeret à mortuis, & propterea Dominus apparuit sibi in die Paschæ, & in loco vbi erat, fecit apponi mensam & vinum, & præcepit vt comederet, quia Filius hominis à mortuis resurrexerat. Et hanc visionem satis innuere videtur Paulus, vbi dicit: *Deinde visus est Iacobo, deinde Cephæ*. Sed hic oritur dubium maximum, vtrum crediderit resurrectionē. Et videtur, quod non. Primo, quia Dominus dixit: *Omnes vos scandalum patiemini in me*. Secundo, Marci vlti. dicitur: *Recumbentibus vndecim discipulis apparuit eis Dominus, & exprobrauit incredulitatem illorum*. Similiter Ecclesia dicit, quod fides remansit in sola virgine, & hoc ipsa protestatur in extinctione candelarum præter vnam. Respondetur primo, quod de resurrectione Christi non dubitauit, sicut dicit Egesippus, quia viderat omnia, quæ prædixerat Christus euenisse. Dubitauit tamen præ multitudine & magnitudine dolorum & vituperij, quæ passus est, an esset verus Deus, ideo ibi scandalizatus est, & ibi peccauit mortaliter, & fides eius defecit. Propter quod poterat Dominus dicere Patri: *Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus*, hoc est Iacobus, qui

Deu. 25

Re. 12

Q Ecclesia nunc caro mutu.

Mat. 16

1 Cor. 15

Mat. 26

Mar. 16

Psal. 11

vocabatur iustus, & sanctus. Dicitur secundo, quoad historiam Marci, in qua habetur, quod Dominus increpauit vndecim de incredulitate resurrectionis, quod scriptura sæpe accipit numerum certum pro incerto, vt patet in multis locis, sicut propter Iudam murmurantem de effusione vnguenti dicitur, quod omnes murmurauerunt. Septima prerogatiua est prædicationis, quę tota erat zelo & amore salutis proximorum rubicunda, & adeo feruida, ignita, & sancta, vt etiam interfectores Christi ad eam conuenirẽt, vt Cayphas, quem pene conuertit. Et si quæras quare non est conuersus. Respondetur primo, quia non meruit, qui sceleratas manus, & os sceleratum iniecerat in Christum & in Dominum suum, à Domino reuocari. Et ideo timeant qui in magna incidunt peccata, ne propterea à Domino dimittantur. Ille grossus lupus Cayphas erat nimis difficilis ad capiendum ab oue Iacobo. Sic bene parui lupi sæpe capiuntur ab ouibus, sed non magni. Secundo, quia quando Sequana inundat, difficile est piscari, quia tunc fluuius est profundior, in cuius profundo pisces absconduntur. Sed complebatur tunc illud Oseæ: *Maledictum, furtum, adulterium, homicidium inundauerunt*, & tunc alueus fluminis, id est sensualitatis transcendebat metas diuini præcepti, ita vt occiderent Deum & sanctos eius, & sic homines illi erant infixi in limo profundi, & ideo nil mirum si non capiebantur, licet Iacobus esset optimus piscator animarum. Decebat enim, vt sicut princeps ad ardua negotia eligit famosos & solemnes nuncios, sic ad piscationem animarum seu prædicationem (quę est opus arduissimum) eligerentur viri famati & insignes, qualis erat Iacobus. Duplex autem genus familiæ habent principes, vnum inferioris gradus, qui est seruorũ, & istis non reuelantur secreta, aliud superioris, & isti sunt consiliarij, qui sciunt secreta, vt Iacobus, & alij Apostoli, qui prædicabant fidelibus prout opus erat, etiam reuelabantur dum assisterent coram tyrannis testificantes nomen Domini, iuxta promissionem Domini: *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.* Nec tamen mirum si in Apostolis loquebatur Spiritus sanctus, quando in asina Balaam loquebatur Angelus. Sicut enim flatus tintinatoris implet tibiam, sic flatus Spiritus sancti Apostolicam tubam. Psal. *Flabit spiritus eius, & fluent aquæ* prædicationis. Vnde & insufflauit in eis Spiritum sanctum, nec per eos stetit, quin totus mundus conuerteretur. Quod maxime patuit in isto, qui propter veritatem, quam prædicauerat de Domino Iesu, proiectus ab alto in terram, & claudus effectus, adhuc perseuerabat in prædicationibus & doctrina salutis. Octaua prærogatiua est fortitudinis & patientiæ, per quam factus est rubicundus sanguine. Nam cum triginta annis rexisset Ecclesiam Hierosolymitanam, anno septimo Neronis Ananias Pontifex eum occidit, cum non potuisset interficere Paulum. Vt enim recitat Egesippus, venerunt ad eum Iudæi, occasionem quęrentes, vt scilicet reuocaret populum, qui decipiebatur in Iesu, putans quod ipse esset Christus, & perhibuerunt testimonium de sanctitate eius, vt magis eũ prouocarent ad loquẽdum, & facilius habẽrent quod volebant. Sed ille testimonium perhibuit Christo, & propterea à pinna templi in terram præcipitatus est, & tunc stans super genua orauit pro persecutoribus suis, dicens: Rogo Domine dimitte illis, quia nesciunt quid faciũt, ita quod sui oblitus de malo inimicorum suorum loquebatur, plus dolẽs de eorum quàm de suo malo proprio, illa charitate inflammatus, de qua: *Fortis est vt mors dilectio*, quæ non parcit inimicis. Tum licet quidam de filijs Rechab suaderet, vt pietate mouerentur persecutores, quia iustus orabat pro eis, nihilominus quidam ex ipsis pertica fullonis arripiens, valido ictu caput eius impetijt, & cerebrum exculsit. Ecce quid fullo

R Peccatorum grauitas & multitudo facit peccatorem à Deo dimitti.

Osea 4.

Nota

Cant. 8

3 Familia principũ duplex genus.

Fullonibus comparatur hominũ oppressores.

fullo fecit. Sed modo de fullonibus artificium cõmune est. Omnes eo volunt vti, & in hoc est miraculũ, quia illud artificiũ videtur multum lucratiuũ, adeo vt omnes velint esse fullones non pannorũ, sed hominum. Nunc enim plurimi alios homines conculcant pedibus, vt omnis pinguedo sicut à pannis exeat, & sint mundi & candidi. Sed interficiunt Iacobum Minorem, quẽ oportet obedire fullonibus, & illos de Ecclesia, sicut & alios pertica sua, id est industria percutiunt.

IN FESTO S. IOANNIS ANte Portam Latinam, Sermo vnicus, & in ordine XCI. Per Thema.

Apoc. 1. A Ioanne ante portam Latinam solemnitas recte nabiliter celebratur.

IOannes testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi quæcumque vidit. Quæritur, quare festum illud celebret Ecclesia, cum non fuerit martyrium completum, vnde Ecclesia habeat suffragia. Simili enim modo plures sancti Pauli lapidationes, & verberationes deberent solemnizari. Respondetur, quod hoc facit Ecclesia. Primo propter subsidium, quod exinde expectamus, quia communiter post Pascha propter malum regimen plura mala nobis occurrunt. Ideo quia iste inter cæteros magis dilectus est à Domino, & indigemus amicis in curia regis æterni ad mitigandam iram Dei, propterea Ecclesia commemorat & celebrat festum istud. Inde & orat: Deus, qui conspicis quia nos vndique mala nostra conturbant, concede propitius, vt beati Ioannis Apostoli & Euangelistæ intercessio gloriosa nos protegat. Secundo propter exemplum quod inde accepimus: quia *si patimur* (inquit Apostolus) *& conregnabimus*, & non aliter. Non enim est (vt vult Seneca) ad astra mollis è terris via. Ideo proponitur nobis hodie tempore Paschali (in quo significatur regnum gloriæ Dei) tribulatio Ioannis, vt simus sicut ipse, qui dixit: *Ego Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione, & regno*. Tribulatio enim præcedit regnum. Si enim participes tribulationis, & consolationis erimus. Exemplum de audaci, qui verberauit timidum, vt esset particeps ictuum & verberum, sicut volebat esse particeps lucri. Tertio, vt ostendat Ecclesia completum esse illud, quod dicit Christus de Ioanne & Iacobo: *Calicem quidem meum bibetis*. Cum igitur Ioannes vitam in pace finierit, festum de martyrio ostendit, quamuis illud eum non læserit, tamen quod per eum non stetit. Et quamuis martyrio non sit consummatus, tamen longa eius vita in operibus bonis, sancta prædicatio, doctrina, scriptura, & martyrium in voluntate, multa præstant suffragia Christianis. Quarto, quia per Ioannem, vt vult Anselm. intelligitur populus Christianus, data est ei Maria mater Ecclesiæ & populi Christiani, quæ nos simul cum Christo parturiebat. Ideo quia per eum intelligitur Ecclesia, hodie recitatur eius tribulatio, quomodo non nocuit Ecclesiæ, sed profuit magis ad honorem & doctrinam. Vnde scripsit Apocalypsim, Epistolas, & Euangelium. Arca Noë quanto magis inundabant aquæ, tanto magis eleuabatur. Ideo Ecclesia hoc recitat, ne si tribulemur, eius filij inde turbentur, sed magis glorientur, sicut Paulus, qui dicebat: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis*. Sed quia paucorum est ista virtus, indigemus auxilio Mariæ matris, ad quam recurramus, dicentes: Aue gratia, &c.

Tim. 2

Apoc. 1

Mat. 20

2 Cor 12

Visus duplex corporalis & spiritualis.

Duplex est visus. Vnus corporalis, quo corporalia videntur, & hoc modo Lucas & Marcus testati sunt, quæ non viderunt, sed quæ audierunt. Alius est visus spiritualis, quo videntur diuina, siue per visionem claram, vt beati vident, siue intelligendo per fidem, vt nos ea quæ scriptura canit videmus, siue per visionem imaginariam, & hoc modo Ioannes testimonium perhibuit de his quę vidit, secundum thema: *Ioannes testimonium perhibuit*, &c. In hoc sermone dicendum est de quadruplici testimonio, quod perhi-

Apoc. 1

Digitized by Google

buit Ioannes verbo Dei & doctrinæ, ſecundum ea, quæ continentur in verſu Pſ. vbi dicitur: *Eloquia Domini eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptulum*. Primo enim teſtimonium perhibuit verbo Dei, quod eloquia Dñi eloquia caſta, & hoc dupliciter. Primo caſta, id eſt caſte loquẽtia. Secundo caſta, id eſt, ad caſtitatẽ inducentia, & eã docentia. De primo dicitur: *Lex Domini immaculata conuertẽs animas*. Non ſicut mali, qui in ore habent ſtercora, & in eis delectantur, de quibus Pſal. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum*. Et hoc multiplici ratione, quia ab ore Domini proceſſerũt, & ab abyſſo puritatis & mũditiæ. Ex ore autẽ caſto & mundo non procedit niſi mundum. Dominus dicit: *Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum*. Contra maquerellas, & ſanterellas decipientes puellas; has enim locuſtas vidit Ioannes exire de puteo abyſſi. Secundo, caſtitatem inducunt. Inde Hieronymus: Ama ſtudium literarum, & carnis vitia non amabis. Sic de quibuſdã ſanctis teſtificatur Ioannes: *Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, ſequuntur agnũ quocunque ierit, ſiue in cælo ſiue in terra*. Vnde exemplo vitæ ſuę docuit virginitatem, & per ſcripturas, quando virgo electus eſt à Dño, & inter cæteros magis dilectus. Et ſi quæratur, vnde ſcimus quod virgo permanſit. Reſpondetur primo, quod hoc nõ habetur ex Scriptura ſacra expreſſe, ſed bene aliqualiter trahi poteſt. Primo, quia Ioſeph virginem habuit commendatam ab initio, quam poſt eius mortem Chriſtus Dominus virgo conſeruauit. Non eſt igitur dubium, ſi illam commendauit diſcipulo, quin virginẽ commendauit virgini. Tum ſecũdo quia hoc canit Eccleſia, quę errare non poteſt à Spiritu ſancto directa. Quod ſi dicatur quod eſt opinio Hieronymi, quod eſt retractus de nuptijs. Dicitur quod illa non eſt veriſimilis, vt dictum eſt in alio feſto. Tum quia Magdalena erat de maioribus ciuitatis, iſte nõ. Tum quia Ioãnes iam ſequebatur Chriſtum, & iam abrenunciauerat omnibus. Ideo non videtur, quod illa caſtitas fuerit corrupta mente. Ideo pulchræ puellę ſeruent caſtitatẽ ſuã ad matrimoniũ ſanctũ, vt honoretur Deus per prolem, & fugiãt maquerellas, & oſcula; ſicut illa, cuius maritus habebat anhelitũ fœtidum, quæ putabat omnes habere ſimiles anhelitus, magnum eſt autem, quando vita doctrinam præcedit. Sic in Ioanne vita immaculata præceſſit, & deinde doctrina ſancta, teſtificãs quod nihil inquinatũ introibit in illã ciuitatẽ, & merito, quia ſi non pateretur homo in ſua domo ratos & vermes; quãto minus in illa cæleſti patria Dñs patietur? Secũdo teſtimoniũ perhibuit verbo Dei, quod eſt argẽtum igne examinatũ. Argentũ ſonans pulcherrime in auribus audientiũ, ita vt Dñs dicat: *Qui habet aures audiẽdi, audiat*. Sed multi ſunt, qui nõ habẽt aures audiẽdi, qui dedignãtur audire. Aut quia dicũtur eis mala noua. Bene volunt audire, quid dicatur de alijs, ſed de ſe nihil: ſimiles illis, qui ſunt contẽti alios habere cibũ, ſed nolũt cibari; volũt quod alij pro ſe habeant argentũ, ſed pro ſe nolunt accipere. Tales nihil audiũt, quia nõ habẽt aures. Et ideo ſe cuſtodiãt, quia autes non habẽt, quoniã periculũ eſt ſuſpenſionis, ſi inueniãtur in forefacto. Periculũ eſt etiam dũ homo nullũ poteſt capere cibũ. Secũdo eſt argentũ, in quo impreſſus eſt crucifixus. In cuius ſignũ diaconus Euangeliũ ſignat crucifixo, quia per illud habetur crucifixus, diligitur, & cognoſcitur. Speculũ enim eſt in quo videtur imago Dei, de quo: *Videmus nũc per ſpeculũ in ænigmate, tũc autem facie ad faciem*. Sed multi quærũt argentũ, in quo eſt crux, ſed nõ inuenitur crucifixus. Iſtud argẽtum facit mirabilia magna ſolũ. Argentũ vero ſcripturæ eſt, quo perquiritur aurũ virtutũ pretioſiſsimũ, & aurũ glorię ęternæ, & incorruptibile. Tertio, argẽtũ iſtud laborioſe acquiritur, nec inuenitur in terra ſuauiterviuẽtiũ; vnde & Ioãnes iſtud habuit in inſula Pathmos, vbi ſuper terrã cubabat in exilio, & portabat onera, & fodiebat, &c. Sed nulla cõmutatio neceſſaria eſt, quia omnia

Pſal. 11. C Verba Dei caſta, id eſt caſte loquentia, & ad caſtitatem inducentia.

Pſal. 18.

Pſal. 13

Luc. 19

Apo. 14

Apo. 14

D Ioannes Euangeliſta virgo permanſit.

Mat. 11. E Verbum Dei argento cõparatur

1 Cor. 13

Digitized by Google

nia bona, & laboris bonum nobis remanent, & cum distribuitur, augetur. Hinc
Esai. 55 Esaias: *Omnes sitientes venite ad aquas*, &c. *venite, emite absque vlla commutatione vinum & lac.* Sed non sine commutatione acquirunt mundani argentũ & aurum, nec sine diminutione distribuunt suis. Quarto, argentum istud est igne examinatũ. Quod amplius examinatum, quàm per illos qui transierunt per ignem & aquam, per omnes tribulationes martyrum, & præcipue per B. Ioannem. Nam de eo legitur, quod cum omnes Apostoli Christi iam sub præcedentibus persecutionibus passi fuissent, Domitianus mandauit pro B. Ioanne, qui prædicabat apud Ephesum, & adductus est Romam, & ad Portam Latinã tonsus, & flagellatus, in feruẽtis olei dolium tandem missus est. Tunc poterat dicere:
Psal. 22 *Impinguasti in oleo caput meum.* Oleum autem exterius significabat oleum fuisse interius abundantis misericordiæ, vnde impinguatus erat. Sed oleum exterius nõ læsit eum, ad ostendendum quod prælati & maiores exterioribus adulationibus non debent inũgi nec lædi, sed repelli debent adulatores. Nam in Psal. de adulatore:
Psal. 54 *Mollti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.* Quo contra multi nolũt, quod contra reges aut prælatos aliquis loquatur. Tertio, perhibuit testimonium quod probatum erat terræ, id est, à terrenis hominibus. In signum cuius, ipse qui portabat verbum Dei, primo fuit probatus à terrenis hominibus, quando tonsus est in capite, in quo denotabatur, quod à supernis illa, quæ à suo capite fluxerant, descendissent & deriuata essent. Sed hic quæri posset: Quare tonsurantur clerici, sacerdotes, & monachi? Respondetur. Primo, in signum regni. Reges enim sunt.
Apoc. 5 *Qui fecit nos Deo nostro regnum, & sacerdotes.* Ideo voluit eos Dominus coronari in capite. Secundo, in signum diuinæ seruitutis, quod eius seruitio & consortio perpetuo subdebantur. Sic erat mos Romanorum, quod eos, quos suos efficiebant, in
Dan. 31 corona tondebant, & vendebant. *De capillitate nudati inimicorum capiti.* Oues enim, quæ adducebantur ad templum pro sacrificio, tondebantur: nec Abraham, Isaac, & Iacob talem solemnitatem fecissent in tonsione ouium suarum, nisi in illa tonsionem clericorum & monachorum intellexissent, id est mancipationem ad Dei seruitium. In signum cuius liberati sunt ab exactionibus & iurisdictionibus secularium potestatum: ita vt dicat Dominus:
Zach. 2 *Qui tangit vos, quasi qui tangit pupillam oculi mei.* Tertio, in signum abrenunciationis sæculi. Capilli enim temporalia repræsentant. Pars autẽ posterior capitis numquam aut vix decaluatur, eo quod in parte posteriori est multa humorum superfluitas, sed anterior cito, quia qui in anteriora se extendunt, & abrenunciant sæculo, cito decaluantur, qui verò in posteriora & ad temporalia declinant, vix decaluantur. Quarto, in signum militiæ pro populo ad pugnandum contra mundum, dæmonia, carnem, & Deum. In signum cuius intrare debent certamen, in quo furor Dei vincatur. In oratione enim Deus contra se adiuuat certantem. Quinto, in signum stultitiæ. Risum enim debent facere Deo & Angelis. Stultus est mundo, qui spernit vxorem, qui spernit
1. Cor. 3 delitias, & diuitias. Hinc Apost. *Stultus factus sum, vt sim sapiens.* Secũdo, probata est scriptura sacra ex personæ eius maiestate. Nam vt dicit Tullius, digna est persona oratio. Exemplum de diuite & paupere, quoniam plus auctoritatis habet dies in verbo quàm pauper. Tantæ autem maiestatis erat vultus eius, vt etiam libẽter cerneret Præfectus, & nolebat eum amplius cruciari, ac dimisisset, nisi obstitisset rabies Domitiani, qui se solum volebat Deum appellari. Ex persona igitur illa probata est scriptura sacra, quam edidit opere Spiritus sancti. Legebatur enim in facie eius Deum habitare cum eo. Nec mirum, quia legitur in aliquorum facie, quod sunt crudeles, quod sunt impudici, vt in tyrannis & meretricibus. Ideo non mirum, si in facie eius legeretur Deus.

F Tonsurantur clerici & monachi propter multa.

Ter-

Tertio, probata est ex eius perseuerantia, quia maluit quæcumque tormenta pati, quàm derelinquere verbum Dei & fidem Christi, ita vt tandem mitteretur in exilium, vbi probatus est à terrenis hominibus, sed nihilominus vt contemplationi & visioni vacaret, ab his, qui metallis vacabant, liberatus est. Vbi Apocalypsim scripsit Prophetiam testamenti noui, & nec sic deseruit veritatem, vbi in humilitate & oratione secreta cælestia penetrauit. Humilitas enim est causa doctrinæ suscipiendæ. Vnde scyphus aureus est inuentus in sacco minoris, id est scyphus diuinæ sapientiæ. Sic in isto, qui erat humilior. Similiter in oratione, quia in dominico die incepit apparitio cum oraret. Ista duo sunt necessaria illi, qui vult ad scientiam salutis peruenire. Quarto, per miracula probata est. Dic exemplum de Aristidimo, & de Cratone Philosopho. Quarto, perhibuit testimonium, quod purgatum erat septuplum. Primo per potionem, sicut purgatur cor per medicinam. Sic per mortem martyrum & sanctorum & labores, tamquam per potionem amaram, quasi purgari visa est scriptura sacra, vt non sit vnde timeamus in ea impuritatem falsitatis inuenire. Sic & in huius rei testimonium Ioannes bibit potionem veneni. Secundo fit purgatio per pannorum lotionem. Sic designat Ioannes esse veram scripturam & sanctam, postquam descripsit sanguinem & aquam ex latere Christi exisse, quasi vellet dicere: In sanguine Christi & aqua ex latere purgata est scriptura sacra & sanctificata. Tertio fit purgatio per scopam qua scopatur domus. Sic & Ioannes ostendit scripturam esse scopatã, cum contra tres hæreses extirpandas à domo Ecclesiæ, tria fecit. Primo, contra errorẽ Nicolaitarum, dicẽtium mulieres & matrimonia esse communia, scripsit Apocalypsim. Secundo, contra errorem Ebionitarum, dicentium Christum non esse Deum, scripsit Euangelium. Tertio, contra Cherintum, qui dicebat Christum habuisse carnem fantasticam, scripsit Epistolas. Quarto fit purgatio per flagellum. Sic per flagella, quæ passus est in mundo, quamdiu vixit & patienter sustinuit, probauit esse vera quæ dixit, vt diceretur: Ille vere est, qui ea facit quæ prædicat. Non enim est probatio sufficiens, nisi vita cõcordet linguæ. Ideo dicit prosa: Voce vita non discordet, dum vox vitam non remordet, dulcis est symphonia. Per flagella diuisum est granum à palea, sensus spiritualis à litera, & tunc inuenerunt dulcedinem in grano. Quinto, sicut vitis per superfluorum resecationem. Sic Ioannes reliquit omnia superflua, & adhæsit Christo, vt doceretur verbum Dei nihil superfluum continere. Sexto metalla per liquefactionem purgantur. Sic per liquefactionem Spiritus sancti purgata est scriptura, quam fecit inspirando mentibus prophetarum & Apostolorum. *Nam Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines*. Sic iste liquefactus est amore, dum dormiuit in sinu Iesu, vbi potauit fluenta cælestis doctrinæ de fonte dominici pectoris: sicut Iacob, cum dormiuit super lapidem, vidit Angelos ascendentes & descendentes. Vnde dixit iste: *Ego Ioãnes fui in spiritu in dominica die*, &c. Septimo fit purgatio per testium depositionem. Sic Ioannes fuit testis de his quæ vidit oculis corporalibus vel spiritualibus per reuelationem & illustrationem.

O Purgatio septuplex verbi Dei.

2. Pet. 1.

Apoc. 1

DE TRANSLATIONE S. Nicolai, Sermo vnicus, & in ordine XCII.

A Translatio triplex.

ANte translationem testimonium habuit placuisse Deo. Quæ verba licet ad sensum literæ dicta sint de Enoch translato in paradisum, tamen possunt applicari translationi sancti Nicolai. Triplicem inuenimus corporis sancti Nicolai translationem. Prima fuit de præsenti miseria & exilio ad tumulum, qui locus est quietis, quam multum desiderant iusti vt à calamitatibus sæculi huius exire possint. Vnde dicebat Iob: *Fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum*, id est

Heb. 11.

Iob 10.

Digitized by Google

est, ita tædet vitæ meæ, quod vellem post egressum ex vtero statim quieuisse in tumulo. Secunda translatio corporis eius fuit de tumulo ad locum solemnem Ecclesiæ, quæ cõmuniter celebratur ab Ec-
Isa. 14. clesia, de qua Ioannes: *Saxum transfertur de loco suo*. Saxa enim trahuntur de minera, & ponuntur in aliquo loco, ad hoc vt præparetur ædificium. Sic de tumulis, quia ponuntur in aliquo loco reuerendo, tamquam saxa, ex quibus ædificabitur ciuitas cælestis. Tertia erit translatio corporis & animæ in paradiso post resurrectionem
Eccl. 44 generalẽ, de qua Eccl. 44. in figura: *Enoch placuit Deo, & translatus est in paradisum*. Hac autem translatione & præcedenti nullus transfertur, nisi qui Deo per multa testimonia placuerit. Et quia beatus Nicolaus iam duabus primis translationibus translatus est expectãs tertiam, ideo ante trãslationem eius testimonium habuit placuisse Deo. Hæ tres translationes figurantur per arcã Dei, quæ ter translata est. Primo, à domo Aminadab in domum Obed. Aminadab autem interpretatur spontaneus, quia in hoc exilio quisque viuit secũdum liberum arbitrium ad merendũ vel demerẽdum. Secundo, à domo Obed in
2. Re. 6. tabernaculũ, quod tetẽderat Dauid. Obed interpretatur seruiens, quia in tumulo caro secundum obligationem primorum parentum seruit vermibus, soluendo tributum naturæ. Tertio, à tabernaculo in templum Hierusalem à Salomone: per quod figuratur tertia translatio. Sed cum de cæteris sanctis celebremus translationem, & cum hoc dicamus eam esse nobis valde vtilem, quare de beata virgine, quę inter omnes sanctos est nobis cõmodior, non celebramus translationem? Ad hoc respondetur, quod solum festiuamus translationem qua transfertur corpus ad Ecclesiã, sed Maria non fuit ad aliquã trãslata Ecclesiam, nisi Ecclesiam triumphãtem, in qua multum vtilis est pro peccatoribus: ideo simul cum eius assumptione translationem eius celebramus. Ad eam igitur recurramus, dicentes: Ane.

In themate duo tanguntur. Primo, Nicolai translatio. Secundo, testimonia sanctitatis eius requisita ante illius translationem, & hęc ad aliud festum pertinent. Et quia iam diximus tres esse translationes sancti Nicolai, & de tertia eius translatione in paradisum pauca aut nulla cognoscimus: ideo de illa nihil dicitur, sed tantum de duabus primis. Primo igitur translarum est Nicolai corpus de miseria vitæ præsentis in sepulchrum eius, circa annum Domini trecentesimũ septuagesimum secundum, per duos annos vel eo circa ante mortem Syluestri statim post consilium Nicænum, cui interfuit. Fuit enim de numero trecentorum & octodecim patrũ Episcoporum, qui fuerunt ibidem cõgregati. Et postquam in tumulum fuit translatum corpus eius, ex corpore manabat oleum ad sanandũ languidos, & hoc plusquam per quadringentos annos. Vnde translatio ista repræsentat translationem bonorum de hoc sæculo in aliud, quę multũ differt à translatione malorũ. Translatum enim Nicolai corpus de hac miseria. Primo recte conductum est ad sepulchrum. Secundo ex eo fluxit oleum. Tertio anima eius ingressa est in cælum. Sed mali cum transferuntur, ex oppositio vadunt. Primo enim corpus Nicolai in locum quietis delatum est: sed recte vadunt de loco magis quieto ad locum tempestatis, ascendendo ad locum altiorem de gradu in gradum, de statu in statum, de officio in officium, à quo sæpe turpiter eijciuntur, sicut etiam turpiter ibidem ascenderunt. Psal. *Nutantes transferantur*, id est trementes; quia qui constituuntur in illis officijs, tremunt & nutãt, & mendicẽt & eijciantur de habitationibus suis: & deinde secundo, cum in eis constituuntur, incipiunt aggregare pecunias, iniustitias facere, & de peiori in peius trãsferri. In talem enim statum male intrauerunt, ideo non est mirum, si ibidem constituti male agant. Vnde in Ecclesia est vnum magnũ ostium, per quod recte intratur; & multi simul intrare

B Translationes bonorũ & malorũ, differentia.

Psal. 108.

possunt

Possunt & recte incedere: sed cum peruenitur ad ostium campanilis strictum valde, vnus post alium ascendit, & stricte circueundo, & sic ad superiora ascenditur periculose multum. Sic multi aliquando intrant ad hoc, quod sint de Ecclesia vel de aliqua curia, & in principio prompti sunt ad faciendum iuramenta, & ad bene agendum & prompte, secũdum statuta & cõstitutiones curię vel Ecclesiæ. Sed postquã volunt ascendere ad cãpanile, id est ad officia & ad magnas dignitates, vbi pauci ascendũt, & vnus impellit aliũ dum ascẽdit, oportet quod tales oblique incedant, complacẽdo principibus, omnia quę iubent siue bene siue male adimplendo. Ita vertunt se in circuitu, vulgariter *tout au tour du pot*: vt possint semper aliquid rapere. Ps. *In circuitu impij ambulãt.* Tertio vero de mundi gloria transferuntur ad tormentum. Psal. *Transferentur montes*, id est superbi, *in cor maris*, id est æternæ amaritudinis. Superbis enim Deus resistit, ne ascendant ad eum, imo stat ad ostium paradisi eis resistendo & prohibendo ne ibi ponant pedem, & ne quis permittat eos intrare, dicendo: *Non veniat mihi pes superbiæ*, id est, non ponat ibi superbus pedem. Sed econtra, Nicolaus translatus est de loco miseriæ tribulationis ad quietem sepulchri, & ibi non de bono in malum processit, sed de bono in bonum; quia corpus, quod prius misericors fuerat dũ anima esset iam trãslata in cælum, fundebat oleum misericordiæ pauperibus. Circa hoc quæritur primo, vnde procedebat illud oleum. Non enim videtur verisimile, quod ex tam paruis pulueribus & ossibus nascatur olei fons. Dici potest ad hoc, quod hoc oleum fluebat ex puluere & ossibus beati Nicolai tali modo. Sicut scilicet fons aquæ secundum Philosophos naturaliter in terra causatur in aëre incluso in cõcauitatibus terræ conuerso in aquam, ita in terra corporis Nicolai ex aëre aut aliquo alio subtili corpore ibidem descendente, scilicet in tumulo, potuit miraculose produci fons olei, vt sicut natura de terra materiali producit naturaliter aquam: ita diuina virtute de terra sanctorum suorum produceret oleum: & qui de rupe & silice produxit aquam ad consolationem populi Israel, de duris ossibus Nicolai potuit oleũ producere ad consolandum populum Christianum, iuxta illud: *Immuta signa, innoua mirabilia*. Secundo quæritur, quare necesse fuit fluere oleum ab eius sepulchro: non enim videtur quod propter eius opera misericordiæ, quia tunc à tumulo & ossibus Martini & aliorum sanctorum debuisset oleum fluere. Ad hoc dicendum est per duas propositiones. Prima est. Licet Martinus & aliqui alij sancti fuerint forte æque misericordes, tamen vult Deus in hoc suam ostendere potentiam & sapientiam, quod vnum & idem meritũ scit pluribus & varijs modis remunerare: ita quod vnum sanctũ remunerat vno modo, alium alio modo; & sic forte remunerauit misericordias sancti Martini in multitudine Ecclesiarum fundatarum in honore ipsius, in quibus eius misericordia quæritur, iuxta illud: *Eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum*. Sed beatus Nicolaus in alio remuneratur temporaliter, scilicet in fluxu olei, & miraculorum multitudine & assiduitate. Secunda propositio. Propter tria Dominus voluit à tumulo sancti Nicolai oleum fluere. Primo, ad ostendendum misericordiam quã exhibuit populo in hac vita. Nõ enim fuit de fatuis virginibus, quæ nõ sumpserunt oleũ secũ in vasis suis, id est cordis sui. Iste enim corpore manat oleũ & misericordiã. Vnde in extrema necessitate, vbi fames vrgebat, subuenit populo. Et in hoc tibi proposuit Nicolaus misericordiæ exemplum, vt de tuo distribuas pauperibus. Si paucum habeas, paucum; si multum, multum. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Similiter in extrema necessitate mortis exemplum tibi propo-

Psal. 11

Psal. 45

Psal. 35

Ecclı. 16

C *Sancti varie remunerãtur pro similibus meritis.*

Eccli. 31

D *Oleũ cur fluebat à tumulo Nicolai.*

Digitized by Google

Proposuit de tribus militibus falso accusatis apud pijssimum Imperatorem Cõstantinum. Misericorditer enim cum eis agens Imperatorem in visione adijt, & imprecatus multa mala, & comminatus supplicia Constantino, nisi dimitterẽtur, eorum dimissionem & liberationem obtinuit. Modo autem currunt diaboli, quidam accusatores, de quibus Apocalypsis duodecimo: Diabolus accusator fratrum nostrorum: & non est qui obuiet eorum accusationibus falsis. Sunt enim prælati & iudices, ad quos spectat regimen Reipublicæ, homines sicut Nicolaus, sed timent perdere officium, nec videtur quod ibi sint plus homines virtutis, qui loquantur pro pauperibus. Secunda ratio fuit, ad ostendendum, quod si Sancti fuerunt misericordes in hac patria, multo plus sunt quando sunt in alia. Non enim decrescit in eis charitas, sed magis augetur. Vnde & de Christo hoc tempore legitur in Ecclesia, quod quamdiu non fuit cum discipulis præsentialiter, non dedit eis spiritum ad abundantiam, sed solum postquam recessit ab eis. Sic nec Sancti nos obliuiscuntur. Ante enim Nicolai mortem non erat iste olei fluxus, qui postmodum ad remedium & consolationem Christianorum datus est. Tertia ratio, ad ostendendum quali gloria lucet anima Nicolai in paradiso, quando Deus ossa & puluercs eius ita decorat & glorificat signis & prodigijs in terra. Quantũ ad secundam partem, nota quod istius trãslationis Nicolai quatuor sunt pulcherrimę conditiones. Prima est, quod ista trãslatio multum fuit affectuosa & desiderata. Hoc patet ex eius historia. Nam, vt ait Sigibertus, anno Domini 747. cum Veneti mercatores & etiam Barrenses essent apud Alexandriam, & Veneti inter se, sicut mercatores solẽt facere, colloquerentur de rapiendo corpus B. Nicolai, quod tunc erat adhuc apud Mirrheam, tunc destructam & occupatã à Turcis, hoc audierunt Barrenses, & cũ quatuor nauibus eos anticipauerunt, & à paucis religiosis ibidem seruientibus extorserunt locũ sepulturę eius, nocte facta eorum circiter quadraginta viri rapuerũt corpus & ossa natantia in oleum, & secũ detulerunt ad naues, & deinde ad Barrũ, vbi nunc requiescit. Sed oritur quæstio, vtrum fuerint sacrilegi, qui rapuerũt sacra ossa S. Nicolai de loco sacro occulte & furtim. Et videtur quod sic. Primo, quia hoc spectabat ad Mirrhenses, rapere autẽ alienũ thesaurũ inuito domino & in loco sacro, est sacrilegium, igitur. Secundo de Conse. dist. 1. c. *Corpora*, dicitur: Corpora sanctorum de loco ad locũ nullus transferre præsumat sine consilio principis, id est Papæ vel Episcoporum, sanctęque synodi licentia. Sed hoc fecerunt sine cõsilio & auctoritate Papæ, igitur. Ad hoc respondetur per sex propositiones. Prima est. Reliquiæ & corpora sanctorum dum sunt in nostra possessione, sunt nostra, nõ sicut iumentum nostrum vel terra nostra materialis. Primo, quia nõ sunt nostra ad emendum & vendendũ, sicut de iumentis nostris faceremus. Sunt enim res sacrę, & eorũ venditio symonia esset. Est antẽ ad hoc decretalis Innocentij extra de reliquijs & veneratione sanctorum, c. *Audiuimus*, vbi dicitur, quod reliquiæ nõ possunt vendi sine symonia. Et si dicatur, quod B. Ludouicus magna auri copia emit ab Imperatore Cõstantinopolitano coronã Christi. Dicitur. In deuastatione terræ Christianorum à Turcis & infidelibus B. Ludouicus inuadiationẽ certo auri pondere dissoluit, & vadiũ accepit. Sic B. Thomas Cantuar. fecit, qui cum esset apud Pontiniacum, & non haberet vnde sumptus faceret, pollicitus est eis mittere hospitem, qui pro suis sumptibus respõderet, & ita fecit, quia B. Eadmundũ Prę-sulem misit integrum in carnibus & ossibus, & ita reliquiæ inuadiari possunt, vendi non possunt. Secunda propositio. Nos nõ sumus domini corporũ beatorũ, quamuis sint in nostra possessione, patet, quia domini alicuius terræ habẽt in potestate fructus eius, & de eis possunt facere quod

E Corpora seu reliquia sanctorũ nõ debent vendi.

F Corporũ sanctorũ domini non sumus.

quod voluerint; nos autem possumus facere ad voluntatem de fructu, qui crescit in terra corporis sanctorũ. Fructus enim terræ eorum sunt virtutes, miracula, & cõsolationes, quę per eos dãtur fidelibus. Non est autem in potestate nostra, vt quibus velimus miracula faciant, sed quibus volunt beneficia præstant & fructus terræ suæ. Ideo dicitur: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*. Qui ergo per mansuetudinem in hac vita tam excellenter possederunt terram sui corporis, cum ab hoc mundo recesserunt, non perdiderũt eius dominiũ, sed adhuc retinent. Tertia propositio. Sanctorum corpora spectant ad congregationem fidelium. Sunt enim Ecclesię membra. Ideo omnes fideles habent partẽ adiutorij eorum, sicut vnumquodque membrũ habet partẽ in opere alterius membri, vt pes in opere manus, quia manus operatur pro pede, & pes ambulat pro manu & alijs membris, & stomachus digerit pro singulis, & sic de alijs. Et hoc modo corpora sanctorũ pertinent ad fideles, quomodo mẽbra spectant ad totum corpus. Quarta propositio. Sanctorum corpora specialiter pertinent aliquibus Ecclesijs & congregationibus per modum liberalis mutui ab ipsis sanctis facti. Placet enim eis esse cum talibus, & quod tales habeant eorum adiutoria & consolationem, & quod ipsi ab eis habeãt debitum honorem. Sed modo est oppositũ. Fit enim honor sanctis eos imitando & eorum vitam, sicut fit honor alicui Domino, cum habet pulcherrimã sequelam & bene paratã. Sed pauci modo imitantur eos, non obstãtibus eorum adiutorijs nobis datis. Ps. *Mutuabitur peccator, & non soluet*, mutuabitur, scilicet ab ipsis sanctis consolationem & auxiliũ, & non soluet honorem debitũ. Quinta propositio. Certis ex causis corpora sanctorũ de locis, in quibus prius fuerant, transferuntur. Primo, propter ingratitudinem populi habitantis in prouincia. Iustum enim est ingratis subtrahere Dei beneficia, & quia non venerãtur debite sanctos, nec colunt Deum qui tanta beneficia præstitit eis, vult eis sæpe Dominus vt gens magis grata sibi & deuota rapiat ea, quæ eis erant mutuata. Psal. *Posuit terram eorum in salsuginem à malitia inhabitantium in ea*, id est, à dulcedine consolationis sanctorum desertam. Ideo quia in Lippari insula grandia committebantur peccata, & sua vita inhonestabant ciues sanctorum vitã, B. Bartholomæus permisit illam insulam à Saracenis destrui, & corpus suum alibi transferri, vt reuelauit cuidam Ecclesiæ suæ custodi. Secundo, sæpe transferũtur, quia nõ est in locis illis, cui sancti faciant misericordiã. Vnde & paganis Mirrheam occupantibus non erat quibus amplius B. Nicolaus oleum misericordiæ impenderet, & cessauit oleum, capta sunt ossa à deuotis, quæ ab eo misericordiam exigebant. Sexta propositio. Barrenses transferendo corpus beatissimi Nicolai non fuerunt sacrilegi. Patet primo, quia iam dictum est, quod corpora sanctorũ sunt totius Ecclesiæ mẽbra, & quia pagani vel Turci, qui non sunt membra Ecclesiæ, iã Mirrheam occupabãt. Est enim Mirrhea nunc pars illius terrę, quę Turcia dicitur, vt dicitur li. 5. Hist. Schola. nou. c. 10. Ideo corpus rapiẽtes non acceperũt nisi quod suum erat, & sic non fuerunt sacrilegi. Secundo hoc idem patet; quia secundum leges, quod nullius est occupanti conceditur, & quia Christiani propter peccata sua ibidem fuerunt destructi, & nullus apponebat manum ad thesaurum illum capiendum; ideo Barrenses primi ipsum occupauerunt, nec fuerunt fures & sacrilegi. Secunda conditio huius translationis est, quod ipsa fuit iucunda. Quando enim aliquis habet integre quod summe quærit, iucundus est, sed Barrenses habebant quod integre quærebant, scilicet integrũ corpus Nicolai. Nam vt refert quidam presbyter Barrensis (qui istius translationis scripsit historiam) quidam miles ab Imperatore Mirrheam missus, cũ desideraret aliquid de corpore beati Nicolai videre, cum quęreret oleũ à Sacrista Eccle-

Matt. 5.

Psal. 36.

G *Translationum corpora sanctorũ certis de causis.*

Ecclesię, sibi dedit oleum sacrũ, sed ipsum oleum hauriendo contigit, vt intraret in vase dens vnus sancti Nicolai, quem cũ percepisset miles, gauisus est valde, cupiẽs cum dente recedere, sed non valuit, quia dens cœpit mirabiliter oleum influere, & B. Nicolaus tandem apparuit ei, dicens: Ego satisfeci tuo desiderio, vt scilicet videres aliquid reliquiarum mearũ, sed nihil tamen poteris asportare, quousq; omnia membra corporis mei transferantur simul, & sic disparuit: & in crastino dens non est inuentus vbi miles posuerat eũ. Et sic patet, quod Barrenses, qui trãstulerunt, totũ corpus habuerunt. Non sic de reliquijs aliorũ sanctorũ, de quibus vna pars est in vno loco, & alia in alio loco. Et ideo circa hoc quæritur, vtrum licitũ sit ossa sanctorum dispergere in pluribus locis, vt vnum sit in vno loco, & aliud in alio. Et videtur quod non, quia videtur quod Angeli in resurrectione multã pœnam habebũt ad recolligendũ ea dispersa forte in viginti vel triginta locis. Ad hoc dicendũ per duas propositiones. Prima est, quod si essent sanctorum ossa in mille locis, non plus pœnæ habebunt Angeli aut difficultatis, quàm si essent in vno loco, quia Angeli non laborant in faciẽdo ista, quia hoc fiet in momẽto, in ictu oculi. Vnde Aug. super Gen. ad literã vocat Angelos lucem, lux autẽ non habet difficultatem colligẽdi exhalationũ pulueres, & eleuandi eos, sed hoc facit sine fatigatione & pœna. Sic erit de Angelis in resurrectione. Dicitur secundo, secundum Augu. in sermone de Decollatione sancti Ioannis, quod propter duo voluit Dominus, vt ossa & pulueres vnius sancti in pluribus locis deportarẽtur. Prima ratio est, vt in pluribus locis excitetur sanctorum memoria & deuotio, ita vt per memoriã & doctrinã vitæ sancti, ad fidẽ & dilectionẽ eius, quẽ prædicauerat, plures cõfluerent. Si enim Scipio Africanus per solam visionem imaginũ prædecessorum suorũ ad virtuose agendum animabatur, quanto magis non solũ per visionẽ imaginum sanctorum, sed etiã partium corporum, quæ specialiter eos repræsentant, debemus animari ad bene agendũ & imitãdum eos. Secunda ratio est, vt iuuentur plures per eorũ virtutes, merita, & miracula. Et in hoc ostendit Dominus magnitudinem & multitudinẽ meritorũ sanctorum suorũ, vt non tantũ limitentur ad iuuandũ vnã ciuitatem vel prouinciã, sed etiã quod ad multas sufficiãt. Tertia ratio potest superaddi, quod hoc vult Dominus ad ostendendũ sanctorum suorũ fidelitatem. Cuilibet enim eorũ dicitur à Domino: *Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis*, scilicet in cõparatione ad facta & merita Christi, *supra multa te cõstituam*. In hoc enim quod disperguntur, ostenditur eorũ fidelitas in vita, in dispẽsatione doctrinæ & bonorũ Ecclesiæ, sicut per oppositum fit de proditoribus, quorũ membra diuersa ad infidelitatem ostendendã suspenduntur per quarteria in pluribus partibus regni. Tertia huius translationis cõditio est, quod multũ fuit honorabilis, quia in Ecclesia collocatæ sunt hodie eius reliquiæ in loco honorabili, vt magis à populo venerarentur, decet enim hoc sanctorũ reliquijs fieri propter duo. Primo, quia regula Euãgelij est, *Qui se humiliat, exaltabitur*. Fuerũt autẽ humiles valde in talibus corporibus existẽtes. Ideo cõsequens erat, vt exaltatis animabus in cælis, exaltarentur etiam eorum corpora vel cineres in terris. Secundo, quia tales in suis corporibus nobis aliqualiter deferunt, nos enim expectãt, vt simul cũ eis in anima & corpore transferamur in Ecclesiã triumphantem. Psal. *Me expectant iusti, donec retribuas mihi*. Igitur conueniens fuit, vt ad tẽpus saltem trãsferamus eos in Ecclesiam militantem. Quarta huius translationis conditio est, quod fuit subuentione plena, quia eo die translationis corporis triginta infirmi curati sunt, nec hoc debet in dubium verti, quod sanctorum reliquiæ sunt instrumẽta ad miracula facienda, quia etiã membra hominum mortaliter viuentium mi-

II Reliquiæ Sãctorum quare in pluribus locis dispergantur.

I Reliquiæ Sãctorum cur honorari debeant.

Mat. 25

Psal. 141.

Nota. randa faciunt. Nã, vt ait Plinius li 6.c.3. pollex dexteri pedis Pyrrhi regis solo tactu arenosos curabat, qui quidem pollex cum reliquo corpore cremari non potuit, sed in templum pro reliquijs delatus est: & Varro dicit quosdam esse, quorum saliuæ serpentum ictibus medebantur: & similiter Suetonius libr. 10. de 12. Cæsaribus dicit Vespasianum ex solo tactu cruris sanasse paralyticum. Si igitur membra peccatorum talia facere potuerunt, multo magis credendum est talia posse membra sanctorum, sicut etiã apud nos rex Francorum solo tactu quamdam gutturis infirmitatem sanat.

IN ASCENSIONE DOMINI

Serm. I. & in ord. XCIII. Per Thema.

Psal 23. *QVis ascendet in montem Domini?* Sicut dicit principium Epistolæ hodiernæ, Dominus Iesus per quadraginta dies apparuit suis discipulis, cõfortans eos, & loquens illis de regno Dei. Et licet Euangelistæ paucas apparitiones enumerent inter diem istum & diem Paschæ, scilicet tantũ tres, (quinquies enim apparuit in die Paschæ, & hodie bis, vt videtur) verisimile est tamen, quod sæpius apparuerit, & quod Christus matrẽ suam, & Magdalenam, & alias mulieres contristatas de sua morte sæpe visitauerit ante hunc diem. Quod & sentire videtur Aug. loquens de tempore post Domini resurrectionẽ: Non omnia (inquit) scripta sunt. Crebra enim erat eius cum ipsis conuersatio, priusquam ascendisset in cælum. Et forte ipsi sancti Patres Abraham & Dauid, ad quos specialis facta fuit Filij Dei repromissio, veniebant cum eo ad videndum illam excellentissimam filiam suam, matrem Domini, quę pro omnibus gratiã inuenit. O quàm libenter eã conspiciebãt, quàm reuerenter eidem se inclinabant, quàm dulcissime illam arborem benedicebant, quę fructum illũ protulit, quo cibati sancti patres ab inferno erepti sunt, immortalitatiq; redditi. Cõmuniter homines benedicunt arbori, quę fructum speciosum, sapidum, & odoriferum profert, dicẽtes: Benedicta sit arbor, quæ talem fructũ profert. Hoc nõ potuit cælare Marcella, quæ dixit corã imperantibus Iudæis Christo: *Beatus venter*, id est arbor, *qui te portauit*. Luc. 11. De hoc fructu dicebat Esaias: *Erit germen Domini*, id est Dei Patris, à quo procedit, *in magnificentia, & fructus terræ*, id est virginis Mariæ, de qua in Ps. *Benedixisti Domine terrã tuam, sublimis*, id est eleuatus, secundũ quod dicit Psal. *Eleuata est magnificentia tua*, &c. Ad arborẽ itaque istam nos cõuertere oportet, vt se parumper inclinet ad nos, vt ea mediante possimus ascendere ad fructũ suũ, qui est Christus benedictus fructus ventris sui. Vt etiã sanitatẽ deuotionis in hac sancta solẽnitate possimus obtinere, sibiq; præsentemus Aue Angelicum. Esai 4. Psal. 14 Psal. 8

Ista quæstio: *Quis ascendet in montẽ Domini?* olim difficillima fuit, nunc Dei gratia facillima. Difficillima quidẽ, & apud Iudæos qui legem tenebant, & apud gentiles, & Poẽtas. Apud Iudæos quidẽ, quia eis ignota erat via, qua ascenderent in cælũ, & omnes in infernũ descendebant. Vnde & Patriarcha Iacob aiebat: *Cum dolore deducam vos meos ad inferos*. Et sapientissimus Salomõ inter tria difficilia viam aquilæ in cælo ignorabat, viam aquilæ, id est volantis & contẽplantis animæ, vel etiã Christi, cuius Ascensionis videre non poterat mysterium. Inde & hodie Christo ascendente in cælũ mirabantur Angeli. Esaias: *Quis est iste qui venit de Edõ*. Et Ecclesiastes: *Quis sicut si spiritus filiorũ Adam ascendat sursum?* Illo enim tẽpore (nisi forte paucis) terra promittebatur tantũ. Vnde in scriptura sæpe habetur: *Dabo vobis terrã fluentem lacte, & melle*, sicut Exod. 2. & 13. Leuit. 10. Num. 13. & 14. Nec erat mirũ, si tunc homines timerent mortem, & exitũ vitæ præsentis, quando nec ad cælũ patebat accessus. Sic ergo fuit quęstio illa difficillima solutione apud Iudæos legẽ habentes. Sed apud Poẽtas hoc satis patet in omnibus eorum libris, qui ponunt animas in tartarũ descendere, ibiq; legibus Plutonis Dei inferni

B *Ascẽsus in cælũ vie ante Christi ascensionem difficilis.*

Esai 63 Eccles 3. Dan. 7.

A Mariã verisimile est sæpe à Christo & Patriarchis ante ascensionẽ visitatã fuisse.

Digitized by Google

ferni ſubeſſe. Gentiles autem Philoſophi, vt docet Augu. 22. de ciuitate Dei cap. 1. & 5. per totum expreſſe tenuere oppoſitũ. Tullius enim li. de Republica, de Hercule & Romulo, qui trãſlati ſunt in Deos ſecundum veterem errorem, ait: Horum enim corpora non ſunt in cælum elata. Neq; enim natura pateretur, vt id quod eſſet à terra, niſi in terra maneret. Sed (vt inquit Augu.) non vident quomodo ſpiritus noſtri, qui ſunt naturæ ſpiritualis, alligantur in terra. Si enim contra conditionem ſpiritus anima noſtra vinculatur cum carne, & ita ligatur, vt hic detineatur in terra, quare etiã ſpiritus non poterit ſurſum eleuare carnem, ſicut hic inferius caro detinet ſpiritum? An nõ fortior ſpiritus carne, à quo omnis eius & vita, & motus dependet? Sic ergo quæſtio iſta difficilis fuit apud antiquos. Sed eam ſol-

Epheſ. 4 uit Apoſt. *Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cælos, vt adimpleret omnia.* Vnde & aſcendente Chriſto ablatę ſunt portæ cæli, vt omnes iuſti in cælum introire

Pſal. 23. poſſint, iuxta illud Pſal. *Tollite portas principes veſtras*, id eſt remouete, & hic ſoluitur illa quæſtio: *Quis aſcendet in mõtem Dominũ?* quod fuit Thema propoſitũ. Matutino ſermone dicemus, quomodo Chriſtus aſcendit in montem Dei Patris, id eſt in cælum, loquendo de eius Aſcenſione, iuxta Euangelium & Epiſtolam. Poſt prandium vero dicemus de noſtra aſcenſione in huiuſmodi montem. Euangeliũ hodiernum ſeu etiam hiſtoria diuiditur in duas partes, ſecundũ duas apparitiones hodie factas, hodie enim lego Dominum bis apparuiſſe, ſcilicet in Hieruſalẽ, & in Bethania. Primo igitur iuxta Epi-

Act. 1. ſtolam *præbuit ſeipſum viuũ poſt paſſionẽ ſuam* (diſcipulis ſuis) *per dies quadraginta apparens eis*, non continuo, ſed intelligendo quod infra numerũ tot dierũ pluries apparuit exhibendo ſe oculis videndũ, & palpandum, & cum eis bibendo & comedendo. Ad oſtendendũ enim gloriã ſuæ reſurrectionis non decebat eũ continue conuerſari, & ita familiariter ſicut ante, ne putaretur ad vitam mortalẽ reſurrexiſſe, ſed vt magis ſe oſtenderet reſurrexiſſe ad vitam immortalẽ, & ab hominibus ſeparatam. In quo oſtenditur moraliter, quod prælatus, curatus, aut magiſter nõ debet nimiã familiaritatẽ contrahere cum ſuis diſcipulis vel ſubditis, ſed debet ab eis ſeparari in excellẽtia vitæ, quia nimia familiaritas parit contemptũ doctrinę. Per quadraginta autem dies diſtulit aſcendere. Primo, vt multipliciter ſuam reſurrectionẽ probaret. Secundo, vt cõſolaretur Apoſtolos, qui ita deſolati fuerãt & contriſtati. Tertio, vt noſtrã informaret patientiã, quia ſcilicet debemus æquanimiter expectare mercedem noſtrã. Expectat enim agricola cũ patientia tẽpus meſsis. Ideo & ſi habeamus hic multos labores, oportet tamẽ cũ patiẽtia expectare mercedẽ noſtrã, & ideo expectauit per quadraginta dies. Vnde ſicut fuerũt quadraginta horæ mortis eius, ita fuerunt quadraginta dies apparitionis vitę eius poſt reſurrectionẽ, quia ſemper diuina cõſolatio excedit humanã triſtitiam, aut ad minus proportionatur, Pſ. dicente: *Secundùm multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animã meã.* Quod autem ita diſtulerit vt probaret reſurrectionem ſuã, oſtendit Ber. quia quãdo habuit corpus glorificatũ, tunc humanitas in eo latebat, quæ ante paſsionem in eo manifeſta erat. Ante paſsionem vero deitas latebat, ideo tunc per miracula, & per prędicationẽ mundo oſtendebatur. Sed poſt reſurrectionem magis probationi humanitatis quàm diuinitatis inſiſtebat. Propterea tunc tactu, viſu, & eſu, & multis argumẽtis ſe eſſe verũ hominem approbabat. *Loquens de regno Dei.* Poſſet curioſe quæri: Quid faciebat Chriſtus, quando apparebat diſcipulis, & de quo loquebatur? An de congregandis diuitijs, an de voluptatibus carnalibus, vt multi in cõuiuijs, an de crochetãdis beneficijs, an de aſcenſu ad magnos honores? Reſpondet Lucas quod non, ſed de regno Dei, & de regno triplici, ſcilicet de regno Eccleſiæ,

C *Aſcẽderet cælum cur diſtulit Chriſtus dies 40.*

Pſal. 93

Act. 1.

quomodo in posterum ædificaretur; de regno spirituali, in quo regnaret Deus; de regno cælesti, quomodo ad ipsum ituri essent. Contra eos qui in cõuiuijs de turpibus loquuntur. Hi enim non sunt Christi, nec linguã habent Christi, qui semper loquebatur de regno Dei, & isti de regno diaboli. Sicut enim qui ex Deo est, verba Dei audit, ita qui est ex Deo, verba Dei loquitur. Scholares enim extra patriã libenter loquuntur de patria sua. Ita qui sunt de regno Dei exules in hac valle miseriæ, libenter loquuntur de regno Dei, quod est sua patria. Ex isto passu: *Et loquens de regno Dei*, possunt solui multæ difficultates de sacramentis, dum quæritur vbi inuenitur in scriptura eorum institutio, quia Christus inter resurrectionem & ascensionem loquebatur discipulis de regno Dei, & non habetur quid, & tunc forte fuit de sacramentorũ institutione, & alijs, quæ non inueniuntur expresse in scriptura. Neque enim oportet quod omnia scribantur vel per scripturã habeantur. Inde dicit Apost. *State, & tenete traditiones nostras, quas didicistis, siue per sermonem, siue per Epistolam nostram. Nouissimè verò recumbentibus vndecim, apparuit illis Iesus*, non malis hominibus, & mundi amatoribus, sed solis Apostolis, & alijs fidelibus. Non enim erat conueniens, quod æternus & immortalis appareret mortuis, & ab eo separatis. Hinc ante dixerat: *Adhuc modicum, & mundus* (qui me modo videt oculis carnis) *iam me non videbit. Vos autem videbitis me*. Solis enim discipulis apparuit, vt viuus videretur à viuis. Inde: *Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri, non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis*. Et Hieron. ait: Immortalitatem mortalibus ostendit: vt quid fuerimus, intelligamus: & quid futuri erimus, sciamus. Hinc & Theophilus: De cætero non conuersabatur inter plebem, quia eius conuersatio non erat digna hominibus, sed magis diuina, quod est etiam forma resurrectionis futuræ, in qua sicut Angeli conuersabimur, & sicut filij Dei. Vnde Christus primo apparuit in Iudæa in die resurrectionis, deinde in Galilæa in monte Thabor, *vbi apparuit plusquam quingentis fratribus*, vt dicit Apost. Vltimo vero in Iudæa hodierno die ad ostendendum quod Euangelium & fides primo in Iudæa debebat prædicari, deinde apud gentes, & in nouissimo tẽpore iterũ apud Iudæos, quãdo in fine mundi conuertentur ad fidem. Sic itaque facta est prima apparitio huius diei. In die nempe resurrectionis discipuli, & mulieres, quæ erãt in multo numero, erant dispersi per hospitia sua in Hierusalẽ, & Apostoli vndecim erãt congregati manducantes, tunc apparuit eis Iesus, & forte cũ Maria, & aliquibus alijs, sed solum hic digniores nominantur, & comedit cum eis benignus magister ante discessum suũ in memoriali specialis dilectionis & gaudij, quemadmodum amici, cum ab inuicem separari debent, simul manducant & bibunt. Omnibus igitur simul hora tertia manducantibus, sciens Iesus, quia tempus est vt reuertatur ad eum, qui misit eum, *exprobrauit incredulitatem & duritiam cordis eorum, quia his, qui viderant eum resurrexisse à mortuis, non credidérant*, hoc est, prædicationi & verbo eorũ, qui viderant eum resurrexisse, puta Angelis, Petro, Ioanni, & duobus discipulis, qui ierant in Emaus, qui viderant eũ suscitatum, quasi diceret eis: Multo potius debuissetis credere ad eorum verba, & prædicationem, qui mea miracula vidistis, & prædicationem audistis, quàm gẽtes, quæ creditura sunt per vos in nomine meo, quæ tamen nec viderunt nec audierunt me. Hoc autem exprobrauit eis antequam eos mitteret in mundum. Primo, vt post exprobrationem arctius mysterium resurrectionis imprimeretur in cordibus eorum. Secundo, vt exemplum capiant subditi patienter ferre correctionem suorum prælatorum. Ibi enim vidisses benignissimum magistrum discipulos corripientem, & duces Ecclesiarum suos

1 Cor. 15

Mar. vlt.

D *Scriptura sacra non omnia credenda expressè tenuit*

1 Thes. 2

Mar. vl.

Ioan. 14

Act. 2.

E *Ascendens ad cælũ Dominus cur exprobrauit incredulitatem discipulorum*

ſuos defectus benigniſsime audientes. Tertio, cum Petrus, qui erat ſummus Pōtifex, ſit reprehenſus, & alij Apoſtoli, qui erant Epiſcopi, oſtenditur, quod talium poſſunt reprehendi peccata. Inter verba autem, quæ dixit eis Chriſtus in Aſcenſione ſua, verbum increpationis fuit primum. Deinde eos licētiauit, dicens: *Euntes* Mar. vl. *in mundū*, &c. & in die Pentecoſtes faciet eos in Theologia Doctores. Fecit etiā eos legatos nunc, & in die Pentecoſtes fuerūt Cardinales rubei. Fecit itaque eos licentiatos & legatos, dicens: *Euntes*. Sed quęrerent: Quo ibimus? In vnam tantum diœceſim? Non, ſed *in mundum vniuerſum*. Sed quid faciemus? Ibimus cum canibus advenandum, ſicut faciunt moderni prę-lati? Non, ſed *prædicate*. Et quid prædicabimus? Mittis nos ad reges & præſides, & potentes & diuites, qui nolūt quod dicā tur eis niſi placentia. An prædicabimus eis placentia? Non, ſed *Euangelium*, id eſt terrores & promiſſa, quæ in Euangelio ſcribuntur. Sed tu dixiſti: In viam gentium ne abieritis, & quod non veniſti niſi ad oues domus Iſrael. An prædicabimus ſolis Iudæis? Non, ſed *omni creaturæ*, id eſt omni homini, vel quia propter eum facta eſt omnis creatura. Nam (vt ait Ariſto. 1. Poli. &. 2. Phyſ.) nos ſumus quodammodo finis omniū: vel quia quodāmodo homo eſt omnis creatura, vt dicit Greg. in Hom. hodierna, vel ſubintelligitur, omni creaturæ capaci, quemadmodum alibi dicitur: *Omnia quæcūque audiui à Patre meo, nota feci vobis*: ſubintellige omnia neceſſa-Ioan. 15 ria ad ſalutem veſtram. Et alibi: *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum*, omnia ſcilicet trahenda. Non enim intel-1 Cor. 13 ligit de lapidibus. Et: *Charitas omnia credit*, ſcilicet credenda, & ita ille eſt mos ſcripturæ. In hac autem exhortatione denotatur, quod prælati non ſunt deputati ad ſedendum & quieſcendum, ſed ad laborandum in vniuerſa diœceſi vel cura ſua, ne forte ſint prælati diaboli, qui dicit: Eſai. 14. *Sedebo in monte teſtamenti*. Super quo Bern. Sedebis miſer, potius eundum eſt. Sic faciunt moderni prælati, qui ſedent in palatijs ſuis, currunt cum canibus & equis ad venationem ferarum, ſed non ad prædicandum Euangelium. In hoc non faciunt verbum exhortationis, imo imperij Chriſti. Sed dicent forte: Non credent noſtræ prædicationi, neque curabunt de Euangelio. Reſpondet: Sētentia eſt diffinitiua: *Qui crediderit*, &c. Sed rurſus dicēt: Nos ſumus piſcatores, qui literas neſcimus, quomodo ibimus contra ſapientiam huius mundi & philoſophos? Reſpōdet: *Ecce ego mittam promiſſum Patris*, & ille vos Luc. vl. docebit omnia. Sed iterum dicent: Multi ſunt docti, qui non ſunt auſi dicere veritatem propter timorem mortis, aut perditionis temporalium, vel ne ſint extra amorem principis, & tu ipſe ſcis, quod te interfecerūt. Reſpondet: *Sedete in ciuitate,* Ibidem. *quoadusque induamini virtute ex alto*: ego mittam vobis arma. Sed adhuc dicent: Tu feciſti miracula, & tamen adhuc non crediderunt tibi. Reſpondet: Non ſolum vos facietis miracula, ſed & qui credituri ſunt per vos. *Nam ſigna eos qui crediderint hæc ſe-* Mar. vl. *quentur*. &c. Dicit ergo Dominus: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit*, id eſt, qui crediderit fide formata & per dilectionē operāte per ſe, vt in adultis; vel per alium, vt in paruulis: & baptizatus fuerit baptiſmo aquæ, ſi fieri poſsit, ſaluus erit æterna ſalute. Si enim non adſit facultas baptiſmi fluminis, ſufficit baptiſmus flaminis vel ſanguinis. Per alios autem paruuli credūt in Eccleſia, ſicut per alios trahunt peccata, quę illis in baptiſmo remittuntur cōfeſsione aliena. Piū enim eſt, vt quod per alienū peccatum occaſionaliter amiſerunt, per alienū auxilium, vt Eccleſiæ & patrinorū recuperent. In hoc culpādi ſunt, qui pueros adducunt ad leuandum infantes de ſacro fonte, qui ignorāt quid pro alijs debent profiteri, & ſe obligāt ad docendum alios, quod & ipſi neſciūt. In hoc etiā debēt cōſiderare parēt. a quod habeāt patrinos homines probæ vitę, quia hoc multū cōfert pueris baptizatis, vt dicit Doctor ſubtilis in principio, 4. ſen-

P *Fides aliena proficit pueris & bonitas patrinorum.*

4. sent. dist. 4. ar. 5. Allegat enim de B. Nicolao, quod forte ad eius sanctitatē & ad opera quę faciebat, dum adhuc mammas lactaret, multū contulerunt parentū preces, & eius qui illū baptizauit. Qui vero non crediderit per se vel per alium, condemnab tur cōfusione ęterna. Fides enim sine operibus mortua est. Vnde sicut homo non cognoscitur viuus, nisi opera vitæ exercendo, sic nec fides viua, nisi per dilectionis opera. Hinc Greg. Vera est fides, quæ in hoc quod dicit, moribus non contradicit. Forte dices: Ego credo in Deū, & baptizatus sum, ideo saluus ero.
Iac. 2. Ita dico tibi (inquit Iacobus in Canonica) *dæmones credūt, & (adhuc plus) cōtremiscunt*, quod tu non facis, qui Deū non times, & tamen non saluātur, sed oportet quod eū diligas, & opere mandata eius expleas.
Mar. vl. *Signa autem eos qui crediderint*, &c. Hoc ad literam factum est die Pentecostes, dum linguis locuti sunt nouis: de Ioanne Euāgelista, dum bibit venenum, & non ei nocuit, & sic de alijs in prædicatione Euangelij, vt satis narrant Historiæ. Sed quæritur: Vnde procedit quod nunc nō fiunt ita miracula, sicut fieri solebant. An sit abbreuiata manus Domini? Nonne sunt etiam nunc viri iusti sicut prius? Respondetur: Triplex assignari potest ratio. Prima est Gregorij dicentis quod moderni prædicatores non faciunt miracula sicut illi de primitiua Ecclesia, quia fides iam per ea est sufficienter probata: ideo illam probationem reiterare non oportet. Et dat exemplum: quia Ecclesia est sicut arbusta, quæ cum primo plantantur, frequenter irrigantur, quousque conualuisse videātur. Cum autem in terra radicem fixerunt, talia subtrahuntur. Sic cum plāta est synagoga, claruit miraculis: cum defecit, nulla apparuerunt. Sed sicut à principio Ecclesia introducta est per miracula, ita in fine multū diminuetur per diaboli miracula, quæ nūc incipiūt. Secūda ratio, quia primo fuit tyrannis in Ecclesia, quæ contradicebat fidei, negando principia eius, contra quam non nisi operibus licebat arguere, deinde hęresis successit, cuius fautores erant ingenia clarissima, & scripturas concedebant, ideo rata tunc erant miracula. Nunc vero regnat vbique per falsos fratres fraus & dolus, & sic impugnatur veritas, quod etiam si Deus descenderet de cælis, & miracula faceret, non crederent, & ideo Dominus non mittit qui faciant miracula. Tertia ratio, quia nunc rari pollent tot virtutibus, sicut primitiui, quemadmodum senes raro pollent viribus. Nunc autem est senectus mundi. Ideo potest modo quilibet dicere: *Saluum me fac Domine, quoniam* *Psa. 147* *defecit sanctus.* Et illud Micheæ: *Periit sanctus de terra, & vir in hominibus non est.* *Mich. 7.* Verumtamen sicut prioribus temporibus, dum confessores fuerūt in Ecclesia, multa faciebat Deus miracula ad consolationem fidelium, sic adhuc nunc temporis multa fiūt per sanctos defunctos, & quādoque per exorcismos Ecclesiæ pelluntur dæmones. Sed & rursus fiunt huiusmodi miracula quotidie per sacerdotes. Nam populum exhortando, baptizando, & ad pœnitentiam vocādo dæmones eijciunt, & populus conterēdo de peccatis, pungitur in corde: & sic pungit dęmones ibi existentes, & facit eos exire, & ita dęmones eijcit. Similiter sacerdos friuola relinquendo & prædicationi insistendo, linguis loquitur nouis, & populus peccata confitendo, & narrando sacra verba, & non blasphemijs incumbendo, linguis loquitur nouis. Similiter sacerdotes dum malitiam de alieniscordibus auferunt, serpentes tollunt, & etiam qui detractiones efficaciter repellunt. Et si libros hæreticorum legant, & malas persuasiones deuitent, sicut etiam faciūt qui circa alia peccata suggestiones vitant, vt puellę aliquando contra lubricos, si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Bibunt enim venenum malarum suggestionum, sed non eis nocet. Similiter quotiens proximum in bono opere confirmant exemplo vel verbo, super ægros manus imponunt. Quæ miracula spiritualia

G Miracula cur nō tot fiunt sicut in primitiua Ecclesia.

tualia maiora sunt corporalibus, vt ait Chrysost. Dicit enim, quod si quis resurgere faciat hominē à peccato, maius miraculum facit quàm si suscitaret à morte corporali. Sequitur secunda apparitio:

H Ascensurus Dominus quare eduxit discipulos extra ciuitatē.

Postquam hoc loquutus est Dominus Iesus, eduxit eos foras in Bethaniam, id est versus Bethaniam in montē Oliueti, quia ille mons est versus Bethaniā, quæ est in latere montis Oliueti sita, eduxit eos non manu, quia statim post verba dicta in prima apparitione euanuit ab oculis eorum, sed eos eduxit verbo, quia præcepit eis vt irent ad locum illū vnde erat ascensurus in cælum. Eduxit autem eos extra ciuitatem. Primo, ad ostendendū quod ciuitas est tumultuosa, nec est locus aptus ad diuinorum contemplationē. Secundo, eduxit eos, vt nos ostenderet non habere hic ciuitatem manentem. Tertio, eduxit eos in Bethaniam, quę domus obedientię interpretatur, vt ex merito obedientiæ ascendamus in cælum, sicut & Christus factus est pro nobis obediēs vsque ad mortem, & propterea Deus exaltauit illū, vt scilicet significet per obedientiæ opera transituros nos esse ad Deū, vt sicut inobedientia hominē de paradiso eiecit, ita obedientia introducat. Erant igitur in monte, id est, in eminentia contēplationis, & in montem Oliuarū, id est, in pinguissimi spiritus deuotione. Omnes igitur discipuli & mater Iesu venerūt illuc, & tunc affuit Dominus visibiliter cum sanctis patribus, licet ipsi inuisibiliter præsentes fuerunt. Qui tam reuerēter intuebantur dominā orbis, & tam affectuose ei benedicebant, per quā erant tantū beneficiū cōsecuti. Intuebantur etiā illos excelsos pugiles & duces exercitus diuini, quos elegit Dominus ad expugnandū vniuersum mundū. *Igitur qui conuenerant, interrogabant eum dicentes: Domine si in tēpore hoc restitues regnū Israel?* Quia enim regnū Iudaicum erat sub Romanorū potestate, ideo querebant quando restitueret genti Iudaicæ, quia credebant ipsum fore restituendum: sicut & duo discipuli euntes in Emaus dicebant: *Nos autē sperabamus quod ipse esset redēpturus Israel:* sicut esset modo si aliqui haberent spē, quod superueniret aliquis, qui liberaret eos à tributo & tallijs. Alij vero magis instructi quęrebāt de reductione Iudæorū circa vltima tempora, scilicet quando peruenirent ad fidem, & in eis esset regnū Dei, ita quod Dominus in eis regnaret, & sic loquebantur de restitutione regni spiritualis & dilatatione Ecclesiæ. Ista quæstio potest fieri magnis raptoribus & auaris, à quolibet taliū quęrendo: Domine si in tempore hoc restitues regnū Israel, id est, prædam quam accepisti, quia si nō in hoc tempore restituas, quando dantur tibi induciæ, in alio tempore non cessabis reddere, & tamen numquam restitues. Ad hoc est exemplū Gregorij in quarto dialogo, de quodam Iuuite Crisorio nomine vitijs pleno, qui quærebat inducias in morte, nec tamen obtinuit. *Dixit eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate*, vltra scilicet illud quod reuelatur per scripturas: hoc est, non pertinet ad vos scire futura, quia in fine Iudæi credent. In quo ostenditur, quod vsurpant diuinam scientiam, qui volunt de futuris euentibus cognoscere. Dicit enim Esaias: *Annunciate nobis quæ ventura sunt, & dicemus quia dij estis.* Ait itaque Christus: Nolite soliciti esse de talibus, sed soliciti estote de his, quæ ad vos pertinent, quia re vera *accipietis virtutē superuenientis Spiritus sancti in vos non post multos hos dies*, vt roborati possitis verba mea loqui, *& eritis mihi testes*, primo, *in Hierusalem*: secūdo, *in omni Iudæa*: tertio, *in Samaria*: deinde, *vsque ad vltimum terræ*: & ita factum est, quia primo in Hierusalem prędicatum est Euangelrū, deinde in Iudæa vsque ad lapidationem Stephani, & post hoc in Samaria, deinde post mortem Iacobi Maioris dispersi sunt vsque ad vltimū terræ. Vnde dum legimus Euangelium, vertimus nos ad Oriētem, dicētes: Gloria tibi Domine: gratias agētes, quia inde venit ad nos Euangeliū, vt dicit Comestor in Historia Scholastica.

Act. 1.

Luc. 24.

I Restituē dum est cū dantur inducię.

Act. 1.

Esai. 41.

Act. 1.

Esai 2. Hinc & Esaias: *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.* Pronunciaturus autem Leuita verba Euangelij, primo facit crucem supra librū, ad ostendendū quia ille liber & illa doctrina est doctrina crucifixi, deinde vertit faciem cōtra Aquilonem, vt ostendat verbum Euangelij dirigendum contra eum, qui per Aquilonem designatur, scilicet contra diabolum, qui dicebat in corde suo: *Sedebo in lateribus Aquilonis*, id est, in hominibus frigidis per charitatem. *Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est*, secundum Marcum: seu *cū hæc dixisset*, vt ait Lucas, secundū Ambr. osculatus est vnumquemque eorū intimo cordis amore, & reliquit eis oscula pacis: deinde valedicens elevatis manibus, vt suos patri offerret, benedixit eis, bona promittendo, & conferendo, & muniēdo eos contra hostes, & augendo bonis cælestibus. Ex hoc loco in fine Missæ sacerdos consueuit dare benedictionē populo: voluit enim Christus, tunc suam partē licet modicam, multū benedicere. Pars diaboli in mūdo isto magna est, sed maledicta, quia Ps. *Maledicti qui declinant à mādatis tuis.* Et: *Si non audieris vocē Domini Dei tui, vt custodias omnia mandata & cæremonias eius, venient super te omnes maledictiones istæ. Maledictus in ciuitate, maledictus in agro*, &c. Alibi: *Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem Dei altissimi.* Et si nati fueritis, in maledictione nascemini, & si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. Et in die iudicij dicet Dñs: Ite maledicti, &c. Istud autē verbū benedictionis fuit vltimū verbum Christi ante ascēsum suū. Finitis istis vertit Dñs faciē ad Orientē, vt dicit Damascenus, & virtute propria ferebatur in cælū, seu eleuatus est & assumptus in cælū, vidētibus ipsis discipulis. Primo, vt in eis accenderet desideriū illuc ascendēdi. Discipuli vero proni in terrā ceciderūt adorātes eum, & præ lachrymis cōtinere nō poterāt. O quā libēter pia mater cum filio suo discessisset: sed eā ad tempus hic Dñs manere voluit, vt eā verba, quæ in pectore suo conseruauerat, de quibus scribitur: *Maria autē conseruabat omnia verba hæc*, &c. illa eruditaret ad instructionē fidei, & etiā quia profundius cæteris diuina mysteria cognoscebat, vt alios instrueret, quia Spiritus sanctus eā plenius inhabitabat. Secundo, ipsis vidētibus ascendit, vt suæ ascensionis semper haberēt memoriā. Tertio, ad ostēdendū quod semper debet homo in cælū aspicere, hoc est in cælo cōuersari, quia ad hoc est erectę figuræ. Cætera vero animalia natura deiecit ad pastum, hominem autē ad sidera. Hinc ait Poēta:

Pronaque cùm spectant animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælumque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Ascendens itaq; Dñs, iuxta prophetiā Dauid, secū duxit illā nobilem captiuitatem, pandens iter ante eos: & statim obuiā habuit omnē cæli curiā in iubilatione. *Ascēdit enim Deus in iubilo.* Nullus autē sciret dicere iubilationem, quæ fuit in obuiatione Angelorū & sanctorum patrū. Clamabāt enim Angeli, dicentes: Aduenisti desiderabilis, in quem desiderabamus aspicere. Ascendit etiā Dñs in voce, quod refertur ad laudes Apostolorū, qui fuerunt tubæ Euāgelicæ per vniuersum orbem resonātes. Morose autem ascendebat Dominus propter suorū discipulorū consolationē. Vnde primo Dñs suos eduxit forās. Secundo, in Bethaniā in montem Oliuarum. Tertio benedixit eis. Quarto ascendit. In quo denotatur, quod peccatorem primo Deus educit de peccato. Secūdo, in domū obediētiæ ducit in mōtem pietatis & misericordiæ, qui per montē Oliuarū significatur, vt ostēdatur quod eminētia pietatis valet ad ascendendū in cælum, hoc enim declarabit disceptatio extremi iudicij, cū dicet Dñs electis: Venite benedicti & cętera, subdendo rationē: Esurini, & dedistis mihi māducare, & cætera. Misericordia enim assignat loca in regno Dei. *Omnis misericordia facit locū vnicuique secundū meritū suū.* Multū insuper gaudere debent misericordes, quod habēt literas patētes Euāgelij, quod misericordiā consequentur. Nā *beati misericordes, quoniā ipsi*, &c. Sed pauci

Mar vl Luc. vl K. Benedicitur populo in fine missæ, exēplo Christi ascenditis in cælum.

Pf. 118.

Deu. 28

Eccli. 41

I. Ascēdit dominus vidētibus discipulis, & quare.

Luc. 24.

Pſal. 67

Pſal. 64

Eccli. 16 M Misericordia assignat loca in cælo.

Matt. 5

pauci sunt tales, cū tamen natura ad misericordiā incitet. Seneca: Mitissimus esse debet homo homini, sicut leo leoni non nocet, & lupus lupū non lædit. Præterea misericors Deū habet ad voluntatem suā quasi seruū suū. Nam *fœneratur Dño, qui miseretur pauperis. Qui autē accipit mutuū, seruus est fœnerātis.* Tertio, benedicit peccatori, eū gratia replendo. Quarto, ascēdere facit ad superiora trāseundo & trahendo. Sequitur: *Et ecce nubes lucida suscepit eū ab oculis eorum*, sicut in transfiguratione, & amplius non viderūt. Nō apparuit hæc nubes per modū vehiculi, quia propria virtute ferebatur, sed per modū obstaculi, ne ab oculis mortalium amplius videretur. In quo finaliter ostēdit se esse Dñm omniū. Prius enim ostenderat se esse Dñm terræ, cū ad eius imperiū mortuos reddidit, & eo moriente tremuit: Dñm maris, cū super illud ambulauit: Dñm etiam inferni, cum eius claustra cōfregit. Nunc vero aëris, cū per aërem ascendit, debellādo & fugādo potestates aëreas, sicut & in inferno debellauerat. Nam & iste aër plenus est dęmonibus. Deniq; ostensus est esse Dñs Angelorum & cælorū, cū & ascendit in cælū, & pie ab Angelis testificatus est in illud ascendisse. Inde est quod Marcus eū vocat Dñm, dicens: *Et Dñs quidē Iesus*, &c. Stabāt autem discipuli & mulieres: quorum & si visus deficeret, sed nō deuotio fidei, quæ ipsum deduxit ad cælos, vt ait Ambro. *Et ecce duo viri*, id est duo Angeli, *astiterūt iuxta illos in vestibus albis*: ad ostendendū solēnitatē & gaudiū. *Qui & dixerūt: Viri Galilæi* (quia de Galilæa) *quid statis aspicientes in cælum?* quasi obliti sitis quid agere debeatis. Redite in ciuitatem & expectate promissionem Patris. Nolite expectare Iesum vt modo redeat, sed in fine temporū sic veniet, *quemadmodū vidistis eum euntem*, id est, in forma humana glorificata & in nubibus cæli. Nubes enim est sedes Dei Patris, vt dicit Chrys. Vnde Esaias: *Ecce Dominus sedet super nubem leuem.* Quam sedem misit Deus Pater suo Filio, quasi sibi dans omne iudicium. Duos autem istos Angelos misit. Primo ad ostendendum solicitudinem quam habebat de discipulis suis, & consequenter de nobis, vt haberent post discessum suum qui eos cōsolarentur. Secundo, vt eum vere ascendisse in regionem Angelorum demonstrarent, non sicut Helias & Enoch, quibus Angeli obsequebantur, qui non nisi in paradisum terrestrem translati sunt. Vnde refert Alpharibius tantum esse spatium hinc ad vltimum cælum, vt homo quotidie ambulando iter computari solitum pro vno die, vix in octo millibus annis posset pertingere. Quærit Oddo in lib. de moribus Ecclesiæ, cur tam pauci missi sunt, & tam pauca locuti, cum & rei dignitas attestantium poscceret multitudinem, & Apostolorum desolatio non modica consolatione indigeret. Cum etiam in paupertate nato Domino Angelorum chorus canebat, dicens: *Gloria in excelsis Deo*, cur ascendente eo in gloria duo tantum apparuere. Dicamus, inquit, causam, sed potius deuotioni quàm rationi seruientem. Ascendente enim Domino nouam illic naturam ingerēte, superna illa cūria adunata in maximo apparatu exijt ei obuiam, & canticis spiritualibus laudes cecinit triumphanti. Fortasse idcirco tam pauci venere, ne tam festiuis deessent solemnijs, & qui venere, regressū celeri sē nouis gaudijs sociauerunt. In antiquo testamento primitiæ offerebantur, in quibus benedicebatur totus campus. Hodie Christus primitias naturæ nostræ Deo Patri obtulit, in quibus benedictionem accepit tota humana natura. Cum autem perueniret Dominus in cælum, iubilabant omnes sancti, laudes resonantes. Si enim Moyses & filij Israel post transitum maris rubri cecinerunt carmen, & Maria Prophetissa & reliquæ mulieres canebant in tympanis & choris, quāto magis omnes sancti tunc fecerunt, omnibus aduersitatibus superatis. In Hierusalem enim non auditur nisi vox lætitiæ, & per omnes vicos eius cantatur Alleluia, iuxta dictum Tobiæ senioris.

Prou. 19 *Prou. 22* *Act. 1.* *Mar. vl.* *Act. 1.* *Ibidem.* *Esai. 19* *Cæli distantia à terra.* *Luc. 2.*

N Assumptus est itaque Iesus, & sedet à dextris Dei: nō quod sessio intelligatur corporalis, vt Christus homo sedeat à dextris, & Pater à sinistris. Sedicitur sedere propter iudiciariam potestatē, quā à Patre accepit, quia sedere iudicantis est. Sedere autē à dextris, si ad Christū referatur ratione diuinitatis, tunc importat æqualitatem cū Patre, hoc est, cū regnat æqualis Patri secundum diuinitatem. Si ad humanitatem, hoc dupliciter, vel vt est associata & vnita diuinitati, & sic ista sessio importat associationem honoris, quia eadem veneratione veneratur humanitas, inquantum vnita verbo, cum ipsa deitate, sicut vestis regia cum rege quando est ea actualiter indutus. Et sic Christū in dextera Dei Patris sedere, est humanitatē in gloria Dei Patris requiescere. Alio modo refertur ad humanitatē secundū se, & sic sedere à dextris designat esse in potioribus bonis, sicut dextera est pretiosior & nobilior pars corporis. Et hoc merito, quia in sinistra aduersitatis diu fuit, ideo post abiectionē rationabiliter gloria se-
Ephes 4. quitur. Et hoc est quod dicitur: *Qui descendit, ipse est & qui ascendit*. Ipse enim recubuerat in isto mundo in nouissimo loco, ideo merito positus est in supremo. Vnde durāte prādio qui sunt ante ignē, post prandiū communiter expelluntur; & alij qui ad frigus fuerunt, ponūtur ad primum locum ante ignē. In hac autem sessione recepit, quod iā à Patre petierat.
Ioan. 17 *Clarifica me tu Pater apud temetipsum claritate, quā habui priusquam mundus fieret apud te.* Nos itaque credimus ipsum esse sedentem à dextris Dei, id est ipsum regnantē & quiescentē in gloria Patris. Stephanus autem vidit eum stātem, quia eū propugnatorē in tribulatione habuit, quod denotatur per stationem, quia sicut sedere quiescētis est & iudicantis, ita & stare pugnātis & adiuuantis. Vnde quinque operatur pro nobis Christus, dum sedet ad dexteram Dei Patris. Primū est, quod iræ Dei resistit, ne eos qui peccāt tā cito disperdat. Quā cito enim aliquis mortaliter peccat, iustitia Dei habet gladiū euaginatum super caput eius, nisi Christi misericordia gladiū detineret. Nam *vultus Domini super faciētes mala, vt perdat de terra memoriā eorum*. Sed *Iesus introiuit in ipsum cælum, vt appareat vultui Dei pro nobis*. Patri enim volēti disperdere peccatores, ostēdit quā care eos emerit. Grauiter enim sustinetur cū amittitur quod care emptum est. Secundū est, quod nos pœnitētes Deo recōciliat, iuxta illud: *Si quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Dominū nostrū Iesum Christū, nō pro peccatis nostris tantū, sed pro totius mūdi. Qui est ad dexterā Patris, qui etiā interpellat pro nobis*. In mundo isto fuit cū peccatoribus. *In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est*; nunc est cum Patre & non cum peccatoribus, sed pro peccatoribus. Sed in iudicio erit cōtra peccatores. Tunc enim cicatrices erunt in testimonium iustæ dānationis, quæ nunc sunt in fiduciam reconciliationis. *Videbit eum omnis populus, & qui eum pupugerunt*. Tertium est, quod nūc dona fidelibus mittit liberalissimus rex existens in maiestate sua. Ioannes: *Ego rogabo Patrem, & alium paraclitū dabit vobis*. Et Psal. *Ascendisti in cælum*, &c. Et sequitur: *Accepisti dona in hominibus*. Ibi enim est thesaurus Ecclesiæ reconditus, ad quem recurrit in suis necessitatibus. Quartū est, quod ibi præparat nobis locum tamquam filijs & amicis. Si enim haberemus vnum fratrem in curia, quantum posset laboraret ad promotionem nostram. Sic & Christus, qui dicit se fratrem nostrum. Hinc aiebat: *Vado parare vobis locum*. Et: *Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno patris mei*. Quintum est, quod à mundo quantum potest nos retrahit, & ad se attrahit. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*: & vbi amor, ibi oculus. Et alibi: *Si abiero, iterum veniam, & assumam vos ad meipsum*. Hoc attendere debent Ecclesiæ ministri: quia ipse ait: *Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit*, scilicet à dextris Dei, hoc est in potioribus bonis in quibus nūc requiescit.

Christi sessio à dextris Dei quomodo intelligatur.

O Christus quid operatur pro nobis sedens ad dexteram patris.

Psal. 33 Hebr. 9. 1. Ioā. 2 Rom. 8. Baruc. 3 Apoc. 1 Ioan. 14 Psal. 67 Ioan. 14 Luc. 22 Matt. 6. Ioan. 14 Ibidem.

Tunc

Luc. 1. *Tunc reuersi sunt Hierosolymam à monte, qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Hierusalem, Sabbati habens iter*, id est iter vnius miliaris seu mediæ leucæ. Secūdum legem Moysi nō erat licitum Iudæis ambulare in Sabbato plusquam per vnum miliare. Hanc autem processionem discipulorum extra ciuitatem & iterum reuersionem repræsentat Ecclesia singulis diebus Dominicis per annum, egrediendo de Ecclesia & redeundo per eam. Vnde in eo, quod de Ecclesia eximus cruce præcedente, ostenditur, quod illi egressi sunt præeunte crucifixo. In eo quod redimus cum cruce (licet illi sine crucifixo redierint) repræsentamus quod ait Dominus: *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi*, scilicet præsentia spirituali. In primitiua autem Ecclesia fiebat quinta feria, quæ tunc solēnis erat pro veneratione Ascensionis. Sed superuenięte multitudine festorum, cessit Dominicæ diei.

Mat. vl

DE EODEM FESTO SERMO secundus, & in numero XCIIII. Per Thema præcedens.

Ascēsio est festū Dei Patris, Christi, Angelorū, Patriarcharum, Mariæ, & nostrum.

INter omnes anni solemnitates ista vna de celeberrimis computatur. Est enim primò festum Dei Patris, quia quidquid fecit Deus omnipotens, hoc fecit, vt ad hunc diem perueniret. Cælum, terra, & omnia sunt propter hominem, qui homo est propter gloriam habendam, ad quam vsque hodie quantumcumque iustus numquam potuisset peruenire. Ait enim Chrysost. in Homil. de Ascens. quod homo vix censebatur dignus terra. Vnde & per diluuium semel deleta est omnis terra. Nunc autem cum hic magnificus dies aduenit, etiam cælo dignus putatur, cum homo cælestis effectus est. Hinc de Apostolis canit Ecclesia: *Cæli enarrant gloriam Dei.* Secundo, est festum solemnissimum Domini Iesu, quia hodie sedet à dextris Dei, hoc est, incipit quiescere à labore suæ peregrinationis. Et sic istud est Sabbatum, in quo requieuit Christus ab omni opere quod patrarat. Vnde prima dies Christi fuit Natiuitatis. Secūda Circumcisionis. Tertia Apparitionis. Quarta ostensionis in Baptismo. Quinta Passionis. Sexta Resurrectionis. Septima Ascēsionis, in qua sabbatizauit, & requieuit ab omni opere redemptionis. Tertio, est festum omnium ciuium supernorum. Primo, quia de domino suo in humanitatis forma nouum gaudium suscipiunt. Lætantur enim fideles de aduentu Paschæ, saltem gustrimargi & gulosi propter cōestionem carnium. Lætantur siquidē tales cum primum vident eas in macello: hodie vero caro ascendit in cælum, vbi numquam caro intrauerat. Ideo hodie ciues cęlestes suum Pascha faciunt, & hodie saturantur suauitate carnis Christi glorificatæ. Secundo vero de restauratione suæ ruinę. Hodie nempe cœpit impleri quod longe ante à Deo Patre quęsierāt Angeli, dicentes: *Benignè fac in bona voluntate tua Sion*, &c. Tertio, si gaudiū est magnum Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, quantum putatis eorum fuisse gaudium, quando tot millia animarum ad suum viderunt consortiū? Multum enim gauderet quis, si suæ ciuitatis destructæ videret aliquem in promptu ruinas reparare. Quarto, est festū Patriarcharum & Prophetarum, qui hodie ad supernam patriam primo intrauerūt. Si ergo facimus festum de aliquo sancto, qui ad cælos migrauit, quanto magis de tot millibus, & tāto magis de sancto sanctorum. Quinto, est festum virginis Mariæ, quæ filium suum vnigenitum in ea carne, quam de se assumptam nouerat, coram oculis suis glorioſe sic vidit tamquam Deum verum super excelsa ascendere, & omnes cęlos dominandi iure penetrare. Ipsa enim hodie se reginam cæli & totius mundi videt, non modo affuturam, sed & de facto existentem, cū videt eum filium in solio regni. O quāta hodie gloria matris, quæ sic videt filiū exaltatum. Et vere magna gloria matrum, quæ sic docent filios suos ascendere in cælum, exemplo matris Machabæorum, quod

Psal. 18.

Psal 50

quod in fine collocantur ibi in regno cæ-
Iob 36. lesti, vbi Dominus (Iob teste) *Reges in solio collocat in perpetuum*. Sexto, est festum nostrũ, quia humana natura hodie exaltata est super cęlos, imo super Angelos, & honore maximo vocata est ad societatẽ Angelorum. Ex quo concluditur istam esse quasi maximã solemnitatẽ inter omnes.

B *Ascensionis & Natiuitatis solemnitates comparãtur.*

Vnde Augustinus in ser. 6. de Ascens. Domini sic ait: Hodierna festiuitas non minor est Natiuitate Christi. Illa enim Natiuitatis dies Saluatorem nostrum terris dedit, hęc cęlis reddidit. In illa Dominus vere hominem se esse incarnatione cõfessus est, in hac vere Deum se esse ascensione testatus est. In illa gratiam dignantissimæ humanitatis, in hac fidem manifestissimæ diuinitatis asseruit. In illa virginalis templi, in hac cælestis regni secreta patefecit. In illa die descẽdit nos redempturus, in hac ascendit glorificaturus. In illa salutis nostræ inchoatio, in hac perfectio continetur. In illa cœpit promissa, in hac beneficia consummauit. Debet igitur homo hodie magna cum deuotione lætari. Si diligeretis me, ait, gauderetis vtique,
Ioan. 1. quia vado ad Patrẽ. Et hoc est, quia Christi ascensio nostra est prouectio: vt quo præcesit gloria capitis, eo spes vocetur & corporis, vt ait Leo Papa. Hinc Augus. Hodie ascendit Dominus noster in cælũ, ascendat cum illo & cor nostrum. Sicut enim ille ascendit, nec recessit à nobis: ait enim: Ecce ego vobiscum sum, &c. sic & nos iam cum illo sumus, quamuis nondũ in corpore nostro factum sit, quod promittitur nobis. Nobis non inuidet, sed quodãmodo clamat: Mea membra estote, si vultis ascendere in cælum. Iam caput transijt, & ascendit. Si caput, & membra transire possunt, quodcumque foramẽ sit illud. Sic itaque ei dicat vnusquisque nostrum: *Vnam petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini.* Et rur-
Psal. 26 sum: *Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.* Ita enim dicebat pijssima virgo Maria ascendente Christo in cælum, & libenter cum eo volasset, si detenta carne non fuisset. Mittebat autem præ desiderio & cordis affectu in cælum ad filium sanctas orationes tãquam nuncias: *Nunciate* (inquiens) *dilecto,* Cant. 5. *quia amore langueo.* Et illud: *In omnibus requiem quæsiui, & non inueni, sed solùm in hæreditate Domini morabor,* id est, moram trahere dispono. Sic & nos vt per eam ascendamus in cælum, & verbum testificationis de ascensione loquamur, dirigamus ad eam nũcium orationem deuotam, salutationem Angelicam porrigentes, ac dicentes: Aue. Ecclu. 24

C *Ascendentem tremefaciũt duo periculũ & obstaculum.*

Duo volenti ascendere timorem incutiunt, grauitas periculi, & aduersitas obstaculi. Periculum enim graue videtur ascendere. Nã ascendisse multos legimus, qui antequam peruenirent, turpiter corruerunt. Primus Angelus in montem ascendere voluit. Esaias: *Dixisti: In cælum ascendam, super astra cæli exaltabo solium meum.* Esai. 14. Sed ruit in infernum. Primus homo ipsum sequi voluit, & cecidit in mortem. Patet etiam legenti vitas Patrũ de multis, qui bene cœperunt, & turpiter finierunt. Secundum illud Esaiæ: *Offendent ex* Esai. 8. *illis plurimi, & cadent.* Et illud Psal. *Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos.* Secundum, quod terret ascendere volentem, est aduersitas obstaculi. Nam Psal. 106 *collocauit Dominus ante paradisum voluptatis* Gen 3. *Cherubim habentem gladium flammeum atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.* Per flammeum gladium grauis tribulatio intelligitur. Vnde inter nos & cælũ mediat ignis. In signũ quod per multas tribulationes oportet intrare in regnum cælorum. Et quod amplius mirandum est, Cherubim dicitur impedire viam, ideo videtur quod nullus posset ad locum illũ peruenire, nisi posset super Cherubim ascendere, & volare super pennas ventorũ. Cherubim interpretatur plenitudo sciẽtiæ, quæ pro tanto dicitur obsistere ascẽdentibus, quod *scientia inflat.* Sed ascendit 1. Cor. 8. quis super Cherubim, cum pertingit ad ardorem Seraphim, qui est superior ordo. Sed licet iste modus ascendendi videatur

deatur ſecurus, tamen reſtat adhuc iſta
Pſal. 54 quęſtio: *Quis dabit mihi pennas ſicut colũbæ, & volabo?* & eis habitis adhuc timẽdũ eſt, ne accidat illud, quod de Icaro fingitur. Nã cum patrem ſuum Dędalum volare conſpexiſſet, volauit & ipſe aptatis pennis. Cui pater artẽ tradens, docuerat vt non volaret prope terram, propter multa impedimenta, quæ ſunt iuxta terrã: nec nimium ſe in altum erigeret, propter calorem ſolis, qui conglutinationem pennarũ diſſolueret, & ideo in medio ſe teneret. Sed ipſe patris doctrinam neglexit, & ideo cum nimis in altum ſe eleuaſſet, diſſolutis pennis cadens ſubmerſus eſt. De quo in perſona patris quidam compoſuit hos verſus:

Icare nate bibis, & me ſpectante peribis:
Nam dixi tibi bis, medio tutiſſimus ibis.

Sic multi pennis ſpiritualibus volare incipiunt, ſed neſciunt aut nolunt tenere medium, ideo periclitantur. Propterea dicebat quidam Pater: Si videris iuuenem volentem in cælum volare, apprehendens pedes eius ipſum retrahe. Et ſic patet eſſe multum difficile aſcendere in cælum, & ideo non ſine cauſa quærit Pſalmiſta:
Pſal. 23. *Quis aſcendet in montem Domini?*

D *Aſcenſurus in cælum innocentia neceſſaria eſt.*

Quatuor membris neceſſe eſt nos ire in cælũ, ſicut iuit Chriſtus, & quemadmodũ itur ſuper equum quatuor equi pedibus. Primo quidem manibus. Secundo corde. Tertio toto corpore. Quarto lingua.

Primo enim oportet ire manibus. Nam oportet eſſe innocentem manibus, hoc eſt operibus, nullum operando malũ. Eſt autem innocẽtia ſanitas manuũ, quæ in propoſito requiritur propter duo. Primo, quia claudi ſumus. Omnes enim in primo paręte cecidimus & claudi facti ſumus. In
2. Reg 4 cuius figura dicitur 2. Regũ 4. de Miphiboſech, qui cecidit, & claudus effectus eſt. Propter quod pedibus, id eſt affectibus ſufficiẽter vti nõ poſſumus, nec bene nobis ſeruiunt. Claudi autẽ propter inſufficientiã pedum in ambulando vtũtur officio manuum in arduo aſcenſu prærupterũ, ad modum animalium præcipue quadrupedum & iumentorum. Et inde Pſal. dicebat; *Vt iumentum factus ſum apud te.* Se- Pſal. 72
cunda cauſa, quia per ſcalam oportet aſcendere, ſiue aſcendatur in montẽ Eccleſiæ militãtis, ſicut faciunt qui ad regimen pręlationis ſcandũt, ſiue ad montẽ Eccleſiæ triũphantis, vt faciũt omnes electi; & eſt ſcala quã vidit Iacob, cuius ſummitas cælũ tangebat. In hac ſcala aſcenditur per gradus ſcilicet ordines Eccleſiaſticos, quibus correſpõdet diuerſa perfectio vitę requiſita, vt poſsit ſic aſcendẽs cãtare canticũ graduũ, & dicere: *Per ſingulos gradus meos* Iob 31.
pronũciabo illum, & quaſi principi offeram eum. Similiter ſcala, per quã ſecundo modo aſcenditur, habet gradus. Nemo enim repẽte fit ſummus. Pſal. *Ibunt de virtute in vir-* Pſal 83.
tutẽ, &c. Iſti ſunt gradus, de quibus Pſal. ſecundũ aliã literã: *Deus in gradibus eius co-* 1. Re. 14
gnoſcetur. Qui autem per ſcalam ſubtiles gradus habentẽ aſcendit, non ſolum pedibus, ſed etiam manibus ſe iuuat. Sic in propoſito oportet progredi viã cæli pedibus & manibus, id eſt affectionibus & operationibus, exẽplo Ionathæ, qui aſcendit in montẽ cõtra hoſtes ſuos reptãs pedibus & manibus. Iſtã innocentiã habuit Chriſtus, *qui peccatũ nõ fecit*. de quo: *Talis de-* 1. Pet. 2
cebat vt nobis eſſet pontifex innocẽs, impollutus, Heb. 7.
&c. & ſolus vere innocẽs, qui potuit dicere: *Ego autẽ in innocẽtia mea ingreſſus ſum*: & Pſal 66
alij nõ niſi per eũ ingrediẽtur. Qui enim in periculoſo paſſu adhęret alicui ductori fortiſsimo & ſecuriſsimo, debet ſe aſſecurare, quod tranſibit. Sic eſt de innocente, quia ſolus talis Chriſto adhæret. Inde dicit: *Innocentes & recti adhæſerunt mihi*. Propterea hortatur Pſal. vnumquemque noſtrũm, dicens: *Cuſtodi innocentiam*, id eſt ne Pſal 24.
noceas alicui, & (in operibus tuis) *vide æquitatem*, id eſt iuſtitiam, *quia ſunt reliquiæ*
homini pacifico, id eſt pacem quærenti ęternam, nihil relinquitur ad eum iuuandũ & vniẽdum Chriſto, niſi innocẽtia & æquitas, propter quod admiſſus per illã dicebat: *Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti.* Et ideo non tranſibunt, qui ſunt exactores & raptores, qui nõ vni neq; duobus,

E *Innocẽti adhærẽdo Chriſto aſcẽdit in cælum.* Pſal. 36 Pſal 40

ſed

ſed omnibus nocēt. Tales habēt hic paradiſum ſuū, ideo non habebūt alibi. Vnde quilibet talis figuratur per beſtiā, quā vidit Daniel ſimilē pardo, quæ habebat alas quaſi auis quatuor ſuper ſe, & habebat quatuor capita, & poteſtas data eſt ei. Tales enim tyranni habēt plura capita, plures conſiliarios & auxiliarios ad faciendum malū, & penſionarios & collaterales, quorum cōſilio & auxilio peruenīūt ad faciendum omnia mala, & plures capitaneos & curſores ad prædandū & diſsipandū omnia, & talibus data eſt poteſtas: ſic quod fere omnia fiunt in manibus eorū, nec eis quiſquā reſiſtere poſsit. Ceſſet ergo quæſtio, quia innocens aſcendet in

P *Innocēs quomodo aſcendit in cælum.*

montē Domini. Nec mirū ſi aſcēdat, quia innocens leuis eſt, & purus, nihil habens contrariū aſcenſioni. Sic plumæ, & paleæ & huiuſmodi leuia aſcēdunt per ſuā leuitatē, quia natura eorum eſt talis, nec huic motioni eſt in eis contrarietas, imo elementa quāto puriora ſunt, tanto facilius aſcendunt. Nō ergo mirari quis debet, ſi innocens, purus, & leuis à peccato, non pręgrauatus pōdere peccatorum aſcēdat ſurſum in cælum. Secundo, qui eſt in loco baſſo, & vult aſcendere alte, ſi poſſet ponere ſub pedibus ſuis quicquid eſt mediū inter ipſum & locum illum, de facili poſſet aſcēdere. Sic eſt (vt dicit Auguſt.) quod inter mentem noſtram & Deum nihil eſt

Eſai. 59 medium, ſed peccatum diuidit. Eſaias. *Iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos & Deum noſtrum.* Ideo cum innocens poſuerit omne peccatum ſub pedibus ſuis, non eſt mirū ſi aſcendat ad Deum. Secundo, neceſſe eſt nos eſſe mundos corde, vt nihil mali contra proximum, nec contra Dei pręcepta, dādo cōſenſum, cogitemus. In dolio enim quod eſt purius in vino ſemper ſe tenet ſuperius, & fæces inferius; ideo vinum clarum ponitur ad menſam principum, vinū baſſum vel cū fæce datur coquinis. Propterea qui ſunt puri corde, ad mēſam Dei ſedebūt, nō pleni fæcibus peccatorū: nō enim fit bonū ædificiū de ligno, quod eſt putridum in corde. Sicut etiā lux materialis videri non poteſt niſi mūdis oculis, ſic nec lux ſpiritualis (quæ Deus eſt) niſi mundis oculis cordis. Vnde hæc munditia cordis neceſſaria eſt ad aſcenſum duplici de cauſa. Prima ſumitur ex parte ducis Chriſti, qui eſt mundiſsimus. Augu. ſerm. de Aſcenſ. Cum bonitatis auctore non aſcendit malitia, nec cum filio virginis libido vel luxuria, nec vmquā aſcendunt vitia pervirtutum opera. Dux enim iſte quos ducit, in montem trahit, & implet. Sed quia ſordes odit, ſordidos horret contingere, dicens peccatori: *Recede à me, & non appropinques mihi, quia immūdus es:* ecōtra immaculatiores quærit, & eorum vitam & mores approbat: ideo quaſi filij adoptantur in hæreditatem. Pſalm. *Nouit Dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit.* Secunda cauſa eſt ex parte itineris. Nam tota via illius aſcenſus eſt infra cor ipſum, ſecundum illud Pſal. de viro iuſto: *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit:* igitur ſi cor immundum erit, tota via erit immunda, & accidet quod imprecatur Pſal. *Fiat via illorū tenebræ, & lubricū,* & non poterit in via ſic ardua immundum cor aſcendere, imo conſtat ſi bene aduertamus, quod talis nō eſt homo ſed beſtia. Dicit enim Philoſophus 16. de Animalibus, quod homo inter omnia animalia habet calorē cordis mundiſsimū, & hoc atteſtatur bonitas intellectus ergo qui calorē cordis habet immūdum, non eſt homo ſed beſtia, quaſi de eo dictum ſit: *Cor eius ab humano cōmutetur, & cor ferę detur ei.* Cuſtoditur autem munditia cordis. Primo, à ſuperbia per humilitatē, ſicut cuſtodiri ſolet in tempeſtate & pluuia pulchra veſtis. Nā vane glorioſi non habēt cor mundū & immaculatū, ſed plenum ventoſitatibus, & malo, & toto infecto aēre ſuperbiæ. Inde timens Pſ. dicebat: *Cor mundū crea in me Deus.* Et ſequitur: *Ne proijcias me à facie tua.* Secundo per fugam ſeruatur. Aues ſilueſtres pulchriores habēt plumas quā domeſticæ, & beſtia ſilueſtris pulchriorē pellem quā domeſtica. Sic qui fugiunt ſocietates & familiaritates

G *Mūditia cordis neceſſaria eſt ad aſcēſum in cælum.*

Eſai. 65

Pſal. 36

Pſal. 83

Pſal. 34

Dan. 4

H *Mundities cordis quibus modis cuſtoditur.*

Pſal. 50

Digitized by Google

rítates hominum. Et ideo luxuriosi & meretrices, quæ diligunt societates, & sæpe tanguntur, sunt multum immundæ. Tertio, per vtilem occupationem. Muscæ enim non libenter insident ollæ bulliēti, sic nec cogitationes otiosę in homine occupato stant. Sic & aquæ currentes obseruant puritatem. Tertio, necesse est animā suā non in vano accipere. Sed multipliciter dicitur quis accipere in vano animam suā. Primo, quādo nimia cupiditate ducitur ad bona mundialia congreganda. Dicit Philosophus 17. de Animalibus, quod aues habentes plures superfluitates, sunt ponderosæ, & bene volare non possunt. Sic multi superflua congregant, & non necessaria, ideo ponderosi & graues ascēdere nō valent. De eiusmodi dicitur: *Qui congregat thesaurum lingua mendacij*, id est, dicendo sibi esse necessaria, quæ in veritate non sunt, sed superflua, *vanus & excors est*. Secundo, accipit quis in vano animā suā, qui non appretiatur eam, sed æstimat illā quasi rē vanam, scilicet corruptibilem, & nullius pretij, & ideo faciliter vendit eā, id est, pro nihilo vel modico delectationis dat diabolo. Hinc dicitur: *Pretiū scorti vix est vnius panis, mulier autem pretiosam animam capit*. Et isti sunt pessimi mercatores & falluntur ex duobus. Primo, quia anima nō est res vana, sed pretiosissima, scilicet ex pretij magnitudine. Ambros. in quodam serm. de Resurrectione: Prospice quātum valeas, vt vilis esse desinās, vt per hoc erubescendo vitijs subijci dedigneris, cum generositatem tuam de creatoris & redēptoris dignitate metiris. Idē patet ex impressa sibi similitudine. Dicit enim Philosophus libro Politicorum, quod primo nummus determinatur pōdere & magnitudine, character autē post modum imprimitur, vt non oporteat ipsum ponderare. Nam character impressus est signum quantitatis ipsius. Constat autem animam esse quasi quemdam nūmum aureum, cuius magnitudinē tantam esse voluit, qui eam fecit, vt omnia cōprehēderet. Anima enim, secundū Philos. est quodāmodo omnia. Pondus vero illius maximum est, si tamen sit bona, quia *non est digna ponderatio contenta animæ*, & patet in charactere impresso, scilicet similitudinis seu imaginis Dei. Ideo viso illo charactere, statim potest iudicari de eius pōdere & valore. Non enim sine causa quærit Saluator: *Quā commutationē dabit homo pro anima sua?* Tertio, in vano animam suā accipit, qui nō exercet eā in operibus pœnitentiæ, nec in resistendo tentationibus & peccatis. Peccatū enim impedit volatum in cælum. Vnde Philosophus dicit, quod turtutres, quando venit vētus Austri, fatigātur, sic quod non possunt volare, propter hoc eas capiunt manibus venatores. Turtures sunt qui munditiam seruāt, sed ventus Austri, id est vana gloria, quæ resoluit vires animæ, impedit eorū volatū. Ideo monet Dñs prophetam: *Pone facie tuam contra Austrū*. Quarto, res dicitur esse in vano, quæ non est firmiter fita, & inde cito cadit vel frangitur. Sic anima dicitur esse in vano, quæ non situatur in Deo, & ideo cito frāgitur per peccatum, & vadit in infernum. Vnde anima similis est horto, vbi est fructus gratiosus, cui insidiātur leccatores, circueuntes hinc & inde, vt inueniant aditum, & tangunt ad quemlibet palum, si inueniant ipsum firmū & bene fixū in amore Dei, transeunt, nec portant secum de fructu, sed inclinatū ad tētationē tantum impelluńt, quod eradicāt per actum vel per consensum. Et ideo debet conari homo, ne anima sua maneat in vano, quia *in vanitate sua deprehēditur peccator*. Quinto, in vano animā suam accipit, qui animam suam negligens, ei curam carnis anteponit. Quod iusti non faciūt, quia intentione cōtinuo ad eius vtilitatē referūt quidquid operantur. Sic Christus omnia sua referebat ad salutē animarum nostrarum, pro quibus & carnem suam exposuit in pretium & redemptionem nostrā. Quarto, necesse est non iurare in dolo proximo suo, sed prohibere linguā suam à dolis, & iuramentis illicitis, sicut fecit & Christus. Constat enim, quod sic iurās

dupli-

1 *Anima accipitur in vano quinque modis.*

Prou. 21

Prou. 6.

K *Animā pretio sam esse dūt pretij magnitudo, & imago Dei.*

Eccli. 26

Mat. 16

Eze. 20

Eccli. 23

L *Iuramēti vsus. tio fuit causa de fructionis*

dupliciter peccat, in proximum quē defraudat, & in Deum quē inhonorat. Narrat Titus Liuius in volumine Iliad. Dec. 1. quod Pompilius Numa ea pietate omniū Romanorū pectora imbuerat, vt ad fidē & iusiurandum obseruandum ciuitatem astringeret, & quādiu ciuitas sic regebatur, res Romana publica augebatur. Quādo vero relicta fide & iureiurādo, ad dolos & periuria cōuersi sunt, necessario imminuta est. Quærit Philosophus li. de regimine Princ. quæ fuit causa destructionis Syrorum. Respondet, quia reges eorū vtebantur iuramentis ad fraudē & deceptionem, frangentes fidem & fœdera, quę fuerunt stabilita ad salutē generis humani. Sic hæc fuit occasio destructionis Carthaginis, prout Carthaginēses à Romanis deuicti cōfessi sunt, vt dicit Titus Liuius de secundo bello Punico libr. 10. in fine. Cum enim ipsi fœdera prima cū Romanis habita iureiurando violassent, & ipsi postmodū deiecti secundo bello peterent pacta pacis, vnus Senatorum cū cerneret alios ad misericordiam inclinari, infestus perfidię Carthaginensiū, succlamasse fertur, per quos Deos fœdus acturi essent, cū eos, per quos ante ictum esset, fefellissent. *Psal. 1.* Sic Christus *non iurauit in dolo proximo suo*, quia nō est abusus lingua sua, quod breuiter discurrendo Euangeliū deducetur. Primo quis abutitur lingua loquendo de *Act. 1.* rebus inutilibus, sed ipse *per dies quadraginta apparēs eis loquebatur de regno Dei*. Secūdo abutitur quis lingua adulando, & nō dicendo quæ oportet dicere. Non enim debet homo timere dicere amico veritatē, licet ad horam contristetur. Sic Christus dure exprobrauit incredulitatem discipulorū suorū & duritiā cordis, quasi dicēs: Quomomodo alij auditui vestro credent, qui vestro visui credere nō potestis? Quomodo fide credēt resurrectioni, quā manu & digito sulcatis meis vulneribus vos quæsistis, & quasi ad digitum eā vobis demōstraui? Tertio abutitur quis lingua docendo, & instruendo peruersa, & inducendo ad malum per falsam doctrinam. Sed Christus sanam doctrinam locutus est, non solum pro eis, sed pro vniuerso mūdo. Inde misit eos, dicens: *Euntes in mundum*, &c. *Mar. vl.* Quarto abutitur quis mētiendo. Sed Dominus quod promisit, tenuit. Nam *conuescens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionē Patris*, & illam impleuit. Quinto abutitur quis docēs curiosa & superstitiosa. Christus autem nō sic, sed dum eum discipuli curiosē de futuris interrogarent, *Domine si in tempore hoc restitues*, &c. Respondit: *Nō est vestrum nosse tempora vel momenta*, &c. Oportet ergo illum, qui vult ascendere in montem Domini, esse rectū in lingua, & omnia eius verba charitate inflammata. Calor enim sursum mouet, sed aqua non ascendit, quousque bulliat. In cuius figura Helias in curru igneo ascendit in cęlum. Sed diceret quis: Scriptum est: *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis*: decipiuntur ergo Christiani, putantes illuc ascēdere. Respondetur primo (secundum Bona. 2. sent. distinct. 12. in expositione) quod illa propositio, *Nemo ascendit in cælum*, &c. intelligitur, propria virtute, vel intelligitur non de cælo empyreo, sed de cælo Trinitatis, qui nō est ascensus in locū, sed potius ad æqualitatē & dignitatē Patris. Quemadmodū enim descēderat diuinitas se exinaniens, & formā serui accipiens, & hoc, ita apparendo hominibus. Sed in ascensione manifestata est eius gloria, & sic ascēdisse dicitur. Dicitur secundo, secūdum Aug. quod nemo ascēdit in cęlū, nisi Christus, qui est caput Ecclesiæ, sed & hoc cū suis mēbris. Ideo solus Christus caput, & mēbra eius ascēdunt, nō autē membra diaboli. Aliter dicitur, quod sancti sunt vestimēta Christi. Ait enim Pater ad Filiū: *Vno ego, dicat Dñs, quia his omnibus velut ornamento vestieris*. Si quis autē nudus solus intraret Ecclesiam, & solus vestitus exiret, diceretur, quod idē, qui nudus intrauit, vestitus exiuit. Ita Christus quasi nudus exiuit de cælo, sed quasi vestitus cōsortio sanctorum, & saluandorum solus ascendit in cælum.

Leon. in M *Ascēdit caput Christus in cælū cum suis mēbris.*

Esai. 49

SERMO

SERMO III. VNDE SVPRA, & in ordine XCV. Per Thema.

Psal. 46 A *Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ*. Notandum, quod aliqui ascendunt sursum causa sola videndi longe, & nihil aliud faciunt, sicut qui ascendit Ecclesię campanilia. Sic multi ascendere quærunt ad prælationes & dignitates, vt solas suas concupiscentias & voluptates impleant, de quorũ quolibet dicitur: *Apo. 18 Vidi bestiam ascendentem de mari*. Miratus est autem Ioannes de tali visione, sed nunc non est mirandum, quia satis nunc videntur bestiæ ascendere. Sed tales cito descendunt frustrati omni visione sua, & nihil inde reportantes. Alij ascendunt sursum causa vastandi, vt qui ascendunt arbores, vt fructum inde accipiãt & furentur. Illis cõmuniter dicitur in vulgari: *Or descẽdez de par tous les diables, le diable vous y a bien monté, non par Dieu*, quod est dicere: Descendite ex parte omnium diabolorum, diabolus bene vos ascẽdere fecit, non Deus. Tales sunt qui vt rapiant, & muneribus iustitiam vendant, ascendunt ad officia & prælationes. Deus autẽ iuste facit, si eos sine scala descendere faciat in infernum; misericorditer, si cum scala humilitatis, vt humiliati discant restituere. Tertij sunt, qui ascendunt sicut lathomi vt ædificent, & isti sunt vere prælati & sancti, qui ascendunt vt ædificent Hiere. 1 domum Domini, sicut ordinauit Deus, ipso dicente per Hieremiam: *Ecce hodie cõstitui te super regna, vt ædifices, & plãtes*. Et iuxta quod Paulus ait: 2 Cor. 10 *Secundum potestatem, quam dedit mihi Deus in ædificationem, & non in destructionem*, dummodo tamen habeant pedem firmũ, id est, affectionem fundatã super fidem, & caput charitatis firmatũ, vt fide Deum cognoscãt, & charitate Deũ & subditos ament. Sic ascenderunt sancti Luc. 1. omnes. Sic Maria, quæ *ascendit in montana cum festinatione, vt salutaret Elisabeth*. Modo est in montanis non Iudææ, sed cęlorum: quæramus vt salutet nos, sed prius salutemus eam, dicentes: Aue gratia, &c.

Ascendit Deus in iubilatione. Aliqui ascendunt in iubilando, hoc est ad sonum *du tabour & du flageollet*, sicut adulatores. Illi enim ascendunt ad sonum illum. Equus enim scabiosus diligit vnctionem & odit strigilem. Et quia prælati & mundani in omni statu sunt scabiosi, ideo permittũt, quod vngantur ab adulatoribus, sed non quod strigilentur. Inde Seneca in Epist. Cum principes omnia habeant, vnũ tamen eis deest, scilicet qui verum dicat. Si enim in clientelã fælicis potentisque hominis peruenerit, aut veritas, aut amicitia perdenda est. Et tales adulatores primi & leuiter ascendunt. Sed ira Dei est, quod ipsi ascendant, iuxta illud Psal. *Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo*: quia tales sunt omnium malorum inuentores. Alij ascendunt ad sonum *dubedom*. Tales sunt guloſi & luxurioſi, de quibus Ps. *Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos* malarum & fœdarum cogitationum, *anima eorũ in malis tabescebat*. Alij ascendunt ad sonum *de la trompe*, qui per cautelas, & trufatorios modos, & mẽdacia per iniustitias sciunt dirigere sua facta, non aliter. Et tales ascendunt, sed nõ stant. Psal. *Vidi impium superexaltatum super cedros Libani, & transiui, & ecce non erat*. Alij in sono *vielle* ascendunt. Isti sunt hypocritæ & papellardi, qui ad dignitates eo modo ascendunt, & vt dicitur vulgo, *c'est vne droite Kyrielle*, de eo, quod faciunt, sicut vulpes se mortuam finxit, vt exaltaretur in quadriga ad comedendum pisces. Sed illa plena est vento, & statim proijcitur subtus scamnum. Isti omnes ascendunt extra domum, non intra domum: ideo in pluuia, in grãdine, & in periculo descensus. Sed sancti ascendunt in iubilatione cordis, & intra domum, scilicet cor suum, quia cor hominis est altius omnibus rebus, vt patuit ex Aristotele instruente Alexandrum Magnum, vt erigeret non turres altas, sed corda hominum contra mœnia hostium. Bernar. Nobiles enim sumus creaturæ, & magni cuiusdam

B *Ascẽdentium cũ iubilo multiplex genus.*

Psal. 17.

Psal. 106.

Psal. 36.

iuſtam animi, ideo aſcendere naturali quodã appetimus deſiderio. Ideo iuſtus
Pſal. 83 *aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum*, ſed tamen cum lætitia & iubilatione animi, quouſque videatur Deus
Pſal. 46 Deorum in Sion, de quo dictum eſt: *Aſcendit Deus in iubilatione*, &c.

c *Humilitatis deſcenſus eſt via in cælũ.*

In præſenti ſermone dicemus primo, quomodo Dominus docuit diſcipulos aſcendere in cælum. Secundo, quomodo ipſe aſcendit. Pro primo ſciendum, quod via in cælum non eſt ſurſum eundo, ſed deſcendendo. Hoc ipſe oſtendit, ſecundũ
Epheſ. 4 illud Apoſtoli: *Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit*. Hinc Caſsiodorus: Ad te Domine nemo ſe erigendo peruenit, ſed potius humiliatus aſcẽdit, & cum altiſsimus ſis, proximior redderis ſupplicatione curuatis. Et Bern. ſer. 2. huius diei: Neque enim aſcendere potes, niſi deſcenderis, quia vt æterna lege fixum eſt, Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur. Inde vulgo dicitur: *Il fault reculler*
Pſ. 109 *pour mieulx ſaillir*. Pſal. *De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput*. Bibens enim in torrente, primo humiliat caput, deinde plenus aqua exaltat. Ideo Dominus humiliauit ſuos diſcipulos, faciendo primo eos deſcendere de monte ſcientię. Secundo, de monte poteſtatis & honoris. Igitur quo ad primum, dicitur in Euangelio: *Re-*
Mar. vl. *cumbentibus vndecim diſcipulis*, &c. *exprobrauit incredulitatem*. Sunt enim aliqui ita fixi in ſuis opinionibus, quod vix poſſunt aut volunt credere aliorum iudicio meliori, quod tamen non conuenit diſcipulis Chriſti, quia Dominus hoc exprobrauit eis. Sed hic quæruntur duo. Primum eſt, vtrũ Apoſtoli fuerint hæretici. Quod ſic videtur, quia fuerunt increduli, quia Dominus exprobrauit incredulitatẽ eorum, & cum hoc pertinaces, quia ſequitur, *& duritiam cordis*: igitur hæretici. Reſpondetur primo, quod quis multipliciter

γ *Hæreticus quis dicitur multipliciter.*

dicitur hæreticus, ſecundum Guilielm. Okam prima parte ſui dialogi. Primo, qui partem ſcripturæ ſacræ reſpuit, & partem accipit, vel qui fidem Chriſtianam in aliquo dicit falſam vel moribus contrariam. Et hoc modo Manichæi fuerũt hæretici, qui vetus teſtamentum reſpuebãt, & nouum ex parte recipiebant, vt habetur 24. qu. 3. *Quidam autem*. Et hoc modo Apoſtoli non fuerunt hæretici, quia & vetus teſtamentum & nouum approbabant. Secundo, quando aliquis iudicat vel putat Eccleſiam vniuerſalem errare poſſe in his, quæ ſunt fidei vel bonorum morum. Talis enim qui ſic aſſereret, niſi forte ex ſimplicitate diceret, immediate eſt pertinax reputandus. Et hoc modo etiam non fuerunt hæretici, quia tunc nõ erat quæſtio de concilijs Eccleſiæ. Tertio modo, cum quis Chriſtianus capax rationis & maxime intelligens, negat quãcumque aſſertionem Catholicam, quæ apud omnes Catholicos & fideles, cum quibus cõuerſatur, Catholica diuulgatur, & à prædicatoribus publice prædicatur, & quanto magis inter Chriſtianos conuerſatur, & maiorẽ habet literaturã in ſacra ſcriptura, tanto fortius eſſet pertinax reputandus. Nec hoc modo etiã Apoſtoli dici potuerunt hęretici: quia nec literaturæ magnæ erant, nec magnæ capacitatis, quibus dictũ eſt: *Adhuc ſine intellectu eſtis*: & in die Paſchæ aperuit illis Dominus ſenſum vt intelligerent ſcripturas. Quarto, cum eſt violenta præſumptio contra aliquem, quod negat aliquã aſſertionem, quam ſcit in ſcriptura diuina contineri, vel ex determinatione Eccleſiæ haberi: puta, ſi probari poteſt, quod prius aſſertionem, quã negat, ex intentione docuerit, vel aſſeruerit publice vel occulte. Quinto, qui corrigi non vult: & hoc multipliciter. Primo, qui legitime correctus non emendat ſuam hæreſim, eam reuocando. 24. q. 3. *Quis in Eccleſia*. Secundo, qui alios ad errorem ſuum defendendũ prouocat, vel ſe ſubijcere correctioni & emẽdationi illorum, quorum intereſt, recuſat. 3. qu. 1. *Chriſtianus*. & 3. q. 9. *Determinans*. Nec hoc modo Apoſtoli fuerunt hæretici, quia benigne ſuſceperant correctionẽ Chriſti. Sexto, cum quis impedit Catholi-

cam

tam veritatem vel moleſtat, defendendo hæreticam prauitatẽ, de cuiuſmodi Apoſtolus: *Quemadmodum Iannes & Mambres reſiſterunt Moyſi, ita & iſti reſiſtunt veritati.* Septimo, qui poteſtatem habens, & ſciẽs non reſiſtit hæreticæ prauitati. Error enim, cui non reſiſtitur, approbatur, vt dicit Innocentius 83. diſt. ca. *Error*. Sic nõ fuerunt Apoſtoli hæretici, qui fuerunt veritatis zelatores. Dicitur ſecũdo, quod verum eſt, quod Apoſtoli fuerunt dubij in fide, ſed non fuerunt pertinaces. Non enim articulus reſurrectionis erat ſufficienter, vt videtur, probatus, quouſq; in multis argumẽtis appareret eis, ideo tũc non erant hæretici, licet peccauerint, quia verbo eius non crediderunt, ſicut quo ad articulum de conceptione virginis non erant hæretici ſentientes oppoſitum ante reuelationem & determinationẽ Eccleſię. Secundo quæritur, quomodo recedẽs ita fecit Dominus, reſeruando diſcipulis increpationem, vbi debebat dicere vale, cur non ita fecit in principio? Similiter etiam quare tãdiu, ſcilicet per quadraginta dies erat loquens de regno Dei, & ſolũmodo vno die increpauit eos? Reſpõdetur primo, & ad primũ, quod multiplex eſt ratio. Prima eſt literalis, quia nouellæ plantationes in iuuentute ſua facile mouerẽtur & eradicarentur à magno vento, ſed cum fortes ſunt & firmæ, bene patiuntur ventos. Sic Chriſtus in principio nõ vſus eſt increpationibus, quouſque multis argumentis fuerint Apoſtoli cõfirmati. Secunda ratio & moralis, quare increpauit Dominus diſcipulos, eſt, vt diſcãt prælati, qui Eccleſiam regũt, habere magis dure reprehẽdentes quã applaudẽtes, & quod doctrina & eruditio magis floret tẽpore, quo viget magna increpatio, quã quando adulatio, ſicut confiteri videtur Pſ. dicẽs Domino: *Reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum, ab increpatione tua Domine.* Tertia ratio anagogica, quia hæc eſt via aſcendendi in cælum. Via enim paradiſi dura eſt & aſpera, & non lenis. Seneca: Non eſt ad aſtra mollis è terris via: ideo durus fuit eis aſcendens. Et dura magis increpatio filio vel amico magis ducit ad cælũ, quã mollis adulatio. Et ideo fallunt qui laxãt habenas hominibus, dicentes poſſe eos ſaluari cum voluptatibus ſuis. Nam contra hoc eſt ſentẽtia Pſ. dicentis Dominos: *Propter verba labiorum tuorũ ego cuſtodiui vias duras, perfice greſſus meos in ſemitis tuis.* Sed reprehendit eos de his quæ concernunt intellectũ, vt diſcamus intellectũ in ſeruitutem redigere, & in obſequiũ Chriſti. Contra eos qui nimis præſumunt de intellectu ſuo, & nimis ſibi credunt, nec volunt à ſuis opinionibus ad dicta ſapiẽtiorum deſiſtere, & hoc eſt valde iniquũ, vt dicit Leo Papa, & habetur 24. qu. 3. Quid autem iniquius eſt quã impia facere, & ſapientioribus doctioribuſq; non credere? & ſingulariter impium eſt in his quæ ſunt contra fidem: 22. qu. 1. *Primum*, & 31. qu. 7. *Quid in omnibus*. Dicitur ſecundo, & ad ſecundum, quod ideo hoc fecit Dominus. Primo, ad oſtendendũ quod eruditio verbi Dei debet eſſe longa, & increpatio breuis, quia *qui nimis emungit, elicit ſanguinem*, contra illos qui ſæpe duros verberant, quaſi percutientes ſuper incudem. Inde Pſalm. ait: *Superuenit manſuetudo, & corripiemur.* Et Iacobus: *In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum.* Dum enim inſeritur oliua bona in oleaſtrum, modicum ſcinditur. Sic aliquando per increpationem oportet ſcindi cor. Secũdo, loquebatur Dominus ita longo tempore de dulcedine cæleſtis patriæ, vt liquefaceret corda dura. De qua liquefactione gloriatur anima ſancta, dicens: *Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt.* Secundo, voluit Dominus diſcipulos deſcendere de monte poteſtatis & honoris, ad quem aſcendere voluerat Lucifer, dicens: *Aſcendam in cælum*: & hoc cum præcepit, vt eſſent omnium miniſtri, dicendo: *Euntes in mundum vniuerſum*, &c. Circa hoc quæritur: Quomodo per vniuerſum mundum iubentur Apoſtoli ire, cum ſufficiat prælato ſua diœceſis? Reſpondetur primo, quod prælati licet ſint

E *Hæretici non fuerunt Apoſtoli, licet dubij in fide reſurrectionis*

F *Aſcẽdẽs Chriſtus cur increpauit diſcipulos.*

Actus

Pſal. 60

G *Aſperitas eſt via aſcendendi in cælum.*

Tim 3

Pſal. 16

Pro. 30.

Pſal 13.

Iac. 1.

Cant 5

Eſai 60

Mar. vlt.

ſuæ diœceſi aſtricti, vt ibi opere & verbo prædicent, debent tamen corde circuire totum mundum, animarum ſalutem zelando. Debét enim eſſe auari animarum, ſicut auarus cupit vbique lucra, licet non actu habeat. Secũdo, eorum doctrina talis debet eſſe, vt velint eam per vniuerſum mundum ad ſalutem proficere. Debet enim eorum gladius acutus eſſe, & limatus lima prudentiæ, ſtrenuorum militum exemplo, qui vellent in gladio ſuo conquirere totum mundũ. Gladius enim verbi Dei terribilior eſt quocunque gladio, quia plures vno ictu percutit: quando ſuperbos, præcidit caput: quando pigros, percutit manus & pedes: quãdo inflammatur amore, penetrat corda plurima. Tertio dico, quod prelatis ſufficit ſua diœceſis, niſi ſint tãtę doctrinę, quod poſſint illuminare plurimos alios, nec Apoſtoli aliqui ierunt per vniuerſum orbem, ſed quilibet in certam prouinciam profectus eſt. Ierunt autem omnes, & eorum ſucceſſores per vniuerſum mundum. Secundo, voluit eos Dominus deſcendere de monte poteſtatis, cum dedit eis intelligere, ipſos eſſe ſeruos inutiles de ſe, nec aliquid poſſe ſine auxilio Dei, cum ait: *Sedete in ciuitate quoadusque*. Sed quæritur: Quare Dominus non dedit immediate Apoſtolis ſuis robur & fortitudinem ad prædicandum, ſed fecit eos expectare per certum tempus? Reſpondetur, quod poterat Dominus diſcipulos ſuos ſubito roborare ſi vellet, ſecundum illud: *Facile eſt in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem*, ſed diſtulit, vt exemplum daret ſequentibus, ne imperfecti ante tempus prędicare præſumant. Dicit enim Gloſſa ſuper verbo prædicto: *Eſt enim tempus tacendi, & tempus loquendi*: Antequam loquaris, diſce. Hieron. Nihil vobis rectum videatur niſi quod dicimus, vt poſt multum ſilentium de diſcipulis magiſtri efficiamur. Diſcipliné enim Pythagoricę eſt per quinquẽnium tacere, & poſt eruditionem loqui. Tertio quæritur: Dedit ne Dominus etiã alijs fidelibus poteſtatẽ aliquã aut dona, dum vellet aſcendere? Reſpondetur, quod ſic, ſecundum illud Pſal. *Aſcendens in altum captiuam*, &c. *Dedit dona hominibus*. Primo, dedit eis poteſtatem aſcendendi in cælum, & ad hoc erexit eis ſcalam in Euangelio dicens: *Qui crediderit*, &c. Quæ ſcala habet duodecim ſcalaria ſiue gradus, qui ſunt duodecim articuli fidei, per quos aſcendi poteſt de mundo ad cælum, ad hoc nos iuuante Domino, ſecundum illud: *Aſcenſor cæli auxiliator tuus*. Ex iſto patet, quod bonum fuit Dominus regnum cælorũ, quod prædicauerunt Apoſtoli, quia non niſi de credo vtitur. *Qui crediderit*, inquit. Si tabernarius aliquis ſic faceret de vino ſuo, omnes currerent ad tabernam eius. Secundo, dedit eis poteſtatem faciendi miracula. *Signa autem* (inquit) *eos qui crediderint*, &c. *In nomine meo dæmonia eijcient*, &c. Vbi nota, quod nomen Dei dæmones magnos eijcit, ſed paruos non, illos videlicet, qui diſcurrunt per villam & villagia, qui habitant in curijs regum, nec poſſunt expelli niſi forte vnus alium pellat. Aliquando enim maior inter eos pellit minores, ita quod quaſi in Beelzebub principe dæmoniorũ eijciuntur dæmonia. Tertio, dedit eis alias poteſtates & dona, quæ neceſſaria erant ad directionem Eccleſiæ, & decorem eius: *Nam quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò doctores*. Et ibidem: *Vnicuique datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem, alij per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſermo ſcientiæ ſecundùm eundem Spiritum, alij fides in eodem Spiritu, alij gratia ſanitatum, alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum*, &c. Hæc enim omnia dedit Deus fidelibus ſuis, quando aſcendit, & non ſic ante, ſecundum illud: *Nondum erat Spiritus datus, quia nõdum erat Ieſus glorificatus*. Cum enim glorificatus eſt Dominus, & voluit ſibi ſponſam aſſumere illam Heſter ſupernam, ſcilicet triumphantem Eccleſiam, tunc ipſe beatiſſimus Aſſuerus pro coniunctione & nuptijs Heſter dona Spi-

H Verbi diuini gladius eſt terribilior gladio materiali.

Act. 1. I Prædicatores non præſumãt niſi in ſcientia perfecti. Eccl. 2.

Eccl. 12

K Scala aſcenſus in cælũ eſt fides. Pſal. 67

Deut. 33

Mar. 16

1. Cor. 12

Ibidem

Ioan. 7

na Spiritus ſancti largitus eſt iuxta magnificentiam regalem, ac pacem mundanis prouincijs reliquit, dicens: *Pacem meã do vobis, pacem relinquo vobis.* Tertio, voluit eos deſcẽdere de monte poteſtatis & honoris, cum repreſsit appetitum, quem habere videbãtur de poteſtate & honore cum eo conſequẽdis in regno temporali, cum interrogabant: *Domine ſi in tẽpore hoc*, &c. ita quod noluit eis reſpondere, niſi illud: *Non eſt veſtrum noſſe*, &c. innuens, paruifacienda eſſe mundana faſtigia, & mundanos honores cõtemnendos, ſed de ſpiritualibus maxime curandum. Inde ſubiunxit: *Sed accipietis virtutem ſuperueniẽtis Spiritus ſancti.* Et interim, vt fierẽt capaces illius abundãtiæ ſpiritus, & vt magis fructificarent in bonis operibus, dedit eis benedictionem ſuam. Hinc Lucas ait: *Elevatis manibus benedixit eis*; ſed benedictionem dextræ, quæ facit eos diuites in ſpiritualibus. Abundantia enim temporalium eſt benedictio ſiniſtræ. Inde videmus quod magni reputati in mundo habent benedictionẽ ſiniſtræ, minores vero benedictionem dextræ, ſecundum quod figuratum eſt Gen. 48. in filijs Ioſeph, vbi dicitur, quod Ioſeph poſuit Manaſſem à dextris, & Effraim à ſiniſtris; ſed Iacob cancellatis manibus poſuit dextrã ſuper caput minoris, & ſiniſtram ſuper caput maioris. Manaſſes enim interpretatur obliuio, per quem ſignãtur mundani, qui obliuiſcuntur Deum: Effraim autem interpretatur frugifer, per quem intelligimus hominem abundantem bonis operibus.

Gen. 14. *Act. 1.* *Ibidem.* *Ibidem.* *Luc. vl.*

L *Benedictio duplex, dextra & ſiniſtra.*

M *Aſcẽſus Chriſti multiplex.*

In ſecunda parte videndum eſt primo de multiplici aſcenſu Chriſti. Secundo, de differentia aſcenſionis eius, & malorũ. Quo ad primum punctum, dicitur, quod quadrupliciter aſcendit Chriſtus. Primo, ſuper humanã naturam in incarnatione, vt ſicut propheta nos inſtrueret. Eſaias: *Aſcendet Dominus ſuper nubem leuem*, id eſt ſuper carnem ab omni peccati pondere immunem, *& ingredietur Ægyptum*, id eſt mundum. Docuit enim nos vt propheta, quia quamdiu fuit in carne, non ceſſauit euangelizare. Hoc intellexit Samaritana dicens: *Video* (inquit) *quia propheta es tu.* Secundo, aſcẽdit ſuper crucem in paſsione, vt ſicut pontifex pro nobis hoſtiã offerret, ſecundum quod dicit: *Aſcendã in palmam, & apprehendam fructus.* Quod autem ſit pontifex, teſtatur Apoſtolus: *Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorũ bonorum.* Pontificatus enim ſuus non fuit de hoc mundo, ſed de cælo, ita quod ipſe eſt dator præbendarũ cæleſtium. Tertio, aſcendit ſuper mortẽ in reſurrectione, vt ſicut pugil de hoſte triumpharet, ſecundum illud Pſal. *Qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen illi*, ſuper occaſum, id eſt ſuper mortẽ. Inde dicit per Oſeam: *Ero mors tua, ô mors.* Quarto, aſcendit ſuper cælos in aſcenſione, vt ſicut rex in æternum regnaret. De quo Lucas: *Quidam homo nobilis*, ſcilicet Chriſtus, qui fuit nobilis ſecundum diuinitatem, & ſecundum humanitatem ſimiliter, quia fuit de genere Dauid, *abiit in regionem longinquam accipere ſibi regnum*, cælorum, quod fuit hodie impletum, *& reuerti*, ſcilicet ad iudicandum, quando ponet rationem cum ſeruis ſuis. Hinc dicit Daniel: *Ecce in nubibus cæli filius hominis veniebat*, ſcilicet hodierna die, quando nubes clara ſuſcepit eum ab oculis eorum, *& vſque ad antiquũ dierum*, id eſt Deum Patrem, ad cuius dexteram ſedet, *peruenit*. Et ſequitur ibidẽ: *Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnũ.* Secundũ quod Dominus ait: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra.* Circa hæc quæritur primo: Vtrum conueniẽs fuit Chriſtum aſcendere in cælum? Reſpõdetur ſecundum Durand. 3. diſt. 22. q. 3. arti. 1. quod ſic. Primo, ex parte Chriſti, propter duo. Primo, quia locus debet eſſe proportionatus locato. Chriſtus autẽ per reſurrectionem inchoauit vitam immortalem & incorruptibilem; igitur conueniens fuit quod tranſferretur ad locum incorruptionis, ſcilicet cælum, & non remaneret in terra, quæ eſt locus generationis & corruptionis. Secũdo, Chriſto debebatur omne illud, quod ad gloriã ſuam

Ioan. 4. *Cant. 7* *Hebr 9.* *Pſal. 67* *Oſee 13* *Luc. 19.* *Dan. 7.*

N *Aſcẽdit Chriſtus in cælũ propter ſe & propter nos*

pertinet, cælum autem pertinet ad gloriam tamquam locus cõgruentię,& quasi quoddam præmium accidentale,igitur conueniẽs fuit Christũ ascendere in cælum empyreum. Sed ex parte nostra fuit conueniens propter multa. Primo,vt nos induceret in possessionem corporalẽ cęli, quod nobis pretio sanguinis sui acquisierat. Licet enim per passionem Christi amota fuerũt impedimẽta nostræ salutis, & omnia bona nobis acquisita quo ad meritum, oportuit tamen vt per effectũ induceremur in possessionẽ corporalem eorum. Bona autem gloriæ in tribus cõsistunt,scilicet in visione diuinæ essentiæ, & in possessionem huius deducti sumus per descensionẽ Christi ad inferos. Secũdo,in gloria corporis, & hãc Christus inchoauit in sua resurrectione. Tertio, in loco congruo, & in huius possessionem hodie inducti sumus per Christum. Secũdo,fuit conueniens ad spei nostræ subleuationem. Per hoc enim quod Christus humanam naturã collocauit in cęlo,dedit nobis spẽ illuc perueniendi. Inde dicitur: Ioan. 14 *Si abiero & præparauero vobis locũ, iterũ veniã,& accipiã vos ad meipsum.* Hinc Leo Papa dicit,quod dum humanã conditionem sideribus importauit,cælum posse patere credentibus mõstrauit. Cõueniens enim erat,vt qui nobis ostenderat viam salutis, ostenderet & terminum. Tertio, ad erigendum sensualitatis affectum ad cælestia,vt dum ipsum Christum non secundum carnem cognoscimus,sibi magis spiritualiter cõiungamur, ac per hoc efficiamur magis id onei ad recipiẽda dona Spiritus sancti, dicente Domino discipulis: Ioan. 16 *Expedit vobis,vt ego vadam. Si enim non abiero,paraclitus non veniet.* Secundo quæritur: *O* Quare non tertia die ascendit post resur- *Christus* rectionem, sicut tertia die resurrexit post *non fuit* passionem, cũ per tres dies probari pos- *tertia die* set veritas resurrectionis, sicut passionis? *sicut re-* Respõdetur primo, quia resurrectio fuit *surrexit* difficilior ad probandum, quãm passio, quia à tertia die vsque ad tertiam poterat vere probari mora, non autem illud tam insolitum, scilicet resurrectio. Secunda ratio, quia Dominus dixerat in sermone in cœna: *Multa habeo vobis dicere, sed non po-* Ioan. 16 *testis portare modo.* Ideo, sicut dicit Lucas, *Dominus per quadraginta dies apparuit eis, in* Act. 1. *multis argumentis loquens de regno Dei.* Vnde Leo in Serm. de Ascen. Quadragenarius expletus est numerus sacro ordine dispositus, vt dum à Domino hoc spatio mora corporalis extenditur, fides resurrectionis documentis necessarijs monstraretur. Tetia ratio, quia cõsolationes diuinæ superabundant tribulationibus. Tẽpus autem ante resurrectionẽ fuit tempus tribulationis Apostolorũ,& tẽpus inter Resurrectionẽ & Ascensionẽ fuit tempus cõsolationis eorum, & quia fuit quadraginta horis mortuus, & dies consolationis diuinæ cõparatur ad horã tribulationis, sicut annus ad diem, secundũ illud Esaiæ: *Ad annunciandum mansuetis misit me, vt prę-* Esai. 61. *dicarem annum placabilẽ Domino & diem vltionis Deo nostro.* Vnde pro die reddit annũ, & diem pro hora, ideo propter hoc fuit dilata ascensio. Tertio quæritur, vtrum ? Christo, secundum quod homo est, con- *Christus* ueniat sedere ad dexteram Patris. Dicitur *quomodo* primo,quod si sedere ad dexteram Patris *sedet ad* tantum valeat,sicut esse in potioribus bo- *dexteram* nis Patris, & sic cõpetit Christo, non ta- *Patris* men alijs sanctis, quia sedere importat vnionem,vel ęqualitatem,vel quamdam communionem beatitudinis cum Patre, quod nulli alteri cõuenit. Sed bene conuenit alijs esse ad dexteram Patris, id est, in æterna beatitudine. Quod autem non conueniat alijs sedere ad dexterã Patris, patet per illud: *Cui aliquando Angelorũ dixit,* Hebr. 1 *Sede à dextris meis?* quasi dicat, Nulli. Vnde consessus in potioribus bonis potest intelligi vel ratione ęqualitatis, vel ratione vnionis ad illum qui est æqualis Patri. Si primum, tunc Christo non cõuenit secundũ humanã naturã. Si secundũ, bene conuenit Christo, quia cõuenit humanitati Christi vniri in vna persona Filij Dei, qui est æqualis Patri. Hæc Alex. Dicitur secundo, quod si secundũ dicat conditionem

nem ſubiecti, ſic aſcendere non potuit Chriſtus ſecundū diuinam naturam, ſed ſolum ſecundū humanā, quia ſecundum diuinam fuit vbique, ſed ſecundū humanam continebatur certo loco, & motui ſubijci poterat, non ſic ſecundū diuinam, ſecundum quā vbique eſt immutabilis. Sed ſi dicat conditionem principij actiui, ſic ſolum ſecundum diuinā aſcendit: *Nemo aſcendit in cælū, niſi Filius hominis qui eſt in cælo.* Dicitur tertio, quod potuit aſcendere ſuper conuexū cæli empyrei, quia Deus potuit ſeparare omne quod non eſt de ratione corporis, quia ſola ſeparatio taliū non includit contradictionem. Sed de ratione corporis non eſt eſſe in loco, cū vltima ſphæra non ſit in loco, ergo potuit facere quod eſſet ſupra cælum empyreū. Secundo, Deus poteſt facere locum ſine corpore, faciendo vacuū infra orbem lunæ, igitur etiam & corpus ſine loco, quia vnū eſt ita facile ſicut aliud, & per conſequens potuit corpus Chriſti poni ſupra cælū. Dicitur quarto, quod fuit congruū Chriſtum aſcendere vſque ad ſupremam partem conuexi vltimi cæli: Patet, quia nihil pertinens ad beatitudinē animæ vel corporis Chriſti eſt abſcōditum Chriſto. Sed ſi Chriſtus eſſet ſupra conuexū cæli, non poſſet ſe videre nec alia à ſe, in quo multum derogaretur ſuæ beatitudini, cū inter omnes ſenſus magis diligamus viſum, 1. Metaphyſic. igitur inconueniens eſſet illic Chriſtum collocare. Minor patet, quia omne quod videtur corporaliter, videtur mediante diaphano illuminato, ſed inter oculum Chriſti, & quodcumque aliud viſibile nullum eſſet medium illuminatum: igitur nihil poſſet videre, quod eſt incōueniens. Hæc Duran. Pro ſecundo punctō dicitur, quod multiplex eſt differentia inter aſcenſum malorum ſuperborum & indignorū, & Aſcenſionē Domini. Prima differentia, quia Dominus aſcendit ſuper omnes cælos, & in meliori loco, & ad potiora bona. Pſal. *Aſcendit ſuper cælū cæli ad Orientē.* Ita quod ibi eſt æqualis Deo Patri ſuo: *Aſcendo ad Patrem meum*, ad æqualitatem Patris mei. Pſ. *Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, & ſuper cælos gloria eius*, ſcilicet in cælo Trinitatis, vt ſic omnis lingua tam Angelica quā humana confiteri valeat, quod ipſe eſt in gloria, id eſt in æqualitate Dei Patris, ſecundū diuinitatē, & ſecundū humanitatē ſuper omnes alias creaturas. Vnde quādo puer nobilis eſt armiger, ſe habet ſicut armigeri, & ſedet in terra. Sed quādo efficitur miles ſeu eques auratus, dimittit priorē ſtatū, & ſedet ad menſam Patris, & magnorū. Sic Filius Dei fuit in mūdo iſto quaſi vnus pauper homo, & ſedit in puluere corruptionis cū alijs, ſed fuit miles, & pugnauit in reſurrectione, modo ſedet ad altā menſam, vt eiuere dicatur: *Tu ſolus altiſſimus in omni terra.* Sed mali non ita aſcendunt, ſed tantū ad modicum bonum, nec tamen adhuc ibi poſſunt permanere. Iob: *Elenati ſunt ad modicū, & non ſubſiſtent.* Iterum: *Si aſcenderit vſque in cælum ſuperbia eius, quaſi ſterquilinii in fine perdetur.* Et ratio quare cito cadit, eſt, quia non habet bonū fundamentum. Res alta nō bene fundata cito cadit, & ita eſt de ſuperbo, quia ſuper res mutabiles, ſcilicet dona naturalia vel bona temporalia fundatur. Vnde Boēt. 2. de conſo. In ſe magna ruūt, ſummiſq; negatum eſt ſtare diu. Tolluntur in altū, vt lapſu grauiore ruāt. Secundo, quia nō habent bonum fulcimentū, quia aut principibus aut ſuo proprio cōſilio fulciuntur. Ideo Moyſes illos reprehendit, qui cōtra Moabitas nō vſi cōſilio ſuo, ſed proprio, aſcenderunt, & victi ſunt, dicens eis: *Tumentes ſuperbia aſcēdiſtis.* Credūt autē ſemper in ſua poteſtate permanere, ſicut ille qui dicebat: *Aſcendā ſuper altitudinem nubiū*, &c. de quo tamē ſequitur, *Verumtamen in infernū detraheris.* Dæmones enim faciunt eis ſicut lictores latronibus, quia ituant eos ad aſcendendū, ſed cū ſunt ſuperius, ligāt cathenis peccatorum, & ipſis ligatis ſubito vertunt ſcalā, id eſt, ſtatū quo ſuſtinebātur in mundo, & ſic manēt ſuſpēſi in inferno. Secūda differētia eſt, quia Dominus ibi aſcendit ad vtilitatē populi ſui.

Ioan. 3.

Pſal. 56

Iob 24.

Iob 20. 5

Pſal. 67

Ioan. 20

Q. *Aſcēdit Chriſtus vſque ad conuexum vltimi cæli.*

Superbi aſcendentes quare cito cadūt.

R. *Aſcenſionis Chriſti & malorum differentia multiplex.*

Deut. 1.

Eſai. 14.

Primo, vt captiuum duceret populum in libertatem, secundum illud Psal. *Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem.* Et inde dicitur in Psal. *Synagoga populorum circundabit te*, scilicet in passione, *& propter hanc in altũ regredere*, scilicet propter hãc multitudinem saluandam. Quod promittebat se facturũ, dicens: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum.* Trahit quidem omnes trahendos ad modum solis, qui de mari aquã dulcẽ & purã in altum trahit, salsam & ponderosam & terrestrẽ derelinquẽs. Hinc & Psal. *Exaltabit te vt hæreditate capias terrã*, scilicet viuentiũ. Ad hoc enim posita est hodie natura humana in saisinã & possessionẽ cælorũ. Secũdo, ascẽdit, vt ibidẽ pararet nobis locũ, in quo notatur magna Christi humilitas vltra omnes dominos terrenos, quibus ministri præparãt locũ, hic ecõuerso nõ venit ministrari sed ministrare. Sed mali ascendunt in detrimentũ populi, secundũ illud: *Ascenderunt populi*, id est homines sicut populus ignorãtes, *& irati sunt, & dolores obtinuerũt habitatores Philistiim*, id est mũdi. Vnde & dicit Ioãnes: *Vidi de mari bestiã ascendentẽ cornibus munitã, & diadematibus insignitã, & bellũ cõtra sanctos facientẽ*, quia bestię hodie gradũ dignitatis ascendũt cornuti & mitrati vel potẽtes ad hortandũ, diademata honorũ gerunt, id est plures commendas, vel officia, vel pensiones; & sanctos, id est bonos subditos tribulant. Sed promotio talium bestiarũ prohibetur in Ecclesia. Esaias: *Non erit ibi leo, & mala bestia non ascẽdet super eã.* Sed de bene ascendẽtibus dicitur: *Vidi alterũ Angelũ ascendentẽ ab ortu solis*, id est à Deo & Dei inspiratione. Tertia exinde sequitur differentia, quod Dominus ascendit cum gaudio & lætitia omnium discipulorũ & Angelorũ, iuxta illud Ps. *Ascẽdit Deus in iubilo*, scilicet Angelorũ, *& Dominus in voce tubæ*, scilicet Apostolorũ. Hinc dicitur de Apostolis, quod reuersi sunt in Hierusalẽ cum gaudio magno. *Cũ conuerterit Dñs captiuitatẽ plebis suæ, exultabit Iacob*, id est Iudæi supplãtatores vitiorũ, *& lætabitur Israel*, populus beatorum. Et quod cũ gaudio, patet, quia princeps vẽturus quãdo accipit tributa à subditis, tũc nõ suscipitur cũ multo gaudio, sed cũ ipse liberaliter dat dona, tunc diligitur, & cũ gaudio suscipitur. Sic Dominus dedit dona hominibus. Sed superborum ascensus est cũ odio & aliorũ irritatione, secundũ illud Ps. *Irritauerũt ascendẽtes in mare, mare rubrũ.* Vidẽt enim alij malos ascendere contra æquitatẽ & iustitiã, & bonos descendere, ideo irritãtur. Nam (iuxta Ps.) *ascendunt montes*, id est superbi fisteriles, *& descendunt cãpi*, id est boni vberes & fertiles, *in locũ quem fundasti eis.* Paleæ enim & plumæ, quę nihil valent, faciliter sursum ascendunt, non aurũ vel argentũ. Et non solum in odium hominũ, sed etiã Dei. Psal. *Ascendit fumus in ira eius*, quia ibi quodãmodo ad corrigendũ bonos & ad cadendum altius, vt verificetur illud Ps. *Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos: anima eorũ in malis tabescebat.* Et illud: *Deiecisti eos dũ allenarentur.* Et iterum: *Eleuans allisisti me.* Sed vsque ad cælos eleuantur, non intra cælos, ideo cælũ super eos portatur. Et rursus Ps. *Vidi impiũ superexaltatum & eleuatũ sicut cedros Libani.* Sed sequitur: *& transiui & ecce nõ erat*, & alibi: Ps. *Exaltatus sum & humiliatus.* Quarta differentia est, quia Dominus ascẽdit propria virtute, non aliena. Inde Ps. *Exaltare Domine in virtute tua.* Et Esaiæ 33. dixerũt Angeli de Christo ascendente: *Quis est iste qui venit de Edom*, &c. Sequitur: *gradiens in multitudine virtutis suæ.* Et si obijciatur, quod de Christo dicitur quod ferebatur in cælũ: videtur ergo quod virtute alterius. Respondet Alexand. in 3. sent. quod ferri dicitur aliquid dupliciter. Vno modo necessitate sustentationis, scilicet cum virtus corporis non est sufficiens ad sustinendum motũ. Secundo modo aliquid dicitur ferri obsequiõ venerationis: sicut rex fertur à suis militibus, & Papa à suis Episcopis. Si igitur Christus dicitur latus fuisse ab Angelis in sua ascẽsione, hoc solum fuit obsequio venerationis & nõ necessitate sustentationis. Et hoc est quod

dicit

dicit Leo Papa: Cum audis eleuatum, audis militiæ cæleſtis obſequiũ. Et ſimiliter
Pſal. 90 Gloſa in Pſ. *In manibus portabunt te*, dicit: Manibus Angelorũ ſublatus eſt Chriſtus in cælũ, quia obſequebantur regi ad demonſtrationẽ honoris regalis, & ſic intel-
Pſal. 67 ligitur illud Pſal. *Currus Dei decem millibus multiplex*. Vnde Chriſtus ſolus propria virtute aſcendit, cuius virtute aſcendent alij, & cuius virtute & magnificentia diſcurrerunt Apoſtoli per orbem dãtes plu-
Deu. 33 uiam ſalutaris doctrinæ. Hinc dicitur: *Aſcenſor cæli auxiliator tuus, magnificẽtia eius diſcurrunt nubes, habitaculũ eius ſurſum*. Inde di-
Cant. 8 citur de Eccleſia: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit deſerto*, id eſt preſenti ſęculo, *deliciis affluẽs, innixa ſuper dilectum ſuum*, id eſt Chriſtum, cuius ſola virtute poteſt aſcendere. Sed mali non aſcendunt propria virtute, ſed aſcendere nituntur ſuper alios vel virtute bonorum tẽporalium: ſicut gigantes, qui (vt fabuloſe dicitur) cumulauerunt montem ſuper montem, vt expugnarent Iouem, ſed Iupiter fulminauit eos. Sic multi vt aſcendãt ſuper cæteros, & quaſi vſque ad Deum cum Lucifero, poſſeſsiones ſuper poſſeſsiones cumulant, quibus credunt alijs ſuperiores videri, ita quod etiam non timent Deum vſuris & rapinis in membris impugnare. De quibus
Iona 1. conqueritur per illud Ionæ: *Aſcendit malitia eius coram me*. Sed Deus in fine percutiet eos illo gladio: Ite maledicti. Alij virtute ſanguinis aut carnis, ſicut multi qui aſcendunt ad dignitates in Eccleſia. Qui tamen tales ſic eleuant, maledicuntur in
Abac. 2 ſcriptura, dicente Propheta: *Væ qui ædificatis Sion in ſanguinibus*. Et in Pſ. *Omnes principes eorum, qui dixerunt: Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei*. Sequitur: *Deus meus pone illos vt rotam*, &c. Alij aſcendũt virtute hypocriſis. Et hoc ad modũ milui, qui aſcẽdendo clamat voce gracili & ſpirituali valde, dicendo, *Fy, fy, fy*, ac ſi nihil curaret de toto mundo, & ac ſi eſſet his quæ Dei ſunt ita intentus, vt de tẽporalibus non curaret. Sed viſo cadauere cito ſuper illud deſcendit: imo ad hoc in altũ aſcendunt famelici, vt ad diſtantiam maiorem facilius prędam videant, & citius rapiãt. Alij aſcendere volunt mediante ſcala accidiæ: Sicut teſtudo, de qua fertur quod in dimidio anno arborem quãdam aſcẽderat, & in fine ad paruũ flatũ venti cecidit. Sic eſt de multis, qui expectant aſcendere ad Deum per pœnitentiam vſque ad finem Quadrageſimæ vel vitæ, qui ad modicũ ventum tentationis vel tædij cadũt. Alij virtute & miniſterio dæmonum cum Simone Mago aſcendunt ad dignitates, vel virtute fauoris humani, & non virtute propria, quia nullam virtutem habent. Sed videant omnes iſti, ne ſicut hedera pariete ſubtracto, & palea vento ceſſante cito cadunt, ſic & illi vita ſubtracta cito ruant in infernum. Quinta differẽtia eſt, quod poſtquã Dominus aſcendit, ſtatim quieuit in pace cũ Patre in gloria, ſicut quieſcent boni, qui cũ Domino aſcendẽt. Sicut enim auis, quãdo in ſupremis partibus aẽris aſcendit, videtur eſſe in tuto; quia ab inferioribus periculis exempta, ſic anima ex quo ad illũ locum altiſsimũ aſcenderit, à periculis omnibus tuta erit. Sicut enim ad interſtitium ſupremũ aẽris non aſcendunt vapores, ideo (ſecundum Philoſophos) nullæ ſunt ibi impreſsiones, nec ibi generantur pluuia, nec tonitruum, nec grãdo, ſic ad iſtud interſtitiũ paradiſi nõ aſcendũt tẽtationes diabolicæ, nec vapores, id eſt peccatores: & ideo ibi nullę ſunt tribulationes. Ibi nõ eſt vẽtus elationis, non tonitruũ cõminationis, nõ fulgur & grãdo rapinæ & exactionis. Sicut videmus quod fructus, qui ſurſum ſunt in ſummitate arborum, ſunt magis in tuto quã illi qui ſunt inferius. Sed mali cũ aſcenderint ad honores mũdanos, nõ quieſcunt, nec ſunt in pace, quia *corumpij* Eſai. 57
quaſi mare feruẽs, quod quieſcere non poteſt. Et: *Semper præſumut ſæua perturbata cõſciẽtia*; nec Sap. 17.
ſunt etiã in ſecuritate; quia ſicut animalia innocẽtia in nemoribus ſẽper ſunt in periculo, ne ab animalibus rapacibus & crudelibus deuorẽtur, ſic & multo fortius nocẽtes & mali ſunt in periculo in hoc mũ-

V Aſcendere nituntur mali virtute alterius multiplicata

do,ne deuorẽtur à crudelioribus tyrãnis, ſcilicet à dæmonibus. Sexta differentia, quod Dñs eleuatus ſupra ſe nihil reſpicit, quia eleuatus eſt ſuper omnes creaturas, ſed bene ſub ſe reſpicit oculo miſericordiæ quos creauit. Sed malus quantũcumque aſcẽdat, habet ſemper Dominum ſupra ſe, ſcilicet Deũ, licet ad ipſum nõ reſpiciat, nec ad eos qui ſunt ſub ſe. Vnde nubes impediebat oculos Apoſtolorũ ne viderẽt Chriſtum, ipſe autẽ bene videbat eos, ſed econuerſo nubes honoris impedit ſuperbum, ne videat ſubditos, ipſi autẽ bene vident eum. Sed quæritur: Quomodo dicitur, quod Chriſtus nihil habet ſupra ſe ſecũdum humanitatẽ, cũ dicatur in Pſal. ſolũ aſcẽdiſſe ſuper Cherubim? Cherubim autẽ non eſt ſupremus ordo. Dicitur primo, quod non eſt dubitãdum, quin Chriſtus aſcenderit ſuper omnes ordines ſecũdum humanitatẽ. Quilibet autẽ Angelus poteſt dici Cherubim, ſicut de Lucifero, qui erat de ſupremo ordine, dicitur: *Tu cherub extentus*. Cherub enim interpretatur plenus ſcientia: omnes autẽ Angeli pleni ſunt ſcientia. Dicitur tamẽ ſecundo, quod ſpecialiter dicitur aſcendiſſe ſuper Cherubim propter duo. Primo, quia Cherubim interpretatur plenitudo ſcientiæ. Modo, ſicut dicit Greg. lib. 18. Moralium, maieſtatis eius celſitudinẽ ſcientia nulla comprehẽdit. Et Chryſo. ſer. de Aſcẽſione: Quemadmodũ loquar; ignoro, quo ſermone vtar, quo verbo dicã, reperire non poſſum. Natura fragilis, natura contẽpta, & omnibus mõſtrata inferior, omnia vicit, omnibus meruit excelſior reperiri. Secunda ratio, quia ſicut dicitur: *Collocauit Deus ante paradiſum Cherubim ad cuſtodiendã viã ligni vitæ*. Chriſtus autem quaſi deludẽs ſolicitudinẽ cuſtodiæ Angelicæ, ſeipſum, & genus humanum, cui prohibitus erat acceſſus ad lignũ vitæ, non ſolũ potenter, ſed etiã ſapienter traduxit vſq; ad participationem ligni vitæ, per murum Angelicæ cuſtodiæ non ſolum irrũpens, ſed etiã tranſcendens, vt dicat confidẽter iuſtus: *In Deo meo tranſgrediar murum*.

X *Aſcendiſſe dicitur Chriſtus ſpecialiter ſuper Cherubim.*

Exec 28

Gen. 3.

Pſal. 17

SERMO QVARTVS DE EODEM feſto Aſcenſionis, & in ordine XCVI. Per Thema præcedens.

DIcunt Genitalici, & Mathematici, qui & dicũtur Aſtrologi, quod qui vult ſcire res occultas ſiue theſauros occultos de fine infirmi, ſi habebit ſanitatẽ vel ne, ſi rẽ perditã recuperare poſſit, ſi vincet in litigio & triũphabit, ſi gloriã & honorẽ habebit, ſi lucrum, oportet reſpicere ad aſcendentẽ vel dominum aſcendentis. Et quia Dominus Ieſus hodie aſcendẽs eſt, ideo derelinquẽdo fatuitates Mathematicorũ, adiſtũ ſolũ aſcendentem reſpiciamus, & ad Dominũ aſcendentis, id eſt ad Patrẽ. Quadrupliciter enim aſcendẽs eſt Chriſtus. Primo, aſcendit ſuper humanam naturã. Eſaias: *Aſcendit Dñs ſuper nubẽ leuẽ*. Ideo ſi vis theſauros occultos nõ fortunæ, ſed paradiſi, ibi inuenies; hos quærebat inuenire Moyſes, qui dicebat: *Domine aperi theſaurũ tuũ fontẽ aquæ viuæ*. Sicut dicit Apoſtolus: *Ibi omnes theſauri ſapiẽtiæ, & ſcientiæ Dei abſcõditi*. Secundo, aſcẽdit in cruce in paſsione. *Aſcẽdit pãdens iter ante eos*. Ideo ſi te peccato infirmũ ſentias, vide aſcendentẽ Chriſtũ in cruce, vide ſerpentẽ in palo, & ſtatim ſanaberis. Tertio, aſcendit ſuper mortẽ in reſurrectione. Pſ. *Qui aſcẽdit ſuper occaſum, Dñs nomẽ illi*: ſuper occaſum, id eſt ſuper mortem. Et ideo ſi vis ad gloriã & honorẽ peruenire, vide aſcẽdentẽ quoniã per mortẽ; ſi lucrũ, vide quoniã per laborẽ; ſi triũphare vis, vide quia per bellũ. Quarto, aſcẽdit hodie in aſcenſione, vbi naturã quondã perditã obtulit Deo Patri recuperatã. Ideo ſi vis rẽ perditã, ſcilicet gratiam recuperare, ad aſcendentẽ reſpice, quia *omne datũ optimum & domũ perfectũ deſurſum eſt*. In primo aſcẽſu Saturnus planeta obſcurus erat aſcendẽs, quia tunc quodãmodo obſcurata eſt natura diuina, vt non videretur in humana. In ſecundo dominabatur Iupiter, quia ex maximo amoris indicio mortẽ pro nobis ſũbijt. In tertio Mars, quando de poteſtatibus triumphãs, & portas confrin-

A *Aſcenſus Chriſti multiplex.*

Eſai. 19

Matth. 2

Iac. 1.

gens

gens auerni, tulit inde prædam. Hodie sol est ascendens super hemisphærium nostrum, quando (secundum Abacuch) *astēdit sol*, Christus, *& luna stetit in ordine suo*, id est Maria humilis & in descendente suo. Vnde & hodie inter mulieres vltima cōputatur. Stabat enim Maria aspiciens ad ascendentem, nunc gaudens pro tanta filij exaltatione, nunc lugens præ desiderio sequendi, & dilatatione cordis ad rē amatam adipiscendam. Ideo & nos gaudere oportet cum gaudentibus sanctis in cęlo, lugere cum lugentibus vinctis in mūdo, quibus mors est in desiderio, vita in patientia. Vt igitur rem perditam, gratiam scilicet inueniamus, per astrolabiū ad ascendentem respiciamus. Astrolabiū Maria est, &c.

Habac. 3.

B Christi festa magna quæ sint.

Quatuor sunt magna festa Christi plena gaudio & iubilatione. Primum est Natiuitatis magnum quidem festū, de quo: *Euangelizo vobis gaudium magnum.* Hoc festū spiritualiter repræsentat qui spiritualiter nascitur in Christo filius Dei factus, sicut in festo isto Filius Dei homo factus est. Hoc festum tātum est, quod Angeli gaudent & solemnizant, vt dicitur: *Mane est gaudium super vno peccatore pœnitentiam agente*, &c. Secundum festum est Passionis. Primum autem festum pertinet ad contritionem cordis & confessionem oris, quia per contritionē nascitur homo quasi in vtero, per confessionem quasi ex vtero, & sic prodit in lucem. Secundum festū pertinet ad opera satisfactionis. Quod recte dicitur festum, quia non est pœnitentia, nisi in hilaritate agatur. Et ideo iubet Dominus: *Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Et Iacobus: *Omne gaudium existimate, fratres, cùm in varias tentationes incideritis.* Tertium festū est Resurrectionis. Hoc festū est in nobis status iustitię, quod celebrat qui in iustitia perseuerat, quasi de mortali factus immortalis, sicut de Christo loquitur Apostolus: *Christus resurgens à mortuis iam non moritur.* Alioquin si iterum peccat, nō est resurrectio Christi, sed Lazari, qui iterum incineratus est.

Luc. 2.

Luc. 15.

Mat. 6.

Iac. 1.

Et contra huiusmodi est illud Sapientis: *Qui transgreditur de iustitia ad peccatum, Deus paratat illum ad romphæam.* Quartum festū est Ascensionis. Hoc celebrat qui semper de virtute in virtutem, de bono in melius studet proficere, sicut ille qui dicebat: *Quæ retro sunt obliuiscens, ad anteriora me extendens:* qui (secundum Psal.) *ascensiones in corde suo disposuit*, vt tandem cum illo ascēdat, de quo Thema: *Ascendit Deus in*, &c.

Eccli. 26

Phil. 3.

Psal. 83.

In Ascensione Domini triplex fuit iubilatio, & à tribus, scilicet Apostolis, Angelis, & Patriarchis seu sanctis, qui erant cum Christo. Primo enim ascendit Deus in iubilatione Apostolorum, qui propter quinque iubilauerunt hodie. Primo propter familiaritatem Domini Iesu, qui hodie conuersabatur cum eis dulciter, & familiariter alloquebatur. Si rexvnius pauperis mulieris domum ingressus se familiarem illi præberet, quale putas gaudiū ei esset? Vnde & recumbentibus illis apparuit. O quàm familiaris erat eis, quàm amator eorum, qui sic super prandiū ingressus est. Sed nonne assurrexerunt ei? Dico quod sic, & corpore & mente, corpore honorando, licet non curaret illum honorem, sed magis mente humiliando se, & se arctando, vt ibi maiorem haberet locum. Inde & exprobranti sibi vt vere humiles nihil responderunt. Sed dices: Apportauitne suum præsens vel munus? Respondeo quod sic, scilicet pacem, licet non habeatur in Euangelio. Nō enim verisimile est, quod ille, qui præceperat Apostolis, dicens: *In quamcunque domum intraueritis, primùm dicite, Pax huic domui:* prætermiserit illud dicere in ingressu suo, & pacem afferre. Hic quæritur: Cur Dominus recumbentibus & prandentibus apparuit? Nonne ioculatores & histriones solēt ita facere? Item quomodo ausus est tunc sic eos dure redarguere? Dicitur primo, quod histriones nihil habent in prādio quod inuadunt, hic autem omnia habebat, qui omnia dederat. Ideo in omni prandio debet Deus habere locum cū discipulis suis, quia omnia bona sunt eius, & do-

Luc. 10

C Ascensus Dominus cur apparuit discipulis recumbentibus

Digitized by Google

& debet facere benedictionem & dare. Inde cũ dicitur, Benedicite: reſpõdetur, Dominus. Dicitur ſecũdo, quod ideo Dominus apparuit, vt in omni prãdio Prælatorum & Religioſorum ſermo fiat de his quæ ſpectant ad Chriſtum. Inde legitur ſcriptura ſacra, quæ eſt ſignum repræſentans Chriſtum & eius geſta, & vt ſæculares colloquantur etiam de Ieſu, vt ſimul habeatur refectio ſpiritus & animæ. Secundo, ad oſtendẽdum quod non ſolum laborantibus, vt illis quando piſcabãtur, apparet, nec ſolum de ipſo loquentibus, vt peregrinis in Emaus, ſed etiam manducantibus & bibentibus, eo quod tunc occurrit etiã materia virtutis, & his, qui ſe in virtute exercent, apparet, non autẽ ſe exercentibus tunc in ludis taxillorum & alearum. Dicitur tertio, quod propterea eos dure redarguit, vt oſtenderet eos eſſe filios regni. Dicit enim: *Ego quos amo, arguo & caſtigo.* Licet autem Dominus ſuos hic caſtigando pungat, vngit tamen etiã: quia ipſe eſt Samaritanus ille, qui cũ vino mordicatiuo tribulationis, infudit ſimul oleum conſolationis vulnerato, & ad modum canis domeſtici, qui lingendo vulnera, quadam mordicatione ſuæ linguæ tædium affert, ſed conſolatio ſequitur ex ſanitate ſeu purgatione. Secundo, iubilauerunt Apoſtoli pro auctoritate eis ampliata. Prius enim erãt Apoſtoli vnius prouinciæ tantum, quando miſit eos Dominus prædicare populo Iſrael, & dictũ eſt eis: In viam gentium ne abieritis: nũc autem ampliando eam, dictũ eſt eis: *Euntes in mundum vniuerſum*, &c. Ite cõtra pigros ſemper diſcentes, & numquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. Caueãt tales, ne dicatur eis ſicut ſeruo nequam: *Sciebas quòd ego homo auſterus ſum, quare ergo non dediſti pecuniam meam ad menſam?* Sed dicere poterant: Nonne bona eſt ciuitas Hieruſalem, ibi inuenitur quæcumq; ſocietas, ibi inueniuntur omnia bona, medici contra morbos & chirurgi, & huiuſmodi ſicut Pariſius. Nonne melius eſſet ibi morari? Non, ſed ite in vniuerſum mundum. Sorex nolebat exire de lardo, quia ibi inuenerat bonum nidum, ſed nihilominus catus ibi inuenit eum, & cõedit. Sic diabolus tales decipit & occidit per varia peccata. Sed dicere adhuc poterant: Quid faciemus extra? *Prædicate Euãgelium omni creaturæ*, non dogmata Philoſophorum niſi mutuando, ſicut vaſa Ægyptiorũ mutuata ſunt. Et quid, & quomodo prædicabimus? *Qui crediderit*, &c. *qui verò non crediderit*, &c. duas vias ſcilicet ſalutis & perditionis, quia mundus iſte biuium eſt. Tertio, iubilauerunt in communicatione virtutis miracula faciendi, quæ non ſolum eis dabatur, ſed etiam futuris credentibus erat communicanda. *Signa enim eos qui crediderint*, &c. Non mirum ſi miſit eos ad prædicandũ ſine pera & baculo, ſine pecunia & ſacculo, quando non ſolum infirmitates, ſed etiam dæmones eis obediebant ſolo verbo. Audacter poterant inermes exire ad prælium, quorum verbo cedebant acies non ſolũ hominum, ſed dæmonum. Vere vox Domini in virtute & in magnificentia, quam ſic ſubſequuntur mirabilia. *Illi enim profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante*, &c. Sed quare communicauit eis? Quia erant homines valoris. Non enim debent aſcendere garſiones & nullius numeri homines ad dignitates, in quibus decet opera excellentia exerceri. Quarto, iubilauerunt in promiſsione irrefragabili, quam audierant per os ſuum, ſcilicet de Spiritu ſancto accipiendo. Si enim nõ aſcendiſſet, Spiritum ſanctum non miſiſſet, ſicut ipſe dicebat diſcipulis: *Si enim nõ abiero, paraclitus non veniet ad vos*: & hoc propter nimium amorem carnalem, quẽ habebant ad humanitatẽ Chriſti, qui impediebat eleuationem mentium ad ſpiritualia. Sic mittuntur pueri extra domõs parentum, vt ſint capaciores ad hauriẽdam & ſuſcipiendã ſapientiam. Sic & aui prædaci aufertur cibus, vt diſcat volare ad prædam. Ita enim diſcipulis ablata eſt Chriſti præſentia, vt capaciores eſſent ſpiritualium munerum, & ad ea concupiſcenda

A ac. 3.

D *Aſcenſum Dominus cur dure redarguit diſcipulos*

E *Prælati & doctores pigri culpãtur*

F *Amor Chriſti carnalis Spiritus ſancti miſsionẽ impediebat in diſcipulis.*

scenda amplius inardescerent. Similiter etiam accidit, quod merces vnius terrę ad aliã deferuntur & econtra, & sunt cariores vbi desunt. Propterea Christus merces nostræ humilitatis voluit portare superius, vt merces, quę erãt superius, inferius mitterẽtur, scilicet Spiritus sanctus.

Act. 1. Vnde promisit eis, dicẽs: *Accipietis virtutẽ superuenientis Spiritus.* Et Sequitur: *& eritis mihi testes.* Tales decuit esse testes Christi, vt merito eis etiam solo verbo crederetur, cuiusmodi fuerunt Apostoli. Primo, quia non solum de auditu, sed & de visu testabantur. Inde Petrus: *Non possumus quæ audiuimus & vidimus, non loqui.* Secundo, testes examinantur. Sic examinauit eos Sap. 3. Christus. *Tamquam aurum in fornace probauit illos.* Et Apost. *Hi omnes testimonio fidei* Hebr. 11 *probati inuenti sunt.* Tertio, mulieres non de facili assumuntur in testimoniũ, quia propter fragilitatem corrũpi possunt. Sed isti testes cũ cõfracti sunt per mortẽ, corrũpi nõ potuerunt, & istã firmitatem habuerunt à superueniẽte Spiritu. Sed falsi testes perhibent testimonium de eo quod nesciũt, vt hypocritæ, qui prædicãt & nõ Phil. 2. faciunt, contra quos Apostolus: *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu,* quasi diceret: Si vultis testimoniũ perhibere, testemini de hoc, quod sentitis in vobis. Secũdo, falsus testis est, qui nec iuratus nec rogatus fert testimoniũ, vt detractor. Tertio, qui infamis est, vt luxuriosus, vel qui surdus est, vt inobediens. Quinto, inbilanerunt cũ viderunt Dominũ ascendentẽ; tum propter naturæ suæ exaltationẽ. Dixerat enim eis Dominus: *Si diligeretis me,* Ioan. 14 *gauderetis vtique, quia vado ad Patrem.* Tum ex desiderio ascẽdendi post eum. Inde ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, & vt fierent idonei ad ascendendum cum eo, vt dicit Lucas, erant semper in templo laudãtes Deũ, & benedicentes populum. In quibus verbis determinat Euãgelista differentiã noui & veteris sacrificij. Nam vetus in victimarũ immolatione, nouũ in diuina laude consistit, sicut innuit Dominus in Psal. *Num-* Psal. 50

quid manducabo carnes taurorũ? Sequitur: *Immola Deo sacrificiũ laudis.* In principio enim Euãgelij sui posuit sacrificium Zacharię, quod erat in tauris & hircis, hic in fine sacrificiũ Apostolorum. Sed pauci sunt sicut Apostoli, qui sint in ista materia astrologi, qui respiciant ad istũ ascendentẽ, sed bene ad ascendentẽ in palatio. In palatia enim astrologisant, vt ascendãt ad dignitates, contra Apostolũ, qui dicebat: *Non sic* Rom. 8. *pugno, quasi aerẽ verberãs.* Si ergo nõ vis perdere laborem tuũ, sed inuenire Dominũ, astrologisa in cælo, & ibi eũ quære, quia illic ipsum inuenies, & non in terra. *Quid* Luc. vl. *enim quæris viuentẽ cũ mortuis? Surrexit, non est hic.* Sed dices: Volare possum in cælũ. Verũ est quod duo sunt in nobis communiter amores, quasi duo pondera, quæ aggrauant animã nostrã, quasi duę cathenę, quibus ligabatur Petrus in carcere, & sic nos in hoc mũdo deprimimur, ne volare possimus cum auibus, sed oportet deorsum cum gressibilibus ambulare, & isti sunt amor carnalis & amor mundi. Aues enim habentes magnũ corpus, vt struthio, volare non possunt. Sic nec amor carnis. Habẽtes etiã alas bonas, & pedes debiles, vt hirundines, bene volant. Sic habentes affectionẽ volãdi in cælum oportet quod pedes, id est affectiones circa terrã debiles habeant, ita quod sine pedibus naturę, secundũ quod natura exigit, possint esse, quia melius est tibi claudũ vel debilẽ intrare in in rẽgnũ cęlorũ, quã duos pedes habẽtẽ mitti in ignẽ æternũ. Vel si pedibus omnino carere nõ possumus, saltẽ more auiũ tantũ duos habeamus, secundum illud: *Habẽtes alimẽta, & quibus tegamur, hiis* 1. Tim. 6 *contẽti simus.* Sic enim nõ impedietur bonitas alarũ in nobis, sed dicetur cũ admiratione: *Qui sunt isti, qui vt nubes volãt, & quasi* Esai. 60 *colũbæ ad fenestras suas?* Secũdo, jubilant Angeli. Primo, de hominis Christi visione, & primo propter vestimẽti eius nobilitatẽ, cui nũquã simile apparuit in cęlo. Fuit enim caro eius sãgui ne proprio tincta, cuius gutta pretiosior fuit toto mũdo quia per carnẽ eius simpliciter nõn sumus redẽpti,

sed

All. 1. G Apostoli erant conuenientes testes Christi.

Amor carnalis & amor mundi impediunt volatum in cælũ.

H Sacrificiũ vetus nihil ma, nouũ laus Dei.

ſed per carnem eius proprio ſanguine rubricatã. De tali veſtimẽto mirabatur Angeli, dicẽtes: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom*, &c. & propter eius formoſitatẽ. Inde ſubditur: *Iſte formoſus in ſtola ſua*. Secundo, de vnione hypoſtatica, quã videbant, qua tã ſubtiliter vnita eſt diuinitas humanitati, vt nemo illud intelligere potuerit. Inde & Ioannes Baptiſta magnus Domini ſecretarius dixit, quod non erat dignus ſoluere corrigiam calceamentorũ eius, id eſt myſterium incarnationis, in qua facta eſt talis vnio, explicare, per quã homo diceretur Deus. Merito itaque mirabãtur Angeli, quomodo homo, cui interdictus erat aditus paradiſi, quia voluit Deo eſſe ſimilis, in tantã gratiã receptus eſt, vt in cælũ aſcẽderet Deo per omnia æqualis. Sed nõ erat mirãdum ſi ſummã gloriã acquiſiuit, qui ſumme gloriã deſpexit & fugit. Gloria enim nõ aquiritur inſequẽdo, ſed fugiendo. Hinc (vt ait Saluſtius in Catilinario) Cato ex quo minus petebat gloriã, eo magis illũ ſequebatur. Et Titus Liuius primo volumine, libro ſecundo de Fabio dicit, quod propter mirã victoriã, quã fecerat, gloriam triumphalẽ more aliorũ Conſulum nõ petijt, ſed recuſauit. Inde dicit ibidẽ, quod ſpreta gloria, gloria cumulatior redijt. Sed numquã aliquis magis ſpreuit gloriã quã Dei Filius, qui de gloria Patris ad tantã ignominiã venit, vt diceret: *Ego ſum vermis & non homo*; qui licet mirabilia creaturæ impoſsibilia faceret, non inde quærebat gloriam. Ait enim: Ego gloriam meã nõ quęro, igitur ipſe ſingulariter gloriã acquiſiuit, vt dicatur merito: *Tua eſt Domine magnificẽtia, tua eſt gloria*. Tertio, iubilabant pro ordinis eorum reparatione. Vnde ſicut ſolent maiores, cum Eccleſiæ nouæ fundamẽta iaciuntur, propria manu primum lapidem ponere; ſic Chriſtus ſummus ſacerdos in ædificando templũ cæleſte ſeipſum primarium lapidem collocauit, cum ruinas Angelorum reſtaurãs, primus in carne noſtra cælum aſcendit. Lapides enim alios per Apoſtolos ſuos & alios ſuos artifices poſiturus, in hac die aſcenſionis primũ lapidem poſuit, & operarios conſtituit ſuos Apoſtolos. Sed non habebant inſtrumenta, quibus operarentur, & dedit eis in die Pentecoſtes ſcutũ & malleũ, ſcilicet linguas igneas, & verba flãmãtia, de quibus Hieremias: *Nõne verba mea quaſi ignis exæſtuans, & quaſi malleus cõterens petras?* Adiecit enim dare cementum, ſcilicet Spiritũ ſanctum, in quo conſiſtit vnitas charitatis. Primus lapis totũ ædificiũ portat. Sic Chriſtus omnes. Medij vero portãt, & portãtur, ſecundũ quod innuit Apoſtolus, dicens: *Alter alterius onera portate*. Quarto, iubilabant de ipſorum & hominũ cõiunctione, propter quã & homines allocuti ſunt dicentes: *Viri Galilæi*, &c. Viri autẽ Galilæi ſunt iuſti aſpicientes in cælũ, & trãſmigrantes à carne ad ſpiritum, à ſæculo in cælũ, in quod aſpiciunt & iugiter cõuerſantur. Sic de Iuda Machabæo dicitur: Iuſte ſeruando præcepta, & religioſe ſeruando concilia de reſurrectione cogitans, ſcilicet de finali, quando Deo in corpore & anima ex toto coniungetur homo. Vnde aſcendens Chriſtus de Angelis & hominibus fecit vnum ouile. Tunc enim congregabantur filij Iſrael & filij Iuda pariter ponentes ſibi vnum caput, & tunc habuerunt concordiam. *Ipſe enim Dominus fecit in ſublimibus concordiam.*

Tertio, iubilauerunt ſancti patres de tribus. Primo, de eorum liberatione, ſecũdum quod longe ante promiſerat Dominus per Eſaiam: *Ambulabũt qui liberati fuerunt de Iſrael & redempti à Domino, & venient in Sion cum laude, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum*. Et Baruch: *Adducet Deus Iſrael cum iucunditate in lumine maieſtatis ſuæ cum miſericordia & iuſtitia, quæ eſt ex Chriſto*. Secundo, de eorum exaltatione, vſque hodie enim muſitauerant ad portam paradiſi; quia donec ſponſus venerit, non aperitur ianua. Sed hodie *aſcendens Chriſtus ut altum captiuam*, &c. Quod fuit ſignum perfectæ victoriæ in Chriſto. Erat enim Romanorum conſuetudo, vt victores hoſtium ad Vrbem reuertentes, ſi erat

Eſai. 60

K. Gloria contemptui gloriam promeretur

Pſal. 16

2. Paralip. 29.

Ga. 6

Act. 2.

Ioh 11.

Eſai. 50

Baruc. 5

si erat multum excellens victoria, in curru veherentur, & eorum currum sequebatur magna multitudo captiuorum, & talis honor vocabatur triumphus. Vnde

1. *Triumphus propter quingẽta hostium millia cæsa cõcedebatur.*

Valerius libro secundo: Lege Romę sancitum est, ne cui honor ille concederetur, nisi quinque millia hostium vna acie cęcidisset. Sic quasi post perfectam victoriã, de qua Psalmista: *Cadent à latere tuo mille*, &c. reuersus est in cælum in curru humanitatis suæ glorificatæ, designatus per Ioseph; de quo Genes. 46. *Iunctis Ioseph curru ascendit obuiam patri*. Hunc autem currum multi sequębantur captiui, quos ipse bellando ceperat, scilicet sancti patres, qui erant sui, & non alij captiui in inferno. In cuius figura Genesis 17. Abraham descendit de Ægypto cum vxore & omnibus quę habebat. Sic Christus cum natura humana, quam sibi desponsauerat, & omnibus sanctis Patriarchis, quos habebat tamquam suos, non autem cum damnatis, quia non erant sui. Sicut enim in quinta Feria, quando facta fuit creatio auium & piscium, pisces in aquis remanserunt, & aues sursum volauerũt, sic in quinta Feria, quando Dominus ascendit, diuisio hominum facta est. Ex tũc enim mali remanserunt in aquis tribulationis inferni, & boni superna petierũt. Sic ergo cum Christo in ascensione fuit honorabilis societas, secundum quod præfiguratum erat in Iacob, qui ait Genesis 32. *In baculo meo transiui Iordanem istũ, & nunc cum duabus turmis regredior*. Baculus enim est crux, & duę turmę sunt societas hominum & Angelorum. Tertio, de visione sanctorum noui Testamenti, & illius, quem prædixerant prophetijs, factis & ænigmatibus, quem tantopere desiderauerant, per quem omne bonum & omne gaudium adipiscebãtur, quia Christus factus est eis omnia in omnibus, per quę maxime exaltabatur genus humanum. Propter quã exaltationem dicebat quidã Eremita se nolle esse Angelum, eo quod Angelus non esset frater Christi.

Gen. 46

Gen. 32.

SERMO V. DE EODEM FESTO, & in ordine XCVII. Per Thema.

Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum. Psal. 83

Quæritur: Cum festũ illud solemnissimum videatur, & multa beneficia contulerit Dominus in hac die, sicut in alijs solemnitatibus, quare non dicitur annuale, sicut Pascha & Pentecostes? Non enim præiudicat, quod propinquæ sint solemnitates, cum etiam Pascha & Pentecostes proximæ sint. Respondetur per propositiones. Prima est: Annuale festũ ab anno dicitur. Annus autẽ Gallico sermone breui verbo pronunciatur, vt puta monosyllabo, quod videtur esse, gemitus infirmorũ, quia anni nostri breues sunt & gemitus pleni. Annuale tamen festũ non dicitur ab annis afflictionis, de quibus Psal. *Annis quibus vidimus mala*: neque ab annis æternis, de quibus: *Annos æternos in mente habui*: sed ab annis benignitatis, de quibus: *Benedices coronæ agni benignitatis tuæ*. Et iterum: *Annus benignitatis meæ venit*. Secunda propositio. Licet hoc festum sit solemnissimũ, ita vt in primitiua Ecclesia sicut propter reuerentiã resurrectionis colebatur dies Dñica, ita & Feria quinta propter reuerentiã ascensionis, sed propter festorum additorum multitudinẽ hoc dimisit Ecclesia, tamen nõ dicitur annuale, quia inter beneficia amoris & benignitatis, quæ in ea cõtulit Dominus, quatuor stillas fellis immiscuit & amaritudinis. Prima fuit, exprobrando discipulis incredulitatẽ & duritiam. Secunda, imponendo eis laborem prædicationis in præcepto. Tertia, subtrahendo humanitatem suam à nobis. Tunc enim paradisus erat in terra, & sublata est hodie in cęlum. Inde dicebat Apostolis: *Sed quia hæc locutus sum vobis*, scilicet de ascensione mea, *tristitia implebit cor vestrũ*. Quarta, inducendo memoriam diei iudicij, quæ est dies magna & amara valde. Tertia propositio. Nihilominus hoc festũ solemnissimum est propter multa. Primo solet fieri magnum festum, cum filius

A Festum vnde dicitur annuale.

Psal. 89

Psal. 76

Psal. 84

Esai. 63

Ioan. 16

regis

C *Ascensionis festū quare est solemnissimum.*

regis coronatur, & in regno patris collocatur. Nūc autem hodie collocatur in regem, & iuxta patrem collocatur filius summi regis: quare merito fit hodie festū solemne tamquam de coronatione Domini. Secunda ratio, quia si fit magna solemnitas, & cum magno gaudio in Pascha & alijs similibus, multo amplius hodie. Nam beneficium hodiernum est complementum omnium gaudiorum, quod patet. Si enim aliquis esset in carcere, & audiret quod pro sua liberatione procuraretur, multum gauderet: sed si pretiū solueretur, adhuc magis: sed si de carcere educeretur, adhuc amplius: sed maxime, si ad hæreditatem suā restitueretur. Tūc enim esset gaudium magnum & plenum. Solutum fuit pretium in passione. Propter quod inuitat nos Esaias ad gaudiū, dicens: *Gaude & lætare simul deserta Hierusalem, quia consolatus est Dominus populum suū, redemit Hierusalem.* Eductus fuit de carcere in resurrectione. Propter quod dicit Abacuch: *Ego autem in Domino gaudebo.* Et subdit causam: *Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi cervorum,* expiando scilicet à laqueis, quibus erant in carcere compediti. Sed in hæreditatem fuit restitutus ascensione, quādo scilicet humana natura fuit super omnem creaturam exaltata, quæ scilicet in virginis Mariæ vtero susceptа fuerat, ad quam, &c.

Esai. 52

Abac. 3

Quæritur: Quæ res dicitur vallis lachrymarū, an infernus, vbi est continuus fletus & stridor dentium, an iste mūdus inferior miserijs plenus? Respondetur, quod hæc vallis dicitur mundus, nō infernus, quia infernus est mare lachrymarum aut puteus, non vallis. Est enim spatiosa vallis, in qua modicum quid deficcatur, in inferno autē vbique luctus est. Exodi 15. *Operuit eos mare.* Secundo dicitur, quod hic mūdus quadruplici de causa dicitur vallis lachrymarū. Primo, propter causam efficientem. Est enim (inquit Porphyrius) locus generationis principium. Vbi autē puer in vtero matris arctatur, non flet: vbi vero exit & venit in mundum, prima nota, quam cānit, est fletus, & incipit lachrymari vbi magis dilatatur, & hoc videtur natura loci magis exprimere. Plus enim videbatur habere materiam luctus in angustijs vteri. Secūda causa est materialis, quia in mūdo vbique est materia luctus. Primo, quia inquit Sapiens: *Vidi cuncta quæ sub sole geruntur, & ecce afflictio spiritus.* Et iterum: *Vidi lachrymas innocentium, & neminem cōsolatorem.* Similiter peccata nostra, quia vbique peccamus, est materia luctus. Peccata etiam proximorum miseriæ huius sæculi. Item tentationes assiduæ, & occurrētia inimicorum bella. Imo si sit aliqua delectatio, extrema gaudij luctus occupat. Similis enim est mundus iste terræ, quæ adiacet finibus & terris duorum dominorum sibi aduersantium. Iacet enim hæc vallis inter infernum & paradisum. In confinibus autem est cōtinuus inimicorum discursus, & quotidie occidunt & cadunt ex vtraque parte. Sic currunt diaboli, & eorum, qui sunt Dei, multos occidunt, & econtra Deus de eorum parte multos accipit. Quia vero longe est infernus, nullos ibi accipit. Similiter quia distat paradisus, etiam diabolus ibi nullum capere potest. Ideo Psalmista orabat: *Exaltare Domine in finibus inimicorum tuorū,* vt multos accipias. Propter ergo periculosum congressum semper est materia luctus. Tertia causa est finalis, quia omnia, quæ sunt in mundo, tendunt in luctum & ad interitum, propter quod finis est lamentatio. Omnia enim flumina tendunt ad mare. Quarta ratio est à causa formali. Si enim sit aliqua speciositas, & formositas mētis, & aliqua dulcedo, illa est lachrymis respersa. Vnde Augustinus: Flebam, & mihi bene erat cū lachrymis. Psal. *Fuerunt mihi lachryme meæ panes,* scilicet deuotionis. Merito igitur mundus iste dicitur vallis lachrymarum, & ideo qui in eo ascendere cupit ad Deū, recte de eo dicit Psal. *Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum.*

Exo. 15.

D *Mūdus propter quatuor dicitur vallis lachrymarum.*

Eccle. 1

Psalm. 9

Psal. 41

Psal. 83

Iuxta Thema & Euangelium dicemus quomodo mystice docuit nos Christus ascen-

Digitized by Google

ascendere in cælum, vt sicut per sex gradus ad thronũ Salomonis ascendebatur, & per sex dies laboris ad diẽ requiei peruenitur, ita per sex gradus ad requiẽ paradisi perueniatur. Primum gradum cõstituit humilitas, quæ vere facit hominẽ ascendere in cælum. Est enim sicut bonũ fundamentũ, quod facit ædificia consurgere in altum. Et ideo dicit Sapiens: *Humilem spiritu suscipiet gloria.* Ps. *Excelsus Dominus, & humilia respicit*, &c. Super quo Augustꝰ. Excelsus Dominus humilia respicit, vt attollat; & alta à longe cognoscit, vt deijciat. Vnde quia superbia principaliter consistit in duobus. In opinione sui, quando homo arrogans non vult nisi sibi credere, & hæc superbia ex intellectu arrogantis procedit. Secundo, in duritia voluntatis, qua quis nullo modo vult alteri cedere aut obedire: ideo Dominus vt vtramque tolleret, & gradus humilitatis ordinaret, exprobrauit primo incredulitatem discipulorum, & secũdo duritiam cordis. Habet autẽ humilitas multos gradus, de quibus sunt tres sequentes. Primus est, quando humilis cõtemnit gloriã mundi, & si aliqualiter sibi offeratur, non inde lætatur, sed magis contristatur. Secundo, quando neminem contemnit, sed si quem forte contemnendũ videat, eum excusat. Tertio, quando seipsum vilificat, considerans quicquid habet, vnde superbire posset, à Deo non ex se habere. Secundum gradum constituit munditia & puritas cordis. Inde dicitur, quod baptizatus Dominus confestim ascendit. Sed dices: Posset ne quis scire se dignũ esse vt in cælum ascendat? Quod non videtur ex hoc, quod nullus potest scire se habere cor mundum. *Quis enim gloriabitur se mundũ habere cor?* Respondetur primo, quod qui se diceret habere mundum cor, fatuus videretur, cum dicat Apost. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.* Et: *Beatus homo qui semper est pauidus.* Et Apost. *Qui stat, videat ne cadat.* Dicitur secundo, quod sentire potest homo cordis sui mũditiam, ita quod de ea habebit probabilitatem moralem tripliciter. Primo, per Spiritum sanctũ. Apost. *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod filij Dei sumus.* Sentit enim homo quinque intra se post confessionem aut peccatorũ purgationem quamdã conscientiæ securitatem intraneã, & nescit vnde hoc veniat, *quia spiritus vbi vult spirat, & nescis vnde veniat.* Secundo, per aquã claram, id est conscientiam clarã, & non turbatã. Sicut enim in aqua clara videt quis etiã minima, sic in bona cõscientia, quia ibi dies est, etiã quæcumque minima videt homo clare. Quãdo igitur parua peccata ibi videt, signum est munditiæ cordis. Sed aliquando diabolus turbat aquã istã, & conscientiã bonã, sed oportet huiusmodi consolationẽ habere à cõfessoribus. Tertio, per sanguinem. Nam *tres sunt qui testimonũ dãt in terra, spiritus, aqua & sanguis.* Sanguis autẽ colorat, sic bona conscientia ad extra reddit hominem pulchrũ, bene compositũ, & in facie exteriori legitur de interioribus. *Ab occursu faciei cognoscatur sensatus.* Et secundũ Arist. ea quæ sunt in voce, sunt earũ, quæ sunt in anima, passionum notæ. Similiter bona opera sunt bonus sanguis ad extra apparens, & tunc ex floribus, & botris, & fructibus cognoscitur radix esse vitalis. Hoc ostendit Dominus, quando conuescens præcepit discipulis, ne discederent ab Hierosolymis. Hierusalẽ autem interpretatur visio pacis. Sic enim religiosi & iusti non debẽt discedere à cõscientia pacifica, sed semper eã custodire in pace per munditiam. Est enim paradisus in anima pacifica. Tertium gradũ constituit misericordia. Sunt enim misericordia & pietas sicut oleum, quod enatat super omnes liquores. Iacobus: *Misericordia superexaltat iudicium.* Et sicut collocato fundamento, saxis & lapidibus impositis, ad hoc, vt ædificiũ eleuetur, addũtur lapides teneri & politi, sic ad ædificij spiritualis eleuationẽ & ascensum superponitur misericordia & eleemosyna. Propter quod eduxit Dominus discipulos foras in Bethaniã in montem Oliueti, vnde ascendit.

E *Humilitas est primus gradus ascensus in cælũ.* Pro. 29. Ps. 114.

F *Munditia cordis est gradus ascensus in cælũ.* Pro. 20. 1. Cor. 4. Pro. 28. 1 Cor. 10.

G *Munditia cordis ex tribus probabiliter perpenditur* Rom. 8. Ioan. 3. 1. Ioã. 5. Eccli. 19

H *Misericordia gradus est ascẽdendi in cælum.* Iac. 1. Psalm. 3

Digitized by Google

Propter hanc eductionem in processione qualibet anni, tamquã huius repręsentatiua, crucifixus præcedit, quia eos foras eduxit, ita omnes debet educere, & statio signat quod ascendit in cælũ, & reuersio quod reuertetur ad iudiciũ, sicut dicitur: Prou. 7. *Sacculũ pecuniæ secũ tulit, in die plenæ lunæ reuersurus*. Et inde est quod omnes fere antiphonæ, quæ in processionibus dominicis decãtantur, sunt de die ad iudiciũ. Hic gradus 14. scalas habet, septẽ scilicet opera misericordiæ corporalia, & septẽ spiritualia. Quartũ gradũ cõstituit pœnitẽtia, propter quod Dominus indidit discipulis laborem prædicationis per vniuersum mundum, cuius tres sunt scalæ, scilicet contritio, confessio, & satisfactio, de quibus Esaias: Esai. 63 *Saluauit mihi brachium meũ*, id est satisfactio, quæ per manũ fit, *& indignatio mea*, qua detestatus sum peccatũ cõterendo, & per confessionẽ euomendo, *ipsa auxiliata est mihi*. Sed religiosus superaddit tres scalas, scilicet paupertatẽ, qua sub pedibus mundũ ponit, castitatẽ, contra carnẽ; & obedientiã, cõtra inobedientem diabolũ: & sic maxime exaltatus est & eleuatus. Quintũ gradũ constituit patientia in tribulatione. Vnde Dñs cum esset in mõte Oliueti, interrogatus est, *Dñe si in tẽpore hoc restitues*, &c. quod potest intelligi de regno tẽporali vel spirituali, & vtrobiq; tribulatio, quia boni tristãtur de regno malorũ, zelando contra eos, huius gradus sunt septem scalę vel gradus partiales, secundũ quod sunt septem genera tribulationũ, iuxta illud: Iob 5. *In sex tribulationibus liberaberis, & in septima non tãget te malũ*. Duæ primæ sitis, & esuries: duæ secundæ calor, & frigus, duę tertię, infirmitas corporis, & angustia cordis, quæ ab Apostolo latius tãguntur: 2. Cor. 6 *In omnibus* (inquit) *exhibeamus nos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis*, &c. *In ieiunijs, in castitate*, &c. *per gloriã, & ignobilitatẽ, per infamiã, & bonã famã, vt seductores*, &c. Septima est mors, quę nõ tangit bonos, nec manet in eis, sed tantũmodo malos. Sic ascẽdit Dñs per tribulationes multas, vt de eo dictũ sit: *Qui ædificat ascensionẽ suã in cælũ, & fasciculũ super terrã fundauit*. Fasciculum enim fundauit Dñs, quãdo pro nobis amaritudines blasphemiarũ, sputorũ, & alapарũ, & huiusmodi, & tandẽ mortis sustinuit, & post hæc ascensionẽ suã in cælũ ædificauit. Et ideo secundũ hunc modũ oportet nos primo fasciculum myrrhæ, multas tribulationes sustinendo, fundare, vt possimus in vita beata ascensionẽ nostrã ędificare. Sextum gradũ cõstituit amor & charitas. Primo, quia charitas est velut ignis, qui in altum naturaliter ascendit, de quo ascensu: Cantic. *Ascẽsum purpureũ media charitate cõstruxit*. Secundo, quod faciat ascendere ad Deũ, patet, quia illud quod perfecte vnit Deo, facit esse vbi Deus est; charitas vnit animã Deo, & eã separat à peccato. Inde monet Apostolus: Galat. 5 *Charitatẽ habete, quod est vinculũ perfectionis*. Vnde Helias dicitur ascendisse non in quadriga, sed in curru igneo habente quatuor rotas, id est quatuor pũcta principalia charitatis. Primũ est amor Dei. Secundum amor animæ propriæ. Tertium est amor animæ proximi. Quartum est amor corporis proprij. Per hunc gradum ascendit ad Deũ miles quidã, qui obijt in loco, in quo Christus ascendit. Eo enim mortuo serui & socij eius adduxerũt medicũ, vt scirent quid ei cõtigisset. Quibus medicus: Cuius complexionis erat? Responderũt. Iucundus valde in amore Dei. Et ait medicus: Propter nimium gaudiũ scissum est cor eius, & aperto latere eius: inuenerunt cor scissum, & in eo scriptũ, Amor meus Iesus. Quia vero amor degenerat interdum si non sit spes, ideo coram eis ascendit, vt sperarent illuc ascendere, degenerat in præsumptionem, si nõ sit timor, ideo timorem incutit mittendo, qui diceret se venturum ad iudicium.

1 Pœnitẽtia gradus est ascensus in cælũ.

K Patiẽtia gradus est ascensus in cælum.

L Charitas est gradus ascensus in cælũ

M Anima iusti faciliter & citò ascendit in cælũ propter multa.

Sed quæritur: Cum sint tot gradus ad ascendendũ in cælũ, & insuper tanta distantia, vt Astrologi ponãt spatium quasi octo milliũ annorũ vsq; ad firmamentũ, quomodo anima iusti tã velociter ascẽdit in cęlũ in morte? Dicitur, quod est triplex

Digitized by Google

ratio. Prima eſt, quia in morte proprie non eſt motus, ſed eſt terminus motus, quia ſicut citatus ad veniendũ ad certum locũ certo die, qui forte locus ad centum diſtat dietas, ſi omnes faceret ante illum dié, illo die locũ illũ ſubito intrare poteſt oſtio aperto. Sic quos Deus citat, dicens: Exo. 24. *Aſcẽde ad me in montẽ*, qui nũc habent vnũ pedẽ in cælo, id eſt affectionẽ, qui per totam vitã ſuã vadunt per arctã viã munditiæ & pœnitentiæ, quę ducit ad vitã cum magno labore, & per gradus bonorũ operum aſcendunt de virtute in virtutẽ, per gradus caſtitatis ad locum munditiæ, per gradus pacis ad locũ pacis; & ita de ſimilibus aſcendentes, qui ſi quandoque per peccatũ deuient, ſtatim tamẽ redeũt per pœnitentiã, non expectãtes ſenectutẽ, ſed ſcientes, quod paruus error in principio magnus eſt in fine. Quantumcũque ergo cælũ diſtet ab eis in principio vitæ, cum omni die appropinquẽt ad illud per vnã dietam, non eſt mirabile, ſi in morte ſunt prope cælũ, & ſtatim illud intrent, quia potius eſt diſtãtia meritorũ quã locorũ. Vnde quidã ſapiens quæſitus quantũ diſtaret cælũ ab inferno, cõuenienter reſpõdit, quantũ anima boni & mali in morte, quia vna ſtatim eſt in cęlo, alia vero in inferno, quia ſicut bonus multas dietas fecit verſus cælũ, ſic malus deſcendendo in infernũ. Et ſicut boni in vna parte ſtaterę vel ſitulæ aſcendũt per gradus virtutum, ita mali in alia parte deſcendunt per gradus peccatorũ, ſicut lupus & vulpes in ſitula. Exemplum eſt in diuite & Lazaro Luc. 16. Lucæ 16. De quibus duobus Pſ. *Aſcendunt* Pſ. 106. *vſque ad cælos*, quantũ ad bonos, *& deſcendunt vſque ad abyſſos*, quantũ ad malos. Secunda cauſa tam facilis aſcenſus eſt, quia anima eſt intelligentia & lux quędam, ſicut & natura Angelica, de qua Augu. exGene. 1. ponit illud: *Et facta eſt lux*, id eſt, natura Angelica, ſed lux ſubito ab Oriente paret & tranſit in Occidentem, igitur nil mirum ſi anima. Tertia cauſa. Dicit Ariſt. quod ſi vacuum eſſet inter terrã & cælũ, ſubito quid ibi moueretur vſque ad cęlũ, ſed animæ bonorum & malorum vacuæ ſunt omnibus temporalibus, ita quod tẽporalia ſunt eis vacuum. Differenter tamen, quia bonis ſunt vacuum per intentionem, malis contra intentionẽ, ita quod velint, nolint, oportet ea dimittere, & eis euacuari, ideo nil mirũ, ſi ſubito aſcendãt boni, & mali ſubito deſcendant. Secundo quæritur: An poſsit obſtrui iter ne anima aſcendat in cælum? Reſpondetur primo, quod nullus poteſt obſtruere iter animæ iuſti ne in cælum aſcendat. Primo patet, quia Dominus aperuit viã, qui aperit, & nemo claudit, hoc enim dixit diſcipulis: *Vado parare vobis locum*, in quo oſtendit ſe idcirco feciſſe viam, vt alijs fratribus ſuis communicaretur hæreditas cæleſtis. Ante enim aduentum Domini obſtructa erat via cæli, & ianua paradiſi clauſa, ita quod nullus illuc ire poterat, & multo minus frui delicijs paradiſi, ſed comedebat Deus quaſi ianua clauſa, ſed modo facta eſt via à Chriſto, & ianua aperta: ita quod comeditur nunc in paradiſo oſtio aperto, vt omnes, qui voluerint, poſsint intrare. Secundo, hoc continue clamat locus, in quo Chriſtus aſcendit, quod ſcilicet cæleſtia ſcandere volentibus nullus iter obſtruere queat. Veſtigium namque, quod aſcendens arenæ impreſsit, adhuc locus retinet, & cum terra quotidie inde à fidelibus tollatur, veſtigium deleri non poteſt. Quin etiam cum Eccleſia ſuper eumdem locum fieret, & deſuper claudi deberet vt eſſet rotunda, ſpatium aẽris, quo ipſe aſcendit, nullo modo claudi potuit, ſed vſque hodie apertum remanſit. Dicitur ſecundo, quod ſolus homo poteſt ſibi obſtruere iter, viam præcludere, & ianuam cæli claudere per peccatum ſuum. Nam ſola peccata diuidunt nos à Deo, & faciunt magnum chaos inter peccatorem & Deum: nullus autem cogi poteſt ad peccandum, ſed quicumque peccat, libere & voluntarie peccat. Hinc ex negligentia voluntaria clauſerunt ſibi ianuam nuptiarum cæleſtium virgines fatuæ.

N *Anima iuſti non poteſt obſtrui iter cæli* Ioan. 14

SERMO VI. DE EODEM FESTO, & in ordine XCVIII. Per Thema.

Psal. 9. *QVoniam fecisti iudicium meum, & causam meam, sedes super thronos qui iudicas iustitiam*, &c. Quæri posset: Vnde valet ista consequentia? Et videtur quod non valeat. Ex hoc enim viderẽtur omnes aduocati esse sancti, & sedere à dextris Dei. Ad hoc dicitur, quod illa cõsequentia tenet tribus locis. Primo, per locum ab oppositis. Plerumq; contingit quod quis in causa, licet iusta, non potest inuenire patronum, vel propter aduersarij potentiã, vel propter eius sapientiã, & propter paupertatem suam, cui tamen propter paupertatẽ laudabilius est subuenire. Causam habebat homo cõtra diabolum, & iustã. Non erat qui pro eo staret propter aduersarij potentiam, de quo Iob: *Non est potestas super terram, quæ ei valeat comparari, & ipse est rex super omnes filios superbiæ*. Similiter propter sapientiã, quia *serpens erat callidior cunctis animantibus terræ*: sapiens scilicet subtilitate naturæ, & exercitatione. Propter paupertatem suam, quia etiam non habuit vnde posset se tegere in paradiso, postquã eum Dominus dereliquerat, propterea misertus est Dominus eius, cui proprium est misereri. Qui licet per potẽtiam potuisset eum superare, noluit tamen, sed per sapientiam & humilitatem superare voluit. Filij enim Adæ sequuntur exempla maiorũ, ideo vt humilitate, & patientia discamus vincere, illum modum voluit obseruare. Non enim voluit facere sicut principes, de quibus: *Sit fortitudo nostra lex iniustitiæ*. Inde non sine causa dixit Dominus Petro: *Mitte gladium tuum in vaginam*. Ideo nec Pater incarnatus, cui attribuitur potentia, sed Filius, cui sapientia, incarnatus est, & per patientiã & humilitatem quasi per oppositа, causa pro homine luctata, meruit exaltari ad dexteram Patris. Ideo bene dicitur: *Quoniam fecisti iudicium meũ*, id est sententiam pro me, *& causam meam*, id est processum meum cum summa humilitate, *sedes super thronos* in summa exaltatione. Secundo, valet per locum à communiter accidẽtibus. Communiter enim accidit, quod aduocatus faciens processum stet super pedes, nec sedeat. Communiter autem his, qui diuturno tempore steterunt, dicitur quod sedeant. Quia igitur Dominus diu stetit in hoc mundo. *Stabat autem Iesus, & clamabat, Si quis sitit, veniat ad me*: & nouissime stetit in cruce fatigatus multum, vbi tunc allegabat coram Patre misericordiarum querelas nostras, & propterea iustum erat, secundum ea quæ communiter accidunt, vt sederet, ideo *quoniam fecisti iudicium*, &c. Tertio, à causa ad effectum. Quoniam Domine fecisti iudicium meum, id est, sententiam & processum passionis tuæ, qui meus est, quia ad meam vtilitatem, quia causa mea erat. Non enim inueniebat Pilatus in eo causam. Communiter dicimus de aliquo homine, qui cõmodus est vtilitatibus nostris, quia noster est. Quia igitur passio Domini mei, & processus eius ad meam vtilitatem erat, & passio illa causa fuit exaltationes eius, *Igitur quoniam fecisti*, &c. & hæc est expositio Magistri. Vnde Dominus in cruce eum dixit: *Consummatũ est*, clausit saccum processus nostri, dum aperuit suum saccũ corpus suum, & deinde processum commendauit Patri pro sententia diffinitiua, dicens: *In manus tuas commendo*, &c. Quarto, valet per locum ab effectu ad causam. Quoniam fecisti iudicium meũ, id est sententiasti dimittendo aduersitates, & causam meam, propter quã misisti, cognosco ex hoc quod sedes super thronos qui iudicas iustitiã. Olim dicebas: *Ego non iudico quemquam: non venit filius iudicare sed iudicari*, nunc quia fecisti iudicium meum, & causam meam, cognosco quod sedes super thronos, quia scilicet de throno procedunt fulgura, & voces, & tonitrua. Et quia processus isti sunt periculosi, ad illã, quæ scit ire, loqui, & bene plebicitare pro nobis, recurremus, dicẽtes: Aue gratia plena, &c.

A Causa etiã iusta quãdoq; nõ inuenit patronũ propter tria quæ mystice declarãtur.

Iob 41.

Gene. 3.

B Christus non potẽtia sed sapiẽtia damonẽ vicit.

Sap. 2.

Ioan 18.

Psalm 9

Ioan. 7.

Ioan. 19

Ibidem

Ioan. 8.

Quæri-

C *Iustitia an sit iudicãda*

Quæri posset: Quare dicit, Qui iudicas iustitiam, cum tamen iustitia non sit iudicanda, sed magis iudicans? Respondetur primo, quod non solũ iudex iustus respicit partẽ iniustam, sed etiam iustam. Vtramque enim respicit, scilicet iniustã vt puniat, & iustã vt præmiet, & sic vtrãque iudicat, & iustitiam, & iniustitiã. Sed quia pronior est ad iustitiam iudicandam ad præmium, quã iniustitiã ad puniendũ.

Esai. 41 Esaias: Qui *continuit pugillo aquas, & cælos* *Esai.* 61 *palmo ponderauit.* Et iterum: *Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro*: igitur dicit, *Qui iudicas iustitiam.* Secundo, quia multæ sunt iustitiæ reputatę in mundo, quæ sunt iniustitiæ, vt in causis martyrum, vbi tyranni arbitrabantur se obsequium præstare Deo, sed reputabuntur iniustitiæ, & dicetur bene appellatum, & male iudicatũ, & in multis curijs de die in diem fit iniustitia, videant iudices super se thronum. Vocantur iustitiæ supremæ, sed sciant gentes, quoniam homines sunt, quia est iustitia adhuc superior. Credunt quod non sit ab eis appellatio, sed audiãt: Quoniam tu iudex inique, dicet innocens, fecisti iudiciũ meũ, & causam meã, sedet super thronos, qui iudicat iustitiã. Tertio, est iudicium

Psal. 42 discretionis, de quo Psal. *Iudica me Deus, & discerne causam meam de gẽte non sancta:* & in isto iudicio iudicatur iustitia & iniustitia, discernendo iniustitiã à iustitia, & hoc modo Deus vtrumque iudicat, & etiam quilibet iudex. Aliud est iudicium approbationis, & sic sola iustitia iudicatur, quia illa sola approbatur. Et quia in iudicio Dei nihil iniquum erit approbãtum, ideo solum in themate dicitur iudicare iustitiam, cum dicitur, Quoniam fecisti, &c.

D *Sedes triplex Christo conueniens & ante mortem & in ascensione*

Pro diuisione sermonis habenda notandũ, quod triplex est sedes, vna magistri, quæ dicitur cathedra; alia regis, quæ dicitur thronus; tertia iudicis, quæ dicitur tribunal. Dominus autem olim ascendit cathedram magistralem, cum docebat populum, cum legebat in Nazareth, nouissime cum ascendit in cruce, de qua doctrinã eructabat. In cruce etiã vt rex stabat, quando latro cognouit eum regem, & petijt regnũ. In cruce etiã stetit vt iudex, quando iudicauit hostẽ antiquum, & consummauit sententiã contra eum, de quo dixerat: *Princeps mundi huius* *Ioan.* 16 *iam iudicatus est.* Hodie vero triplicem illam sedem manifestius accepit. Nam hodie in cathedra magistrali sedit, cum reprehenderet suos discipulos, & de resurrectionis mysterio erudiret, faciens demonstrationes ad sensum, postea in sede regali mittẽs suos capitaneos per vniuersum mundũ, dicẽs: *Euntes prædicate.* Inde sedet à dextris *Mar.* vl. Dei. Tertio, in cathedra iudicij, in qua sedebit in die iudicij, scilicet in nube. Vnde & dictũ est: *Sic veniet quemadmodũ,* *Act.* 1. &c. Primo igitur sedet in cathedra magistrali, dum redarguit suos discipulos, contra regentes qui non audent discipulos suos redarguere & corrigere, ne perdant lucrum, & ne exeant. cum tamẽ Dominus recedens ab eis increpauit eos. Si vis vt habeant cor molle, percute super ferream duritiam cordis. Noli parcere, alioquin senties eos habere cor durum.

E *Cordis duritia quare magis increpatur quã ores vel opera.*

Sed quæritur: Quare plus duritiẽ cordis increpauit quã loquelã, & opera mala? Respondetur primo, quãdo custodia, & periculũ magnę terrę depẽdet ex vnico passu, per quem solũ est ingressus, quo ab hostibus occupato terra capitur, & destruitur, ecõtra passu illo custodito omnia sunt in pace & securitate. Ideo volentes præcauere illi periculo, maxime custodiunt passum illum. Inde ne Bethulia caperetur, filij Israel ordinauerunt, vt custodia esset vbi angustum iter esse poterat. Terræ hominis tota custodia dependet ex vno passu, quem cito intrat diabolus per cõsensum, & tunc facit illum passum ex lateribus, (sic enim ædificabat Pharao) & duris; vt machinis, diuinis scilicet terroribus non possit emolliri. Propterea Dominus, ne talem resistentiã, & tale cor habeant, per quod non possit ad eos intrare, exprobrauit illam duritiam cor-

Iudith 4

dis,& quia ingressus est per fidem, ideo exprobrauit incredulitatem eorum. Secundo, quia Dominus est delicatus, nec in cubili duro cubare potest, sicut rusticus diabolus,qui dure cubat, propterea
Ezec. 36. dixit filijs Israel: *Auferam à vobis cor lapideum,& dabo vobis cor carneum.* Cor vero est
Cant. 3. cubile Dei. *Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiũt*,scilicet custodia multiplex corporalis Doctorum,Prælatorum,Angelorum. Ideo vult habere cor molle. Nil ergo mirum,si volens habitare in discipulis,quæritillum lectum mollificari. Quære igitur tu fili, vt Dominus mollificet cor tuum,in eo enimvult quiescere. Ideo
Pro. 23. Sapiens: *Præbe mihi fili cor tuum.* Vnde Leuit. 3. præcepit quod adeps sibi sacrificaretur, & inde ignis nutriretur in altari,& renes, & intestina, & alia, & sanguinem sibi retinuit,& ea sibi seruari mãdauit,& omnia alijs dereliquit, & sic patet, quod Deus eligebat hostiarũ interiora, & alijs dimittebat exteriora. Sic Dominus interiora vult,sed exteriora(si sibi tribuamus interiora) facile concedit, nec curat si exterius aliquam consolationem recipiamus,dummodo ad eum totam interiorẽ affectionem ordinemus. Contra eos qui Deum labijs honorant,& exteriora in festis parant, tãquam Dei sit solus exterior apparatus,non attendentes Psal. dicentẽ:
Psal 56. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo,& psallam in gloria mea.* Tertio,quia Dominus voluit ostendere qui sunt qui ascensuri sunt secum in cælum, illi scilicet qui habent cor molle. Si enim cor durum male habebit in nouissimo, sequitur quod cor molle bene habebit. Vnde cor illud sicut lapis petet infimum
Exo. 15. locum. *Descenderunt in profundum quasi lapis.*
Psal. 94 Ideo dicebat Psalm. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra*: ne forte dicatis: Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam, iudicando duritiam meam, nunc cognosco, quod prius non cognoscebam, sed tarde valde, quod tu sedes super thronos,&c. Secundo, Dominus sedit vt rex in throno, dicens: *Euntes in mundum*,&c. quasi diceret: Ite sicut ego iui, vt sedeatis sicut nunc sedeo. *Mat. vlt.*
Dicit enim: *Qui vicerit, faciam eum sedere in throno Patris mei, sicut & ego vici, & sedeo cum Patre meo.* Vel sic: Ad me spectat mũdus. Omnia enim mihi tradita sunt à Patre meo, sed diabolus vi & violentia detinet. Euntes in mundum vniuersum, meum duplici iure, scilicet iure naturæ, & iure belli. Quid faciemus? Percutite. Gladius est verbum Dei penetrabilius omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad interiora animæ,& illo gladio sæpe feriuntur mille, imo & decem millia, vbi alius gladius non nisi vnum percutit,nec animam tangit. Sed quid prædicabimus? *Euangelium*, quod dicitur stando. Primo, quia in eo promittuntur æterna, ad quæ debemus suspirare, vt dicit Cantor. Secundo,vt parati simus pugnare vsque ad mortem pro illa doctrina sustinenda. Et tertio ad reuerentiam doctrinæ Christi, quia tanto doctrina efficacior & nobilior,quanto ex nobiliore processit. Vnde mittit diaconum sacerdos benedictione accepta visibiliter, quia visibiliter misit Apostolos prædicare Euangelium; subdiaconum inuisibiliter, ad denotandum quod Prophetæ pro veteri testaméto inuisibiliter tantum missi sunt à Deo. Sed alte prædicat Euangeliũ in alto, vt compleatur illud: *Ascende super montẽ excelsum tu qui euangelizas Sion*. Debet enim esse in monte virtutum qui prædicat. Quarto, quia cum legitur Euangeliũ, legitur misericordia & copiosa redemptio,quã fecit Dominus populo suo: ideo volentes occurrere, sibi surgamus, expectãtes & audientes libẽter misericordiam illam. Vnde in veteri Testamento loquebatur Deus vt Dominus,nunc autẽ vt dilectus. Ideo sæpe dicebat in antiqua lege: *Ego Dominus*. Et de vtroque istorum modorum dicit Psal. *Semel locutus est Deus*, propter idẽtitatem doctrinę & veritatis,quã prętendunt duo testamenta, quia potestas Dei est in veteri testamento ostensa, & misericordia in nouo. Sed cui prædicabimus?

F. Euangelũ quare dicitur stãdo.

G. Ascendit cũ Christo quisque habitu. *Esa. 40.*

Psal. 61.

Omni

Omni creaturæ, rationali ſcilicet. Sed quid faciemus cũ veniemus ad capiendas gentes? Reſpondet: Componite cum eis promittendo æterna, *quia qui crediderit & baptizatus*, &c. vbi bene præmittitur: Qui crediderit, quia quod eſt anima corpori, hoc eſt baptiſmati fides. Hinc eſt quod qui generatur ex fonte, ex fide viuit. *Iuſtus* (inquit Propheta) *ex fide viuit*. Moritur ergo quicumq; ſine fide fuerit. Recte ergo dixit primo, *Qui crediderit*, & deinde, *qui baptizatus fuerit, ſaluus erit* per adeptionẽ bonorum æternorũ. Et ſi noluerint cõponere, proijcite machinas: *Qui vero nõ crediderit, condẽnabitur*. Et ſi noluerint pro æternis, date eis téporalia dona vel promittite: *Quia ſigna eos qui crediderint hæc ſequentur. In nomine meo*, &c. Vbi quinque breuiter notari poſſunt, per quę ſpiritualiter componitur cũ Deo, & cũ eo aſcẽditur: *In nomine meo dæmonia ejicient* per timorem, qui cauſatur voce prædicationis. Sicut enim aucupes ad vocẽ & pulſationẽ tympani faciunt aſcendere mallardos & ardeas de aquis in aẽre, ſic Dñs & prædicatores ad vocem prædicationis, *linguis loquẽtur nouis* per confeſsionẽ, *ſerpentes tollent* per carnis mortificationẽ, *& ſi mortiferũ quid biberint, non eis nocebit* per voluntarię ſatisfactionis obedientiã. Nã qui facit pœnitentiã licet grauiſsimã volũtarie, nihil ei nocet. *Super ægros manus imponẽt, & bene habebũt* per mutationẽ ſui exẽpli in melius, vt qui malo ſuo exemplo proximos peccare fecerũt, illos nunc per bonum exemplũ ad bene agendũ inuitent. Et vt poſsitis reſiſtere ſi forte iniecerint manus in vos, *ſedete in ciuitate quoadusque*, &c. *Ego mittã promiſſum Patris in vos*, &c. *Igitur qm cõuenerant, interrogabant eũ*, &c. Ergo rex erat, ſimiliter Dñs ſine addito. Inde dicit Marcus: *Et Dominus quidẽ Ieſus*, &c. In monaſterijs & quibuſdã Eccleſijs dicitur: Iube dõne, & nõ Dñe, & in fine lectionũ: Tu autẽ Dñe, quia ille, à quo quæritur benedictio, nõ eſt Dñs niſi truncate, ideo trũcate dicitur dõnus, ſed quia in fine ad illũ, qui eſt vere Dñs, ſermo dirigitur, quærẽdo eius miſericordiam, ideo dicitur Dñs ad longũ. Et quod ſit vere rex & Dñs patet primo, quia vbique regnũ ſuũ extẽditur, & in omni loco dominatur. Propterea dicebat Pſ. *In omni loco dominationis eius*, &c. Nõ ſolũ in terra, vt monarchæ fecerũt, ſed in mari, aẽre, igne, & cælo. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra*. Secundo, quia ei omnia ſubiecta ſunt, non ſic principibus terrenis. Terræ enim naſcentia, vt arbores & vineæ, non obediũt eis vt germinẽt & fructificẽt, & beſtiæ pro ipſis nihil facerẽt, imo miſeri pediculi, & pulices, & muſcæ cõtra eorũ voluntatẽ ſæpe eos moleſtãt: & breuiter, pluresſunt creaturę in terris ſuis, quę ſibi nõ obtẽperant, quã qui ad nutũ ſibi obediãt, ſed nõ eſt creatura, quæ nõ ſubſit volũtati Chriſti, etiã dominiũ mundanorũ eſt niſi ad tẽpus, ſicut dominiũ puerorũ in feſto ſtultorũ. Hinc Sapiẽs: *Omnis potẽtatus vita breuis*. Similiter multa mala & proditiones cõtra principes mũdi machinãtur, quæ ignorãt, ſed nihil poteſt cogitari contra Dñm, quin cognoſcat, quia *Deus ſcientiarũ Dñs eſt, & ipſi præparãtur cogitationes*. Sedet ergo vt rex ad dexterã Patris, & hoc eſt gratũ valde humanę naturę. Vnde & B. Bernardo in extremis laboranti quęſitum eſt qualiter ſe haberet, qui ait quod maximo gaudio afficiebatur, eo quod in ſpecie ſibi conſimili in cælo Deũ regem & Dñm ſuũ in proximo viſurus erat. Tertio, ſedebit Dñs in fine ſicut iudex. Vnde Dñs tenuit modũ nubis. Quãdo enim deſcẽdit nubes, ſerenitatẽ prętẽdit: quãdo aſcẽdit, tempeſtatẽ futurã. Nubes iſta deſcẽdit, quãdo Filius Dei carnẽ aſſumpſit de virgine, & tũc fuit ſignũ ſerenitatis, id eſt beneficiorũ, quę nobis in carne cõtulit. Sed in aſcẽſione aſcẽdit ſignificãs tempeſtatẽ, quã in iudicio exercebit. Hęc nubes ſtillauit, quãdo prępcepta Euãgelij nobis iniũxit. Sed (vt dicit Iob) *cũ parua ſtillã eius vix audire potuerimus, tonitruũ magnitudinis eius quis poterit ſuſtinere?* id eſt, cũ modica prępcepta de ieiunio & oratione & conſimilibus vix poſſumus audire, tonitruum nubis iſtius, quod in die

Mar. vl. *Abac. 2* *Mar. vl.* *Ibidem.* *Luc. vl.* *Act. 1.* *Mar. vl.* *H Chriſtus quod ſit vere rex & Dominus ad longũ probatur Pſ. 102. Mat. 28* *Eccli. 10* *1. Reg. 2* *Iob 26.*

iudicij terribiliter emittet, quis poterit ſuſtinere? A qua tepeſtate petebat Iob quaſi in inferno abſcõdi, cũ diceret: *Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me*, &c. Iob 14. Similiter aſcẽdit Dñs in modũ Herodij regis auiũ, qui (ſecundũ Albertũ) in altũ aſcendit, & cũ impetu deſcendendo prędã deijcit, ad prædã autẽ volãdo, pedes pectori coniungit, & ſic ferit. Sic Chriſtus in altũ aſcẽdit, vt poſtmodũ cũ maiori deſcendat impetu, & prædã, ſcilicet impios, quos fortiter prædabitur, deijciat. Sed ſic aſcendẽdo pedes pectori coniũgit, id eſt pauperes Chriſti & humiles, qui erũt aſſeſſores, vt durius reprobos feriat. Maior enim ex hoc erit pœna diuitũ ſuperborũ. Hinc Greg. Valde elata mẽs cõtunditur, ſi ipſa ei, ſuper quẽ ſe extulit, ſupponatur. Propter quod in perſona dãnatorũ ſcribitur: *Hi ſunt quos aliquãdo habuimus in deriſum*, &c. *Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios Dei.* Sap. 5. Pſal. 93. Ideo petit Pſ. *Exaltare Domine qui iudicas terrã, redde retributionem ſuperbis.*

SER. VII. DE EODEM FESTO, & in ordine XCIX. Per Thema.

Cant. 1. *Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorũ.* Multis de cauſis petit ſpõſa trahi. Primo, propter promiſsionem Chriſti. Dicitur vulgo, quod promiſsio diuitis hominis ſolet haberi pro ſolutione, multo magis promiſsio Dei, ita vt de ea nullus dubitare habeat. Non ſic de multis qui multa promittunt, & nihil exhibent, & ideo non multũ mouent eorũ promiſsiones. Solet enim dici de pulchra promiſsione, Lętatur ſtultus. Deus autẽ non ſic, quia dicere Dei, eſt facere. Nu. 23. *Non eſt Deus vt homo, vt mẽtiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo & nõ faciet, locutus eſt & nõ implebit?* quaſi dicat, Nõ. Chriſtus autẽ promiſit omnia trahere ſecum ſurſum, dicens: *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipſum.* Ioan. 12. Secundo, propter periculũ deſcendendi deorſum, & difficultatẽ ſurſum aſcẽdẽdi. Per ſe enim homo mouetur deorſum, & non niſi ex gratia ſurſum aſcẽdit. Eſt quippe cor hominis ſicut mare, quod duplicem habet motũ, vnũ naturalẽ, quõ mouetur deorſum ſicut flumina, ſed aliũ habet à cælo, quo mouetur ſurſum contra fluuium. Sic enim cor hominis vnum habet motum proprium ſecundũ inclinationẽ naturæ corruptæ, quæ eſt fluere deorſum ad terrena & peccata, & ſecundum hoc dicit Poëta, Trahit ſua quẽque voluptas. *Vnuſquiſque tẽtatur à cõcupiſcentia ſua abſtractus, & illectus.* Iac. 1. Alius eſt ſecundũ virtutẽ cæleſtẽ & ſuperiorẽ Spiritus ſancti, qui eſt ſurſum ad diuina, ad quẽ hortatur Apoſt. dicens: Coloſ. 3. *Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedẽs:* ita quod homo ſecundũ duplicẽ appetitũ in ſe experitur & ſentit iſtos duos motus, ſicut teſtatur Apoſt. *Ipſe ego mẽte ſeruio legi Dei, carne autẽ legi peccati.* Rom. 7. A qua carne multũ deprimitur ſpiritus quãdiu eſt in hoc mũdo, quia *corpus quod corrũpitur, aggrauat animã, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem.* Sap. 9. Terrena quidem inhabitatio deprimit, nõ cęleſtis. Cuius ratio eſt, quia quãdo ponderoſum iunctũ leui eſt in loco proprio, puta in cẽtro terræ, ſi pondus excedat leuitatẽ, põderoſum trahit ſecũ leue. Si autem leue fuerit in loco proprio, puta ſurſum, & leuitas excedit grauitatẽ, tunc leue trahit ſecũ ponderoſum & graue, quia vnaquæque res in loco proprio eſt maioris virtutis quã extra locum propriũ. Mundus eſt locus terrenus, ideo ibi caro trahit ſpiritum ſibi coniunctũ ad terrena, & cęlũ locus eſt propriuſ ipſius ſpiritus, ideo in cęlo ſpiritus coniũctus carni trahet corpus ad cęleſtia. Merito igitur ſponſa hic mole corporis preſſa quærit à Domino: *Trahe me poſt te.* Pſal. 62. Tertio, petit trahi propter præceptũ, quo vult Dominus vt ipſa illũ ſequatur, ſicut dixit cuidã: *Sequere me.* Ipſe autẽ exultauit vt gygas ad currendã viã. Et: *Iſte venit ſaliens in mõtibus, trãſiliens colles,* ideo impoſsibile eſſet illũ ſequi, niſi ipſe traheret, cum etiã dicat: *Nemo venit ad me, niſi Pater meus traxerit eũ.* Matt. 9. Cant. 2. Ioan. 6. Non igitur mirũ ſi petit & orat trahi, maxime cum bonus pater libenter trahat filios orantes. Quod

A Trahi quærit ſponſa à Chriſto propter multa.

B Motus cordis duplex ſicut motus maris.

autem

autem valde multi nec orant nec ſuſtinẽt quod trahãtur, hoc eſt, quia graue nõ poteſt ſurſum trahi, niſi ligetur fortiter & ſtringatur, ſicut lignũ & lapis. Cũ igitur iſti non ſuſtineãt propter Chriſtũ, quod ligentur & ſtringãtur vinculis pœnitẽtię, numquã trahuntur. Non ſic Paulus, qui
Act. 21 dicebat: *Ego non ſolùm alligari, ſed & mori in Hieruſalẽ paratus ſum propter nomẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Quarto, petit trahi propter adhæſionẽ & vnionẽ. Iuſtũ eſt vt caput ſequãtur membra. Nos igitur mẽbra clamamus, vt poſt caput trahamur. Iã enim caput & collũ aſcenderũt. Sed & ad collũ cõuertamur, vt inde nobis motus influat trahens nos ad ſuperiora, dicentes: Aue.

Iuxta thema & hiſtoriam hodiernã dicemus primo de multiplici differẽtia trahentium & tractorũ. Secundo, quomodo hodie currendũ eſt in odorẽ multiplicẽ. Duo ſunt trahentia, cor & chorda, quibus trahit Dominus, inde dicitur miſericors, & miſericordia, quaſi miſerorum cor ſeu miſerorũ chorda. Corde bonos trahit, ſed chorda malos. Tria autem ſunt genera eorum, qui ſolent trahi. Primi, qui ſunt in profundo putei, id eſt peccati. Valde põderoſa ſunt peccata, quæ ſic hominẽ demergunt in abyſſum. Erat in profundo
Pſal. 17. qui dicebat: *De profundis clamaui ad te Domine.* Timebat cadere in profundum qui
Pſal 68. dicebat: *Non abſorbeat me profundum, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.* Sed ereptus
Pſal. 39 erat qui dicebat: *Eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fæcis.* Iſti repræſentantur per Apoſtolos, qui ceciderant in abyſſum infidelitatis, & quaſi erant obſtinati, & propterea exprobrauit Dominus incredulitatem illorum & duritiã cordis. Sed hos trahit Dominus chorda, ſicut ipſe
Oſea 11. promiſit per Oſeam: *In funiculis Adam trahã eos, in vinculis charitatis*, quaſi dicat, Per carnem & ſanguinem, quos de Adam ſumpſi, trahã eos, ſed quia hoc non ſufficeret, in vinculis charitatis, quæ de cælo aſportaui, trahã mecum hominem ad ſuperna. Diabolus trahit hominẽ per funẽ luxuriæ, gulæ, auaritiæ, & ſuperbiæ. Funis luxuriæ ligatus eſt circa renes, gulæ circa ventrem, auaritiæ circa brachia, vt vſuras, furta, rapinas exerceat, ſuperbiæ circa caput, quia appetit eſſe caput & princeps aliorũ. Econtra Chriſtus per funes caſtitatis, abſtinentiæ, temperantiæ, charitatis & humilitatis hominẽ ita fortiter traxit, quod venæ ſanguinis in manibus, pedibus, & coſtis eruperũt, & venæ cordis ruptæ ſunt. Maledictus peccator tam ponderoſus, quod tractu omnipotentis nec vi nec artificio tam pretioſo ſanguine fuſo poteſt ſurſum eleuari. Secundi, qui ſolent trahi, ſunt fatigati ac labore feſsi, & iſti ſunt duplici in differentia. Quidã fatigati labore malo peccati, & iſti trahuntur chorda in quadriga vel naue, ſcilicet Eccleſiæ. Laborioſum eſt extrahere quadrigam de malo paſſu, id eſt, peccato mortali, in quod ceciderũt primi parentes, nec potuit extrahi donec adiũgeretur equus Filius Dei. Sed conſtituit Dominus tres alios equos ad trahendum peccatorem ſic fatigatum labore peccati. Primi ſunt paſtores, quibus iniũxit illud officium, dicens: *Euntes in mundum vniuerſum*, vt ſcilicet verbi Dei ex ore veſtro procedentis efficacia penetretur cor peccatoris, & ita trahatur ad Deum. Alij duo equi debent inueniri ex parte peccatoris. Primus eſt intellectus. *Oportet enim accedentem ad Deum credere.* Inde ſubdit Dominus: *Qui crediderit & baptizatus fuerit*, &c. Alius, eſt voluntas, quæ neceſſaria eſt ad credendum. Nemo enim credit niſi volens; quæ vt pie afficiatur ad ea quæ ſunt fidei, requiritur gratia Spiritus ſancti, quod innuens Dominus ait: *Sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto.* Iſte equus totam quadrigã animæ ſuſtinet, ſed mediante confortatione alicuius ducis, ſcilicet gratiæ Dei. Non eſt autem præponendus iſte equus, quia voluntas cæca eſt, & ſtultum eſſet (vt conſtat) facere equum cæcum ductorem. Sed iſte ordo ſeruandus eſt, vt præcedat prælatus & doctor, deinde intellectus & ratio ſequatur, & poſtremo voluntas.

C
Trahi ſolent tria hominũ genera.

D
Equi quatuor myſtici, quibus extrahitur anima à peccato.

Mar. vl.

Hebr. 11.

Mar. vl.

Luc. vl.

E *Trinitas eſt chorda ex tribus funiculis, qua maximè trahitur peccator*

Chorda verè, qua maximè trahitur peccator, ex tribus funiculis cõtexta, eſt beatiſsima Trinitas. Iſte eſt funiculus triplex, qui difficile rumpitur. Multi crediderunt frangere vel ſcindere chordã illã, vt hęretici, ſed nõ potuerunt. Vnuſquiſque ſe teneat ad ipſam, & ei iũgatur. Ita enim ſolet fieri, quod quãdo magna nauis trahenda eſt, & ibi eſt magna chorda & præcipua, omnes trahentes ſe ad illã applicant. Sic omnes ſenſus hominis ſe ad chordã iſtam applicent, & omnes vires animę, & opera omnia, eius voluntati ſe conformãdo, & fiet bonus tractus ſurſum ad cęleſtia. Sed timendũ eſt, ne ſæpe in tractu animarum fiat ſicut in tractu magnorũ lapidũ in ędificijs, vbi inter operantes eſt vnus, ad cuius vocẽ omnes alij trahunt & laborant, ſed ipſe nihil aut parũ facit niſi clamare, totuſque labor ſuus eſt in clamando. Sic multi ſunt magiſtri doctores & prælati, qui clamant quomodo animæ trahi debeant ad Deum, & nihil plus faciunt, vbi tanto auditores laborant fortiter ad exequendum. Contra quos dicit Grego. 18. Mora. Lex prædicatoribus poſita eſt, vt bene viuendo illuminẽt, quos loquendo docent. Nam loquendi auctoritas perditur, quando vox opere non impletur vel iuuatur. Tales licet proſint alijs qui ad clamorẽ eorum trahuntur ad Deũ, tamẽ nõ proſunt ſibiipſis, quia ad intrandũ in cælum nõ ſufficit verbũ, ſed neceſſarie requiritur factum. Nam Dominus ait: *Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnũ cælorum*, &c. Alij ſunt, qui laborant in via Domini in vita actiua. In via deficiens petit trahi, ſicut qui dicebat: *Saluum me fac Domine, quoniã defecit ſanctus*. Tripliciter autem deficit. Primo, in tribulationibus. Inde dicebat Pſal. *Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus*. Secũdo, in ſolicitudinibus pro ſalute proximorum & zelo præuaricantium legem Dei, ſicut ille qui dixit: *Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legẽ tuã*. Tertio, in propria ſalute, ſicut Pſal. dicens: *Defecit in ſalutare tuum anima mea*. Sic enim petit trahi, quemadmodum Helias in cælum raptus eſt in curru igneo & equis & cum turbine. Currus ſignat laborem & ſolicitudinẽ ſalutis, quẽ habet iuſtus circa ſe; ignis charitatem & amorẽ, quem habet erga Deũ, quo tabeſcit propter offenſas ei à malis factas, & conſequenter erga ſalutem proximorum. Turbo autem deſignat ſæculi huius aduerſitates, & tribulationes quas perpetitur. Et iſtos eduxit Dominus foras in Bethaniã, ſcilicet in locum obedientię, id eſt Eccleſiæ, in montẽ Oliuarum, & præcepit ne diſcederent ab Hieroſolymis. Triplicem enim viam oſtẽdit Dominus, in quarum qualibet laborandum eſt eis. Prima eſt via obedientiæ, per quam debent incedere obediẽdo prælatis & Eccleſiæ, quæ tamen maxime conuenit religioſis, & iſta eſt via Bethaniæ. Secũda eſt via miſericordię & pietatis, quę eſt via mõtis Oliuarum, in qua præſertim exerceri debent actiuæ vitæ ſeruientes. Hæc eſt enim via, per quã ſurſum trahũtur. In cuius rei argumentum adduci poteſt exemplũ beati Gregorij in quarto Dialogorũ de quodam Stephano ferrario, qui poſt mortem quaſi in trãſitu cuiuſdam pontis, ſub quo fluuius erat fœtulentiſsimus, cũ pro media corporis parte decidiſſet, viſus eſt ab Abbatibus quibuſdã ſurſum trahi, & hoc (vt putat idem Greg.) quia miſericordiæ operibus libenter inſeruierat. Tertia eſt via mandatorum Dei, quam oſtendit Dominus, dũ præcepit ne diſcederẽt ab Hieroſolymis, id eſt à doctrina mandatorum Dei, quam Hieroſolymis receperant, & quæ de Hieruſalem venit, quia verbum Domini de Hieruſalem, & ad Hieruſalem cæleſtem ducit. Primi trahuntur per pedes. Secundi per manus. Tertij per cor, quia in corde inueniuntur vincula mandatorum Dei. Inde eſt, quod dicebat Pſalmiſta: *In toto corde meo ſcrutabor mandata tua*. Tertij, qui ſolent trahi, ſunt illi qui ſunt in carcere, & ſunt boni viri, iuſti & comtemplatiui, qui in triplici carcere habitant. Primus eſt corporis, de quo conquerendo dicit Apoſtolus:

F *Prædicatoris non ſufficit verbum ſed opus requiritur.*

Matt. 7

G *Iuſtus tripliciter deficit in via mũdi.*

Pſal. 30

Pſ. 118.

Ibidem.

H *Via triplex eſt in qua laborandum eſt.*

I *Carcer triplex, corporis, mũdi, & cluſtri.*

Pſ. 118.

Infa-

Rom. 7. *Infælix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Secundus est mundi, à quo vt educatur & liberetur, orat Psalmista, dicens: Psl. 141. *Educ de carcere animam meam*. Tertius est claustri, in quo includuntur veri religiosi. Isti trahuntur corde, gustu, & olfactu. Corde per memoriam beneficiorum exhibitorum: quæ corde tenentur, corde quidem eo, quod cor eorum hæret cordi Christi, sicut cor illius, qui dicebat: Psal. 62 *Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua*, ad transeundum fossatum mundi seu mortis, vt sic liber euolarē in cælum. Ore vel gustu per cibum præsentium donorum. Sicut enim mulier gallinas & alias bestiolas attrahere solet per cibū, sic Dominus, quemadmodū ipse dicit per Hieremiam: Ier. 31 *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans*. Odoratu vt canis venaticus trahitur per odorē bestiæ. Sic enim trahitur iustus per odorem benignitatis Domini & beneficiorum eius. Inde in Cant. 1. Themate additur: *Curremus in odorem unguentorum tuorum*. Non sic mali trahuntur, quorum nasis oportet ponere forcipes, & carcanos inferni, & fœtorem eius, alioquin nihil agerent. His tribus modis voluit Dominus attrahere ad se discipulos suos die ascensionis suæ. Primo quidem corde, hoc est amore, quia in corde est sedes amoris, quem amorē ostendit, quando familiariter cum illis conuersabatur & conuescebatur. Secūdo, gustu spiritualium donorum, quando promisit eis, dicens: Act. 1. *Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti*, & quando benedixit eis. Tertio, odoratu, quando in conspectu eorū elevatis manibus ferebatur in cælum, vt ascenderet desiderium currendi in odore eius. Sed quæres: Possum ne cognoscere an ego sim tractus? Respondetur primo, quod si non traheris, est defectus tuus & culpa tua, non Christi, qui semper est paratus te trahere, nisi posueris obicē. Christus enim misericors & miserator nunc gallinæ, nunc aquilę, nunc matri blandiēti se comparat, vt saltē nos blanditijs alliciat & trahat. Mater enim maximum affectum habet ad filios, gallina & aquila ad pullos suos. Nunc proponit promissiones paradisi, quæ sunt delectabilissimæ, & ideo maxime deberent mouere. Nam delectabile naturaliter mouet appetitū. Ramus enim viridis attrahit auem, nuces vel poma puero ostensa attrahūt ipsum, & musca sentiens mel, illud sequitur, dicente Seneca: Mel muscæ sequuntur, frumenta formicæ, cadauera lupi. Nunc terrores obijcit pœnarum inferni, quas incurrent mali, vt vel sic trahantur formidine pœnæ, qui non alliciūtur amore iustitiæ. Nūc immittit tribulationes, vt extrahatur peccator à delectatione sui peccati, sicut extrahitur canis à coquina dum vritur aqua calida. Cum ergo his alijsque pluribus modis continue trahere conetur Christus homines, imputet sibi qui non trahitur, non Christo. Dicitur secūdo, quod aliquibus signis potest quis cognoscere se esse tractum. Primo, quando nihil ei sapit mundus nec eius delectatio, sed sola cælestia, ita quod quasi assidue conuersatur in cælis, sicut Martinus, qui cælo semper intentus terram dedignabatur respicere. Secundo, quando cor eius liquescit ad verbum Dei, sicut glacies à facie solis. Sicut enim sol, dum liquefacit glaciem, resoluit in vapores, & ad se trahit, sic facit sol iustitiæ his, qui liquefiunt ad verbū eius. Econtra est de his, qui fortius congelantur & indurantur sicut crystallus. De quorum quolibet dicit Iob: Iob 41. *Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus*. Vnde super incudem percutiendo cætera ferra domantur, sed incus remanet semper dura & indomita. Tertio, quispotest cognoscere se tractum ex quiete mentis. Philosophi dixerūt super montem Olympi nec esse ventos, nec pluuias, nec grandines, quæ omnia hic inferius abundant. Sic qui tracti sunt à Deo, habent mentem quietam & pacificam, & à ventis tentationum diabolicarū & à pluuijs carnalium voluptatum, quēadmodum pluuię sensim defluentes paulatim emollire nituntur hominem, & à grandi-

K *Trahuntur boni ad Christū corde, gustu & olfactu.*

L *Trahere nos quasi Christus varijs modis.*

M *Tractū se quis cognoscit à Christo tribus signis.*

grandinibus tribulationum seu aduersitatum securâ, quia fundata est supra firmam petrâ Christum. Secus est de mûdanis, qui numquam sunt securi, quia *semper præsumit sæua perturbata conscientia*. Pro secunda parte dico, quod hodie primo currendum est in odorem donorum Domini Iesu. Pauper currit vbi est bona & magnifica eleemosyna. Sic hodie, quando eleuata est magnificentia Dei super cælos. Sed hic quæritur: Si magnificentia Dei, quæ est humanitas Christi, hodie eleuata est super omnes cælos, quo curremus, vt magnificâ eius eleemosynâ recipiamus? Nûquid terrâ suâ largitate & eleemosyna reliquit vacuâ? Respõdetur primo, quod fuit exaltata super omnes cælos potestate & dignitate, vt adorent illû & venerẽtur omnes creaturæ, & sic intelligitur illud:

Sap. 17.

Psal. 8. *Constituisti eum super opera manuum tuarum.*

Ibidem. Et illud: *Omnia subiecisti sub pedibus eius*, quę allegantur ad istud propositum Heb. 2. Et

Ibidem. illud: *Eleuata est magnificentia tua super cælos.*

Ibidem. Et iterû: *A summo cælo egressio eius.* Et illud:

Heb. 7. *Excelsior cælis factus*, id est omni rationali creatura, sed nõ super omnes cælos præeminẽtia loci, quia dicitur: *Dominus in cælo*

Psal. 10 *sedet eius.* Et rursus: *Sedet ad dexteram maiestatis eius in excelsis.* Dicitur secûdo, quod

Hebr. 1. præcipue in cælo fuit magnifica eleemosyna seu magnificentia donorum. Tunc enim impleuit Dñs cælû. Primo, gloria, saltem accidentali, quia non solû inquantum Deus, sed etiam inquantum homo illuminat Angelos & bonos, sicut eis multo superior gratia & gloria. Hęc autem illuminatio ante hunc diẽ non fuerat: ideo

N Christus dum ascendit, impleuit cælum gloria & lætitia.

Aggæ. 2. tunc verificatum est illud Aggæi: *Veniet desideratus cunctis gentibus, & replebitur gloria domus Domini.* Secundo, impleuit cælû lætitia, quia loca Angelorum impleuit ani-

Ps. 109. mabus iustorum, iuxta illud: *Implebit ruinas.* Et in persona cuiuslibet beati dicitur:

Psal. 15 *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.* Et ideo merito illuc, hoc est in cęlum, currere debemus, non pedibus corporis, sed affectibus mentis. Dicitur tertio, quod nihilominus terra percepit dona ex ascensione Christi. *Dedit enim dona hominibus.* Primo, quantum ad susceptionem & participationem specialiorem diuini amoris. Nam dixerat Dominus: *Si enim non abiero, paraclitus non veniet*, &c. Glossa Augustini: Nõ quin positus in terra posset dare, sed quia non sunt idonei accipere, nisi eum secundum carnem desistant noscere. Prę-

Ephes. 4 Alĩ sit Christi quæ dona alia propria. Leon. 16

sentia enim Saluatoris erat aggeneratiua amoris carnalis. Vnde Apostolus: *Ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia*, id

Ephes. 4 est hominem, qui est omnia (de quo dicitur, Hoc quod continet omnia) donis suis scilicet Spiritus sancti, quod & fecit. Secundo, quoad certificationem spei ascendendi in cælum, vbi cumulatius percipiuntur illa dona. Vnde Leo Papa: Christi

P Christus in alto exaltans fortius defendit exemplo pugnantium, qui exẽplum capiunt ex loco alto

ascensio nostra est prouectio, & quo præcessit gloria capitis, eo spes vocatur & corporis. Tertio, quoad spem spiritualis auxilij contra tentationũ bella. Qui enim vult terram vel homines potenter defendere, ascendit locum altiorem, vt tela de alto in hostes iaciat. Inde Vegetius de re militari libr. 3. Pugnaturi primum auxilium capiunt ex loco, qui tãto melior est, quanto altior iudicatur. Cuius rei vna est causa ex parte pugnantiũ, quia tela missa de alto vehementius descendunt, & durius percutiunt. Alia est ex parte aduersantium, quia deorsum stantes habẽt duplex certamen, & contra locum, & contra hostes. Sic Christus dum stetit in basso loco, hostes Iudæi in eum irruerunt. Antequam etiam ipse crucem & cælum ascenderet, exercitus suus cadebat in limbum, & tentationibus facilius vincebatur. Ideo in ascensione ad supremã turrim super omnes cælos ascendit, vt membra sua fortius defenderentur per eum, qui ascendit ciuitatem fortium, & hostibus fugatis, nobis iter faciat. Hinc Psalmista ait: *Iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Turbabuntur à facie eius.* Secundo, currendum est in odorẽ præparationis bonorum: sicut coquini libenter currũt ad locum, in quo præparatur rostũ siue assum. Ait enim Dominus:

Psal. 67

Vado

Ioan 14 Nota. *Vado parare vobis locũ*. In quo apparet primo magna Filij Dei liberalitas, quæ ſuis fratribus hodie oſtẽdit communicandam hæreditatẽ. Nõ enim ſic conſueuerũt alij fratres facere inter ſe, ſed pro diuiſione hæreditatis conſueuerũt ad inuicẽ litigare, & potentiores minus potentes exhæredare. Secundo, quod magna fit Chriſto iniuria, ſi volumus ad cæleſtẽ patriã venire. Si enim mandaſſes ſeu nũciaſſes alicuí te venturum ad hoſpitium ſuũ, & poſtea iam ab eo paratis omnibus nolles venire, iniuriam faceres paranti. Sic nos, qui ſatis verbo dicimus nos velle ire ad paradiſum, ſi non eamus factis & operibus, iniuriamur Chriſto, qui parauit nobis locũ. Tertio, currendũ eſt in odorem florum & roſarum tranſplantatarum ab hoc ſeculo, patriarcharum, & prophetarum à ſeculo, qui hodie cum Chriſto aſcenderũt in cælum. Vnde ſicut ciconia euolatis pullis ſuis implet nidum ſuum terra, ſic Chriſtus lapſis Angelis per ſuperbiam de cælis, impleuit ſedes eorum terrenis hominibus, & hoc incepit hodie, cum patriarchas & prophetas in cælum aſcendere fecit. Quarto, in odorem veſtigij Domini Ieſu currendum eſt. Ante hunc diem diabolus erat dux generis humani, ducẽs eos verſus infernum, & oſtendens viã quam maiores ſequebantur Scribæ, & Phariſæi, & deinde minores. Sed poſtquam verificatum eſt de Chriſto: *Dux fuiſti in miſericordia tua populo quem redemiſti*, homines regreſsi ſunt à malitia ſua, & arripuerunt iter verſus cælum. Nam *aſcendit pandens iter ante eos*. Hunc autem ductorem ſequi debemus, & poſt eũ currere. Primo, quia ipſe optime ſcit viam cæli. Solent enim filij ſcire viam ad domos patrum ſuorum. Sic Chriſtus ad domũ Patris ſui cæleſtis. Et maxime ſequendus eſt, cũ habeamus inter hoſtes trãſire, & vię ſint diuerſę, vna ducẽs ad bonũ hoſpitium, alia ad malum. Exo. 13. Sic ſequebantur filij Iſrael Dominũ præcedentẽ, dũ per diuerſas vias pergerẽt ad terram promiſsionis. Vita enim præſens via eſt & tranſitus ad futurum ſæculum, *Vmbræ tranſitus eſt tempus noſtrũ*. Sicut enim vmbra fugit inſequentem & amplectentem, ſic vita præſens fugit eos qui ipſam delectationibus & delicijs amplectuntur. Sunt autem duo hoſtes impedientes iter, ſcilicet amor male inflammans, & timor male humilians, ſecundum Auguſt. In cuius figuram, cum ad ſolium Salomonis aſcenderetur ſex gradibus, ſuper quemlibet erant duo leones, hoc eſt prædicti hoſtes. Exẽpli gratia. Si vis aſcendere per gradus miſericordiæ dãdo eleemoſynam, vnus leo te retrahens eſt amor nimiusdiuitiarum, alius timor defectus & penuriæ. Similiter in mundo ſunt viæ diuerſę, quę ducũt ad diuerſas ciuitates, vna facit deſcendere in infernum, ſcilicet amor ſui vel mũdi vſque ad contemptum Dei. In hac oportet habere ductorem, quia lata eſt, & multi inueniunt eam; ad eam etiam ſatis nos inclinat humana corruptio. Alia eſt per quam aſcẽditur, ſcilicet amor Dei vſque ad contemptum ſui, quæ arcta eſt & male trita, & pauci inueniunt eam, quę ducit ad cælum, & pro ea ductore indigemus. Secundo, Chriſtum ſequi debemus, quia ad locum ſecuritatis deducit. Auis ſurſum aſcendens eſt in tuto, ſed cũ deſcendit ad quietẽ vel cibum eſt in periculo, ne pedem ponat in laqueo, licet nõ ſentiat laqueum dum comedit, ſed ſolum dũ vult recedere. Sic anima ſurſum volans ad Deum per orationẽ vel contẽplationem, tuta eſt; ſed quàm cito deſcendit ad terrã ad cibum deliciarũ, ad quietem ſolatiorum, in periculo eſt, ne ponat pedẽ in laqueo peccati. Verum eſt quod dum comedit & ſolatiatur, non ſentit laqueum, ſed dum vult mundũ relinquere & redire ad Deum. Et ſecundum hoc dicitur quod quinto currẽdum eſt in odorẽ venturorum bonorum & quietis, quia hæc eſt differentia inter aſcendentẽ & deſcendentẽ, quia aſcendens quãto velocius & altius aſcendit, tanto magis ex neceſſitate diſponitur ad quietem. Oppoſitum eſt de velociter deſcendente, quia cum velocior deſcenſus fuerit, tunc ma-

Sap 2. R *Amor temporalium & timor defectus impedeunt iter cæli.* 2. Paralip. 9.

S *Vię diuerſarũ ciuitatũ in mũdo*

Mich. 2. Q *Sequi debemus Chriſtũ tamquã ductorẽ.*

T *Aſcendẽdũ & deſcendẽdũ in differentia quoad quietem & motũ myſtice declarata.*

gis neceſsitatur ad motum & violentiã. Status præſens reſpectu futuræ beatitudinis vallis eſt, & qui ad eam tẽdit, aſcendit quaſi in montem, & per conſequens, quanto magis ad eam aſcendit, plus diſponitur ad quietem: vt compleatur illud Apo. 14 Apocalypſis: *Amodo iam dicit ſpiritus vt requieſcant à laboribus ſuis*. Reſpectu vero futurę miſerię mons quidam eſt, & qui ad miſerias tendunt, velociſsime deſcendũt propter ſuorum peccatorũ grauitatem, & per conſequens, cum ibi venerint, non erit in eorum poteſtate quieſcere, ſed neceſſario mouebuntur. In quorum perſona Iob 9. dicit Iob: *Non concedit quieſcere ſpiritum meum, & implet me amaritudine*; quia (ſicut dicit Bern. in meditationibus ſuis) ſic tormẽta aguntur, vt ſemper renouẽtur. Sexto, currendum eſt in odorẽ venturorum malorum, quæ euenient ſuper reprobos, vt ſic ſalutari timore concuſsi, laboremus inueniri de numero electorum. Et hoc hodie inſinuatum eſt, dum facta eſt mentio de extremo iudicio, Angelis dicentiAct. 1. bus de Chriſto: *Sic veniet*, &c.

IN DIE SANCTO PENTECOSTES, Sermo primus, & in ordine C. Per Thema.

Abdia 1 *LEgatum miſit ad gẽtes*. Solet multum deſiderari legatus, aut quando multa contulit beneficia in ſuo primo aduẽtu, aut etiam quãdo guerra & contẽtio inter principes ſedari non poteſt, vt ipſe ſit eorũ arbiter. Propter ſecundũ Maria ante aduentũ Chriſti in carnem multum deſiderabat aduẽtum noſtri legati, vt fieret & pax & reformatio inter Deũ & hominem, cuius ordinatione & operatione Deus factus eſt homo, & ſimul in vnum inuẽti ſunt Deus & homo, & tunc maximum beneficium contulit Marię, ſcilicet quod eſſet mater Dei & hominis; ideo nõ eſt mirabile ſi multũ deſiderabat Maria hodie eius aduentũ. Vnde triplex poteſt aſsignari ratio ſui deſiderij. Prima eſt, quia benefactor, qui multa & magna cõtulit beneficia, ſolet multũ deſiderari & inuitari, ſed Spiritus ſanctus Mariæ cõtulit maximũ beneficiũ & maximę dignitatis, iuxta illud: *Beatã me dicent omnes generationes*, &c. Ideo maxime affectabat eũ Maria, vt perãpliter beneficiaretur, quia ſicut in beneficijs nõ eſt terminus in temporalibus, ſed quando vnus vnum habet, vult habere aliud, ita in beneficijs Spiritus ſancti qui plus habet, plus cupit, iuxta illud, *Qui edũt me, adhuc eſurient*. Secunda ratio, quia legati eſt cõfirmare pacẽ factã & corroborare facta. Ideo Maria vidẽs Eccleſiã filij ſui plantatã à filio ſuo, maxime deſiderabat cõfirmationẽ à Spiritu ſancto, & fructum plantationum filij, quia nouellæ plantationes indigent irriguo ad hoc quod naſcantur fructus, & ſic deſiderabat illã pluuiã voluntariam, quam ſegregauit Deus hęreditati ſuę. Anſelmus: Gaudiorũ Mariæ aliquid incremẽti accepit magnitudo, cũ veniẽte ſuper diſcipulos Spiritu ſancto, mox ad prædicationẽ eorum fidẽ filij ſui tãta hominũ multitudo ſuſcepit. Ibi nãque excepto gaudio, quod de ſalute generis humani in iſtorũ conuerſione cõcipiebat, intellexit filiũ ſuum nõ fuiſſe gratis mortuum, cũ tã efficaciter videbat operari fidẽ mortis eius etiam in eis, qui auctores illius extiterũt. Quapropter lætabatur quod ſpes, quã ante cõceperat, iã in rẽ verã trãſibat. Hæc Anſelmus. Tertia ratio; quia Maria tota ſpiritualis cupiebat cum filio ſuo loqui, vt ſtatũ eius, quem tenerrime diligebat, cognoſceret. Ideo filius eius videns eam amatricẽ ſui, non miſit ei nuncium, ſed omnium Dominum; non amoris ſignum, ſicut ſolent facere ſponſi ad ſponſas, ſed amorem ipſum; non epiſtolas, ſed igneas linguas, quibus cor Marię alloqueretur, & qi ibus Mariæ cor repleret, vt poſſet exultare in Deo ſalutari ſuo. Ideo vt eius repletionẽ participare poſsimus, ad eam recurramus, dicentes: Aue.

Spiritus ſancti, & quare Luc. 1.

A Maria multum deſiderabat ad nostrum

Solent principes pro ſuis negotijs ad curiã Romanã deſtinare, vt legatum habeant ſibi propitium & voluntarium ad faciendũ negotia ſua, & qui habeat ſumnũ

mi Pontificis potestatem, & tunc mittitur legatus à latere ad petitionem principũ. Sic principes orbis terrarum discipuli Christi miserunt ambasiatã ad consistorium Trinitatis pro legato habendo, ad cõfirmandas promissiones Christi, ideo Deus Pater legatum misit ad gentes ad suos discipulos. Et circa hęc tria dicemus. Primo mane dicemus quã ambasiatam miserunt discipuli ad Spiritum sanctum, ad legatum istum habendum. Post prandiũ vero dicemus duo. Primo, qualis est legatus iste qui mittitur. Secundo, quam potentiã habet qui sic mittitur. Circa primum notandũ quod miserunt Apostoli illud solemne cõuenticulũ, ambasiatam solemnẽ ex quatuor virtutibus contextã iuxta textus seriem Actuum Apostolorũ. Primo, orationẽ, tamquam quæ solicitat. Secundo, obedientiã, tamquã promittentem optimum seruitium. Tertio, vnitatẽ, pacem, & concordiam, tamquã promittentem securitatem. Quarto, humilitatẽ, tamquam suadentem optimũ ipsum habere hospitium & latissimum. Primo ergo mittunt orationem. *Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu*. Et Ecclesia canit: Orantibus Apostolis Deum venisse nunciat. Iesu baptizato & orante, descendit Spiritus sanctus sicut columba in ipsum. Vnde eorum oratio tamquam solicitatrix solicitabat dominos Cardinales spiritus Angelicos & summum patrem, vt mitteretur ipse legatus. Sic & nos debemus ipsum orare vt veniat in nos. Ad hoc autem quod veniat in nos, oportet in oratione nostra tria facere. Primo, ipsum desiderare & inuitare. Ideo Ecclesia his diebus maxime inuitat eum, dicẽdo: Veni sancte Spiritus, emitte spiritum tuum, veni creator Spiritus, & vtinam bene veniat in conscientias nostras. Secundo, sibi venienti oportet aperire, sicut Psalm. qui ait: *Os meum aperui*, scilicet in oratione, *& attraxi spiritum*, sicut attrahit homo aërem, sine quo viuere non potest. Esset enim pessimum, si totiens inuitatus veniret, & nihil inueniret frigidius quàm atriũ vel focum, vt dicitur vulgo, & sic se inueniret tantus Dominus delusum. Et sic facientes peiores sunt bestijs, quia si eis præsentetur bonus morsellus, statim aperiũt os ad deglutiendum, & tamen præsentatur nobis morsellus, quo satiãtur domini nostri sursum in paradiso, & nolumus aperire neque os ad orationem, neque cor ad habitationem & ad gustãdum de dulcedine eius. Vnde solet mulieri prægnãti, dum periclitatur in partu, poni aliquid in ore, ne forte fœtus eius clausione dentium moriatur. Sic nos aliquando concipimus propositum bonum. Esaias: *A spiritu tuo Domine concepimus & parturiuimus spiritum salutis*: sed aliquando periclitamur in executione operis. Ideo oportet in dentibus nostris aliquid durum interponere, id est, in cõsideratione nostra timorem iudiciorum Dei, vt scilicet fœtus nõ moriatur in mente, sed viuus exeat exterius in opere. Forte enim habemus propositum confitendi, & tamen non confitemur, sed claudimus dentes, & interficitur fœtus interius. Tertio, oportet vt cum venerit, temetipsum in domo inueniat, contra multos, qui quando orãt, alibi cogitant: & quando debẽt habere orationem solicitantem in curia cælesti, habent cor solicitans in coquina, vel nundinis, vel regis curia. Oportet ergo quod temetipsum inueniat in domo, aliter recederet, sciens quod ei malum pararetur obsequium, eo quod dominus domus nõ sit intus, sicut in illo, qui dicebat: *Cor meũ dereliquit me*. Et de auaro dicitur: *Protecit intima in vita sua*. Et: *Effraim facta est quasi columba seducta, non habens cor*. Sed dicet quis: Quomodo permanerem ego in oratione attentus, quando ego non habeo deuotionem? Item dices: Quomodo possem gustare spiritum Domini, quem nec sentio, nec oculis aspicio?

Ad primum ergo dicendum, quod deuotio est donum Dei non omnibus datum, nec propterea debet quis dimittere orationem, si non habeat eam. Aliquibus enim

Act. 1.

Luc 3.

B Oratio solicitatrix est Spiritus sancti.

C Oratio vt impetret ad ueniam Spiritus sancti, debet bene habere.

Ps. 118.

Esai. 26

Eccli. 10

Osee 7.

D Deuotio non est necessaria.

enim conceditur illud donum quasi totũ orationis præmium, aliquibus nõ datur, ne forte superbiant, & fructum orationis amittant, aliquibus differtur, vt auidius tantum bonum quærant. Alijs vero cum detur, cito aufertur, ne etiam superbiant, & actiuã vitam totaliter contemnãt. Vnde Dominus illis facit, sicut paterfamilias domus solet suis filijs facere. Aliquando enim abscindit brochias dolij boni vini, ne nimis friandus vel leccator fiat filius suus, & nolit de minoribus vinis bibere. Vnde quidam religiosus beati Bernardi nolebat cantare, eo quod nullam in se inueniebat deuotionem. Quod conspiciens Bernardus, eo vocato, & indicatis causis quare non celebrabat, statim iussit vt celebraret in eius fide, & tunc beatus Bernardus celebrauit & orauit, & alter obediens prece Bernardi tantam lachrymarũ effusionem consecutus est, vt vix perficere posset Missam. Ad secundum dicẽdum, quod non possumus gustare in statu viæ quàm suauis est Dominus in fonte dulcedinis, sed eius suauitatem gustamus in aliquantulò riuulo suæ participationis, sicut pauperes quandoque sciunt & cognoscunt quàm bona & quàm delicata cibaria comedunt diuites, etsi non in refectione & plenitudine mensæ, tamen hoc cognoscunt in fragmentorum & reliquiarum degustatione, ideo dicit: *Gustate & videte.* Sunt autem quasi fragmenta spiritualis dulcedinis deuotio animi, amor & desiderium regni, prælatio & recitatio eloquiorum Dei, iuxta illud Psal. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, super mel & fauum ori meo.* Et illud: *Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.* Debemus itaque dicere Deo Patri: Adueniat Domine legatus in regnum tuum, id est in animam, & tunc *fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra* nostra. Sunt autem duæ causæ, quare homines hanc Spiritus sancti dulcedinem percipere nõ possint. Prima est infectio palati, quod scilicet homo rebus exterioribus inficitur, & totaliter ad illa degustanda se præbet. Augustin. Palato non sano pœna est panis, qui sano suauis est. Secunda est indignatio stomachi, quia statim euomunt homines illam dulcedinẽ, eo quod interius replentur sordibus & alijs cibis grossis sicut rustici: illi rustico similes, qui properans ad nuptias tantum bibit de aquâ turbidâ, quod deueniens ad nuptias de bono vino non potuit bibere, quia iã plenus erat. Et de his Psalm. *Repleti sunt qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.* Secundo, mittunt obedientiam. Præceperat enim eis Dominus, ne recederent ab Hierosolymis, sed expectarent promissionẽ Patris. Vnde dicitur in textu Epistolæ: *Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco*, obedientes suo præcepto. Sic si velimus Spiritũ sanctum recipere, oportet Dei mandata custodire, dicentis: *Qui diligit me, sermonem meum seruabit.* Et sequitur: *Ego & Pater ad eum veniemus*, &c. Ideo decima die post ascensionem venit Spiritus sanctus super discipulos, ad ostendendũ, quod qui Decalogum obseruant, Spiritum sanctum suscipiunt. Propterea heri recitata est Abrahæ obedientia. Joannes: *Filioli non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate.* Vult enim Spiritus sanctus, quod sibi obediatur, & quod sit Dominus in domo in qua hospitatur. Ideo Spiritus Domini recessit à Saul, & exagitabat eũ spiritus nequam, quia nõ obediuit voci Domini in nece Amalech. Tertio, mittunt pacem, concordiam, & vnionem, cum dicitur: *Erant pariter in eodem loco*: ideo & nos oportet habere pacem & concordiam, si velimus ipsum recipere. Non enim melius accenditur ignis quàm igne, & amor quàm amore. Item non viuificat membrum à corpore separatũ anima vel spiritus. Sic nec Spiritus sanctus membrũ ab alio membro per rancorem diuisum. Sicut etiam lignorum diuisione extinguitur ignis, sic Spiritus sanctus per discordiam fugatur. Vnde & propter hoc Apostoli non potuerunt recipere Spiritũ sanctum ante ascẽsionem, quia eorum corda

E *Gustatur hic dulcedo Spiritus solum in riuulo.*

Psal. 33 F *Gustum dulcedinis Spiritui sancti duo impediunt.*

Psal. 118.

Matt. 6

Psal. 71

Act. 2.

Ioan. 14 G *Obeditio Spiritui sancto attrahitur*

Nota. 1. Ioan. 3

H *Pax seu vnio promeretur Spiritũ sanctum*

erant

erant diuisa, amando carnaliter humanitatem Christi, & aliunde Spiritū sanctū. Sic multi sunt diuisi, qui diligunt carnaliter aliquē, & diuiduntur ab alijs, & tamen cum hoc volunt habere Spiritū sanctum. Inde dictum est Apostolis: *Si non abiero, paraclitus non veniet ad vos, si autē abiero, mittam vobis eum.* Vnde tales sunt similes vetulæ, quæ primo figit candelam ad altare vnius sancti, & postea ad altare alterius. Sic isti primo cor in temporalibus, & post in spiritualibus reponunt, ideo ad plenum non possunt gustare gratiam Spiritus sancti: à fortiori ergo nec ille qui habet diuisionem cum proximo suo. Quarto, mittunt humilitatem, cum dicitur: *Vbi erant sedentes*, id est, humiliati in terra. Esaias: *Super quem requiescet spiritus tuus, nisi super humilem & mansuetum, & tremētem ad sermones tuos?* Et hoc propter tria. Primo, quia humilitas ei facit optimum locum. Decet enim magnificentiam regalem latum habere castrum, in quo omnia sua latissime & spatiosissime reponātur. Humilis autem se ponit in angulo & parvo loco, dum se nihil reputat, & retrahit se ad partem, vt Spiritus sanctus meliorem habeat locum. Secundo, quia humilitas locum vacuum habet, cum se nihil reputet: natura vero abhorret vacuū. Sic Spiritus sanctus nō permittit cor esse vacuū per humilitatem, quin repleat illud gratia, ita quod qui plus sunt sic vacui, plus recipiunt de gratia Spiritus sancti. Ideo quia Maria secundum Guill. fuit summe humilis, omnia flumina gratiarum intrauerunt in eā velut in mare. Humilis enim quanto magis humilis, tanto magis vacuus, & tāto clamat: Imple saccum meū, vt dicit Guill. Paris. Et sicut creatio incepit à nihilo, ita recreatio à nihilo humilitatis. Ps. *Auferes spiritum eorum & deficiēt, & in pulverem suum revertentur. Emitte spiritum tuum, & creabuntur.* Sed dices: Quomodo tantus princeps & Dominus cum sic pauperibus dignatur inhabitare? Dico, quod licet diuites dedignentur habitare cum pauperibus, nec velint pro eis aliquid facere, tamen Spiritus sanctus quærit pauperes spiritu suo & diuites spiritu diuino, nec cum diuitibus multū quærit habitare, quia sibi non ita obediunt diuites sicut pauperes spiritu faciunt. Tertio, quia humilis se approximat ad Spiritum sanctū, quia humilis nihil in se cognoscit, nisi quia est ex nihilo factus, & in nihilū (nisi à Deo seruetur) redigēdus, & nihil se æstimat in valore & virtute: ideo ad personā valoris se approximat, scilicet Spiritum sanctū, vt per eā valeat & illuminetur, qui se reputat in tenebris, nisi lumine eius & calore afficiatur. Differēter autē sol illuminat terrā & lunā, quia sol terrā illuminat, & inflammat, ideo terra multum fructū affert: lunā illuminat, sed non inflāmat, ideo manet sterilis. Sic personā humilē & deuotā sol spiritualis per gratiā illuminat, in intellectu per cognitionē, vt patet de sancto viro in disputatione Nicæni cōcilij in Historia Tripartita, & affectū eius inflāmat per dilectionē, & talis fert fructū multum bonorū operum. Nō sic persona superba, quæ vt luna vacua est, scilicet gratia Spiritus sancti. Hæc enim licet aliquando sit illuminata per cognitionē fidei in intellectu, quia tamen nō est inflāmata in affectu per dilectionē, ideo manet sterilis & sine fructu. Figura horū fuerunt Dauid & Salomon, quorū vnus, scilicet Dauid, vt illuminatus & inflāmatus fructū fecit multiplicē: Salomon autē non sic, quia licet fuerit illuminatus, non tamē inflammatus. Propter has quatuor virtutes quater legitur cecidisse Spiritus sanctus. Primo, super Apostolos. Secundo, in oratione super Centurionē ex obedientia Dei accersentem Simonem & audientem. Tertio, super audientes verbum Dei in vnū existētes quasi in concordia. Quarto, super eos quibus imponebātur manus Apostolorū, qui signant eos qui se humiliant in cōfessione sacerdoti, & absoluūtur per impositionē manuū. Vnde qui vult recipere Spiritum sanctū, frequenter oret, obediat mandatis Dei, & frequenter cōfiteatur.

1 Ioan. 16

1 *Humilitate procuratur aditus Spiritus sancti propter tria.*

Esai. 66

Ps. 103.

K *Spiritus sanctus differenter illuminat bonos & malos, sicut sol terram & lunā.*

L *Spiritus sanctus quater cecidisse legitur, propter quatuor virtutes quibus impetrauit.*

EODEM DIE PENTECOSTES, *Sermo I I. & in ordine C I. Per Thema ſupradictum.*

CVm aduentu huius legati diſcipuli ſuſceperint donũ linguarum, quęri poſſet: Vtrũ Maria, que túc ibi prę-ſens erat, ſuſceperit ipſum donũ? Et videtur quod nõ, quia donum linguarũ datum erat propter prædicationem, quæ in barbaras nationes debebat diffundi, ſed mulieribus prohibetur prędicatio. Apoſt. 1 Tim. 2 *Mulierẽ docere non permitto.* Fruſtra ergo habuiſſet Maria tale donũ. Reſpõdeo quod Maria tale donũ habuit, & hoc oſtenditur ſex rationibus. Prima eſt, quia licet non haberet hoc donum ad adminiſtrationẽ verbi Dei, tamen habuit ad decorem & ornatum, ſicut homo duas habet veſtes, vnam ad neceſsitatẽ, reliquam ad ornatũ. Secunda eſt, quia congruum eſt, qui Mariæ Magdalenæ donum linguarum præſtitit, quod etiam ſuæ matri donaret. Legitur enim quod Magdalena apud exteras nationes prędicauit, ſcilicet apud Maſſiliam, & Martha apud Terraſconã: hoc autẽ nõ potuiſſent facere, niſi habuiſſent donum linguarũ: igitur. Tertia ratio, quia Act. 10 dicitur quod *eccidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbũ, & loquebantur linguis*; ſed nõ eſt credibile quin ibi fuerint mulieres, quę libentius viris audiunt ſermonem, igitur ſi tales mulieres corruptę habuerunt donum linguarum, à fortiori, & Maria. Quarta ratio, quia deuoti per Apoſtolos conuerſi venientes ad ſacra limina viſitanda, non dubiũ, quin matrẽ ſui redemptoris, & arborẽ, quæ talẽ fructũ genuit, alloqui cum tota deuotione perquirerent, quæ etiam docere eos poterat de incarnationis & reſurrectionis myſterio; hoc autem non poterat cõmode fieri niſi per donum linguarum, igitur. Quinta ratio, quia ſicut aliqui hic incipiunt ſuum infernum, vt patet de Herode, & de multis raptoribus, ita illa ſuper omnes, qui ſunt in terra, hic ſuũ incepit paradiſum. Cum igitur hic quaſi ſentimentũ habentes paradiſi magnificarẽt Apoſtoli Dñm varijs linguis, ſequitur etiam quod Maria non minus magnificauit eum. Sexta eſt, quia Maria regina eſt totius orbis, decet autẽ dominã vel dominum non eſſe ſuæ genti barbarum, ſed eſſe eiuſdem linguæ, quia inde plus diligitur. Dñs etiã omniũ preces debet audire & ſupplicationes. Ideo, quia Maria erat domina totius orbis, debuit noſtras preces audire, & omniũ noſtrũ linguas intelligere. Dirigatur ergo lingua noſtra ad eã, vt nos exaudiat, & ſibi pręſentemus Angelicum Aue, &c.

A Mariã donum linguarum habuiſſe probatur.

Mane diximus qualem ambaſsiatam miſerunt Apoſtoli ad quærendũ hunc legatum, nunc primo dicamus qualis ſit iſte legatus. Inuenimus autẽ ex ſcriptura Ioãnis quinq; pulcherrimas cõditiones eiuſdem legati. Prima eſt, quod eſt bonũ cõmune Patris & Filij. Nõ enim ſufficiebat Patri dare homini terrã, & omnia quę in ea ſunt, mare, & alia elemẽta, & ſuos milites & conciues in miniſterium noſtrũ, niſi etiam daret nobis ſuum donum proprium, ſcilicet Filium vnigenitum, cuius ipſe ſolus eſt Pater. Non enim à Spiritu ſancto naſcitur. Sed dato nobis proprio bono, adhuc voluit dare commune bonum, ſcilicet Spiritum ſanctum, qui ab vtroque procedit, & eſt bonum Patris, & Filij, & amor eorum, & hoc tangitur, cum dicitur: *Ego rogabo Patrem, & alium paracli-* Ioan. 14. *tum dabit vobis*, ſcilicet mecum. O cõſidera nobilitatem doni, quando dat bonum æquale ſibi. Et ſecundum Bernard. hodie Dominus Ieſus ſe oſtendit Deum: in calcatione maris ſe oſtendit dñm maris, in ſedatione venti dñm aëris, in tremore terræ dñm eius, in aſcẽſione, cũ Angelos miſit, dñm cælorũ. Sed hodie Deũ ſe eſſe oſtendit, cum Deum æqualẽ ſibi ad ſeruos ſuos mittit. Non eſt enim mittẽs minor re, quæ mittitur. Et ſicut creatio non potuit eſſe niſi ab omnipotẽte, & gubernatio rerum niſi à ſumme ſapiẽte, ſic nec tanta bonitas niſi à ſumme bono. Secundo, hoc bonũ eſt ęternum, & hoc tãgitur, cum dicitur: *Vt maneat vobiſcum in æternũ.*

B Spiritus ſancti quinque conditiones optimæ.

C Chriſtus oſtendit Deum in Pentecoſte.

Con-

Consolatio enim mundi cito transit. Iob: *Gaudium hypocritæ adinstar puncti.* Iob 20. Hypocrita dicitur mundus, qui est exterius quasi deauratus, cum intus sit immunditia plenus. Sed gaudium Spiritus sancti est æternum. Nos enim, qui transitorij sumus, nō possumus nisi res breues & transitorias dare, & per consequens nec consolationē nisi momentaneam. Sed paraclitus cōsolator, iuxta illud: *Non vos relinquā orphanos, vado, & venio ad vos, & gaudebit cor vestrū,* Ioan. 14 &c. cum sit æternus, alium mittet æternum consolatorem. *Si enim* (ait ipse) *vos cū sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quāto magis Pater vester cælestis dabit spiritum bonum petentibus se?* Luc. 11. Tertio, hoc bonum est bonum verū, ideo subditur, *Spiritum veritatis.* Vnde secundū medicos, cū contraria contrarijs curentur, & ab initio spiritus mēdacij infecerit hominē, quando cū prima muliere loquebatur, ex quo factū est vt sit verum illud Ps. *Omnis homo mendax:* Ps. 115. ideo oportuit Dñm, qui venerat curare naturā humanā, mittere spiritum veritatis, non erroris vel falsitatis, quē receperunt gentiles, non spiritum vanitatis, quē habuerunt philosophi & sapiētes mundi, non spiritum vmbrarum quē habuerunt Judæi. Modo vero plures currunt ad spiritum mendacij quā ad spiritum veritatis, quia ad ludos histrionū & ioculatorū magis quā ad verbum Dei. Potest autem quisper quatuor signa cognoscere quādo habet spiritum veritatis. Primum signū est amor vtilis veritatis, cum aliquis veritatem vtilem libenter audit & dicit. Qui enim errores vetularum libenter audiūt, cum mendacijs emunt & vēdunt, & verbum Dei audire nolunt, signum est quod non est in eis spiritus veritatis. Ioannes: 1. Ioā. 4. *Qui non est ex Deo, non audit nos.* In hoc cognoscitis spiritum veritatis & erroris. Secundum est amor veritatis, cum aliquis pro posse suo peccati immunditiā cauet, & si ipsam incurreret, diu sustinere non potest, & tunc signū est quod habeat Spiritum sanctū sanctitatis datorē, & amatorem. Qui vero per totū annū in sordibus manent, minus curātes de propria munditia quā de munditia sotularium suorū, non vidētur habere Spiritum sanctū, sed immundum. Hoc enim ait Petrus: *Pœnitētiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrū, & sic mūdetur, & accipietis virtutē supernenientis Spiritus sancti in vos.* Act. 2. Columba enim emissa de arca nō inueniēs vbi pes eius requiesceret, sed tantūmodo lutū & immūditiā, reuersa est in arcā. Tertiū est lętitia spiritualis. *Spiritus meus super mel dulci.* Eccli. 24. Sed qui vix trāseunt diē, quin vexētur ab ira, ac si essent frenetici, nō vidētur habere Spiritū paraclitum, sed spiritum nequā. *Spiritus* 1. Re. 16. *Dñi recessit à Saul*, &c. Super florē enim requiescit Spiritus sanctus, nō super spinā, quæ est cor malignū & iracundū, quod dū appropinquatur, verbo vel facto pūgit. *Flos de radice eius ascendet, & requiescet* Esai. 11. *super eum Spiritus Dñi.* Quartū est, maximū charitatis signum. Spiritus enim sanctus amor est, & signū proprijssimū illius est Dei amor & proximi, sicut sigillum ceræ molli similitudinē sui imprimit, sic cordi deuoto Spiritus sanctus amorē infundit. *In quo signati estis*, inquit Apost. In discipulis enim signū Spiritus sancti fuit ignis, & in nobis amor. Quarto, istud bonū est solis bonis propriū, & hoc tāgitur, cum dicitur: *Quem mundus non potest accipere, quia* Ioan. 14 *non videt eum, nec scit eū.* Secundū Aug. mūdū dixit mūdi dilectores. Ipsi enim cum sint animales nō spirituales, Spiritū sanctū, quē nō vidēt, nesciūt. Nā animalis homo nescit quæ Dei sunt. Alia enim bona dātur malis, sed istud solis amicis. De alijs bonis dicit Ps. *Ecce ipsi peccatores & abun-* Psal. 72. *dantes in sæculo obtinuerunt diuitias.* Et de hoc cōqueritur Iob: *Quare impij viuūt sublimati, cōfortatiq; diuitijs?* Iob 21. & ibidē statim optime respōdet, *ducūt in bonis dies suos*, &c. Nō enim est Deus prodigus, vt indifferenter sua magna bona dignis & indignis tribuat, sed solū dignis. *In animas sanctas se trāsfert,* Sap. 7. *& amicos constituit & Prophetas.* Et: *Infinitus est thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei.* Quintum est, quod est bonū internū, de quo subditur:

D *Signa quatuor inhabitantis spiritus veritatis.*

tate agerẽt, & ne ei, qui ipsos honorauit, contumeliam inferrent, & vt manus Spiritu sancto delimitas ab inquinatione studiose seruarent. Aliter enim seruãda sunt calix & alia vasa Ecclesiæ quàm cõmunia vasa. Sic aliter seruare se debent ministri
Exo. 30 Ecclesiæ quã laici. Exo. 30. eadẽ vnctione iubentur sanctificari Aarõ & filij eius, & vasa tabernaculi. Quarta potestas est dispensandi super plura incompatibilia. Incompatibile autem videtur hominem simul habere multitudinem linguarum, & magnum est beneficium bene scire vnã. Sed isti nouerunt omnes, ita quod Spiritus sanctus dedit eis omnia illa beneficia, & scripsit in tabulis cordis omnia genera linguarum, ita quod de lingua vniuscuiusque eorum dicat Psal. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribẽtis*. Et iterum: *Nõ sunt loquelæ neque sermones*, &c. Vnde in omni naui ponitur vnus interpres, Gallice *Truchemant*, qui sciat omnẽ linguam loqui aliqualiter, vel saltem aliquas linguas secundum loca in quę accedendum est, vt sic possint nauigantes respondere nationibus barbaris ad quas tẽdũt. Sic Apostoli in naui Ecclesiæ, vt *Truchemans* (Gallice) dati, eo quod habebant per vniuersum mundũ prędicare fidem Christi, necesse erat quod scirent loqui omnem linguam, ideo in hoc docti sunt à Spiritu sancto, & hoc cõgrue, quia ad eumdẽ pertinet nauis & regere nauis gubernaculũ vel tenere. Cũ ergo regimen Ecclesiæ pertineat ad Spiritum sanctum, regimen Ecclesiæ, qua Ecclesia regitur, ad eumdẽ pertinet. Iacobus: *Ecce naues cum magnæ sint, & à ventis validis minẽtur, circumferuntur tamẽ à modico gubernaculo; ita lingua modicum membrum est, & magna exaltat*: magna enim prędmia vel tormẽta meretur. Quinta potestas est faciẽdi cito doctores in Theologia. In die enim ascensionis Dominus eos licentiauerat, sed hodie facti sunt orbis terrarum magistri. Hodie enim eis tria fecit, Primo, veritatem ostẽdit, iuxta illud: *Ille vos docebit omnia*. Hodie quoque effusum est theologicum vinum, quo inebriati discipuli non timuerunt principes sacerdotum, sed audacter eos inuaserunt. Vinum enim facit homines audaces. Vnde & Spiritus sanctus dicitur digitus Dei. Deus enim, vt magis proficerẽt & essent magnæ doctrinæ, eis digito ostẽdit, quod antea Filius demonstrauerat. Secundo, eos prædicare fecit. Prius enim erant in caueola sicut auis, quæ non loquitur vel cãtat in hyeme propter frigus, sed aduenięte sole in vere, tũc incipit melodizare. Sic Apostoli ante hunc diem erant aggregati in vnum locũ sicut in caueola, nec auli erant loqui verba & doctrinã Christi, sed post aduentum ignis ęterni super eos, statim exierũt & volauerunt per vniuersum orbem, ita quod in omnẽ terrã exiuit sonus eorum. Et hoc figurari potest per mutum illum oblatum Christo, qui nõ loquebatur, donec Christus misit digitum in os eius & tetigit linguã eius, & loquebatur recte. Sine enim aere organa musica sonare non possunt. Sic nec Apostoli sine flatu Spiritus sancti. Psal. *Flabit spiritus eius, & fluent aquæ*. Taliter enim fluxerunt aquæ eorũ, quod hodie in sua prima lectura facti sunt Christi discipuli tria hominum millia, & pleni Spiritu sancto. Tertio, Spiritus sanctus noster legatus non solum eos prędicare fecit; sed etiam eorum doctrinam confirmauit, quia Psal. *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorũ*. Item hoc patuit, quando super audientes verbũ Spiritus sanctus descendit. Inde & Dominus dicit: *Cùm venerit paraclitus, quẽ ego mittam vobis à Patre, ille testimonium perhibebit de me*. Solet autem dici quando tota die pluit, quod est dies pluuiæ. Sed hodie est dies ignis, quia tota die pluit ignis diuinus in hominum corda: ideo hæc dies est dies amoris. Sexta potestas est restabiliendi vel rehabilitandi inhabilitatos ad beneficia. Sic & homicidæ Dei hodie stabilitati sunt & restituti ad primum statum, qui scilicet Christum interfecerant, & consenserant in in peccatum interficientium, vt scilicet apti essent ad prędicationem, & facti sunt

Psal. 44. Psal. 18.

I *Apostoli quasi interpretes nauis Ecclesiæ omnibus linguis loqui debuerunt*

Psal. 147.

Psal. 32

Act. 10 Ioan. 15

L *Dies Pẽtecostes dies ignis & amoris.*

X *Spiritus faciendo Apostolos doctores theologorum eos facit.* Ioan. 14

Digitized by Google

filij Dei, qui prius erant occisores Dei.
Rom. 8. Apost. *Qui spiritu Dei agũtur, hi filij Dei sunt.* Solent enim omnes eiusdem conuentus & sub eodem patre degentes, eamdẽ habere pittantiam. Et quia isti erant vnius patris filij, ideo etiã receperunt Spiritum sanctum, & diffusa est gratia in nationes.
Nota.

M *Apostoli & Episcopi procuratores Spiritus sancti.*

Septima potestas est visitandi omnes Ecclesias, & eligendi & per se & per procurationem. Inde & Paulus Spiritu sancto plenus omnium Ecclesiarũ solicitudinem habebat, & eas vice Spiritus sancti visitabat. Dixerat enim Spiritus sanctus: *Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos.*
Act. 13. Et Petrus & Ioannes post susceptionem huius potestatis ascenderunt in templum ad horã orationis nonam, & more visitantiũ in sua diœcesi, quod confractum inuenerunt & male dispositum, confolidauerunt, & in bonum statum restituerunt, & paralyticum in ianua sedẽtem confolidauerunt. Hanc enim potestatem dedit iste Christianis, vnde in die ascensionis fecit Deus Pater magnũ festũ in inthronizatione filij sui, sed hodie misit de supernis reliquias pauperibus expectantibus. Spiritus autem sanctus præsentem Ecclesiã etiam per se visitat, cum sit pauperum pater & orphanorum, & etiam per prælatos, qui vices eius gerunt. Octaua potestas est creandi Notarios, Prothonotarios, & Comites Palatinos. Non enim multitudinem creauit, ne vilesceret tantum officium, sed tãtummodo quatuor, scilicet quatuor Euãgelistas, & tantam dedit in eis doctrinam, vt etiã fluant adhuc flumina per vniuersum orbem. Tales quoque notarios fecit, quibus vult vt solo verbo credatur. Sunt enim tantæ auctoritatis & dignitatis. Nam ait
Act. 1. Dominus: *Eritis mihi testes in omni Iudea, & Hierusalem, & Samaria*, &c. Nec habent isti aliud sigillum à sigillo crucis. Dicit enim
Ibidem. ante: *Accipietis virtutem Spiritus sancti in vos.*

N *Apostoli quomodo facti sunt milites.*

Nona potestas est faciendi ipsos milites, quod videtur excedere metas cuiuscumque legationis. Solent enim principes dare ensem militi, & percutere de ense super collum. Sed hodie Dominus linguas loco ensis dedit, per quas intelligitur gladius verbi Dei *penetrabilior omni gladio ancipiti*, & percussit eos in capitibus, quando sedit super singulos eorum. Qui milites facti primo totum subiugauerunt orbem. Bernardus: Maius miraculum est, quod duodecim homines pauperes totũ subiugauerũt orbem, quàm aliud quodcumque miraculum. Non solum autem fecit Spiritus sanctus viros milites, sed etiam mulieres, ita vt prædicarent in mundum, & fierent postmodum martyres, & multo tempore post etiam conuerterent maxima regna. Exemplum de iuuencula captiua, quæ conuertit regnũ Iberorum iuxta Ponticum mare tempore Constantini Magni, libr. 10. Histor. Ecclesiast. cap. 10. Decima potestas est reformandi vniuersitates, quod fecit, quando reformauit mundum suum, qui fuerat perditus & per casum hominis deformatus. Primo, suum collegium discipulorũ reformauit. Prius enim fugerant omnes discipuli eo relicto, sed hodie ita eos confirmauit & reformauit, quod ipsum testificantur & prædicãt in publicum. Petrus ad vocem ancillæ negauerat, sed nunc reformatus non trepidat principibus sacerdotum dicere, quod obediendum est magis Deo, quàm hominibus. Vnde & beata Lucia bene confirmata opere Spiritus sancti immobilis, etiam equis trahentibus, remansit. Item reformabit mundanos in hac vniuersitate. *Arguet mundum de peccato, de iustitia, & iudicio.* De peccato, quia non crediderunt in Filium Dei. Si enim crederent in eum, custodirent mandata eius & præcepta. De iustitia, quam non habuerunt, & habere debuerunt, visis subsidijs sacramentorum & lauacris, quę habent Christiani à Spiritu sancto. De iudicio, quia princeps mundi huius iam iudicatus est. Si enim princeps diabolus propter peccatum ita iudicatus est, cur ita bestiales sunt mundani, vt non recogitent quod multo magis eos iudicabit Deus?

Iuxta Spiritus sanctũ Hist. 4.

O *Spiritus sanctus reformabit mũdanos de tribus.*
Ioan. 16.

DE

DE EODEM FESTO, SER. III. & in ordine CII. Per Thema.

Psal. 17. *IGnis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.* Secundum doctrinam beati Dionysij li. de Eccles. Hierarchia, Ecclesia militans exemplata est ab Ecclesia triumphante, & se regit ad exemplum & similitudinem triumphantis. Et ideo ex modo Ecclesiæ militantis possumus cognoscere modum triumphantis, sicut per exemplatũ cognoscimus exemplar. Modus autẽ Ecclesiæ militantis est, quod recipiens oblationẽ seu donum corporale refundit donũ spirituale. Nam propterea dantur Ecclesiæ dona corporalia, vt decimæ, oblationes, & eleemosynę, vt refundantur spiritualia, & consequenter spiritualia refunduntur dantibus corporalia, dicente Ps. *Sumite psalmũ, & date tympanũ.* Et Apost. ait: *Si nos vobis spiritualia seminauimus, quid magnũ est si carnalia vestra metamus?* Quia ergo Ecclesia militans miserat die ascensionis ad Ecclesiã triumphãtem donum corporale gratissimum, scilicet Christi humanitatem, ita vt tunc fieret quasi alterum pascha beatis, dũ porrecta est eis caro pretiosissima ad manducandum, & reficiendũ eos gloria accidentali; ideo non mirũ si Ecclesia triumphans hodie refudit donum spirituale in missione Spiritus sancti. Vnde Ecclesia fecit sicut solent facere pauperes iacentes ad ianuã domus, in qua celebrantur nuptiæ seu fit festum. Videtes enim se non posse introire, quærunt aliquem domino festi gratũ & dilectum, sub cuius vmbra ingrediuntur, & etiã quandoq; cum ictu baculi. Sic Ecclesia videns filios suos Patriarchas, & Prophetas, & alios electos ab origine mundi iacentes ante ianuã cæli, & musitantes nec ingredi valentes, hominẽ Deo gratissimũ & dilectissimũ præmisit, scilicet Christũ, secundũ illud Ps. *Misit ante eos virum:* sub cuius vmbra ingressi sunt patres & alij electi, & multi cũ magnis ictibus baculorum & lapidum, sicut sancti martyres. Hoc fuit donum, de quo: *Donũ hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit.* Fuit enim hoc donum ita gratum, quod eęlũ aperuit, & reliqua omnia placauit, iuxta illud: *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnũ.* Propter hoc donũ hodie apertæ sunt cataractę cæli, & dirupti sunt fontes abyssi magnę, effundentes flumina gratiarũ, itavt hodie quodãmodo paradisus esset in terris, cũ Dns paradisi Spiritus sanctus repleuerit discipulos Christi multiplicibus donis cælestibus, dãs eis nõ solum potestatẽ intrãdi in cælũ, sed etiã faciendi alios intrare. Cõstituit siquidẽ eos ianitores cæli, & præsertim Petrũ, nõ vtique tales quales esse solent in domibus principũ immites & crudeles, sed dulces & benignos. Cõstituens præterea dulcissimã dominã cæli, cui claues vini cælestis cõmissæ sunt, secundũ illud: *Introduxit me rex in cellã vinariã, ordinauit in me charitatem.* Cur itaque nõ veniũt modo voluptuosi & bibuli ad ipsam, vt det eis vinum istud theologicum, vinum merum & purum, vinum vindemię defęcatæ? Quia tamẽ nõ habetur sine pretio, dabimus pro eo vnã salutem vulgatæ monetæ, dicentes: Aue.

A Spiritus sancti missio fuit rationabilis

Psal. 80

2 Cor. 9

Cant. 2.

Ad confusionem vitandã necesse est in Ecclesia esse lumen, & in magna domo ignẽ. Ratio est, quia nec sine lumine bene seruitur in templo, nec sine igne bene ministratur in domo. Hinc nocte in Ecclesia acendũtur luminaria, vt Ecclesię illuminentur, & in hospitijs operiuntur & adunãtur carbones, vt ignis custodiatur. Inde Dominus Ecclesiã suã militantem, quæ est eius domus, in qua eius familia hospitatur; & eius templum, in quo mysteria celebrantur, noluit sine igne & lumine remanere. Præceperat enim, dicẽs: *Ignis in altari meo semper ardebit.* Inde venit de cælo ad terram, vt in ea lumen accenderet, secundum illud: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur?* De eo etiam dictum erat: *Saluator eius vt lampas accendatur.* Similiter recedens ex hoc mundo ad patrem, ne Ecclesia remaneret sine lumine & igne, misit Spiritũ sanctũ, qui est ignis diuinus, quo descendente

Leuit. 6

Luc. 12

Esai. 62

Ps. 104.

Prou. 18

B hodie carbones ſuccenſi ſunt ab eo, ſcilicet ſancti Apoſtoli & diſcipuli Chriſti, qui erant velut carbones ardentes, & velut lampades accenſæ, in quibus Eccleſia illuminata per ſplendorem honeſtatis & doctrinâ veritatis. De quibus Ezechiel: *Similitudo vultus eorum quaſi carbonum ignis ardentium & quaſi aſpectus lampadarum.* In iſtis quidem carbonibus bene cuſtodiebatur ignis Spiritus ſancti per ardorem charitatis, licet primo eſſent cooperti cineribus, id eſt latentes & humiliati. Dicitur enim in Pſ. *Auferes ſpiritum eorum*, ſcilicet vanitatis, ſuperbiæ, & cæterorum vitiorũ ſpiritualium: quæ ſunt occulta, *& tunc deficient*, id eſt humiliabuntur. *Emitte ſpiritum tuum & creabuntur*, ſcilicet virtutes. Creatio fit de nihilo. Sic de nihilo humilitatis creat Spiritus ſanctus virum perfectum. Econtra diabolus conatur hominẽ redigere in nihilum per ſuperbiam. Hæc eſt enim diaboli vox: *Exinanite, exinanite uſque ad fundamentum in ea.* Oportuit ergo Spiritum ſanctum mitti, vt illuminaret Eccleſiam ſuã, & accenderet corda fidelium ad infringendum conatus diaboli, & hoc eſt quod dicitur in Themate: *Ignis à facie eius exarſit*, &c. Iuxta thema & hiſtoriã ſolemnitatis hodiernæ dicetur primo, quis hodie miſſus eſt ad ſolemnitatem faciendã, quia ignis. Secundo, à quo proceſsit, quia à facie eius, hoc eſt ab imagine Patris exarſit, id eſt proceſsit. Tertio, quid fecit, quia carbones, hoc eſt, diſcipuli Chriſti ſuccenſi ſunt ab eo. Primum declarabitur priori ſermone: reliqua vero duo ſermone ſequenti. Circa primum, quia conſtat quod ignis iſte hodie miſſus ſit Spiritus ſanctus, duo videnda ſunt de iſto igne. Primum eſt, quomodo habitus eſt & per quid. Secundũ, quomodo deſcendit. Pro primo dicitur, quod per tria habitus eſt & attractus. Primũ eſt deſideriũ feruens diſcipulorũ. Per feruens enim deſideriũ fit ei quaſi quædam coactio: imo *præoccupat eos qui ſe concupiſcunt*. Nam & libenter declinat princeps ad hoſpitium, in quo ſcit deſiderari aduentum eius. Vnde & fidelis feruenter deſiderans Spiritũ ſanctum, eſt onager ille, de quo Hieremias: *Onager in ſolitudine in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui:* ſicut illi qui aſcẽdunt montes, aſpiratione ſua attrahunt ventum. Pſ. *Os meum aperui, & attraxi ſpiritum.* Tamdiu enim diſtulit Dominus mittere Spiritum ſanctũ, vt Apoſtoli feruentius ipſum deſiderarent, & cor eorũ magis dilataretur per deſideriũ, & fieret capacius. Nã Spiritus ſanctus eſt ſicut auis prædalis, cui cor dilatatũ per deſiderium eſt tribuendũ. Vnde expectabãt Apoſtoli cum magno deſiderio cõſolationem diei hodiernæ. Primo, ſicut clerici habentes gratiã expectatiuã ſuper aliquo beneficio deſiderãt ipſum adipiſci. Iuerat enim Dei Filius ad cęlum ad impetrandũ beneficia in die aſcenſionis, & ideo hodie expectabant collationes, quas & habuerunt: quia ſcientiam infuſam, dona linguarũ, cõfirmationem, & cætera dona Spiritus ſancti. Sed miſerunt ne pecuniã? Dicitur quod ſic, ſcilicet pretium redẽptionis noſtræ, & nuncium, ſcilicet deſideriũ cordis, & orationem ad ſolicitandum caſum ſuũ. *Aſcendit fumus aromatũ incenſorũ de orationibus ſanctorum.* Secundo, expectabãt ſicut ſitibundi, qui & ſi habebãt refectionem panis corporis Chriſti, reſtabat tamen adhuc habere vinum Spiritus ſancti. Parum enim valet panis ſine vino. Vinum autẽ iſtud tale fuit, vt prius mutos faceret clamare quaſi gallos criſtatos, non obſtante periculo perditionis tẽporalium, aut parentum, imo vitæ proprię. Sciebant enim meliorem ſibi ſubſtantiã reſeruari in cælis, ſeque eſſe in meliori protectione quã parentum, ſcilicet illius, cui dicit Pſ. *Tibi derelictus eſt pauper*: vitã demique iſtam miſerã commutãdam fælici ac perpetua vita. Secundum attrahens Spiritum ſanctũ fuit inuitatio frequẽs, ſcilicet per orationem, ſicut Eccleſia canit: Oratibus Apoſtolis Deum veniſſe nunciat. Hoc approbat Sapiens: *Optaui* (inquit) *& datus eſt mihi ſenſus: & inuocaui, & venit in me Spiritus ſapientiæ.* Non enim ſe ingerit ad modum hiſtrio-

Apoſtoli carbones & lampades in Eccleſia. *Ezech. 1*

Pſ. 103. *Ibidem* *Pſ. 136.* *Pſal. 17*

Hier. 2. *Pſ. 118*

Notan.

Apoc. 8

Pſal. 10

C *Deſideratio feruenti attrahitur Spiritus ſancti* *Sap. 6.*

D *Oratione inuitatur Spiritus ſanctus* *Sap. 7.*

histrionis, sed solum vocatus venit. Tertium attrahens est congrua præparatio loci, quæ fit multipliciter. Primo, purgando hospitium per aquam pœnitentiæ, quod notatur, cum dicitur: *Dum complerentur dies Pentecostes.* Complentur enim in nobis dies Pentecostes, dies remissionis & veri iubilæi, si egerimus pœnitentiam de peccatis nostris. Aqua siquidē lachrymarum & cordis cōpuncti peccata abluit, & quanto maior, tāto magis mūdat: sicut lixiuium quāto fortius, tanto amplius est mundificatiuum. Et per hoc diluuiū Microcosmus, hoc est minor mundus, scilicet homo, lauatur. Alius tamen modus purgandi est per ignē diuini amoris, qui absorbet omne peccatū, sicut fornax ardentissima materiā combustibilē sibi iectā & ignis cerā resoluit. *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Et iste modus signatur per modum illum, quo purgabitur mundus in fine, scilicet per ignem, de hoc in Euangelio dicitur: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Innotescit enim ignē diuini amoris esse in camino cordis humani per obseruationē mandatorum Dei. Secundo, fit præparatio ornando hospitium, quod facit vnanimitas & pax, ideo dicitur: *Erant pariter in eodem loco.* Psal. *In pace factus est locus eius.* Et: *In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt, concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier sibi bene consentientes.* Vnde canit Ecclesia de Apostolis: Inuenit eos concordes charitate, & illustrauit eos mundans diuinitas deitatis. Magnum quidem bonum est concordia, per quam homines diuersi generis adunātur & quiete viuunt, vt dicit Augu. de ciuitate Dei. Sicut enim multę chordæ bene concordatę simul suauem sonum & melodiā faciunt, sic personæ diuersi generis, diuersarum conditionum & nationum simul conuenerunt, Spiritu sancto vniente eas, vnde sequebatur suauitas & pulchritudo pacis. Sed sicut mirum est, quomodo in musico instrumento tam varie chordæ possunt bene simul concordari, vt mirabatur Scipio; sic mirabile est & opus dexteræ excelsi, tot tamque diuersarum cōditionū & nationū populos simul in vna ciuitate pacifice habitare. Multi autē nūquam cū reliquis cōcordant, quos comparat Iudas in Canonica sideribus errantibus, quia non mouentur vniformiter cum alijs, sed ab alijs in conuersatione sunt discordes. Magnū ergo quid faciūt Dñi iustitiarij, si ponūt concordiā in populo. Cōmuniter enim propinquiores loco vel carne sunt cæteris minus cōcordes. Nā sicut dicebat quidam, cum argueretur quod litigaret cū propinquis: Litigabitne Parisien. cū homine Aruernię, aut oriētali lōge ab eo distāte, quē numquā viderit, & cū quo nihil vmquā cōmune, aut diuidēdum habuerit? Sic in musica cantantibus pluribus prima notula, scilicet *vt*, nō concordat cū proxima, scilicet *re*, sed bene cū tertia, scilicet *mi*, nec tertia cū quarta, sed bene cū quinta, & sic de alijs. Quod etiā apparet in musicis instrumētis, quia nō resultat melodia nec cōcordia ex tactu propinquarū cauillarū, sed distantiū. Tertio, dilatatur locus & hospitium per humilitatē. Ad quod faciendū erāt Apostoli sedētes sicut humiles & abiecti. Hinc Maria ait: *Magnificat anima mea Dominū, quia respexit humilitatē ancillæ suæ*, magnificat Dominū, id est, magnū facit habitaculū Deo. In secūda parte videndū est, quomodo descēdit Spiritus sanctus. Dico igitur quod descendit primo ad modū vēti, quia in similitudinē spiritus vehemētis. Huius autē est ratio multiplex. Prima est, vt ostēderet quod ille solus est qui nos deducere habet ad portū salutis æternæ. Anima enim est sicut nauis institoris, quæ si bonū habeat ventū, vadit in Hierusalē; si malū, declinat ad Saracenos, id est, dæmones. Psal. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā*, quia spiritus malignus deducit in terram obliquā. Secunda ratio, quia sine vēto seu flatu aut aëre respirato nō viuimus, quia cor maxime indiget refrigerio illo. Possumus enim esse duobus vel tribus diebus sine cibo vel potu, sed nō sine respiratione.

E *Purgatur locus hospitium aqua pœnitentiæ & igne diuini amoris.*

Luc. 7.

Ioan. 14

Act. 2.

Psal. 75

Eccli. 25

F *Pax & concordia magnū & bonū*

G *Spiritus sanctus venit in modum venti descendit.*

Psal. 142.

ne. Sic nec vita spiritualis est sine isto Spi-
Ioan. 6. ritu, quia *Spiritus est qui viuificat*. Nos ergo diligēter caueamus, ne nimio amore terrenorū impediatur iste Spiritus, sicut viscoso humore exeunte in meatu, per quē exterior spiritus attrahitur, fit difficultas respirādi, & quādoque homo suffocatur.
Mat. 13 Sic & animæ accidit. Nā *solicitudo huius sæculi, & fallacia diuitiarū suffocat verbum*. Et
Prou. 4. ideo Sapiens consulit: *Omni custodia serua cor tuū*. Tertio, quia vētus facit tremere terrā, quando intrat in eā. Sic Spiritus sanctus quādo intrat in hominē, facit eū gemere
Psa 147 de peccatis suis. Psal. *Emittet verbū suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ* lachrymarū & cōpunctionis, & sæpe maiores peccatores amplius tremūt ad tactū Spiritus sancti. Videmus enim per experiētiā, quod in locis mōtuosis sicut in mōtibus Aruernię sunt plures & maiores ter-
Nota. ręmotus quā in alijs locis. Ita etiā in hominibus mōtuosis per superbiā & vitiosis videmus sæpe quod maiores sunt terræmotus cōuersionis, & quasi subiti, quā in alijs. Nā multi taliū primo dediti omnibus voluptatibus, de quibus nūquā speratū fuisset, cū feruore cōuersi sunt, intrātes religionē, & cæteris austerius viuētes. Sic venit repēte Spiritus ad modum vēti vehementis, quia nescit tarda molimina
Ioan. 3. Spiritus sancti gratia. Nam *Spiritus vbi vult spirat*. Quarto, quia vētus facit moueri nubes. Sic Spiritus sanctus Apostolos, de qui-
Esai. 60 bus Esaias: *Qui sunt isti qui vt nubes volant?* Secundo, descēdit Spiritus sanctus ad modū tonitrui, quia factus est sonus de cęlo. Tonitruū enim est sonus factus in nubibus, causatus ex percussione laterū nubis ab exalatione calida & sicca, quæ petit exitū. Vnde sicut tonitruum solet venire cum fulgure, sic aduenientē Spiritu apparuerunt dispartitæ linguæ quasi ignis, ad ostēdendū quod ipse est digitus Dei, ostēdēs pijs salutē, & malis perditionē. Ex illo enim sono nō sunt territi Apostoli, sed magis cōsolati, alijvero territi, quia facta hac voce cōuenit multitudo, & mēte confusa est. Tertio descēdit ad modum ignis, sed differēter ab igne materiali. Nā ignis materialis incinerat corpora, iste animas. Nam Psalm. *Auferes spiritum eorum, & deficient*. Et alibi: *Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei*. Et: *Verte impios, & non erunt*, scilicet impij amplius, sed iusti. Secundo, ignis materialis excæcat fumo suo, iste illuminat. Est enim ignis ille non comburens, sed illuminans, quem intuebatur Moyses in rubo. Tertio, ignis inferior operatur primo exterius, iste interius, adinstar ignis fulguris de cælo venientis, quod quandoque bursa plena auro vel argento non lædit bursam, & consumit aurum vel argentum. Aurum in bursa, pecunia in corde per affectum & amorem. Huiusmodi autem affectum seu amorem tollit & consumit Spiritus sanctus, corde manente integro. Quarto, ignis terrenus dulcia facit amara, quia fructus dulces conuertit in cinerem amarū. Sed ignis cælestis amara, sicut paupertatem, pœnitentiam, & tribulationes, dulcia facit ad instar caloris cæli materialis, qui fructus acerbos dirigendo dulces facit. Quarto, descendit seu apparuit Spiritus sanctus in modum linguæ. Primo ad literam, ad ostendendū quod in ore Apostolorum omnium genera nascerētur linguarum. Secūdo ad anagogia, vt insinuaretur quod sicut paradiso existēte in terra Apostoli linguis locuti sunt nouis & igneis, ita in paradiso loquemur nouo modo, toti inflāmati diuino amore. Ter-
Nota. tio secundum sensum allegoricum, vt ostenderetur linguam esse instrumentum, quo Spiritus sanctus regit Ecclesiam, adinstar nautæ modico gubernaculo regentis magnam nauem. Iacobus: *Ecce naues* Iac. 3. *cùm magnæ sint, & à ventis validis minentur, circumferuntur tamen à modico gubernaculo: ita lingua modicum quidem membrū est, & magna exaltat*, hoc est, magna præmia vel tormēta meretur. In doctrina enim sana per linguam prædicatoris principaliter loquitur Spiritus sanctus. Psal. *Lingua mea cala-* Psal. 44. *mus scribæ velociter scribentis*: sicut per linguam inflammatā igne inferni loquitur spiri-

ab igne materiali.
Psal 101.
Psal 67
Prou. 28
Exod. 3.
I *Spiritus sanctus cur apparuit in modū linguæ.*
II *Spiritus sanctus ignis est ab igne differens*

Digitized by Google

ſpiritus malignus. Vnde data erant Apoſtolis dona diſpenſanda non aliunde quã per linguam, manu temporalia, lingua ſpiritualia. Sicut ergo ad completum regimen nauis & nauigantium requiritur aliquis interpres doctus in varijs linguis, qui dicitur Gallice *Truchemãt*, vt eius medio poſsint diuerſæ nationes ſimul communicare & colloqui: ſic quia variæ nationes erant congregandæ, & ſimul commoraturę in naui Eccleſiæ, oportuit eſſe aliquos interpretes, vtpote Apoſtolos Chriſti in varijs linguis eruditos. Nam ex
Gen. 42. figura Ioſeph loquebatur fratribus ſuis per interpretem. Sic Chriſtus mediantibus Apoſtolis, qui in virtute Spiritus ſancti fuerunt interpretes noſtri, omnẽ linguam ſcientes. Quarto moraliter. Primo,
K. *Lingua efficax ad merendum* ad oſtendendum nihil eſſe efficacius lingua ad merendum, cum in ea totius meriti auctor apparuerit, & hoc ſi bene regatur. Alioquin ſi male regatur, nihil in ea peius. Inde eſt quod nihil plus amat diabolus quàm malam linguam. Exemplum de cibo præparato diabolo infirmo de malis linguis, quo odorato ſtatim cõualuit. Qui etiam ad modum vulpis fingentis ſe mortuam, cum lingua venatur corniculas, cum lingua ſcilicet malorum detractorum, qui velut canes ſanguinolenti habent ſemper ſanguinẽ, id eſt peccatum proximi in lingua. Hi paſcũtur venenoſis ſicut pullus ciconiæ, contra naturam hominum. Secundo, vt monſtretur quàm munde ſeruãda eſt, per quã à tanto Domino ita ſumus nobilitati & honorati, ne efficiamur ſimiles porco, qui non plus parcit ori quã pedi. In lingua quidẽ Dñs ſpecialiter hominem honorauit, dans ei vſum loquelæ ad cõmunicandum inuicẽ, & ad laudandum eũ, quod non fecit cæteris animalibus, quæ tamen ſuo modo Deum laudant, & homines eum per linguam inhonorant & blaſphemãt. Magna autem valde ingratitudo eſt, inde inhonorare Deum vnde honoratur homo à
Matt. Deo. Tertio, vt intelligatur poſſe per linguam cognoſci qui ſunt Dei, & qui ſunt diaboli. Dicebatur enim Petro: *Nam & loquela tua manifeſtũ te facit.* Sicut enim cognoſcitur porcus in lingua, an ſit leproſus vel nõ, ſic homo per linguam cognoſcitur an habeat lepram peccati vel non, ſecundum quod habet colloquia ſancta, quæ ſunt linguagium paradiſi, vel praua & impudica, quæ ſunt linguagium diaboli & inferni. Et ſi quæratur: Quare apparuerunt diſpartitæ linguæ? Reſpondetur quod ratio eſt multiplex. Prima eſt,
L. *Spiritus ſanctus cur apparuit in linguis diſpartitis.* ad oſtendendum quod linguæ erant diſpartiendæ & diſpergendæ, quia ſi ſimul manſiſſent Apoſtoli, & nõ fuiſſent diſperſi, numquam lucrati fuiſſent totum mũdum. Si enim exercitus Romanorũ ſemper manſiſſet in eodem loco, non ſubiugaſſent orbem. Secunda ratio, ad innuendum quod lingua prædicatoris debet eſſe partita, quia dulcis quoad bonos, eis declarando dulcedinem & bonitatẽ Dei, amara contra malos, eis inſinuando iuſtitiam Dei & acerbitatem inferni, ſeruãdo tamen modum, & prout oportet. Aliquin non ædificaret. Exemplũ de quodã fratre Macharij, qui modum exceſsit vocando ſacerdotem idolorum diabolum, & ideo eum exacerbauit, & pene interfectus eſt ab eodem. Si autẽ modus ſeruetur, licet quãdoque ſit amara lingua docentis, habebit tamen ſemper dulcedinẽ annexam & vim medicatiuam, ſicut lingua canis. Tertio, ad oſtendendum varia eſſe dona Dei. Vnde ſicut paterfamilias ſecundum quod habet vaſa diuerſarum conditionũ, ſic replet ea rebus diuerſorũ valorum, dolia vino, horrea grano, arcas pannis, burſam argento. Sic Deus ſecundum quod videt fideles ſuos diuerſimode diſpoſitos, varijs virtutibus replet eos, quoſdam deuotione, ſecundum illud Pſal. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Alios ſcientia. *Repleta eſt terra ſcientia Domini*, alios eloquentia, ſicut Apoſtolos, & ita de reliquis. Et ex oppoſito diabolus ſecundum quod videt homines diuerſimode diſpoſitos, ſecundum hoc nititur eos varijs vitijs in-
Pſal 62
Eſai. 11.
fice-

ficere, qui iuxta hiſtoriam in vitis Patrũ portabat diuerſas lagenas, vt qui nollet de vna bibere, biberet de alia. Licet autẽ
1 Cor. 12 *varię ſint donationes gratiarum, vnus tamen & idem Spiritus.*

IN EODEM FESTO, SERMO IIII. & in ordine CIII. Per Themą precedens.

A Spiritus ſanctus miſſi debuit.

QVod Spiritus ſanctus poſt Chriſti aſcenſionem mitti debuerit, primo natura figuraliter demõſtrat, quia ſecundum naturam poſt aſcenſum nubis à terra ſolet ventus & tonitruum deſcẽdere, & cum tonitruo ignis inflammans, & illuminãs illud ſuper quod cadit. Scri-
Apo 14 ptura vocat corpus Chriſti nubem. *Vidi nubem candidam, & ſuper nubem ſimilem Filio hominis.* Sicut enim nubes generatur quãdoq; ex materia amara & ſalſa, fit nihilominus aqua dulcis, ſic licet huius corporis materia, ſcilicet natura humana, eſſet
Gen. 6 corrupta. *Omnis caro corruperat viam ſuam:* tamen in Chriſto nulla fuit amaritudo peccati. Hinc de eo dicitur: *Vidimus eũ plenum gratię.* Et quia hæc nubes aſcendit in die aſcenſionis, iuſtum fuit, vt hodie cũ vento vehementi, cum tonitruo, cum igne flammante deſcenderet. Secundo, hoc docet natura, quia natura tantũ abhorret vacuũ, quod corpora, quæ de natura ſua habent aſcendere ſurſum, ne ſit vacuum, ad inferiora deſcendunt, vt de igne & aëre, & econtra de terra & aqua. Sic ſpiritualiter plus abhorret Deus quã natura vacuum. Ideo vbi cor cupiditatis terra, & aqua vanitatis euacuatur, licet Spiritus ſancti natura ſit eſſe ſurſum, tamen ad replendum tale cor ſe humiliat,
4. Reg 4 & deſcendit. Vnde 4. Regum 4. fluxit oleum quãdiu vaſa vacua fuerunt. Et quia corda Apoſtolorum erant cupiditate & vanitate vacua, imo & carnali amore, ideo hodie repleuit eos Spiritus ſanctus. Secũdo, hoc docet vſus. Primo, vt dictum eſt mane, Eccleſiæ militantis vſus eſt, pro dono corporali refũdere ſpirituale. Ideo etiam conueniens fuit, vt Eccleſia triumphans pro dono corporali ſibi miſſo, ſcilicet humanitate Chriſti, refunderet donum ſpirituale. Secundo, hoc docet vſus, quia liberales homines quando faciunt magnum feſtum, & ſunt in magno ſolatio, mittere ſolent xenia pauperibus vicinis, & maxime pauperibus ſui generis. Tota Trinitas his diebus tenuit, & tenebit in perpetuum magnum feſtum de victoria Chriſti, & coronatione & collocatione in regno. Ideo recolligens de pauperibus vicinis, ſcilicet natura humana, qui ſunt pauperes de genere Chriſti, cõuenienter miſit hodie dona Spiritus ſancti. Tertio, hoc docet Scriptura. Nam ſcriptum eſt: *Igitur perfecti ſunt cæli & terra, &* Gen. 2.
omnis ornatus eorum. Et quia in incarnatione perfecta eſt terra: erat enim defectus Dei & principij in terra, & in cælo erat defectus hominis & finis, ideo in aſcenſione perfecti ſunt cęli. Et poſt perfectionẽ neceſſarius erat ornatus, de quo Iob:
Iob 26. *Spiritus Domini ornauit cælos.* Eſt enim ornamentum cordium cæleſtium, ideo indumento comparatur. *Sedete in ciuitate, quo-* Luc. vl.
adusque induamini virtute ex alto. Quod veſtimentum petebat Dauid in perſona Eccleſiæ ſibi mitti, dicẽs: *Emitte Spiritum tuũ,* Pſ. 103.
ſcilicet in die Pentecoſtes, in quo ſolent renouare veſtes qui ſunt nobiles. Quarto, hoc docet prouidentia Dei. Creſcente dominio debet creſcere prouidentia & ſapientia, & debent ſubditi ſupportari & participare de bonis dominij. Sed in die aſcenſionis apparuit Dominus cæli & terræ, & tunc apparuit cælorum habuiſſe prouidentiam, cum Angelos miſit in terram. Nondum autem oſtendebat de potentia, quam terris effundebat, ideo nunc primo prouidentiam oſtendit, mittendo in terris pacem cordium, non ſimilis illis, qui quanto plura habent, magis prælĩatur & prædantur. Et quia maxime mare prouidet de fontibus & fluuijs: *exeunt* Eccli 1.
enim omnes aquæ à mari. Ideo Maria mare, ſuper omnes creaturas aquis gratiarum plena, quæ fuit ſacrarium Spiritus ſancti, nobis prouideat, & dicamus illud Pſal.

Moneta-

Psal. 97 *Moueatur mare, & plenitudo eius.* Triplici-
8 citer datus est Spiritus sanctus. Primo
Spiritus sanctus datus est in specie columbæ flatu & linguis quidē in specie colūbæ in baptismo propter mansuetudinem, quia homo in statu innocētiæ fuit animal mansuetū natura, sed peccato belluinus factus est, secundū illud Psa. *Homo cū in honore esset, nō intellexit,* &c, Secundo, datus est in flatu Apostolis, quando insufflauit Dñs in Apostolos, di-
Ioan. 20 cēs: *Accipite Spiritū sanctū.* Vnde secundum Rich. de media villa: Bene prælatis datur Spiritus sanctus in flatu, vt in absoluēdis subditis magis vtantur flatu, id est verbis, quā baculis vel virgis, id est verberibus.
3. Re 19 Hinc 3. Regū 19. *Post ignē sibilus aurę tenuis, & ibi Dominus.* Tertio, doctoribus datur in igne, nō qualitercūque, sed in linguis igneis. In linguis propter eloquētiā, in luce propter scientiā, in feruore propter charitatē, quia in igne isto oportet quod sit lumen & ardor, iuxta deprecationē Psal.
Psal. 19 *Mittat tibi auxilium de sancto*, id est de sanctitate vitæ, *& de Siō*, id est, de speculatione doctrinæ, *tueatur te.* Ecclesia enim non solū tuetur lumine doctrinæ, sed etiā sanctitate vitę. Et ordinantur recte missiones istæ. Quia enim Spiritus sanctus originaliter mittitur à Patre, ideo prius à Patre mittitur in specie colūbæ. Secundo, à Filio in flatu. Tertio, in linguis ab vtroq;, & hoc est quod dicitur in Themate: *Ignis à facie eius* scilicet patris, scilicet à filio *exarsit*, &c. Postquā mane dictū est quis ille est qui missus est ad solēnitatē hodiernā faciendā, cōsequēter dicēda sūt duo. Primū est, à quo processerit. Secundum est, quæ fuerit eius operatio. Quo ad primū, dicit Thema, Ignis à facie eius, id est ab imagine Patris, scilicet Filio processit, hoc est à Patre, & Filio. De Filio enim dicitur:
Hebr. 1. *Qui cùm sit splendor gloriæ.* Hoc patet: *Spiritus*
Ioan. 14 *sanctus, quē mittet Pater in nomine meo.* Et: *Cùm*
Ioan. 15 *autē venerit paracletus, quem ego mittā vobis à*
Galat. 4 *Patre spiritū veritatis, qui à Patre procedit.* Et: *Misit spiritū filij sui in corda nostra clamātē: Abba pater*, id est varijs linguis loqui faciētē. Et
Psal. 43 rursus in Ps. *Dextera tua & brachium tuū, & illuminatio vultus tui.* Est enim Spiritus sanctus donū vtriusq; habēs multas proprietates, quæ dictę sunt in prima parte 2. ser. huius diei. Sed quoniā Spiritū sanctū procedere à Patre & Filio, est articulus fidei in symbolo Niceno cōtentus, ideo nō amplius insistimus, trāseuntes ad aliā partē, quæ est de operatione Spiritus sancti.

Pro secūda igitur parte dicendum est, quomodo ignis iste, scilicet Spiritus sanctus, succēdit carbones, hoc est Apostolos & discipulos Christi. Vnde sicut de materia fragili & facile corruptibili fiunt carbones multū durabiles. Nā testimonio Philosophorū & cementariorū, si carbo ponatur sub terra in fūdamētis, nō putrefit, sic Spiritus sanctus de discipulis Christi prius debilibus, qui positi sunt circa fundamentū Ecclesiæ, fecit incorruptibiles, & stabiles cōtra omnē impetū hostiū & tentationū. Ignis autem iste increatus habuit septē operationes spirituales circa eosdē discipulos Christi, cōformes septē operationibus materialibus ignis. Quæ quidē operationes vocari solēt septē dona Spiritus sancti, de quibus: *Requiescet* Esai. 11 *super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus cōsilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eū spiritus timoris Dñi.* Sed vt melius intelligatur materia, & ampliusexcitetur deuotio nostra ad amorē huius sanctissimi Spiritus, primo ad-
c uertendū est quod licet aliqui, vt est Sco-
Dona Spiritus sancti distinguuntur a virtutibus, & quid sint tus, nō distinguant ista dona à virtutibus theologicis & moralibus, tanto satius videtur cū beato Thoma & alijs sacris doctoribus ea distinguere ad amplius magnificandū dona Dei. Dicitur enim: *Exalta-* Eccli 43 *te eum quantū potestis. Maior est enim omni laude.* Nihilominus sic se habent ad charitatē virtutē theologicā, quod numquā sunt sine ea, sed eā prę supponūt. Secūdo, sciēdū quod secundū Tho. 1. 2. qu. 68. ar. 3. septem dona Spiritus sancti sunt quidā habitus, quibus perficitur homo ad prōpte obediendū Spiritui sancto, secundū illud: *Qui* Rom. 8. *spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei & hæredes,* hoc est, dona ista sunt quędam habilitates in anima ad prompte operandū mandata

Dei;

Dei, ad ſequendum prompte motionem Spiritus ſancti in omnibus affectionibus & operationibus, ſaltē neceſſarijs. Et ſic dona addūt ad virtutes, quod faciunt hominem promptius bene operari quā virtutes ſolę. Tertio aduertendum eſt, quod dona Spiritus ſancti multiplici ſeptenario in ſcriptura figurantur. Primo quidē per ſeptē dies, quibus creatus eſt mūdus, quia per ſeptē dona recreatur minor mūdus, ſcilicet homo, hinc petebat Dauid: *Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur* homines, ſcilicet ſpiritualiter. Secundo, per ſeptem crines in capite Sanſonis, quibus manētibus prævalere non poſſunt Philiſtæi, hoc eſt dæmones, eis vero abraſis debilis homo redditur, eo quod ſimul cum eis Dominus recedit. Tertio, per filias Iob ſeptem, prout exponit Grego. 1. Moraliū. Quarto, ſeptē gradibus, quibus ad portā templi aſcendebatur, vt exponit Grego. homil. 19. in Ezech. Quinto, in ſeptē ſtellis Apocalypſis in dextera Chriſti, quia præſentem vitam illuminant, quæ nocti recte cōparatur, & propter aduerſitates, quibus plena eſt; & propter tenebras duplices culpæ, & ignorantię, quibus abundat; quæ ſunt in dextera eius, quia in poteſtate eius eſt dare cui voluerit. Sed quia hic Spiritus ſanctus cōparatur igni, vidēdum eſt, quomodo iſta ſeptē dona ſignētur per ſeptem proprietates ignis, incipiēdo ab infimo dono, & gradatim conſcendendo ad ſupremum. Prima igitur proprietas ignis eſt contrahere, nā contrahit extēſam pellem. Sic donum timoris contrahit humanā mentem ab omni ſua defectuoſa vita, vt dicere poſsit homo cū Dauid: *Cogitaui vias meas, & cōuerti pedes meos in teſtimonia tua*. Ex quo verbo prophetæ elicitur, quod timor Dei habet aliqua officia. Primū eſt, quod reddit hominē ſolicitū circa conſiderationē vitæ præteritæ, qualis fuerit. Secundum eſt, quod facit attendere ad mandata Dei, vt faciat homo quæ præcepit Deus, & vitet quę prohibuit. Nam ſcribitur: *Qui timent Dominum, exquirent quæ beneplacita ſunt ei*. Et: *Per timorem Domini declinat omnis à malo*. Et qui ſic timent Deum, placent Deo, ſecundum illud Pſal. *Beneplacitum eſt Domino ſuper timētes eum*, ſed non omnes, ſed *qui ſperant ſuper miſericordia eius*: quia timor nimius ſicut lapis ponderoſus trahit deorſum in foueam deſperationis & inferni. Sed ne nimis eleuetur quis, addit, *ſuper miſericordia*, quia timendum eſt de iuſtitia, & ſperandum de miſericordia. *Metuentes Dominum ſuſtinete miſericordiam eius*, & ne deficiatis ab eo, ne cadatis ſcilicet in deſperationem. *Miſericordia enim ſuperexaltat iudicium*. Eſt autem multiplex timor, ſcilicet ſeruilis, quando quis ſolo timore pœnæ abſtinet à peccatis, & non amore iuſtitię. Et iſte non eſt donum Spiritus ſancti, nec cum Spiritu ſancto, licet ſit à Spiritu ſancto, ſicut aurora, quæ eſt à ſole, ſed non cum ſole. Et ſicut ſeta introducit filum in acum, ita iſte timor introducit gratiam in animam. Secundus timor eſt initialis, qui habet duos oculos, vnum, quo reſpicit pœnam, qui eſt ſiniſter, & minus principalis. Aliū, quo reſpicit offenſam Dei, qui eſt dexter, & principalis. Et iſte bene eſt cum Spiritu ſancto & donum eiuſdem, ſed eſt in imperfectis. Tertius timor eſt filialis, quo quis timet ſeparari à Deo, ſicut filius à patre propter bonitatem eius, & abſtinet à peccatis, ne offendat Deum, eſto quod ſciret quod Deus numquam puniret peccatum, ſeu quo quis refugit ſe Deo cōparare, reuerendo ipſum. Et iſtud præcipue eſt donum timoris, quod fuit in Chriſto, in quo fuit perfecta charitas, mittens foras timorem initialem, & iſtū admittens. Nam & iuxta augmētum charitatis aut decrementum augetur aut decreſcit timor iſte, quia timor ex amore cauſatur, & creſcente cauſa creſcit effectus. Quanto enim plus diligitur Deus, tanto magis timetur eius offenſa. Sic etiam in alijs timoribus, qui cauſantur ex amore alicuius delectabilis vel vanitatis, & vtilitatis mundanæ, qui timores perduntur adueniente charitate. Iſtud donum timoris primo habere videbantur

D *Dona Spiritus ſancti multiplicis ſeptenario de ſignātur Geneſ. 1.*

Pſ. 103 *Ibid. 16.* *Iob 1.* *Ezec. 40* *Apoc. 1* *Pſ. 118.*

E *Timor Dei habet duo officia.*

Eccli. 32 *Prou. 16* *Pſal. 33* *Eccli. 2.* *Iac. 2.*

F *Timor multiplex, ſcilicet ſeruilis, initialis, & filialis.*

tur

tur imperfecte discipuli ante aduentum Spiritus sancti, quãdo nondũ in eis apparebat perfecta charitas, quæ foras mittit timorẽ mundi. Habebant tamẽ timorem Dñi, per quem reddebantur de sua salute soliciti, & de impletione mãdati Christi, qui iusserat eis vt sederẽt in ciuitate, quousque mitteretur Spiritus sanctus. Sed post aduentum eiusdem Spiritus, ostẽderunt palã, abiecto omni timore mundi, se perfecte timere Deum, ipsum reuerẽdo, & eius offensam cauendo, ita vt corã magistratibus dicerent: *Oportet magis obedire Deo quã hominibus.* Verum ex aduerso diabolus succẽdit carbones infernales igne superbiæ, qui timori directe aduersatur. Timor enim hominẽ humiliat, & superbia eleuat in præsumptionẽ taliter, quod de ea dicitur: *Odibilis corã Deo & hominibus superbia.* Nec mirum: superbi enim fecerũt homagiũ & conuenientias cũ aduersario Dei, quia *ipse est rex super omnes filios superbiæ.* Inde Iudith: *Superbia non tibi placuerunt ab initio:* quando primum Angelũ de cælo superbientẽ eiecit & precipitauit: *sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.* Secunda proprietas ignis est liquefacere. Liquefacit enim ceram & metalla. Sic Spiritus sanctus per donũ pietatis liquefacit cor hominis erga proximũ. Vnde secundum de Gersono in secunda parte, actus pietatis vt est donũ, est facere hominem beneuolum respectu proximi, inquãtum gerit imaginem creatoris. Nam pietas quæ est respectu Dei, est virtus latriæ. Pietas, quæ respicit hominem, inquantum pater aut mater vel carne cõiunctus, etiã virtus est, similiter quæ respicit proximum prout est pauper seu miseria oppressus, virtus est misericordiæ. Nihilominus donũ pietatis respicit quẽcumque proximũ indifferenter siue cõsanguineum, siue pauperẽ, sed sub ratione qua est creatura rationalis, causando quandam beneuolentiam erga ipsum. Quæ quidem beneuolentia exit in actũ. Primo, condelectando bonis eius, ita vt generet in mente teneram dulcedinem omnis creaturæ rationalis, & maxime illius, quã nouit cum Deo, & de Deo philocaptã. Aliũ enim est gaudere cũ gaudentibus. Secundo, cõpatitur malis dolẽdo, sicut Apostolus, dicens: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Item: *Flere cum flentibus.* Tertio, excusat creaturas peccantes inquantum potest, sicut Christus orans pro persecutoribus: *Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt.* Quarto, exit in actum per cuiuscumque operis beneficium, vtpote per opera misericordiæ corporalis & spiritualis. Istud donum pietatis satis probati sunt habuisse Apostoli in suis beneuolis prędicationibus & labore assumpto pro cõuersione populi. Sed diabolus econtrario suos incendens igne inuidiæ, ipsos duros & rigidos vsqueadeo efficit, vt nullius misereãtur. Inuidi enim nullis parcunt, sed gaudẽt de malis proximorũ, & dolent de bonis eorũdem, non eos excusant, sed accusant, nec eis se beneficos præstant, sed inquantum possunt nocent. Sunt autẽ socij diaboli in communi castello, id est, ad iacturam & lucrum. *Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* Imitantur autem eum qui sunt ex parte illius. Sed quicumque lucretur vel perdat, ipsi tamẽ semper perdunt, quia semper sunt in miseria. Sunt etiam ex parte eius in guerra, quã habet contra hominẽ, gaudentes scilicet de victoria diaboli, & dolentes de contrario, & pro posse suo iuuant eũ. Tales summe Deo displicent, secundum illud: *Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeat, ne fortè videat Deus, & displiceat ei, & auferat iram suam ab eo.* Nec mirum si displicet Deo. Est enim quasi contra naturam. Nam bestiæ mutuo se iuuant, & supportant, vt cerui & elephantes, nec nocent speciei: solus homo est denaturatus, & sicut apostata non tenet ordinem dilectionis, in quo posuit eum Deus. Mẽbrum etiam naturaliter compatitur mẽbro, & condolet. Vnde hoc est certum signum, quod tales præcisi sunt á capite. Tertia proprietas ignis est distinguere inter cremabilia. Ignis enim aliter pa-

leas

Act. 5.

G *Superbia timori opponitur.* *Eccli. 10*

Iob 41. *Iudith 9*

H *Pietatis donum quid sit.*

2 Cor. 11 *Rom. 12* *Luc. 23.*

Prou. 24

F *Inuidi sunt socij diaboli.*

Sap. 2.

K *Inuidus est denaturatus.*

leas incendit, aliter ligna, aliter lapides, & aliter ferrum. Sic Spiritus ſanctus per donũ ſcientię docet diſtinguere tria. Primo, habere in mente diſcretionem. Secundo, in ore locutionem. Tertio, in opere conuerſationem. Primo, docet diſcretionẽ in mente, quia eius præcipuus actus eſt dirigere in agendis atque dicendis ſecundũ exigentiam regulæ fidei & imitationis Chriſti. Et illud donũ debet regere pietatem, propterea ſimul combinantur ab Eſaia. Per hoc donum ſcit homo quid ſit, & à quo ſit, & ad quid ſit. Scit quoq; probare, *quæ ſit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta.* Secũdo, docet locutionem in ore. Nam *ex abundantia cordis os loquitur*: ſed bonus homo de bono theſauro profert bona. Hoc donum poſtulabat Propheta, cũ diceret: *Pone Domine cuſtodiam ori meo.* Tertio, docet conuerſari innocue in medio nationis prauæ, & ſe innocue amabilem exhibere, ſeruando amicitiam ad proximum, quia ſcriptum eſt: *In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo. Concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier ſibi inuicem bene conſentientes.* Iſtud donum habebant Apoſtoli, qui optimam menſurã erga homines ſeruabant in agẽdis atque dicendis. Sed econtra diabolus incendit ſuos igne iræ, quæ facit hominẽ Deo & hominibus odibilem, ſicut donũ ſcientiæ amabilem. *Homo iracundus incẽdit lites, vir peccator conturbabit amicos, & in medio pacem habentiũ immittet inimicitias.* Quarta proprietas ignis eſt ſolidare. Nam luteos lateres & paſtam ſolidare ſolet. Hoc fit per donũ fortitudinis, per quod homo perpetitur dura vel aggreditur propter perfectam Chriſti imitationem. Reſpicit donum fortitudinis bona ardua, vt prõpte fiant, & mala ardua & difficilia, vt prompte ſuſtineantur. Vnde quando homo cœpit ad honorem Dei grande opus & arduũ, nec defixit animus, ſed ſub motione Spiritus ſancti perſeuerat vſque ad conſummationẽ, & quæ ſe offerunt, euadunt pericula, omnem difficultatem ſuperando: hoc facit donum fortitudinis, per quod infundit Spiritus ſanctus in anĩma confidentiam vſque ad perfectionem operis, & ſi forte non euadantur omnia pericula, ſicut in martyribus, tamen donum Spiritus ſancti efficiebat conſtantiã illam & ſtabilitatem, qua perſeuerabãt in opere arduo confeſsionis fidei vſque ad mortem. Hoc donum fortitudinis habuerunt Apoſtoli. Primo, in conſtantia prædicationis fidei, quia qui latuerant ianuis clauſis, nunc in publico prædicant fidem Chriſti, qui prius fugerant à conſpectu ſeruorum capientium Ieſum, nunc conſtanter ſtant in conſpectu præſidũ, principum & tyrannorum. Item Petrus, qui Chriſtum negauerat ad vocem vnius ancillæ, nunc illum confitetur publice abſque vllo principum timore. Secundo, in tolerantia aduerſorum, quæ patiebantur pro cõfeſsione fidei Chriſti, ita quod mediante gratia & illo dono, ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliã pati. Tertio, in viriliter aggrediendo arduа, & fortiter ſequẽdo Chriſti aduerſarios. Sic enim viriliter ſe habentes vt milites, perſecuti ſunt totum mundum, & lucrati, ita quod de vnoquoque eorum poſſet dici, quod de Sanſon: *Irruit Spiritus Domini in Sanſon, & dilacerauit leonem*, id eſt diabolum. Sed econtrario diabolus inflãmat ſuos igne accidiæ & negligentiæ, qui eſt talis naturæ, quod emittit groſſum fumum, qui ſoporat eos, & facit negligẽtes circa diuina, & debiles, ſed non circa terrena. Tales enim diſcipuli diaboli habent fortitudinẽ aſini retro, quia multa ſuſtinẽt pro mũdo, ſed ante ſunt debiles, & nihil ſuſtinẽt pro Deo nec pro ſalute ſua, ſicut ſunt multi milites in torneamẽtis plurima ſuſtinentes, quæ etiã vocant ludũ, & mercatores pro ſolo tẽporali lucro diſcurrentes per maris & terrarum periculà, & meretrix ſuſtinendo ictus leccatoris & guloſi, ſuſtinendo vigilias vſque ad mediam noctem. De quibus dicit Hieremias: *Factus eſt curſus eorum malus, & fortitudo diſſimilis.* Et Amos: *Lætamini in nihlo, qui*

L Scientia donum quid habet officij.

Eſai. 11.

Rom. 12

Mat. 12

Pſal. 14

Eccli. 25

Eccli. 28

M Fortitudinis donũ quid reſpicit.

Iud. 14.

Hier. 23

Amos 6

qui

Digitized by Google

qui dicitis: *Numquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?* scilicet mundi, hoc est mundanam sapientiam, abundantiam, & voluptatem, pro quibus aliquando homo totam suam consumit fortitudinem. Quæ tamen cornua tamquam vetera deponere homo debet ad modum cerui. Nã
Psalm. 2 & Dominus ait in Psal. *Cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti*, scilicet humilitas, patientia, paupertas, & huiusmodi. Quinta proprietas ignis est ascẽdere, cum sit de natura leuiũ. Sic ascendit intellectus per donum consilij. Etenim donum consilij habitus, qui habet dirigere hominem respectu eligibilium arduorum, & difficilium, quæ sunt necessaria vel conuenientiora ad salutem, & hoc secundum regulam iuris diuini, & habet dirigere fortitudinem, quæ est circa ardua. Differunt ergo donum scientię,
Consilij donum quid sit, & quomodo differt à dono scientiæ. & consilij, quia scientia est circa bonum & malum quodcumque, sed consiliũ est circa bonum difficile & arduum, sicut est opus perfectionis. Isto dono dirigebãtur Apostoli in perfecta abdicatione omniũ temporalium, similiter alij fideles, de
Act. 4 quibus: *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat*. In perfecta etiam abnegatione suæ voluntatis & expositione sui corporis, vt Christo placerent. Verum diabolus ediuerso incẽdit suos igne auaritiæ, cuius fumo ita excæcantur, vt nihil videant circa salutẽ suam,
Psal. 57. secundum illud Ps. *Supercecidit ignis*, scilicet auaritiæ, *& non viderunt solẽ*, scilicet iustitiæ. Patet in vsurarijs, qui nõ respiciũt ad Deum, dummodo cõgregent diuitias, nec vident quomodo quasi viui in terris sepeliũtur, quod est horror audire. Quot enim cupiditates terrenorũ habent, quasi tot paleatas terræ proijciũt super se. Sexta proprietas ignis est illuminare, sicut patet ad sensum. Hoc fit per donũ intellectus, quo non solũ contemplamur increatam essentiã, sed creaturam tam spiritualem quàm corporalẽ. Sed sicut sensus respicit exteriora, vt colores, & sapores,
Intellectus dono penetrantur occulta in diuinis & in creaturis, & clarius quã per fidem, sic intellectus interiora & occulta. Intelligere enim dicitur quasi intus legere. A sensu tamen incipit intellectus operatio, transeundo sensus, vt ad interiora perueniat. Et quanto intellectus est vigorosior, tanto acutius intra penetrat & profundius, vt vbi sensus non nisi accidẽtia cognoscunt, intellectus vsque ad subst antiã peruenit, & proprietates eius & cõditiones. Quia vero lumẽ naturale intellectus nostri est finitæ virtutis, & nõ nisi ad determinatũ aliquid pertingere potest, ideo indiget lumine supernaturali ad cognoscendum quædam, quæ per lumen naturale cognoscere non valet. Et istud lumẽ supernaturale vocatur donũ intellectus, vt dicit Tho. 2. 2. qu. 8. art. 1. Istud autem donum seruit fidei ad apprehensionẽ diuinorum, vt ea clarius cognoscat, & conseruat fidem contra motus infidelitatis qui superueniũt, faciendo tunc quod homo se humiliet, captiuando intellectũ in obsequium fidei. Et licet persona sit ignara, nihilominus dabitur ei donum istud intellectus in necessarijs ad salutem intelligendis, non solum ad credendum, sed etiam ad operandũ; quia licet se subtrahat Spiritus sanctus in oratione quandoque aut contemplatione, aut alijs meditationibus, numquam tamen subtrahit' cognitionem necessariorum ad salutem. Isto dono illustrati Apostoli cæteris acutius penetrarũt spiritualia, supernaturalia, ac diuina, vt quilibet eorum vere dicere posset: *Super senes intellexi*. Sed econtrario diabolus suos inflãmat igne gulæ, cuius fumus obnũbilat intellectum, ne eleuetur ad spiritualia intelligenda. Venter enim pinguis gignit tenuem sensum, etiam ad literam, vbi ediuerso per carnis mortificationẽ maxime habilitatur anima ad contemplationem spiritualium & cælestium. Ideo gula maxime fugienda, quæ sic obscurat mentem, & solũ corpus impinguat. Nam dicitur in Ps. *Adhuc escæ eorum erunt in ore ipsorum*. Sequitur: *& occidit pingues eorum*, vt scilicet reponerentur in lardario inferni, vel amplius ascende-
Psal. 77. P
Gula ob nubilat intellectum.

Prou. 14 rent ignem infernalem. *Acceptus est regi minister intelligens, mutilus autem*, id est gulosus, qui non seruit nisi de comedendo & bibendo, *eius iracundiam sustinebit*. Septima proprietas ignis est transformare seu cõuertere in se cremabilia. Si enim apponatur ei materia combustibilis, tandem illam in se transformat & conuertit. Sic per donum sapiẽtiæ anima quodammodo in diuina transformatur. Sapientia autem proprie, vt est donũ Spiritus sancti, nominat cognitionem Dei experimentalem, cuius actus consistit in degustando suauitatẽ eius, qui quidem est partim cognitiuus, & partim affectiuus, ita quod in cognitione inchoatur, & in amore cõsummatur. Inde dicitur sapiẽtia quasi sapida scientia. Ad hunc saporem hortatur Psal. *Gustate, & videte, quoniam suauis* Pro. vlt. *est Dominus*. Et Sapiens: *Gustaut, & vidit, quoniã bona est negotiatio eius*. Gustate prius, 1. Re. 14 quia gustatio facit videre. *Vidistis ipsi, quia illuminati sunt oculi mei, eo quòd gustauerim paululum mellis*. Hanc describit Iacobus: Iac. 3. *Quæ desursum est sapientia, primùm quidem pudica est*, quia abijcit immunditiam, & purgat à sensu & affectu animali, & carnali; *deinde pacifica*, quia ab omni litigio mentem liberat; *modesta*, quia ab omni effrænatione & immoderantia purgat; *suasibilis*, quia reddit mẽtem à veritate persuasibilem; *plena misericordia*, contra quæstum terrenæ impietatis, & zeli amaritudinem; *plena fructibus bonis*, quia omnia opera in bonum dirigit & auditores ædificat, sicut terrena extenuat; *iudicans sine simulatione*, quia secundum ordinem iustitiæ, & merita causarum. Hoc dono prẽditi erant Apostoli, quibus sola diuina sapiebant, vt diceret vnusquisque eo- Psal 60 rum: *Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum*. Sed ex diuerso diabolus inflammat suos igne luxuriæ, de Iob 31. quo: *Ignis est vsque ad consumptionem deuorans, & omnia eradicans gemmina*, cuius fumus adeo fœtidus est & sulphureus, vt omnino animam indisponat, ne spiritualia gustare possit.

Q. *Sapientia donũ nominat cognitionem experimentalem.*

SERMO V. VNDE SVPRA, ET in ordine CIIII. Per Themã.

Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Sap. 1

SCum repletio in stomacho vel circa cor secundum medicos sit causa multarum infirmitatum, quare Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, id est Apostolos, qui erant quasi stomachus Ecclesiæ vel cor? Respondetur quod merito. Primo, ne in eis diabolus maneret. Nisi enim corda sint repleta, vacua sunt, in vacuo autem habitat diabolus, secundum illud: *Aquilo extenditur super nihili seu* Iob 26. *vacuum*, id est, diabolus super corda vacua reproborum. Vẽtus enim intrat, vbi vacuitatem inuenit. Sic diabolus mentẽ, quam Dei dilectio non implet, ingreditur. Iniquitas enim & temporalia ventus sunt, & non implent, sed inflãt. Ideo vox est diaboli in Ps. *Exmanite vsque ad fundamentum in ea*. Hinc Apost. *Hortor vos, ne in* 2 Cor. 6 *vacuum gratiã Dei recipiatis*. Quare ne more vesicarum corda discipulorum vacua essent, repleuit eos Spiritus sanctus. Secundo, ne in tribulatione deficerent. Vasa vacua cito ad ignem crepant. Secundum Arist. lib. de problematibus, vase existẽte pleno, fundum vasis non liquefit, quia extinguitur calor ab aqua, licet vas vacuum liquefiat. Vas plenum aqua, homo plenus Spiritus sancti, cuius fundum cor, quod igne tribulationis non consumitur nec emollitur, nec ex hoc ad peccatũ inclinatur. Philosophus 3. de animalibus dicit, quod est flumen quod potatũ ab ouibus facit producere agnos rubeos. Sic gratia Spiritus sancti paratos effundere sanguinẽ pro Christo. Tertio, vt plenitudinem suã vbique diffunderet. Secundũ Philosophũ quinto Mataphysicę, potẽtia duplex est, actiua & passiua. Actiua, quã habuerunt in excessu docẽdo, interpretãdo, prædicãdo, varijs linguis loquẽdo, miracula faciendo, & alia huiusmodi bona in proximos diffundẽdo. Secũda erat passiua, in resistẽdo aduersarijs, & sufferendo tribulationes, quã etiã habuerũt in summo,

Spiritus sanctus triplici de causa repleuit Apostolos.

Notate

B Potentia duplex in Apostolis, actiua & passiua.

mo, quando Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ. Vtramque habuit Maria. Secunda neceſſaria erat, vt ſuſtineret lætanter iniurias & improperia Iudæorũ. Primam vſque nunc ſeruat, effundendo nobis continue dona gratiarum. Vt autẽ de ipſis aliquid percipiamus, recurremus ad eam, dicentes: Aue, &c.

Die Paſchæ Chriſtus deuicta morte de hoſtibus triũphauit, die aſcenſionis triũphator ad thronum glorię aſcendit: hodie donum pretioſum iuxta regalem magnificentiam miſit. Hoc enim quodammodo deerat ad diuinæ liberalitatis cõplementum. Dederat enim quodãmodo Deus Pater ſeipſum nobis in creatione, vbi maxime manifeſtauit ſuam potentiã; dedit nobis filium ſuũ in recreatione, vbi maxime oſtẽdit ſuam ſapientiã. Reſtabat ad declarationem ſuę bonitatis, vt nobis Spiritum ſanctũ daret, quod hodie fecit. Ideo mater Eccleſia hodie in principio Miſſæ pro tanto dono gratias agit, dicẽs: *Spiritus Domini*, &c. Spiritus Domini repleuit Apoſtolos ſuo ſeptuplici ſpiritu bono, vt poſſet eis dici: *Gratia vobis & pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt*, quos miſit contra dæmonem, qui inueniens domum vacantem, aſſumit ſeptẽ ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitãt ibi. Primus ſpiritus dæmonis dicitur malus ſpiritus, qui nihil timet, neque Deum neque hominem reueretur, de quo: *Qui factus eſt vt nullum timeret.* Iſti maligni ſpiritus deſtruunt Eccleſias, deſtruunt officia. Vnus enim malus ſpiritus in vno capitulo, in vno collegio, in vna curia iuſtitiæ, non eſt malum quod non faciat. Ratio eſt, quia non eſt timor Dei in eo. Modo dicit Sapiẽs: *Niſi in timore inſtanter te tenuerit, citò ſubuertetur domus tua.* Iſti mali ſpiritus ſunt proprie diaboli. Diabolus enim pingitur niger, ignem proijciens, cũ griffis, cum cornibus, & cum cauda. Sic iſti nigri ſunt interius, licet non exterius, ſimiles cygno, ignem proijciunt, id eſt mala conſilia; vnde ſequuntur rixę & diſſentiones, griffant & rapiunt vbi poſſunt, & heurtant vbique iſtæ malæ beſtiæ, ſed caudam habent peſsimorum hominum. Dicitur quod poſtquam inuenta eſt Miſſa de Spiritu ſancto, non ſunt viſi ſpiritus mali. Sed quicquid ſit, multi remanſerũt mali, quin potius totus mundus nũc iſtis malignis ſpiritibus plenus eſt, quia *totus mũdus in maligno poſitus eſt*, id eſt, ad hoc eſt, vt regatur à malignis ſpiritibus, ita quod etiam exagitãt principes. In cuius figura dicitur de Saul: *Exagitabat eum ſpiritus nequam*, donec Dauid lira ſua, id eſt, bonis ſcripturis & doctrinis cantet, & tunc fugit ſæpe malignus ſpiritus, & ſpiritus incarnatus eijcitur. Sed Dominus hos malignos ſpiritus deſtruere ſolet, & non implere, quia Pſ. *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat.* Et ideo hodie Eccleſiam ſuã viſitans, repleuit diſcipulos bono ſpiritu timoris. Regina Saba, viſa ſapiẽtia Salomonis & ordinibus miniſtrorũ, non remãſit in ea ſpiritus, ſcilicet malus. Sic viſa ſapientiſsima Chriſti diſpoſitione in Eccleſia, & viſis ordinibus iuſtitiæ in miniſtris & alijs, omnes iſti maligni ſpiritus ad patibulum eant, nec remaneant in Eccleſia. Dicitur quod propter frequentiã malignorum ſpirituum timetur ire prope patibulum. Sed tales maligni ſpiritus ſunt in villis, ideo magis debet ibi timeri. Ante tamen aduentum viſibilem Spiritus ſancti habebant diſcipuli ſpiritum timoris, licet non æque perfecte ſicut poſt, & ille apparuit in quatuor. Primo, in oratione, quã faciebant contra timores tentationum, in qua erant perſeuerantes, quã attraxerunt Spiritum ſanctũ. Vnde ſicut pulmo neceſſarius eſt in corpore animalis, ad attrahẽdum ſpiritũ, ad cordis ardorem temperandũ, ad refrigerium procurandum, ſic attractio ſpiritus per deuotionem & orationẽ eſt homini neceſſaria, vt ardorem ſuarum tẽtationum refrigeret, & deſideria mala cordis ſui: *Orate* (inquit) *vt non intretis in ten-*

Apoc. 1

Nota.

1. Ioã. 5.

1. Reg. 16

Pſal. 14

C *Spiritus malus dicitur qui cauet timorẽ Dei, & quomodo talis recte comparatur diabolo.* Iob 41. Eccli. 27

D *Apoſtoli habebant ſpiritum timoris ante aduentum viſibilẽ.*

Mar. 14

benevolos se ostenderunt toti mundo, dando Spiritum sanctum & plenarias indulgentias audientibus prædicationes eorum, & quibusdam sanitatem corporalem. Ille est Spiritus, quem promiserat
Ezc 36 Dominus: *Spiritū nouū ponā in medio vestri, & dabo vobis cor carneū*, id est compatiens &
Ps 147. G benignum, de quo etiam Psal. *Flabit spiritus eius, & fluent aquæ*, id est dulcedo compassionis. Tertius spiritus diaboli dicitur

Spiritus leuis dicitur, qui cito credit, & ideo facile seducitur.

spiritus leuis, qui facile credit, & facile seducitur à spiritibus errorum, sicut illi, de quibus Apostolus: *Attendentes spiritibus erroris, doctrinæ dæmoniorū in hypocrisi loquentiū.*
1 Tim. 4 De tali potest intelligi illud Psal. *Spiritus*
Psal. 77 *vadens & non rediens*, vadens ad aliquod opus faciendum, & non considerans quid facit, ita quod pene vbi vult spirat, non habita ratione agendorum. De huiusmodi
Esai. 19. etiam dicitur: *Dominus miscuit in medio spiritum vertiginis, & errare fecerūt Ægyptum in omni opere suo.* Sed contra est spiritus Domini spiritus scientię & veritatis, quo repleti Apostoli habuerunt donum discretionis, vt scirent quid facerent, & quibus crederent, & quibus non. Magnum donū Dei est discretio, quando scit homo discernere inter bonum opus & malum, vt sicut eliguntur cibaria, ita eligantur ver-
Eccli. 21 ba. Inde dicitur: *Os sapientis in corde eius, & econtra cor stulti in ore eius*. Magnum etiam donū est scire probare spiritus si ex Deo sint. Quartus spiritus diaboli est spiritus

H Spiritus subtilis quis dicatur.

subtilis, scilicet ad inueniendum modum habendi pecunias, & ad recipiendum eas. Ad hęc quidem spiritus promptus est & fortis, sed ad portandum pœnitentiam caro infirma. Ita quod talis subtiliter cælat fortitudinem suam in opere Dei, vt eam liberius expendant in seruitio diaboli. Huiusmodi sunt simulachra in conspectu principum & dominorum, quia cum de salute animæ loquendum est, nihil cognoscunt, aut se nihil cognoscere subtiliter fingunt; sed cum de denarijs, optime. Sed tamen ista simulachra sunt, non
Ps. 113. illa quæ depingit Ps. vbi dicit quod *os habent, & non loquētur*, imo os habent loquēs ingētia, imo spiritu oris sui omnis virtus eorum, & virtus eorum in ora & in caudis eorum. *Oculos habent, & non videbunt,* Ibidem. imo vident nimis longe, placeret Deo quod non sic viderent. *Manus habent, & non palpabunt*, & nimis de media parte palpant. Sed contra, spiritus Domini est spiritus fortitudinis, quo repleti Apostoli viriliter aggrediebantur ardua, & tolerabant pro Christo, & audacter impugnabant peccatores, cuiuscumque dignitatis essent. Hoc spiritu cognoscebantur esse pleni, quando tangebantur persecutionibus, & non murmurabant, sicut cognoscitur dolium esse plenum vino ad tactum, quando tunc non resonat. Quintus spiri-

I Spiritus subitus quis sit.

tus diaboli est spiritus subitus, qui ira vel commotione & sine discretione accedit etiam ad res arduas agendas, vt de tali dici possit: *Spiritus eius velut torrēs mūdans,* Esai. 30 qui mouet eos, de quibus dici potest: *Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur.* Ezech. 1 Sed contra, spiritus Domini est spiritus consilij in arduis perficiendis, vt est contemptus terrenorum & periculorū mortis. Sextus spiritus diaboli est spiritus so-

K Spiritus soporatus quis dicatur.

poratus, Gallice *endormi, songeart*, ita quod præ sopore non attendit diuina, sed bene vigilat & afficitur circa terrena. Talis potest dicere: *Ego dormio*, scilicet in diuinis, & Cant. 5 *cor meum vigilat* in terrenis. De huiusmodi Esaias: *Quoniam miscuit vobis Dominus spi-* Esai. 29 *ritum soporis, erit vobis visio omnium sicut verba libri signati.* Et rursum ibidem: *Inebriamini, & non à vino, quoniam immiscuit vobis* *L Spiritus immundus vocatur luxuria spiritus.* *Dominus spiritum soporis.* Sed contra spiritus Domini est spiritus intellectus, qui ad supermundana, & diuina intelligenda subleuat. Septimus spiritus diaboli est spiritus immundus, & est spiritus nocturnus & familiaris, qui de nocte vadit, & facit *les gobelins* Gallice, de quo: *Spiritus fornicationum decepit eos*. Ab eo autem decepti vix resipiscunt. *Non dabunt cogitationes* Osea 5. *suas vt reuertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eorum*. Tales solebant eijci, sed nunc vbique habitant. Vnde dicitur: *Ejiciebat spiritus im-* Matt. 8

munios. Imo Christus eiecit repugnãtem
Mar. 6. spiritum, de quo Marcus: *Erat homo in spiritu immundo, & exclamauit dicens: Quid mihi & tibi, Iesu Nazarene? Et dixit ei Iesus. Obmutesce, & exi ab eo.* Dedit etiam potestatem
Mat 10 eijciendi Ecclesiæ. *Dedit eis potestatem spirituum immundorum.* Sed contra Spiritus Domini spiritus sapientiæ, qui in animam immundam seu maleuolam non intrat, nec habitat in corpore subdito peccatis, sed solũ vasa munda implet. De quo po-
Eccli 24 test dici: *Qui implet quasi Euphrates sensum.* Vnde sicut vinum superinfusum effluit circumquaque, ita multotiens dulcedo per hunc Spiritum superinfusa cordi redundat in sensus corporis. Nam & Euphrates suum quãdoque non solum implet alueum, sed etiam superinfundit Ægyptum.

IN EODEM FESTO PENtecostes, Sermo VI. & in ordine CV. Per Thema Epistolæ.

Act. 2. A Spiritus sanctus quomodo replet Apostolos & fecit eos loqui variis linguis.

REpleti sunt omnes Spiritu sancto, & cæperunt loqui varijs linguis. Quæritur: Vnde tanta bonorum copia, vt repleri possent omnes discipuli, & quale erat illud ferculum, quo tanta multitudo replebatur, & vnde sic repleti loquebantur varijs linguis? Respondetur per duas veritates. Prima veritas. Non est mirandum si in aduentu Spiritus sancti repleti sunt omnes discipuli Spiritu sancto. Primo, quia in Deo est summa, imo omnis plenitudo, ita vt *quid gratiæ habemus, de*
Ioan. 1. *plenitudine eius accepimus omnes.* Ideo decebat, vt iuxta magnificentiam diuinam & plenitudinem suam communicaret se discipulis. Communiter autem dicitur, quod ex maiori plenitudine maior est redundantia, & vbi multæ epulæ sunt, ibi sunt multæ reliquiæ. Igitur cum summa sit in Deo plenitudo, decens erat vt omnes repleret Spiritu sancto. Secundo. Aliter est in curia principum mundi & Dei. In curia enim principum frequenter contingit quod non omnes habent de eodem ferculo, vel contingit quod eleemosyna data est, & quando petitur, solet dici, quod nihil est plus. Sed nõ sic hic, quia idem ferculum potest omnibus communicari sine sui diminutione, & semper aliquid remanet, ita quod omnis qui petit, accipit. Ideo nil mirum si discipuli perseuerantes in oratione cum Maria matre Iesu petierunt Spiritum sanctum, & acceperunt, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, qui liberalissime se communicat omnibus petentibus, & sine sui diminutione. Secunda veritas. Merito discipuli repleti Spiritu sancto cœperunt loqui varijs linguis. Primo, quia ex *abundantia cordis os loquitur.* Inde quidam dicebat: *Plenus*
Iob 32. *sum sermonibus, & coartat me spiritus ventris mei.* Nemo igitur mirari debet, si propter abundantiam & varietatem ferculorum & donorum loquebantur varijs linguis. Secundo, quia modus bonorum est post eleemosynam aut cibum sumptum reddere gratias, secundum illud Ps. *Edent pau-*
Psal. 21. *peres & saturabuntur, & laudabunt Dominum.* Ideo cum discipuli essent boni & iusti, cœperunt loqui post susceptionem Spiritus sancti, agendo gratias Deo varijs linguis. Tertio, quia exhilarati præsertim à vino, multa & varia loqui solent, & esse in verbis copiosi. In die illa aperta est
Cant. 2. cella vinaria, id est cælum, de qua: *Introduxit me rex in cellam vinariam,* à qua hodie fluxit abundantia vini ad magnum forũ, quod procedit de illa vite, quæ dicit: *Ego*
Ioan. 15 *sum vitis vera.* Quarto, quia ebrij, quod patuit, quia ea quæ secreto didicerant, palam omnibus proferebãt, modo dicitur: *Nullum secretum est vbi regnat ebrietas.* Licet
Prou 31 alio vino, quàm putaret populus, essent ebrij, quia musto madere deputant, quos Spiritus repleuerat. Ideo nil mirum si varie loquebantur. Licet enim fœcundi calices numquam fecere diſertum, isti tamen cum prius essent idiotæ & sine literis, facti sunt sapientes. Quinto, quia alienati solent multa mira loqui. Isti autem illo die alienati sunt, quia mente totaliter ab hoc mundo rapti sunt ad amorem cælestium, ita vt à quibusdam mundanis iudi-

iudicarentur insani, sicut de Paulo iudi-
Act.26 cabat Proconsul Festus, dicens: *Multæ te literæ ad insaniam vertunt*. Ideo conueniebat eis sic loqui. Ita loquebatur beata Maria varijs linguis magnalia Dei, & magnificabat Dominum cum Apostolis, & eo excellentius quo singularius perceperat dona Spiritus sancti. Quæ vt doceat nos, sicut mater infantes, loqui magnalia eiusdem sancti Spiritus, præsentabimus ei Angelicum munusculum, Aue, &c.

Repleti sunt Apostoli Spiritu sancto tripliciter. Primo, quo ad intellectum, veritate. Secundo, quo ad affectum, charitate. Tertio, quo ad effectum, potestate. Et secundum hæc tria apparuit hodie in triplici signo, scilicet in sono repentino, in specie ignis, & linguarum. In linguis, vt eos instrueret veritatem; in igne, vt in eis accenderet charitatem; in sono repentino, vt da ret eis repente operandi potestatem. Primo igitur repleti sunt Apostoli veritate & doctrina Spiritus sancti, & hoc propter duo. Primo, vt plene illuminarentur eorum intellectus pro scripturis intelligendis. Non enim aliter potuissent intelligere scripturas. Nam (secundum Ambrosium) profunda sunt diuina mysteria, nec facile possunt ab ho-
Sap.9. minibus deprehendi. *Sensum tuum quis scit, nisi miseris Spiritum sanctum de altissimis?* Neque enim verba Domini & facta sufficienter intelligerẽtur sine Spiritu glossatore. Inde dicitur: *Vnctionem docere nos de*
Ioan.2. *omnibus*. Ideo postquam fecit Dominus, & docuit quæ in Euangelio continentur, oportuit Spiritum sanctum mitti, qui exponeret vniuersa tamquam glossator. Secunda ratio, vt facile alios illuminarent, & doctrina illa Spiritus sancti leniter replerent orbem. In historia Hierosolymorum dicitur: Sunt columbæ, quæ nuntiorum funguntur officio, quæ literas dominorum sub alis portãt; & modico tempore multa terrarum spatia transeunt, quæ maxime sunt necessariæ, quãdo per terras hostium alij nuncij transire non audent. Spiritus sanctus Apostolis alligauit literas, cum inspirauit notitiam literarum, vt intra sua celeritate per terras hostium verbum Dei & voluntatem ipsius in modico tempore in finibus terræ insinuarent. Quod admirans Esaias ait:
Esai 60 *Qui sunt isti, qui vt nubes volant quasi columbæ ad fenestras suas?* Vnde sol, id est spiritus intelligentiæ hodie coniunctus est lunæ. Luna Ecclesia est præsens, in qua adhuc est macula ignorantiæ & miseriæ. Hinc secundum iudicium rusticorum apparet ibi homo portans spinas. Sed aliquando erit luna perfecta, cum de militante trãsibit ad triumphantem. Imo hodie sol est in luna, eam illuminans per se & suos. Ideo si quæras: Sub qua coniunctione incepit fides vel Ecclesia Christi? Respondebitur, in coniunctione solis cum luna. Sed quæ coniunctio, disiunctiua vel copulatiua? Dico vtramque. Copulatiua enim fuit quo ad bonos, quibus copulatus est Spiritus sanctus fide & amore, ita vt quodammodo per illam coniunctionem vnus fieret spiritus cum eis, secundum illud: *Qui adhæret Deo, vnus spiritus est*
1.Cor.6 *cum eo*. Sed disiunctiua quo ad malos, qui ei dilectione non vniebantur, sed disiungebantur. Vtrosque enim tam bonos quàm malos Ecclesia præsens continet. Sed quomodo de Astrologia in Grammaticam descendimus? Dico quod omnes scientiæ sunt nobis vtiles, & ancillantur fidei nostræ.

Sed quomodo repleti sunt Apostoli, vt postea alijs communicarent, cum quãdo Dominus dedit septuaginta viris de spiritu suo, abstulit de spiritu qui erat in Moyse? Respondetur primo, quod in Moyse nihil diminutum est de gratia Spiritus sancti, sicut lumen candelæ non diminuitur si accendatur alia. Sunt enim sine pœnitentia dona & vocatio Dei. Secundo dico, quod Moyses non habuit spiritum tam extensum ad actiuam sicut antea habebat, cum illi septuaginta assumpti fuerint in partem solicitudinis. Et ideo ablatum est ab eo de cura regiminis, & per consequens de attentione

B Spiritus sanctus glossator scripturæ sacræ

C Spiritus sancto veniẽte sol intelligentiæ fuit coniunctus lunæ, id est Ecclesiæ.

D Bona spiritus nõ diminuuntur sui communicatione.

Digitized by Google

ſpiritus erga regimen populi, vt melius interderet contemplationi. Neque enim poteſt ambobus quis bene vacare. Vnde dicebat Martinus, ſe minorem habere ſpiritum poſt Epiſcopatum quàm ante. Exod.4. Ideo dicebat Dominus: *Aaron erit in his quæ ſunt ad populum, Moyſes autem in his quæ ſunt ad Dominum.* Sic patet, quod dicta obiectio non probat ſpiritum veritatis & doctrinæ in Apoſtolis diminui per hoc quod cæteris communicabant, aut communicare iubebantur. Hanc autem perfectam illuminationem Spiritus ſancti promiſerat Dominus Apoſtolis, dicens Ioan.14 in Euangelio hodierno: *Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine* Ioan. 16 *meo, ille vos docebit omnia.* Et iterum: *Cùm venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnē veritatem.* Sed quæritur: An hoc ſit verum quod Spiritus ſanctus Apoſtolos docuerit omnia ſeu omnem veritatem? Quod non apparet. Primo, quia non videtur quod Spiritus ſanctus ſit doctor, alioquin eſſet aliquod ſtudium eius, modo autem nulla videtur eſſe vniuerſitas eius, & ſi ſit, vbi ſcholares eius? Secundo, non docuit congregare diuitias, nec vitia perpetrare. Tertio, ſcire omnia proprium Ioan. 3. eſt ſoli Deo, & Chriſto, *cui non eſt datus ſpiritus ad menſuram.* Reſpōdetur per tres veritates. Prima eſt. Spiritus ſanctus ſeu Dei tria ſunt admiranda ſtudia, quæ precipiuntur prædicari per Pſal. dicentem: *Annunciate inter gentes ſtudia eius.* Primum ſtudium fuit in hominis creatione, in quo videtur Deus ſtudioſus extitiſſe. Cum enim de alijs creaturis dictum ſit: Gen.1. *Dixit, & facta ſunt,* quaſi ſuper hominem formandum deliberatio præceſſit, cum dixit Dominus: *Faciamus hominem ad imaginem,* &c. Quia ſicut in nobiliori opere plus apparet induſtria artificis quàm in alio groſsiori & viliori, ſic in hominis formatione, in quo cælum & terra iunguntur, anima & caro, viſibile cum inuiſibili. Vnde de artifice ſtudioſo dicitur: Eccli 38 *Cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ, & vigilia ſua perficiet opus.* Quaſi pictura Dei eſt homo. In ipſo enim maxime elucet Dei ſapientia, & ars, nec ita expreſſe in alia creatura. Secundum ſtudium fuit in reformatione hominis. Arte enim exquiſita oportuit decipi aſtutiā diaboli. Inde contra eum multiplici ſtudio vſus eſt Chriſtus. Primo piſcatoris, quando eſcam, quę ſub hamo erat, appetijt diabolus. Hamus ſub eſca, ſub humanitate latens diuinitas, & ſic dum eſcam apprehendit, hamū incurrit, quia *in oculis eius quaſi hamo capiet eū,* Iob 40. in oculis, id eſt aliquo modo intelligendo quia ipſe eſſet Filius Dei. Vnde dicebant dæmonia clamantia: *Vere tu es Filius Dei.* Marci 3. Secundo, decepit eum ſtudio aucupis. Iob: *Numquid illudes ei quaſi aui?* Venit enim Iob 40. vſque ad Chriſtum interficiendum, ne doctrina ſua ſaluaret genus humanum, & ad perditionem eum ſemper retineret. Sed vſque tunc illuſit ei, quia credebat eum purum eſſe hominem, & tunc cum crederet eius memoriam cum doctrina extinxiſſe, captus eſt per guttur, & ceſſauit eius doctrina & idololatria. Tertio, cepit eum ſtudio cauti bellatoris. Sicut Ioſue fecit regi Hay, qui captus eſt Ioſue 8. per ſimulationem fugæ, & appenſus patibulo, vel ligno gemino, ſecundum trāſlationem ſeptuaginta. Sic Chriſtus infirmitatem ſuam oſtendit in corpore ſuo contriſtatus & mœſtus. Dum cœpit pauere & tædere, ſimulans fugam mortis, & diſsimulando abſcondens diuinitatem ſuam. Et ſic diabolus deceptus cucurrit aduerſus eum vſque in mortem, & ita deceptus ſuſpenſus eſt in ligno geminæ crucis, ſic vt ſub Chriſto crucifixus ſit, & Chriſto depoſito de cruce, in cruce remanſerit diabolus, vt dicit Origenes ſuper Ioſue, & in Epiſt. ad Coloſ. Quarto, cepit eum ſtudio arguti diſputatoris, cuius eſt cælare propoſitum, & vere eligere medium ad concludendum, & vti fallacijs. Diabolo quaſi propoſitum cælauit, dum incarnationis myſterium occultauit. Fallacia accidentis contra eum vſus eſt, dum ſub humanitate quaſi ſub accidente diuinitatē abſcōdit. Et ita deceptus eſt,

F *Studium multiplex decepit Chriſtus dæmonem.*

F *Studiū triplex Spiritus ſancti ſeu Dei.* Pſalm. 9

est, sicut quidam, qui suspicãtur mel esse fel propter ruborem, quia similiter suspicatus est ipsum esse purum hominem non Deum propter mortalem naturam. Secundo, syllogismo vsus est cõtra eum, quando elegit medium terminum, quo minorem extremitatem cõiungeret cum maiori, vt sic Deo hominem reconciliaret. Minor extremitas, homo: maior, Deus: medius terminus, Christus Deus & homo, communicans cum vtroque extremorũ sicut medius terminus. Quod nullus posset facere, nisi esset Deus & homo. Nam *non est qui vtrumque possit arguere, & ponere manum suam in ambobus*. Manum in ambobus posuit, cum extrema coniunxit. Quia enim secundum accidẽs diabolus hominem deceperat, apparens sub specie serpentis, & quotidie transfigurat se in Angelum lucis, propter hoc Dominus transformauit se in hominem. Ideo dicit per Abdiam Prophetam, ca. 8. & allegatur 2. Corin. 1. *Perdam sapientiam sapientium*. Tertium studium Dei fuit in hominis redempti conseruatione. Sicut cum quis recedit, filium non dimittit, quem diligit, absque pædagogo, qui custodiat eum. Ita Christus ascendens in cælum misit Spiritum sanctum ad robur, qui nos custodiret, quia *nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam*. Dedit etiam prælatos ad animarum custodiam vt excubias. Esaias: *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes*, & etiam Angelos sanctos. Dicitur secundo, quod temporalia nihil sunt, & per consequens scire congregare diuitias, non est scire. Quod autem nihil sint temporalia, patet, quia quanto plus habet ea homo, tanto plus indiget, & quanto plus de eis est in fossa cordis proiectum, magis est vacuum. *Auarus non implebitur pecunia*. Et: *Aspexi terram, & ecce vacua erat & nihili*. Et multo fortius peccatum nihil est, imo annihilat hominem. Vnde Augustinus exponit, *Sine ipso factum est nihil*, id est peccatum, & per consequens scire peccare, multo minus est scire. Dicitur tertio, quod verum est, quod non sciuerunt Apostoli omnia, sed sciuerunt omnia necessaria ad salutem in impugnationem errorum, & gubernationem Ecclesiæ. Vel dedit eis Spiritus sanctus intelligentiam omnium, quæ audiuerant à Christo, à quo multa audierant, quæ pro tunc non intellexerant. Vel iuxta textum, suggessit, id est, ad memoriam reduxit eis omnia, quæ audierant à Christo, quorum multa obliti erant, nec poterant memoriæ commẽdare. Quomodo enim Ioannes Euangelista post quadraginta annos potuisset omnium verborũ Christi, quæ in Euangelio scripsit, memoriam habere, nisi Spiritus sanctus ei suggessisset? Secũdo, repleti sunt Apostoli charitate, quando aduenit ignis diuinus non comburens, qui ignem charitatis accendit in cordibus discipulorum, non ignem cupiditatis. Ignis enim cupiditatis periculosus est, quia ad ipsum sequuntur omnia exterminia, & ad modum ignis, per quem mundus purgabitur, qui omnia consumet, iam pene consumpsit omnia. De quo: *Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt*, & excæcat discipulos Antichristi, secundum illud Psalm. *Supercecidit ignis, & non viderunt solem*. Et perducit ad ignem, de quo Psalm. *Ignis, sulphur, & spiritus procellarum*, &c. Et: *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima*. Sed de igne charitatis dicit Dominus: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur?* Et: *De excelso misit ignem in ossibus meis, & eruditi me*. Quo igne ardebant qui dicebant: *Nónne cor nostrum ardens erat in nobis?* Hoc igne vruntur renes & corda fidelium, & si quid relinquatur in mane, facit combuti. Richardus de sancto Victore: Quod facit ignis iste materialis circa ferrum, hoc facit Spiritus sanctus circa cor fœtidum, frigidum, & durum; quia dum ipsam fœditatem & duritiam deponit, candescit animus, & totus exardescit in amorem Dei. Legitur libro de nugis curialium

Ibi 9. *Abd 1.* *Psal. 60.* *Esai. 62* *G Temporalia nihil sunt.* *Eccles 5* *Hiere 4* *Item 1.* *H Ignis duplex, charitatis & cupiditatis.* *Ibi 15.* *Psal. 17.* *Psal. 10.* *Deu. 32* *Luc. 12.* *Thren. 1* *Luc. 24.*

lium quod Tyberius Cęsar venenc obijt. Signum autem veneni habitum est, quod cor inter ossa cremata inuentum est intactum. Eam enim existimauerũt esse veneni naturã, vt tacta veneno illo igne confici nequeant. Et secundum Albertũ libro 2. de Mirabi. est quoddam genus veneni, quod cor sumentis propter suam fridigitatem nõ sinit cõburi, & si diutius in igne fuerit, conuertitur in lapidẽ. Sic cor & renes, id est cogitationes peccatorum igne Spiritus sancti non incẽduntur, maxime si peccatũ in consuetudinem venerit, quę cor intrat, & facit lapideum. Ideo per ignẽ istũ experimentũ sumitur innocẽtię. Psal. 16 Psal. *Probasti cor meũ, & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.* Apparuit igitur Spiritus sanctus tamquã ignis, non sicut in lege veteri data Moysi, vbi apparuit in igne super mõtem prope Moysem, non supra, quia tunc appropinquabat per cognitionem Spiritus sancti. Nunc vero in lege Euangelica cecidit super eos Spiritus sanctus per amoris inflãmationem, & sedit supra singulos eorum, in signum quod volebat cũ eis hospitari. Mutuo autem se honorãt hospes qui hospitio suscipit & qui hospitio suscipitur. Sic honorabat Spiritus sanctus Apostolos, adeo vt mirarentur Iudęi viri religiosi. Religiosi, inquã, quia viri grossę conscięntiæ non mirantur. Sed ipsi honorabãt Spiritum sanctum, quia loquebantur varijs linguis magnalia Dei, non magnalia terræ, sicut nunc fit, in qua tamen nihil est magnum, sed quanto aliquid maius videtur, tanto est minimum. Ita quod tũc verificatur illud Esaiæ: Esai. 29 *Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquiũ tuũ*, Itaque sicut in creatione primo facta est lux, deinde firmamentum, sic in recreatione primo illustratur intellectus lumine veritatis, deinde firmatur affectus, & inflammatur charitate. Ante infusionem lucis sumus cæci, ante infusionem charitatis frigidi vel tepidi. Propter hoc quæsiuit Gen. 3. Dominus ab Adam: *Adam vbi es?* & non respondit vbi esset, quia ignorabat. Peccator enim omnis in tenebris est, quia omnis malus ignorans. 2. Ethi. Sed & foliijs arborum se cooperiebat. Sentiebat enim se frigidum. Primum ergo in reditu ad Deum est, vt peccator illuminetur, & se agnoscat, & postea charitate indutus feruescit. Et consequenter iuuatur per septẽ dona Spiritus sancti. Nam per donum timoris deducitur & tenetur, ne forte cadat. Timor enim sustinet, & defectus timoris ruere facit. Hinc dicitur: *Nisi in timore Domini instanter te tenueris, citò subuertetur domus tua.* Et de hoc regratiatur Psalm. dicens: *Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me.* Per donum pietatis pascitur, ne deficiat, secundum illud Psalm. *Propter nomen tuum deduces me, & enutries me.* Per donum sciẽtiæ via ei ostẽditur, ne erret. In cuius figura dicitur de filijs Israel in Psal. *Deduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.* Per donum fortitudinis ab hostibus defenditur. Pro quo orabat Psalm. dicens: *Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos.* Per donum consilij deducitur quasi per viam compendij. Hæc est semita, de qua Psalm. *Deduxit me super semitas iustitiæ.* Per donum intellectus deducitur delectabiliter, dum ostenditur ei illud ad quod ducitur, ne lassitudine frangatur. Sic dicitur: *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.* Per donum sapientiæ gustare datur quàm suauis est Dominus, cum illo qui dicebat: *O quàm suauis est Domine spiritus tuus in nobis.* Tertio, repleuit Spiritus sanctus Apostolos quo ad affectum potestate in, sono repentino, ostendens quod dabat eis potestatem. Primo, repente operandi miracula corporaliter. Operationes enim miraculosę fiunt subito, & naturales successiue. Inde dicitur: *Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia,* licet Deus esset auctor principalis, & ipsi solum ministri. Secundo, repente operãdi miracula spiritualiter, hoc est conuertendi peccatores, & sanandi spiritualiter, quod est maius miraculum quàm sanare

I Dona Spiritus sancti quomodo tuentur hominẽ.

Eccli. 27

Psal. 72

Psal. 30

Psal. 77

Psalm. 5

Psal. 22

Sap. 10.

Sap. 12.

Act. 5.

Digitized by Google

K *Verbum Dei valet ad conuersionem peccatoris.*

nare corporaliter, & hoc per ministeriũ suæ prædicationis. Nã lingua prædicatoris est calamus scribę Spiritus sancti velociter scribentis in cordibus peccatorũ. Ps. *Emittet verbum suum, & liquefaciet ea.* Inde orabat Psalmista, dicens Domino sicut principali auctori: *Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro.* Torrens subito fluit: sic Spiritus sancti gratia ad verbum boni prædicatoris. Sic Angelus portat Abacuch in momento in impetu spiritus sui, hoc est prædicator nũcius regni cælestis, mediante gratia Dei in momento peccatorẽ subleuat à fæcibus peccatorũ, & â terrenis desiderijs ad desideriũ celestium. Sic fulgura, quæ repẽte veniũt, in pluuiam facit Dñs, id est, cõminationes in lachrymarum effusionẽ cõuertit. Inde dicitur: *His auditis compuncti sunt corde.* Sed cum vulgo dicatur: Quãdo pluit & tonat, Deus satis habet homines, mirũ est cum sępe prędicetur verbũ Dei, interdum proponendo gaudia paradisi, nonnumquã terribilia Dei iudicia, quomodo tã pauci conuertuntur. Forte tamen non debet quis mirari, si consideret quod etiã multi non conuertebantur ad verbum Christi, sicutilli, inter quos non faciebat miracula propter incredulitatẽ eorum. Dicit similiter Esaias: *Domine quis credidit auditui nostro?* Et Apostolus: *Non omnes obediunt Euangelio.* Sed quæritur: Quare nunc nõ apparet visibiliter Spiritus sanctus super sanctos prędicatores, sicut tunc? Nã si sic, facilius conuerterẽtur peccatores ad prædicationes eorũ. Respondetur, quod non est opus signo seu houssęto ad ostiũ vbi iam habemus vinum, neque curandũ est de cortice vel testa nucis, vbi iã habemus nucleum. Sic nec de signis, cum iam, si volumus, habemus Spiritũ sanctum paratum nobis in omnibus, cum signa non fidelibus, sed infidelibus data sint.

Act. 2.
Esai. 53
Rom. 10

IN EODEM FESTO, SERMO VII. & in ordine CVI. Per Thema.

Esai. 55

VEnite, emite absque vlla commutatione vinum & lac. Cum vineę nostræ hoc anno perierint, quomodo sine commutatione ememus vinum? Vnde talis mercator, qui sic gratis vendit? Respondetur primo, quod vineæ non ferant fructum, hoc prouenit quãdoque ex defectu agricolarum, qui non immittunt stercora, id est, non remonstrant defectus populi, quandoque ex vento vrẽte Aquilonis, id est, ex refrigeratione charitatis, quæ aliquando percutit vineam in botro, id est in proposito, quãdoque in flore, id est in conuersatione, vt exinde nullus sequatur fructus. Dicitur secundo, quod non obstante perditione vinearum nostrarũ pro hoc anno, nihilominus habetur optimum forum de isto vino. Nam non requiritur nisi quod petatur, secundum illud: *Petite, & accipietis.* Et adhuc datur de meliori. Dicit enim Dominus ibidem: *Si nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se?* Quanti histriones currerent ad tabernã, si pro petendo haberetur vinũ. Causa autem quod sic facile detur, est, quia in illa ciuitate superna riui sunt istius vini, quia (secundum Psalm.) *fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Sed ratio quare hac die vinũ missum est, potest esse, quia ministrauerat Dominus carnem die ascensionis, cuius abundantia erat in hoc mundo, ideo congruebat vt vinum mitteret hodie. O felix qui hoc vino potabitur. Clamatores vini sæpe se inebriant hoc vino. Vtinam ego clamator possem vel ad modicum bibere. Oportet ire ad tabernariam Mariam, quæ introducta est in cellam vinariam, cui dicamus, Aue, &c.

A *Vinum Spiritus sancti non conflat nisi petero.* Luc. 11. Psal 45.

Lac Apostoli comederunt, quamdiu cum Christo fuerunt, & eum carnaliter dilexerunt, nec sine dolore à mammilla huius lactis abstrahi potuerũt, ita vt Dominus postquã locutus fuerat de recessu suo, diceret eis: *Tristitiam quidem nunc habetis.* Misso igitur lacte vinum mittitur, quo nihil vilius cum emitur, nihil dulcius cũ gustatur, nihil salubrius cũ potatur. Prius vt paruuli lac bibat Ecclesia, hodie dicit, Bibi vinum meum cum lacte meo, dulcedinem

B *Vini Spiritus sancti cõditiones bonæ.* Ioan 16

Digitized by Google

dinem Spiritus ſancti cum lacte humanitatis Chriſti. Primo, nihil vilius cum emitur, quia pro nihilo habetur, iuxta illud
Pſal. 55 Pſal. *Pro nihilo ſaluos facies illos*, hoc eſt, abſque vlla commutatione. Solùmodo vaſa noſtra petit vacua luto peccati. Vaſa enim
4 Reg 4 vacua replet Heliſæus, & etiã noua, quia nemo mittit vinum nouum in vtres veteres, ſimiliter vt ora per confeſsionem aperiamus, & tunc præſtabilis erit ſuper malitia, ita quod ſuper illa falſa moneta dabit. Et adhuc nihil de noſtro damus, quia bonę operationes & orationes apud nos remanent. Hinc in Pſal. ait Dominus:
Pſal. 80. *Dilata os tuum, & implebo illud*: imo quærit dilatationem vtris. Secundo, nihil dulcius cum guſtatur, ita vt poſt guſtationẽ eius
Pſal. 30 exclamaret Pſalmiſta, dicens: *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine.* Tertio, nihil ſalubrius, quia confert ſanitatem gratiæ in præſenti, & perfectionem gloriæ in futuro. Igitur cum tam excellẽtes proprietates habeat, *venite, emite abſque vlla commutatione*, &c.

Pro prima parte dicendũ eſt, quomodo nomine vini recte intelligitur Spiritus ſanctus. In ſecũda autem parte, quomodo Chriſtus hodie tabernam huius vini aperuit, vt ſitibundum genus humanum & vino euacuatum propter gelatas mentes, repleret: & non ſolum vnam, ſed etiã ſeptẽ tabernas aperuit. Pro prima parte

C *Spiritus ſanctus vinum propter tria vocatur.*

merito Spiritus ſanctus dicitur vinũ. Sicut enim vinũ calefacit, lætificat, & inebriat, ſic Spiritus ſanctus mentes, quas inhabitat. Primo calefacit, adueniendo in interiora, vt dicat tunc iuſtus illud Pſal. *Omnia interiora mea nomini ſancto eius*, ſunt (ſupple) dedicata. Sine enim iſto calore nulla eſt vitalis operatio animæ, ſcilicet meritoria. Sicut nullius mẽbri corporis motus ſeu operatio eſt in facultate hominis ſine ſpiritus vitalis operatione, propter cuius carentiam fit membrum paralyticum. Propter quod ſciens Dauid iſtũ Spiritum neceſſarium ad vitam, dicebat:
Pſ. 142. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã*: quaſi dicat, quod ſine illo nulla eſt meritoria deductio ſeu ambulatio. Sicut tamẽ ſuper ambulantes ſiue ſanos ſiue ægros ſol operatur calefaciẽdo, ſic Spiritus ſanctus ſiue iuſtos ſiue iniuſtos calefacit, & (iuxta Pſalm.) *non eſt qui ſe abſcondat à calore eius*. Pſal. 18. Differenter tamen, quia iniuſtos parum calefacit, mouendo eorum conſciẽtiam, & inſpirando eis vt recedant à via mala. Sed quia hyems eſt in eorum conſcientia, & iſte ſol longe ab eis, parum eos calefacit. Calefaciet tamen eos impoſterum, ſi non deſiſtant, igne infernali, quãdo erit Spiritus *ſubuertens montes*, id eſt ſuperbos, *& conuertens petras*, id eſt obſtinatos. Iuſtos autẽ mirabiliter calefacit, eos igne amoris replendo, ſicut hodie Apoſtolos ita calere fecit, & interius feruere, vt ſubito inter hoſtes exirent armati doctrinis, & hoſtium hodie tria millia occiderunt, peccata ſcilicet occidendo, & animas per baptiſmum ſaluando. Secundo, lætificat viſitãdo. Tertio inebriat, ſe abũdantius infundendo, de quibus tribus canit Eccleſia, dicens: Veni creator Spiritus, mentes tuorum viſita, imple ſuperna gratia, &c. Veni calefaciendo per excitationem mentis, viſita lætificãdo per amorem & conſolationem, imple inebriando per quinque ſenſuum obdormitionem. Secundo igitur lætificat viſitando, ſecundum illud Pſal. *Et vinum lætificet cor hominis*. Pſ 103. Sic lætificatus hoc vino Sapiens dicebat: *O quàm ſuauis eſt Domine Spiritus tuus*. Sap. 12. Cuius dulcedinem aſſerebat Deus, dicẽs: *Spiritus meus ſuper mel dulcis*. Eccli. 24. Et hoc triplici ratione. Prima, quia dulcedo mellis cito tranſit, dulcedo vero Spiritus ſancti ſemper perſiſtit, niſi excludatur admixtione adulterinæ dulcedinis. Tunc enim *muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti*, hoc eſt, peruerſæ delectationes & cogitationes perdunt dulcedinem Spiritus ſancti. Secunda, quia dulcedo mellis quãdoque obeſt. *Comedit mel multum, non eſt ei bonum*. Prou. 25. Sed dulcedo Spiritus quanto eſt in nobis abundantior, tanto eſt ad vtilitatem noſtrã validior. Tertia, quia dulcedo mellis quandoque vertitur in faſtidiũ, ſed dul-

D *Spiritus dulcedo dulcedinẽ mellis propter tria excellit.* Eccli. 19

ſedo

cedo ſpiritus ſemper accēdit deſiderium. Sicut enim dulcedo, in qua habetur delectatio, vim attractiuam habet; ſic dulcedo delectationis ſpiritus hominis cor & lætificare, & attrahere debet. Sunt tamen quidam ſimiles porcis, quos magis attrahit fœtor peccati quàm amor & dulcedo Dei. Piſcibus enim, qui nutriūtur in mari, videtur aqua maris dulcis, quæ tamen eſt amara & ſalſa. Sic talibus peccatū videtur dulce, quod eſt amarum; & dilectio Dei amara, quæ tamen eſt dulcis, & ideo

E *Refectionis corporalis & ſpiritualis differentia.*

faſtidiunt eā iniuſti, nō iuſti. Hęc eſt enim differentia inter refectionem corporalem & ſpiritualem, quia refectio corporalis grādis & copioſa habet afflictionem, grauationē, ſtomachi ructationē, & huiuſmodi: ſatietas vero Spiritus ſemper delectationem. Sic enim canit Eccleſia: Fruūtur, nec faſtidiūt, quo frui magis ſitiunt. Tertio inebriat, abūdantius gratiā infundendo. Apoſt: *Spiritū ſanctū effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtū ſaluatorē noſtrū.* Hæc ebrietas ſobrietatem generat, de qua canit Eccleſia: Læti bibamus ebriam ſobrietatem Spiritus, qua inebriantur animæ ab vbertate domus tuę Domine. De qua: *Inebriabo animas ſacerdotum pinguedine, & populus meus adimplebitur bonis.* Quod impletum fuit in ſummis ſacerdotibus, ſcilicet Apoſtolis, in Pentecoſte. Ad ſimilitudinem autem ebrietatis corporalis, quam credebāt Iudæi in Apoſtolis, cognoſcitur ſpiritualis ebrietas multipliciter. Primo denudatione, quam habuerunt Apoſtoli, qui veſte temporalium ſe ſpoliantes dicebant: *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te*, nudi nudum Chriſtum ſecuti, qui dicebat: *Vulpes foueas habent, & volucres tecta nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.* Secundo, cognoſcitur ebrius in incauta negotiatione, qua vſi ſunt negotiari Apoſtoli, qui quaſi catum in ſacco emerunt: qui antequam merces viderent, omnia pro eis dederunt, ſecundum illud: *Quid ergo erit nobis?* Tertio, obliuioſita te, ſicut qui dicebat: *Poſteriorum obliuiſcens, ad anteriora me extendo.* Ipſi enim Apoſtoli nec cogitare dignabātur de pretio, quod pro iſtis mercibus dederant. Ita contigerat eis ſicut prophetæ dicenti: *Factus ſum ſicut vir ebrius, & quaſi homo madidus à vino à facie verborum Dei*, non rerum huius ſęculi, hoc enim modo ita erant ebrij Apoſtoli, quod ſe continere non poterant ab huiuſmodi locutione, ſecundum illud: *Non poſſumus quæ audiuimus & vidimus, non loqui.* Quarto, obliuione iniuriarum & contumeliarum, quia cum ad tormenta & occiſionem ducerentur, inſtar ouium, non exibat de ore eorum niſi gratiarum actio, & vox laudis, imo gloriabantur ludibrijs ſicut ſtulti, & ebrij inſignibus prælatorum, iuxta illud Apoſtoli: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.* Et: *Ibant gaudentes à conſpectu concilij*, &c. Vulnera enim & cruciatus corporis pro nihilo ducebant, & ad mortem alacriter properabāt. Vino enim Spiritus ſancti exhilarati gaudentes omnia patienter portabant, ſolummodo ad lectum paradiſi ſicut ebrij properantes. Clamatores vini ſæpe ſolent inebriari vino quod clamant. Totiens Domine clamaui vinū tuū, digneris me ſaltem ſemel inebriari vino iſto, priuſquā vſi vniuerſæ carnis ingrediar, vt in hilaritate mentis, omnia aduerſa ſuſtinens, nihil aliud deſiderem niſi ad lectum gloriæ peruenire.

Hier. 31 Mat. 19 Matt. 8 Mat 19 Phil. 3. Hier. 23 Act. 4. 2. Cor. 12 Act. 5.

F *Ebrietatis ſpiritualis ſigna.*

Quo ad ſecundam partem, miniſter noſter Ieſus Chriſtus hodierno die ſeptem tabernas vini Spiritus ſancti aperuit. Licet enim in hunc mundum veniſſet ad miniſtrandum, nihilominus in cælo exiſtens non ceſſauit neque ceſſat adhuc miniſtrare. Non enim laſſatur deſeruiendo nobis. Has, inquam, tabernas aperuit, & in corda diſcipulorum vinum multiplex effudit. Prima taberna eſt taberna timoris, cuius vinum modicum amarū eſt, ſed ſaluberrimum. Sanat enim fatuos. Nam timor Domini expellit fatuitatem de corde. Vnde vinum timoris poteſt dici vinum minorum. Sicut enim vinum apponitur diuerſum ſecundum differentias perſonarum, ſcilicet vinum minorum, mediocrium, & vinum nobile magnatum

tum & regum: sic est de vino Spiritus
Psal.11. sancti, iuxta illud Psal. *Secundùm altitudinem tuam multiplicasti filios hominum*, id est, secundum quod decet altitudinem tuã & magnificentiam tuam, multiplicasti spiritualibus bonis filios hominum. Nam magnos magna decent. Igitur timor dicetur vinum minorum, saltem timor initialis, quia incipientium, & initium sapientiæ, sed tamen quasi fundamentum omnis
Eccli. 27 G boni spiritualis. Dicitur enim: *Nisi timore Domini instanter te tenueris, citò subuertetur domus tua*, sicut eruto fundamento statim corruit domus. Et: *Qui sine timore est, nõ potest iustificari*. Propterea debẽt pueri potari
Timor est fundamentum boni spiritualis. isto vino, ostensis ex vna parte virga, & ex
Eccli. 1. alia iudicijs Dei. Nam sæpe caussatur hoc vinum à terrore iudiciorum diuinorum,
Ps 118. sicut in eo qui dicebat: *A iudicijs enim tuis timui*. Et licet ista sint amara, tamen (vt dicitur communiter) dulcia nõ meruit, qui nõ gustauit amara. Sic antiquitus in tẽplo Iouis erant duo dolia, vnum plenum liquore dulci, aliud amaro, & qui volebat bibere de dulci, oportebat eum bibere de amaro prius. Vnde sicut vinum moderate sumptum acuit ingeniũ, & quasi illustrat ad amplius intelligendum, sicut etiã lima purgatur ferrum, & splendidum redditur, & cultellus mola, sic timor acuit mentem, & illuminat ad propriæ fragilitatis cognitionem, peccati, & se-
Eccli. 2. ueritatis iudiciorum Dei. *Qui timetis Deum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra*. Sed oportet quod sit timor moderatus: alioquin, quemadmodum vinum nimium obtundit intellectum, & qui nimis limat vel molit cultellum, aufert chalybem, & destruit, ita nimius timor vim animæ eneruat, & qui nimium emũgit, elicit sanguinem. Hanc hodie tabernam aperuit Dominus, quando irruit ventus vehemens de cælo, à regione omnis boni, non à regione deserti, scilicet diaboli, & concussit mentes Apostolorum. Aliquando enim ventus iste venit à cælo, dum facit considerare, quomodo sedet super thronos terribilis in consilijs super filios hominum. Quandoque tamen à regione deserti, dum datur considerare regionem desertam omni bono, scilicet infernum, & tunc immittit Dominus timorem. Contra hanc tabernam aperit diabolus hodie tabernam superbiæ, de qua potauit pulcherrimus Angelorũ, & ministrat nunc maioribus & minoribus. Nam (secundum Psalmistam) *fex eius non est exuanita, bibent omnes peccatores terræ*. Principes bibunt ex eo in pompis, sine timore spoliando Deum, & Ecclesiam cum populo inferiores, resistendo suis superioribus, &c. Psal. 76

Secunda est taberna pietatis, ex qua propinatur vinum dulce, generans dulcedinem quamdam piæ compassionis ad proximum. Et istud vinum valet omnibus & ad omnia. Apost: *Pietas ad omnia valet*. Isto vino maxime inebriatus erat Paulus, qui dicebat: *Optaui anathema esse à Christo pro fratribus meis*. Sic hodie Apostoli virtute doni pietatis se benevolos & beneficos ostenderunt erga populum à creatore auersum, prædicantes eis viam veritatis. Istud vinum plerumque conficitur ex miserijs proximorum, & ideo mixtum est aqua, id est miseria proximi, cui tamen facit compati inquantum est creatura rationalis. Sed contra hanc aperit diabolus tabernam inuidiæ, qua potatus est Cain, interficiens fratrem, quæ non compatitur super contritione proximi, sed gaudet in malis eius, & dolet de bonis suis. Tales inuidi cum inebriati fuerint vino inuidiæ, bibẽt id quod deterius est, quia *vinum impietatis*, id est debitum impijs, *bibent*. Nam reducet Dominus inuidum ad iustã naturam, scilicet in infernum, vbi cum malis cruciabitur, bibens vinum eorum, & bonis, quibus gaudere noluit, priuabitur. Improperium enim & contumeliam malus hereditabit, & omnis peccator [illegible]dus, & bilinguis. 1 Tim. 4 Rom. 9. Prou. 4. H Inuidorũ infimus locus est infernus

Tertia taberna est scientiæ, cuius vinũ bonũ est, sed plerumque durũ, & ideo de gardia. Cognitio enim propriorũ peccatorum,

Digitized by Google

torum, & cõscientiæ ab isto dono procedens, causat cõpunctionem & dolorem,
Eccles. 1 quia *vbi multa sapientia, ibi multa indignatio, & qui addit scientiam, addit & dolorem*, ita vt possit dici vinum compunctionis, quod
Psal. 59 durum est, secundum illud Psal. *Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis*. Et istud vinum communiter est minorũ & incipientium. Vino scientiæ potatus Paulus recognoscebat fragilitatem suam,
2 Cor. 12 & dicebat: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ*. Per istud etiam sciebat conuersari cum alijs, & in prosperis, & in aduersis, vt dice-
Phil. 4. ret: *Sco abundare, scio & penuriam pati*. Similiter & alij Apostoli. Contra hanc aperit diabolus tabernam iræ, quæ impedit animum ne possit cernere verum, quoad se, & quoad alios, & reddit hominẽ cæ-
Prou. 22 teris odiosum. *Spiritum ad irascendum facilẽ quis poterit sustinere?* Tales iracundi postquam hic biberint, de vino iræ diaboli,
Apo. 14 tandem *bibent de vino iræ Dei*. Quartà taberna est consilij, de cuius vino dicitur:
Cant. 8. *Dabo tibi poculum musti malogranatorum meorum*. Istud enim vinum habet multas cõditiones. Primo est mustum, quod nouas lagunculas disrumpit. Nam qui hoc vino potati sunt, nõ possunt se continere, quin dent bonum cõsilium. Oppositũ gustant de taberna diaboli, qui dant malum cõsilium, vt furandi, prædandi, & iniuste plebicitandi. Secundo, est malogranatorum. Sicut enim in malogranato sunt plura grana ordinata, sic in consilio sunt plura ordinate videnda, & nõ est cito resolutio danda, sed põderandæ sunt circumstãtiæ. Qui enim cito iudicat, leuis est. De isto vino bibisse ostẽsi sunt discipuli, quãdo apparuerunt dispartitæ linguæ tamquã ignis. Sic enim linguæ confessorum & cõsiliariorum debent esse inflammatæ, vt inflamment titiones nigros peccato, sed dispartitæ quasi malogranata, secundũ dispositionem audientiũ, ita vt Parthi, Medi, Elamitæ, & huiusmodi, id est omnis cõditio personarum audiat apud eos linguam suam, id est doctrinam, suæ condi-

1 Spiritu confitj pleni quid faciunt.

tioni conformẽ. De isto etiam vino biberant Apostoli, quando omnia reliquerũt, & Paulus, cũ diceret: *Omnia reputauit vt stercora*. Sed contra de taberna diaboli bibũt auari, incessanter temporalia bibentes, & nihilominus semper sitientes, more hydropici, ita vt quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ, scilicet diuitiarum. Sẽper enim tales manẽt vacui. Esaias: *Sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus adhuc sitit, & vacua est anima eius*, sic omnis auarus in hoc mundo, cum euigilatus fuerit in morte, inueniet se vacuũ. Quinta taberna est fortitudinis, cuius vinũ virtuosissimum est, & percutit in capite, taliter quod nihil apprehendit difficile aut laboriosum, iuxta illud: *Qui superant in Domino, mutabunt fortitudinẽ*, scilicet carnalẽ in spiritualem. Sequitur: *current, & non laborabunt*, & qualecumque opprobriũ dicatur, aut offendiculum ponatur, ridere facit, quia *non contristabit iustũ quicquid ei acciderit*. Ita *fontes amari*, scilicet tribulationum, *obdulcati sunt ad bibẽdum*. Hinc de anima sancta dicitur: *In desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui*, id est Spiritũ sanctum, qui amor est; *nullus auertet eam*, id est nulla tentatio vel tribulatio. Et de viris spiritualibus dicitur: *Stellæ manent in ordine suo, contra Sisaram pugnantes*, id est diabolum. Tales enim ordinati terribiles sunt dæmonibus, vt castrorum acies ordinata, sicut erant Apostoli simul vniti ad destruendas machinas dæmonum. Istud vinum est magnorum & fortium militum Christi, eos ad ardua aggrediẽda vel sustinenda animans, de quo etiam bibit ipsemet Christus. Psal. *De torrente*, scilicet vini fortitudinis, *in via bibit*. Sed huic opponitur taberna accidiæ, de qua qui biberit, ineptus redditur ad omne bonum, quia spiritus tristis, scilicet præ accidia, exiccat ossa, id est virtutes, vel fortitudinem animi ad bene operãdum. Sexta taberna est intellectus, quæ propinat vinum merum, vinum lætificans cor hominis, vinum vetus & nouũ, propter vtrumque testamentũ, hoc vinũ petebat

Phil. 3.

K. Auaritia inducit continuam sitim temporaliũ.

Esai. 29

Esai 40 L. Fortitudinis donũ quãdo sit efficax.

Prou. 12

Iudith 5

Hiere. 2

Iudic. 5.

Psal. 109.

Dauid,

Pſ. 118. Dauid, vt viuificaret cor eius. *Intellectum* (inquit) *da mihi, & viuam.* Et alibi, vt plenius ſcrutaretur mandata Dei, dicens: *Da mihi intellectũ, & ſcrutabor mandata tua.* Iſtud vinum licet ſit præcipue magnorum, tamen quandoque datur paruulis in prędicatione. Pſal. *Declaratio ſermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.* Hoc dono intelligere non ſufficit, niſi ſequatur operari, ſed intellectus bonus omnibus facientibus eum. Et alibi: *In intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.* Huic opponit diabolus tabernam gulæ, in qua potatus eſt Eſau, qui vendidit primogenituram ſuam pro lenticula, in qua potati ſunt qui diluuio perierunt. In ea etiã bibebat Balthaſar rex, Dan. 5. & Holofernes, Iudith 12. Septima taberna eſt ſapientiæ, proferens vinum germinans virgines, vinum ſponſi ad dandum ſponſæ. De quo: *Vinũ optimum, dignum dilecto ad potandum.* Et: *Dabo tibi poculum de vino condito.* Hoc vino inebriantur, quibus ſola cęleſtia ſapiũt. Sed huic opponitur taberna luxurię, cuius vino inebriatus Loth dormiuit cũ filiabus. Sed hoc vinum Ioannes Baptiſta non bibit, quia erat circa lumbos pręcinctus zona caſtitatis. Hoc etiam vinum prohibebatur ab Apoſtolo, dicente: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.*

Ibidem. Ibidem. Pſal. 77 Gen. 25. Dan. 5. Iudit. 12 Cant. 7. Cant 8. Gen. 33. Ephes. 5.

FERIA SECVNDA POST Pentecoſten, Sermo 1. & in ordine CVII. Per Thema.

Act. 10 A Oratio feruens facit deſcendere Spiritũ ſanctum ſicut fumus calidus ignem in candelã.

CEcidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum. Cum natura Spiritus ſancti ſit aſcendere ſurſum, propter quod igni comparatur, & ſoleat ſurſum eleuare, quomodo dicitur cecidiſſe? Dicitur primo, quod hoc factum eſt primo, ad euitandum vacuum in iſtis, qui erant vacui peccato & cupiditate mũdana. Secundo, ignis deſcẽdere ſolet mediante fumo calido, candelam extinctam accendens. Sic mediante deuotione, quã iſti habebant ad Deum & verbum eius, deſcendit Spiritus ſanctus. Deuotio enim interior ſiue oratio feruens eſt fumus calidus aſcendens ſurſum, & faciens deſcẽdere Spiritum ſanctũ. *Aſcendit fumus aromatum de orationibus ſanctorum.* Sed ſicut de paruo ligno non ſurgit magnus fumus, maxime quando totum non ponitur in igne, ſed diuiditur & trũcatur, ſic de corde noſtro, quod paruum eſt, ſi non ponatur totũ in igne deuotionis, non exit ſufficiens fumus ad attrahendum Spiritum ſanctum. Sic Apoſtoli in præſentia Chriſti non ſufficiebant attrahere Spiritũ ſanctum, quia cor eorũ diuiſum erat, nimis amando carnaliter humanitatem Chriſti. Quid ergo dicetur de illis, quorũ cor eſt ſic diuiſum, quod vna pars eſt Pariſijs & alia Romæ? Tale cor eſt ſimile cãdelæ, quam vetula volens offerre beatæ Virgini, primo figit eam ad altare beati Martini, deinde ad altare beati Nicolai. Dicitur ſecundo, quod iſte deſcenſus Spiritus ſancti facit aſcendere mentes quas implet, eas ſubleuando ad cæleſtia deſideranda, ſicut fit in eo, de quo Pſalmiſta: *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum.* Inde orat Eccleſia: Et corda ſurſum ſubleua, ad te ſuperna gratia. Ad locũ enim vnde exeunt flumina gratiarum, illuc reuertuntur, ſcilicet in cœlum, vnde traxerunt originem, illucque vehit gratia Spiritus ſancti ſuum poſſeſſorem in præſenti per deſiderium cæleſtium, & in futuro per poſſeſsionem futurorum. Tantum enim riuus aſcendit, quantum altus eſt fons, ſecundum illud: *Aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Hanc aquam gratiæ vt obtineamus, recurramus ad matrem noſtram Mariam, dicentes: Aue gratia plena.

Apoc. 8 Pſal. 83. Ioan. 4. Galat. 5

Beneficium miſsionis Spiritus ſancti ideo cõmemoratur, ne labatur à memoria fidelium. Ex toto enim beneficiũ perditum videtur, quod nec etiã in memoria habetur. Et cum gaudio recoli debet eius beneficium, à quo omne gaudium verũ eſt. Nam inter fructus ſpiritus gaudium numeratur. Apoſtolus: *Fructus ſpiritus charitas, gaudium,* &c. Ideo hodie recitatur prædicatio Petri coram Centurione, vbi

cecidit

Act. 10 cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, &c. In officio hodierno duo notantur preparatiua ad ſuſceptionẽ Spiritus ſancti. Primũ eſt auditus verbi Dei, de quo in Epiſtola. Secundum eſt cõſideratio diuinæ bonitatis & dilectionis, quæ in nobis amorem Dei accendit, quo meremur ſuſcipere Spiritũ ſanctum. Pro intelligentia primi & Epiſtolæ, duo dicẽda ſunt Sermone preſenti, quæ continentur in Epiſtola. Primum de de prædicatione Petri. Secundũ eſt, quomodo cecidit Spiritus ſanctus ſuper audientes prædicationem eius. Quoad primum, quod auditus verbi Dei præparet ad ſuſceptionem Spiritus ſancti, oſtendit Spiritus ſanctus figuraliter apparens in ſono. *Fides enim eſt ex auditu.* Vnde verbum boni prædicatoris inflãmare ſolet audiẽtes. Pſ. *Ignitum eloquũ tuum vehemẽter*, maxime quãdo procedit ab affectione prædicãtis, & Spiritu ſancto reſonãte in ore. Videmus enim quod inſtrumenta muſicalia non poſſunt debitũ ſonũ emittere, niſi prius vento & aëre ſint repleta, & quanto magis implẽtur, tanto maiorem ſonum emittunt. Sic neceſſe eſt, quod Spiritu ſancto repleantur prædicatores. Ideo quia verba Petri Apoſtoli erãt ignita, ignibant affectiones audientiũ, ſicut carbo viuus bene accendit carbonem mortuũ. Vnde vulgo dicitur, Qui habet ruſticũ, habet prædã. Sic qui habet Spiritum ſanctum, habet bonorum ſuorũ communicationem, & ex cõmunicatione verbi cognoſcitur in eo Spiritus ſanctus. Sapiens: Sap. 8. *Scio quòd cõmunicabit mihi in bonis ſuis.* Sic & ille qui libẽter audit verbũ Dei, ſatis perpenditur ipſum diligere. Cum enim quis alium diligit, lĩbenter audit de eo bona. Talis erat Centurio, & alij audiẽtes prædicationem Petri, de qua textus Epiſtolę: Act. 10 *Petrus* (inquit) *aperiens os ſuũ dixit: In veritate comperi, quia non eſt perſonarũ acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi*, ſcilicet ad obtinendam præbendam gratiæ Spiritus ſancti in præſenti, & prædam gloriæ in futuro. Conformiter ad hoc dicit Apoſtolus:

B *Verbi Dei auditus ſuſceptionẽ Spiritus ſancti operatur*

Non eſt perſonarum acceptio apud Deum. Non enim eſt diſtinctio Iudæi, & Græci, ſed ſolis meritis apud eum diſcernimur, non nationibus. Sic vult Deus ſuperiores non eſſe perſonarũ acceptores, ſed æqualiter omnes acceptare, & æqualiter omnibus diuidere & benefacere, ſecundum illud: *Cunctis filijs Aaron menſura æqua per ſingulos diuidetur*: niſi merita inæqualia aliud exegerint. Inde & Dominus præcipit: *Non conſideres perſonã pauperis, nec honores vultum potentis*. Sed nota quod inter aquã putealem, fluuialẽ, vel lacualẽ ex vna parte, & pluuialem ex altera talis eſt differentia, quod fluuialis, putealis vel lacualis non irrigat niſi terram ſibi contiguam & vicinam, ſed illã taliter quandoque irrigat & humectat, quod ibi facit creſcere multas herbas nocius & inutiles. Pluuia vero, quæ de cælo venit, omnẽ terram æqualiter irrigare ſolet. Sic in mundo duo ſunt genera ſuperiorũ, quidã ſunt vt lacus vel puteus, qui terreſtri modo prece, vel pretio, vel fauore in Eccleſia introducti ſunt. Et tales non irrigant per beneficiorum collationem, niſi terram propinquã, ſuos parentes & amicos propinquos, & familiares. Et taliter quandoque eos impinguant, quod mala deſideria, & peccata in eis affluunt & regnãt. Sed qui ſunt cæleſtes & ſpirituales, à Deo introducti & promoti, omnem populũ ſibi ſubiectum æqualiter, & ſine perſonarum acceptione ſuis beneficijs, quantũ in ſe eſt, irrigãt, & fœcundant ſecundum merita perſonarũ. Similiter debẽt iudices in ſuis iudicijs cauere acceptionem perſonarũ, cum etiam præcipiat Dominus: *Siue ciuis ſit ipſe, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum. Ita parnum audietis vt magnũ, nec accipietis cuiuſquam perſonã, quia Dei iudicũ eſt.* Per iſtas autem quatuor perſonas, ciuem & peregrinum, magnũ & paruũ, intelligũtur quatuor hominũ ſpecies, quos præcipue cõtingit promoueri per acceptionẽ perſonarũ, qui propter hoc ſunt ſpecialiter interdicti, ſcilicet conſanguinei per ciuem, adulatores per peregrinũ, quia ſicut pe-

C *Acceptio perſonarum fugitda.*

Rom. 2. Leuit. 7 Leuit. 19 Deut. 1.

regrinus indifferenter ſe habet ad omnẽ locum & tẽpus, ſic iſti reddunt ſe cõmunes ad omne propoſitũ, ad omne quale, ad omne tempus & locum. Sed vere ſunt alieni, quia vere cor eorũ alienũ eſt ab illis, quibus talia verba profuerũt. Per magnum vero & paruũ ſuperbi & hypocri-
Act. 10 tæ. Sequitur: *Verbũ miſit Deus in Iſrael, annunciãs pacẽ per Ieſum Chriſtũ.* Chriſtus enim eſt mediator Dei & hominũ: ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnũ. Poſtea narratis bonis, quæ fecerat in Iudæa, & crucifixione eius, ſubdit de reſurrectione, di-
Ibidem. cens: *Hunc Deus ſuſcitauit à mortuis tertia die, & dedit eum manifeſtũ fieri non omni populo, ſed teſtibus prædestinatis à Deo, nobis, qui mãducauimus & bibimus cũ illo, poſtquã reſurrexit à mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari.* Vbi aduertendũ eſt, quod propter multa datus eſt Spiritus ſanctus Apoſtolis. Primo quidẽ ad dirigendũ, ſecũdum
Pſ. 142. illud: *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam*, ſcilicet iuſtorũ, quia via malorum
Pſal. 11. obliqua eſt, quia *in circuitu impij ambulãt.* Hinc tales timere debẽt obuiare diabolo, cuius officiũ eſt in circuitu ambulare. Pe-
1. Pet. 5 trus: *Aduerſarius veſter diabolus, tamquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret.* Stultus
D Via malorum obliqua. Suſ. 5. eſt, qui cum facile poſsit ambulare vias rectas, quẽrit tales vias peccatorũ tortuoſas & difficiles, de quibus dãnati: *Ambulauimus vias difficiles.* Secundo, datus eſt ad reficiendum, quod ſentiebat qui dicebat:
Sap. 12. *O quàm ſuauis eſt Domine Spiritus tuus in nobis.* Eſt enim bonus in opere & in effectu, & ſuauis in affectu. Et ideo Pſal. hortatur:
Pſal. 33 *Guſtate & videte*, &c. Tertio, datus eſt ad teſtificandum de Chriſto. Hoc promiſe-
Act. 1. rat Chriſtus: *Accipietis virtutẽ ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes.* Requiruntur autem tria ad verũ teſtem, quę
E Teſtis veri tria habet. eis cõtulit. Primum eſt certitudo ſiue cognitio certa eorũ, quæ debet teſtari. Propterea Spiritus ſanctus docuit eos omnẽ veritatem, de qua erat teſtificandũ. Similiter conuerſati fuerant cum Chriſto, & viderant, & audierant facta & verba eius, ideo certitudinaliter de eis poterant teſtificari. Secunda cõditio eſt, quod ſit firmus, nec terrore auertatur à dicenda veritate. Ideo roborauit eos Spiritus ſanctus, ſecundum promiſſum Chriſti: *Sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto.* Apoſt. *Ipſe Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram.* Tertium eſt, quod nec prece nec pretio corrũpatur. Inde Spiritus ſanctus mundauit & purgauit Apoſtolos ab omni affectione carnali & cupiditate mũdana, ſicut promiſerat: *Effundã ſuper vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Propter iſta tria apparuit Spiritus ſanctus in igne, quia ignis habet illuminare, roborare ſiue ſolidare, & purgare. Quarto, fuit datus Spiritus ſanctus Apoſtolis ad prædicandum populo. Hinc dicit Petrus: *Præcepit nobis prædicare populo.* Act. 10 Ideo horũ loco ſuccedẽtes Epiſcopi prædicare debẽt, ſicut Timotheo ſcribit Apoſtolus: *Prædica verbũ, inſta oportunè, importunè.* Sic poterat vnuſquiſque Apoſtolorum dicere: *Spiritus Domini ſuper me, eo quòd vnxerit me, ad annunciandum manſuetis miſit me.* Bene dicitur, mãſuetis, quia in talibus ſolet verbũ Dei fructificare. Et ideo Iacobus: *In mãſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras.* Verbũ Dei debet eſſe inſitum, vt nõ moueatur facile à memoria. Contra illos qui ita de facili tradunt verbũ Dei obliuioni, vt de eis dici poſsit, quod intrat per vnam aurem, & exit per aliã. Non autẽ debet eſſe ſic labile, ſed, vt arbor, debet eſſe inſitũ, vt in fine valeat dulces fidei fructus portare, ſicut fuit in iſtis, qui ſic ſuſceperunt verbũ Petri, vt inde mererentur ſuſcipere Spiritum ſanctum, & eius dona participare, ita vt loquerentur linguis magnificantes Deum. Sequitur in textu: *Quia ipſe eſt qui* Act. 10 *conſtitutus eſt à Deo iudex viuorum, & mortuorum.* Chriſtus conſtitutus eſt iudex in multiplici iudicio. Primum eſt iudicium
F Iudicũ multiplex Chriſti. condemnationis, quo diabolus iam iudicatus eſt, & condemnatus, ſecundũ illud: *Nunc iudicium eſt mundi, nunc princeps mundi* Ioan. 12 *ejicietur foras.* Hoc iudicium factum eſt in tribunali crucis, vbi Chriſtus de poteſta-

te te-

te tenebrarum nos eripuit. Quod iudiciũ condẽnationis ſi volumus euitare, oportet facere circa nos iudicium examinationis,
1. Cor. 11 quia *ſi noſmetipſos dyudicaremus, non vtique iudicaremur.* Et hoc cõmode fiet, ſi voluntas ratione comitata ſederit pro tribunali
Pro. 20. in regno animæ, quia *Rex ſedet in ſolio, diſſipat omne malũ intuitu ſuo.* Volũtas enim, quę eſt rex ſiue regina in regno animæ, debet mediante ratione, mala quę facta ſunt diligenter conſiderare & diſſipare. Secundũ iudicium eſt tributionis, quod eſt in fine cuiuſlibet hominis, de quo poteſt intelligi illud Apoſtoli: *Terribilis expectatio iudicij.*
Heb. 10. Hoc exercet Chriſtus, quia *Pater iudicium*
Ioan. 5. *omne dedit filio.* Tertiũ eſt extremę diſceptationis, quod Chriſtus ſæpe in Euãgelio
Dan. 7. dixit ſe facturũ, de quo: *Iudicij ſedit, & libri aperti ſunt.* Et: *Iudicati ſunt mortui ex his*
Apo. 19 *quæ ſcripta erant in libris.* Et de iſto etiã hic loquitur Petrus. Subditur: *Huic omnes Prophetæ teſtimonũ perhibent, remiſſionẽ peccatorũ accipere per nomẽ eius omnes, qui credunt in eũ.*
G *Spiritus ſancti operationes ſeptem in cordibus pœnitentium.* Iſta autẽ remiſsio fit per operationẽ Spiritus ſancti, qui operatur ſeptẽ operationes in cordibus pœnitentium, præparans
4. Reg 4 eas, & purificans plerumque. Et ſunt ſeptem oſcitationes, quas fecit puer, dũ Heliſæus eum ſuſcitauit, & ſeptima hora,
Ioan. 4. qua puerum reguli reliquit febris. Prima eſt recordatio bonorum à Deo largitorũ, & malorum ei redditorum. Secunda eſt bonorum repromiſſorum Deum diligentibus, ac malorum cõminatorum contumacibus. Tertia eſt recogitatio viæ, qua ab his effugiat, & ad Deum redeat, & bona recuperet. His tribus oſcitationibus velut os aperit cordis ſuſcitandi, vt Spiritum ſanctum recuperet. Quatuor ſequẽtes ſunt in voluntate, ſcilicet timor, dolor, ira, pudor. Bene autem dicit, per no-
Act. 4. men eius, quia *non eſt aliud nomen ſub cælo, in quo nos oporteat ſaluos fieri.*
Act. 10 Pro ſecunda parte dicitur in textu: *Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes*, &c. vt ſignificaretur, quod illi vere crederent in Ieſum, & remiſsionem peccatorũ acciperent per nomen eius. Et vt corde crederetur ad iuſtitiam, confeſsio autẽ ore fieret ad ſalutẽ, cœperunt loqui linguis, & magnificare Deum. Et obſtupuerunt qui erãt ex circumciſione fideles, qui venerãt cũ Petro,
H *Spiritus ſancti largitas inſtar fontis & ſolis.* quia & in nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt. Sed non debebãt mirari de largitate Spiritus ſancti. Ratio eſt, quia nemo debet mirari de fonte, ſi omnibus cõmunicet aquã ſuam, & ſi riuulos vbique diffundat. Ipſe autem Spiritus ſanctus eſt fons viuus, quo præſertim irrigãtur plãtę paruæ, id eſt humiles paucũ habentes de terra, quemadmodũ erant omnes illi, qui audiebant verbũ, non autem plantæ magnæ, id eſt ſuperbi, quia nimis trahunt de terra, id eſt, cõſolationes habent de terra, ſicut erãt Phariſęi ſuperbi & principes ſacerdotum, licet, quantum erat de ſe, eſſet paratus eos irrigare, ſi nõ poſuiſſent obicem. Similiter Spiritus ſanctus ſol eſt, qui, quantũ eſt de ſe, omnibus calorẽ ſuum & lucem communicat. Non enim eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Et hoc eſt quod
Eccli. 1. dicitur: *Effudit ſapientiam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnẽ carnẽ, ſecundũ donũ ſuũ præbet illã*, hoc eſt, ſicut decet eũ dare, ſcilicet largiter. *Ecce ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis*
Apoc. 3 *aperuerit mihi, intrabo.* Vnde (ſecundũ Dionyſium de diuinis nominibus) bonũ eſt ſuipſius diffuſiuũ, & ſummę bonũ ſummę diffuſiuũ. Et Ariſt. 4. Ethico. declarãs cõditiones liberalis, dicit tria cõpetere liberali, ſcilicet dare ſpõtanee ſiue libẽter. Secundum eſt dare copioſe ſiue abundãter. Tertiũ eſt dare fructuoſe ſiue vtiliter. Vbi notandum, quod ſecundũ illas tres
I *Liberalitas Dei erga nos multiplex.* conditiones liberalis multipliciter effundit nobis Deus dona ſua gratis, ſicut largus opifex ſuper opus ſuum bona ſua effundere ſolet. Primo enim effundit ſapiẽtiam & diſcretionẽ in omniũ rerũ gubernatione, quia ſtatũ cuiuſlibet ita diſponit, quod melius ordinari non poteſt. Sicut ſapiens architectus ligna domus alia groſſa, alia gracilia dimittit, alia ſurſum, alia inferius diſponit, ſecundum quod domus fabrica requirit. Sic Deus alium

Digitized by Google

pauperem, alium diuitem, alium ſurſum in dignitate, aliũ inferius per ſubiectionem diſponit, ſecundum quod ordo requirit vniuerſi. Et ideo ſapientia dicitur ſe effundere in omnium rerum gubernationem, ſicut vulgo dicitur de opifice, cũ opus ſuum perfecerit, peroptime totum ſpiritum ſuum in illo opere effudiſſe.

Eccli. 1. Hoc patet ex ante allegato: *Effudit ſapientiam ſuã ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnẽ carnem.* Et ita ſapienter omnia operatur, quod cognoſcenti rationes diuinas, & ordinem vniuerſi, apparet euidenter, quod ſapientiſsime ordinat omnia, licet aliter

Nota. videatur multis. Videtur enim pauperibus, quod melius eſſent in ſtatu diuitiarum, & ſubiectis in ſtatu prælationis, cũ tamen non ſit ita. Si quis enim numquã audiſſet vel vidiſſet vineã putare, miraretur, & putatorem reputaret fatuũ, & vineæ deſtructorẽ, quia ramos viridiores, vt videtur, abſcindit, & viliores dimittit, cum tamen non ſit ita. Ideo Pſal. melius

Pſ. 103. ſentiens, ait: *Omnia in ſapientia feciſti.* Secũdo, effundit doctrinã & veritatem in hominum eruditione. Vt dicitur, quod magiſter totum ſe effundit in diſcipulũ, cum totam curã mittit in ipſum ad docendũ.

Eccli 24 Sic de ſe dicit Sapientia: *Ego ſapientia effudi flumina*, id eſt doctrinã Euangelicã, ſecun-

Gen. 2. dum Gloſ. Dicitur enim Gen. 2. quod *fluuius egrediebatur de loco voluptatis*, id eſt de ſinu Patris, *ad irrigandum paradiſum*, id eſt Eccleſiã, *& diuidebatur in quatuor capita*, id eſt in quatuor flumina Euangelij, ſecundũ Gloſ. Et vocat doctrinã Domini flumina, quia ſicut loca iuxta flumina fœcunda ſunt, ſic qui doctrinã Chriſti audire negligunt, aridi ex bonis operibus fiunt. Qui autẽ in ea ſæpe meditantur, in bonis operibus fructificãt. Vnde in Pſ. de bono

Pſal 1. viro dicitur: *Qui in lege Domini meditatur.* Sequitur: *Et erit tanquam lignũ quod plantatum eſt*, &c. Tertio, effundit miſericordiã & timorem in lapſorũ reparatione & ſanitate, ſic medicus potiones, & vnguẽta, quæ nouit eſſe ſalubria, infundit in vulnera infirmorum. Sic Deus ſpem & miſericordiam pœnitẽtibus, & timorem ſupplicij in peccato perdurantibus. Et hoc eſt quod dicitur: *Samaritanus*, id eſt Chriſtus, *effudit vinum & oleũ in vulnera.* Oleum effundit, cum pœnitentibus æternum regnum promittit, dicens: *Pœnitentiã agite. Appropinquabit enim regnum cælorũ.* Vinum vero, cum pœnam æternam non pœnitẽtibus comminatus eſt, dicens: *Omnis arbor, quæ non facit fructũ bonum, excidetur.* Mirum eſt quod multi ſpe modici lucri tẽporalis grauia ſuſtinent, & nihil amore boni perpetui. Similiter etiã timore damni temporalis delectabilibus ſe abſtinent. Lupus enim timore canum ouem dimittit, auis timore lapidis vel ſagittæ viridẽ ramum, & multæ aues timore laquei granum deuitant, & piſces timore hami eſcã contemnunt, & tamẽ pauci timore ęterni ſupplicij peccata relinquunt. Et hoc eſt quod dicitur: *Cecinimus vobis*, id eſt, vitam æternam promiſimus, *& non ſaltaſtis*, id eſt non applauſiſtis, vos à terrenis eleuãtes ſicut, qui ſaltat: *Lamentauimus vobis*, id eſt, lamentum æternũ comminati ſumus, *& non ploraſtis*, ſcilicet planctum pœnitentiæ, ſecundum Gloſ. Quarto, effundit gratiam & virtutem in bonorum promotione, ſicut amans ardenter bona ſua amato non abſcondit, ſed ea ei largiter communicat, & effundit. *Non abſcondam vltra faciem meam ab eis, eo quòd effuderim ſpiritum meum ſuper omnem domum Iſrael, ait Dominus Deus.* Sic effudit gratiam ſuper iſtos audientes verbum Petri, ita vt ſupereffluerent loquentes magnalia Dei. Sicut enim fons plenus retineri non poteſt quin effluat, ſic nec iſti. Inde Pſal. poſtquã dixit: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima*, ſcilicet gratia Spiritus ſancti: ſubdidit, *& labijs exultationis laudabit os meum.* Tunc reſpondit Petrus: *Numquid aquam quis prohibere poteſt*, &c. Et iuſsit eos baptizari. Prius baptizati erant baptiſmo flaminis, ſed adhuc obligãtur ad baptiſmũ fluminis, quẽ & ſuſceperunt in nomine Chriſti. Iſto modo mortuo Chriſto ſine liberis, Spiritus ſanctus quaſi frater eius duxit

Luc. 10. *Matt.* 3 & *Chriſtus inſtar Samaritani oleum miſericordiæ & vinum timoris ſupplicij infundit.* *Nota.* *Matt.* 11 *Ezech.* 38 *Pſal.* 62 *Act.* 10

xit vxorem Ecclesiam gentium, & fuscitauit semen fratri suo quasi defuncto, à cuius nomine dicti sunt Christiani. Sicut enim Mariam per Spiritum sanctũ oportuit fœcundari, sic & Ecclesiam primitiuã gentium, quę manserat sterilis nec fœcundata fuerat, quamdiu Christus fuerat corporaliter in terris. Vnde quod Christus quasi matrimoniali fœdere cõiunctus sit cum Ecclesia, testatur Apostolus, cum loquens de matrimonio dicit: *Sacramentum hoc magnũ est, in Christo dico & in Ecclesia.* Ipse autem quasi sponsus nouus nouę sponsę Ecclesiæ obtulerat osculum post resurrectionem, dicẽs: *Accipite Spiritum sanctum.* Si enim Pater osculans, Filius osculatus, recte Spiritus sanctus osculum dicitur, vtpote Patris & Filij pax & amor, vt sicut columbæ osculo, sic Ecclesia fœcundaretur Spiritu sancto.

Spiritus sanctus quomodo dicitur suscitasse semen Christo.

Ephes. 5

Ioan. 20

EADEM FERIA SECVNDA, *serm. II. & in ordine CVIII. Per Thema precedens.*

CVm deuotione maxima celebrãdi sunt dies isti. Primo, propter dignitatẽ & excellentiã eius, cui festa ista dedicantur. Nã si (iuxta Bernardũ) celebramus sanctorũ solẽnia, quanto magis eius, à quo habuerunt vt essent quotquot fuere sancti? Si veneramur sanctificatos, quãto magis sanctificatorem? Secundo, propter magnificentiam doni nobis collati, scilicet gratiæ Spiritus sancti. Magnũ enim quid est vna gutta gratiæ Spiritus sancti. Primo, in valore, quia est pretium regni cælestis seu arra vel pignus, de quo Apostolus: *Dedit pignus spiritus in cordibus nostris:* hoc pignus lapis est in anulo, thesaurus in agro. Quãdiu hoc pignus seruaueris, de regno cælorum securus eris. Sed lubricus hũc lapidẽ paruipendens pro modica delectatione impignorat. Amittit enim substantiam corporis, substantiam animæ, & substãtiam pecuniæ, substantiam gratiæ, & substantiã gloriæ. Ecce qualis iactura pro delectatione momẽtanea. Secũdo, magnũ quid est gutta gratiæ in virtute. Primo, quia sedat sitim cõcupiscentiæ mundanæ, ad quod totum mare non sufficeret. Vnde Aug. Qui biberit de fluuio paradisi, scilicet gratia, cuius gutta maior est Oceano, restat vt in eo omnis cõcupiscentiæ mũdi sitis extincta sit. Secũdo, quia abluit maculam mortalis culpæ, ad quod tota aqua mundi non sufficeret, ea secluſa. Bene enim potest homo se maculare macula peccati, quæ maculatio est eius perditio, sed sine gratia Spiritus sancti nõ purgatur, secundũ illud: *Perditio tua ex te Israel, in me tantummodo auxilium tuum.* Et Sapiens dicit: *Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit,* non dando sibi gratiam Spiritus sancti, qua mundetur à peccatis, quæ tamen si adesset, totum purificaretur, quantacumque esset peccati macula. Cum igitur tantæ efficaciæ sit gratia, vt saltẽ guttulã vnã eius habeamus, recurramus ad eã, quæ ab Angelo salutata est, & prædicata plena gratia, dicẽtes: Aue.

A Gratia Spiritus sancti est quid magnũ in valore & virtute.

2. Cor. 1

Osee 13

Eccli 7.

Cecidit Spiritus sanctus super audientes verbum, quasi pluuia ad irrigandum eos. Hãc enim pluuiam promiserat Dominus dare post ascensionem Christi, secundũ illud: *Egredere dicens ei,* id est Christo, *& dabitur pluuia semini tuo, vbicumque seminaueris in terra, & panis frugum terræ erit vberrimus & pinguis.* Ad quod etiam potest figuraliter applicari illud Iudicũ: *Domine cùm exires de Seir,* id est de mũdo in ascẽsione, *terra mota est,* id est corda discipulorum. Ioan. 16. Quia *hæc locutus sum vobis, tristitia implenit cor vestrum.* Et sequitur: *cæli & nubes stillauerunt aquis,* scilicet gratiarum. Nam ad hoc exierat de mundo, vt gratiam suam nobis mitteret, iuxta illud: *Si non abiero, paraclitus non veniet: si autem abiero, mittam eum ad vos,* scilicet & eos qui verba vestra quasi semen Dei in terra sua receperint, quales erãt isti, vt scilicet irrigentur, & amplius fructificent. Nil ergo mirũ si *cecidit Spiritus sanctus super omnes,* &c.

Act. 10

Ioel. 2.

Iudic. 5.

Ioan. 16

Ioan. 16

Act. 10

Posteaquã sermone præcedenti dictum est iuxta Epistolã, quomodo auditus verbi Dei præparat susceptionẽ Spiritus sancti, nunc iuxta Euangelium dicendũ est.

Primo, de dilectione Dei erga nos, ex qua debemus moueri ad eum diligendũ, vt sic adhuc præparemur ad suscipiẽdum Spiritum sanctũ. Secundo, de modo quo debemus eum diligere. Quoad primum, dilectio Dei erga nos tangitur in principio Euãgelij, cum dicitur: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Vere magna Dei benignitas in eo, quod dilexit mundum, maxime si attendatur mundi malignitas. Mũdus enim sua peruersitate ininicabatur & repugnabat, ne à Deo diligeretur. Nõ est mirum, si Deus diligit Angelum, qui est eius minister, faciens eius voluntatem; non est mirum, si sanctos homines diligat, qui eum diligunt; si etiam irrationales creaturas, quæ ei obsequũtur. Sed mirum est, quod diligit mundum, qui ei quantũ potest aduersatur, & repugnat volũtati eius & mandatis, qui ei taliter inimicus est, vt *quicumque voluerit amicus esse mundi, inimicus Dei constituatur.* Est etiam proditor Dei, qui castrum ipsius, scilicet se ipsum diabolo tradidit, vbi principi aretur, ita quod vocatur princeps mundi. *Princeps mundi huius ejicietur foras.* Vnde multis modis mũdus ad Deum male se habet. Primo, ingratus est ad Dei beneficia, quæ non recognoscit, quia *mundus eum non cognouit.* Deutero. 32. *Oblitus es Domini creatoris tui.* Secundo, contemnit & transgreditur Dei mandata, secundum illud Psal. *Dissipauerunt legem tuam.* Tertio, despicit Dei consilia, sicut improperat sapientia, dicens: *Despexisti omne consilium meum.* Quarto, vilipendit eius comminationes & promissa, dicens: *Vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentum quia custodiuimus præcepta eius?* Et illud: *Quis est omnipotens, vt seruiamus ei?* Quinto, persequitur Dei amicos, ita quod *omnes, qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur*, scilicet à mundo. Et Dominus ait: *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.* Sexto, exaltat Dei inimicos, scilicet impios, vt dicat Ps. *Vidi impium superexaltatum & elevatum.* De quo conqueritur Iob: *Quare ergo viuunt, sublimati sunt, confortatique diuitijs?* Septimo, creaturis impendit honores diuinos, secundum illud Apostoli: *Seruierunt creaturæ potius quàm creatori.* Et: *Quorum Deus venter est.* Glossa, Hoc ab homine pro Deo colitur, quod præ cæteris diligit. Istis non obstantibus non cessauit Deus nec cessat diligere mundum etiam amore singulari, qui probatur ex tribus. Primo, ex dati magnitudine, quia vnigenitum suum dedit. Secundo, ex liberatione à periculo, *vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat.* Tertio, ex spe seu promissione maximi beneficij recipiendi, cum dicitur, *sed habeat vitam æternam.* Pro primo, non poterat Deus singulariorem ostendere amorem erga homines, quàm dando pro eis vnigenitum suum, nec maius donum dare. Vnde in multis ostendit se Deus liberalem circa hominem. Primo, quia dedit ei inter cæteras creaturas imaginis & similitudinis sum priuilegium, cum dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Secundo, dedit ei dominiũ creaturarum, secundum illud: *Præsit piscibus maris & volatilibus cæli, & bestijs vniuersæque creaturæ.* Sed propter offensam pro parte amisit illud. Tertio, dedit homini custodiam Angelorum, dicente Psal. *Angelis suis mãdauit de te.* Quarto, dedit ei legis & prophetarum documentũ. Hoc est semẽ, de quo Esaias: *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus.* Quinto, dedit ei iuxta promissa vnigenitum suum in redemptionis pretium. Sexto, dedit ei Spiritum sanctum, tandẽ daturus se ipsum in præmium, iuxta illud: *Ego protector tuus, & merces tua magna nimis.* Sic ergo filium suum vnigenitum mundo dedit Deus. Primo, vt inde moueamur ad diligendos inimicos nostros. Apost. *Commendat Deus charitatem suam in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores essemus, secundùm tempus Christus pro nobis mortuus est.* Gregorius: O inæstimabilis dilectio charitatis, vt seruum redimeres, filium tradidisti. Secundo, vt doceamur debere dare vnigenitum nostrum Deo. Sic enim præci-

A
Lucæ 4.

B
Mũdus aduersatur, & proditor Dei.
Ibidem.

C
Liberalitas Dei erga homines.

D
Vnigenitum suũ quare dat Deus eius mundo.

Ioan. 3.
Ioan. 12.
Ioan. 1.
Deut. 32.
Psal. 118.
Prou. 1.
Mala. 3.
Iob 21.
2. Tim. 3.
Ioan. 15.
Psal. 36.
Iob 21.
Rom. 1.
Phil. 3.
Gen. 1.
Psal. 90.
Esai. 1.
Gen. 15.
Rom. 5.

præcipitur Abrahæ, vt det vnigenitum suum Isaac in sacrificium Domino. Ita nos vnigenitum nostrum, id est, totum gaudium debemus immolare seu sacrificare Deo. Isaac enim risus interpretatur. Licet autem Isaac præcipiatur occidi, non tamen occiditur, sed liberatur, quia si Domino nostras delicias immolemus, non pereunt, sed in melius commutantur, secundum quod Dominus promisit
Mar. 10 per Marcum: *Nemo est, qui reliquerit patrem aut matrem, qui non accipiat centies, etiam in hoc tempore, & vitam æternam in futuro.* Legitur 4. Regum 6. quod quædam mulier
4. Reg. 6 dixit in vrgenti famis necessitate, *Comedamus filium meum hodie, & cras tuum.* Quod cum fecissent, altera die alia mulier abscondit filium suum. Mulier, quæ prima tradidit filium suum, Deus est, qui propter teneritudinem affectus erga genus humanum se sæpe comparat mulieri vel
Esai. 66 matri, vt patet Esaiæ 66. *Quomodo si mater blandiatur filio suo, ita consolabor vos, dicit Dominus.* Nos autem exemplo nequam mulieris abscondimus filium nostrum. In
Gen. 3. Genesi legitur, quod Adam abscondit se sub vmbra foliorum. Folia, quæ ad tempus nitent & refrigerium præstant, temporalia sunt, quæ dum durant, præstant consolationē, sed in breui tamquam folia sunt casura. Vnde qui confidit in vmbra foliorum, arescentibus foliis, & deficiente vmbra, exponitur ardori. Ita desiccata
Ionæ 4. hedera percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat. Sic cedente vmbra temporalium, æstuabunt ardore æterno, qui sub ea lautant, & post vmbræ refrigerium, magis affligit eos æstus. Similiter fragile est operimentum foliorum. Inde legitur Adam consuisse folia ficus, vt operiret se. Sed deficiente tali operimento apparuerunt pudibunda malorum. Hinc dicitur:
Esai. 59 *Telæ eorum non erunt in operimentum, & non operibus suis.* Charitas enim sola est, quæ pudenda operit. Mali enim quasi simiæ sunt, quibus opertis anterioribus pretiosis vestibus, nates retro apparent. Nam qui in hac vita quasi anterioribus fericis induūtur, *in posterioribus, id est in futuro* quasi nudis natibus apparebūt. Secūdo, apparet amor Dei ad nos in liberatione à grauissimo periculo, scilicet mortis æternæ, cum dicitur: *Vt omnis qui credit in ipsum, non pereat.* Nu. 21. Sicut enim aspectus serpentis ænei à morsu serpentium in deserto liberabat. Sic aspectus redemptoris pro nobis passi per veram fidem à serpentibus inferni liberat. Magna fatuitas eorum, qui relinquunt suum liberatorem, & sequuntur suum proditorem. Sic est de malo Christiano, de quo dicitur: *Ingratus sensu dereliquit liberantem se.* Eccli. 29 Tertio, apparet amor in promissione maximi beneficij, scilicet vitæ æternæ. Vita in præsenti maxime diligitur, licet sit breuis, & valde misera, quæ nec vita dicenda est, imo morte est deterior, quia *melior est mors quàm vita amara.* Iacobus: Eccli. 30 *Quæ est vita vestra? Vapor est ad modicum parens.* Iac. 4. Quantum ergo amanda est vita beata & æterna? Mors etiam corporea momentanea maxime timetur. Quantum ergo timenda est mors immortalis & æterna, qua reprobi moriuntur? de quibus Gregorius: Quia vita ipsorum mortua fuit in culpa, ideo mors eorum viuit in pœna. Pro secunda parte, cum Dominus sic dilexerit mundum, & nos debemus eum diligere. Primo feruenter, vt nec damna rerum, nec afflictionem corporum, nec perditionem amicorum, nec famæ detrimentum pro eo vereamur. De quibus quatuor damnis dicitur: *Qui negligit damnum propter amicum, iustus est.* Prou. 18. Damna rerum non reputabant quibus dicebatur: *Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis.* Heb. 10. De afflictione corporum potest intelligi illud Esaiæ: *Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem, & quasi æstus in siti.* Æstus enim vret sitim, sic & tribulatio desiderium vitæ æternæ. Vnde cum exterius vrit persecutio, & interius ardet ignis Spiritus sancti. Et sic duplici æstu deficcata terra humani cordis desiderat fontem vitæ, vt ille qui dicebat: *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Ps. 142.

E Diligendus est Deus multipliciter.

Et in collecta horum dierum dicitur, Cœlestibus desiderijs accensi fontem vitæ sitiamus. De perditione amicorum & famæ detrimento dicitur: *Beati eritis cùm vos oderint homines, & eiecerint nomen vestrũ tanquam malum propter filium hominis.* Matth. 5. Secũdo, fideliter amandus est Deus, vt ab eo nec propria prosperitas, nec eius aduersitas nos auellat. In hoc enim consistit fidelitas ad amicum, secundum illud: *Fidẽ posside cum amico tuo in tempore aduersitatis illius, vt etiam in bonis illius leteris.* Eccl. 22. Nõ amat Christum fideliter, qui proprias diuitias aut honorem quærit, quamdiu Christus pauper est inglorius. Fidelis etiam amor in eo est, qui ad nutum eius se exhibet, & ab alio quocumque se conseruat. Non amabat virum fideliter illa, quæ dixit: *Non est vir in domo sua, abyt via longissima.* Prou. 7. Sic stulta anima, putans Christum absentem, & non videntem quæ facit, facile adulteratur cum dæmonibus. Sed licet Christus putetur absens, præsens tamen est vnicuique. Inde & infideli animæ exprobrat: *Iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum.* Esai. 57. Quod facit maxime qui sub specie boni declinat ad mala. Tertio, amandus est Deus veraciter, & vero amore & gratuito. Amor autem verus & gratuitus tria recusat, quæ habet in se amor temporalis non verus. Primum enim in amore temporali est, vt quis proximum suum diligat pro beneficijs sibi ab ipso collatis: hunc amorem non tribuit Spiritus sanctus, nec vult amorem erga Deum in hoc fundari. Diligit enim talis sic amans non prius, sed posterius, nec præuenit, sed præuenitur. Taliter diligit canis eum, qui sibi buccellam panis tribuit. Secundo, sunt aliqui qui diligunt proximum, quia aliquid ab eo expectant. Sed tales non proximum, sed se diligunt. Sic enim cultor vineam diligit, qui sperat se recepturum ab ea fructum. Aliter eam non diligeret, si fructum ex ea non speraret. Vnde non vineam, sed se diligit cultor. Nec istum amorem dat Spiritus sanctus, nec vult sic Deum amari. Tertio, quis amat proximũ propter solatium, sicut pictor amat imaginem, in qua pingenda delectatur, vel ludens cum schachis, quamuis inde nullum speret emolumentum, delectatur, & ex tali amore nullus fructus accrescit. Sic enim diligeres histrionem. Isto modo non est diligendus Deus principaliter, sicut nec alijs duobus modis, sed principaliter propter se, & suam bonitatem. Quarto, fidenter est amandus, vt ei secure secreta nostra pandamus & communicemus consilia. Hinc dicit Sapiens: *Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.* Prou. 16. Nam & ipse fidenter amauit nos, quando omnia, quæ audiuit à Patre, nota fecit nobis. In eo etiam amandus est fidenter, vt ab eo nos confidamus amari. Ipse enim iuxta verbum suum diligentem se diligit. Quinto, sapienter amandus est quoad duo. Primo, vt ratio moderetur affectum. Non enim affectus rationẽ, sed affectum debet ratio præuenire. *Palpebræ*, id est oculus siue iudicium rationis, *præcedant gressus tuos*, id est opera vel affectus: contra quod Iob: *Si secutus est oculus meus cor meum, & in manibus meis adhæsit macula, seram, & alius comedat.* Prou. 4. Iob. 31. Oculus sequitur cor, quando affectus præcedit iudicium rationis. Secundo, sapientia amoris in hoc est attendenda, vt sciamus discernere & probare spiritus, si ex Deo sint, ne peruerso consilio vel aliqua seductione vel hæresi ab amore Domini separemur.

F *Amor verus differt ab amore temporali eo quod*

FERIA III. POST PENTECOSTEN, *Sermo in processione generali ad nostram domum, & in ordine CIX.*

Hic ostiarius aperit. Ostiarius, & ostium Christus est. Primo, quod sit ostium, patet ex Euangelio hodierno, vbi dicit Dominus: *Ego sum ostium.* Ioan. 10. Ipse enim in corpore à rabidis canibus Iudæis promisit fieri quinque foramina quasi quinque ostiola, vt nobis pateret ingressus paradisi, qui longe antea clausus erat. Sed quod sit ostiarius, patet per illud

A *Ostiarius & ostium dicitur Christus*

Apoc. 3. illud Apocalypsis: *Claudit, & nemo aperit: aperit, & nemo claudit.* Et ideo qui eum optime locauerint, eis iste ostiarius semetipsum aperiet. Et quia inter omnes Maria eum summe bene locauit, & sibi cito aperuit, quando misit nuncium suum ad eam, imo ad seruiendum sibi se obtulit
Luc. 1. ancillam, iuxta illud: *Ecce ancilla Domini.* Locauit enim eum in ventre, & in mente. Et ideo ostiarius ei citissime aperuit, & eam super omnes Angelorum choros, quasi Deo proximam & magis amicam, reginam constituit. Et quia in hac processione maxime congregati sumus ad quærendum diuinum auxilium contra flagella & miserias nobis occurrentes, & ipsa est summe misericors, summe pia, & summe nostri amorosa, & quæ plura potest apud Dominum quàm quicumque alius, ideo ad ipsam nostram dirigenius orationem, vt dignetur negotium ipsum, pro quo huc accessimus, dirigere, salutantes eam, & dicentes: Aue gratia plena, &c.

Christus aperuit quatuor humano generi.

Quatuor legimus humano generi Christum aperuisse. Primo, thesaurum amoris in passione, quando latus aperuit ad affectum accendendum, vt amicus amicum videns in cruce aperit the-
Ioan 19 sauros, vt eum redimat. Inde dicitur: *Vnus militum lancea latus eius aperuit, & exiuit sanguis & aqua in redemptionem nostram.* Secundo, thesaurum sapientiæ aperuit in die resurrectionis, quando aperuit scripturas discipulis suis, ad illuminandum intellectum, & sciendum veritatem, secun-
Luc 24. dum illud: *Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.* Tertio, aperuit thesaurum gloriæ in sua ascensione, quando introiens in ipsum cælum secum captiuam duxit captiuitatem. Et hoc fi-
Luc. 3. guratum est Lucæ 3. vbi dicitur, quod baptizatus Iesus confestim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei cæli. Quarto, aperuit thesaurum gratiæ in abundantia donorum suorum, & hoc in die sancto Pentecostes, iuxta illud Psalm.
Psal. 77. *Imbrem cæli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum.* Quia tamen Deus non est in donis suis prodigus, licet sit liberalis, indigno non tribuit hæc dona, sed solum dignis, scilicet Apostolis. Ideo si simus discipuli Christi, & eius auditores & amatores, non dubium quin hanc multitudinem audiet Deus Pater, & inflammabit eam Spiritus eius, & huic ostiarius Christus aperiet. In hoc breui sermone duo dicemus. Primo, quibus hominum generibus aperiet portas cæli, & consistorium Trinitatis ad audientiam, & etiam ad gloriam habendam Christus noster ostiarius. Secundo, quia huc venimus ad pulsandum & heurtandum ad eius ostium, vt habeamus audientiam, dicemus quid ab eo petere intendimus. Circa primum, notandum quod sex generibus hominum noster ostiarius aperiet. Non enim intendo prosequi de introitu, sicut loquitur Euangelium, quia loquitur de introitu in Ecclesiam: & hoc esset prædicare Pastoribus & Prælatis. Aliqui enim modo intrant in Ecclesiam aliunde quàm per ostium Christum, de quibus Dominus: *Qui non intrat per ostium in ouile ouium,*
Ioan. 10 *sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.* Secundum enim Grammaticos, fur de die, latro rapit de nocte. Sic isti furantur die & nocte visibiliter, scilicet temporalia, & inuisibiliter animas, quas secum ducunt ad inferna. Ideo sunt bis latrones à Christo nuncupati, & sunt illi, qui Ecclesiam intrant per simoniam, fraudem, violentiam, & terrorem, qui intrant Ecclesiam sicut Christus infernum, scilicet fractis portis. Alias in primitiua Ecclesia solebat fieri electio via Spiritus sancti, sed nunc non, imo prohibetur etiá quod nunc non plus se de talibus interponat Spiritus sanctus. Sed impletur figura Gen. 8. vbi dicitur quod Noë primo
Gen. 8. columbam de Arca emisit, quæ volitabat super aquas, & afferebat ad vesperum ramum oliuæ, sed postea emissus est corNota. uus, qui stetit ad cadauer. Sic in primitiua Ecclesia volitabat columba super

C Simonia notata.

Nota. Tertio, aperit ostiarius his, qui licet non habeant notitiã, vel non sint de sanguine eius, tamẽ adducũt homines cognitos, & de sanguine eius, & sub vmbra eorũ ipsi intrant. Aliquãdo quidem pacifice. Sicut Ioan. 18 *Ioannes dixit ostiariæ, & introduxit Petrũ.* Aliquando vero cum ictu baculi, sicut faciũt coquini, qui intrant ostium nuptiarũ intrante diuite, sed à ianitore in introitu suscipiunt magnũ ictum. Sic & nos pauperes coquini sub vmbra dominorum & dominarum nostrarum intrauimus in ipsum cælum ad audientiam habendam, & ad regnum percipiendum, quandoque tempore prosperitatis, quandoque cum flagello Dei. Et ideo sicut coquini nõ curant de ictu baculi, dummodo sint in festo, sic nec nos persecutiones tanti facere, quin eas patienter sustineamus, vt ad illud festum intrare possimus, sed hoc est sub vmbra alarum ipsius. Alę autẽ Christi sunt sancti & sanctæ, qui eum portant per mundum, & prædicant voce vel vita. Quam protectionem quærebat Psalm. Psal. 16. dicens: *Sub vmbra alarum tuarum protege nos.* Ideo hodie portamus sanctorum corpora & sanctarum, quorum animæ sunt in cælis gloriosæ, & cognitæ, & apud iudicem curiæ multum affectatæ, vt sic audientiam habere possimus. Quarto, aperit ostiarius viellatoribus, cantoribus, & his qui iucundum aliquid secum habẽt. Hi sunt laudantes Deum, de quibus Psal. Ps. 117. *Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas* Psal. 88 *confitebor Domino.* Et alibi: *Misericordias Domini in æternum cantabo.* Sic & nos hodie

E Laudãtium Deum triplex genus.

processimus, vt laudemus Dominum, & hoc in triplici differẽtia. Quidam vt prædicatores, ad prædicandum laudes eius, & isti aperiunt os Domino ad prædicandum. Psalm. *Aperiam in parabolis os meum.* Psal. 77 Habentes enim bladum aperiunt horrea sua tempore caristiæ, & exponunt illud Gen. 41 venditioni. Figura Genes. 42. *Aperiebat Ioseph horrea vniuersa, & vendebat Aegyptijs.* Sic prædicatores & prælati ad subditos audiendos, vt homo aperit sacculum, vt det iumentis pabulum. Si enim ita afficerent bona intentione, Dominus eis multa bona ministraret. Genes. 42. vnus de Gen. 42. fratribus Ioseph aperuit saccum, vt daret pabulum iumento, & inuenit pecuniam in ore sacci. Psalmista etiã teste promittit Dominus: *Aperi os tuum, & implebo illud.* Psalm. 8 Alij vt perfecti ad confitendum Domino in voce laudis & deuotionis, aperiẽdo aures verbo Dei, sicut patuit de Samaritanis, qui à Philippo diacono receperunt Act. 8. verbum Dei, & ideo statim habuerunt consolatores, scilicet Petrum & Ioannem, & tandem Spiritum sanctũ per impositionem manuum. Alij vero ad confitendum Deo delicta sua, ejiciendo ea per aperturam fenestræ suæ, scilicet oris. Figura huius in Genesi habetur, quod Noe Genes. 8 aperuit fenestram arcæ, & emisit coruũ, qui non redijt ad arcam. Sic nec peccata redire debẽt. Quinto, aperit ostiarius his qui aliquid apportant, puta munera vel victualia. Vnde solet dici: Bene veneritis qui apportatis, & tales sunt qui eleemosynam faciunt. Propter hoc virginibus Matt. 25 habentibus oleum aperta est ianua, & fatuis oleo carentibus, id est operibus misericordiæ, rogãtibus, *Domine, Domine aperi nobis*, dictum est, *Nescio vos*. Sic auari venient percussuri ad ostium, sed eis dicetur, *Nescio vos.* Sunt enim similes limaci, cui ita adhæret onus suum, quod ab eo auelli non potest, ideo cũ onere suo trudentur in caminum ignis. Nihil etiã portat limax quod sit valoris, quia non nisi cocleam seu coquillam. Ideo de se & suo onere nõ curabitur. Vnde quia talis Domino aperuit, dando sibi eleemosynam in paupere, ideo huic aperiet ostiarius. In signum cuius mulieri sapienti, quæ *manũ suam aperuit inopi*, aperitur ianus, dicente Prou. vlt. Domino: *Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.* Sed sicut terra in hyeme frigida flores & fructus retinet in se, quos in æstate calefacta ejicit: sic cupidi retinent quæ deberent erogare, sed tandem igne charitatis accensi ea erogant. Et merito nõ aperitur his qui nihil apportant, scilicet auaris: quia dicitur

G Auarus tempore pestilentiæ non admittitur.

tur vulgo: *A vuide main vuide priere*, hoc est, manibus vacuis existentibus vacuæ sunt preces. Sexto, aperit ostiarius importune pulsantibus, id est longanimiter orãtibus corde, ore, & opere, sicut diu pulsando cauilla extrahitur, & aperitur ostium. Inde Dominus hortatur: *Petite, & accipietis: pulsate, & aperietur vobis.* Hinc & Lucæ 18. habetur de iudice nequam, qui pulsatus importunitate viduæ fecit quod volebat vidua. A fortiori, pulsatus Dominus iudex iustus ab hac tanta multitudine, huic multitudini ostiarius aperiet. Circa secundum habemus dicere, quid ingressi ostiũ habentes audientiam petituri sumus. Et quia Christus noster ostiarius habuit duplex officium in terra sibi collatũ à Patre, quia scilicet fuit summus Pontifex. Apost. *Christus assistens Pontifex.* & secundo Rex, iuxta illud: *Rex regum & dominus dominantium*: ideo petituri sumus in consistorio nostri summi Pontificis quatuor paria bullarum, & in cancellaria regis nostri quatuor paria literarum nobis necessariarum. Prima bulla, quam petituri sumus, est bulla indulgentiarum ad reædificandum nostrum hospitale fortunis guerrarum succensum. Modus autẽ, quo destruitur, scribitur Iob primo: *Repentè ventus vehemens à regione deserti*, id est vehemens tentatio à regione inferni, *concussit quatuor angulos domus*, id est quatuor cardinales virtutes, *& interfecti sunt septem filij & tres filiæ*, id est septem dona Spiritus sancti, & tres virtutes theologicales anullatæ, secundum illud Psalmistæ: *Incenderunt igni sanctuarium tuum, polluerunt in terra tabernaculum nominis tui*. Vnde cor auari, quod est hospitale aut domus Dei, incenditur igne cupiditatis, & cor luxuriosi igne luxuriæ. Hanc bullam quærebat Manasses, qui repleuerat Hierusalem sanguine Prophetarum vsque ad os, dicens: *Peccaui Domine, peccaui, & iniquitatem meam cognosco. Peto rogans te Domine, remitte mihi.* Et Psalmista: *Remitte mihi priusquam abeã, & amplius non ero.*

Luc. 11.

Luc. 18.

Nota. 9.

Apo. 19

¶ Bulle quatuor sunt petende à summo Pontifice Christo.

Iob 1.

Psal. 73.

2. Para. 33. Psal. 38

Secunda est bulla rescripti, quando scilicet citatur quis coram Papa, & tunc quærit iudices delegatos, homines scilicet in dignitate cõstitutos, coram quibus audiatur. Sic cum omnes citati simus ad comparendum diuino iudicio, petamus literas remissorias, vt scilicet ibi non tractemur aut iudicemur, sed coram iudicibus delegatis certæ dignitatis, scilicet sacerdotibus in foro pœnitentiæ. Hoc petebat Dauid, dicens: *Exaudi me in tua iustitia, & non intres in iudicium cum seruo tuo*. Tertia bulla est fulminatoria, ad hoc quod manuteneamur in priuilegijs nostris. Diabolus enim tentat nos spoliare bonis, & virtutibus, & donis nobis à Deo collatis, ideo petamus à Deo literas fulminatorias contra eum, sicut fecit Hester ab Assuero contra Aman, qui petierat à rege literas condẽnationis populi Iudaici, & illa quæsiuit literas fulminatorias, ita vt populus Iudæorum liberaretur, & alius suspẽderetur in patibulo, & per literas obtentas fulminati sunt omnes Iudæorum inimici. Sic faciet B. Genouefa pro populo suæ ciuitatis, scilicet Parisiensi. Quarta bulla est gratiarum expectatiuarum. Hanc petebat Dauid, dicens: *Vnam petij*, nõ plures prębendas, *à Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini*, &c. id est, vt sim Canonicus Ecclesiæ cælestis perpetuus. Vnde nunc bonum est resignare prębendam dimidiam, vt participetur integra. Temporalis autem prębenda non est nisi dimidia, quia istæ prębendæ inferiores solum nutriunt corpus, & decorant corpus, prębẽda vero cælestis glorificat corpus & animam. Huc autẽ accessimus ad eam requirendã: & si bono corde & opere petierit eam hæc multitudo, quilibet pro seipso, & etiam pro proximo, huic ostiarius aperiet. Sed de quatuor literis regijs, quas habemus quærere in eius cãcellaria pro necessitate nostra, prima est litera remissionis & gratiæ. Quia enim *in multis offendimus omnes*, scilicet crimine lęsę maiestatis, ideo in hoc carcere huius mũdi, antequam mittamur ad inferni patibulum, debemus eam instanter petere: &

Psal. 26

Nota.

Iac. 3.

1 Litera regia quatuor petenda

hoc

hoc fit in contritione vel cõfeſsione, quãdo dicuntur peccata, quia oportet quod dicatur verum in confeſsione, & quod recitẽtur omnes caſus. Alioquin ſi fit in vno puncto defectus, litera erit ſurreptitia, & nullius valoris. Secunda eſt litera releuamenti. Vendidimus enim noſtram hęreditatem provili delectatione, imo pro nihilo, Pſal. *Vendidimus populum tuum ſine pretio*, id eſt virtutes, & dona, & multitudiné meritorum tuorum, quæ omnia debebant domum cordis tui habitare, vt Deus non eſſet ſolus in ea; & hoc feciſti ſine conſilio, quia tu ſolus fuiſti cum diabolo ad faciendum hãc commutationẽ. Inde ſequitur: *Et non fuit multitudo in commutationibus eorum*. Debemus ergo ei dicere: *Domine poſſederunt nos domini abſque te*, id eſt, ſine tuo conſilio, & ſine tua auctoritate, nos qui ſumus tui iure creationis, & iure redemptionis, ideo non habebamus poteſtatem nos vendere nec hęreditatem noſtrã, ideo Domine habeamus in curia tua vnum releuamentum. Iſtæ duæ literæ tãguntur in Pſal. *Tu autem Domine miſerere mei*. Ecce primam literam; *& reſuſcita me*, id eſt releua me, *& retribuam eis*, qui me deceperunt, eis fortiter reſiſtendo, & repellendo. *In hoc cognoui, quoniam voluiſti me*, id eſt, noluiſti me perdere, qui ſum hæreditas tua & habitatio tua. Et rationẽ ſubdit: *Quoniam non gaudebit*, hoc eſt, *ne iouyra* Gallice, *inimicus meus ſuper me*, id eſt ſuper hæreditatem tuam, quæ eſt ego ipſe. Et ſtatim dicet nobis Dominus: *Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini*. Tertia litera eſt ſaluagardia. Quia enim continue impugnamur ab inimicis noſtris, ideo debemus à Domino hanc literam petere, dicendo: *Eripe me Domine ab inimicis meis, & ab inſurgentibus in me*, &c. Hoc modo debemus quærere ſaluamgardiam, & primo pro capite noſtro rege, quia ſi caput infirmum, cætera membra dolent. Eſaias: *Omne caput languidum, & omne cor mœrens*, &c. Sed quia diabolus nititur armare contra nos creaturas irrationales, quaſi ſit iudicium Domini propinquum, in quo pugnabit orbis terrarũm contra aſenſatos, ideo debemus quærere contra hoc ſaluam protectionem. Pugnare videtur in nos elementa, aqua minari diluuiũ, aër famem, & fructum terræ exterminium, ideo hic venimus ad orandum pro fructibus, &c. Sed iterum diabolus incitat infideles Turcam & ſuos, ideo oremus pro pace & vnitate Eccleſiæ. Sed rurſus commouet fideles, vt patet in regno iſto, ideo pro pace regni, & ſingulariter huius ciuitatis orandum eſt. Quarto, venimus ad quærendum literas de franchiſia, Dominus dedit liberum arbitrium à principio creationis, & cum hoc multas bonas virtutes & dona, ſed ſtatim impugnauit eum diabolus, & vicit, & captiuauit eum, & tunc tot ſeruitutes & actiones in hoc mundo poſuit, quod quaſi nullus euadit, quin ſpolietur. De quo conqueritur Dominus: *Populum meum exactores ſpoliauerunt*. Vnus ſpoliatur charitate, alius pietate, alius ſobrietate vel caſtitate, nec iſti exactores parcunt clericis vel religioſis, ſicut ſi in ducatu vel comitatu ponerentur tot exactiones, ſicut ſolent tyranni facere, quod tranſeuntes excoriantur, & oportet bonos mercatores aliunde tranſire. Sed in hoc patet ſtultitia noſtra. Mercatores diuertunt ad vias longiores & aſperiores, propter exactiones, quod nõ facimus. Sed deberemus diuertere ad viam ſalutis & pœnitentiæ, & fugere exactiones & miſerias huius mũdi, & quærere à Deo literã franchiſiæ, quę maxime erit in regno ſuo, vbi non debebimus neque excubias, Gallice *le guet*, neque talliam. Primo, nunc debemus vigilias & excubias, quia inimicus noſter non dormit, & continue inſidiatur nobis, qualiter præcipitet nos in foueã inferni, & ideo debemus vigilare. Similiter hic debemus talliam, quæ ſuper carnem noſtram accipi ſolet, quando ſoluimus Deo de carne noſtra Quadrageſimam, ieiunia Quatuor tẽporum, & alias abſtinentias, quas debemus Deo de carne noſtra, mortificando eam propter ipſum. Itẽ hic ſoluimus impoſitionem, quia de multis

K *Mundũ inhabitãtes debent vigilias & talliam.*

Digitized by Google

multis operibus noſtris maior pars ſit in peccato, ideo diabolus impoſitor, qui impoſuit graue iugum peccati ſuper nos, facit maiorem partem perdere. Item etiam debemus gabellam, quia in hoc mundo omne quod comedimus, eſt bene ſalſum, quia plenum amaritudine, & plus de ſale eſt quàm de cibo, id eſt, de amaritudine quàm de dulcedine. Sed tunc non debemus neque vigilias neque talliam aut huiuſmodi, ideo inſtanter debemus nunc quærere à Deo iſtam literam franchiſiæ, quia Chriſtus ad hoc venit, vt eam nobis donet. Apoſtolus: *Qui libertate liberauit nos Chriſtus*. Et: *Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed ſpiritum adoptionis filiorum, qua ſcilicet adoptati ſumus in filios æternæ hæreditatis.*

Gal 5. Rom. 8.

DE SANCTISSIMA TRINITATE, Sermo I. & in ordine CX. Per Thema.

Eccli. 25 *IN tribus bene placitum eſt ſpiritui meo.* Quęritur: Quę ſunt illę tres res, in quibus ſibi maxime cõplacet Deus? Reſpondetur, quod ſunt tres perſonæ Trinitatis increatę, ſcilicet Pater generãs, Filius genitus, & Spiritus ſanctus ex vtroque procedẽs. Eſt enim Trinitatis iſta res perfectiſsima, nullius indigẽs. Pſal. *Deus Deus meus es tu, quoniam bonorum meorũ non eges.* Propterea principes non ſunt dij, quia ſubditorum ſuorum bonis egent. Et quia eſt res perfectiſsima, ideo ad eã carpendã niti debemus. Habeamus ergo theologicarum virtutum trinitatem nos imperfecti, vt per eas perfecti hęreditate poſſideamus ſanctam Trinitatem. Sicut enim prædaci aui volenti capere prædam in altũ tria ſunt neceſſaria, ſcilicet viſus bonus, quo poſsit videre prædam, duæ alæ ad volandum, & pedes & vngues bene diſpoſiti ad capiendum prædam, & cum his tribus audaciter aggreditur eam: ſic nos, qui volumus accipere prædam ſanctæ Trinitatis in altum, oportet nos habere perfectionem vitæ, quæ conſiſtit in tribus virtutibus theologicis. Primo fidem, qua videamus terminum ad quem tendimus. Vnde Lactantius ſexto diuinarum inſtitutionum, c. 13. dicit quod Philoſophi viam cæli inquiſierunt, ſed non inuenerunt; quia in terra illã quærebãt, vbi eſſe non poteſt. Qui enim per mare huius ſæculi nauigant, non terram, ſed cælum aſpiciant; non hominem ſequantur, ſed Deum. Et ſic ſecundum eum oportet ſurſum reſpicere ad Deum, qui eſt ſtella dirigens in mari huius mundi. Secundo, oportet habere ſpem, qua volemus in cælum duabus alis, id eſt duplici deſiderio, ſancto ſcilicet deſiderio amplectendi finem, quemadmodum deſiderabat qui dicebat: *Sicut cernus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus*: alio vero deſiderio, ſcilicet mediorum ad finem, & ſine quibus finis ille haberi non poteſt, ſcilicet deſiderio implendi mandata Dei, quemadmodum cupiebat qui dicebat: *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore.* Tertio, oportet nos habere charitatẽ quaſi griffas ſiue vngues, quibus prædam capiamus, & quaſi ſignum pro ingreſſu paradiſi. Sicut enim in præbendarũ diſtributionibus non pagantur, nec poſt Dominos curias principum intrant, niſi qui ſignum eorum oſtendunt, ſic nec in cælũ, niſi qui ſigna Trinitatis acceperint. Pater enim ſignum creationis imprimit, Filius ſignum crucis, & Spiritus ſanctus amoris. Ab illa igitur, quæ eſt mater pulchræ dilectionis, quæramus illum amorem, ſine quo nihil eſt validum, nihil ſanctum, ei dicentes: Aue.

Pſal. 15

A Trinitas ſancta poſſidetur mediãte trinitate virtutũ Theologicarum.

Pſal. 41. Pſ. 118.

Deus per trinitates omnia ſuperius & inferius diſponit. Sunt enim tres Angelorũ hierarchię, & in qualibet tres ordines, & ſic ſunt ibi tres trinitates in vna trinitate. Inferius vero eſt trinitas multiplex. Primo, in homine Chriſto, in quo ſunt tres ſubſtantiæ in vna perſona, & hęc eſt trinitas vnionis. Alia eſt trinitas teſtimonij, de qua Ioannes: *Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis*, id eſt, charitas, baptiſmus, & martyriũ. Omnea enim

B Trinitatibus omnia diſponũtur in cælo & in terra.

1. Ioã. 5.

enim aſtabimus ante tribunal iudicis, omnis ſcilicet homo & opera eius cũ eo, & tũc væ ſoli, quia ori vnius nõ creditur, ſed in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum. Beatus ille, qui prædictos teſtes ſecũ adduxerit, cui charitas habita atteſtabitur, cuius fides in aquis baptiſmi merita pro ipſo allegabit, cuius vox ſanguinis Chriſti pro eo clamabit ad iudicẽ de terra. Tertia eſt trinitas officij. Sacerdos enim noſter ſecundum ordinẽ Melchiſedech tres in Eccleſia ſua ordines ſaluandorum ordinauit, coniugatos ſcilicet, & continentes, & prælatos. Noe, Iob, & Ezec. 14 Daniel, quos allegat Ezechiel orare pro populo. Hi tres ſunt in domo patrisfamilias, ſcilicet Eccleſiæ, miniſtrantes ſecundum ordinem vicis ſuæ, primi in mola, ſecundi in lecto, tertij in agro, vt habe- Mat. 24 tur Matthæi 24. Per Noe intelliguntur prælati, quia inter vndas aream Eccleſiæ dirigebat. Horum officium eſt laborare in agro militantis Eccleſiæ. Per Iob habentem vxorem & filios intelliguntur coniugati, qui in mola laborant, vbi eſt maximus labor, quia iſti in magnis ſolicitudinibus & anguſtijs cõuerſantur. Per Daniel intelliguntur continentes & contemplatiui, qui ſunt in lecto, id eſt in requie contemplationis, in quo dilectum contemplantur, quemadmodum ſponſa, Cant. 3. quæ dicebat: *In lectulo meo per noctem quæſiui quem diligit anima mea*. Ex quo patet, quod Deus per trinitates omnia in cælo & in terra diſpenſat, vt per hoc ad cognitionẽ Trinitatis æternæ perueniamus. Propter quod eleganter à Poëta dictum eſt: Numero Deus impare gaudet: & hoc eſt quod dicitur in Themate in perſona Eccl. 25 Dei: *In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo*. In his tribus perſonis ſicut ſumme cõplacet Deo, ita debet & cõplacere nobis. Primo quoad intellectum, per fidem. Secundo quoad affectũ, per amorem & dilectionẽ. Quantũ ad primũ, quod eſt de fide Trinitatis, fiet pro Sermone præſenti queſtio talis: Vtrũ videlicet quilibet Catholicus adultus teneatur credere explicite articulum de Trinitate perſonarũ? Pro quo fit prima propoſitio. Quoad articulũ de glorioſiſsima Trinitate, credendum eſt Deo, ſacris ſcripturis, & ſacræ fidei doctoribus. Primum patet per Hilarium dicẽtem: Soli Deo de ſe credendum eſt, qui ſe ſolus nouit. Vnde Pythagoras Philoſophus volebat hunc honorem ſibi à diſcipulis ſuis exhiberi, vt ei crederent docẽti, quanto magis Deo credẽdum eſt, qui eſt ſumma veritas? 1. Poſteriorum: Oportet addiſcentem credere. Sicut enim in religionibus oportet intellectum & rationẽ ſuperiori ſubijci, ſic Deus religioſos religionis Chriſtianæ vult ſibi ſubijci nõ ſolum ſecundum voluntatẽ ei obediendo, ſed etiã ſecundum intellectum ei credendo. Qui enim vtrũque creauit, de vtroq; quærit obſequium. Glorioſum eſt enim principi, ſi ei ſimplici verbo credatur abſque cautione pignoris vel fideiuſſoris vel iuramẽti. Sic ignominioſum eſt ei, ſi ſimpliciverbo eius nõ credatur, imo hoc moleſtum eſt cuilibet viro notæ bonitatis & ſufficientis facultatis. Quanto magis regi gloriæ hoc eſt exoſum, qui neſcit fallere nec falli, ſi non credatur verbis eius ſine cautione naturalium rationum, quam Græci quærunt, aut miraculorum, quam quærunt Iudęi? Apoſt. *Iudæi ſignapetunt, &* 1. Cor. 1 *Græci ſapientiam quærunt*. Vnde Tertullianus li. 7. contra Marcionẽ: Deus auctoritatem præſtat diſciplinæ, non diſciplina Deo. Per magiſtrũ enim diſcimus literas, nõ per literas magiſtrum. Secundũ patet per Ambroſ. dicẽtem: In his quæ ſunt fidei, piſcatoribus creditur, nõ Dialecticis. Cæcus enim non videt, ſed credit videti: nec videt viã, & tamen credit ducẽti: nec videt locum profundum, & tamẽ credit baculo tangenti & tentanti. Sic ſimplices, qui per ſe hæc arcana non vident, videntibus, id eſt prælatis & paſtoribus ſe cõmittere debent, ſicut cæcus ſe committit ductori, & ouis paſtori. Et ideo ſummum periculum eſt, quando ipſi paſtores vel ductores cæci ſunt & ignorantes, de quibus Dominus ait: *Si cæcus cæco ducatum* Mat. 15 *præſtet*,

C *Trinitatis articulo credendum eſt, Deo, ſcripturis, & doctoribus ſacris.*

ſapere vltra quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Sicut enim ſol non videtur cũ torchijs vel candelis, ſed in proprijs radijs, ſic nec Trinitas lumine naturalis rationis, ſed fidei radijs. Eſt enim fides *ſpeculum ſine macula*. Quia ſicut magna turris in medio ſpeculi cernitur, ſic magnitudo Trinitatis in ſpeculo fidei demonſtratur & repræſentatur. Vnde in Apocryphis Eſdrę legitur, quod dum Eſdras Dei profunda inquirere vellet, ad ſeipſum reductus eſt, Angelo ſibi dicente: *Stvales, flammam ignis pondera, flatum venti menſura, diem præteritum revoca:* quaſi dicens: Si hęc, quę infima ſunt, comprehendere non vales, quomodo ad ea, quæ diuina ſunt, valebis attingere? Inde Rabbi Moyſes ait, quod Tamultiſtę dixerunt quod quicumq; ingenium ſuũ circa quatuor poſuerint, recipient confuſionẽ, quando ſcilicet volũt ſcire quid eſt in ſummo, & quid eſt in imo, quid fuit primo, & quid erit vltimo. Summum & imum vocat Deum, in quãtum eſt principiũ omnium rerũ; primũ & vltimum vocat ipſum, in quantũ eſt finis omniũ, qui quantũ ad iſta, inueſtigabilis eſt. Ideo Eſai. 6. dicitur de Seraphin quod duabus alis velabatur facies eorũ, & duabus alis pedes, media autẽ non erãt velata, quia Deus, prout eſt principiũ & finis, eſt à nobis inueſtigabilis, quia ea, quæ ſunt à principio, & erũt in fine, ſunt nobis incognita. Magiſter in Hiſtoria Scholaſtica ſuper Heſter c. 7. recitat, vbi loquitur de ſeptuaginta Interpretibus, quod quidam voluerunt miſcere ſuis prophanis hiſtorijs hiſtorias Sacræ ſcripturæ, quorũ alter factus eſt cęcus, alter amens. Sic qui diuina ſcrutari volunt cũ ſuis rationibus naturalibus, aut cæci aut ignorãtes habẽtur, aut in errorum amentiã deueniunt. Sicut enim dies abſcondit ſtellas, ſic tale lumẽ rationes naturales. Iob: *Qui præcipit ſoli, & non oritur*, id eſt prudentiæ ſæculari, *& ſtellas claudit ſub ſignaculo*, ſcilicet fidei, quæ rationes illas phyſicas non admittit, ſed abſcondit, vt maius lumẽ minus. Tertio, quia hoc eſt valde periculoſum. Vnde Auguſtinus: In materia de Trinitate nullibi periculoſius erratur. Gen. 11. dũ turris Babel ſuperbe erigeretur in cælum, ſuperbis ſublatum eſt vnitatis linguæ cõmercium, & facta diuiſione linguarum, ſubſecuta eſt ſectio populorum. Sic Philoſophi dum ingenij ſui machinas erexerunt in altum, cæleſtia & diuina curioſe rimantes, & viribus ingenij præſumẽtes, ſubtracta eſt eis veræ & incõmutabilis vnitas veritatis, & in reprobũ ſenſum dati, in ſectas errorũ varias ſunt diſperſi, & dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Nec mirum ſi diſperſi in varias ſectas, quia diuiſerunt Trinitatem, ita vt quot erant hæretici, tot varias profeſsiones offerrent fidei, vt dicitur in lib. Hiſtor. Tripar. quod cum Catholici eamdem omnino profiterentur in ſcriptis fidem, quotquot fuerunt hæretici, tot varias ſententias protulerunt, propter quod non diu durauerunt, quia omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, vbi tamen manet Trinitatis maieſtas indiuidua, & regnũ eius in æternum. Pſalm. *Congregans ſicut in vtre aquas maris*, &c. Hoc enim fecit Dominus, quando aquas maris, id eſt doctrinas hæreticorum amaras propter finẽ & ſequelam, profundas ad mergendas animas, intumentes, & inundantes cõtra doctrinam Euangelicã, & Eccleſię nauem, poſuit & congregauit quaſi in vtre, hoc eſt, ſic eas abegit, vt de eis nulla amplius ſit mẽtio. Sed poſuit in theſauris Eccleſiæ abyſſos doctrinæ ſacræ, & ſanctiſsimæ Trinitatis, vt eis mediãtibus auxilietur fideles captiuantes intellectum in obſequium fidei. Vnde Abraham vidit in conualle Mambre, & in ipſo feruore diei myſteriũ Trinitatis. Ad ſignandũ quod volens hic aliquid de Trinitate cognoſcere, & in futuro ſibi cõgaudere, debet eſſe perfecte humilis captiuãdo intellectum, & cum hoc habere feruẽtem charitate affectionem. *Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus*, id eſt, de ſua ſcientia præſumentibus, *& revelaſti ea parvulis*, captiuantibus ſuum intellectũ pro-

E Hæretici diuiſi ſunt inuicem, quia diuiſerunt Trinitatem.

Gen. 11.

Pſal. 32

Gen. 18.

Matt 11

P. Trinitatis materia solis literatis & bonis conceditur disputãda Pſ. 103.

ter auctoritatem dicentis. Hæc tamen Trinitatis materia propter huiuſmodi periculum ſolis literatis viris & magnæ fidei conceditur diſputanda & diſcutienda. Pſ. *Montes excelſi cervis, petra refugium herinacys.* Per cervos intelliguntur ingenioſi, qui quaſi cervi diſcurrunt per ſiluam ſcripturæ ſacræ, hinc & inde in diuerſis locis carpẽtes auctoritates, figuras & pulchra dicta ſcripturarũ, velut diuerſa paſcua ad componendũ ſermonẽ vel lectionem vtilem, habentes cornua ad heurtãdum contra hæreticos & malos Chriſtianos. His montes illi excelſi, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus dimittuntur diſcutiendi. Sed per herinacios plenosſpinis intelliguntur populares ſimplices, qui ſolicitudinibus & anguſtijs abundant quaſi ſpinis, hi ad petram, id eſt ad Chriſti humanitatem, quã poſſunt cognoſcere, refugiũt in oratione & neceſsitatibus ſuis, quod alrius eſt dimittentes his qui literis abundant. *Boues arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eas*, quia ſimplices in fide maiorum ſaluantur. In ſacræ ſcripturæ pelago agnus ambulat, & elephas natat. Sic ſimplices & inueniunt quod diſcant, & literati quod admirentur, nec attingere queant. Deus enim dedit Moyſi legẽ in fumo & in caligine, ſtetit populus de longe. Moyſes autem acceſsit ad caliginẽ, in qua erat Deus, quia populares longe à Trinitatis myſterio diſcernendo debent ſtare, ſolus doctor ad caliginẽ illam accedere debet, in qua Deus contẽpletur. Vbi autem lex noua traditur, nulla de fumo & caligine mentio exprimitur, quia Trinitatis myſterium obſcure intelligebant. Chriſtiani autem literati diſtincte & ſine dubietatis occaſione intelligunt. Vnde & nutrices expertæ ſunt, quod quando puer habens debilem viſum ponitur ad radiũ ſolis, efficitur luſcus. Sic quãdo ſimplices homines volunt perquirere de maieſtate Trinitatis, propter ſimplicitatem ſuã & debilitatem intellectuseorum, crimen erroris contrahũt in ipſis ſuis intellectibus. Auri enim grana in arena diſperſa ſoli colligunt intelligentes. Sic pretioſas doctrinas de Trinitate ſoli intelligentes colligant. Oportet enim eum, qui ambulat ſuper tectum Eccleſiæ, habere bonã imaginationem & firmã, alioquin ſtatim decidit, vt patet in Iutomis, qui ſuper tecta domorum perambulant pede. Hi enim fortem habent fantaſiã. Propter hoc cecidit mulier quædam, de qua in Hiſtoria Eccleſiaſtica, quæ aſcendẽs ad altiora domus ſuæ, tegulã in miſit capiti B. Euſebij Vercellenſis, & excerebrans eum conſecrauit martyrẽ; quia errore Arrij infecta ambulans in mirabilibus ſuper ſe, ſanctũ virum ad extirpandum illũ errorẽ accedentem interemit. Hæc autẽ in Miſſi deſignantur. Lecto enim Euangelio oſculatur ſacerdos librum apertũ, quia debet ſcire ea quæ ſunt Euangelij aperte & explicite, vt ſciat ea populo explicare, alijs autem datur ad oſculandũ clauſus, quia ſcire non tenẽtur explicite ardua myſteria, quæ in eo continentur. Inde Auguſt. de verbis Domini: Non potes capere, paruulus es: ne cum volare implumis volueris, non ſit illa aura libertatis, ſed caſus temeritatis. Tertia propoſitio. Omnes adulti tenẽtur credere explicite quod eſt vnus Deus in tribus perſonis, quę ſunt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, quia Catholici in nomine Trinitatis ſe ſignãt, & ſimiliter in illo nomine conferuntur ſacramenta omnia. Ideo ipſo actu conſignationis poſſunt ſcire fideles iſtum articulum, cum etiam celebratur feſtum de Trinitate. Celebrantur etiã feſta de ſancto Spiritu, vt Pentecoſtes, & de Filio, vt eſt Aſcenſio Chriſti & Natiuitas eiuſdẽ. Tenentur autem fideles explicite credere articulos illos, quorũ in Eccleſia publice & ſolemniter celebrantur feſta, vt dicit Thom. 2.2. qu. 2. art. 7. Nec eſſet tutus quis ſine illo lumine fidei, ſicut tempore noctis non eſt tutum ire ſine lumine, eo quod in foueam vel alia inconuenientia cadere poſſet ſic ambulans, id eſt, in multas hæreſes. Pſ. *Effuſa eſt contentio ſuper principes*, hæreticæ prauitatis auctores: qui dum

Pſal. 1.

G. Trinitatis articulus à quibuſcunque adultis explicitè credẽdus

dum scripturas peruerse interpretantur, plebes subditas non in via Christi, sed in inuium trahunt. Ideo sequitur: *errauerunt in inuio & non via*. Sicut enim columna, quæ præcedebat populum Israel in exitu de Ægypto, ex parte Israel erat lucida, & ex parte Ægyptiorum tenebrosa, sic fides credentibus lucet, & infidelibus est tenebrosa & obscura, quia ipsi sunt rebelles lumini. Hæc tamen fidei cognitio secundum tres gradus creuit. Primus fuit, credere Deum esse, & eum saluatorem & remuneratorem expectare, quæ cognitio simplicibus ante incarnationem ad salutem sufficere potuit, vt Deum crederent, & saluatorem expectarẽt, quamuis modum saluationis & tempus nõ cognoscerent. Duo enim sunt in homine, natura & culpa, creator ad naturam, saluator refertur ad culpam. Sub lege scripta creuit cognitio, quãdo de persona saluatoris manifeste agi cœpit, & saluator per legem promitti, & post promissionẽ expectari sua gratia, multo amplius quãdo modus redẽptionis manifestatus est, & qui erat redempturus, qualis esset, innotuit, & per consequens tota Trinitas manifestata est. Et ne deficeret hæc fides, sed magis cresceret, parentibus mandauit Dominus in ea erudire filios suos. Psalm. 77 *Quanta mandauit patribus vestris nota facere ea filijs suis.* Quemadmodum fecit illa sancta mulier, de qua recitat Vincentius in speculo. Quidam enim miles persecutionis tempore pro fide stabat ante præsidẽ infidelem, nomine Romanus. Qui interrogatus de pluralitate deorum, respondit non esse nisi vnum Deũ in tribus personis. Et cum altercaretur cum iudice, dixit stultitiam esse dicere pluralitatem deorũ, & quod accersiretur primus iuuenis transiens per vicos, & quod ita diceret. Sic factum est, transijt quidam puer edoctus in fide à parentibus, qui interrogatus à iudice protulit stultitiam esse dicere plures deos, sed vnum tantum esse Deum. Qua de re cõfusus iudex, & amẽs factus, iussit ambos capite plecti, qui cũ

H
Fidei de Deo secundum gradum accreuit

ducerentur ad mortem, nũciatum est matri pueri. At illa commotis visceribus cœpit inquirere causam: qua audita, occurrit ei mater gaudens, & quærens ab eo oculum, animauit eum ad mortem, dicens se fœlicem intra suas viscera gestasse martyrem, & orans vt cum esset cum Deo, pro matre sua orationem cõpleret. Quo facto consummatus est & puer & miles. Fœlices parentes qui sic eum instruxerant in fide. Vnde August. Homilia 31. Ex eo quod vides, crede quod non vides, ne sis ingratus ei qui te fecit videre, vnde possis credere quod nondum potes videre. Rationale animal te fecit Deus, præposuit te pecoribus, ne vtaris oculis vt pecus tantum, erigens rationalem aspectum vtere oculis vt homo. Quarta propositio. Per aliquas similitudines, & per scripturas, & per figuras, & per miracula potest simplicium intellectus manuduci ad notitiam Trinitatis. Per scripturas patet. Primo, per illud: *Funiculus triplex difficile rumpitur*. Super quo Glossa autentica Iudæorum: Mysterium trini Dei & vnius difficile discutitur, & sic huius materiæ inimici nostri sunt iudices. Item per illud: *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis.* Vbi expresse designantur duæ personæ, & per illud eiusdem Psal. *Sedes tua Deus in sæculum sæculi*, &c. Et sequitur: *propterea vnxit te*, scilicet Deum, *Deus Deus tuus.* Vbi expresse designantur duæ personæ, vna vngens, alia vncta. Sicut enim auri grana sunt inter arenas dispersa, sic magnalia Dei & sanctæ Trinitatis sunt in scripturis veteris & noui Testamenti dispersa. Præterea Genesis 1. dicitur secundum veritatem Hebraicam: *In principio creauit Heloim*, id est Dij, in quo manifeste apparet pluralitas personarum in diuinis cum vnitate. Ita quod sicut in principio noui testamenti, quod incipit, *In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ*, &c. (quia cũ sit vnũ ex quatuor Euãgelistis incipitur ab Euangelio Ioannis) tractatur de pluralitate personarũ & vnitate, ita similiter

Eccles. 4. 1
Trinitatis notitia quibusdam manuduc tionibus habuit potest.
Ps. 109.
Psal. 44.
Gen. 1.
Ioan. 1.

Digitized by Google

Genes. 1 *in principio creauit Deus cælum & terram*. In quo percipitur, quod fidei fundamẽtum est Trinitatis fides, quæ in fundamento scripturæ veteris & nouæ situata est, nec in imo positũ est istud fundamentũ, sed Ephes. 2 in summo. Apostolus: *Ipso summo angulari lapide Christo Iesu*. Hoc enim est fundamẽtum Apostolorum & Prophetarum, imo fundamẽtum orbis terrarum, de quo Ps. Psal. 17. *Apparuerunt fontes aquarum*, quando Christus prædicauit in mundo, *& reuelata sunt fundamenta orbis terrarum*. Vnde hæc est Trinitatis fides, quam mulier, id est Ec- Mat. 13 clesia, abscondit in farinæ satis tribus, quam farinam non fermentatam in exitu Israel de Ægypto secũ asportauerunt filij Israel, scilicet fidem vnius Dei: sed defecit in ingressu terræ promissionis, quia Gen. 18. tunc erat clara vitio. Hãc farinam obtulit Abraham, quando tres Angelos vidẽs, & vnum adorans, dixit Saræ: *Accelera, & tria sata similæ cõmisce*. Secũdo, per figuras hoc potest aliqualiter induci. Nam Exo. 3. di- Exod. 3 cit Dominus ad Moysem: *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Hoc nomen mihi est*. Ac si nomen Trinitatis esset nomen vnius Dei. Per Abrahã, qui interpretatur pater multarum gentiũ, potest intelligi Deus Pater, qui & Filiũ suũ vnigenitum pro nobis immolauit. Per Isaac, qui interpretatur risus, intelligitur Filius, qui in sua natiuitate gaudiũ omni populo inopinatum fecit. Per Iacob, qui supplantator interpretatur, intelligitur Spiritus sanctus, qui nos facit vitia supplantare. Non enim dicebat se tãtummodo Deum trium hominũ, alioquin nõ esset aliorũ Deus, sed in tribus hominibus numerum Deo trium personarũ designabat: inde ad similitudinẽ sanctæ Trinitatis in tres ordines distincta est Ecclesia inferior, scilicet continentiũ, cõiugatorum, & virginum: & etiã superior, scilicet triũphans in tres hierarchias. In arca etiã fœderis erãt tantummodo tria, virga, mãna, & tabulæ. Tria in vna arca, tres personæ in vna substantia, scilicet virga Patris, Manna, id est dulcedo Filij, tabulæ, id est doctrina Spiritus sancti. Ex quo pater, quod in antiquo testamento circa speciẽ & figuram sanctæ Trinitatis adorabant. Præterea pincerna Pharaonis vidit tres propagines in vna vite. Tres propagines in vna vite, tres personæ in vna substantia. Et Dan. 5. tres digiti in vna essentia. Vnde & Gen. 15. de animalibus offerendis ad sacrificium locutus est Deus Abrahæ sub numero ternario: *Sume* (inquit) *vaccam trimam, & capram trimam, & arietem trium annorum*, &c. quia nullum verum sacrificium offertur nisi in fide Trinitatis. Tertio, hoc potest manuduci per aliquas similitudines. Primo, in arte Grãmatica. Tres enim tantũmodo personas senserunt Grammatici. Primam scilicet, secundam, & tertiã, & hoc in eodem nomine, vt sit idem nomen tres personæ. Inuenitur dictio æquiuoca vnica in voce, triplex in significatione. Secundo, hoc apparet in Philosophia, quia vna est aqua in fonte, riuulo, & stagno; sed riuulus à fonte, stagnũ à riuulo & fonte procedit. Sic Pater, & Filius & Spiritus sanctus sunt vnus Deus, Filius à Patre tantũmodo genitus, Spiritus ab vtroque procedens. Tertio, hoc apparet apud perspectiuos, apud quos vulgatum est, quod si oculus respiciat solem in speculo in aqua posito, apparẽt oculo duo soles, ad quod speculum quasi tres soles videntur concurrere, vnus scilicet existens in cælo, & duo ab ipso procedentes, id est duæ solis imagines in aqua & speculo apparentes, & tamen scimus secundũ rem & veritatem esse tantũ vnum solem. Sic si in aquis sapientiæ salutaris oculo fidei solem iustitiæ contẽplati fuerimus, apparebit nobis Deus trinus & vnus; in qua similitudine aduertendũ est, quod cum in speculo duplex resultet imago, circa alterã illarum plures perspectiuorum leguntur errasse, putantes alterã illarum esse solis imaginem, reliquam esse alicuius stellæ prope solem collocaræ, quod falsum est, quia non est talis stella semper prope solem, cũ sit solus in orbe suo, nec semper

Gen. 40

Dan. 5.

Gen. 15.

Nota similitudinem.

cam-

eamdem firmamenti partē reſpicit, ſed eſt duplex ſolis imago à duplici reflexu ſpeculi. Sic circa tertiam in Trinitate perſonam plures leguntur erraſſe. In cuius rei ſignificatione Magi dicuntur in tertio ſigno defeciſſe. Hoc idē apparet in naturalibus; quia ſi per vitrum rubei, viridis & cæleſtis coloris tranſeat radius ſolaris, apparet tricolor, ita quod aſpicienti apparebit vnus color in alio eſſe, & tamen quilibet eſt diſtinctus, eodē radio permanēte. Sic in diuinis in eodem radio diuinitatis ſunt tres perſonæ diſtinctæ, quarum vna non eſt alia, deitate vnica permanente. Hoc idem apparet in triplici illuminatione vnius diei, quæ tāgitur in Pſal. cum
Pſal. 54 dicitur: *Veſpere, & mane, & meridie narrabo.* Mane eſt origo lucis, meridies eius feruor, veſpera vero totius lucis cōſummatio & perfectio. Sic Pater origo totius diuinitatis, Filius feruor amoris in operibus ſuis, Spiritus ſanctus conſummatio totius bonitatis, perfectionis, & doctrinæ. A mane procedit meridies, ab vtroque veſpera. Sic à Deo Patre Filius, ab vtroque Spiritus ſanctus. In honorem huius trinæ
Tob. 12. lucis de Tobia dicitur: *Proſtrati per tres horas in faciem benedixerunt Dominum:* in trini Dei reuerentiam. Vnde in prima creatione primo facta eſt lux. Secundo diſtinctio creaturarum, vt aquarum ab aquis. Tertio ſecutus eſt ornatus. Primum refertur ad potentiam Patris. Secundum ad ſapientiam Filij. Tertium ad influxum bonitatis Spiritus ſancti. Et propter reuerentiam Trinitatis communiter in feſtis & dominicis diebus ter dicitur introitus Miſſę. Et ſi dicatur, quia dicitur in Pſalm.
Pſ. 146. *Et ſapientiæ eius non eſt numerus:* quia ipſa deitas eſt ſumma ſapientia. Reſpondetur, quod ſapientiæ eius non eſt numerus, eo quod ſit infinita: eſt tamē in ſapiētia eius numerus trium perſonarum, qui facit ipſam incomprehenſibilem, & quod intelligentiæ eius non eſt numerus. Hoc idem apparet in œconomica, nam Ariſtoteles 1. Politicæ recitans dictum Heſiodi Poëtæ dicit, quod in perfecta domo requiruntur tres combinationes. Debet enim ibi eſſe vir & vxor, pater & filius, dominus & ſeruus, & ſi non ſit ſeruus, aſinus vel iumentum ſupplet locum ſerui. Tria enim ſunt in illa domo perfecta, quorum vnum non eſt aliud, & tamen illa tria ſunt illa domus perfecta. Sic in Trinitate ſuo modo. Quarto, poteſt hoc miraculis, quæ contigerunt, declarari. Primo, quia ſecundum Euſebium Cæſarien. circa natiuitatem Chriſti tres ſoles in Oriente apparuerunt, qui paulatim in vnum ſolem redacti ſunt. Item Sigibertus, & Vincentius libro 21. cap. 39. pullulante intra Gallias hæreſi Arriana Dominus errantes correxit oſtenſo miraculo. Nam Naſacenſi vrbe ab Hunnorum obſidione liberata per diuinum auxilium, cum Epiſcopus pro gratiarum actione Miſſam celebraret, reſpiciens ſurſum vidit deſuper altare quaſi de camera templi cadere æqualiter tres guttas æqualis magnitudinis cryſtallo clariores, quæ ſimul defluentes, & in vnum coniunctæ quaſi gemmam vnam pulcherrimam effecerunt, quam cum in medio crucis aureæ & gemmatæ poſuiſſent, aliæ gemmæ eciderunt. Seorſum vero poſita infirmis dabat ſanitatem, & adorantibus imaginem crucis augebat deuotionem. Pijs autem & mundis clara, impijs obſcura videbatur. Item regnāte Anaſtaſio primo in Africa Olympius quidam dum in balneis ſanctam Trinitatem blaſphemaret, ignito iaculo cælitus veniente viſibiliter combuſtus eſt, & eodem tempore dum Deuterus Arrianus Epiſcopus apud Conſtantinopolim Barbarum quemdam baptizaret, & male diſtinguens Trinitatem, diceret: In nomine Patris, per Filium, in Spiritu ſancto, ſubito aqua diſparuit. Præterea libro 9. Hiſtoriæ Tripart. cap. 25. venit Amphilochius vir doctus & magnus, ſed Catholicus ad Theodoſium reuertentem à cæde Maximi tyranni, ſupplicans, vt Arrianorum concilia de ſingulis ciuitatibus prohiberet. Verum Im-

Nota miracula.

perator crudelem iudicans petitionem, ſpreuit eum. Porro ſapiẽtiſsimus Amphilochius eo tempore tacuit, & tandem remedium memorabile præparauit. Poſt aliquos namque dies ingreſſus palatium, videnſque filium Imperatoris Arcadium iam deſignatum Imperatorem aſtare patri, Theodoſium ſolemniter ſalutauit, filium vero, nõ exhibita ei ſalutatione, deſeruit. Verum Imperator credens oblitum Amphilochium, inuitauit vt eum oſculari deberet, at ille: Sufficit (inquit) ei proprius honor. Tunc Imperator contriſtatus, ſuam iniuriam filio factam contumeliam iudicauit. Porro ſapientiſſimus Amphilochius conſilium ſuę intentionis aperuit, dicens: Vides Imperator quemadmodum contumeliam filio tuo nõ pateris irrogari. Crede ergo omnino Deum ſic abominari eos, qui ſuum vnigenitum filium blaſphemare contendunt, & velut ingratos circa ſaluatorem benefactorẽque ſemper habere in odiũ. Quod intelligens Imperator, & geſta ſimul dictaque miratus, legem repẽte protulit, hæreticorum concilia prohiberi. Itẽ ex Hiſtoria Tripar. lib. 5. cap. 46. ſanctus Meletius Patriarcha Antiochenus vocatus eſt ab Imperatore Valente ad terminandum difficultatem de conſubſtantialitate Filij, ſperans quod contra eã determinaret. Sed vir ſanctus exponens illum paſſum: *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarũ:* eã pro cõſubſtantialitate determinauit. Et cum quidã Archidiaconus hæreticus extẽſa manu ſua os eiuſdẽ Patriarchę loquentis in publicũ obſtrueret, ille ſententiã manu clarius quã voce ſignauit. Tribus enim apertis digitis, & denuo clauſis, & vno tantum digito rurſus extenſo pollicis ſcemate diuulgabat, quia hi tres vnũ ſunt. Et hoc oſtẽdebat iſte vir ſanctus, vt cum non poſſumus ore ſanctæ Trinitatis myſteriũ prędicare & laudare, ſaltẽ mente & exterioribus ſignis hoc demõſtremus, vt in fide Chriſti moriamur. Vnde qui cõſenſerunt Arrio, blaſphemãtes Filiũ Dei, mala morte perierunt. Hinc Hiſt. Tripar. li. 6. c. 32. Iulianus quidã præfectus Iuliani Imperatoris, & Felix præpoſitus regalium theſaurorũ intrauerunt Eccleſiam, quorum alter, ſcilicet Iulianus emiſit vrinã contra altare, & Felix videns vaſa, quibus offerebatur Deo, dixit blaſphemando: Ecce in quibus vaſis filio Mariæ miniſtratur. Sed repẽte venit vltio diuina ſuper eos. Nam Iulianus viſceribus putrefactis interijt, & ſimũ non per meatus digeſtibiles, ſed per os blaſphemum emittebat. Cuius vxor fide clariſsima dicere ſolita erat: Decet te marite laudare Saluatorem Chriſtũ, quoniã tibi per hanc correctionem magnitudinẽ propriæ virtutis oſtendit. Non enim agnoueras cõtra quẽ dimicare voluiſti, niſi cõſueta ſua longanimitate hæc tibi flagella diuinitus intuliſſet. Sed his verbis & verberibus cauſam languoris agnoſcens, rogabat Imperatorem, vt ſublata Eccleſiæ redderentur, ſed nec ſic Imperator flectitur. Similiter Felix tota die & tota nocte ex ore fuſo ſanguine, & venis corporis vndiq; vacuatis, æternæ morti cõtraditus eſt. Et in eodem lib. 6. cap. vltimo, Valens Imperator blaſphemator ſanctæ Trinitatis à Barbaris Thracias depopulantibus, in vico quodã, vbi expectabat belli euentũ, cum Barbari in fugam vertiſſent ſuos, ibidẽ percuſſus ſagitta, & ſic intrans tugurium igne crematus ſepultura caruit. Et hoc idem dicit Greg. Turon. lib. 1. Hiſtor. Francorum. Ex Hiſtorijs etiam Frãcorum habetur, quod rex Gothorum Alaricus à Clodouæo interfectus eſt, qui ſedem tenens Burdegalis totam Aquitaniam Arrij errore deprauauerat. Similiter Iudæi, qui impugnauerunt Patrem, & Filium. *Oderunt me, & Patrem meum:* habuerunt cõtra ſe in deſtructione Hieruſalem patrem & filium, ſcilicet Titum & Veſpaſianum. Quinta propoſitio. Quamuis per creaturas, & rationes ſumptas ex creaturis aliqualiter deducatur intellectus ſimplicium in cognitionem ſanctæ Trinitatis præter difficultatem ipſius articuli inter omnes articulos, longe tamen ab ipſa ſanctiſsima Trini-

Prou. 8.

Ioan. 15.

Trinitatis notitia vestigium quasi similitudinibus creaturarũ, licet imperfectionabiliter differens.

Digitized by Google

Trinitate sunt ipsæ similitudines creaturarum. Primum patet per illud Apostoli: 1 Cor. 15 *Primum quidem quod animale, deinde quod spirituale*. Vnde tales rationes promouent intellectum simplicium. Sicut enim propter bona temporalia promouentur simplices ad veram Dei dilectionem, sic per naturales rationes promouẽtur quãdoq; simplices ad verã fidem. Sicut enim aspectus lucis solaris est improportionatus oculis corporeis, dum manet in fonte suę originis, scilicet in sole, est tamẽ proportionatus, dum in exẽplaritate suæ imaginis intuetur, scilicet in radio solis, sic lucis æternæ radius in celsitudine deitatis refulgens, est improportionabilis oculis mentalibus viatoris, sed fit proportionabilis, dum speculatur in vestigio creaturæ, ideo sub metaphoris & similitudinibus comprehendi potest. Et sic ad corroborandam & consolidandã fidem simplicium quæri possunt argumenta, sicut Apostolus ex resurrectione Christi nostram concluſit. Sed tamen nõ est credendum istis veritatibus propter rationes, sed potius acquiescendũ est illis rationibus, quia consentimus primæ veritati. Quod signatum est per Samaritanos, per quos significantur recte credẽtes, qui videntes Iesum per veram fidem dicũt Samaritanæ, id est rationi humanæ: *Iam non propter te credimus, sed quia ipsi vidimus, & audiuimus*. Si enim fides solis rationibus inniteretur, non haberet meritũ, quia (secundum Greg.) fides non habet meritũ, vbi humana ratio præbet experimentũ. Ambrosius: Tolle argumenta, vbi fides quæritur. Secundum patet, quia nihil est Psal. 85. diuinæ essentiæ simile. Psal. *Non est similis* Ps. 112. *tui in dijs Domine*. Et iterum: *Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat?* quasi dicat, Nullus. Vmbra enim non est omnino similis corpori, nec vestigium pedi. Licet Sap. 13. enim (vt dicitur) *à magnitudine speciei & creaturæ poterit eorum creator cognoscibiliter videri*, quia tamen omnis creatura deficit à similitudine Dei, non potest plene ducere in cognitionem eius, quia nulla est creatura, in qua possit ostendi tota sapientia, tota potentia, tota bonitas eius, ideo nec perfectam facere cognitionem. Hinc Apostolus: *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus*. 1 Cor. 13 Hinc Guiliel. Parisiensis libro de fide & legibus: Sicut cum videmus hominem ambulantem cum vno vel duobus baculis, alias non valentem ambulare, iudicamus eum impotentem & debilem. Sic qui non vult credere articulo de Trinitate, nisi cum vna vel duabus rationibus, iudicamus eum impotentem & infirmum, & claudicantem.

DE EODEM FESTO, SER. II. & in ord. CXI. Per Thema præcedens.

EX scripturis quatuor inueniuntur bonæ trinitates. Prima est gloriæ, de qua est sermo, quæ est Trinitas personarum in diuinis, quam quidem nunc in sua gloria non percipimus, quia nunc in schola Christi paruuli sumus, nec discimus nisi *a, b, c*, & nostram crucem, quæ dicitur ex parte Dei, id est crucem Christi. Sufficit enim nunc nobis legere, & discere in paruo libro creaturarum, sed cum erimus magni & perfecti, legemus in magno libro, ex quo omnia procedunt, in quo omnia scribuntur, & per quem omnia gubernantur. Nunc tamen de ista moderate loqui possumus secundum capacitatem auditorum. Boẽtius: Eruditi hominis est de vnaquaq; re, prout eius natura exigit, sermonem habere. Ideo Paulus ait: *Sapientiam loquimur inter perfectos*. Secunda bona trinitas est misericordiæ, quæ est in Christo, in quo est vnitas personæ, & trinitas substantię. *Tres sunt qui testimonũ dant in terra, spiritus,* 1. Ioã. 5 *aqua, & sanguis*. Spiritus, quẽ emisit ad Patrem pro reconciliatione nostra, sicut columba ab arca Noë, quæ attulit ramum oliuæ, id est pacem; & aqua de eius latere pro nostra emundatione; & sanguis pro nostra redemptione, quæ tres substantiæ ostendunt eum esse verum hominem, vel tria sunt, caro, anima, & diuinitas in vna

A Trinitas bona inuenitur quadruplitur.

persona. Tertia bona trinitas est naturæ, vbi est vna substantia, & tres potentiæ, quæ tamen tres vnum sunt in substantia, scilicet intellectus, voluntas, & memoria, & in hac parte homo est ad similitudinem Dei. Propter quod homo huius similitudinis debet recordari, vt animam suam honorifice custodiat. Sa-
Eccli 10 piens: *Da ei honorem secundum meritū suum.* Aliter enim debet viuere filius regis, aliter filius pastoris. Quarta trinitas est gra-
1 Cor. 13 tiæ, de qua Apostolus: *Nunc autem manent fides, spes, & charitas, tria hæc*; in qua est trinitas virtutum, & finis vnitas. Fides in Deum ducit per cognitionem. Sol enim non videtur in candelis, sed proprio radio. Omnes scientię mundanę aut humanæ non possent Deum ostendere, sed sola fides, quæ est eius radius. Spes vero per bona in operationē ducit in Deum, sicut strenuus miles in bello sperat in bono principe & largo, vt vocet eum ad suā so-
Ps 117. cietatem. Psal. *Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus.* Charitas vero Deo coniungit per amorem, sicut amicus sequitur amicum, & amor amantem cōiungit cum amato, sic charitas hominem cum Deo tanto fortius, quanto vehemētius amat. Propterea beata virgo & corpore, & mente coniuncta est Deo, corpore in ventre, nunc autem & in perpetuū mente. Quod vinculum charitatis & gratiæ ab ea requiramus, dicentes: Aue, &c.

Quæritur: Quare est, quod celebratur festum de Trinitate speciale, cum per singulos dies videatur celebrari, dicendo: Gloria Patri, &c. Sicut Alexander Papa respondit Carolo Magno regi Frācorum? Item conformare nos debemus Ecclesiæ triumphanti, sicut parochialis Ecclesia Ecclesiæ cathedrali, sed in illa superna Ecclesia semper celebratur fe-
Apoc 4 stum Trinitatis. *Animalia quæ erant in conspectu throni non cessabant dicere, Sanctus, sanctus, sanctus, qui erat, & qui est, & qui venturus est.* Igitur, &c. Respondetur, quod licet sit quotidie festum gloriosissimæ Trinitatis, tamen hodie singulare anniuersarium celebrat Ecclesia propter tria. Primo, ad reddendum iuxta vires nostras Deo honorem debitum pro beneficijs nobis collatis. Quinque enim beneficia nobis contulit. Primum incarnationis, quando naturam nostram exaltauit, vt indissolubiliter Deo vniretur, & sic supra omnem naturam exaltaretur, propter quod in die Natiuitatis Domini vsque ad terram humiliamur, & eam honoramus & celebramus. Secundum fuit redemptionis, propter quod in die Veneris sancta Domino compatimur. Tertium glorificationis, quod iam in arris habitum, & in futuro promissum celebramus in die Resurrectionis & Ascēsionis, ei congratulando. Quartum effusionis donorum & gratiarum, quibus efficimur Filij Dei, & hoc in Pentecoste, quādo magnificamus eum in donis suis. Adhuc restat inter ista primum beneficium, scilicet creationis & gubernationis, quod ne absque memoria pertranſiret, hoc hodie cōmemorat Ecclesia, cantando: Beata & benedicta sit creatrix & gubernatrix omniū sancta & indiuidua Trinitas, vt quod propter inopiam nostram ad vnum terminū soluere non possumus, vel ad quinque persoluamus. Secunda ratio fuit, ad sedationem errorum, si qui sint futuri, & ad gratias agendas de præteritorum sedatione. Olim post tyrannorum persecutionem accessit hæreticorum persecutio, quæ multo tempore efferbuit, quam videns sedatā Carolus Magnus cū suo magistro Alchuino hanc solemnitatem celebrari fecit. Inde canit Ecclesia: Da gaudiorum præmia, da gratiarum munera, dissolue litis vincula, astringe pacis fœdera. Et Ioannes Beleth de Ecclesiasticis officijs dicit, quod in primitiua Ecclesia propter hæreses ordinatum fuit, vt singulis Dominicis Lectio nona & nonum Responsorium dicerentur de Trinitate, sed Lectio nona abijt in dissuetudinem, & mansit Responsorium. Tertia ratio, ad augmentationem deuotionis fidelium. Iam enim circa personam Patris instituti

B Trinitatis festū cur sit speciale.

sunt

sunt fideles in fide & dilectione Patris, qui suscitauit filium suum à mortuis: & hoc in die Paschæ, in Ascensione circa Filij amorem, in Pentecoste circa Spiritum sanctum, in quibus maxime deuotio fidelium cognouit trium personarum distinctionem; vt autem consideret vnitatē in substantia, hodie de Trinitate festum celebrat. Inde canit Ecclesia: Auge in nobis fidem, auge spem, auge charitatem, ô beata Trinitas, vt scilicet possint fideles in illa glorioſissima Trinitate amplius refici & delectari, in qua sibijpsi maxime complacet Deus, secundum Thema: *In tribus beneplacitum est spiritui meo.* Qui iam dictum est sermone precedenti de fide sanctissimæ Trinitatis, quam debent habere fideles, nunc consequenter dicendum est, quomodo semper nisus est, & continue nititur diabolus fidem illam euertere, opponendo ei suam malā trinitatem. Triplicem enim aciem quasi quādam Trinitatem diabolicam contra huiusmodi sanctæ Trinitatis fidem composuit ipse diabolus. Primam aciem duxit tyrannis, secunda hæresis, tertiam praua syndaresis. Prima inuasit fidē manifeste, secunda partim manifeste partim occulte, tertia occulte tantum. Prima acies impugnabat vnitatem diuinam, ponens pluralitatem deorum, secunda impugnabat Trinitatem personarum, tertia expugnat vtrumque. Prima igitur acies inuasit fidem manifeste, quando diabolus forti manu voluit ponere securim ad radicem & fundamentum fidei & totius ædificij spiritualis, scilicet Trinitatis, quo subuerso totum ruit, quando potentia principum & iudicum persequebatur martyres tormentis quasi inexcogitabi-
Ps. 140. libus. Psalm. *Dissipata sunt ossa nostra*, id est fortitudo militum Christi, sicut ossa sunt fortitudo hominis, *secus infernum*, infernales homines, & hæc fuit quasi auangardia. Ex qua pugna ostendi potest, quod etsi ratione ostendi non possit Trinitatis fides, aut exemplo efficaci, aut experientia, tamen per martyrum mortes tam horribiles, & eorum patientias, & confessiones glorioſas, hoc satis aperte probari potest. Propter hoc enim mortui sunt. Nec ex ignorantia mentiri poterant, qui claras ex hoc habebant reuelationes, vt patet in Paulo, & Ioāne Euangelista, qui erant eorum ductores & doctores. Caro enim & sanguis illud reuelare non possunt, Filius autem potuit, quia *nemo nouit Patrem nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare*. Nec poterant mentiri propter malitiam, aut concupiscentiam diuitiarum aut ambitionem honorum, quia propter hanc fidem sponte patiebantur infamiam, paupertatem, sui & suorum exhæredationem, & consequenter mortem, imo vita eorum mirabilis hoc probabat, imo sicut dicit Guilielmus Parisiensis lib. de fide & legibus, hanc fidem per mortem clamant esse veracem per euidentia miracula, quæ per eorum ossa & cineres declarantur. Sed hanc aciem quasi auangardiam velut impotentē per suos milites Apostolos & Martyres expugnauit omnipotentia Patris. Nam quanto plus potentia tyrannorum persequebatur fideles, tanto magis crescebat & dilatabatur Ecclesia, exemplo filiorum Israel Exodi 1. Psalm. *In tribulatione dilatasti mihi.* Et Actuum 6. inter tribulationes Iudæorum crescebat numerus discipulorum Christi. Vnde & in persecutione Diocletiani, quanto magis in eos sæuiebat Diocletianus, tanto magis crescebat Christianorum numerus, ita quod quasi victus, & tædio occisionis eorum lacessitus dimisit imperium. Inde Actuum 5. dicit Gamaliel Pharisæis: *Si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur: si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne forte & Deo repugnare videamini.* Quam quidem omnipotentis Dei Patris victoriam confessus est Imperator Iulianus Apostata acerrimus Christianorum persecutor, cū moriendo dixit, Vicisti Galilæe, vicisti. Propter quod & Apostoli Symbolum composuerunt, quod haberent penes se fideles quasi

C *Trinitas diaboli tyrānis, hæresi, ac praua syndaresi.*

D *Tyranni de quasi auangardiam debilem expugnauit omnipotentia Patris. Psalm. 4 Act. 5.*

armaturam fidei. Hinc Rufinus Aquileg. in expoſitione Symboli ad Laurentium Papam: Diſceſſuri (inquit) Apoſtoli in mundum, in vnum conferendo breue illud Symbolum compoſuerunt, eo quod multi ex circueuntibus Iudæis ſimulabãt ſe eſſe Apoſtolos Chriſti, & lucri alicuius vel ventris gratia proficiſcebãtur ad prædicandum Chriſtum non recte. Ideo ſi quis forte occurreret, de quo dubitaretur an eſſet de Chriſti exercitu, hoc Symbolum tamquã indiciũ datum eſt, ſicut ſolet dux dare militibus ſuis. Conſtruxerunt igitur non ſicut filij Adam turrim, quę tãgeret cælum, & poſtea caderet; ſed quæ duceret ad cęlum, ex margaritis ædificãtes, non ex cocto bitumine, quam nec vẽti obruerent, nec flumina nec turbines impellerent. Hæc Rufinus. Ceſſante vero perſecutione tyrãnorum contra vnitatem diuinam, cum in Eccleſia cœpit ſtillare irriguum verę doctrinę, inimicus homo, id eſt diabolus, cœpit in eaſeminare zizania. Nam hæreſis tamquam familiaris inimicus aciem hęreticorum contra Eccleſiam duxit. Quæ quidem perſecutio deterior fuit prima. Tum quia occultior, eo quod Chriſtiani, qui cõtra pugnabant, tũc certi erant de fide, vtpote immediate edocta à Chriſto & Apoſtolis, ſed ſuperueniente hæreſi, propter varietatem doctrinarum, multi vacillabant, neſcientes quibus credere debebant. Tum ſecũdo, quia in prima pugnabant manifeſte aduerſarij, in hac autẽ qui ſe familiares, & ex noſtris eſſe ſe dicebant. Secundũ autem Boëtium de Conſolatione, nulla capitalior peſtis ad nocendum quam familiaris inimicus. *Mich. 7. Inimici hominis domeſtici eius.* Quæ adeo inualuit, vt ſancti viri propter hanc Trinitatis fidem, alij tormenta ſuſtinuerunt, vt patuit in Hermigildo filio primogenito regis Gothorum, qui erat tunc rex Hiſpaniæ, de quo Magnus Gregorius 3. dialog. cap. 31. & Gregorius Turonenſis primo libro Hiſto. Francorum, recitant, quod pater eius hæreſi Arriana infectus voluit præfatum filium ſuo errori conſentire, qui bene eruditus à Leandro Epiſcopo hoc denegauit, & à patre ſuo tamquam hæretico ſe ſeparauit, quem pater in carcere clauſit. Die autem Paſchæ ſuperueniente, miſit ad eum pater ſuus ſacerdotem Arrianum cum hoſtijs, vt cum eo cõmunionem acciperet, quem filius turpiter à ſe reiecit. Quod audiens pater furibundus eum in carcere decollari præcepit. Quo facto, cecidit lux ſuper carcerem, & inſonuit Angelorum modulatio vidẽtibus & audientibus cunctis. Nec tamen ſic credidit pater, qui tamẽ moriẽs filium ſuum Recharedum monuit ne ſe ſequeretur in fide, ſed fratrem ſuum, dicens eũ fuiſſe bonum & ſanctũ virum. Alij vero paſsi ſunt fugam & exilium, vt beatus Athanaſius Patriarcha Alexandrinus ter per orbem fugitiuus. Alij ad metalla relegati, alij à feris deuorati. Quam quidem aciem impugnauit ſapientia Dei Filij, quę ſanctos doctores Eccleſiæ armauit doctrinis, vt Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, Hilarium, Chryſoſtomũ, Athanaſium, & cæteros, qui multa aduerſa paſsi ſunt ad probationem huius articuli Trinitatis. Si enim tãti homines, qui gloriam mundi fugiebant, ſolam gloriã, quæ Dei eſt, quęrentes, qui tantæ erant probitatis & virtutis, vt etiam Imperatoribus & honori, & terrori eſſent, etiam vſque ad expulſionem eorũ publicam de Eccleſia, vt legimus de beato Ambroſio ad Theodoſium Magnum, & de Chryſoſtomo in ordine ad filium ſuum Arcadium, & Getam tyrannum, quibus in vultu non erubuit pro fide Catholica, & præcipue pro hoc Trinitatis articulo, eis contradicere. Si tales homines tanta auſi ſunt, & tanta paſsi pro fide Trinitatis, quid debet homo dubitare de hoc fidei fundamẽto ſacris ſcripturis vndique ſuffulto? quas tamẽ hæretici deprauauerunt. Pſalm. *Contaminauerunt teſtamentum eius, diuiſi ſunt ab ira vultus eius, & appropinquauit cor illius.* Quod exponit Auguſtinus de hæreticis, qui contaminauerunt nouum teſtamentum erroribus ſuis, & in ira vultus Domini, id Pſal. 54

2 Hæreſis deterior perſecutio tyrãnide.

eſt

eſt Filij, qui eſt imago Patris, diuiſi ſunt, vt patuit in Arriana hæreſi, quæ diuiſa fuit in tres ſectas, ſcilicet in Arrianos, Macedonianos, & Sabellianos, & ſic non diu durauit ſecta illa, quin ad nihilum ſit redacta: quia omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & tunc appropinquauit cor illius, ſcilicet Dei vel ſacræ ſcripturę, quia ſancti Doctores videntes falſa dogmata hæreticorum, cœperunt meditari in lege Dei die ac nocte, & ſcrutari ſcripturas, & ſic inuenerunt intellectum Dei, & difficultatum in ſcripturis, & illa interiora ſecreta ſcripturarum per libros ſequentibus intelligenda tradiderunt. Vel dicuntur diuiſi ab ira vultus eius, quia ex ira Dei ſeparati ſunt à communione fidelium, ſicut membra putrida à ſanis: & ſicut diuiſit Deus lucem à tenebris, vt patuit in Arrio, qui plenus diabolo, vt acquireret fauorem principum & magnorum, aliquid noui dicturus, mentitus eſt in materia de Trinitate, Filium Dei non eſſe Deum, ſed eius primam creaturā, qui propter ſuam doctrinam & prædicationem magnam populi Chriſtiani partem in ſuum errorem deduxit. Tūc enim populus erat de nouo conuerſus ab idololatria ad Chriſtianiſmum, ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua, quæ poſſunt flecti faciliter ad quam partem quis voluerit. Cum autem ſeduceret eos, vt recitat Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſtica, & Caſsiodorus in Tripartita, ſurrexit B. Petrus martyr Alexādrinæ Eccleſiæ Epiſcopus, qui eum excommunicauit. Et vt videamus quantum Deo diſplicet mala in fide Trinitatis credulitas, recitat Vincentius in Speculo, lib. 14. c. 15. quod cum iſte Petrus eſſet à Galerio Maximino Imperatore tyranno pro fide morti adiudicatus, & plebs ſupplicaret pro receptione presbyteri Arrij. Reſpondit Petrus: Nequaquam, quia iam mortuus eſt Arrius. Non enim mortui ſuſcipiuntur in communione viuorū. Et accerſitis Aquilà & Alexādro ſuis ſucceſſoribus ait: Scio reuelante Dño, quod poſt me recturi eſtis hanc Alexandriæ Eccleſiam, tu primus Aquila, tu ſecundus Alexander, ſed proteſtor vos in nomine Ieſu, ne Arrium ſuſcipiatis ad communionem Eccleſiæ. Nā apparuit mihi Dominus collobio indutus, quod erat in duas partes diuiſum à ſummo vſque deorſum, & ſuis manibus amplexabatur duas partes, quaſi volens eas coniungere. Quod cum vidiſſem, dixi: Domine quid eſt hoc? At ille: Arrius hoc mihi fecit, quia à me diuiſit hæreditatem meam. Hortor te, & præcipio, ne eum ad communionem ſuſcipias. Mortuo autem ſancto Petro, ſucceſſerūt alij duo conſequenter, vt prædixerat. Pontificatum autem tenente Alexandro, vt ait Rufinus in Hiſtoria Eccleſiaſtica, libr. 10. cap. 13. & 14. & Caſsiodorus libr. 3. Hiſtoriæ Tripartitę, cap. vndecimo, ſuperuenit illa beſtia horribilis fulta fauore Conſtātij Imperatoris, & ſtipata multis pontificibus complicibus, & caterua populi iam hæretici, & accedentes ad ſanctum Alexandrum, dicunt ei, vt abſoluat Arrium, vt in cathedra magiſterij in craſtinum ſedeat. Quod ſi non faceret, vi & violentia in craſtinū intraret Eccleſiam. Tūc Alexander totum ſe conuertens ad Dominū, tota nocte in Eccleſia vigil circa altare orabat, dicens: Domine tibi commendo cauſam Eccleſiæ tuæ, iſtud pluries cū lachrymis repetendo. In craſtinum venit Arrius ſtipatus hinc inde caterua pontificum hæreticorum & militum Imperatoris, qui ingrediens Eccleſiam, territus in conſcientiæ ſecreto, & commotus intra viſcera, cœpit quærere non Eccleſiam, ſed locum infectum cloacarum, vbi infectus occumberet, ibi interiora dimittens, vt interiorem animam infectam, & in locū inferni infectum oſtenderet ipſe deducendam. Nam cum ingreſſus eſſet cloacinam cameram, ibi effudit omnia viſcera ſua, ſanguinem, iecur, & ſplenem, & ſic infidelis anima illa ad inferos deſcendit. Damnatiq́ue ſunt omnes eius libri, & à Conſtantino Magno iuſſi ſunt dari igni, & ſi qui cælarent, plecti ſententia capitis,

Digitized by Google

tis, vt habetur lib. 1. Hist. Tripartitæ, cap. 15. Tunc enim ducebant exercitum Christi sancti viri & doctores, & ei adhærebant fideles credentes, sed nō arcana Dei cognoscentes. Nam aliud est cognitio fidei, & aliud fides. Cū enim idem sit sermo in auribus plurimorum, omnes quod dicitur æqualiter intelligunt, sed nō omnes æqualiter credunt, & cognitionē dictorum omnes habent, sed non omnes fidem habent. Potest enim cognitio fidei esse sine omni fide, vt patet in Iudęis, qui fidem cognoscunt, & tamen non credūt, sed impugnant. Quomodo enim eam impugnarent, si non cognoscerent? Sed fides sine omni cognitione esse nō potest. Multi autem credunt, sed non habent cognitionem omniū eorum, quæ credunt, quia cognoscentibus & credentibus ipsi credunt, & non norunt omne quod credūt, cuiusmodi est fides simplicium in Ecclesia, qui perfectioribus credendo & adhęrendo salui fiunt, sicut scriptum est: Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, quia hi in fide perfectorum amplius credunt, quod in se credendo minus agnoscunt. Secunda acie, scilicet hæreticorū per sapientiam Dei deuicta, superuenit nunc tertia acies, scilicet falsæ synderesis, id est conscientiæ, nunc Trinitatem impugnantis, quæ tanto alijs deterior est, quanto occultior. Esaias: *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* Super quo Bernard. Nunc pax est à tyrānis, pax ab hæreticis, sed non à falsis fratribus. Prima amara fuit, secunda amarior, tertia amarissima. In primis enim sola impugnabatur fides, nūc anima fidei, vt fides omnino mortua sit. In duabus enim primis persecutionibus lucebat vita & mores vna cum fide in Christianis, nunc autē etsi fides videatur, tamen sine operibus charitatis mortua manet. Vnde Petrus Venerabilis: Dolet sibi serpens antiquus perijsse hęresum palmam, quæ Ecclesiam scindere solebāt, & videns se nullo pacto posse lædere fidem, Spiritu Dei eadem fide replente orbem terrarū, ad charitatis mutuæ læsionem totum conatum cōuertit. Iam enim innumerabilium hæreticorū nebulæ lucem fidei obūbrantes, flante spiritu Dei euanuerunt, & meram nobis diem omni remota caligine reliquerunt. Sed ijs succedens Africus turbo omnia subito turbare contendit. Quia enim fidem præualuisse cognoscit, lęsione charitatis pristina damna recompēsare molitur, licet enim modo nō palam pateat hæresis, aut propter timorē mundanum, aut ignis, tamen sorores eius germanæ modo regnant. Nā per fumum cognoscitur ignis, per fructū arbor, per vestigium ceruus. Sic hæresis recondita in cordibus hominum, per signa, verba, & opera mala, quæ exterius apparent, cognosci potest. *A fructibus eorū cognoscetis eos.* Et Philosophus Ethic. 1. qualis vnusquisque est, talia dicit & operatur. Hæretici enim in principio in apparentia optimam vitam ducebant, nunc vero vbique iniquitas placet, & veritas displicet, præmiantur mali, & puniuntur boni. Psalm. *Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus.* Glossa Magistri: Dixit in corde suo, non in ore, propter ignem subsequētem, qui eos paratus esset comburere, si ore dicerent, quod corde tenent. Carnales enim viri, quia Deum corporaliter nō vident, quandoque ad hoc perueniūt, vt eum non esse suspicarentur, & sępe appetunt seruire hominibus, quos corporaliter vident, magis quàm Deo, quem non vident. Per omne enim, quod faciunt, ad finem oculorum tendunt: sed non mirum, quia animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt. Multa enim sunt in corporalibus, ad quæ non potest ascendere pes humanus, non tamen ideo dicenda sunt non esse, sed alta & mirabilia. Hanc tertiam aciem in tres acies quasi trinitatem malam contra bonam diabolus instruit. Hæc Trinitas mala est, de qua Ioannes ait: *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* Ista mala trinitas omnem associat peccatorem, vt dimittat sanctam Trinitatem, de cuius societate

F *Fides & cognitio fidei differunt.*

Esai. 38

G *Persecutio falsorum fratrum pessima.*

Mat. 12

Psal. 13

1. *Ioā. 2* H *Trina eius diabolus, luxuria, auaritia superbia*

Ecclē 1. cietate dicitur: *Societas nostra sit cum Patre, & Filio eius Iesu Christo.* Sed licet dicatur in cōmuni prouerbio, quod nulla est societas aut communicatio, quin aliquando deficiat, tamē sanctę Trinitatis societas numquam deficit ex se, sed ex nobis ipsi deficimus, quia plures huius Trinitatis societatem dimittunt, sequentes suas concupiscentias. Si sciret aliquis, quod socius eius duceret eum inter inimicos, qui eum iugularēt, dimitteret societatē illā, quod facit concupiscentia mala, de qua: *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.* Si præstes animæ tuæ cōcupiscentias suas, faciet te in gaudium inimicis tuis. Non libenter manducaret quis cibum, quo mediante conciperet infirmitatē, quę duceret ad mortē. Cōcupiscētia enim cōcepta in corde parit vnū fœtū, qui generat mortē, de quo Iacobus: *Concupiscentia eū cōceperit, parit peccatū; peccatū verò cùm consummatum fuerit, generat mortem:* & sic dum duxit in infernum, hominem dereliquit. Vnde multipliciter differūt istæ trinitates. Prima differētia est, quia opera malæ trinitatis sunt diuisa, quia concupiscentia carnis semper clāmat, & inuitat ad delectationem mundi & honorum, concupiscentia ad solicitudinē, diabolus ad superbiæ iniquitatem. Psal. *Dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.* Trinitas autem solum ad quietem & consolationem: *Consolamini, consolamini populę meus, dicit Deus vester.* Hoc enim est Trinitatis proprium, vt eius opera sint indiuisa. Operatur enim, & quiescit. Quotidie enim operatur animas, & gratiam infundit animabus. *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor;* & similiter Spiritus sanctus. *Spiritus vbi vult spirat.* Similiter quiescit Trinitas à creatione noui generis rerum. *Requieuit Deus ab omni opere quod patrarat.* Secundo differunt, quia prima Trinitas viuificat. *Quod factum est in ipso, vita erat.* Sed de hac mala trinitate dictum est: *Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne, fumo, & sulphure.* De igne, propter acquirendi ardorē. Prou 30 *Ignis numquā dicit, Sufficit.* De fumo, propter honorum & excellentiarum vanitatē. Fumus enim quanto plus ascēdit, tanto plus deficit. Psal. *Inimici Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficiētes quemadmodū fumus deficient.* Psal. 36 De sulphure, propter luxuriæ fœditatē. Fœtet enim coram Deo & hominibus. Tertio differunt, quia parum curant homines de sancta Trinitate, sicut parū curant de salute sua, bene sciūt quod sunt 18. puncta in taxillis, & nesciunt 12. articulos fidei suę. Nulla tamen deberent nobis esse adeo manifesta sicut fides nostra, nec ita prompta sicut opera fidei, quia pro certitudine fidei quilibet loco & tēpore deberet se exponere morti, non pro alia veritate. Sed modo pro mala trinitate exponunt multi omni die animā suam morti. Communiter dicitur quod sunt quatuor quæ incipiunt per d, pro quibus solet aliquid cito fieri, scilicet, Deus, diabolus, domina, & denarius. Propter Deum faciunt aliqui, sed pauca, & dant pauca; propter diabolum multa faciunt, vbi propter Deum nihil fieret, vt patet in quadrigarijs, qui dum iumento suo vel asino dicunt, vt propter Deum vadat, nihil inde mouetur; sed cum diabolum nominauerint, cito de luto exire faciunt. Propter dominas autem die chorisant, nocte vigilant, & discurrunt, & in torneamentis cum duris ictibus ludunt. Sed propter denariū omnia fiunt, quia pecuniæ obediunt omnia, & à minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ studēt. Et sic patet, quàm paucum Deo seruitur in ordine ad carnem, diabolum, & mundum, quæ sunt trinitas mala. Vnde Bernardus in sermone: Caro (quæ per dominam intelligitur) suis tyronibus elargitur momentaneam voluptatem, mundus, id est denarius, transitoriam sublimitatem, diabolus perpetuam captiuitatem, Deus verò interminabilem fælicitatem. Psalm. *In æternum exultabunt, & habitabis in eis;* & tamen à miseris hominibus Deus contemnitur, & alijs passim seruitur. Psalm. 5

1 Trinitas sancta quantū differt à trinitate diaboli.

Psal 91 Esai. 30 Ioan. 5 Ioan. 3. Gen. 1. Ioan 1. Apoc. 9

Nota.

SER-

SERMO III. VNDE SVPRA, & in ordine CXII. Per Thema præcedens.

DIcit Origenes super Exodũ lib. tertio: Donec Moyses in Ægypto esset, & erudiretur omni sapientia Ægyptiorum, nec erat gracilis voce, nec tardus lingua, nec profitetur se eliguê. Erat enim quantum ad Ægyptios sonorę vocis, & eloquentię incomparabilis. Vbi autem cœpit audire vocem Domini, & eloquia diuina suscipere, tunc sensit gracilem & exilẽ vocem suam, tardamque & impeditam esse linguam suam. Quàm ergo exilis est lingua prędicatoris, in his maxime quæ concernunt ea, quæ sola diuina sapientia manifestauit. Propterea dicebat beatus Hilarius: In spiritualibus tuis rebus Domine hebes sum. Vnde quidam Philosophus interrogatus ab Adriano Imperatore: Quid est Deus? petijt ad respondendum trium dierum inducias, qui tertio die veniens, & iterũ interrogatus, iterum petijt duodecim dies: tertio iterum post duodecim dies interrogatus petijt triginta. Quo audito dicit ei Imperator: Iam inducijs, quas quæris, processus esset in infinitũ. Respõdit Philosophus: Quæstio, quam quæris Imperator, al yssus est, quanto magis in ea scrutor & considero, tanto magis abyssum inuenio. Propterea Simonides dicit ab homine prætermittendam esse inquisitionem de diuinis, & humana sapere hominem, & mortalia mortalem. Quem Philosophus redarguit primo Metaphysicæ, suadens homini ad immortalia se conferre quantum potest. Et si parua sit cognitio, quam potest consequi, amabilior tamen est aperta cognitione de terrenis & corruptibilibus, & 1. Cæli & Mundi ait, quod ea quæ topica etiam ratione de cælestibus concipimus, vehementius gaudium inferunt nobis, quàm ea quæ certissima de inferioribus ratione comprehendimus. Propter quod non obstante difficultate huius materiæ, ad satiandum nostrum intellectum, à Deo quæremus intelligentiam huius materiæ, ab eo quærendo: *Amice commoda mihi tres panes*. Gloss. id est intelligentiam Trinitatis. Ipse autem libenter (sicut dicitur in Psalm.) *tota die miseretur, & commodat*. Hoc autem medio illius faciamus, quæ fuit triclinium Trinitatis, scilicet Mariæ, dicentes ei: Aue gratia. &c.

A Nota.

Luc. 11.

Psal. 36

Tertullianus ait libro de Pœnitentia: Sicut infirmus aut languens, quamuis vacet à sanitate, de bonis tamen eius tacere non nouit, sic de Trinitatis amore & fruitione, qua miser homo hic nõ fruitur, disceptare, & ad eam suspirare non piget, quia ipsa est sancta Trinitas, quæ meritò ad sui concupiscentiam attrahit spiritum fidelis, vt dicat: *In tribus beneplacitum est*, &c.

Iuxta cuius thematis diuisionem cum iam dictum sit quomodo complacendum est in sanctissima Trinitate quoad intellectum per fidem, nunc restat dicere quomodo complacendum est in ea quoad affectum per amorem & dilectionem, hoc est, quomodo illum gloriosissimam Trinitatem diligere debemus. Quæritur ergo primo: Vtrum perfecta amicitia possit haberi ad tres personas? Et videtur quod non, quia secundum Philosophum 8. Ethicorum, perfecta amicitia haberi non potest ad plures. Responsio. Dicitur primo, quod perfecta amicitia ad plures personas haberi non potest, quando habent contrarias & diuersas voluntates. Tunc enim seruiendo vni, displices alteri. *Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet*. Sed si plures personæ sint omnino concordes, & vnius simplicis voluntatis, idem est diligere vnam & plures, seruire vni & pluribus. Ideo ne pluralitas in diuinis nos retrahat ab earum dilectione, Ioannes in sua Canonica ostendit, quod nõ est difficilius diligere vnam quàm aliam, quia hi tres vnũ sunt, semper concordes, & vnius simplicis voluntatis.

B Amicitia perfecta nõ habetur ad plures discordes.

Luc. 16.

Dici-

Dicitur ſecundo, quod ad hanc vnitatem maxime habet recurrere peccator, quia facilitas reconciliationis maxime allicit peccatorem ad pœnitentiam, & retrahit difficultas. Cũ enim aliquis offendit plures perſonas tales, quod facta pace cum vna reſtat guerra cum alia, propter difficultatem pacis fugit, terram ſuam deſerens: ſed cum pax eſt facilis, ita quod habita pace cum vna, habetur cum omnibus, magis laborat ad pacem. Peccans autem ex paſsione, offendit Patrem, nõ requirens eius potentiam paratam aſsiſtere: peccans ex ignorantia, offendit Filiũ: & ex certa malitia, Spiritum ſanctũ. Sed quia illæ tres perſonæ ſunt vnum in eſſentia & voluntate, ideo habita pace cum vna, habetur cum omnibus. Iudæi vero & hæretici quia in ſancta Trinitate poſuerunt diuiſionem in ſubſtantia, ideo pacem habere non poſſunt cum ea.

Nota. C Dicitur tertio, quod ſanctã Trinitatẽ máxime debemus diligere in ſe, & propter ſe, & vbique, vt nihil ſine ipſa diligatur, & hoc faciet homo, ſi in eodẽ connubio nobili ſint iſta tria pariter coniuncta, Deus, proximus, & animus. Tunc enim in tali animo, tamquam in ſuo templo habitat Deus. *Vbi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Mat. 18 Ita quod ad Deum clamorem orationis habeamus, ad proximum feruorem compaſsionis, ad noſipſos ſplendorem cognitionis. Sic in morte ſua Chriſtus clamauit ad Patrem, & poſt mortẽ emiſit ſanguinem compaſsionis & aquam cognitionis, quæ in diaphaneitate conſideratur. Nota. Sed quod ſanctam Trinitatem debeamus diligere, patet, quia ipſa Trinitas amat nos. De Patre enim dicitur: *Ipſe Pater amat vos.* Ioan. 16 Amat quidem fortiter, quia eius dilectio eſt magnæ virtutis & durationis, Hieremias: *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerans.* Hier. 31 Vulgo dicitur, quod amor Domini nõ eſt hæreditas, ſed hoc fallit in Domino dominorum, quia eſt primus in acceſſu, & vltimus amicus in receſſu. *Ego primus & nouiſſimus.* Apoc. 1 Secundo, amat potenter conſeruando. *Pater ſancte ſerua eos quos dediſti mihi in nomine tuo, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus.* Ioan. 17 Sicut eſſe debent filij cum parentibus vnum in ſubſtantia, non corporis, ſed domus, non tamen omnimode æqualiter, quia Filius in Trinitate eſt æqualis Patri: ibi autem debet eſſe filius non æqualis, ſed obediens patri. Nunc tamen, proh dolor, fit econuerſo. Fortis autem eſt hęc cuſtodia. Daniel: *Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur.* Dan. 7. Timendum eſt tamen, ne recedat à caſtro cordis noſtri, quia quando rex ab aliquo caſtro recedit, non ſolus recedit, ſed cum militibus & bellatoribus ſuis. Deus autem Pater commiſit nos Angelorum cuſtodiæ. Eſaias: *Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes*, Eſai. 62 qui ſunt Angeli. Ideo ſi Pater offenſus à nobis recedat, timendum eſt, ne cum cuſtodibus & defenſoribus noſtris recedat. Tertio, nos miſericorditer conſolando. Apoſtolus: *Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.* 2. Cor. 1 Hinc Sapiens: *Miſeris omnium, quia omnia potes.* Sap. 12 Si rex capiat latronem vel homicidam, ſtatim vtitur contra illum iudicio potius quàm miſericordia, timens ne euadat. Sed diuina potentia tantæ eſt immenſitatis, quod nullus eam valet effugere. Propter quod peccatoribus relinquit locum miſerationis. Secundo, Filius nos amat. Primo erudiendo ſapienter. *Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis:* Eccli. 1 quia ſicut riuuli à fonte, ſic ab ipſo omnis ſapientia deriuatur.

Iuxta iſtum fontem ſedit Magdalena, & de ipſo tantum potauit, quod riuulus lachrymarum per eius oculos erumperet, quo pedes Domini rigauit. Pſalmiſta: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei:* Pſ. 118 in modum potatorum, qui tantum bibunt, quod per oculos exit aqua, de qua aqua hauſit Maria virgo in vaſe cordis ſui, quando conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Sic & Apoſtoli hauſerunt, vnde per vniuerſum orbẽ diſtillauerunt. Secũdo, nos renouãdo ſalu-

britef-

1.Pet.1. briter. Petrus: *Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui:* & hoc faciendo filios Dei. Iudæorũ enim status fuit status seruorum. Ideo ad informandum eum seruos misit Moysen & Prophetas, potentiam & iustitiam suam multum ostendens eis, vt sic timor eis incuteretur, & timore pœnæ à malis cohiberentur, & ad seruiendum Deo stimularentur. Promisit etiam eis quasi seruis mercenarijs bona transitoria, & posuit eos in compedibus, mandatorũ multitudine ligando eos. Ad formandũ vero populum nouum, qui Christianus est, tamquam ad filios misit filium suum, qui eis hæreditatem suam communicaret.

Rom. 8. Apostolus: *Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ Dei:* in quo cum rustici essemus, seruientes peccato, liberi & nobiles facti sumus in Christo. Tertio nos amat, saluando nos. Iacobus: *In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras.* Vt enim saluaret plurimos, fecit vtraque vnum, gentilẽ scilicet & Iudæũ, & hoc in fide Trinitatis. Populus enim gentilis ad multitudinem deorum colendam promptus fuit, Iudæus vero vnius Dei cultor, nec tamen sic plurificationem diuinitatis in personis distincte cognouit, quippe qui ad idololatriam pronus erat. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum in terris, vt vtrumque parietem in vnam fidei Trinitatis cognitionem vniret, & Dei vnius culturam, quam Iudæus didicerat, doceret esse tenendam, & tres personas in vna diuinitate, quam in multitudine deorum gẽtilis somniauerat, nihilominus fide credẽdam edoceret. Tertio eos amat Spiritus sanctus, nobis liberaliter sua dona largiẽ-

Rom. 5. do. Apostolus: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Propter hoc dicebãt Iudæi Apostolos esse musto plenos, quia tantum receperunt de Spiritu, quod super omnem terram fuderunt prędicando fidem, & eã multiplicando. Incrementa autẽ fidei in populo per tres gradus processerũt. Primus est fidei acquiescere. Secundus æstimare. Tertius certum esse. Secũdum hos tres gradus tria sunt hominum genera in sancta Ecclesia. Primum est eorum, quibus credere est solum non contradicere fidei, qui ita viuunt vt nati sunt, non approbando vel amando in quo nati sunt, qui etsi in alio loco nati essent, fideles nõ essent. Consuetudine enim viuendi fidẽ tenent, non amore, & si instaret Agarenorum persecutio, facile in infidelitatem laberentur. Est & secũdum genus hominum attentius considerantium statũ vitæ humanæ dubium, & ex ea quodãmodo fluctuare incipientium in fide, quoniam multos aspiciunt moribus auersos & alienos à fide, tamẽ ducti pietate fidei, à duobus dubijs hoc eligunt, quod doctrina Catholica dicente didicerunt. Istis pax necessaria, tribulatio periculosa, ne forte de æstimantibus negantes efficiantur, & in tempore persecutionis est eis fuga vtilis. Est & tertium genus hominum, qui cõfirmati & certi sunt in fide, quos Deus vel per exteriora miracula confirmauit, vel per interiorem inspirationẽ edocuit. Isti tribulatione non subiiciuntur, sed exercentur. Secundo, apparet amor beatissimæ Trinitatis ex eo, quod nos ad suã similitudinem fecit, & animam capacem eius fecit. Vnde Augustinus: Animã totius Trinitatis capacem nihil minus Trinitate implere potest. Non enim eã cupiditas implere potest, quia est ille ignis, de quo: *Ignis numquam dicit, Sufficit.* Imo sicut Prou. 30 ignis magis augetur ex appositione lignorum, sic humana cupiditas ex multitudine temporalium. Hanc tamen nunc comprehendere non possumus, quia nec imaginem eius, nec vas nostrum satis ad hoc habemus dispositum. Et licet vas nostrum sit satis magnum, tamen quia est inclinatum ad hæc terrena, ideo impleri non potest. Tertio apparet, quia Trinitas est vita sæculi, in qua viuent beati, cui canitur: Regem cui omnia viuunt. *In quo* Act. 17 *viuimus, mouemur, & sumus.* Quàm igitur amã-

D Fidelium tres gradus.

amanda eſt glorioſa Trinitas, quę eſt vita non ſolum vnius hominis, ſed totius mũdi: non ſolũ corporis, ſed etiam animæ. Si ſic diligimus vitã corporis tranſitoriam, quomodo diligere debemus hanc noſtrã vitam ęternã? Secundo quęritur: Si in neceſsitatibus noſtris debeamus immediate accedere ad ſanctã Trinitatẽ, vel ad ſanctos, vt ipſi pro nobis intercedant apud eam? Et videtur primũ, tum quia (vt dictum eſt) nos ſumme amat glorioſa Trinitas, & pluſquã omnes ſancti, ſecure autem confugit amicus immediate ad amicũ ſuũ in tribulationibus ſuis, tum quia ipſa ſancta Trinitas eſt abyſſus dulcedinis & miſericordiæ, ſancti vero nõ ſunt niſi riuuli dependẽtes, & ab illa abyſſo deſcendẽtes, melius eſt autẽ haurire in fonte & abyſſo miſericordiæ, quàm in riuulis, ergo ſecurius eſt & melius immediate accedere ad ſanctã Trinitatẽ, quã ad ſanctos. Sed oppoſitum apparet ex his quæ videmus in humanis, vbi pauperes non porrigũt immediate ſupplicationes regi, ſed habẽt interceſſores, ad quos primo cõfugiunt. Reſpõdetur primo, quod in Deo duo ſunt, ſcilicet miſericordia, & iuſtitia, ſecũdum illud Pſ. *Miſericordiam & iudicũ cantabo tibi Domine*. Si conſideretur iuſtitia Dei & ex parte noſtra quid ſumus, ex nobis ſecurius eſt accedere ad ſanctos, quia indigni ſumus accedere ad tantã puritatem immundi. Heſter 4. non erat fas, vt quis aulã regis intraret ſacco indutus. Vnde Pſ. *In ſeruos ſuos deprecabitur*. Et: *In ſeruis ſuis miſerebitur*. Et: *Ad aliquem ſanctorũ conuertere*. Sed ſi conſideretur Deus ſecundũ quod miſericors, & etiã quid ſumus ex miſericordia eius, tunc accedere debemus ad abyſſos dulcedinis & miſericordiæ Dei pluſquam ad ſanctos, vt ſatis probãt rationes ante oppoſitum adductæ. Eſt enim Pater fons vitę. Pſ. *Apud te eſt fons vitæ*. Eſt enim fons totius diuinitatis, de quo Pſ. *Sitiuit anima mea ad Deum fontẽ viuũ*. Sed de multis conqueritur. *Me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ*. Filius dicitur fons ſapientię, qui nobis aperuit ſecreta eius, quando eructauit abſcondita à conſtitutione mundi. Ideo appellatur fons patens domui Dauid. *Sors filiorum Iudæ tranſit vſque ad aquas, quæ vocantur fons ſolis*, id eſt, vſquequo fons ſolis apparuerit, durabit Iudæorum ſapiẽtia, ſed poſtea ablata eſt ab eis intelligentia. Sed Spiritus ſanctus dicitur fons bonitatis in valle huius miſeriæ riuulos effundens, cuius ſingula dona ſinguli fontes. Pſalm. *Qui emittis fontes in conuallibus*. Dicitur ſecundo, quod licet ſancti nõ ſint niſi ſtillæ dulcedinis Dei, tamẽ qui ad eos accedit quaſi ad abyſſum accedit, quia ſicut dicit Guil. Pariſ. immenſa Dei bonitas requirit canalia, vt ſuam inceſſanter effluat bonitatem in creaturas ſuas. Et ſicut vnda poſterior in flumine anteriorẽ pellit, vt ſemper & perpetuo fluat aqua, ſic diuina bonitas inceſſanter requirit bonitatem Sanctorum, vt in eis conſequenter, & iugiter effluat.

E *Trinitas ſancta an ſit immediati inuocãda, vel ſancti.*

Pſal. 100. Pſal. 4. Deu. 32. Iob 5. Pſal. 35 Pſal. 41 Hier. 10

Zach. 13 Ioſue 15 Pſ. 103

SERMO IIII. VNDE SVPRA, & in ordine CXIII. Per Thema.

Funiculus triplex difficilè rumpitur. Si ſecundum Hierony. materias grandes parua ingenia non ſuſtineant, & materia de Trinitate altiſsima ſit, & ſecundum Thema quaſi funiculus triplex difficile ſolubilis, & ingenium noſtrum ſit paruum, quomodo poterimus hanc materiam in tanto conſpectu deducere? Vnde ipſe Ezechiel per aquas exeuntes à latere dextro ductus eſt, & primo per aquã vſque ad talos, ſecundo vſque ad genua, tertio vſque ad renes, quarto vlterius nõ potuit tranſire, quia intumuerant aquæ torrentis, ſic quod non poterat tranſuadari. Sic myſteria aliqua Dei poſſunt à ſimplicibus comprehendi. Primo myſterium creationis per talos ſignatum. Tali enim ſunt fundamẽtum & ſtabilimentũ hominis, ſic creatio, vt cognoſcat factura factorem ſuum per res creatas, quod facile eſt, & ideo Propheta non fuit in aqua profunda, ſed vſque ad talos. Secundum eſt incarnationis myſterium, in quo vſque ad genua aquam intrauit, quando

Eccli. 47 Ezec. 47

A *Myſteriorum Dei aliqua magis, alia minus intelliguntur.*

diuina maiestas genu diuinitatis inclinauit in terram humanitatis assumptæ, vt etiam propter eius humanitatem omne genu flecteretur cælestium, terrestriũ & infernorũ. In puluerem enim nostrę humanitatis gloriã suam deduxit Pater. Ps. *Psalm. 7* *Gloriam meã in puluerẽ deducã*, Filiũ scilicet. Tertium mysteriũ redemptionis, in quo vsque ad renes ductus est Propheta per aquam. In renibus autem maxime viget calor hominis, nullus vero maior feruor quàm quod Deus poneret animã suã pro amicis suis. Hoc fuit in passione. Quartũ est Trinitatis mysteriũ tam profundũ, vt cum vellet vltra progredi Propheta, non potuerit. Non enim tãti profunditas mysterij ab intellectu humano comprehendi potest. Ideo à Domino petenda est intel- *Ps. 118* ligẽtia, iuxta illud Ps. *Iuxta eloquiũ tuum da mihi intellectũ*, id est, in arduis passibus eloquij tui da profundã intelligentiam, alioquin in illa abysso periculũ est periclitari. Si tamen peritus nauta illic pertrãseat cum periculo, hoc nõ pede fixo vel natãdo, sed solũ illius nauis auxilio, de qua: *Prou. 31* *Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum*, & hoc dimissis subtilitatibus pertinentibus ad hanc materiã, humiliter intendendo his, quę pertinent ad populi ædificationẽ. Diuersis tamẽ panibus vtũtur homines, quãdoque ordeaceis, quandoque siligineis, quandoque triticeis. Sic in Ecclesia varijs scripturæ locis reficiũtur homines fideles, tamquã oues Christi. Panis ordeaceus est, quando historia texitur: siligineus, quãdo ad mores trahitur: triticeus, quando verum illud triticũ in ara crucis contritum redolet. Aut magis, cũ clarus est sensus, ordeaceus est; cũ partim patet, partim latet, siligineus; sed cum carus est sensus & difficilis, sicut in materia Trinitatis, tunc triticeus est. Carius enim est triticum cæteris speciebus. Prædicator autem quærere debet sicut *Ioan 6.* Christus: *Vnde ememus panes vt manducent hi?* quia necessaria est multa largitas diuina, vt vnusquisque modicum quid accipiat, quia de multis quæ prædicat, populus pauca memoriæ tradit. Illã ergo nauẽ institoris ingrediamur, panem hunc triticeum accepturi, ei dicentes: Aue, &c.

B Panibus diuersis diuersi sensus scripturarum signãtur.

Funiculus tria solet operari, mensurat enim, trahit, & ligat. Hæc tria circa nos operatur beatissima Trinitas, sicut deducemus sermone præsenti. Mensurat enim per fidem ingenium, trahit per spem desiderium, ligat per amorem animum. Primo quidem mensurat ingenium nostrũ, & inuenit paruum: mensurat humilitatẽ ingenij, qua se captiuat in obsequiũ fidei, & inuenit magnã & magno lumine capacem, ita vt quo maior talis captiuatio intellectus fuerit, eo sit homo capacior ad intelligendũ sanctæ Trinitatis mysteriũ. Circa quod quæritur primo, vtrum ingenium viatoris possit fieri tantæ capacitatis per fidem, vt comprehendat secretũ glorioſissimæ Trinitatis. Quod sic videtur, quia dicit Apostolus: *Sequor si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum.* *Phil 3.* Glos. Si aliquo modo perfecte potero cognoscere Christum, qui est summa beatido, sed non secutus fuisset, nisi possibile fuisset ab eo comprehendi. Item ibi Glos. In quo & comprehẽsus sum, vt videã eũ sicuti est, sicut ipse me videt sicut sum. Item hoc allegabat suis quod in se cupiebat: *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum*, longitudo, scilicet æternitatis, latitudo charitatis, sublimitas maiestatis, profundum sapientiæ Dei. Et sequitur: *Vt impleamini in omnem plenitudinẽ Dei.* Igitur responsio. Dicitur primo, quod nihil est magis intelligibile quàm ipsa diuinitas. Hoc probat Alexand. de Hal. parte 1. Certius (inquit) videtur lux quàm ea quę lumine videntur. Est autem Deus ad omnia intelligibilia sicut lux ad omnia visibilia. Augustinus in primo Soliloquiorũ: Quomodo in hoc sole aduertimus quod est, quod fulget, quod illuminat: sic in secretissimo Deo tria animaduertere debemus, quod est, quod intelligit, quod cætera intelligere facit. Item idẽ ibidem: Terra visibilis est & lux, sed terra nõ nisi luce

Ephes. 3

Ibidem.

C *Nota quæstionem.*

luce illuſtrata, lux autem ſeipſa. Dicitur ſecundo, quod ipſa diuinitas pro preſenti lumine fidei, quod à Deo procedit, & in tenebris creaturarum clare intelligitur. Pſ. *Poſuit tenebras latibulum ſuum.* Sicut enim lux effectiue videtur in aëre vel colore, quia facit talia videre, non tamen in ſua ſpiritualitate, ſed in aliena materia; ſic lux æterna pro præſenti videtur ſeipſa, quia cauſat ſui cognitionem, ſed non in ſeipſa, id eſt in ſua ſpiritualitate, ſed in creatura, quæ eſt medium materiale deferens ipſam lucem ad intellectum. Vnde Hugo de ſancto Victore in libro de Scala Iacob: Differentia eſt inter cognitionem hominis & Angeli, quia Angeli ad contemplationem Trinitatis non indigent ſcala, quia volant vſque illic per cõtemplationem, homo autem, qui volare non poteſt, indiget ſcala. Scala autem eſt vehiculum creaturæ, Angeli autem non per creaturas. Vnde Guil. Pariſ. de vniuerſo: Auicebron Philoſophus dicit creaturas erexiſſe ſe ad creatorem, id eſt, aliqualem ipſius ſimilitudinem ſuſcepiſſe, & feciſſe ei vmbram, id eſt ſimilitudinẽ eius. Ducunt enim ſingulæ creaturæ in cognitionem creatoris, vt veſtigia ferarũ venatores ducunt ad latibula earum, & ſuos inueſtigatores adiuuant ad ſui inuẽtionem: quam igitur culpãdus eſt homo, qui Deum non cognoſcit, quando tot inueſtigatores ſuiipſius ad inuentionem ſui tamquam noſtros adiutores ordinauit, & tamen vix homo cognoſcit Deum. Dicitur tertio ſecundum Auguſtinum ad Paulinum, quod differentia eſt inter videre & comprehendere, quia videre non ponit niſi præſentiam rei, comprehẽdere autem ponit totũ in videndo includere, ita quod de re nihil lateat, & ſic impoſſibile eſt Deum cõprehendere. Cum enim corpus videmus, etiam non comprehendimus, cum nec totum videamus, quia ſi videmus faciem, non videmus dorſum, & econtra. Quomodo igitur Deum comprehendere poſſumus? Doleat igitur homo (vt dicit Aug.) quia non cõprehendit, & quia in ſe inuenit vnde impeditur à comprehenſione, & illud remoueat; & ſic Apoſtolus comprehenſionẽ pro viſione accipit. Secundo quæritur, vtrum ratione naturali potuerit inueſtigari myſterium Trinitatis, quod ſcilicet ſit pluralitas perſonarum in diuinis. Quod ſic videtur, quia Ariſt. 1. Cæli & Mundi dicit: Per hunc numerũ, ſcilicet ternariũ adhibuimus nos ipſos magnificare Deum vnũ eminentem; ergo videtur quod in earum cognitionẽ deuenerit. Secundo, Aug. li. 7. Confeſionũ dicit ſe legiſſe in libris Platonis, non quidem in his verbis, ſed idem hoc omnino multis & multiplicibus rationibus, quod *in principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ*, &c. Huiuſmodi quę ſequuntur. Tertio, dicit glo. Rom. 1. quod Magi Pharaonis defecerunt in tertio ſigno, id eſt in notitia tertiæ perſonę, ſcilicet Spiritus ſancti, & ſic ad minus duas perſonas cognouerũt. Quarto, Trimegiſtus ait: Monas genuit monadem, & in ſe ſuũ reflectit ardorẽ, per quod videtur intelligi generatio Filij, & proceſsio Spiritus ſancti. Quinto, philoſophi potuerunt deuenire in cognitionẽ Dei, quantum ad ea, quæ in creaturis relucẽt, ſed in anima impreſſa eſt ſimilitudo Trinitatis perſonarum; ergo per potẽtias animę, quas philoſophi multum conſiderauerũt, potuerũt in cognitionẽ Trinitatis deuenire. Ad oppoſitum arguitur: *Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerũ, argumentum non apparentium*, ſed Deum eſſe trinum & vnũ eſt articulus fidei, igitur nõ apparet rationi. Item Amb. Impoſsibile eſt generationis ſcire ſecretum, mens deficit, vox filet. Et Hilar. de Trinitate: Non poteſt homo ſua intelligentia generationis ſecretũ cõſequi. Reſponſio. Dicitur primo, quod myſterium vnius veri Dei poteſt ratione deprehẽdi. Vnde Damaſ. li. 1. Cognitio Dei naturaliter omnibus eſt inſerta, ideo videtur naturaliter ſcripta in cordibus hominũ, ſecundum illud Rom. 1. Vbi oſtendit Apoſtolus legem ſcriptã in cordibus gẽtium. Hoc enim ſcriptum eſt in duabus tabu-

Pſal. 17.

Ioan. 1.

Hebr. 11.

D
Vnitas Dei poteſt ratione deprehendi

Rom. 2.

lis cordis, scilicet in aspectu & affectu, hoc
Deut 9. est in intellectu & voluntate. *Dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas vtraque digito Dei.* Non obstante tamen scriptura ista, multi duplici de causa eam non vident, quãuis sit indelebilis. Vna est defectus in aspectu. Nam inueterati dierum malorum propter vetustatẽ peccati non
Gen 27. bene possunt eam videre. *Senuit enim Isaac*
Nota. *& caligauerunt oculi eius.* Ideo scripturã istã legere nequeunt, maxime nimis eis propinquam, sicut senes de propinquo non bene respiciunt, hoc est in cordibus eo-
Dan. 5. rum. Dan. 5. Balthasar & sui non poterãt scripturã legere. Ideo indigent ad legendum eam oculo vitreo, quia vitrũ in aspectu legentis facit literam grossiorem, ideo mediante vitro legit senex. Vetustatem hanc peccati facit cõmuniter nimia mundi prosperitas. Dicit enim sapientiũ prouerbium, quod fortuna quem nimis fouet, stultũ facit. Ideo qui literã hanc in cordibus suis de Deo legere non possunt, respiciant mediante vitro, id est, attendãt quã labilis & fragilis est mundi prosperitas, & qualiter vitrea est, & sic scriptura de Deo in corde suo ingrossata apparebit sic, quod poterit eã legere expresse, & cõsequi illud præmium promissum Dan. 5.
Idem. *Quicumque legerit scripturã, purpura vestietur,* & ex scriptura informatus dicet cum Ps.
Psal. 55 *Ecce cognoui quoniam Deus meus es.* Secunda causa est malitia in affectu. Sicut enim pellis, in qua est scriptura, quantumcumque litera sit grossa, tamen si ponatur in ardore ignis aliquamdiu, ipsa carta cõtrahetur, ita vt litera efficiatur gracilis nec legibilis, ita & voluntas nostra, in qua naturaliter scribitur præceptum de dilectione Dei. Est enim secundum Boëtium 3. de Cõsolatione, mentibus hominũ veri boni inserta cupiditas naturaliter, quæ quidem scriptura, quamuis sit expressa satis & grossa: tamen affectus noster quãdo in ignem variarum concupiscentiarũ proijcitur, incipit cõtrahi. Cum enim capacitas eius naturalis solo Deo impleri possit, qui est bonum infinitum, ex directione ipsa per prauas concupiscentias ad bona temporalia, de capacitate infinita contrahitur ad capacitatem finitã, quę est maxima contractio. Iob: *Cutis mea aruit, & contracta est.* Iob 30. Similiter & hæc carta in hoc igne efficitur rugosa, rugis iniquitatis plena. Iob: *Rugæ meæ testimonium dant contra me.* Iob 16. Et ideo necesse est scripturam istam non bene legere, & causa huius est incensio cartæ. Ps. *Incensa igni & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt.* Psal 79 E Dicitur secundo, quod si Trinitatis mysterium ratione traderetur inuestigandum, tria sequerentur inconuenientia, vt deducit B. Thomas in summa contra gentiles. Primũ est quod paucis hominibus Dei cognitio inesset, quia à fructu studiosæ inquisitionis, quæ est inuentio veritatis, plurimi impedirẽtur propter tria. Primo, propter complexionis indispositionem, quæ ad alta ingenium scandere non permittit. Secundo, propter occupationem rei familiaris, ex qua fit distractio à contemplatione diuinorum propter intentionem occupatam in administratione temporalium. Tertio, propter desidiam, quæ laborem minuit, vel adimit necessaria ad cognitionẽ Dei. Secundum inconueniens, quod illis paucis etiam optimæ complexionis existentibus rei familiari non occupatis & laboriosis illa Dei cognitio post longum tempus inesset, vtpote iam illis fatigatis & senescentibus, quia ad illã consequendam humano ingenio multa prærequiruntur, quæ obtinere facile non est, puta animã lucidam esse & purgatam à passionibus & fluctuationibus cogitationũ, quæ omnia in iuuẽtute possidere aut difficile aut impossibile est. Tertium inconueniens, quod huic cognitioni humanæ de Deo frequenter falsitas esset admixta propter debilitatem nostri intellectus in iudicando. Salubriter ergo prouidit Deus, vt hæc fide tenerentur, ad quę etiam humana ratio pertingere potest, vt quod Deus est vnus præmiator & prouisor generis humani, vt sic faciliter omnes essent diuinæ cognitionis participes, attestante Spi-

Trinitatis mysterium non traditur ratione inuestigãdum.

ritu

Digitized by Google

Esai. 54 ritu sancto per Esaiam: *Ponã vniuersos filios tuos doctos à Domino.* Dicitur vlterius & tertio, quod qui nititur probare Trinitatem personarum ratione naturali, fidei dupliciter derogat, vt dicit idem Tho. parte 1. Primo, quantum ad dignitatem ipsius, quæ est vt sit de rebus inuitibilibus; quæ rationẽ humanam excedunt: vt patet per Apostolũ in diffinitione fidei iam allegata. Vnde & Apostolus ipse, licet raptus sit vsque ad tertiũ cælũ: non tamen est ausus mysteriũ Trinitatis inuestigare, nisi secũdum verba admirationis & laudis, dicẽs:

Rom. 11 *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vie eius!* Secundo, quoad vtilitatẽ trahẽdi alios ad fidem. Cum enim ad probandũ fidẽ inducit quis rationes, quæ non sunt cogẽtes, cedit in derisionẽ infidelium. Credũt enim quod huiusmodi rationibus innitamur, & propterea credamus. Ea ergo quę sunt fidei, non sunt tentãda probari nisi per auctoritates, his qui auctoritates suscipiũt. Apud Christianos autẽ sufficit defendere nõ esse impossibile quod probat fides. Inde Dionysius dicit 2. c. de diuinis nominibus: Si aliquis est totaliter eloquijs resistens, longe erit à philosophia nostra. Si autẽ ad veritatem eloquiorum, scilicet sacræ scripturæ respicit, hoc & nos canone vtemur. Tertium potest superaddi, quod hoc derogat stabilitati fidei. Tales enim (vt dicit Esaias)

Esai. 36 *confidunt super baculũ arundineum confractum*, id est, super ratione facile frangibili. Pro-

3. Reg. 19 pterea Helias (vt legitur 3. Reg. 19.) post sibilum auræ tenuis, in quo cognouit esse Deum, vultum suum pallio operuit, id est mentem, ne altiora se pręcipitanter quęreret, ex propria infirmitate velauit. Vnde Iudicum 13. dicit Manue ad Angelum:

Iud. 13 *Quod est tibi nomen?* Cui respondit: *Cur quæris nomen meum quod est mirabile?* id est inexplicabile. Si ergo de nomine deitatis prohibemur inquirere, quid de re ipsa nominis, scilicet Trinitate, curiose & superbe scrutabimur? Moyses enim posuit terminos circa montem, ne bestia montem tangeret. Sic patres nostri in hac materia terminos posuerunt, vltra quos non est transgrediendum per temerariam & inutilem inquisitionem. *Exo. 34*

F Trinitatem probare laborans ratione naturali fidei derogat.

Dicitur quarto, quod Philosophi non cognouerũt mysteriũ personarũ diuinarũ per propria, quæ sunt paternitas, filiatio, & processio. Apostolus: *Loquimur sapientiam Dei, quam nemo principum huius sæculi cognouit*, id est philosophi, secundũ glos. cognouerũt tamen quędã essentialia, quæ attribuũtur eis, puta sapientiã, potentiã, & bonitatẽ. Nec Aristoteles ex loco allegato voluit ponere Trinitatem in diuinis, sed volebat dicere quod vtendũ erat ternario numero in sacrificijs & orationibus propter ternarij numeri perfectionem, quæ in omnibus creaturis apparet, quæ habent principiũ, mediũ, & finẽ. Neque Magi Pharaonis cognouerũt personas diuinas, nisi secũdũ quędã appropriata, sed in tertio defecerũt, id est in bonitate, quæ est appropriatũ Spiritus sancti, quia nõ cognouerũt eã, quoad potissimũ eius effectũ, scilicet incarnationẽ & redẽptionem, vel quia non intenderunt tantũ bonitati diuinæ, quam etiã non imitabãtur, sicut venerati sunt potẽtiã & sapientiã Dei. Nec verba Hermetis Trimegisti referumur ad generationẽ Filij vel processionẽ Spiritus sancti, sed ad productionẽ mundi. Nã vnus Deus produxit mundum vnum propter lui ipsius amorẽ. Nec inuenitur in libris Platonis verbum eodẽ modo dictum sicut in Euangelio Ioannis. Capit enim verbum pro ideali ratione, per quam Deus omnia condidit, licet Plato dicatur legisse Prophetas & multa de scripturis sacris, cum transijt in Ægyptum ad studium Mathematicæ, quæ tũc ibi vigebat. Dicitur quinto, quod anima rationalis ad similitudinẽ Trinitatis creata est tãquam quoddam vas præparatum ad susceptionem Trinitatis æternæ. Sunt enim hæc tria in anima rationali, voluntas, ratio, & memoria. Per volũtatem susceptibiles sumus amoris, per rationẽ seu intellectum sapientiæ, per memoriam

2. Cor. 2

ſtabilitatis, quæ eſt Trinitas. Inde factum eſt, vt cum primus homo dedit in ſua voluntate locum cupiditati, ex Dei iudicio incurrit ignorãtiam veritatis & pœnã inſtabilitatis, quæ eſt mortalitas; & ſic excluſa eſt à voluntate charitas, ab intellectu veritas, à memoria firmitas. Illa tamẽ ſimilitudo Trinitatis relucens in anima eſt imperfecta & deficiens, ideo non poteſt ducere in perfectam cognitionẽ Trinitatis. Pro ſecunda parte principali dico quod glorioſiſsima Trinitas trahit deſiderium noſtrum per ſpẽ. Primo, in bona opera. Bona enim opera ſunt initiũ ſpei. Pſal. *Sacrificate ſacrificiũ iuſtitiæ, & ſperate in Domino.* Spes etiam mouet ad continuanda vel facienda bona opera, dum ſperans conſiderat ſe non poſſe aſſequi ſperatũ ſine bonis operibus. Vnde Gen. 30. ad aſpectum trium generũ virgarum concipiebant oues, quia ad contẽplationem potẽtiæ, ſapientiæ, & bonitatis Trinitatis, quibus mundũ dirigit, concipiunt Chriſti fideles bona propoſita, & pariũt bona opera. Quomodo trahat noſtrum affectũ, patet, quia *filius ſapiens gloria eſt Patris.* Pro. 10. *Qui cũ ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portans omnia verbo virtutis ſuæ.* Hebr. 1. Quem diligit pluſquam omnes creaturas quãto excellit eas, & tamen eum in puluerem deduxit. Quid ergo conſiderabit pius affectus, niſi quod opera faciat pro eo iuxta poſsibilitatem? Ideo accipe tibi vaccã triennem, id eſt Eccleſiam fide credentem in Trinitate, & tunc vere ſacrificiũ Deo gratum offeres. Secundo, trahit in ſpẽ victoriæ, quia *hæc eſt victoria, quæ vincit mundum fides noſtra.* 1. Ioan. 5 Inde tres viri fortiſsimi obtulerunt Dauid in certamine aquam de ciſterna Bethleem, id eſt, conſolationem in tribulatione de diuinæ eſſentiæ cõſideratione. Tertio, trahit in ſpẽ plus cognoſcendi & habendi, cum modicũ quid hic guſtetur, & cognoſcatur, & hoc dum quaſi quodã funẽ humilitatis trahit ad contemplationem immẽſæ benignitatis ſuæ, & cęleſtiũ bonorum, quę ſunt iuſtis repoſita. Quod enim trahat nos glorioſiſsima Trinitas ad contemplationem ſui & cæleſtium, patet per iſtud: *Quis appendit tribus digitis molẽ terræ?* quaſi dicens, Nullus niſi Deus trinus & vnus, qui ſua potentia, ſapientia & bonitate quaſi tribus digitis molẽ terræ, id eſt ponderoſitatem corporũ appẽdit ſurſum eleuando ad contemplandũ ſe & cęleſtia. *Per tria mouetur terra,* id eſt, per Trinitatem terrenus homo mouetur ad ea, quæ ſurſum ſunt ſapienda. Et quod ad illã cognitionẽ vel contemplationẽ trahatur homo per funem humilitatis, profitetur Dominus loquens Patri: *Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis*, id eſt humilibus. Sic appenſus & eleuatus erat Auguſtinus, qui cum libros de Trinitate ſcriberet, & eũ quędã vidua deſolata ſalutaſſet, nec ipſe quicquã ei reſpondiſſet, triſtis abſceſsit. Sequenti vero die cũ Miſſam ẽius audiret, vidit Auguſtinũ, facie inclinata de Trinitatis gloria diſputantẽ, factaq; eſt vox ad eã dicẽs: Cũ ad Auguſtinũ iuiſti, tunc attentiſsime de Trinitate diſputabat, & ideo quod ibi fueris, non aduertit. Cuius tamen cõtemplationem tria maxime impediunt. Primo, appetitus honorũ, qui eſt appetitus diabolicus, de quo dictũ eſt Petro: *Vade retro ſathana, nõ ſapis ea quæ Dei ſunt.* Secundo, vita lubrica. Hinc Apoſt. *Animalis homo non ſapit ea, quæ ſunt Spiritus Dei*, id eſt beſtialis homo. Tertio, rerum cupiditas. *Si terrena dixi vobis*, ſupple contemnenda, *& non creditis, quomodo ſi dixero vobis cæleſtia amplectenda, credetis?* Valet autẽ hæc cognitio & cõtemplatio Trinitatis primo ad humiliandum intellectum noſtrum, vt conſideremus nos non poſſe metiri anguſtijs intellectus noſtri creatorem noſtrum, & eius immenſitatem noſtra includere paruitate, conſiderãdo inſuper quomodo Deus vnumquemque noſtrũm ſua immenſitate bonitatis præuenit. Vnde quidam electus in Epiſcopum, oblata ſibi prælatione ait: Vicifti me Domine infatigabili bonitate tua, qui beneficia tua mihi ſemper largiri non ceſſaſti, & ego ſemper mala reddere non deſtiti. Qui abiens relictis omni-

G. *Trinitas ſancta trahit nos in ſpẽ multiplicem* Pſal. 13.

Gen. 30

Pro. 10. Hebr. 1.

1. Ioan. 5

H *Trinitatis contemplatio per tria impeditur.* Mat. 16 1. Cor. 2 Ioan. 3

Eſai 40

Pro. 30

Matt 11

omnibus ſtrictę religioni ſe dedit. Sic ſentiebat Dauid cum fuit in exceſſu mentis, & lucem illam inacceſſibilem quodammodo attingebat: *Longè*, tamen dicit, *proteſtus ſum à facie oculorũ tuorum*, vt non poſſim cognoſcere ſicut & cognitus ſum. Cognoſcit enim me vndique, & tamẽ ipſius paucum cognoſco. Secundo, valet ad timorem Dei habendum. Pſ *Quò ibo à ſpiritu tuo*, ecce tertiam perſonam Trinitatis, *& quò à facie tua fugiã?* Facies enim Dei Patris, in qua viſus eſt in terris, eſt ipſe Filius, iuxta illud: *Qui videt me, videt & Patrem meũ* Tertio, principaliter dico quod ſanctiſsima Trinitas ad modũ funiculi ligat nos per amorẽ, quia nos maxime diligit, vnde & amore reciproco debemus eam diligere, ſicut ſatis declaratũ eſt ſermone præcedenti. Dico tamen vlterius quod amanda eſt glorioſa Trinitas propter tria. Primo, quia Dominus noſter eſt & Deus, ſicut debet amare ſubditus dominum naturalẽ, & filius patrem. Differt autem gubernatio illius à temporali alterius dominio, quia aliorũ gubernatio ad alios tantũ ſe extendit quãntũ proprium commodũ requirit. Vnde talis alios gubernans indiget vt ab eis conſeruetur, & nutriatur. Non ſic glorioſa Trinitas, cui canitur, Beata & benedicta creatrix & gubernatrix omniũ. Non enim bonis noſtris indiget, ſed econtrario nos indigemus ſuis. Pſ. *Bonorum noſtrorũ non eges.* Quã quærendum eſt ſubeſſe illi dominationi, qui cũ ſit ſine menſura, ſe poſuit ad menſurã, vt nos ad mẽſuram reduceret. Ideo debemus laudare, ſicut ſancta animalia dicentia: Sanctus, ſanctus, ſanctus. Si rex quitaret tallias, & daret de ſuo patrimonio, laudaretur vſque ad extremũ cælũ: quanto magis glorioſa Trinitas. Vnde inuitant reges ad laborẽ, vt viuãt de labore ſuorum, hæc beata Trinitas ad quietẽ, & conſolationem. *Conſolamini, conſolamini, dicit Deus veſter.* Secundo, amãda eſt ſicut corpus amat vitam ſuam, quia eſt vita totius ſæculi. *In quo viuimus, mouemur, & ſumus.* Hæc autem vita lõge eſt à nobis per proprietatem, ſicut eſſentia creatoris diſtat à creatura, ſicut primum ab vltimo. Hieremias: *Putáſne Deus de vicino ego ſum, & non de longè?* Et tamen ex bonitate ſua tam infinita longinquitas appropinquat homini, licet homo ad eam appropinquare nolit. Eſaias: *Populus iſte labijs me honorat, cor autem eorũ longè eſt à me*, ideo timẽdum eſt ne longe recedat à nobis, ſicut hirundines ſentientes intemperiem aëris ita lõge recedunt quod non inueniuntur, ſed aëris temperie redeunte etiã appropinquãt & redeunt, & humanis viſibus ſe repræſentant. Sic Deus ſentiens in corde humano intemperiem vitiorum, & indeuotionis frigus, longe ab eo ſic recedit, quod ipſum in ſuis neceſsitatibus non inuenit neque ſentit, ſed ſi tempus gratiæ redierit, ſtatim redit. Propterea plorãdo dicat peccatrix anima, Idcirco ego plorans & oculus meus deducens aquã, quia longe factus eſt conſolator cõuertens animam meam. Tertio, amanda eſt, quia eſt ſicut riuus fontis, qui arcſcit ſine fonte, quia ſcilicet continue in nos ſuæ bonitatis riuulos deriuat, ad bonum nos aſsidue inuitando per illud Eſaiæ: *Queſcite agere perueſe, diſcite benefacere*, etiam ad bonum nos perducet, dummodo nõ dimittamus ſocietatem eius.

1 Trinitas diligenda eſt.

DE EODEM FESTO, SER. V. & in ordine CXIIII. Per Thema.

Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus. Triplex in ſcripturis reperitur benedictio, vna mala, alia indifferens, tertia bona. Prima benedictio mala & infernalis eſt, qua benedicunt adulatores, & benedicunt tyranni & principes, de qua Pſal. *Laudatur peccator in deſiderys animæ ſuæ, & iniquus benedicitur.* Quæ ideo dicitur infernalis, quia adulatores velant oculos malorum ſuis blanditijs, & ſic ducunt eos in infernum. Pſ. *Anima eius in vita ipſius benedicetur.* Et ſtatim ſequitur, *vſque in æternum non videbit lumen.* Eſt enim adulatio tinea creſcens

A Benedictio triplex.

cens in capitibus maiorum, quæ eruit oculos eorum ne videant, & facit vt non habeant capillos in anteriori, id est prudentes consiliarios, qui eos dirigat. Adulatio enim causat tineam in ali regiminis in capitibus. Secunda benedictio est indifferens, quæ dicitur benedictio sinistræ Dei, & hæc est benedictio bonorum fortunæ, de qua: *In sinistra eius diuitiæ, & gloria.* Et: *In pinguedine terræ erit benedictio tua.* Hac benedictione aliqui male vtuntur, quia ad carnis delectationem. Psal. *Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum.* Ad carnis delectationem fuit hæc benedictio Sodomitis, quorum occasio peccati fuit abundantia panis, & otium. Similiter & illi diuiti, qui sepultus est in inferno, cui dictum est: *Recepisti bona in vita tua.* Alij bene vsi sunt, vt Abraham, cui fuerũt oues & boues, & asini, &c. non ad carnis delectationem, sed ad pauperum subuentionem. Hac benedictione bene vsus est Iob, sic & Paulus, dicens: *Scio abundare, scio & penuriam pati.* Qui tamen hanc benedictionem habent, non propter hoc recipiunt benedictionem pacis, imo hæc benedictio tollit pacem, & est causa omnis diuisionis, processuum & tribulationum. Chrysost. Homil. 17. super Epist. ad Tit. Auferamorem pecuniæ, & cessabit omne prælium, cessabit bellum, cessabit inimicitia, cessabit omnis altercatio. Istæ sunt aquæ contradictionis, in quibus iurgatus est populus contra Dominum. Ps. *Anni nostri sicut aranea meditabuntur.* Ex fumo terræ causantur araneæ, id est, insurgunt ex ira terrenorum vitiosi homines, quæ in domibus & in Ecclesijs, velint nolint homines, habitant, etiam in superioribus, sic tales in melioribus prædijs & beneficijs se ponunt. Tertia benedictio est optima, quæ procedit à dextera Dei, & hæc est triplex, scilicet naturæ, gratiæ & gloriæ. Benedictione pacis, quæ est naturę, benedixit Dominus in pace hora suæ natiuitatis, quando cecinerunt Angeli: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Tunc enim facta est pax vniuersalis in toto orbe. Sicut enim si quis collectas spicas obtulit Deo de segetibus, omnis cãpus inde benedictionem reportare videtur, sic Christus per suam humanitatem benedici fecit naturam nostram. Secũda benedictione benedixit populo in pace hora suę passionis instante, quando dona gratiarum eis dedit, & maiora promisit. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Patres enim morte imminente benedictionem reliquerunt filijs suis, vt patet in Isaac, Iacob & Ioseph. Ambrosius lib. de Benedictionibus Patriarcharũ: Si pater est pauper, & nõ habet diuitiarum copias, quas relinquat filijs, habet tamen vltimæ benedictionis hæreditatem, quam in sanctificationis ope suis successoribus largiatur. Sic & Christus benedictionem dabit legislator. Tertio, benedicturus est in pace gloriæ populo suo, & hoc in reditu suo ad iudicium, quãdo *multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis.* Benedictio igitur ista dexteræ nobis est necessaria, quam quæramus medio illius, quæ pacis mediatrix fuit inter Deum & hominem, dicentes ei: Aue, &c.

Quia vna bonitas aliam requirit, si benedixerimus Domino, Dominus benedicet nobis. Benedicit enim Deus nobis, quando dona sua nobis cõmunicat; Deo autem benedicimus, quando eius beneficia ab eo habuisse recognoscimus. Hoc enim exigit gratitudo, vt pro benedictione benedictionem reddamus. Nam secundum doctrinam Aristot. 1. Cæli & Mundi, nullus motus potest esse perpetuus & continuus, nisi motus circularis; processus autem diuinorum beneficiorũ in nos est quasi quidam motus. *Omnibus mobilibus mobilior est sapientia*, quia ad omnes effectus, quos sapienter agimus, ipsa nos mouet, & dirigit, & subito adest; ideo, nisi fuerit circularis, non potest perpetuari & continuari processus iste. Efficietur autem circularis per hoc, quod bèneficia, quæ ad nos procedũt, per gratiarũ actionem in Deum tamquam in suum principium reuertantur. Vnde Deus operatur

omnia

Prou. 3. Genes. 4. Psal. 72. Luc. 16. Gen. 14. Phil. 4. Psal. 89. Luc. 2. Ioan. 14. Esai. 9. Sap. 7.

omnia in omnibus, ideo ipsi gloria in sæcula. Sancti enim in patria per hunc modum continuant & perpetuant prædictum processum. *Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur*, vt iterum fluant. Psalm. *In sæcula sæculorum laudabunt te*. Multi tamen hoc faciunt sicut gallina, quæ respiciens ad miluum, oculos eleuat sursum amore pullorum suorum, sic tales amore terrenorum. Petamus igitur à Domino, vt nos benedicat in pace, quia benedictio sua est multum desiderabilis, & plurimum differens à benedictione Episcopi. Primo, quia non omnes, qui habent benedictionem Episcopi, vadunt cum ipso ad conuiuium, nec propter hoc habent quicquid volunt, ideo à multis parum appretiatur, & mensuratur ad longas vlnas. Inde solet dici: Ego do vobis tres vlnas de benedictione Episcopi. Sed non sic de benedictione Dei, quia qui ea benedicitur, inuitatur ad conuiuium & honoratur. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum*, &c. Et iterum quicquid voluerint obtinebunt, & tot bona ac si esset aqua. *Benedictio illius quasi fluuius mundabit*. Secundo; quia Episcopus benedicit tam bonis quàm malis, quia nescit inter eos distinguere, Deus autem bene scit quis est bonus, ideo non dat eam nisi bonis. *Benedictio Domini super caput iusti*. Merito itaque quærenda est ipsa benedictio Dei. Si autem propter vnum iustum benedixit Dominus domibus malorum temporaliter, vt propter Iacob benedixit domui Laban. Et propter Ioseph benedixit domui Ægypti, quanto magis propter plures iustos & timentes Deum, vt speramus, hic assistens, benedicet Dominus domui huius ciuitatis vel regni. Dicamus ergo: *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus*. Sanctæ Trinitatis benedictio & inuocatio ad plurima valere solet. Primo, valet ad illuminationem intellectus. Psalm. *Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis*, scilicet Patre, & Filio, & Spiritu sancto. Sapiens: *Omnis sapientia à Domino Deo est*. Iob: *Sapientia trahitur de occultis*, nihil autem glorioſa Trinitate occultius. Vnde 2. Reg. 23. tres viri fortissimi perrexerunt per media castra, & hauserunt aquam de cisterna Bethleem, & attulerunt Dauid vt biberet, ille autem noluit, sed libauit Domino. Sic tres personæ omnipotentes hauserunt aquam in diuina essentia, aquam quidem sapientiæ salutaris, quam Dauid, id est populo fideli obtulerunt, sed ille noluit eam sibi incorporare, dando sibi gloriam, sed eam dedit Deo, dicens: *Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam*. Inde Pater dicitur, Pater luminum, quia in modum lucis omnia communicat. Ioannes: *Ista est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Propter quod Iudæi, quia ab hoc lumine receſserunt, & similiter hæretici cæci facti sunt. Psal. *Errauerunt ab vtero*, id est à ventre, & interioribus legis, in quibus gerebatur fides Trinitatis, & hoc ipsam male interpretando: ideo sequitur, *locuti sunt falsa*. Et ad hoc facit quod recitat Gregorius 4. Dialog. cap. 29. Quidam Episcopus Arrianorum Spoletanam accesit Longobardorum vrbem, qui ab Episcopo petijt locum, quem suo errori dedicaret, cui dum negasset, dicit Episcopus Arrianus se vi intraturum aliquam Ecclesiam. In crastino dum Ecclesiam sancti Pauli vellet intrare, custos Ecclesiæ cum seris & repagulis ostia eius clausit, & lampades extinxit. At ille cum collecta multitudine vellet effringere fores, subito portæ diuinitus apertæ sunt eis, & lampades accensæ effuso desuper lumine. Et tunc Episcopus ille Arrianus subita cecitate percussus est, & alienis manibus ad suum habitaculum reductus. Et sic factū est quod per lumen sanctæ Trinitatis & iste Episcopus lumē perderet, & in Ecclesiā lumē rediret. Hæc Greg. Vnde quærit Psal. *Quis ostendit nobis bona?* id est, quando aliquid bene vel male fit; & respondet: *Signatū est super nos lumē vultus tui Domine*. Lumen procedēs à vultu Patris Spiritus sanctus est, vultus Filius Dei, quia sicut in vultu hominis maxime

B *Benedictio Dei differt à benedictione Episcopi*

C *Benedictio Trinitatis quantū valeat.*

ximè apparent indicia voluntatis, propter quod dicitur, Vultus à voluntate, & voluntas Dei Patris, qua dilexit nos, maxime apparuit in Filio suo. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Illud autem lumen impressum est & signatum super nos, quando verbum incarnatum est, & facta est humana natura cera, de qua Psal. *Factum est cor meum tamquam cera liquescens*, cui impressum est signum illud dilectionis. Secundo, valet ad contemptum mundi. Sicut enim cũ quis est in aliquo tempore percussus à radijs solis, vel vidit solem in rota, tunc declinãs ad res inferiores non potest bene eas videre, sic qui Trinitatis bonitatem cõtemplatus est, tres videlicet soles, id est tres personas, vix videre potest hæc inferiora, vt patuit in Martino, qui cum ad cælum tenderet, terram dedignabatur aspicere. Secundo, hoc idem patet, quia qui bene Trinitatem respicit, se nihil esse fatetur, & si se contemnit, à fortiori cætera quæ in mundo sunt. Sic Abraham cum Deo appropinquaret, & ei loqueretur, se nihil nisi puluerem & cinerem dixit: *Loquar (inquit) ad Dominum meum, cùm sim pulvis & cinis.* Solus enim Deus proprie est. *Qui est misit me ad vos.* Et hoc quia nõ mutatur per affectus. Malachias: *Ego Deus, & non mutor.* Nec mutatur loco. Sapiens: *Attingit à fine vsque ad finem fortiter.* Et iterum Psalmus: *Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.* Hieremias: *Cælum & terram ego impleo.* Nec mutatur per tẽpora. Psalmus: *Tu autem idem ipse es.* Sed homo improprie est, quia mutatur per affectus. Iob: *Numquam in eodem statu permanet.* Et per loca. *Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Et per tempora. Psal. *Sicut vmbra cùm declinat, ablatus sum.* Ideo proprie homo nihil est comparatus Deo. Consideratio igitur huius sanctæ Trinitatis valet ad contemptum sui, & per consequens mundi. Propter hoc Helias pergens Barsabee, id est homo sanctus in puteum sacræ doctrinæ, venit in desertum, id est in contemptum mundi, & ibidem obdormiens in contemplatione inuenit panem, id est intelligentiam mysteriorum qua reficeretur. Tertio, huius inuocatio & benedictio valet contra mundi pericula. Hoc significatũ est Exodi 5. *Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem*, id est in mundo isto peregrinemur cum fide Trinitatis, *vt sacrificemus Deo nostro, ne forte nobis accidat pestis aut gladius.* Refert enim Damascenus quod cum apud Constantinopolim grauis vigeret pestilentia, quidam puer de medio populi raptus est in cælũ, qui canticum illud: Sancte Deus, sancte fortis, sancte & immortalis miserere nobis, edoctus est ab Angelis, quod cum rediens decantasset, mox omnis pestilentia cessauit. Fides enim Trinitatis est scutum triangulare ad resistendum aduersis. Psal. *Scuto circumdabit te veritas eius.* Hinc & in Collecta de Trinitate petitur: Vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Petit autem pauper libenter ab eo qui potest dare: gloriosa auté Trinitas omnipotẽs est in dãdo, quæ dat omnibus affluẽter, & non improperat. Quarto, valet benedictio & inuocatio sanctę Trinitatis ad effugandam omnem potestatem inimici tam in capite quàm in membris. Primo in capite. In cuius signum, cum audimus nominare dæmonem, facimus signum Crucis in nomine Trinitatis. Apostolus: *In omnibus sumentes scutũ fidei, vt possimus ignea inimici tela extinguere.* Sic quidã Iudęus signatus signo Crucis in nomine sanctæ Trinitatis, cũ esset in quodam fano idolorum, & quæreretur à dæmonibus si esset ibi aliquis præsens, respondit vnus eorũ: Est ibi vas vacuum, sed signatũ, quo dicto disparuerunt dæmones. Hæc Grego. 3. dialog. cap. 7. Sicut enim contra Heliodorum in auxiliu n Iudæorum venit quidam terribilis sessor cum duobus iuuenibus, sic contra diabolũ venit nobis in auxiliũ Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; vnde quidã Notarius Constãtinopolitanus à quodã mago seductus corã dęmonũ multitudine tũc adductus est, à quibus

Exod. 5

Nota.

Psal. 90

Ephes. 6

2. Mac. 3

cum

Digitized by Google

eum quæreretur si vellet eis seruire, respondit se esse seruum sanctæ Trinitatis. Quo dicto disparuerunt dæmones, qui cum Ecclesiam sanctę Sophiæ ingressus esset, imago Christi ibidem existens in eũ, quocumq; pergeret, voluebat oculos, ac si diceret, Quia me confessus es coram dęmonibus in terris, ego te confitebor coram Patre meo in cælis. Secundo, omnem potestatem inimici effugat in membris diaboli, qui sunt tyranni, hęretici, & 2 Reg 18 generaliter omnes reprobi. Tres enim personæ Trinitatis tres erũt lanceę Ioab, quibus trãsfixum est cor Absalõ. Sic perditio visionis illius rei, quæ est tres res, erit trium lancearum transfixio, quando reprobi ab ea in exiliũ mittentur infer- 2. Reg 1 ni. Istę sunt tres sagittę Ionathę, quæ nũquam abierunt retrorsum, percutiendo inimicũ ad mortem ęternam vel ad sanitatẽ electorum dum vulnerat. Gedeon in Iudic. 7 trecentis viris deuicit Moab. Sic qui fidẽ Trinitatis habet, contra hostes faciliter prosperatur. Sic ex gestis sancti Remigij Rhemẽsis habetur quod prophetauit in baptismo Clodouæi, quod si reges & populus Francorum permaneant costanter in fide Trinitatis, semper perseuerabit regnum, & reges victores erũt. Vnde &, vt inquit Hieronymus cõtra Vigilantiũ, sola Gallia monstris caruit, id est hæreticis circa sanctæ Trinitatis fidem. Ista Trinitas est tres illi digiti in vna manu, qui scripserunt contra parietẽ, super destructione Balthasar tyranni regis Babylonis & regni sui. Et sic patet quod contra tyrãnos & hęreticos valet benedictio Trinitatis. Isti hæretici sunt burdones, quos in spiritu vidit Antonius fœdare altaria Christi, qui interficiendi sunt; qui aquas scripturæ, quæ ante erant vnius moris & vnius saporis, immutauerunt in aquas contradictionis, in quibus plusquam ducentis annis iurgati sunt populi & literati viri. Valet ergo benedictio Trinitatis cõtra triplices inimicos. Primo, contra dæmones. Secundo, contra tyrannos. Tertio, contra hęreticos. Quinto, valet ad bonorum operum fœcunditatem. Nam (secundum Bedam) per peccatum tria damna incurrimus, quæ sunt impotentia in effectu, ignorantia in intellectu, & malitia in affectu. Quia enim primi parentes nostri offenderunt sanctam Trinitatem, incurrerunt mala iam dicta. Hæ sunt tres illæ lanceæ, quas fixit Ioab, id est diabolus, in corde Absalom dum penderet in quercu, id est in ligno sciẽtiæ boni & mali, imo malitia triplici transfixit eos. Nam cum dixit eis serpens: *Quacumque hora cõederitis*, ecce lanceam gulæ infixit, *eritis sicut dij*, ecce lanceam superbiæ, *scientes bonum & malum*, ecce lanceam auaritiæ. Sed non obstante nostra impotentia ad bene agendum, Pater bonis operibus nos fœcundat. Est autem fœcunditas bonum ita desiderabile, quod res de se sterilis quęrit aliunde fœcunditatem. Figura in Rachel Genes. 30. quæ fœcunditatem mandragoris & precibus procurauit. Sic fœcunditatem bonorum operum debet anima de se sterilis à Patre cælesti quærere, dicens illud Psalm. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Terra enim sine aqua sterilis est & infœcunda. Pater autem ad fœcundandũ animã libenter intẽdit, quia est opus eius, dicente Filio: *Pater meus agricola est, omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnẽ, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Incessanter enim à fonte illo abundantissimo descendit imber virtutum & gratiarum, & vasa vacua implet. Sed nos auertimus orificiũ cordis à pluuia illa gratiarum, & oculos à lumine primo, ideo non est eius defectus, sed noster, si non habeamus eius dona. Nam continue respicit oculo misericordiæ eos qui non ponunt obstaculum. Psal. *Oculi Domini super iustos*, vt videat, & Psal. 33 suppleat quæ eis desunt. Sunt enim proprij equi Dei ipsum portantes, maxime illi qui populum erudiunt. Ait enim Aristot. 1. œcono. quod oportet patremfamilias habere curam suorum, quia nemo similiter curat alienavt propria. Dicit enim prouerbium, quod oculus domini impinguat

Nota de regno Francorum.

D Peccatũ Adam tria dãna intulit.

Gen 3.

Gen. 30

Ps. 142.

Ioan. 15

Digitized by Google

pinguat equum. Equus eſt animus boni
1.Cor.6. viri, qui Deū ſuper ſe portat. Apoſt. *Empti enim eſtis pretio magno, glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.* Ideo Dominus ad ſuos electos habet oculū, vt nihil eis deſit, impinguās eos, & hoc dicit Pſalmiſta:
Pſal. 22 *Dominus*, inquit, *regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ*, &c. Et ſequitur: *Impinguaſti in oleo caput meum.* Secundo, per peccatum incurrimus ignorantiam, contra quod ſapientia Filij perficit intellectū noſtrum. Quāuis enim excellēs ſenſibile corrūpat ſenſum, vt dicitur ſecundo de Anima, vt excellens lumen viſum, grādis ſonus auditum, fortis frigiditas tactū, tamē excellēs intelligibile perficit intellectum. Quid autē excellentius intelligibile quā ſapiētia Dei Patris? Propterea eſt eximia noſtri intellectus perfectio. Tertio, contra iniquitatem quam fecimus, dat Spiritus ſanctus bonitatum affectus. Ab eo enim omnis bonitas in cælo & in terra deriua-
1.Cor.12 tur. Sicut enim *nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus niſi in Spiritu ſancto*, ſic nec dicere, Deus meus es tu, niſi in Spiritu ſancto. Ideo ſuperbi & auari dicere non poſſunt: *Ecce cognouit quoniam Deus meus es.* Non ſuperbi, quia nullum Deum colunt, ſed coli volunt ſicut aliorum Deus, quemadmodum
Iob 41. rex eorum diabolus, *qui eſt rex ſuper omnes*
Eſai. 14 *filios ſuperbiæ*, qui dixit: *Aſcendam, & ſimilis ero Altiſſimo.* Similiter nec auari, quia *Deus noſter ignis conſumens eum.* Cupidi autem tali igni appropinquare non audent, quia ipſi ſunt ſtipula & paleis onuſti. Pſalm.
Pſal. 82 *Deus meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti.* Exodi 5. diſperſus
Exod.5 eſt populus per vniuerſam Ægyptum ad colligendum paleas, id eſt tranſitoria bona, quæ nullius ſunt ponderis vel momēti. Auguſtinus ſuper Ioſue: Beati, qui merentur proximi eſſe Deo. Sed memento quia ſcriptum eſt, Qui approximant illi, approximant igni. Si aurum vel argentum fueris, multo rutilantius per ignem effulgebis. Si fœnum vel ſtipula, conſumeris. Propter hoc nec digni inuenti ſunt auari aut ſymoniaci non ſolum appropinquare, ſed nec nominare Trinitatem. Refert Boneza in libro, quem ſcripſit ad Comitiſſam Marcilliam, quod quidam Archiepiſcopus ſymoniacus cū per teſtes vinci non poſſet, præceptum eſt ei vt verſum ſanctæ Trinitatis diceret, qui cum ſanctam Trinitatem, & maxime Spiritum ſanctum nominare non poſſet, deprehenſus eſt, & confuſus. Iſta enim fides ſanctæ Trinitatis figuratur Geneſis Gen.30
30. per tres virgas, quas decorticauit Iacob, & poſuit in canalibus, ad quarum aſpectum concipiebant oues: quia ad aſpectum ſanctæ Trinitatis declaratæ populo concipit populus deuotionem & amorem, & in bonis operibus fœcunditatem. Sexto, valet ad æternam gloriā conſequendam. Sicut enim ab Oriente materiali diffuſio lucis diuinæ ſumit originē, ſic in hemiſphærio paradiſi à diuina eſſentia, in qua ſunt tres portæ. *Ab Oriente* Apo.21
portæ tres, id eſt, ab eſſentia tres perſonæ, portæ lucis æternæ, in omnibus electis fulget ſplendor gloriæ. Iſtæ ſunt portæ, per quas ingredimur cæleſtem Hieruſalem. Inde ait Filius: *Ego ſum oſtium, per me* Ioan.10
ſi quis ingredietur, paſcua inueniet. Per has portas deſcendit ad creaturas omnis boni participatio. Ad has portas palpāt hæretici, vt effringant eas, ſed nō potuerūt: quia ſicut Sodomitæ facti cæci nō potuerunt eas inuenire. Has enim niſi ſunt ſuarum rationum machinis, & multipliciter euertere. Vnde & contra exercitum hūc clamabat vir ſanctus quidam Eremita, vt dicit Eccleſiaſtica Hiſtoria, intra ſe dicēs: Væ mihi quia taceo, vt quid panē otioſum comedo? Cur non magis exulo cum Athanaſio ſancto & iuſto, ſed vago? Cur non contra principes pro illo proclamo? Tunc enim exulabat Athanaſius pro fide, principibus Arrio fauētibus. Et egrediens ille Eremita ſpeluncam ſuam & eremum, per ciuitates, & caſtra, & vicos clamabat, ſibi in pœnitentiam iniungens: Iuſtus, & Catholicus & ſanctus eſt Athanaſius, qui veritatem docet, quam ego conſtanter affirmo.

Nota cōtra ſuperbos & auaros.

SER-

Digitized by Google

DE EODEM FESTO, SERMO VI. & in ordine CXV. Ter Thema.

1 Cor. 13 *VIdemus nunc per ſpeculũ & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*. Differẽtia eſt inter humanũ oculũ, & aquilinũ, quia humanus oculus non ſufficit ad reſpiciendũ rotam ſolis in ſplẽdore ſuo, niſi forte interponatur nubes aliqua vel ſpeculum; ſed oculus aquilæ melius & acutius eam videt. Sic oculus humanus nõ eſt hic ſufficiens ad habendum clarã notitiam de Trinitate, nec poteſt eã cognoſcere niſi mediante nube ſeu ſpeculo fidei, per quã inducimur ad credendum eam, nec poteſt hic fixo oculo intellgentiæ intueri, quia excedit omnem humanum intellectum. Apoſt. *Lucem habitat inacceſſibilẽ, quam nullus hominum vidit*. Sed tamen oculus aquilæ, id eſt beati Ioannis in Canonica ſua omnem intellectum humanum exceſsit, cum dixit: *Tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt*, & acutius cæteris vidit. Vel oculus aquilę, id eſt beati exiſtẽtis in patria, videbit Trinitatẽ clare, & facie ad faciẽ, ſine aliquo velamine. Hoc myſterium non cognouit Salomon, qui dixit quod difficile eſt cognoſcere viam maris, principaliter quando eſt ibi maxima profunditas. Auguſtinus autem vocat Trinitatem pelagus infinitum, quia ſicut in mari quaſi non inuenitur fundus, ſic nec in Trinitate. Ideo in hac materia ſufficiat inquirere quid neceſſarium eſt credere ad ſalutem, & ad hoc ſtudeamus, dimiſsis curioſis inueſtigationibus. Inde dicebat Hugo de ſancto Victore: Prius quærere de betis quod mores veſtros inſtruat ad virtutem, quã quod ſenſum acuat ad ſubtilitatẽ. Legitur de beato Eadmundo, quod mater ſua eidem apparens, ipſum, quia ſtudebat in figuris Arithmeticis, arguit, & in dextera eius manu tres circulos tenens vnũ infra alium, in quorum primo erat ſcriptũ Pater, in ſecũdo Filius, & in tertio Spiritus ſanctus, deſcripſit, & dixit: Fili caniſsime talibus figuris intende. Qua viſi one edoctus, relictis curioſis ſcientijs ad diuinam ſe trãſtulit. Hinc Auguſtinus: Infęlix homo qui ſcit omnia illa, te autẽ neſcit. Beatus autẽ qui te ſcit, etiam ſi illa neſciat. Qui vero te & illa nouit, nõ propter illa beatior, ſed propter te ſolũ beatus eſt. Sicut enim melior eſt qui poſsidet arborẽ, & de vſu fructus eius gratias agit, quamuis neſciat quot cubitis alta ſit, vel quanta latitudine diffuſa, quàm ille qui eã metitur, & omnes ramos eius numerat, nec poſsidet eam, nec creatorem eius nouit aut diligit, ſic fidelis homo, cuius totus mundus diuitiarum eſt, & quaſi nihil habens omnia poſsidet, habẽdo eum, cui omnia ſeruiunt, quamuis nec Septẽtrionis gyrum nouerit, ſtultum eſſet dubitare quin melior ſit quàm menſor cæli & numerator ſtellarum, negligens eum, qui omnia in numero, pondere, & menſura diſpoſuit. Igitur cum hæc cognitio Trinitatis ſit nobis tam ſalutifera, petamus eam nobis communicari, ſicut illa eſt nobis neceſſaria, ab ea quæ eſt doctrix diſciplinæ Dei, virgine Maria, dicentes: Aue gratia plena, &c.

A Trinitatis cognitio nõ habetur hic niſi mediante fide.

1. Tim 6

1. Ioã. 5.

Prou. 30

Tunc, & nunc duo ſunt aduerbia magnæ importãtiæ, ſed nunc inter duo tũc, primum tunc fuit fælix, quando Dominus erat cum primis parentibus in delicijs paradiſi, & tunc loquebatur in viſione ſanctis ſuis, quia videbant in Deo quãtum poterat naturaliter videri citra viſionem beatificam. Sed peccato intercedente ſuperuenit tunc infælix, quando propter peccatum eiecti ſunt de paradiſo in hanc miſeriam. Pſalm. *Ex tunc ira tua*. Ex quo tempore venit nunc infęlix plenum miſeria, in quo nunc videmus per ſpeculum creaturarum & ænigmata figurarum beatam Trinitatem. In ſpeculo illo videmus quam bonus Deus, quam pulcher, quam potens, quã dives, quam ſapiens, quam magnificus, quam terribilis, quam bonus & ſuauis in ſtilla bonitatis ſcripturarum, quam pulcher in pulchritudine creaturarum ſuarum, quam potens in mouendo omnia, cælum & mare,

Pſal. 77.

in-

in disponendo etiam, & transmutando regna, quàm diues & pius, quando omnia nutrit, quàm sapiens in disponendo & gubernando omnia. *Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.* Veniet vltimum tunc, quãdo videbimus eum sicuti est. *Videmus enim per speculum, &c. tunc autem facie ad faciem.* Cap. 8.

B Visio triplex.

Iuxta thema dicendum est de visione seu cognitione quã hic habemus de Deo, qualis est respectu futuræ.

Pro cuius materiæ pleniori intelligentia aduertendum est, quod perspectiui distinguũt triplicem oculi visionem. Prima est per lineas rectas. Secunda per refractas. Tertia per reflexas. Prima alijs duabus est potior, perfectior, & fortior. Secunda vero certior quàm tertia, sicut in refractione radiorum contra montes post occasum solis videtur lux multo tẽpore, licet non videatur sol. Tertia vero minus certa est alijs duabus. Sic spiritualiter loquendo in homine triplex est visio, vna perfecta & tota recta, quæ erit in resurrectione generali. Secunda est in anima separata, quæ erit vsquead resurrectionem, in cælo empyreo contemplante diuinam essentiam, & hæc visio non est ita perfecta sicut prima. Tertia est in hac vita, quæ est debilissima, & hęc fit per refectionem, sicut visio quæ fit in speculo, quæ vocatur in themate ab Apostolo visio specularis, cum dicit: *Videmus nunc per speculum*, &c. Sed sicut si esset aliquis hic ex multo tempore suum amicum desiderans videre, nõ quietaretur si ipsum tantum videret in speculo, nisi etiam ipsum videret in seipso, sic in præsenti cum Deum videamus per speculum, non satiatur oculus visu. Sed tantum in futuro, cum ipsum directa & facili visione videbimus, & tunc implebitur illud Psalm. Psal. 25. *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* Nũc enim sumus iuuenes & parui intellectus, nec possumus ista intelligere; cum autem erimus perfecti, tunc videbimus eum facie ad faciem. Dicit autem Lactantius libro Diuinarum Institutionum Pythagoram Philosophum male dixisse nos esse natos causa solis lunæque videndi, quod tamen verum esse posset, si intelligeret per solem glorioſam Trinitatem, & per lunã Ecclesiam Dei, id est omnium fidelium congregationem.

C Trinitatis mysterium cur voluit deus esse obscurum. Exo. 19.

Sed quæritur: Quare voluit Dominus, quod hic solum obscure, & quasi per speculum fidei cognoscceremus mysteria Trinitatis? Respondeo. Dicitur primo, quod hoc est propter multa. Primo, propter meritum fidei. Inde Exodi 19. Dominus legitur apparuisse in caligine & fumo, & in igne & nebula legem dedit; quia vult in sanctuario mentis nostræ semper esse aliquam nebulam ignorantiæ. Vult enim quod pro tempore vitæ huius maiestatem eius non videamus intuitiue, nec secreta deitatis plenarie cognoscamus, vt fides nostra meritum habeat. Hinc quando sacerdos solus intrabat in Sancta sanctorum, ne visa maiestate Domini moreretur, magnam copiam thuris secum portabat in thuribulo, quo totum sanctuarium obnubilabat. 3. Regum 8. dixit Dominus, quod habitaret in nebula. Secunda ratio est, quia sola fides ducit in cognitionem Trinitatis, ita quod sine illa cognosci nõ posset. Natura enim hominis & ingenium paruulum est statura. Exemplo Zachæi, qui cum nõ posset videre Iesum, ascendit in arborem. Glossa, id est in deuotionem fidei, vbi tot ramunculi quot fidei articuli. Filius autẽ prodigus, qui dixit patri: *Da mihi portionẽ, quæ me contingit*, id est portione naturalis ingenij contentus, statim ad siliquas porcorum, id est ad errorem & idololatriam declinauit. Et ideo hortatur Apostolus: *Captiuantes omnem intellectum in obsequium fidei*, ne forte quis inniti voluerit proprio ingenio vel naturali rationi, sicut prodigus à patre, ita & auertatur & recedat à Deo. Nam sponsus dicit animæ sponsæ: *Auerte oculos tuos, quia ipsi auolare fecerunt*, id est, remoue inquisitiones secundum naturalem rationem in his quæ sunt fidei, quia huiusmodi inue-

3. Reg. 8

Nota.

Luc. 19.

Luc. 15.

2 Cor. 10

Cant. 6.

stiga-

ſtigationes faciunt animam à Deo recedere, & ecõtra. Inde eſt quod Gygãtes, id eſt Philoſophi, extruentes turrim, id eſt machinas rationis, vt aſcenderent in cælum, id eſt, vt cõprehenderent Deũ, longe à Deo facti ſunt, *& euanuerunt in cogitationibus ſuis, & dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt.* Rom. 1. Iſti ſunt qui contemnebãt Chriſtianos non innitentes rationi naturali, ſed fidei. Vnde & Paulo fideli rapto vſque in tertium cælum, id eſt, vſque in cognitionem Trinitatis, dictum eſt: Multæ te literæ ad inſaniam vertunt, id eſt, inſanum faciunt apud mundum, quia fatui in mundo reputantur, qui mundum, & ea quæ mũdi ſunt, non curant. Sed qui terrã intuetur, ſicut bos & ruſticus, qui terram colit, ſubtilem intellectum nõ habet, cuiuſmodi erant ſapientes mundi: lynceos habet oculos qui cælum penetrat, ſicut fideles per fidem. Dicitur ſecũdo, quod licet fides ſit cognitio obſcura, quia tantummodo ſpecularis, eſt tamen certa cognitio. Probatur, quia viſio ſpecularis quandoque certior eſt viſuali, & multa vidẽtur in ſpeculo, quæ videri non poſſunt in propria eſſentia. Si enim ſpeculũ in aqua ponatur, eclypſim ſolis & lunæ, & coniunctionẽ cum ipſo videbis, quæ propter altitudinẽ videre non poteras. Planetæ etiã, qui de die apparere nõ poterant, mediante ſpeculo videri poſſunt. Speculũ eſt fides, & fidei cognitio eſt viſio ſpecularis, quæ quidẽ viſio ſpecularis eſt certiſsima. Per eã enim videtur eclypſis lunæ, id eſt Dominicæ incarnationis, qua Filio Dei, id eſt ſoli luna coniuncta eſt, id eſt natura humana, & niſi iſtud in aqua gratię, & in ſpeculo fidei videretur, tanta eſt huius myſterij altitudo, quod videri nõ poſſet. Apoſt. *Quæ nota ſunt Dei, manifeſta ſunt in illis.* Rom. 1. Sed multa ſunt falſa ſpecula & concaua, quia quædã oſtẽdunt res alias quã ſint, facientes facies trãſuerſales. Alia oſtendunt duas vel plures facies, cum non ſit niſi vna. Alia oſtendunt imaginẽ groſſam, & turpẽ & rudem, cum ad literã ſit ſubtilis. Sic ſpecula rationis humanæ ſunt concaua, id eſt deceptoria & falſa. Sapientia enim huius mũdi ſtultitia eſt apud Deũ. Non enim oſtendunt res prout ſunt. Propter quod multa de rebus diuinis falſo opinati ſunt philoſophi & hæretici. Pueri enim Iſaac cum fodiſſent tres puteos, pro duobus iurgati ſunt cum alijs paſtoribus, & pro alio nõ: quia de perſona Patris inter hæreticos nulla fuit diſcrepãtia, ſed pro alijs duabus perſonis iurgati ſunt, & multa de Trinitate mentientes diſceſſerunt à fidelibus. Gen. 26. Alia ſpecula rationis humanæ, vt Poëtarum, oſtenderunt plures facies, vbi nõ erat niſi vna, quando plures deos poſuerunt. Vnde Nehemiæ 4. cum ædificaretur templũ & murus Hieruſalem, dixit Tobias Amanites, volens impedire huiuſmodi ædificationem: *Aſcendet vulpes, & deſtruet murum ipſorum, quem ex lapidibus ædificant.* Nehe. 4. Vbi Gloſſa Origenis: Cum ædificaretur fides Chriſti, inimici veritatis, qui ſunt ſapientes ſæculi, videntes abſque arte Grammatica & philoſophica peritia conſurgere muros Euangelij, velut cum irriſione dicebant perfacile poſſe hæc deſtrui calliditate ſermonum, & per aſtutas fallacias & argumenta Dialectica. Sed non poterant, bene enim fundata erat fides ſupra firmã petram, imo conuertit Dominus vulpes illas, quæ demoliebantur vineas. Exemplum in Victorino, de quo refert Auguſtinus in libro Confeſsionum, quod talis Victorinus vir literatus, & magnus parentibus & amicis gẽtilibus, qui meruerat in foro Romano ſtatuam propter lectionem Grammaticæ & Rhetoricæ, & qui fuit magiſter in Grammatica beati Hieronymi, cũ à beato Simpliciano Chriſtianiſsimo viro ſæpe viſitaretur, nunc inuenit ſuper menſam eius librum Eſaiæ prophetæ, nunc librũ Euangeliorum. Cũ ergo ei arrideret Simplicianus, dicebat Victorinus adhuc gentilis: Ego Chriſtianus ſum. Et ſimiliter alij plurimi ſapientes mundi conuerſi ſunt, vt inde multum augeretur fides Chriſti. Granum enim ſinapis minus omnibus ſeminibus, cũ creuerit,

D *Speculorum falſorum diuerſitas applicata moraliter.*

uerit, maius est omnibus oleribus. Sic fides Christi à principio satis modica, per Dei gratiam tantum creuit, quod cunctis oleribus, id est cunctis mũdi sectis & credulitatibus maior existat, ita vt videamus volucres cæli, id est potentes reges, sapientes, & literatos in ea requiescere.

Ps. 104 Psalm. *Super ea volucres cæli habitabunt.* Alia sunt specula rationis humanæ, quæ res grossiores ostendunt quàm sint, vt hæreticorum specula, quemadmodum Arrij, qui Christum hominem Deum grossum ostendit, cum purum hominem asseruit, cum tamen secundum scripturam sacrã & veritatem sit verus Deus à Patre genitus ab æterno, secundum illud Psalmistę:

Psalm. 2 *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Et hoc Apostolus Hebręorum primo de Filio Dei allegat. Propterea in vera translatione Hebraica, vbi nos habemus, *Apprehendite disciplinam*, habetur, *Osculamini filium*, sicut solet fieri in homagio legali, vbi homo subditus adorat & osculatur Dominum suum. Esaias: *Egrediatur vt splendor iustus eius.* Et hoc primo, quia sicut splendor igni coæuus est, sic Patri Filius. Exodi 10. *Non ascendes ad altare meum per gradus*, id est, gradus inęqualitatis in Trinitate non constitues. Talis infirmitas fuit in Magdalena, quæ eum non æstimans æqualem Patri, eum credidit hortulanum, ideo non fuit digna eũ tangere glorioſum, nec quisquam eum tanget in gloria, qui nõ crediderit æqualem Deo Patri. De tribus enim calamis, qui erant ad portam Orientalem templi, dicit Ezechiel, quod mensura vna trium. Secundo, sicut per splendorem habetur notitia de igne, sic per Filium de Patre. Aliter tamen in veteri, aliter in nouo Testamento. Nam in veteri articulũ de vnitate eis manifeste reuelauit, de Trinitate vero sub velamento verborum & rerum proposuit, magis inuoluens quàm euoluens, & hoc quia paruuli erant in intellectu, & etiam quia Iudæi in medio nationum in cultu vnius Dei soli habitabant, quæ plurimorum deorum decipiebantur erroribus. Si enim legerent vel audirent tres personas in Deitate, insultassent Iudæis de numero deorum, & plures ex eis crassæ ceruicis eadem charybdi facile absorberentur. Inde septuaginta Interpretes, qui Bibliam gentili regi, scilicet Ptolomęo Philadelpho regi Ægypti trãstulerũt, vbi de Trinitate occurrit auctoritas, aut obnubilauerunt, aut aliud inferendo mutauerunt, aut penitus prætermiserunt, ne Ægyptij, aut rex ipse, qui erat cultor vnius Dei, plures deos ab Hebræis coli arbitrarentur. Tertio, quia sicut splendor procedit ab igne sine aliqua sui diminutione aut mutatione, sic à Patre Filius sine aliqua Patris mutatione. *Egressus eius ab initio*, id est à Patre, *à diebus æternitatis.* Hinc Sapiens: *Ego quasi aquæductus exiui de paradiso*, id est de sinu Patris. Psalm. *Eructauit cor meum verbum bonum.* Cor Patris secretum est diuinę voluntatis, cuius voluntates aliæ sunt à voluntatibus nostris. Esaias: *Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ, nec viæ meæ viæ vestræ, dicit Dominus.* Vel melius dicitur, Cor Patris est Filius, quem genuit ab æterno, quod dicitur verbũ Patris duplici similitudine. Primo, ad verbum mentale, qui est conceptus mentis, quia est semper in mente, & numquam sine ipsa mente, sic Filius semper in Patre, & numquam sine Patre. Hinc dicitur: *Ego in Patre, & Pater in me est.* Alibi: *Philippe qui videt me, videt & Patrem meum. Nescis quia ego in Patre, & Pater in me est?* Iterum: *Non reliquit me solum.* Secundo, quia sicut per verbum vocale declaratur conceptus mentis & ipsa mens, sic Pater per Filium. *Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi.* Psalm. *Dies diei eructat verbum*, id est, de plena sciẽtia proferunt viri docti & illuminati à Deo populo deuoto & gratia illuminato sapiẽtiam de Patre genitam. Præterea dicit Pater ad Filium in Psalmo: *Tecum principium*, id est, tecũ sum vnum principiũ omnis creaturæ. Esaias: *Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus?* Si ego, qui generationẽ

Esai. 62 E Christus splendori comparatur Exo. 20 Ioan. 20

Ezec. 40

Nota.

Mich 5.

Eccli. 24

Psal. 15.

Esai. 55.

P Verbum Patris Filius est.

Ioan. 10

Ioan. 14

Ioan. 8.

Ioan. 17

Psal. 18.

Esai. 66

cæte-

cæteris tribuo, sterilis ero, dicit Dominus? quasi dicens, Non. Ex istis scripturæ sacræ auctoritatibus patet clare Arrium turpiter hæreticasse, asserendo Christum non esse verum Deum, sed hominem purum. Sed tempore eiusdem Arrij libere profitebantur hæretici aduersus fidem, vsquequo per principes ignis ad eos cõ-
Iud. 15. burendos ordinatus est. Samson enim binas vulpes sibi nexuit, ad quarum caudas faces alligauit: facies tamen earum liberæ erant, nec colligatæ: quia hæretici tunc liberam habuerunt linguã ad latrandũ cõtra fidem, sed exitus impeditos, aut quia in fine semper veritas vincit, aut quia Sãson in cauda earum posuit ignem: quia eos sequitur ignis ad comburendum.

EODEM DIE, SERM. VII. ET in ordine CXVI. Per Thema.

Ps. 150. *Laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis eius.* Ad nos Christianos maxime dirigitur hoc verbum, vt intendamus laudi sanctissimę Trinitatis, quia amplius cæteris magnitudinẽ illius & bonitatem cognoscimus, imo vetulæ nostræ plus cognoscunt quã antiqui philosophi. Fulgentius in Omithelogijs refert antiquos philosophos imaginem rationis depingere solitos sub forma virginis habentis crines aureos in veste purpurea, tenentis in manu tria specula, aureum, argenteum, & vitreum. In aureo contemplabantur diuina, in argẽteo spirituales & rationales creaturas, in vitreo creaturas irrationales facile frãgibiles. In hoc enim apparet vetulas doctiores esse antiquis philosophis, qui forte in vitreo speculo multa speculabantur, in argenteo aliqua videbant, in aureo pauçum aut nihil: simplices vero cognoscunt Deum & dona eius, philosophi vero non cognouerunt: aut si cognouerunt, non glorifica-
Rom. 1. uerunt eum, vt Apostolus Rom. 1. Simplices vero cognoscunt, & glorificant eũ, vel saltem glorificent illum & laudent secundum prædictũ præceptum Psalmistę:

A Nota.

& sic sapientiores inuenientur. Si enim quis de largitate alicuius regis largissimi non nosset, nisi quod quatuor obolos dedisset, & esset alius qui sciret quod dedisset infinitos thesauros nobilissimos, primus nihil sciret de largitate in comparatione alterius. Sic qui nouerunt de Patre, quod auctor sit mundi, isti minus de gloria eius nouerunt, quàm qui cognoscunt Filium ab eo æternaliter genitum naturã humanam assumpsisse, & in ea redemptionem generis humani fecisse, & Spiritũ sanctum mundum renouasse per fidem. Tales sunt Christiani respectu philosophorum & cæterorum hominum, ideo eis præsertim dicitur: *Laudate eum secundũ* Ps 150. *multitudinem*, &c. Sed quoniã non est speciosa laus in ore peccatoris, & *si dixerimus* 1. Ioã. 1. *quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est*, propterea accedamus ad eam, quæ peccatum non fecit, vt medio illius acceptabile fiat Deo nostræ sacrificium laudis, offeramusque ei, Aue gratia, &c.

Omnibus rebus optime prouidit Deus. Cuilibet enim dedit vt stare posset, & remedium ne caderet. Brutis animalibus, quæ filios suos portare non possunt, datur vt filij eorum statim ambulent, conchis marinis, quia non videt, dedit ad custodiam craneum, ne deuorentur ab alijs piscibus, & tamen non dedit eis intelligentiam sicut homini, & nihilominus nõ cessant laudare Deum, operando ea ad quæ ordinata sunt indefectibiliter, sicut dicitur in Hymno benedictionum: *Bene-* Psal. 17. *dicite omnia quæ mouentur in aquis Domino*, &c. *Benedicite omnes bestiæ*, &c. Filijs autem hominum dedit rationem, per quam transit homo naturam ad intelligenda ea, quę sunt supra naturam, & tamen vix laudat opificem suum, cũ tamen magis teneatur ei quàm bestię, quia qui plus accipit, plus tenetur, propterea Psalmista indicit nobis præceptũ illius: *Laudate*, in- Ps. 150. quit, *eum*, &c.

Pro sermone quæritur. Primo, cum impossibile sit Deum laudare quantum

laudabilis est, quare illud nobis præcipitur in themate, cum eius magnitudo sit infinita? quomodo ergo poterimus eum laudare secundum multitudinem magnitudinis eius? Præterea dicitur: *Glorificantes Dominum quantum potueritis, superabit adhuc.* Et sequitur: *Exaltate illum quantum potestis, maior est omni laude.* Quomodo ergo poterimus eum laudare secundum multitudinem magnitudinis eius? Eccli. 43. Ibidem.

8 Multitudo & magnitudo quomodo sit in Deo.

Responsio. Dicitur quod in Deo est multitudo & magnitudo plurima. Nam in diuina essentia inuenitur multitudo personarum, quæ est finita, quia personarum numerus tantummodo est ternarius, magnitudo vero infinita; propterea non iubemur eum laudare secundum magnitudinem multitudinis, id est, quantum laudabilis est ipsa magnitudo, sed secundum multitudinem magnitudinis, id est multitudinem personarũ in diuina magnitudine, quod possumus, & debemus. Secundum enim numerum trium personarum vna in essentia debemus laudare Deum. Sed si consideretur multitudo & magnitudo in diuina essentia secundum misericordiam, bonitatem, dulcedinem & cætera attributa, tunc impossibile est eum laudare secundum multitudinẽ magnitudinis suæ, quia infinita est misericordia eius secundum multitudinem. Psalm. *Misericordiæ eius non est numerus.* Et etiam secundum magnitudinem. Psalm. *Magnitudinis eius non est finis.* Ideo petebat Dauid in Psal. à Deo misereri sibi secundum magnam misericordiam suam, & consequenter secundum multitudinem miserationum suarum, & sic de alijs attributis. Vnde Psal. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te!* Magna quidem, multa & absconsa. Magna quidem, vt diluuium peccatorum deficeret, cum sit magnum. *Maledictum furtum, homicidium & mendacium inundauerunt super terram.* Oportet ergo vt superabundet misericordia, de quo Psalmista: *Dominus diluuium inhabitare facit. Non enim sicut delictum ita & donum*, sed multo amplius. Secundo, dicitur multa misericordia, ita vt nulla possit Geometria mẽsurare eius magnitudinem, nec Arithmetica multitudinem eius numerare, quæ duo considerare debet peccator, ne desperet vel de magnitudine peccati, cũ præ oculis tantam misericordiæ magnitudinem habeat, vel de multitudine peccatorum, cum videat multitudinem misericordiæ infinitam. Tertio vero dicitur absconsa, quasi hæc misericordiæ medicina sit medicinæ corporali contraria, quia in medicina corporali sub dulcedine abscõditur amaritudo, vt patet in pillulis & sirupis, sed in hac sub amaritudine absconditur dulcedo misericordiæ, scilicet sub amaritudine pœnitentiæ, vigiliarum, ieiuniorum, lachrymarũ, &c. Iudicum 14. *Examen apum in ore leonis erat, & de comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* Leo rugiens est pœnitens, habens terribilem rugitum confessionis, ad cuius rugitum animalia figunt pedem, id est, animales motus fistunt. In maxilla autem ipsius leonis, id est pœnitentis, inuenitur fauus & dulcedo misericordiæ diuinæ, qua reficitur anima. Secundo quæritur Quare Dominus in lege tam difficilia credenda proposuit, quæ omne humanum excedunt ingenium, cum etiam facile fallamur in his quæ sensui subsunt? Respondet Doctor sanctus in Summa cõtra gentiles, quod propter quatuor. Primo, vt ad talia capienda nostrum desiderium excitaret, & non in temporalibus, sed æternis nostra figeretur intẽtio. Propter quod male dixit Symonides Poẽta prætermittendam esse inquisitionem de diuinis ab homine, & non nisi humana sapere hominem, & mortalia mortalem, quem redarguit Philosophus 1. Metaphysicę, suadens hominem se ad immortalia iuxta vires transferre, quia & si parua sit cognitio, quam hic potest homo consequi, amabilior tamen est multo cognitione aperta de terrenis & corruptibilibus, vt dicit Philosophus 1. Cæli & Mundi. Secunda ratio, vt reprimatur intel-

Psal. 144. Psalm 5 Psal. 30 C *Misericordia Dei magna, multa & absconsa.* Osea 4. Psal 13 Rom. 6.

Iud. 14.

D *Credibilia difficilia propter nostra sunt nobis propter multa.*

intellectus, ne de viribus ſuis confidat, quando ea quæ ſunt manifeſtiſsima naturæ & maxime intelligibilia de ſe, in-
Eſai. 38 telligere non poteſt. Eſaias: *Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſo.* Inde eſt quod gigantes, id eſt, philoſophi dum voluerunt attingere cælum, non potuerunt. Cum enim terra eſſet labij vnius, id eſt, vnius ſententiæ circa diuinitatem, diuiſa eſt in opiniones plurimas, vnde proceſſit varia gentilium opinio de diuinitate, plures deos fabricando ſecundum diuerſos ritus & nationes. Tertia ratio, vt per exercitiũ circa huiuſcemodi noſter per-
Pſal. 75. ficeretur intellectus. Pſal. *Illuminans mirabiliter à montibus æternis*, id eſt perſonis
Iob 28. diuinis. Iob: *Sapientia trahitur de occultis*, nihil autem occultius glorioſa Trinitate.
Rom. 11 Apoſtolus: *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei!* Quibus reuelatis Dauid ip-
Pſal. 50 ſe gratias agens dicebat: *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Ideo omne lumen ſapientiæ ab eo procedit. Sicut enim omne malum & omnis error à tribus perſonis incepit, ſcilicet Adam, Eua,
Eccli 25 & ſerpente. *Tres ſpecies odiuit anima mea.* Species quidem peccandi, quæ in iſtis tribus perſonis inceperunt, quia Adam peccauit ex fragilitate, Eua ex inſipientia ſeu ignorantia, ſerpens ex certa malitia, ſic omne bonum & omnis ſapientia à glorioſa Trinitate procedit. Quarta ratio, vt cognoſcamus bonum arduum non ſine difficultate poſsideri, vt inde nobis violentiam faciamus ad ipſum rapiendum. Inde proponuntur nobis difficilia non ſolum agenda, ſed etiam credenda.
Exod. 5. Hoc ſignificatum eſt Exodi 5. *Deus vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem.* Neceſſe eſt enim nos ab Ægypto, id eſt, à terrenorum conſideratione abſcedere, vt viam ad illas tres perſonas credendas intellectus noſter poſsit adinuenire. Sed quia magis mouet viſus quàm auditus, & viſa quàm audita, quia illa præſentia, iſta abſentia, licet multo plura & maiora auditus extendat quàm viſus, tamen nunc magis mouemur ad credendum viſui quàm auditui, ſimiles beſtijs, quæ nihil præter ſenſum habentes mucellum ſemper inferius, vix aut raro ſuperius eleuant. Inde eſt quod citius de huiuſmodi cæleſtibus credimus hæreticis quàm veris doctoribus. Ad terram promiſsionis explorandam fuerunt miſsi boni & mali exploratores, Catholici & hæretici. Primi ducunt populum in terram promiſsionis. Secundi contradicunt, & magis creditur eis quàm primis.

E Trinitatis myſteria an ſint explicanda populo.

Tertio quæritur, vtrum iſta mirabilia myſteria Trinitatis ſint explicanda & prædicanda populo. Quod non videtur, quia populis tamquam paruulis opus eſt lacte, non ſolido cibo, id eſt materia facili, non difficili, ſicut eſt iſta, quæ omnem ſenſum creatum exuperat. Sed in oppoſitum eſt, quod præcipiuntur omnes laudare Deum ſecundum multitudinem magnitudinis eius, quod non poſſent, niſi eis explicarentur huiuſmodi myſteria. Reſpondetur primo. Prædicator poteſt & debet prædicare populo ea, ſine quibus non poteſt aſſequi ſalutem æternam, & ad quæ tenetur ſub pœna peccati mortalis, tenetur autem quilibet adultus ſub obligatione pœnæ æternæ credere explicite myſterium Trinitatis, debet ergo eis explicari quantum neceſſe eſt ad ſalutem eorum. Secundo dicitur, quod populi non comedunt libenter offam, nec ſibi eam incorporant, niſi offa illa multum condiatur ſpeciebus, quæ de longe aſportantur, puta ex India vel Arabia. Sic nec populus niſi parum audierit de iſtis arcanis Dei, quæ non intelligit, vt ea admiretur, & cognoſcat factura non poſſe attingere ad factorem ſuum, ſed periculum eſt grande nimium de eis ſcrutari. Vnde narratur fabuloſe quod vulpes mulum interrogauit cuiuſmodi eſſet animal: Es ne, inquit, equus vel aſinus? Cui mulus: Quid ad te? ego ſum creatura Dei. Cui vulpes: Volo ſcire de qua parentela ſis. Inſtante

vulpe, & in quæstione sua persistente, dixit mulus, Ego sum nepos magni dextrarij regis Hispaniæ. Cui vulpes, Sed quis fuit pater tuus, & mater tua? Mulus indignatus ait: Ecce in ferro dextri pedis mei inuenies scriptam totam genealogiã cognationis meæ. Accedentem autem vulpem, vt literas legeret, pedem eleuãs percussit & occidit. *Sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.* Hieronymus: Stultum est solicitum esse de eo, quod sine periculo nescitur. *Prou. 25*

DE EODEM FESTO, SERMO VIII. & in ordine CXVII. Per Thema.

Apo. 21 *AB Oriente portæ tres.* Sicut ab Oriente materiali lucis diurnæ diffusio sumit originem, sic in hemisphærio paradisi à diuina essentia, in qua sunt tres portæ lucis æternæ, in glorificatis spiritibus superfulget omnis splendor *Baruc 5* gloriæ. Baruch: *Exurge Hierusalem, & sta in excelso, & circumspice ad Orientem* per mentis eleuationem, *& vide* per fidem *collectos filios tuos* in regno cælorum *ab Oriente sole*, *A Meta.* id est, à diuinitate refulgente, ideo nil mirum si ibi vidit Ioannes ab illo Oriente portas tres. Sed sicut aspectus solaris est improportionatus oculis corporeis, dum manet in fonte suæ originis, scilicet in sole, est tamẽ proportionatus dum in exemplaritate suæ imaginis intuetur; vt in radio solis, sic lucis æternæ radius in Deitatis celsitudine refulgens est improportionabilis oculis mentis viatoris; fit tamen proportionabilis dum speculatur in vestigio creaturæ. Ideo beatus Ioannes domum æternitatis, quam præuiderat, describit nobis viatoribus sub Metaphora temporalis Trinitatis, dicens: *Apo. 21* *Ab Oriente portæ tres.* Et quia communiter ante principalem portam ciuitatis est vna parua porta, antequam ingrediamur ad principalem portã, ideo ad portam illam, quæ clausa fuit nisi soli principi, per quam habemus ingressum ad portas istas principales, scilicet Mariam, recurramus, dicentes: Aue gratia plena, &c.

Hic videndum est primo, quare tres personæ in diuinis dicantur portæ. Secundo, qui habent accedere ad portas istas aperiendas. Circa primum notandum, quod tres personæ in diuinis conuenienter nominãtur portę, propter tria. Primo, quia sicut in domo materiali omnium ingredientium exitus fit per portam, sic à domo æternitatis omnis extrinseca productio ab istis tribus procedit. Ezechiel: *Portæ eorum*, scilicet omniũ effectuum, *tres.* Et Apostolus: *Ex quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, ipsi gloria.* Sicut enim à cælo procedunt naturalia bona apertis cataractis cæli, sic à summo illo cælo, à quo egressus est Filius, iuxta illud Psalm. *A summo cælo egressio eius*, omnia nobis, & naturalia, & spiritualia deriuantur. Iacobus: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à Patre luminum.* Et Aristoteles 1. Cæli & Mundi: De tribus dicimus omne, scilicet de tribus personis dicimus omne bonum processisse. Contra illos qui hoc dant planetis, & corporibus cælestibus, vt Ioui, & Marti. Vnde antiqui aliquid diuinum eis attribuerunt, propter quod planetas & militiã cæli coluerunt, & persecuti sunt fidem Trinitatis per multos annos, vsque quo reuelata sunt fundamẽta orbis terrarum. Nõdum enim cognoscebatur creator, & ideo quia iam nouimus fide, hodie tota Ecclesia in gratiarum actione consistit. Quod autem à Trinitate omnia bona deriuentur, patet, quia primo, *omnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper.* Iob: *Sapiẽtia trahitur de occultis*, nihil autẽ occultius glorioſa Trinitate. Apostolus: *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius!* Vnde dicitur fons sapientiæ, à quo eructauit nobis Filius abscondita à constitutione mundi. Secundo, ab ipsa omnis vita deriuatur. Inde & Pater dicitur fons vitæ. Psal. *Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumẽ*, scilicet lumẽ de lu-

Ezec 48 *Rom. 11* *Psal. 18* *Iac. 1.*

Portarũ nomine signatur persona in diuinis. B

Trinitas est origo omnis boni. C

Eccli. 1. *Iob 11* *Rom. 11* *Psal. 35*

de lumine, Filium à Patre procedere. Est enim Pater fons totius diuinitatis. Secũdo, fons vitæ in omnibus creaturis. Hinc
Psal. 15 dicebat anima sancta: *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum.* Et alibi dicebat alter: *Cucurri in siti.* Sed de multis conqueritur,
Hiere. 2. dicens: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderũt sibi cisternas dissipatas.* Est enim (sicut quidam Poëtarum dixerũt) in quo viuimus, mouemur, & sumus. Et propterea canit Ecclesia: Regem, cui omnia viuunt, venite adoremus. Vnde antiqui cõmuniter iurabant per hanc vitam. Hinc
3. Reg. 17 iurauit Helias: *Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto.* In hoc enim iurabant per Deum viuum, ad differentiam falsorum deorum, qui nec viuunt, nec sentiunt. Ps.
Ps. 113. *Os habent, & non loquentur.* Et ad maiorem assertionem & firmiorẽ, eo quod sit Deus
Ps. 101. rei assertæ testis non deficiens. Psalm. *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Quàm igitur amanda est gloriosa Trinitas, quæ est vita non solum vnius hominis, sed etiam totius mundi, non solũ corporis, sed etiam animæ, si sic diligimus istam vitam corporis transitoriam? Vnde & ista dilectio in figura antiquis promis-
Leui. 28 sa erat: *Vetustissima*, inquit, *veterum comedetis*, id est, in Deitate Trinitatem, quæ est ab æterno, & ante tẽpus credetis, & illam cum deuotione incorporabitis. Tertio, est ab eo omnis bonitas. Inde dicitur fons bonitatis, cuius riuuli particularia
Ps. 104. dona. Psalm. *Qui emittit fontes in conuallibus.* Ipse enim est fons Iacob, vnde ipse bibit, & pecora eius, id est, prælati & subditi. Hinc Dionysius de Diuinis nominibus cap. 5. vltra mediũ dicit: Omnis essentia, omnis virtus, omnis operatio, omnis habitus, omnis sensus, omnis intelligentia, omnis illuminatio, omnis sciẽtia, omnis veritas, similiter omne bonum ex bono optimo procedit, & in bono optimo conquiescit, & in bonum optimũ cõ-
Ps. 110. uertitur, vt in finem. Psal. *Confitemini Do-*
Osea 8 *mino, quoniam bonus.* Sed *proiecit Israel bonũ,*
Iudic. 7. & defecit omnis victoria. Gedeon in trecentis hominibus hostes deuicit, sic qui fidẽ habet Trinitatis. Secundo, sicut per portas ingredimur ciuitatem, sic per has portas, & nõ per alias Hierusalẽ, quæ sursum est, ingredimur. Has portas desiderant sibi aperiri sancti, sicut & Psal. dicẽs:
Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas Ps. 117.
confitebor Dño. Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eã. Primo dicit portas, deinde vnã portã demonstrat, quasi pluralitatem in vnitate describens. Has portas in articulo mortis collaudabat, & desiderabat intrare Tobias, prophetando dicens: *Portæ tuæ* Tob. 13.
Hierusalem ex smaragdo, & saphiro, & lapide pretioso ædificabuntur. Smaragdus, qui suæ viriditatis in aëre gignit similitudinẽ, significat Deum Patrẽ, saphirus, qui coloris cælestis est, designat Spiritum sanctũ, qui cælestes facit homines: lapis vero pretiosus Filius est, qui est lapis, quẽ reprobauerunt ædificantes, nescientes eius pretiũ.
Nescit homo pretium eius. Inde ait Dominus: Prou 31
Ego sum ostium, in quo ouium per me si quis introierit, ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Tertio, sicut ad portas cõmuniter accedunt inimici, vt possint occupare ciuitatẽ, sic hæretici mirabiliter ad has portas palpauerunt, vt effringerent eas, sed non potuerunt eas effringere, quia non potuerunt inuenire. Non enim potuerũt inuenire portas Sodomitæ. Suis enim machinis & exercitibus nisi sunt cõfringere hæretici. Primum Iudæi. Psal. *Erra-* Psal. 57.
uerunt ab vtero, id est à ventre legis, in quo gerebatur fides Trinitatis, imo ipse Christus ibi inueniebatur. Ioannes: *Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitam æternam habere.* Ideo *locuti sunt falsa.* Sicut enim scriptum est: *Tradidit mundum disputationi* Eccli. 3.
eorum, velut librum, per quem Deum quærerent, & inuenirent, sed literis & syllabis, id est creaturis adhærentes, huius libri intelligentiam neglexerunt philosophi. *Euanuerunt autem* (vt ait Apost.) *in* Rom. 1.
cogitationibus suis, & dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Cum enim lunam & stellas transierunt, & ad lumen sapientiæ pertingere debuerunt, oculis infirmis impingẽtes in lumẽ, & subtilius perscrutãtes, facti

sunt profundius errantes, & defecerunt scrutantes scrutinio, & omnis sapientia eorum deuorata est. Sed tres viri fortissimi perrexerũt per media castra Ecclesiæ, scilicet tempore legis & gratiæ, & hauserunt aquam de veteri cisterna Bethleem, & attulerunt Dauid, id est populo fideli, vt biberet. Isti sunt tres personæ omnipotentes, quæ hauserunt aquã in diuina essentia, quæ est à principio æternitatis, vt possemus stare contra impetum inimicorum, sed Dauid noluit eam bibere, sed libauit Domino, id est, incorporare sibi attribuendo laudem, sed Domino, dicens:

Ps. 113. *Non nobis Domine, non nobis*, &c.

D Nota. Pro secunda parte dicitur, quod soli sapientes habent aperire istas portas, id est, aperire & declarare mysteria Trinitatis, & secreta eius occultiora rimari.

Num. 14 Apostolus: *Qui infirmus est, olus manducet*, non solidos cibos Trinitatis. Non enim debet debilis intellectu ad talia anhelare. Hæc infirmitas fuit in Thoma, fuit & in Magdalena non existimante eum esse æqualem Patri, propter quod non fuit digna eum tangere, nec in gloria tanget eum, qui fidem Trinitatis non habuerit.

1. Reg. 2. *Quicumque honorificauerit me, honorificabo eum.* Honorificat autem eum, qui eum dicit æqualem Patri. Psalm. *Volauit super pennas ventorum*, id est, super intelligentiam omnium ingeniorum, vt non possit hic comprehendi. Inde aliqui discipuli dixerunt: *Durus est hic sermo*, & abierunt retro, quia humana ratione pensabant opera

Esai. 7. Dei & verba: *Nisi credideritis, non intelligetis.* Propterea orabat excusando se Dauid:

Ps. 118. *Non ambulaui in magnis neque in mirabilibus super me.* Ideo Dominus dedit ei intelligentiam eorum, sed præsumptio destruit eam. Qui enim vult ambulare super tectum Ecclesiæ, oportet quod habeat fortem imaginationem, alioquin decidit in terram. Sic qui in altissimis Trinitatis quærit ambulare, nisi subtile habeat ingenium, cito cadet in errorem. Terminos enim statuit Moyses circa montem, quos transgredi non licebat, & scriptura circa montem gloriosæ Trinitatis terminos statuit, quos nõ licet transgredi, nisi doctus Moyses accedat. *Ne transgrediaris terminos, quos constituerunt patres tui.* Sunt autem in hoc firmamento luminare maius, & luminare minus, id est, sententiæ maiores, & minores; de Trinitate maiores, & minores sunt de humanitate Christi, & stellæ sunt aliæ scripturæ, quas nox hæreticorum non potuit obscurare, in quibus pascentur sancta animalia, sed boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, quia minores in fide maiorum saluantur. Et sic per omnia Deus dat, & offert regnum cælorum & possessionem eius sub credo, id est, sub fide. Psalm. *Omnia opera eius in fide.* Si essent tabernarij, qui vinum sub credo magno vel paruo concederent, omnes histriones illuc discurrerent vt inebriarentur, & vinum gloriæ proponit nobis Deus sub credo, & paruo, & magno, & tamen illuc tendere nolumus.

Prou. 22. *Psal. 138.* *Matth.*

DE SANCTO IVONE, SERMO VNICUS, & in ordine CXVIII. Per Themã.

SI quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem. Cum quis crimine læsæ maiestatis Deum offendit, necessarium habet mediatorem aduocatum, qui sit sapientissimus, & principi gratissimus. Nos vero quotidie (vt dicit Iacobus in Canonica) *in multis offendimus omnes*, quotidie super cælestes thronos agitantur causæ nostræ periculosissimæ. Non de morte corporis tantummodo, sed etiam animæ. Non de transitoria morte, sed æterna, vbi sedet terribilis in consilijs super filios hominum Deus, vbi non solum iniustitiæ, sed & iustitiæ iudicantur, secundũ quod dicit in Psal. *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo*, vbi non solum impius, sed etiam iustus iudicatur, iuxta illud: *Et dixi in corde meo, Iustum & impium iudicabit Dominus, & tempus omnis rei tunc erit.* Psalm. etiam testante: *Dominus interrogat iustum & impium.* Videat quisque quid respondeat.

1. Ioã 2 *Psalm 9* *Eccles. 3* *Psal 10*

Vbi

Vbi horrenda iudicia, & arresta sine difficultate cito demandantur executioni,
Psal. 93 quia Psalm. *Deus vltionum Dominus, Deus vltionum libere egit*, & de throno eius procedunt voces comminationis, & tonitrua, & fulgura æternæ damnationis. Necessarium ergo habemus aduocatū apud Patrem Deum vltionum. Prouidit autem ipse de aduocato magni consilij Angelo, de quo ad literam verba proposita, prouidit etiam de beato Iuone, de quo postea dicemus, prouidit & nobis de aduocata sapientissima & gratissima. Quod sapientissima sit, patet dupliciter. Primo, quia sapientia aduocati in tribus manifestatur. Primo, quod obtineat contra iudicem iustum & sapientem. Secundo, cōtra aduersarium astutum & sagacē. Tertio, in causa desperata. Sic Maria contra iudicem sapientissimum Dominum, vt
Cant. 3. dicere posit: *Tenui illum, nec dimittā*. Contra aduersarium callidissimum diabolū, etiam in causa nostra desperata sententiam optatam obtinuit, & quotidie obtinet, igitur sapientissima. Secundo, quia aliqui aduocati possunt iniustum probare iustum esse sophistice, licet non facere. Sed Maria de nostra iniustitia fecit iustitiam, quando de veneno fecit tyriacam, & de magna miseria nostra magnam misericordiam, igitur improportionabiliter super omnes sapiētissima aduocata fuit. Sed quod gratissima iudici, patet primo, quia gratum habet aduocatum bonus iudex, qui lites diminuit & terminat, & pacem reformat. Inter omnes sanctos Maria plus lites diminuit, & inter Deum, & quemlibet peccatorem, & plus reformat
Cant. 3 pacem, vt dicat: *Facta sum coram eo quasi pacem reperiens*. Secundo gratissimus est iudici aduocatus, qui eloquentia pollet & bonitate, quia primum sine secundo inutile est. Inde rhetor apud oratores diffinitur, quod est vir bonus, dicendi peritus. Sed Maria est huiusmodi. Hinc Spiritus sanctus, qui eam instituit humani ge-
Cant. 2 neris aduocatam, ait: *Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis*. Proinde dicamus: Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, & causas nostras agendas suscipe. Et quia aduocati communiter sunt diuites, non dubium est quin illa sit super omnes diues. De plenitudine igitur eius accipiamus omnes gratiā pro gratia, doctrinā pro salario. Salarium suum erit, Aue, &c.

A Maria aduocata sapiētissima & gratissima.

Ante Christi incarnationem non erat aliquis aduocatus in cælis. Et quod ita sit, beatus Ioannes vidit in Apocalypsi numerum electorum ex omni tribu filiorum Israel, præterquam de tribu Dan, qui interpretatur iudicium vel aduocatio, quia nullum ibi vidit aduocatum, propter quod Dominus varijs plagis percutiebat populum suum. Non enim erat aduocatus, qui loqueretur. Propterea prouidit de aduocato Domino nostro Iesu Christo, prouidit & de beato Iuone, qui in duabus curijs meruit esse bonus aduocatus, in curia alta & in curia bassa, in cælis, & in terris, ita vt sicut eum hic habuimus aduocatum apud sæculum, & contra sæculum, ita & nunc si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem. Primo ergo dicemus, quomodo beatus Iuo fuit bonus aduocatus in sæculo. Secundo, quomodo in cælo. Circa primum duo dicemus. Primo, quomodo se debite ad aduocatiatus officium præparauit. Secundo, quomodo debite ipsum exercuit. Quantum ad primum, ad hoc quod aliquis sit bonus aduocatus quatuor requiruntur. Primo, in intellectu sapientia. Secundo, in affectu constantia. Tertio, in memoria diligentia. Quarto, in executione libera licentia, quæ omnia in beato Iuone inuenta sunt. Primo igitur requiritur in intellectu sapientia. Sapientia est plusquam scientia. Nam est sapida scientia. Ad hoc ergo quod sit sapientia, requiritur quod sit scientia vera. Secundo, quod sit sapor verus. De bona herba producitur bonum ius, si sit pistillata. Sic pistillo rationis scientia legum & iurium reddit bonum ius. Optima salsa tamen opus est ad gustandum de bono

B Aduocatus nō erat in cælis ante Christi ascensionē.

C Aduocatū decet esse sapientē

Iob 12. tur, secundum illud: *Adducet consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporē.* Sunt enim sicut luna, quæ in principio habet parum luminis, in medio plenitudinem, in fine nihil, quia cum multas habeāt pensiones plurimorū, in fine male omnia ordinant.

Iob 38. Iob: *Auferetur ab ipsis lux sua,* Sapiens: *A luna signum diei fit, luminare quod minuitur in consummatione mensis.* Ratione sic potest ostendi, quia talentum repositū in terra, quamdiu viuit homo, est sensus, quē debet iuxta Dei voluntatem expendere, vt ex eo lumen virtutum acquirat. Quod mundi sapientes non faciunt, sed exponunt sæpe illud in terrenis lucris, & negotijs, & cautelis contra Dei voluntatem. Ideo in fine, quando paterfamilias vult cum eis rationem ponere, scilicet in morte, illud talentū, scilicet rationis, & sensus naturalis ab eis aufertur, quantum est de his quæ ad salutē pertinent, secundū illā

2 Cor. 1. comminationē Domini: *Perdam sapientiā sapientiū.* Exemplū de quodam, cui ęgrotanti oblata est Eucharistia. Et tunc dixit, sicut sanus in causis dicere consueuerat: Volo vt prius iudicetur vtrum eam debeam recipere an non. Cumq; ei dicerēt astantes: Iustum est vt eā accipias, & hoc iudicamus. Respondit: Cum sitis pares, non habetis in me iudicare. Cumque appellaret quasi à sententia iniqua, infælicē spiritum exhalauit. Tertio, in affectu requiritur firmitas & constātia, vt pro nullo munere aut persona flectatur patronus à veritate. Propter quod & mulieres patrocinari prohibentur, eo quod est sexus fragilis. Debent enim aduocati esse stellæ fixæ in firmamento, id est, in veritate firmati, quæ simul moueātur cum eo, id est cum veritate ipsa. Sed modo pro maiori parte sicut stellæ erraticæ mouentur pro & contra, pro vtraque parte patrocinantes. Differentia autē est inter sitientes potare volentes, & inter piscari volentes. Primi desiderant aquam claram, secundi turbidā. Modo vero nullus est, qui velit claram veritatem inuenire, nec qui ea velit potari, sed bene qui piscari. Cassiodorus: Oblatio muneris tinea est regiminis. Vnde narrat Helinandus de Demosthene, qui aliquando interrogauit Aristodemum Rhetorem quantum accepisset vt accusaret. Qui cum talentum se accepisse responderet. Et ego (inquit) plus accepi vt tacerem. Et sic apud causidicum silentium venale est, & lingua damnata, vbi argenteis funiculis vincitur. Similiter cum quidam dedisset bouem vni vt loqueretur, & alter dedisset vaccam vt taceret, dicebat primus: Bos loquere. Alter vero: Nequaquam, quia vacca mea tenet eum per guttur. Non sic beatus Iuo, qui causam cuiusdam pauperis militis contra quemdam Abbatem diuitem conduxit, & pauperes contra diuites sustinebat, & eos fouebat, & vestiebat. Quomodo aliorum pecunias extorsisset qui pauperes de suis facultatibus nutriebat? Audiuerat enim illud verbum: Esuriui, & dedistis mihi manducare. Propterea à Deo summopere diligebatur, sicut mali iudices & aduocati odiosi sunt Deo & hominibus. Sic legimus libro 12. Histor. Tripart. de Sisinnio aduocato, quod pro eo acclamauit populus, vt esset Patriarcha Constantinopolitanus, dimisso Probo & Philippo venerabilibus viris, eo quod pauperes fouebat remotos à causis. Vnde iudices maxime & aduocati debent esse constantes in rectitudine, nec vlla moueri passione, vt à recto deuient. Licet enim ahæ virtutes sint moderatiuæ vnius passionis, iustitia tamen cum sit difficilior & preclarior, necessario habet omnem mitigare passionem, scilicet passionem iræ, amoris & odij, quæ ei rei repugnant. Nam secundum Philosophum libro Rhetor. ira, amor, & odium peruertunt iudicium, amor pecuniæ & amor parentum. Sunt autem aduocati moderni vel officiales & iudices similes cuidam homini existenti in mari, qui dicitur Truchemant, hoc est interpres, qui loquitur omnem linguam, & vnicuique nationi diuersimode, secun-

I *Aduocatis non nō mo do lingua, sed & silentium venale est.*

K *Aduocatorum moderno rum auaritia taxatur*

dum diuersitatem gentium dat responsum. Sic nunc multi aliter pauperi, aliter diuiti loquuntur, pauperi dant repulsam, diuiti audaciam; non danti recusant dare consilium, pro dante allegant paragraphum. Homo mancus operari non potest, quia brachia non habet, quę extendat ad opus, sed bene mutus, qui non est mancus. Sic si mancus fuerit homo nihil dās, nihil operatur apud eos. Si mutus est & ignorans, dummodo manum applicet ad munera, reportat inde consilium & auxiliū. Figura 1. Regum 25. de Dauid, qui iratus est Nabal, eo quod noluit dare quod petierat. Sed per Abigail offerentem munera placatus est. Similiter Ioseph constitutus super domum regis numquam pro patre & fratribus regi locutus est, donec recepit munera quæ obtulerunt, & sic prius erat mutus, & postea fuit locutus. Sic aduocati primo muti sunt, postea miraculo diuino pecunia reddit eis loquelam. Quarto, in aperiendo os liberam debet habere licētiam. Propter quod serui non admittuntur ad aduocatiā, non tātum serui corporales debent intelligi, sed magis spirituales, quia qui facit peccatum, seruus est peccati, quæ est seruitus vilissima. Quomodo licet alicui alterum accusare & corrigere, qui magis est culpabilis & amplius indiget correctione? Sic itaque genus iudiciale & deliberatiuum datur aduocatis in Rhetorica, quia boni debent esse, alioquin abutuntur scientia illa. Hinc Petrus Cātor recitat de quodam Oratore Quintiliano Athenis facto erudito & diserto expensis cuiusdam diuitis, qui postea pro republica rogatus loqui, stetit in causa contra patronum suum, scilicet diuitem illum, in qua causa obtinuit diues. Quem Oratorem in ius vocauit, accusans eum ingratitudinis. Leges enim ingratos puniebant. Qui cum accusaretur, ait illi diuiti: Domine mi, tu scis quia nihil crudele in te intorsi, nihil pro causa odij, sed pro libertate reipublicæ & honestate personæ meæ, imo etiam & tuæ steti. Nunc hoc video quod nihil periculosius acceptis muneribus, quę nos ad omnem obligant seruitutem. Sed nihilominus dicitur: *Hic est oculus omnium in terra*, scilicet aduocatorum, *& ecce talentum plumbi*. Hiero. Olim sedit iniquitas super talentum plumbi, nunc super talentum auri. Inde Poēta: Zach. 5.

Aurea nunc verò sunt sæcula, plurimus auri
Venit honos. ———

Secundo, quo ad modum exercendi officium aduocatiatus dicitur, quod quatuor causæ requirūtur. Primo, causa materialis quod sit bona & iusta, ita quod non recipiant malam causam scienter, vel dimittant cum cognoscūt esse iniustā. Contra quod multi faciunt, qui non dimittūt, vel si dimittant, consulunt suæ parti vt componat & partē capiat, vbi sciunt eā nihil habere. Mirum est tamen cum periculosum sit istud officium aduocatiæ, quod vix dimittitur. Sed sicut canis inueniens ossa pinguia in macello, vix ab eo distrahitur, sic multi quamuis habeāt vnde viuere, quascumque solicitudines, inimicitias, odia & labores etiā gratis sustineant, nūquam tamē propterea dimittunt illud officiū. Nō sic Chrysostomus, nō sic Euagrius, sed dimisērūt propter huiusmodi curas & pericula. Cuius etiāEuagrij hortatu Theodorus & Maximus discipuli Libanij Sophistę, eidē officio cesserūt, qui postea magni Episcopi facti sunt, vt habetur lib. 10. Hist. Tripar. c. 34. Sic Cassiodorus, sic & Prudentius dimisērūt. Sed multi sunt similes molēdinario, qui magis vult quiescere in assiduo strepitu, quam in quiete & silentio, dummodo aliquid lucrētur, nihil molestat eos. Exemplum est in Actore de donis de quodam aduocato cuiusdam Episcopi habentis manerium super aquas vbi strepebant molendina, qui eidem Episcopo dicebat, quod erat illic male, & quod non poterat ibi quiescere, & ideo debebat dimittere illud. Propter quod Episcopus dedit ei ipsum domiciliū. Quo habito, quicquid dixisset antea, ibi optime quiescebat aduocatus, adhuc plura fabricans molendi-

na.

1. Reg. 25

L *Aduocatus debet liber esse ad loquendum.*

M *Aduocatiatus officium non debet exerceri nisi concurrentibus quatuor causis.*

Nota.

ra. Sic multi licet pro duabus vel tribus causis dirigendis multas solicitudines habeant cũ strepitu forensi, adhuc tamen plures volunt habere, vbi est spes de lucro, non curantes si propterea diuertantur à consideratione salutis suæ, nec strepitum conscientiæ remordentis attendẽtes. Vnde in sacra scriptura non inuenio nisi vnum aduocatum patrocinium dedisse, scilicet Tertullum, sed malam causam suscepisse, scilicet contra Paulum. Sic Balaam ob hoc culpatur, & iussus est interfici, quod causam infidelium contra fidelem populum fouit, eis consuluit, pro eis allegare voluit, & ad prouocandum iram Dei eos hortatus est. Talis erat ille, de quo recitat Cæsarius, qui in Saxonia nominatus Decretista, moriens cum hiaret, non est inuenta lingua in ore eius. Merito autem linguam perdiderat moriẽs, qui illam viuens vẽdiderat. Lingua enim huiusmodi est sicut statera, quæ ad modicũ pondus se vertit vbique, in quo sunt peiores Achitofel, qui spe magnorum officiorum consulebat contra regem Dauid. Et si illi sunt miseri, à fortiori diuites, qui se ponunt in manibus eorum. Spina enim de lana ouis semper aliquid aufert, & tãdiu inter spinas habitat, quod quasi totaliter spoliatur. Sic pica fouet ouum accipitris, sed postea accipiter deuorat picam. Sed quæritur hic, vtrum iudex & aduocatus teneantur gratis patrocinium præstare. Respondetur primo, quod vbi iudici & aduocato prouisum est de vadijs seu stipendijs, aut aliàs ratione sui officij, tenetur gratis. Secundo, aduocatus, vbi sibi prouisum non est, non tenetur gratis, sed potest accipere pro labore aut patrocinio vel consilio, non excessiue, sed secundum taxam iustitiæ. Hoc dicit Augustinus in epistola ad Macedonium, ponens differentiam inter aduocatum, iudicem, & testem, quia aduocatus potest accipere & vendere iustum patrocinium, non dicit iniustum, quia se tenet ex vna parte; non autem iudex aut testis, quia sunt ab ambabus partibus, & sic ex omni parte caperet. Tertiò dico, quod non debet accipere immoderatum salariũ, quod non competat personæ suæ, aut laborj, aut scientiæ, aut facundiæ, aut consuetudini regionis, aut personæ, cui præstat patrocinium. Potest enim esse persona, à qua non deberet accipere. Salarium autem à sale dicitur, quia sicut falsa prouocant sitim, sic semper sitiunt lucrum, nõ in lingua, sed in manu, quia illud sal tãgit manum, ideo non habent manum putridã. Secundo, requiritur causa formalis, quod iuste & per iusta media exequatur & ducat causam. Nam præcipitur in Deuteronomio: *Iustè quod iustum est persequeris*. Nec sunt facienda mala, vt inde eueniant bona: nec nimis prolonget causam, nec suis subtilitatibus tegatur veritas, quia secundum Senecam, nihil veritati molestius quàm nimia subtilitas. Inde consequuntur tales maledictionem. *Væ vobis texentibus subtilia*. Sed propterea nõ curant multi, & dicere possunt: *Concepimus & locuti sumus verba mendacij, & conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit, quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi*. Sed etsi modo aliqualiter supprimatur veritas, tandem tamen apparebit. Est enim similis oleo, quod sleet sub aqua aliquando supprimatur, non potest tamen detineri, quin super aquam exaltetur. *Fortis est rex, fortiores mulieres, super omnia autem vincit veritas*, etsi non in hoc sæculo, in alio tamen, quia Dominus custodit veritatem in sæculum super aliud: facit iudicium iniuriam patientibus. Tertio requiritur causa efficiens, quod sit bona, scilicet quod sit persona scientifica, & talis quod possit patrocinium præstare, aut quod non sit serua peccati, vt supra dictum est. Nam ad eos extendit etiam illud Apostoli præceptum, dicẽtis: *Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium vestrum*. Cõtra eos qui tenent concubinas, & tamen contra concubinarios patrocinantur. Aut quod propter patrocinationem non dimittat proprium officium suum, vt quod propterea facer-

Nota. Act. 24 Numer. 23. & 24.

N Aduocatus malis lingua statera compatitur.

6. Index & aduocatus quãdo tenẽtur gratis patrocinium præstare.

Dtm. 16

Esai. 19.

Esai 59

P Veritas in fine vincit.

3. Esd. 3

2. Cor. 6

sacerdotes non dimittant curam suã. Sed multi sunt sicut bubones, qui veniunt tãtum ad Ecclesiam ad hauriendum oleũ, id est ad distributiones habendas, & totũ residuum tẽporis exponunt in litigijs. Aut quod sacerdos maxime non agat in curia mere laica, & hoc nisi in causa propria, vel pia, vel Ecclesiæ. *Seruum enim Dei litigare non licet*. Et Ioseph præcepit fratribus suis, oneratis eorum asinis, ne inuicem contenderẽt in via. Sic in itinere vitæ præsentis si Christus abundantiam temporalium dederit, non inde concedit pro ea pacem & concordiam frangere. Debet ergo persona esse bona, præcipue quoad conscientiam & Deum, quia si esset mala persona & malæ conscientiæ, totam terram destrueret. Terra enim Hierico sterilis reddebatur propter aquas, id est propter scientias lucratiuas, & lingua eloquens, quando male regitur, est plena veneno mortifero, licet donum linguę sit datum ad bonum, & lingua naturaliter semper sit recta, non curua. Inde dicit Tullius 2. de Officijs: Nihil tam inhumanum quàm eloquentiam à natura ad salutem hominum & ad conseruationem datam, ad bonorum pestem perniciemque conuertere. Describit autem Bern. malos aduocatos libro de Consideratione, dicens: Mali aduocati sunt, qui docuerunt linguam suam loqui mendaciũ, discreti aduersus iustitiam, eruditi pro falsitate. Sapientes sunt, vt faciant malum, eloquentes sunt vt impugnent bonum. Et tales sunt impij illi, de quibus Sapiens: *Ab vno sensato inhabitabitur patria, & à tribus impijs deseretur*. Terra enim deseri solet propter defectum iustitiæ, quam isti fieri impediunt, adeo quod non est causa tam iusta, quin impugnent; neç tam iniusta, quam non defendant. Ita quod miratur Petrus Cantor, dicens: Vidi morbum incurabilem, ad quem curandum non inueniebatur medicus, quia de salute desperabatur; sed non vidi causam adeo iniustam vel perditam, pro qua tuẽda non inueniretur aduocatus. Quarto, quod causa finalis sit bona, scilicet nõ propter lucrum aut vindictam, sed propter bonorem Dei & bonum commune, quod est pax inter ciues, secundum præceptum Apostoli: *Omnia in gloriam Dei facite*. Non sicut multi semper ad lucrum inhiãtes, qui vbi curare debent oculum, id est, intentionem rectificare ad Dei gloriam operando, in bursa ponunt emplastrum, eam replendo nummis; vel vbi debent curare proximos, inducendo eos ad pacẽ & concordiam, volunt curare bursas eorum & euacuare. Nec respiciunt an se dãnent, vel dummodo habeant lucrum, similes illi trutanno seu mendico nudo, qui vbique quærebat hospitari, sed repellebatur à cunctis. Venit ergo ad præpositum ciuitatis, dicens quod secum hospitaretur. Sed repulsus post multas molestias pugno percussit præpositum. Qui indignatus iussit eum trudi in carcerem. Tunc mendicus ille: Amodo (inquit) habeo quod quæro. Hospitatus sum in domo tua. Sic multi non cessant vsquequo per fas & nefas locentur in inferno. Vnde Demosthenes rogatus vt pro libertate reipublicæ tuenda os aperiret, simulans se ægrotare, inuoluit caput lana, & ait: Non possum, squinacẽ enim patior. Non (inquit alter) squinacem, sed argentinacem. Sed caueant sibi isti, quia (vt dicit Ansel. cuius vita ab omni munere irreprehensibilis erat) prendere & pẽdere propinqua sunt. Ideo timeant qui sic prendunt & capiunt munera, ne tandem pendeant in inferno.

Pro secunda parte dico, quod beatus Iuo in cælis est aduocatus noster apud Patrem, non pro malis aduocatis, sed pro bonis. Prima pars patet, Primo, quia omnes aduocati, qui illic sunt, & omnes accusatores sunt pro parte Dei, quia non est scientia, non est sapientia, nõ est consilium cõtra Dominũ. Ideo beatus Iuo erit de parte Dei cõtra illos, qui fuerunt de parte diaboli. Sicut enim ouis odit lupum, sic Iuo rapacẽ aduocatum. Secundo, quando vnus de aliquo ordine fecit multa mala, tunc

Q *Aduocatus debet esse persona bona.*

R *Aduocati mali describũtur à Bernardo.*

Eccli. 16

1 Cor. 10

S *Aduocatus debet facere propter bonorem Dei & bonum commune.*

T *Aduocati sunt beati pro bonis, & non pro malis ad uocatis.*

tunc acerbe punitur, eo quod vituperari fecit ordinem. Cur ergo non mali aduocati ab his qui beatitudine perfruuntur, qui ordinem patrocinandi vituperari fecerunt. Tertio, si beatus Iuo in vita sua eiecit triennem dæmonem ab homine, quare non deijciet diabolicum aduocatum in anima plus quàm decẽnio possessum? Secunda pars patet dupliciter. Primo ratione, quia beatus Iuo in hoc mũdo fuit maximæ charitatis & pietatis, quod patet ex multis. Primo, quia cum erat scholaris, portionem suam dabat pauperibus, & cum creuisset, patrimoniũ optimum habens, magnã portam pauperibus, ac si fuissent magni domini, aperiebat, faciens eis festum, & sua eis distribuens in propria ministrabat: deinde cum sanctis viris ibat ad comedendum. Præterea pauperes & orphanos nutriebat in scholis, & de suo soluebat, pauperes deformiores iuxta se collocabat in prãdio, fecit quod fieret hospitale pauperũ, & tẽpore hyemis pannos emebat, de quibus pauperes vestiebat. Insuper bonas vestes dabat pauperibus, grossa tunica alba de burello cõtentus, & spatio vndecim annorum habuit maritum, vxorẽ, & quatuor liberos, quos secũ nutriebat & fouebat. Tantæq; pietatis fuit, vt sibi subtraheret dandum pauperibus, & hoc patuit in extinctione ignis. Si sic fuit pius & misericors in hoc sæculo, cum non sit minoris in alio, imo multo maioris, secundum illud: *Vuit Dominus, cuius ignis est in Sion & caminus in Hierusalem*, sequitur quod ipsum habemus nunc patronum & aduocatum apud Patrem. Secundo, hoc patet experientia, quia post decessum eius legitur in eius canonizatione, quod meritis eius & precibus quatuordecim mortui fuerunt suscitati, quatuor mulieres liberatæ à partu mortuo in vtero, ita vt in aliquibus fœtus mortuus reuixerit. Vnus liberatus à suspendio, duo à casu in flumine profundo, triginta tres à submersione in medio mari pluribus vicibus, & vbi socij submergebantur: quatuordecim paralytici gutturnosi & cõtracti, septem cęci vel saltẽ nõ perfecte videntes subito ad perfectã visionem reducti sunt, septem furiosi & dæmoniaci curati sunt, & sex hydropici cum alijs multis infirmantibus. Ex quo patet, quod post eius obitum aduocatum habemus apud Patrem.

Esai. 31

DE SANCTO GERMANO Parisiensi Episcopo, Sermo vnicus, & in ordine CXIX. Per Themã.

Rogo te Germane compar, aduma eas, scilicet animas, *quæ mecum laborauerunt in Euangelio*. Dupliciter aliqui intelliguntur laborare in Euangelio. Vno modo prædicando quoad prædicatores, & ministrando eis quoad auditores, & quoad istud secundũ multi laborant ad Euãgelium, sed non omnes, quia non omnes habent facultates faciendi talia adiutoria. Alij laborant in Euangelio cum prædicatore, vt prædicator doceat facere, ipsi vero Euangelij præcepta exequantur, & sic nullus excusatur de non laborando cum prædicatore ad Euãgelium. Et de istis est oratio Pauli, & nostra, in qua dicitur: *Rogo te Germane*. Sed quæstio est: Vtrum oratio nostra exauditur à beato Germano? Et videtur quod non, quia dicitur: *Abraham nescisut nos*, &c. Require sermone Meloni post festum beati Lucæ in secunda parte, & dic: Aue.

Phil 4.

Esai. 63

Antequam possimus per mediatorem interpellare Deũ, oportet quod ille sit amicus Dei, quia cũ is qui displicet ad intercedendũ mittitur, irati iudicis animus ad deteriora prouocatur; & etiã oportet quod sit amicus noster. Et inde est quod prælati vocantur pontifices, quia pontem faciunt. Idco oportet quod Germanus sit amicus dei, & nostri. Et quia ex vita eius hoc possumus perpendere, inde dicere possum: *Rogo te Germane compar*, &c. Primo igitur ostendemus eum esse amicum Dei. Secundo nostri. Quantum ad primum, amicus ex multis cognoscitur. Primo, ex conuersatione. Conuersatur enim cũ amicis suis, & numquã aut raro cum inimicis.

A Amicus quis cognoscitur ex conuersatione.

Inde

Inde dicebat Dominus discipulis amicis
Ioan. 15 suis: *Vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.* Cum enim alicuius causa iusta ventilatur, & ei iniuste contradicitur, non dubitat testes bonos adducere, & testimonio eorum causam suam committere, qui fidem præbeant veritati. Et quia causa fidei & Christi coram principibus, imo coram omnibus populis ventilanda erat, & multos habitura erat contradictores, non dubitauit bonos testes adducere, scilicet Apostolos. Aliqui sunt qui numquã sunt cum Christo. Isti sunt qui non quærunt nisi lites & dissensiones dispergere, & interimere oues Domini, & qui oderunt pacem, cum tamen in pace factus sit
Mat. 12 locus eius. *Qui non colligit mecum*, ad vnitatem supple, *dispergit; & qui non est mecum, contra me est.* Similes sunt lupo, cui commiserat paterfamilas oues, cum iuramento tamen quod fideliter circa eas se haberet. Recedente longe patrefamilias, lupus deuorauit eas vnam post aliam. Superueniens autem requisiuit oues. Dixit lupus quod mors eas occiderat. Requisitæ sunt pelles, & inuentus est dens lupi in pellibus, & inde lupus suspensus est. Sic aliquando Dominus suas oues committit tyrannis & malis hominibus, nõ vt prædentur, sed vt castigẽtur; illi vero deuorãt eas, & cum requiritur de ouibus, inuenitur dens lupi comedisse eas. Ideo finis eorum erit suspendi in patibulo inferni. Exemplum ad hoc est de quodam, qui fuit electus per columbam, pessimus tamen, nõ vt bonus esset, sed vt pessimos flagellaret. Isti numquam dant bonũ testimonium Christo, quia vel tales non credunt aliud sæculum, & sic non iudicant Christum veracem, qui dicit oppositum. Aliàs enim si crederent, non facerent mala, quæ faciunt, vel si credunt, nõ dant testimoniũ bonæ vitæ. Nos enim nomine eius vocati sumus, quasi simus filij eius aut fratres. Dedecus est patri vel matri malos habere filios aut fratres, & quandoque moriũtur detestando Deum. Alij sunt qui ab initio sunt contra Dominum, & pugnant cõtra eum, sed in fine aut tribulationibus aut verberibus vincuntur, vt mali, qui in medio vitæ vel in fine pœnitent, de quibus
Psal. *Inter multos erant mecũ.* Alij sunt qui Psal. 72
permanent cum Domino Iesu in puritate. Et isti sunt vere amici, & sibi familiares, quorum vnus fuit Germanus, & parentes eius. Quod patet primo, quia cum honestis habitat semper Christus, dicens:
Radicaui in populo honorificato. Parentes autẽ Eccli. 24
eius fuerunt honesti, vt dicit legenda. In matrimonijs enim turpibus non habitat, quia Dominus non est scarabæus, sed est apis habitans in floribus. Secũdo, hoc patuit experientia. Nam adhuc in vtero matris cum mater vellet eum extinguere, præseruatur Germanus à Deo, non quod tunc mundus esset ab originali peccato, sed quia tunc erat præseruatus pro futura familiaritate cum Christo. Sed ibi quæritur: Vnde tanta malitia, vt mater vellet interficere filiũ suum, & vnde illud quod ex tam mala arbore nasceretur tã bonus fructus? Respondetur primo, quod procurare abortiuum cõtingit multipliciter. Primo, ex certa & mera malitia, & tunc hoc peccatum est diabolicum, & à dæmone instigãte, sicut fuit attentatum tempo-

Abortiuum pro curatur multipliciter.

ribus Philippi primi Imperatoris Christiani, in sancto Põtio, cuius mater prægnans dum tẽplum intraret, sacerdos, qui idolis sacrificabat, cœpit vexari à dæmone, & rũpere infulam, & vestes & per tẽplum discurrere & clamare, dicẽs illã mulierem in vtero gestare infantem, qui tẽplum illud destrueret. Illa autẽ in vtero credidit eũ extinguere, & nõ potuit, quia virtus Domini erat ad oppositum. Secundo, contingit ex causa leui, & quæ putatur honesta, aut ad vitandã infamiã; vt accidit in illa muliere, quæ vidẽs quod nimis cito vnũ puerum post alium cõcepisset, ne iudicaretur impudica, voluit fœtũ in vtero suffocare, & potione veneni, & incubatione super ventrem. Tertio, contingit aliquãdo occisio fœtus præter propositũ, vt in mulieribus indiscrete laborantibus, & nimiũ se stringentibus, vt habeant pulchrum

thrum corpus. Vnde nō excuſatur mater Germani propter cauſam, quam prætendebat, quin grauiter peccauerit. Poterat enim ſe occultare ſicut Eliſabeth, & ſic volūtatem Dei expectare. Secūdo, in hoc erat ingrata de beneficio Dei. Fœcunditas enim mulieris donum Dei eſt, quod plures habere non poſſunt, cum tamen illud plurimū deſiderent. Nihilominus ſicut aliquando de dono Dei cauſatur lætitia, aliquando triſtitia, lætitia de bono opere, triſtitia de his quæ non contingunt iuxta voluntatem Dei, vt patet in dono ſapiētiæ & ſcientiæ: quia *qui addit ſcientiam, addit & dolorem*, dum conſiderantur mala, quæ fiunt contra Deum, ſic iſtud donum generat lætitiam pro bonis pueris genitis, pro malis vero triſtitiam. Sic ergo voluntate Dei ſola & Angelorum miniſterio præſeruata eſt plantula illa profutura Eccleſiæ. Cōmuniter enim animalia nobilia, vt pauones, ſunt difficilioris eleuationis. In hoc facto mulieris datur documentum, quod diabolus nititur extinguere bonum propoſitū, dum adhuc eſt in mente, & hoc maxime per matres, quę nimium carnaliter diligunt filios. Si enim habeant filij propoſitum religionis vel ſacerdotij, ipſum nituntur tales matres extinguere, contra illud Apoſtoli: *Spiritū nolite extinguere*. Aliqui tamen ſunt, qui nō ſuffocant, ſed pro tempore nutriunt, & poſtea intoxicant, vt qui bene cœperūt, ſed non continuant, qui ad tempus credunt, & in tēpore tribulationis recedunt. Dicitur ſecundo, quod parentes ſancti Germani erant honeſti, & ſi aliquando fuit defectus, in hoc deſignatur, quod nō eſt ita honeſtum matrimonium, quin in eo cadat aliquando grande peccatum, & grandis offenſa, licet ſecreta. Ideo in ſua ſanctitate non confidant coniuges. Nō eſt ita bonus equus, quin aliquando ruat, & maxime in pulchro ſpatio ſeu loco. Sic nō eſt ita iuſtus aliquis, quin aliquando ruat in peccatum. Et dato quod fuiſſent malæ vitæ, tamen Dominus ſcit de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ, & de ſpinis vuas, & de tribulis ficus colligere. Vnde non ſolum mater Germani, ſed etiam mater cuiuſdam ſocij ſui Stracidij eum interficere voluit, vt haberet hæreditatē illius, ſed non permiſit Dominus. Auaritia, vt hic apparet, eſt quædam inſania, & temporalia dicuntur inſaniæ, quia faciūt hominem inſanire. Canes enim rabidi inſaniunt in plenilunio, id eſt auari in abundātia terrenorum. Inſanus etiam eſt, qui parat ſibi laqueos cauillationum, fraudū, & ſubtilitatū, in quos incidit. Sic & iſta, quæ parauit venenum pro Germano, & tamen nutu diuino illud datum eſt filio ſuo. Secundo, ille dicitur amicus, cui reuelantur & committuntur ſecreta, ſecundum illud verbum Domini: *Vos autem dixi amicos meos, quia omnia, quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis*. Iſte autem ſecreta Domini cognouit, & ampliauit. Nam in breui tempore profecit in ſcientijs & virtutibus, ita quod infra decimum octauum annum inſtituitur à B. Agripino Diaconus, & ſtatim poſt vigeſimum primum annum presbyter, & deinde Abbas S. Symphoriani per Pontificem Nectarium, non per regem & principes, nō precibus & fauoribus. Spiritus ſanctus tunc non habebat alas fractas, ſed volabat, & modo portatur per principes, ac ſi ſucceſſio in prælaturis & bonis Eccleſiæ eſſet hæreditaria. Contra illud: *Omnes principes, qui dixerunt: Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei, Deus meus pone illos vt rotam*. Propter quem etiam abuſum tollēdum, beatus Thomas Cantuarienſis mortem perpeſſus eſt. Tertio dicitur amicus, qui in neceſsitate non dimittit amicum, ſed cum eo ſuſtinet infortunia. Vulgo dicitur: *Au beſoing voit-on qui amy eſt*, id eſt, in neceſsitate probatur amicus. Dominus autem ſemper eſt in neceſsitate in iſto mundo, ſaltem in ſuis membris. Idèo dicit: *Suſtinete, & vigilate mecum*. Petrus: *Eſtote prudentes, & vigilate in orationibus*. Iſte autem ſuſtinuit vigilando cum Chriſto, ideo nunc dormit feliciter cū illo. Homo enim ſanus poſtquam vigilauit multum, bene dor-

C *Fœcunditas eſt donum Dei, per accidens tamen cauſat triſtitiā. Eccli. 1.*

D *Propoſitum boni ſæpe extingui ſtur in filijs per matres. 2. Theſſ 5*

Nota.

E *Auaritia eſt quædam inſania.*

Ioan. 15

F *Eccleſia dignitates non ſunt acquirēdæ per principes.*

Pſal 57.

Mar. 14

1. Pet. 4

dormit. Si vero homo dormire nō posſit, ſanus non eſt. Sic ſi in mundo bene laborauerimus, tunc *beati ſerui illi, quos, cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes*. Homo vigilat, quando ſe videt habere gratum conſortium. Habemus autem Chriſtum & Angelos. Vituperaretur etiam ſeruus, ſi dormiret domino vigilante. Et quia ad vigiliam præcedit ſobrietas, iſte fuit continuus in ieiunijs, & abſtinētijs, & cilicio. Et quia amico ſuo eſt ſuccurrendū, Chriſto ſuccurrit & fratribus ſuis. Vnde fame exiſtente omniā contribuit pauperibus. Ponebat enim diuitias in tuto, vbi cum indigeret, inueniret eas. Exemplum de illo qui dicebat nihil ſe habere de redditibus, niſi quantum dederat pauperibus. Et ideo, quia ſic diſtribuebat, vere amicus Chriſti fuit, imo & fratrum ſuorum, quos non dereliquit in neceſsitate. Propterea etiam Dominus ſubuenit neceſsitati eius. Nam murmurantibus fratribus, occurrit quædam matrona Anna cū tribus ſummarijs panis. Quarto cognoſcitur quando libenter adimplet voluntatem amici ſui. Hoc innuit Dominus, dicēs diſcipulis: *Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis*. Et iterum: *Si diligitis me, mandata mea ſeruate*. Sic adimplebat Germanus, vt etiam ſe conformaret Dominus voluntati ſuæ, & ei obedirent omnia, etiam creaturæ rationales, vt ignis, qui inuaſerat monaſterium, modica vnda extinctus, & vrſus, qui interficiebat equos & iumenta cuiuſdā Kariulphi raptoris, vſque ad ſatisfactionem condignam, & ita beſtijs præualebant orationes ſuę. Sed quia nolumus Deo obedire, ideo omnia ſunt nobis contraria. Quinto cognoſcitur amicus, quando libenter de alio loquitur. Homo enim libenter loquitur de eo quod amat. Vnde cōtinue nocte & die perſiſtebat in orationibus, & quando per campos ibat, nō de beneficijs aut officijs, non de plebicitis, ſed de verbis Domini erat ſolatium, vt poſſet dicere: *Erit alloquio cogitationis, & tædij mei*. Sed modo nec de Theologia illa, nec de ſapientibus eius volunt audire loqui. Pro ſecunda parte, ſi quęratur à beato Germano, an ſit nobis amicus. Reſpondebit: Opera, quæ ego feci, teſtimonium perhibent de me. Nam à quatuor vexabatur populus. Primo, à dæmonibus ipſe vero dæmoniacos curabat. Exemplum de puella, quæ decepta à dæmone Eccleſiam non valebat ingredi, à qua in formam muſcæ cum ſanguine à naribus effluente exiuit. Similiter de muliere Iudæi apud Bituricos, ad cuius frontem manu ſancti appoſita, dæmō in modū fumi ignei egreſſus eſt. Dæmones etiam non tolerantes eius præſentiā, terribili vlulatu ſua gemebant incendia. Secundo, à regibus. Sed ipſe reges domabat. Nam cum ei negatus fuiſſet ingreſſus ad Clotharium regem, ſancto orante, nocte vexatus eſt rex, & accerſitum Epiſcopum exaudiuit. Vnde poteſt de eo dici quod de Helia: *In diebus ſuis non pertimuit principem, & potentia nemo vicit illum*. Quis modo ſic ſe exponeret murū pro domo Iſrael? Imo dimittunt nunc Prelati oues, vt viſitent vaccas. Sed modo non committuntur prælaturæ hominibus ſanctis, ſicut tunc committebantur. Tertio, à beſtijs. Ipſe vero beſtias, vrſos vaſtantes agros ſua prece fugauit & extinxit. Erat enim homo non beſtia, deſiderans habitationem hominum non beſtiarum. *Omne animal* (vt ait Sapiēs) *diligit ſibi ſimile*. Quos ergo videbis homines diligere, & eorum mortem timere, illi homines ſunt. Quos videbis feras, & habitationem earum & conſeruationem diligere, illi beſtiæ ſunt. Et forte timendum eſt, ne ita diligatur illa ferarum habitatio, quod Deus immittat illā in hoc regno, ſicut olim fecit. Videbis enim quod citius haberetur gratia de occiſione hominis quā cerui vel apri, etiam ſi comedant hominem, non incarcerantur, ſicut beſtiæ boni ruſtici. Quarto, à diuina iuſtitia immittente multas paupertates, infirmitates, & flagellationem ciuitati. Sed pium ſe oſtendit Germanus. Primo, in neceſsitatibus pauperum ſubleuandis, etiam ad hoc reges inducens,

Luc. 12.

Sap. 8.

Eccli. 48

G Prælati moderni & eorū inſtitutores torquentur.

Eccli. 13.

H Nota.

dutens, vt Childebertum, à quo accepit sex millia solidorum, vt daret pauperibus. Secundo, in sanitatum exhibitione contra infirmitates. Nam plurimos curauit febricitantes, laceratos à lupis & canibus, contractos, paralyticos, claudos, cæcos, mutos, hydropicos & captiuos. Tertio, in custodia ciuitatis Parisiensis, contra iram Dei & iustitiam vindicantẽ. Vnde ante quatuor annos Episcopatus, per soporem delatæ sunt ei claues portæ ciuitatis Parisiensis. Qui interrogans quid hoc significaret, responsum accepit, vt animas saluas faceret, & postea, consentiente Childeberto, electus est. Sunt autẽ multiplices claues, scilicet portæ & arcæ. Solus Prælatus habet claues portarum, quia cum inimicis publicis pugnare habet. Sed nos claues arcarum conscientiarum nostrarum, ne hostis rapiat thesaurum. Verum antequam claues sibi asportari viderentur, apparuerat cornuta facie. Animalia non habentia nisi vnum cornu in capite sunt fortiora, vt vnicornes, secundum illud Psalm. *Ædificabit sicut vnicornis sanctificium suum in terra*, id est, Christum in capite, hoc est in mente, habentia vero duo, sunt debiliora, vt in ceruis, propter ramificationem, id est qui habent potentiam & diuitias. Isti non sunt fortes in Christo, sed in mundo. Sic primus homo habuit potentiam & diuitias, sed debilis factus est, & ceciderunt cornua eius, erexit vero Dominus cornu salutis nobis. Sunt autem, qui assumunt sibi cornua, sicut illi, qui dicunt: *Numquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?* Sed toti cõuertuntur in cornua, quia tota eorũ prudentia versatur ad diuitias congregãdas, & potentiam sublimandã. His cornibus, scilicet diuitijs & potentia, seu nobilitate & scientia mundana ventilabat Paulus Christianos, sed hausto fonte cælesti raptus ad tertium cælum illa cornua deposuit, sicut ceruus hausto veneno, & post potato fonte deponit cornua. Germanus vero habebat cornu Christum in mente, quo populum suum protegebat, vtpote Pontifex, de quo dicere poterat populus Parisiensis: Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Imo si *omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis*, & hoc fecit Germanus viuens, sæpius placando iram Dei, multo magis nunc placabit, cum assistat iudici, & animas saluas faciet. Hebr. 5.

a Claues duplex, portarũ scilicet Ecclesiæ, & arcarum, vt dicet cõsequenter.

b Nota de cornu.

Psal. 77

Amos 6

DE S. ILLIDIO ARVERNENSI Episcopo, Serm. vnicus, & in ord. CXX.

IN tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Eccli 44

Cum magna sint, quæ per sanctum Illidium gesta sunt, cur non omnia scripto digesta sunt, sed tam pauca? Sancti enim Ecclesiæ primitiuæ fuerunt luminaria maxima in domo Ecclesiæ in publicum posita, vt qui ingrediuntur domum, videant. Quæ igitur sic patuerunt, quare scripta non sunt? Respondetur. Prima veritas. Maiora fuerunt gesta priorum in Ecclesia Dei quàm modernorum. Probatio prima, quia proximiores erant illi fonti, à quo deriuatur omnis bonitas & operum efficientia. Sicut qui proximiores fuerunt Adæ, qui à Deo creatus est, fuerunt maioris durationis, quàm qui fuerunt longe posteriores. Secundo, quia tunc erat nouella plantatio, quæ indigebat arduorum operum rigatione, quod modo non requiritur, cum grandis effecta sit. Tertio, quia in principio & in fine belli ponuntur valentiores, in medio debiliores, nos autem in medio sumus debiles (sicut dicit Decretum) in spiritualibus, fortes in temporalibus. Et quia Illidius erat de primis, fuit de fortioribus. Terra enim prius genuit gigantes, & postea nanos. Secunda veritas. Gesta tamen eorum clarissima rarissime scripta sunt, & perpauca, propter multa. Primo, quia tunc mixti erant Christiani cum infidelibus, necdum discretæ erant paleæ à grano, ideo nec tunc poterat confici panis historiæ, nec vinum

A Scripta sunt pauca de sanctis primitiuæ Ecclesiæ.

ab acinis in torculari martyrij. Ideo nec-
dum poterat ministrari vinum historiæ
bibentibus. Tunc enim non erat oportu-
num scribere, cum super Christianos
quotidie vigebat gladius. Sed pace red-
dita Ecclesiæ, tunc superuenerunt nobi-
lissimi scriptores, qui multa composuer-
runt de tempore suo, & pauca, quæ po-
tuerunt inuenire de prioribus, ad memo-
riam nostrã tradiderunt. Inter quos Gre-
gorius Turonensis, qui B. Illidij conscri-
psit historiam. Secundo, propter insciti ã
barbari populi, qui tunc quasi erat in in
fantia, ideo minus eruditus ad scriben-
dum. Tertio, quia maxime contemnebãt
mundi gloriam, ad quam præsertim or-
dinabantur scripta priorum, secundum
illud Sallustij: Quoniã vita ipsa, qua frui-
mur, breuis est, memoriam nostri quàm
maxime longam efficere oportet. Quar-
to, quia tũc in Ecclesia messis multa, ope
rarij autem pauci; ideo tunc zelo Dei ca-
pti vacabant animarum saluti. Inde est
quod etiam de beata virgine pauca aut
nulla inueniuntur scripta. Ad eam tamen
recurremus, dicentes: Aue, &c.

Ad temperandam iracundiam princi-
pis necessarius est mediator reconcilians
principem populo, qui vtrumq; diligat,
& in quo vterque confidat, vt dicat alter:
Ponam in salutari: alter: *Fiducialiter agam in
eo*. Ideo & B. Illidius tamquam valde ido-
neus ad mitigandam iram Dei erga mun-
dum. Primo, mediator constitutus est,
deinde placauit irãDomini, vt dici posset:
Psal. 44 *In tempore iracundiæ, &c.* Quantum ad pri
mum. An syllogismo prudentiali requiri-
tur maior, minor, & conclusio. Sic in ele-
ctione mediatoris, maior est quod prõpte
& diligenter officium exerceat, minor
quod delectabiliter, & sequitur cõclusio
institutionis. Sic enim virtus apparet,
quando prompte & delectabiliter opera-
mur. Primo igitur prompte se habebat,
quia à pueritia ad hoc educatus fuit à pa-
rentibus. Vnde nobilis carne primus ve-
ram nobilitatem adduxit Aruernis, & in
ter Aruernos. Non enim nobilitas vera ex
carne est, sed ex virtute. Nil ergo mirum, 3
si Aruernis est festum. Festum enim est, 4
quando nobilis planta boni fructus cres-
cit in horto, & de hoc quilibet facit fe-
stum. Si quæras: Vnde prouenit ista san-
ctitas? Dicitur quod à duobus. Primo, à B
Deo, qui sibi eũ præuidebat vas electio- *Sanctitas in infante vnde proceda*
nis futurum. Secundo, à religiosa educa-
tione parẽtum. Educatio enim facit mo-
res, & non parum refert iuuenẽ sic vel sic
assuefieri. Et Hieronymus: Vix (inquit)
bonus est miles, qui in camera frigida cõ-
suetus solem portare non potest, & qui
lecto molli recubans galeã tædiosam ha-
bet. Sicut sunt multi religiosi nostri tem-
poris. Mõstratur propterea adhuc lectus
in lapide cæso, vbi à matre reponebatur
& alebatur, & hoc apud Alleriacũ, in quo
ortus est. Nec mirum si illic natus, quia
Alleriacus tantum valet, sicut alimenti
custos. De illo bene natus est, de quo of-
ficium iuxta nomẽ gessit. Propter custo-
diam alimentorũ tempore famis Ioseph
nobilitatus est, iste in tẽpore famis, quo
paucum erat, verbum Domini multipli-
cauit. Est enim quandoque fames verbi
Dei, iuxta comminationem Amos: *Mit-* Amos 8
*tam vobis famem in terra, non famem panis,
neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum
Domini*. Sed hic est quæstio: Quare est C
quod Aruernorum terra ita gibbosa est, *Aruernorum terra*
& homines sic rectos producit? Respon-
sio prima. Hoc esset quærere, quare vinea
ita gibbosa est, & tamen inter cæteras ar-
bores optimum fructum producit, qui
Deum lætificat & homines. Dicitur se-
cundo, hoc est, quia tota perfectio infe-
rior consistit in ascendendo, & descendẽ-
do, in ascendendo ad Deum, & descen-
dendo ad proximum, ascendẽdo ad ope-
ra contemplationis, & descendendo ad
opera actiue. Psal. *Ascendunt montes, & de-* Ps. 104.
scendunt campi, id est, ascendunt tamquam
maiores, & descendunt vt minores. *As-* Ps. 106.
*cendunt vsque ad cælos, & descendũt vsque ad
abyssos*, id est, ad seipsos. Sic Christus in
oratione ascendẽs, postea in prædica-
tione descendebat. Sic Moyses ad Deum

oratio-

Digitized by Google

oratione allegabat, ad populum gladijs vtebatur. Non igitur mirum, si terra mõtuosa, vbi nunc ascenditur, nunc descenditur, producat homines ita perfectos.

D *Letitia exterior ex interiori pẽdet.*

Secundo, delectabiliter operabatur, quia semper alacer, semper lætus, & hoc propter multa. Primo, propter serenitatem interiorem quam habebat, quæ esse non potest quin exterius appareat. Non potest esse serenum, quin luceat sol, vbi nubes est, necesse est obscurari, & quanto maior, maior est obscuritas, & maxime quando fulgurat. Sic vbi est turbatio in mente, & quanto maior, maior est exterius. Et si sit risus, risus est mercatoris, quia non transit guttur. Non enim est à corde. Et ita primo prouenit gaudium illud ex interioribus, & durabile est, quia in corde radicatum. Psalm. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo*. Secundo, ex amore. Amor (vt dicunt Philosophi) est prima omnium passionum, ex qua sequitur desiderium amati secunda passio, & ex adeptione sequitur gaudium, & si non habeatur tristitia. Cum ergo lætus erat, signum erat Dei inhabitantis in conscientia, qui est solum verum gaudium. Tertio, ex operibus. Sicut opera mala gignunt tristitiam, postquam facta sunt, sic bona lætitiam, nec possunt esse opera bona sine lætitia, quia ex se delectant, & delectatio nutrit ea. Nam 10. Ethico. dilectio firmat operantem in opere. Sicut enim canis ducit cæcum ad domum, & cæcus nutrit canem, sic opera bona ducunt ad perfectum gaudium, & gaudium nutrit ea. Tertio, secuta est conclusio electionis. Electus est enim à Deo, quia mouebat corda fidelium propter zelum animarum, non à mundo. Mundani tria diligunt, quia in illis tribus confidunt, in sapientia mundi, opulentia, & potentia. Quando quis electus est à mundo, respicitur quod honorabitur. Sufficit titulus pro honore. Exemplum de eps, quod nihil signat, sed superposito titulo fit Episcopus. Similiter omps, nihil significat, sed titulo superaddito fit omnipotens. Non sic Dominus eligit ineptos & nullius numeri homines, & indignos. Nec respicit ad opulentiam. Vnde elegit Obededom pauperem, vt esset apud eum arca Domini. Nec etiam attendit ad potentiam. Hinc dicitur: *Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum. Non hos elegit Dominus.* Sed vulgo dicitur, Non est bonum festum vbi vinum bibitur in scypho clamatoris. Similiter non est magnum honorari à mundo, quia ibi honoratur indignus sicut dignus. Sed magnum est honorari à Deo, qui solum dignos honorat. Eligitur autem Illidius in sponsum viduæ Ecclesiæ, quæ nunc multũ comeditur ab omnibus pauperibus, diuitibus, mediocribus, præsulibus etiam diuersis orantibus.

Psalm 4

2. Reg. 6 Baruc 3

F *Electio cur non fit modo cum populi consensu.*

Quæritur hic: Quare non fit modo electio ab omnibus, populo scilicet & clero, sicut tunc? Dicitur primo, quod illo tempore tres status conueniebant, quia eorum intererat ad hoc quod esset homo qui sepem & murũ se poneret pro domo Dei, & qui custodiret ciuitatem. Sancti enim suis meritis & precibus ciuitates custodiunt & præseruant. Nam si in Sodomis fuissent inuenti decem viri iusti, non fuisset subuersa ciuitas. Dicitur secundo, quod propter tumultum populi vitandum, crescente multitudine fidelium, electio ad solum clerum deuoluta est. Difficile enim esset nunc concordare multitudinem populi. Videat igitur clerus, qui totum onus suscepit, quia si deficiat, est causa totius disipationis. Sicut nunc (proh dolor) in multis locis appareret, vt possit dici: *Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas*. Pro secunda parte videndum est, quomodo B. Illidius placauit iram Dei. Vnde Dominus tripliciter ostendit iram suam. Primo, quando flagellat per malos homines. Sunt enim mali homines flagellum Dei, & virga qua pius pater percutit pueros. Sic Illidio obstiterunt parẽtes, & calum-

Esaiæ 1.

E *Electus mũdus alsquem ad quid respiciat.*

G *Ira Dei multipliciter ostenditur*

niam fecerunt de hæreditatis parte sibi à Corbo patruo derelicta, sed Deus fuit iudex per vocem mortui. Sic fratres sunt quasi duo canes in vno esse, & vix cõcordare possunt in hæreditatis diuisione. Isti tamen audita sententia defuncti, dimiserunt Illidio hæreditatem. Sed contradicitur: *Neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Luc. 16. Respondetur: De hominibus affectatis verum est. Seneca: Noli rationem quærere, vbi viget affectus. Sed isti non erant affectati, quia rem posuerant in arbitrio defuncti, quem impossibile putabant reuocari à morte. Secundo quæritur, quomodo locutus est, cum tamẽ scribatur in Ps. *Spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum?* Ps. 103. Respondetur: Potuit hoc fieri tribus modis. Primo, per Angelum loquentem in persona defuncti, sicut sæpe loquitur in persona Dei. Secundo, per personam defuncti, ibi subito & miraculosè adducti, quia sine miraculo hoc esse non posset, vt dicit textus Psalmi allegatus. In ictu enim oculi anima à loco, in quo stat, euocari potest. Tertio, in persona defuncti longe stantis per species vocis ibidem per Angelos delatas, & per speciẽ vocis defuncti iterum delatam ad aures assistentium. Sic audiuit Abrahã diuitem de profundo inferni. Secundo, ostendit Deus iram suam, quando flagellat per infirmitates, quas ita bene in tempore aduersitatis mittit, sicut in tempore prosperitatis, & ecõuerso. Nã in tempore aduersitatis mittit infirmitates, quæ non sunt nisi vasa mortis, & sunt apparentes, & tunc homo cõuertitur. Sed in tempore prosperitatis mittit aduersitates grauiores & minus apparentes. Diues enim patitur lunaticam passionem. Eccli 27 Sapiens: *Stultus vt luna mutatur.* Morbum caducum. Psal. *In conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.* Psal. 21. Magnum casum patitur, qui de cælo descendit in infernũ. Letargicam passionem, vt pincerna Ioseph, id est obliuionem Dei. Deutero. 32. Deu. 32 *Incrassatus, impinguatus, dilatatus, obliuus est Dereliquit Deum factorem suum.* Luxuriosus patitur febrẽ ardentem, scabiem per correctionis intolerantiam. Scabiosi non multum iacent libenter. Leprã per aliorum infectionẽ. Superbi hydropisim per inflaturam, & frenesim per incorrigibilitatem. Istas febres curabat Illidius per prædicationẽ, & materiales per diuini nominis inuocationem. Vnde & Gregorius Turonensis nepos sancti Galli Aruernensis bina vice sanatus est à febribus. Tres item mortui suscitati, Alexander, Floridus, & tertius qui non nominatur. Tres similiter ditissimi mercatores à periculo maris liberati, qui propterea fundauerunt altare beatæ Mariæ ad sanctos. Pariter quidam Girius hydropicus sanatus est à beato Illidio per tactum membrorum tumidorũ. Tertio, ostendit Deus, sed multo amplius, iram suam, cum tradit homines in manu tortoris, qui est diabolus. Multi igitur valde sibi irascuntur, qui se dant in manu diaboli. Nescio si propterea, quia Illidius liberauit eos à diabolo, ideo se dant in illa manu. Primo autem Illidius cum clero effugauit dæmones, qui erant sub quodam ponte trahentes homines in interitum. Secundo, filiam Treuerici Imperatoris Alemannorum à dæmone liberauit, præcipiens vt lapides ferret ad ciuitatem Aruerniæ, obtinuitque sanctus authore Stagerio Turonensi, vt tributa, quæ Aruerna ciuitas in specie triticea ac vinaria dependebat, in auro dissolueret, quia cum graui labore penu inferebantur imperiali. Tertio, curauit secretarium quemdam Aruernẽsem, & expulit dæmones, qui eum quasi pro sua culpa ad infernum trahere moliebãtur. Inimicus enim erat dæmonibus. Nec mirum, quia ibi stabat vt populum erueret ab idololatria. Propterea etiam semel obuium habuit dæmonem in specie muli galerati euomentis flammas per os & nares, vt terreri posset, sed eum relegauit in desertum locum. Vnde & rediens ab Alemannia in senectute bona cum recommendatione populi nouelli emisit spiritum.

H Infirmitas prosperitatis peccatũ est.

Hic

Hic quæritur? Quomodo ille rex Alemannorum indixerat hanc seruitutẽ, cũ dominarẽtur Romani illic & vbique? Respondetur, quod potuit iste esse de nobilibus Aruernorum, quia quando capta fuit Aruernia, Aruerni confidentes in montibus multum fuerunt rebelles, sed tandem seruituti subiugati. Et forte iste erat vnus de principalioribus, cui postea pro strenuitate potestas & regnum datũ est super Germanos, ad eos sub manu Romanorũ regendos. Et ita gratias multas ei debetis, qui vos ab hac seruitute redemit vsque in hodiernum diem.

Secunda quæstio. Cum tunc temporis vigeret persecutio, quare tanti zeli homo inter gladios non occubuit? Respondetur. Dicit Sapiens: *Tempus occidendi, & tempus sanandi*. Tempus occidendi Dei altilia & tauros, id est sanctos martyres, ad præparandum nuptiarum cõuiuium, & ad rigandum hortum Ecclesiæ. Sed tempus sequitur sanandi, plagam scilicet confessorum, quia postquam occisus fuit vetus homo, induerunt nouum hominẽ, & tũc flores post hyemem apparuerunt sacrarũ scripturarum & exemplorũ, quæ omnia ante latuerant. Non enim semper durabat persecutio, licet sicut annus mutatur, sic vna persecutione cessante per aliquod tempus cessabat hyems, & superueniebat æstas, & sic iterum hyems alterius persecutionis. Dicitur secundo, quod hoc fecit Deus duplici de causa, vt habetur in secundo sermone Nicolai in Decembri.

Eccles. 3.

Confessores reseruati sunt inter martyres.

DE SANCTO CLAVDIO, SERMO VNICVS, & in ordine CXXI. Per Thema.

Gen 26. *Ibat proficiens atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est.* Quæritur: Quare Ecclesia recitat nobis vitã beati Claudij? Respondetur, vt eius imitatione proficiamus, & crescamus de virtute in virtutem. Solemnitates enim sanctorum exhortationes sunt ad eos sequendos, vt eos imitari nõ pigeat, quos celebrare delectat. Ipse autem ad modum pueri, qui proficit & crescit continue corporaliter, & semper est in augeri, donec perueniat ad perfectam ætatem, sicut etiam mercator, qui non proficit seu crescit solũ vno anno, imo annuatim in aliquo vult crescere, sic ipse in hac vita cõtinue crescebat in virtutibus, quemadmodum illi, de quibus Sapiens: *Iusturum semita quasi lux splẽdens crescit vsque in perfectum diem.* Inde dicitur, quod ibat proficiens atque succrescens. Sic & nos spiritualiter proficere & crescere debemus in virtutibus, secundũ illud Apost. *In omni opere bono fructificantes & crescentes.* Nec sufficit solũ crescere temporaliter in diuitijs & honoribus. Tale enim crementum si solum fuerit, turpiorem reddit hominem. Nam quanto arbor crescit in altum, nisi etiam crescat in rectum, tanto turpior est, quia eius curuitas à pluribus videtur. Sic homo quanto plus crescit in altũ, quantũ ad statum honoris & dignitatis, nisi crescat in rectitudine virtutum, sed incuruetur ad peccatũ, tãto turpior est, quia eius tupitudo à pluribus videtur. Si tamen non possumus omnino imitari vitam beati Claudij, semper augmentando sanctitatẽ, saltẽ eam cõtinuemus. Nam peregrinus proficit in via, viã continuãdo, licet non vadat velocius sero quã mane. Sic satis proficiemus in via Dei, continuando sanctitatem vitæ per pœnitentiam, licet nõ sentiamus nos feruẽtiores hodie quã heri. Vt igitur aliquid dicere possimus, vnde spiritualiter proficiamus, recurremus ad virginem matrẽ, quæ pueros suos vult semper proficere & crescere, dicentes ei: Aue, &c.

Prou 4.

A Proficere debemus continuẽ in hac vita. Coloss 1.

Magnus fuit Claudius multipliciter. *Nota.* Primo, magnus nobilitate. Nã erat nobilis ex vtroque parente. Erant enim timentes Deũ. *Ex eodẽ fortamme* (vt dicit Iacobus) *nõ Iac 3. potest manare dulcis & amara aqua.* Iste fons erat bonus, ideo dulcedo ex eis nata est. Boni enim viri cõmuniter habẽt bonos filios, & patrẽ sequitur sua proles, & filius libẽter est de artificio patris. Et ita magnus nobilitate effectus est, vt etiã quẽadmodũ de Isaac, Sanson, & Ioãne Baptista, Angelus ei testimonium perhibuit, quo

esset futurus magnus in Ecclesia, magnus prædicator, magnus Dei cultor, magnus prælatus. Si testimonium hominum magnum est, quarto magis Angelorũ? Ita vt etiam in sacro fonte visi sint. Nec mireris si Deus eum ita magnũ fecerit ab infantia. Dat enim Deus gratiam secundũ finem, ad quẽ ordinat hominẽ. Nam plus dat senatori quã clienti. Sic etiã plus illis, quos vult facere prælatos, non tamẽ quos reges & principes faciunt. Vnde multi sunt filij matrum, qui multa mala faciũt matribus, & sunt futuri, vtinam parui aliquid esset. Sed nulli in Ecclesia Dei sunt, quia de Ecclesia non sunt, merito quidẽ, etsi numero sint. Alij sunt futuri magni, & isti sunt gloria matrum & parentum, quia *filius sapiens gloria est patris, filius stultus mœstitia est matri suæ*. Sic gloriabatur pater Origenis de filio, osculando eum, vt habetur in Hist. Eccles. li. 6. c. 1. Sic quantum putas hæc osculabatur tenellum filium Claudium, quẽ sciebat vas Spiritus sancti futurum, cui iam deseruiebãt Angelicæ potestates. Secundo, fuit magnus sciẽtia, ita quod à principio omnibus artibus liberalibus imbutus est. Nec mirum, quia facile docetur, quem Spiritus sanctus inhabitat. Scriptũ est autem: *Spiritus disciplinæ effugiet fictũ*. Si ergo habitabat in eo, nõ erat in illo fictio disciplinæ, sed vera sciẽtia. Vnde multipliciter volunt homines scire. Quidam volunt scire, vt faciant mala, & hæc est malitia. Quidam, volunt scire, vt sciant, & hæc est curiositas. Quidã, vt sciantur, & est vanitas. Quidam, vt ædificentur, & est sapientia. Quidã vt ædificent, & est charitas. Istis duobus vltimis modis scire voluit B. Claudius, vt vera esset eius scientia. Secundo, non mirum si Deus dedit ei ingenium docile ad discendum. Nam præuidebat eum futurum magnum prælatum: ideo dedit ei omnia necessaria ad exercitiũ prælaturæ, quorum vnũ est sciẽtia. Nam sine sciẽtia aut prudẽtia nemo potest seipsum regere recte, quanto minus se & cæteros. Vnde Socrates, vt dicitur in li. de vita philosophorũ, interrogatus: Quid est homo sine scientia? Respondit quod est prouincia sine rege. Hinc Baruch: *Quia non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam.* Et Osee: *Quia tu repulisti scientiam, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi*. Tertio, quia sciebat Dominus eum bene vsurum ipsa doctrina. Non sicut mali, qui vtuntur doctrina sine scientia, etiam scripturæ sacræ. Primo, ad suam laudem, non ad Dei gloriam, quasi dicentes illud Psalm. *Labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est?* Similes illis, de quibus Apostolus, qui cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis. Isti inde peccant, vnde peccatum emendare debuerãt. Sunt tales similes lixiuio, quod seipsum inquinat de hoc, quod alios mundat. Sic tales destruunt ab emendatione, inquinantur ab aliorum sanctificatione, dum prædicatione aut doctrina sua, de qua alij sanctificantur, ipsi superbiendo inquinantur, & vnde alij emendantur, ipsi deteriorantur. Ipsis etiam vinum, quod alijs propinant, vertitur in venenum, medicina in morbum, salus in pestem, vita in mortem, in tenebras lumen, gratia in culpam, aliorum curatio in ruinam suam, profectus aliorum in suum defectum, remedium in peccatum. Secundo, mali vtuntur scientia quasi scuto ad se defendendum contra veritatem, & quasi gladio ad eam impugnandam. Inde dicit Aristot. quod scientia in homine malo est nequitia habens arma, & communiter dicitur, quod est gladius in manu furiosi. Boni vero, sicut Claudius, vtuntur ad Dei gloriam, dicentes: *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam*. Sic Augustinus dicens 2. libr. de Doctrina Christiana: Quando Christus seminauit, ego quid sum nisi cophinus seminantis? In me ipso ponere dignatur, quicquid vult spargere. Nolite ergo attendere ad vilitatem cophini, sed ad qualitatem seminis, & potestatem seminantis. Vtuntur etiam ad defensionem veritatis, & ad ædifi-

B *Gratia datur hominis secundum finem, ad quem ordinatur à Deo.*

Prou. 10

Sap. 1. C

Sæpe multipliciter appetunt homines

Baruc. 3

Osee 4

Psal. 115 D

Prædicatores vt nẽ gloriosi si culpãtur.

Psalm. 7

ædificationem proximi. Accinguntur enim gladio doctrinæ super fœmur suum potentissime, ad expugnandos veritatis inimicos, & instruunt proximum vias
Ps. 118. veritatis, sicut ille, qui dicebat: *Docebo iniquos vias tuas.* Quarto, quia iste ab adolescentia sua diligens erat ad obseruandum præcepta Dei, ideo Dominus dedit ei scientiam & sapientiam. Talibus enim
Ezech. 1 debetur. Nam *cùm eleuabantur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ.* Quod exponens Gregorius ait: Cum eleuantur doctores in vita, exaltatur in eis scientia.
Ps. 118. Psalm. *A mandatis tuis intellexi*, id est, propter custodiam mandatorum tuorum accreuit mihi scientia rerum, & non solum scientia, sed etiam in agibilibus prudentia, secundum illud: *Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo.* Tertio, fuit magnus virtute, quia non pertransibat diem sine bonis operibus, similis Tito Imperatori, qui si pertransisset diem sine eleemosynæ datione, dicebat se diem perdidisse. Vtinam essemus huic similes. Sed nos non transimus dies, sed ipsi magis pertranseunt, secundum illud
Psal. 15 Psalm. *Dies eius sicut vmbra prætereunt.* Ad
Nota. huius exemplum sequendum nos ex-
Eccl. 14 hortatur Sapiens, dicens: *Non te prætereat particula diei bonæ.* Miser enim est mercator, qui sic transit diem, vt expendat, & nihil lucretur. Sic erat ille, qui hospes erat in Antiochia. Ideo debemus respicere, quemadmodum ille faciebat, vt semper in die aliquid boni operis faciamus, & continue thesauros meritorum superaddamus. Multi tamen thesauros faciunt de malis, in quo thesaurizant sibi iram in die iræ & iusti iudicij Dei. Exemplum de illo, quem vidit Arsenius Abbas in Vitis Patrum, qui scindebat ligna, & facto fasciculo, cum non posset ipsum portare, adhuc tamen ligna superponebat. Secundo, magnus virtute fuit, quia semper cum magnis & honestis conuersabatur. Se-
Eccli 27 quens doctrinam Sapientis: *In medio sensatorum assiduus esto.* Et iciens illud Psalm.
Psal. 17. *Cum sancto sanctus eris.* Non sic, qui cum malis habitant, sunt communiter virtuosi. Difficile est enim rosam crescere inter spinas, & inter leprosos cum bona sanitate conuersari. Tertio, quia assiduus in diuino seruitio, ita quod propter famam sanctitatis eius, cum viginti esset annorum, in Canonicum Bisuntinensis Ecclesiæ electus est. Quo adepto, studebat horis nocturnis pariter & diurnis interesse. Non sicut Canonici nostri temporis, qui statim recedunt, similes buboni, qui venit ad comedendum vel fugendum oleum in Ecclesia, & dum comederit vel suxerit, fugit. Non minus autem dat Dominus quàm rex seruis suis. Si igitur serui regis proficiunt continue bene seruiendo regi, vt sint in gratia sua, quantum putas profecit iste? Si seruire Deo regnare est, vt canit Ecclesia, quantum iste magnus erat in regno Christi, qui assidue seruiebat? Si honorantur serui regis, quanto magis iste seruus Christi? Quarto, quia continue vacans operibus virtutum. Primo abstinentiæ, quia non nisi semel in die, exceptis dominicis diebus & festis solemnibus, refectionem sumebat. Tunc enim thesaurizabat cum dentibus pecunias, pro vacantia Episcopatus. Non sicut qui thesaurizant, & nesciunt quibus congregant ea, similes columbæ nidificanti alijs. Secundo, recondebat in horreis cælestibus, & dum noctes in oratione, & lectione, & sancta meditatione insomnes ducebat. Non sicut pigri, qui nec surgere volunt, nec vigilare in sanctis operibus. Inde dignus fuit beatus Claudius ad Archiepiscopatum sublimari. Dicitur enim in Psal. *Iustus vt palma florebit.* Nam sicut ex palma efficitur malus nauis, vel ex simili arbore alta, quo regitur, & ducitur nauis ad portum, sic altus per contemplationem & per iustitiam assumi debet pro prælato & directore Ecclesiæ. Tertio, recondebat in cellarijs pauperum in eleemosynis, & ibi soluit vacantias suas. Quarto, fuit magnus dignitate, quando diuina reuelatione in Archiepiscopum assump-

E Bonitas vitæ meretur declarationē scientiæ.

F Canonici modernitaxãtur.

Psal. 91.

Psal. 20 tus est. Poterat dicere: *Domine præuenisti eum in benedictionibus*, sed multi nũc Deum præueniunt. Secundo, quia non sufficit esse sicut idolum adoratum, sed requiritur, quod debite iuxta requisita ad dignitatem exerceamtur opera dignitatis. Sic iste prædicationibus insistebat. Est enim officium canum latrare contra lupos, & officium pastorum nutrire oues. Mat. 4. *Non autem in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei.* Tertio, erat assidue vigilans super conscientia sui gregis, adeo quod obliuiscebatur refectionis, quia talis sic in corpore viuebat, quasi extra corpus esset. 2 Cor 12 Sic Paulus, qui dicebat: *Siue in corpore, siue extra corpus, nescio*. Ideo non mirum si sui corporis & asini oblitus erat. Secundo, Ioan. 4. quia dicit Dominus: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me*, & quia faciebat eam, ideo cibabatur, & propter vnum bonum cibum alius dimittitur. Sic olim soliciti erant de suo grege sancti pastores, & si nunc ita facerent nostri, mille animæ saluarentur, quæ non saluantur. Sed modo nec pastores nec Ecclesia sunt in decore suo, iam Ecclesia est decrepita, & confregit mundus ad numerum dentes eius. Et si quæratur: Quare Dominus elegit B. Claudium? Respondetur primo, quia erat ei similis, scilicet purus & mundus. Tales enim vult Dominus habere ministros, qualis ipse est. Eccli 20 Nam *secundùm ducẽ populi, sic & ministri eius.* Hanc autem puritatem & mũditiam habuit, quia maxime fuit à terrenis elongatus per contemptũ eorum, & contemplationem cælestium. Vnde corpora remota à terra recipiunt lumen interius & exterius, vt ignis, & aër. Propinqua vero exterius, non tamen interius, vt lapis, lignũ, aqua. Et idem est de stellis, quia stella terræ propinquior, scilicet luna, recipit lumen in superficie tãtum, aliæ vero etiã in profundo. Sic mente elongati à terrenis recipiunt à sole iustitiæ lumen interius puritatis, & exterius bonæ conuersationis & famæ. Sed mente propinqui terrenis non recipiunt illam interiorem puritatem, licet accipiant quandoque diuitias & honores, quibus lucent exterius mundo. Secundo elegit eum, quia habuit alas ad volandũ. Solet enim dici, Non est mirum si ille ascenderit, habet alas ad volandum, vt patet de illis curialibus, nõ est mirum si habeãt officia & beneficia, quia portantur ad illa. Sed quidam habẽt pennas milui, quæ eos faciunt ascendere ad prædam, vt dici possit sic pẽnato: *Ad prædam ascendisti fili mi.* Pennæ autẽ milui sunt crudelitas & ignorãtia, & cauda est adulatio. Sed qui volunt debite ascendere in Ecclesia Dei, debent assumere pennas columbæ, quas quærebat Ps. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ?* Duæ sunt pennæ, scilicet mansuetudo ex parte affectus, & contẽplatio ex parte intellectus, quæ acquiruntur ex lectura scriptu æ sacræ. *Nam si* Psal. 67 *dormiatis inter medios cleros*, id est, inter duo testamenta legendo requiescatis, *tunc erãt pennæ columbæ*. Quinto, fuit magnus religione. Dimisit enim Episcopatu n, vt religionem ingrederetur. Et sic non solum sæculum dimisit & contempsit, sed etiã sæculi dignitates. Dignitas grossus est laqueus, & difficile est ipsum rumpere. Et ideo fortius egit quã Sanson. Sanson tantummodo septẽ laqueis nodosis & nerueis tenebatur, iste pluribus. Tenebatur enim sua dignitate & honoribus quibus affluebat, delicijs quibus vti poterat, suis familiaribus, consuetudine solita, diuitijs quibus abundabat, specie boni faciendi in plebe quam dirigebat, parentibus, quibus prouidere poterat. Sed irruit in eum Spiritus Domini sicut in Sanson, & facile rupit hæc omnia vincula. Ex oppolito enim videbat honores multum à cælo distare. Ideo quia cælum desiderabat, omnia posuit sub pedibus suis, vt cælo appropinquaret, & pro honoribus vdi veste induebatur, & regimine abbatiæ ab Abbate sui monasterij sibi præsentato, resouit illud, pro delicijs aqua & pane ordeaceo contentus, tantaque erat eius vita, vt post mortem Abbatis vnanimiter eligeretur in Abbatem, & multi deinde &

G *Eligunt a Deo in Prælatos puri & mundi.*

H *Mansuetudo & contemplatio sunt alæ quibus volatur ad dignitates Ecclesiæ.* Gen. 49.

I *Dignitas est laqueus difficilis frangibilis.* Iudic. 16

Digitized by Google

de & clerici, & nobiles, & populares ad ipsum confugerent, habitum monachi susceperturi. Et pro familiaribus suis vsus est sæpissime Angelorum familiaritate, pro diuitijs temporalibus spirituales virtutum diuitias aggregabat, pro onere parentum & plebis onus Domini suaue suscepit. Suaue quidem, quia ad instar baculi peregrini, dum sustinetur, sustinet, & pro consuetudine solita, qua solebat esse in palatijs, paruo tugurio contentus fuit, expectans mortem, quam in illo monasterio expectauit quinquaginta annis, & postmodum obijt plenus dierum. Sexto, fuit magnus miraculis, vt docet quotidiana experientia, ita vt de eo possit dici: *Gloria & honore coronasti eum Domine.* Psalm 8 Multi coronantur à mundo, qui multum sunt inglorij respectu Dei, econuerso multi à Deo, qui despecti sunt à mundo. Similiter à mundo multi indigne coronantur, & despiciuntur, sed ecce sancto tuo Claudio dedisti Domine digne gloriari, & ab alijs honorari propter virtutes & miracula eius, quia nullum coronat Deus indignum. Sed nec dedit ei coronam sine regno, qualiter coronantur stulti in hoc mundo. Et propterea subdidit Psalm. *Et constituisti eum super opera manuum tuarum.* Ibidem. Ad eum igitur tamquam super nos cõstitutum recurramus, opem eius imploraturi.

DE S. MEDARDO, SERMO vnicus, & in ordine CXXII. Per Thema.

Tota die miseretur & commodat, & semen illius in benedictione erit. Psal. 36 Duplex est semen. Vnum est malum, quod non nisi malam herbam & fructum germinat & producit. Et de isto dicitur Mat. 13. *Inimicus homo seminauit zizania.* Mat 13 Istud autem communiter est semen impiorum, quod est multiplex. Primo, malorum filiorum, de quo Sapiens: *Derelinquit post se de semine suo gentis stultitiam.* Et istud non durat, quia *semen ab impio thoro exterminabitur.* Aliud est semen impiorum officiariorum & crudeliũ, quos tyranni seminant. De isto semine Esaias: *De radice colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrē*, id est bonos, qui sunt in patria illa, quos rapinis deuorant huiusmodi officiarij. Quibus Ioannes: *Gemmina viperarum, quis vos docuit fugere à ventura ira?* Aliud est semen malorum operum, & istud sæpe accidit & seminatur. De multis enim contingit illud Oseæ: *Seminabunt ventum, & turbinem metent.* Tales expectant habere paradisum, sed decipiuntur. Sunt enim similes fatuis, qui seminant carduum, & expectant triticum; plantant spinas, & expectant vuas. Semen vero bonum est duplex. Quoddam est semen, quod dicitur sanctus vir. Primo, quia decisum à sanctis parentibus, iuxta illud Psalm. *Semen Abrahæ serui eius, & filij Iacob electi eius.* Tales se mentiebantur Iudæi: *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam.* Secundo, quia est semen illud quo mundus ditatur fructibus, secundum illud: *Cùm semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum.* Istud est semen, quod Dominus seminauit in agro Ecclesiæ, doctrinis & gratijs irrigat, & iactum in terra ortum fecit fructum centuplum. Quanta bona sancti isti fecerunt Ecclesiæ, satis patet nunc. Sed terra modo est sterilis, sicca, nec profert fructum, iuxta illud Psalm. *Posuit terram in salsuginem*, & hoc, *à malitia inhabitantium in ea.* Aliud est semen bonorum operum, quod fert fructum multum secundum quantitatem operum, sicut secundum quantitatem seminum expectatur quantitas frumenti. Nam *qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Psalm. *Seminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis.* Et istud semen modicum est respectu eius quod crescit, quia opera meritoria pauca sunt respectu præmij futuri. Oportet tamen seminare ante se, non retro, id est durante vita, non post. Sicut nunc multi fa-

A
Semen malum est multiplex.
Eccli 47
Sap 3.
Esai. 14
Matt. 3
Osee 8.
Pf. 104.
B
Semen bonum duplex.
Ioan. 8.
Eccli 44
Pf. 106.
2 Cor 9
Pf. 106.

ti faciunt. Nos autem oportet iustos esse, & exemplo Medardi misereri fratrũ nostrorum, & semen nostrum erit multiplicatum mediante rigatione Spiritus sancti. Vt autem id fiat, ad Mariam recurremus, dicentes: Aue gratia plena, &c.

Duo dicemus. Primo, quomodo beatus Medardus misertus est, & hoc dupliciter. Primo, sua pauperibus largiẽdo. Secũdo, malis indulgentiã & correctionẽ tribuendo. Secundo, quomodo multiplicẽ benedictionẽ cõsecutus est in semine suo, id est bonorũ operũ suorum. Quantum ad primũ, misertus est Medardus primo, dando eleemosynam pauperibus. Hoc enim est officiũ nobiliũ misereri pauperũ. Erat autem nobilis, filius Nectardi de Fortifrãcorũ genere, & Prothasiæ Romanæ. Quæ Prothasia cũ vellet virginitatem seruare, admonita est per Angelũ vt nuberet. Sed quæritur, vtrũ plus placuisset in virginitate quã in matrimonio. Quod sic videtur, quia, secũdum Euãgelium, virgines faciũt fructũ centesimũ, maritatæ vero fructum tantũmodo tricesimum. Dicitur ad hoc, quod status virginitatis nobilior est statu matrimonij. Patet, quia secundum Greg. status matrimonij per ciuitatẽ Segor significatur Gen. 19. quia sicut illa fuit media inter Sodomã à qua exire debuit, & montẽ in quẽ ascẽdere debuit, &, vt dicebat, non valuit, sic status matrimonij medius est inter desideria carnalia inordinata, à quibus fugere tenẽtur omnes, & montẽ cõtinentiæ vel castitatis, ad quem qui ascendere ex vecordia non potest, saluet se in Segor, hoc est in matrimonio, secundum illud Apostoli: *Si nõ continẽt, nubant*. Et ideo debilibus & infirmis melius est saluari in Segor, quàm deficere in monte: honorabile enim est connubium, & thorus immaculatus. Et forte ista erat infirma & debilis quoad hoc. Vnde licet Noë ad arcam confugeret, in arca tamen continuit. Sic & in matrimonio continendum est. Est enim primus ordo à Deo constitutus. Ex hoc connubio honorabili procreatus Medardus, cum adhuc puer esset, & ad scholas iret, tunicam suam cęco in eleemosynam præbuit, cibum etiam sibi traditum plerumque pauperibus diuidebat. Quæritur, vtrum bene fecerit. Videtur quod non, cum adhuc puer esset & sub tutela. Tales autem de suo nihil dare possunt. Respõdeturquod pueri nihil de suo aut parentum bonis tribuere sine expressa ipsorum licẽtia possunt, quia ad annos discretionis nondũ peruenerunt. Et ideo cũ discretio requiratur ad dandum eleemosynam, talibus eleemosyna interdicitur nisi in duobus casibus. Primus est, quando est consensus parentum, vt eos doceãt parentes à iuuentute misericordes esse. Nullũ enim in scripturis aut historijs legimus à iuuentute misericordem, quin Deus illi magnã contulerit gratiã & sanctitatem. Et ita potuit esse de Medardo, cui Dominus cõtulit propter hoc Episcopatũ, quia soluebat vacantiã. Alio modo per instinctum Spiritus sancti secreto operantis in mentibus talium iuuenũ, vt sicut in aliquibus malitia antecedit ætatẽ, ita sunt in quibus bonitas ætatẽ supplet. Et quia Spiritus sanctus in eis operabatur, ideo supplebat discretionẽ, & sic dare poterat. Thesaurizabat autem ad dentes, sicut olim sancti religiosi qui restringebant ventrem suum, vt implerent vẽtres pauperum. Non sicut qui implent ventrem suum. Miser est qui videt tempestatem venientem, & habet frumentũ optimum, nec reponit in granarijs pauperũ, sed dimittit mũdanę perditioni. Hic nõ est oblitus illius lectionis, quã docuerat Christus à principio: *Thesaurizate vobis thesauros in cælo*. Ratio autẽ huius sanctæ cõditionis fuit gratia Spiritus sancti illum inhabitãs, & cum hoc societas quam frequentabat; quia Psal. *Cũ sancto sanctus eris, & cũ peruerso peruertens*. In loco pestilenti sæpe pestilentia percutiuntur habitantes, & cum leprosis lepra. Exemplũ de fornace Babylonis, quæ succendit eos qui erant prope. Et quia sanctus Medardus socium habuit sanctum Eleutherium à iuuentute, quẽ spiritu prophetico in infantia dixit fore

C *Virginitas nobilior est matrimonio, sed non semper conuenientior Gen. 19.*

1. Cor. 7.

D *Eleemosynæ largitio cõceditur puero in casibus tribus.*

E *Societas boni quàm sit vtilis.*

Matt. 6

Psal. 17.

Deu. 3.

fore pontificem, ſicut & Tornaci factum eſt, ideo nil mirum ſi ſancte ſe habuit. Secundo, fuit miſericors indulgendo malis, & quandoque corrigendo. Qui enim corrigit alterum, miſeretur illius. Eſt nempe opus miſericordiæ ſpirituale. Dicitur autem de iuſto in Pſalmo: *Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me*. Sic iuſtus Medardus manſuete correxit malos, vt patuit multis exemplis. Primo de latrone, qui vindemiabat racemos ſuos, qui ad racemos & ramos vineæ hæſit, quouſque ipſe ſanctus benigne cum racemis licentiam cõdonauit. Sed quid ſibi vult Deus, quare cũ hoc miſero latrone ita egit puniendo, & latronibus magnis non ita facit. Dicitur primo, quod ideo hoc fecit paruo latroni illi, quia de cibo forte neceſſario ſibi erat latrocinium, vel ſi nõ neceſſarium, tamẽ modicum erat. Ideo miſericorditer eum Dominus correxit, mirabiliter eum detinendo. Tales nunc vocantur latrones, qui ſi non corriguntur à Domino, in fine tamen ſicut iſte hærent ſtipiti patibuli. Sed ſunt alij latrones magni, qui ideo dicuntur domini, ſicut Dionides pirata captus dixit Alexandro Magno, quod Alexander erat magnus latro, deprædãs regna, ipſe autem ſolum naues deprædabatur. Sed iſtis Dominus ſimile huic furi facit, & punit ſeu affligit, non corrigit. Simile quidem, quia ſicut huic hærebat quod furatus erat manu, ſic iſtis oculo. Semper enim maculam habent in oculo. Sed non corrigũtur, quia ſicut paruum mercerium decet paruus calathus, & magnos magnæ officinæ, ſic parui latrones parua patibula habent, iſti magnũ inferni. Exemplum de illo diuite Criſorio nomine, qui traditus eſt teterrimis ſpiritibus. 4. Dialog. cap. 18. & ibidem de illo monacho magnæ apud homines eſtimationis, qui draconi traditus eſt deuorandus. Secũdo, correxit illum qui furatus eſt apes, & ille punctus eſt. Vtinam omnes illi, qui ſic furto laborant, apibus eſſent puncti, quouſque ſatisfaciant. Sed ego neſcio quid ſit. Habent conſcientiæ vermem, qui eis pungit cor, quod eſt tenerior pars hominis, & vix patitur læſionem. Mirum eſt, quomodo viuere poſſunt cum tot punctionibus continuis. Pſ. *Vſque ad noctem increpuerunt me renes mei*, id eſt, vſque ad mortem non ceſſant increpare illos, qui detinent alienum, ſicut eſt opus mercenarij. Tertio, correxit illum, qui furatus eſt tintinabulum, quod ſtatim ſonuit dum ferretur. In ſignum quod furtum furem accuſabit, & ſi hic non puniatur, in alio ſeculo punietur. Vnde Abacuch: *Lapis de pariete clamabit, & lignũ quod eſt inter iuncturas, contra illos qui faciunt ædificium de ligno populi*. Male enim furarentur campanulas qui manibus trepidant. Sed nos ex omni corpore trepidamus. Sufficit parua febris, quæ totũ corpus ad tremorem deducit, & vſque ad mortem, & tunc non ſolum corpus, ſed etiam anima tremit. Quarto, correxit illos, qui furati ſunt porcos, qui redierunt ad eum nemine conducente. Sed quæritur, an Medardus haberet porcos. Quomodo tam ſanctus homo de tam immũdis animalibus, & quæ in veteri lege horrebantur, ſe immiſcebat. Reſpondetur quod diuitiæ naturales maxime congruunt ſanctis hominibus, quia illæ ſunt potiſsimæ: & Philoſophus in Politicis ſuis præfert diuitias naturales artificialibus, & agricolas mercatoribus. Abundant enim agricolæ animalibus & granis, mercatores vero pecunijs & artificialibus diuitijs, in quibus magis abundat fraus quàm in naturalibus. Inde eſt, quod reges antiquo tẽpore illas pro diuitijs habebant. Dicitur ſecũdo, quod non eſt mirum ſi ſanctus Medardus habuit porcos, quia quotidie habemus illos in regimine. Mirabile eſt, quando credit paſtor habere oues & boues, & mutantur in porcos, & ſic habet gregem porcorum, homines lubricos & ebrios peiores porcis, quia ſi porci in luto volutent ſe, & hoc eſt natura eorũ, ſed vitia illa ſunt contra hominum naturam. Sed cuſtodiant ſe, quia diaboli quærunt mittere in gregem porcorũ, qui ſtatim deducunt

Pſ. 140.

P Latronis parui & magni.

Pſal. 15

Abac. 2

H Diuitiæ naturales præſtant artificialibus.

Luce 8.

G Conſcientia vermis pungit continue malos

ducũt eos in mare æternæ amaritudinis. Quia vero quis dicere posset, quod beatus Medardus paruis latronibus corrigẽdis insistebat, non magnis, ideo latrones magni & raptores Clotharij ad ipsum adducuntur, cũ furati erant pecora & multa alia. Non enim erat sicut puer, qui non nisi paruos percutere potest, vel sicut illi, qui solos paruos latrones puniunt, & sunt expauentaculum canabiorum, vbi miluus non terrebitur. Pro secunda parte, semen bonorum operum Medardi in benedictione fuit. Primo, diuinæ gratiæ, quæ est benedictio cæli desuper, quando incepit contemnere mundum. Videbat enim in mundo non nisi turbationem. Vulgo dicitur: Qui habet terram, habet guerram. *In mundo pressuram habebitis*. Videbat fallaciam & deceptionem eius. Est enim mundus sicut nebularius, qui se ingerit super conuiuãtes, & sub specie doni nebulas care vendit. Sicut tabernarius qui apponit salsa, vt plus expẽdatur. Videbat quod oportebat mori. Mundus enim est sicut viella, quæ dum bene tota die cantauerit, ponitur in furello. Ideo contempsit mundum, diuitias, delicias & labores, & ad sacerdotium & laboré Ecclesiasticum properauit. Cui tanta gratia collata est, vt multis clareret miraculis in conspectu populi. Vnde & dæmoniacus ab eo curatus est. Et quia honor sequitur fugientem, ideo secundam benedictionẽ apposuit Dominus. Secunda benedictio est abysi iacentis deorsum. Est autem abyssus iacẽs deorsum prælatio deorsum in terra, quam fere omnes appetunt docti & indocti, ita quod dissimile est multum in laicis & ecclesiasticis: quia in laicis nulli viuerent de artificio quod nesciunt, hic autem sic. Vnde vacante Sede Secessionensi, sicut in legenda scribitur, electus est, Deo prœueniente eum, in Antistitem, non sicut moderni, qui seipsos ingerunt, aut promouẽtur à principibus, quorum se dicunt creaturas. Sancti autẽ dicunt: *Dominus fecit nos, & nõ ipsi nos*. Tertia benedictio vberum & vuluæ, quando matris triumphantis dulcedinem plenoore degustauit, quando homo mortis ad æternam beatitudinem ambulauit. Vnde visi sunt ei aperiri cæli, & diuina micare luminaria per tres horas. Amicis enim secreta aperiuntur, & operarijs sero merces condigna soluitur, & fessis lectus & requies est dulcis. Sic commodauit beatus Medardus Domino ad magnum lucrum & magnam vsuram, quia hic gratiã & dignitates cum diuitijs habuit, & tandem æternam vitã. Et hoc est quod promiserat Dominus: *Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis*. Et in parabola: *Semen cecidit in terram bonam*, scilicet in vẽtres pauperum, *& ortum fecit fructum centuplum*. Quod solet fieri, quando est profluuio lachrymarum irrigata, quia qui seminant in lachrymis, in exultatione metent, sicut fecit Medardus.

1 Mundus quare contemnendus est.

Psal. 99. *Mat. 19* *Mat. 13* *Ioan. 16*

DE SANCTO BARNABA Apostolo, Sermo vnicus, & in ordine CXXIII. Per Thema.

Ioan. 15 *A Amicitia virtutem cõmendauit dominus, quærendo multiplicare amicitiã hominũ.* *Eccli. 6.*

VOs amici mei estis, *si feceritis quæ præcipio vobis*. Secundum Tullium, omnibus rebus humanis anteponenda est amicitia. Inde Sapiens: *Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio argenti & auri in conspectu fidei illius*. Quia argentum & aurum non iuuant, vbi quandoque fideles amici iuuant. Quam etiam virtutẽ, vt ostenderet Dominus esse summopere affectandam, venit ipse in mundum istum, vt amicitiam hominum sibi acquirerẽt, & hoc multipliciter fecit. Primo, rogauit primum hominem, vt eius amicus esset per vniuersitatem creaturarum, dicente Augustino: Domine, cælum & terra, & omnia quæ in eis sunt, dicunt mihi, vt amem te, nec cessant hoc omnibus dicere. Secundo, mandauit eis per Moysen & Prophetas, vt eum amarent: *Diliges* (inquit) *Dominum ex toto corde tuo*. Nouissime vero venit rex gloriæ, qui multiplicis beneficij exhibitione, & ęternæ glorię promissione amicos sibi voluit

Mat 22

acqui-

requirere, & amicitiã Apostolorũ acquisiuit, de quorũ numero fuit beatissimus Barnabas. Docuit etiam quomodo eius amicitiã possent acquirere, & hoc per illud: *Vos amici mei estis*, &c. In quo apparet magna eius benignitas, quod amicitiam nostram vult quærere. Si pauper quærat amicitiã diuitis, non est mirandũ, quia indiget. Sed cum Deus sit ditissimus, homo pauperrimus, mirum est quod Deus, qui bonorum nostrorũ nõ eget, quærat amicitiã hominis, ita vt miretur etiã Ps. dicens: *Quid est homo quod memores eius?* Et Iob: *Quid est homo, quia magnificat eum?* Et Aug. dicens. Domine, quid sum ego, vt me amare te iubeas; & nisi hoc faciã, irascaris mihi, & mineris ingẽtes miserias? Ideo miser homo, si tardat hãc amicitiã cũ Deo cõtrahere. Hoc autem fit per mandatorum adimpletionẽ, ad quã cũ indigeat homo auxilio diuino, ipsum implorandũ est medio virginis gloriosæ, cui dicemus: Aue, &c.

Ioan. 15

Psal. 8. Iob 7.

Vtrum Barnabas fuerit ordinatus Apostolus cũ Paulo.

Quæritur, vtrum beatus Barnabas fuerit Apostolus Iesu Christi. Videtur quod non, quia erat de numero 72. Discipulorũ, & non de duodecim. Præterea statuuntur duodecim sedes pro duodecim Apostolis. Iam loco Iudæ successit Mathias, vbi ergo Paulus & Barnabas? Respõdetur primo. Barnabas fuit ordinatus Apostolus cum Paulo. Patet per illud: *Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos.* Quibus postea impositæ sunt manus, & orãtes dimiserunt eos. Super quo quædam glossa dicit, quod ibi ordinati sunt ex mãdato Apostolorũ. Et licet Barnabas esset de numero septuaginta duorũ, tamẽ post modũ assumptus est in Apostolatũ propter duo. Primo, ad ostendendũ, quod crescente Ecclesia, necesse erat crescere & augeri numerũ prælatorum, qui sufficerẽt populo. Ideo licet cum Christo sufficerent duodecim, non tamẽ postquã aduenientes gratia Spiritus sancti creuit Ecclesia. Inde videntes Apostoli, quia creuisset nomẽ Domini, & publicatũ fuisset, miserunt Barnabã Antiochiã. Secũdo, ad ostẽdendũ, quod illi, qui sunt de ordine Hierarchico minore, scilicet curatorum qui correspondet 72. cum verbo Dei, & ædificationi Ecclesiæ insistunt, debent assumi vt hierarchisent in ordine Apostolorum. De tali enim assumptus est Barnabas, non autem de venatoribus, aut otiosis hominibus, ita vt de eo verificaretur illud Psalm. *Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum*, in loco Ecclesiæ, quem posuit, vt ascenderet de gradu in gradum.

Act. 13

Psal. 83.

Dicitur secundo, quod in auctoritate Mathæi 19. vel ponitur numerus certus pro inserto, vt cõmuniter vtitur scriptura, vel quod non dicit, quod non sint plures sedes, sed quod quilibet illorum duodecim haberet sedem in cælo, & assisteret ad iudicandum, nec negat quin plures, & sancti, & sanctæ ibidem assistant hoc modo. Vnde & Psalm. indistincte sedes posuit dicens: *Illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid*. Sed nullus illic sedebit nisi amicus Dei, cuius amicitiam cõsequimur per obseruationem mandatorum eius, ipso dicente Apostolis: *Vos amici mei estis*, &c.

Psal. 121.

Ioan. 15

C

Mandata Dei amicis præcipiũntur magis quã seruis.

Circa thema, simul explicando historiam legendæ quæruntur multa. Primo quæritur: Cum præcepta dentur seruis, & communiter eis præcipiatur, non amicis, imo potius illi rogantur quàm eis præcipiatur, quare Dominus dicit eos esse amicos suos, quibus præcepit etiam sub tam graui pœna? Respondetur, quod propter tria. Primo, quia Dominus nõ vult principaliter ista mandata nos exequi seruili timore, sed magis amore, est enim lex Christi lex amoris, & non timoris. *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me*, id est, amicus est meus. Qui (inquit) habet mandata mea in corde suo, & seruat ea in opere. Multi enim bene dicunt de mãdatis Dei, & quod malum est furari, & adulrari, sed tamen nõ seruant. Similiter multi seruant ea vi & violentia, sicut latro, qui tamen non hãbent ea in corde, sed vellent, si possent, aliter facere. Dicat autem, qui vult esse amicus Dei veraciter,

Ioan. 14

illud

Pſ. 118. illud Pſal. *Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi, & leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.* Secundo, quia (ſecundum ſentē-
Ioan. 15 tiam Domini) *ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius.* Non enim dicit ei voluntatem ſuam, amicis autem reuelantur ſecreta. In præceptis Domini olim non declarabatur totaliter voluntas Domini. Omnia enim ſub figura contingebant illis, quia illi quaſi timore ſeruili, & multi propter temporalia ſeruiebant. Nunc autē Dominus nobis oſtendit voluntatem ſuam & beneplacitum, & annūciauit regnum cælorum, hæreditatem quam dabit amicis.
Ibidem. Vnde dicit: *Iam non dicā vos ſeruos, ſed amicos meos, quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis*, omnia ſcilicet neceſſaria ad ſalutem, & gubernationem Eccle-
Prou. 3. ſiæ, & veſtrum ſtatum. Tunc enim *eruperunt fontes abyſſi magnæ.* Tertio, vt nos alliciat. Benignus enim dominus quandoque ſeruum ſuum amicum vocat, vt alacrior & diligentior ſit ad faciendū quod præcipit. Sic Chriſtus, vt faciamus quod præcipit, blanditur nobis, ſicut conſueuit mater blandiri ſuis filijs. Ideo debemus implere mandata Dei cum alacritate; Cuius tamen oppoſitum ſæpe facimus, implentes ea cum murmure & triſtitia, ſimiles rotæ carri male vnctę, quæ ſemper ſtridet, & rotæ peiori, de qua dici ſolet, quod peior rota carri ſemper clamat, & ex conſequenti nos fatuos oſtendimus. Nam
Eccl. 33 *præcordia fatui quaſi rota carri.* Secundo quęritur, an difficile ſit eſſe amicum Dei. Et videtur quod ſic, quia ad hoc quod quis ſit amicus Dei, oportet ſeruare præcepta
Iac. 2. eius. Et ſecundum Iacobum: *Qui offendit in*
Ioan. 14 *vno, factus eſt omnium reus.* Et: *Si quis diligit me, mandata mea ſeruabit.* Sed mādata Dei ſunt
Pſal. 15. difficilia ad ſeruandum, vt dicat Pſal. *Propter verba labiorum tuorū ego cuſtodiui vias du-*
Matt. 7 *ras.* Dominus etiam dicit: *Arcta eſt via, quæ ducit ad vitā.* Igitur etiam difficile eſt eſſe amicum Dei. Dicitur primo, quod dato quod mādata Dei eſſent difficilia, tamen quantācumque difficultatē haberēt, deberemus ea ſeruare ad acquirēdam Dei amicitiam. Quantum enim faceret miles pro acquirenda regis amicitia? Etiā vſque ad mortem decertaret pro eo, & nos non pro Domino, qui ſuſcitabit nos, & reſtituet nobis vitam meliorem? Et inde eſt quod beatus Barnabas factus eſt miles glorioſus Chriſti, qui in hoc mundo, etiā (quod de nullo legi alio) viuente Chriſto ipſum Romæ prædicauit, & quodā modo beatum Clementem adduxit, vt patet in Itinerario Clementis, & recitat Vincentius in ſpeculo hiſtoriali. Si enim cogitatio cuilibet dictat quod vellet quod mādata ſua cuſtodirentur, ſi eſſet in magno ſtatu poſitus, cogitet quod à fortiori mādata Dei ſunt tenenda. Hoc ergo faciat in tenendo, & obediendo mādatis Dei, quod vellet fieri ſibi quantum ad mandata ſua à ſibi ſubditis. Et ideo cogitent iudices & principes, & vnuſquiſque apud ſe. Verberat dominus ſeruum, ſi non ſibi obedit, quanto magis à Deo patienter feras verberari, ſi non ei obedieris? In Vitis Patrum legitur, quod quærenti cuidam quomodo Deo placeret, reſpondit alter: Cogita (inquiens) te eſſe Deum, & quod velles tibi fieri in illo ſtatu, fac ei; & quod nolles tibi fieri, non fac ei. Velles enim, quod mandatis tuis prompte, hilariter, & reuerenter parerent omnes, & nullam irreuerentiam facerent. Vade, & tu fac ſimiliter. Inde Dauid quia ſuperbierat cō-
2. Re. 15 & 20. tra Dominum Deum, rebellauit contra eum ſeruus ſuus Syba filius Bochri, & filius ſuus Abſalon, vt per quæ peccauerat, per hæc & puniretur iuſto Dei iudicio. Secunda propoſitio. Obſeruatio mandatorum Dei non eſt difficilis, & ideo nullus excuſatur ab obſeruantia eorum. Patet hoc 1. Ioan. 5. *Mandata eius grauia non*
1. Ioā. 5. *ſunt.* Et Mat. 11. *Iugum enim meū ſuaue eſt.* Et
Mat. 11 Eccl. 23. *Nihil enim dulcius, quàm reſpicere in*
Eccl. 23 *mandatis Domini.* Quid enim dulcius homini nobili & curiali, quàm facere opera nobilia, & declinare à ſuis contrarijs? Seruare mandata Dei ad maximam pertinet curialitatem apud Deum & homines. Curiale eſt enim diligere Dominum

D *Mādata Dei ſeruanda propter amicitiā Dei, eſto quod ſint difficilia.*

Nota de Barnaba.

Nota.

E *Mādata Dei nobili animo facilia.*

num diligentem se, & in reuerentia habere, & sibi seruire, & credere, quia hoc est mandatum eius, quod credamus ei. Curiale est etiam honorare parentes, nō occidere, non furari, &c. & omnia contraria mandatis pertinent ad maximam rusticitatem, vt patet de inhonoratione parentum, occisione, furto, mœchia, quæ quidem omnia spernit, qui ad mandata
Ps. 118. Dei respicit. Psalmista: *A mandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem viam iniquitatis.* Beatus autem Barnabas Domino seruiuit in discipulatu, & ei credidit testimonio
Act. 11 discipulorum. Vbi missus est Antiochiam, qui hortabatur Antiochenos permanere in fide, quia erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto & fide, & non solum credidit & seruiuit eis in mandatis Dei, sed etiam in consilijs, quia vendidit agrum, & posuit pretium ad pedes Apostolorum. Sed quæritur: Quomodo hoc potuit fieri, quod venderet agrum, cum esset de genere Leui. Leuitæ enim non habebant possessionem? Respondetur, secundum de Lyra, quod licet Leuitæ non possent habere agros aut possessiones in Iudæa, poterant tamen habere in alia terra. Parentes autem beati Barnabę tempore Antiochi vel alterius fuerant ad insulam Cypri translati, vbi agros habere poterant, & eos vendere. Tertia propositio. Sicut mandata Dei facilia sunt iusto & habenti nobilem animum, ita difficilia habenti rusticum, quia sicut difficile est rustico alia quàm ruralia opera tractare, (tractant namque fabrilia fabri) sic rustico in moribus, quantum ad Deum. Talis enim in mandatis Dei non delectatur, sed reluctatur, quia non habet vsum, & educationem mandatorum Dei. Ideo sicut iusti prompte agunt mandata Dei, ita
Ps. 118. vt vnus eorum diceret: *Viam mandatorum tuorum cucurri.* Sic isti difficulter. Sunt enim mandata Dei sicut chorda, qua anima ducitur. Sicut autem animal cum reluctatur & trahit contra chordam, se lædit, & quod sequitur, à læsione se custodit, sic mandata Dei funes sunt, quibus ligatur homo, vt trahatur ad salutē, quibus qui reluctatur, strangulatur, qui prōpte cedit, animam à læsione custodit, secundum illud: *Qui custodit mandatum, custodit animam suam.* Sed dices: Præcepit Dominus mihi confiteri omnia peccata mea, item ieiunare, & remittere iniurias, ista autem sunt difficilia. Respondeo per illud quod responderunt ad Naaman Syrum serui eius: *Et si rem grandem dixisset tibi Propheta, certè facere debueras, quanto magis, quia dixit tibi, Lauare, & mundaberis.* Sic etiam dicit tibi Deus: Confitere, & mundaberis, fac iudicium de te in confessione, & nō iudicaberis. Similiter vnusquisque si seruilis esset conditionis, anhelaret esse extra. Ieiunium tollit seruitutem animæ, & inducit seruitutem corporis & sensualitatis. Cur ergo non ieiunabis, vt fugias illam maledictam seruitutem, qua miserabiliter seruire solet anima corpori & concupiscentijs eius? Similiter remittere iniurias facile est, considerato quod si deberes centum aureos, quittus esses, si deberes ei, qui tibi debet decem, libenter faceres & faciliter. Sic ergo mandata Dei malis & inassuetis seruare ea sunt aspera, sed non assuetis & bonis, & sic difficultas prouenit ex indispositione hominis. Nam (secundum Psalmistam) *Latum mandatum tuum nimis.* Ps. 118. Et Deuteron. 30. dicebat Moyses populo Israel: *Mandatum, quod ego præcipio tibi, non est supente.* Deu. 30 Ita sentiebat beatus Barnabas, qui non solum præcepta, sed & consilia facile adimplebat. Primo enim carnem suam ieiunijs macerabat. Dicitur enim de eo & quibusdam alijs: *Ministrantibus autem illis Domino & ieiunantibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus, ad quos assumpsi eos.* Act 13 Vbi dicitur fuisse constituus Episcopus, cum scilicet esset in Antiochia, quia habetur consequenter in textu: *Tunc orantes, & imponentes illis manus.* Glossa interli. In modū ordinādorum. Et si dicatur, quod sic imponere manus ordinando conueniebat solis Apostolis, qui non erant illic, sed a

P. Leuita antiqui non habebant terras in Iudea, sed bene in terra aliena.

Hieru-

Hierusalem, non igitur fuit tunc ordinatus Episcopus. Respondeti potest, secundum de Lyra, probabile esse, quod tunc in Antiochia, in qua mirabiliter creuerat Ecclesia, iam fuerant ad regimen ipsius aliqui Episcopi ordinati, & illuc missi, & illi imposuerunt Barnabæ & Saulo manus, quod spectat ad officium Episcoporum, eo quod sunt successores Apostolorum. 11. distin. *Nono testamento.* Vel dicitur, quod fuerunt ordinati à Spiritu sancto, nec illa impositio manus erat ordinatio, sed ordinationis factæ declaratio, habens solum similitudinem cum illa, quæ fit ordinando, non efficaciam, & hoc signat glossa, cum dicit, in modum, id est similitudinem ordinandorum. Secundo, Barnabas tantæ fuit dilectionis, vt etiam Paulo negante remiserit iniuriam Marco, ita vt etiam propterea discederet à Paulo. Sed ibi quæritur: Quomodo fuit diuisio inter sanctos istos, & si illa dissensio erat licita, vel vtrum peccauerint sic dissentiendo? Dicitur primo, quod bonum non est bono contrarium, sed bene disparatum, id est diuersum, sicut quod ego sim in diuersis locis, nõ repugnat propter cõtrarietatem locorum, sed propter separationem eorum. Sic voluntates sanctorum non sunt contrariæ omnibus pensatis, sed bene diuersę, quia habent diuersas cõsiderationes pias. Exemplum Danielis decimo, de Angelis Persarum & Iudæorum, quorum vnus volebat populum Israel liberari à captiuitate, vt melius seruiret Deo in Hierusalem, & quia iam satis videbatur punitus. Alter repugnabat, eo quod ex præsentia eius multi Persarum conuertebantur ad cultum vnius veri Dei. Secundo dicitur, quod charitatis præceptum habet latitudinem, infra quam qui ambulat, non erat: quia latum mandatum tuum nimis, & ideo ex charitate vtrumque fieri poterat, propter diuersas rationes. Barnabas ad misericordiam flectebatur, Paulus ad iustitiæ rigorem, & vtrumque intra metas charitatis. Secundo, hoc factum est à Spiritu sancto, vt amplius multiplicaretur fides Christi & cultus eius, quia quilibet eorum per se erat sufficiens ad docendum viam Domini. Quod sit hoc factum à Spiritu sancto, patet primo, quia segregati fuerant ab eodem ab alijs ad opus prædicationis fidei. Similiter dicitur, quod erant in Antiochia Doctores & Prophetæ, inter quos Barnabas. Tertio, quia reuelationem habuerant, vt Paulus in Hierusalem, Barnabas vero in Cyprũ pergeret, sicut habetur in legenda. Tertio, Barnabas non solum sua peccata, si habuisset, confiteri paratus fuisset, quod tamen difficile reputamus, quia non erubescebat nec formidabat confiteri nomẽ Domini, non obstantibus quibuscumque supplicijs sibi intentatis, imo nec ipsa morte, quam à Iudæis passus est in Salamina ciuitate Cypri viuus concrematus.

Barnabas & Paulus an licite dissenserint.

Dan. 10

Tertia quæstio. Quæ vtilitas seruandi mandata Dei? Respondetur, quod multiplex. Prima est vtilitas tẽporalis, quę etiã multiplex est. Prima est, quod obseruatio eorũ vitã prolongat. *Omne mandatũ, quod ego præcipio tibi hodie, cane diligenter vt facias, vt possis viuere, & multiplicemini.* Alibi: *Si ambulaueris in vijs meis, & custodieris mandata mea, sicut fecit pater tuus, longos faciam dies tuos:* quia (Psalmista teste) *ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.* Non enim vult rex ministros nisi secundum suam conditionem, & quilibet eligit viam mũdiorem temporaliter, ne calceamenta sua vastet, & viæ Domini viæ pulchræ. Ideo multo plus, ne animam inquinet. Superbia, inuidia, luxuria, quæ sunt viæ diaboli, nullus vadit per eas, qui non inquinetur, ita vt de peccatore dicatur: *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.* Sed de Deo: *Deus meus, impolluta via eius.* Modo vero in mari viæ tuæ, & semitæ tuæ, quæ nõ frequentantur, cooperiuntur. Modo nõ apparet semita Dei. Quare modo mittit Deus pestes, & sicuti desinunt mores, desinit ætas & fortitudo hominis. Et si dicatur: Barnabas non diu vixit, vt apparere potest ex legenda, & tamen seruauit man-

If Mandatorũ Dei obseruatio multiplicem confert vtilitatem. Deut. 6. 1. Reg. 2 Ps. 100.

Psalm. 7

Psal. 17.

Digitized by Google

mandata Dei. Item videmus multos impios diu viuere. Respõdetur, quod communiter dicitur, Satis longe viuit, qui bene viuit. Ratio est, quia nõ est computanda proprie vita longa in numero dierũ & annorũ perditorũ. Ideo de sancto homine dicitur, quod obijt plenus dierũ in senectute bona, nõ autẽ dicitur de malo. Qui enim habuit diuitias, & perdidit eas, non plus dicitur habere illas. Sic qui perdidit multũ tempus, non dicitur habere illud, sed perdidisse. Secundo, dicitur ad maiorem intelligentiã, quod secundum Magistrum Sent. super illo versu: *Viri sanguinum & dolosi*, &c. tripliciter homines moriuntur. Quidã moriũtur in Ægypto, id est, tenebris peccatorũ, & isti sunt, qui continuant totã vitã in peccatis. Isti non viuunt, quia principalis eorũ pars mortua est, scilicet anima, & ab infantia totũ residuum est mors. Ideo Esaias: *Puer centũ annorũ morietur*. Alij moriuntur in deserto, qui exeunt de Ægypto, id est de peccato, & intrant desertũ pœnitentiæ, & isti dimidiant dies suos, quia vna pars perdita est, dum fuerunt in peccato. Ideo tempus illud non cõputetur in mẽsibus anni. Alij moriuntur in terra promissionis, & sunt illi qui perseuerant in bono, & isti quicquid viuãt, semper sunt pleni dierũ, id est meritorum, quando moriuntur. Et ideo quia Barnabas semper vixit secundũ legẽ Dei, debet reputari diu vixisse. Secunda vtilitas tẽporalis, quia obseruatio illa potestatẽ confert temporalẽ, secundũ illud: *Si custodieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque custodias mandata eius, quæ præcipio tibi hodie, faciet te Dominus excelsiorẽ cunctis gentibus quæ versantur in terra*. Ideo debẽt principes & iudices bene videre, qui cupiunt potestatem temporalẽ habere, vt mãdata Dei seruent, & plus timeant Deum quã homines, sicut Barnabas, qui noluit obedire mandatis principum synagogæ, quia erant contra Deũ, & propterea sæpe verberatus est cũ Paulo, vt dicitur: *Cũ charissimis nostris Barnaba & Paulo, hominibus, qui tradiderunt animas suas propter nomen Domini nostri Iesu Christi*. Tertia vtilitas tẽporalis est abundantia diuitiarũ. *Si custodieris mãdata Domini Dei tui, abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorũ, fructu terræ tuæ, quã iurauit Dominus patribus tuis vt daret tibi*. Et: *Si audieris omnia quæ ego præcipio tibi hodie, ædificabo tibi domum fidelẽ*. Solẽt autẽ homines diligenter lucra persequi & fugere dãna. In cuius signũ Deus volens quondã populũ suum diligentẽ reddere in mandatorum eius custodiã, dedit eis terrã, quæ de cælo expectabat pluuias, vt esset eis maior stimulus ad colendum Deum, à quo omnia essent expectanda, & promisit multas benedictiones facientibus suã legẽ, vt diffuse habetur in prædicto capitulo. E contra maledictiones trãsgredientibus, quæ tangũtur Tobię 3. *Quia nõ obediuimus præceptis tuis, traditi sumus in direptionẽ*, quoad perditionem rerũ; *& in captiuitatẽ*, quoad corpora; *& in mortẽ*, quoad animas; *& in fabulã*, quoad perditionẽ famæ; *& improperiũ omnibus nationibus*, quo ad blasphemiã fidei & legis nostræ. Nã aliæ nationes propter nostram prauitatẽ, & mandatorum Dei transgressionẽ, fidem nostrã perfidã, & legem nostrã nullã reputant. Secunda vtilitas est spiritualis, quæ est multiplex. Prima est pax spiritualis animæ, secundũ illud: *Vtinam attendisses ad mãdata mea, facta fuisset quasi flumen pax tua*. Inde dicit Ps. *Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua*. Qui enim est paratus custodire ea, non est in cõscientia sua turbatus. Cor enim impij quasi mare feruẽs, vbiq; mare secũ defert febrẽ suam, hoc est ardorem & incendium vitiorũ. Secũda est, quæ illuminat mentẽ, secundũ illud Psal. *Præceptũ Domini lucidũ illuminans oculos*. Inde idem Ps. ait: *Super senes intellexi*. Rationem subdit, *quia mãdata tua quæsiui*. Tertia est, quæ in morte munit. Minus enim timet ire ad curiã regis, quãdo citatur, qui mandatis eius semper obediẽs fuit. Sic in via ad mortẽ. Sapiens: *Qui custodierit præceptum nõ experietur quicquã mali*. Beatus ergo qui in morte potest dicere illud Psal. *Vide*

Vita longa ex meritorum multitudine & magnitudine pẽsanda est.

Psal 54.

Mortium triplex genus cum moralitate.

Esai. 65

Deu 28.

Act. 15.

Deu 28

Tob. 3.

Esai. 48

Ps 118.

Psal 18.

Ps. 118.

Eccl. 8.

Ps. 118.

quoniam mandata tua dilexi Domine, in via
Ioan. 8. *tua viuifica me*; quia promittit Veritas: *Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem non guſtabit in æternum*. Quo contra tranſgreſſores in morte inuenient ſe incidiſſe in
Pſ. 118. illam ſententiam. Pſ. *Maledicti qui declinant à mandatis tuis*. Tertia vtilitas eſt æterna. Primo, quia aperit cælũ ſicut clauis cęli. Secũdo, quia per eã meremurvitá ęternã, ita quod præceptũ dicitur propterea vi-
Ioan. 12 ta æterna, ſcilicet cauſaliter. *Mandatũ tuum vita æterna eſt*. Et quod ſit congruũ, vtnõ niſi per ea perueniamus advitã, patet dupliciter. Primo, quia volentes habitare in aliquo regnó vel ciuitate, ſi protectionẽ & honorẽ à domino illius ciuitatis conſequi voluerint, neceſſe habent mandata illius Domini, & leges regni vel ciuitatis tenere. Sic qui volunt eſſe de ſocietate & ciuitate ſanctorum & Eccleſiæ, qui intẽdunt àDeo in regno ſuo honorari, neceſſe eſt, quod Dei & regni teneãt mandata. Secundo, quia ſicut inter religioſos modus eſt, quod recipiendis vel expellendis detur annus probationis, in quo probẽtur nouitij, ſi velint mãdata, cõſuetudines & regulas tenere religionis vel nõ, quę omnia ſi humiliter tenuerint, ad perpetuam fratrum recipiũtur ſocietatẽ. Si vero hæc obſeruare noluerint, de religione eijciũtur. Sic ſpiritualiter dum hicviuimus, habemus annũ probationis, in quo examinamur & probamur, an ad Dei & Angelorũ recipi debemus religionẽ & ſocietatẽ; quæ quidẽ probatio fit per mandatorum obſeruantiã. Nã ſi illa cuſtodierimus, abſque dubio in illã recipiemur, quia (ſecundum Pſ.) *in cuſtodiẽdis illis retributio multa:* ab
Pſalm. 8 illo ſcilicet qui promittit: *Serua mandata*
Ioan. 7. *mea, & viues*. Sed ecõtrario non obſeruãs demeretur, & verificatur in eo illud: *Inuẽ-*
Rom. 7. *tum eſt mandatũ quod erat ad vitã, hoc eſſe ad mortẽ*. Tertio, per ea glorificabimur, quãdo nos habitabimus cũ Deo & Deus in no-
Ioan. 12 bis. *Qui me honorificauerit*, ſcilicet ſeruando mãdata mea, *glorificabo eũ*. Sic fecit B. Barnabę, qui eius præcepta ſeruauit, glorificãs eũ in cęlis illa gloria, quã oculus nõ vidit.

L. *Mãdata tum obſeruatio neceſſaria eſt, vt perueniatur ad vitam æternã.*

DE INVENTIONE ET TRANSlatione S. Antonij, Sermo vnicus, & in ordine CXXIIII. Per Thema.

IN memoria æterna erit iuſtus. Pueri bonæ Pſ. 111.
memoriæ ad ſcholas mittũtur à parentibus, ad retinendũ ea, quæ à magiſtris didicerunt & audierunt. Si autẽ audiant, & non retineant, nihil eis prodeſt. Sic in ſchola Eccleſiæ congreganur ad memoriter retinendum geſta & exẽpla ſanctorum, vt illis mediantibus dirigamur in hac vita, & præcipue exẽpla B Antonij & eius vita modo recitãtur propter multa. Primo, quia ipſe eſt exẽplar omniũ virtutum, & ſpeculum bonorum operum, in quo ſuas imperfectiones ſpeculatus eſt B. Aug. qui fuit eius diſcipulus in fide Catholica, quem non docuit viuus, ſed mortuus. Et in hoc apparet quod ſanctorum vita non ſolum prædicat dum viuũt, ſed etiam dum mortui ſunt. Hoc enim manifeſtum eſt ex miraculis eorum. Aug. autẽ poſt mortẽ Antonij tempore Theodoſij magni nondum Chriſtianus effectus, audiuit à quodam amico nomine Alipio recitari vitam ſancti Antonij, & ſtatim cœpit flere, dicẽdo cum magnis ſingultibus & ſuſpirijs: Stulti & idiotæ rapiunt cęlos, nos autem cum ſcientijs noſtris mergimur in profundum, & paulo poſt conuerſus eſt ad fidẽ. Nouum enim erat ſibi & inauditũ, hominẽ ſine literis tãtis coruſcare miraculis, tantis decorari triumphis, tam mirabili vita mundum illuminare. Secundo, recitatur vita Antonij ad ſolatium & refectionem noſtram. Solent enim libẽter homines animalia ſilueſtria videre, & etiã libenter videre venationẽ vel auium vel terreſtrium animalium, & tanto libentius, quanto venatio eſt magis extranea & minus conſueta, & multo magis delectantur in guſtu. Nunc ego ſilueſtre animal oſtendo vobis, & onagrum in ſolitudine habitantem, Antonium vitã eremiticam ducentem, venationem etiã oſtendo, non venationem hominis feras inſequẽtis, ſed leonis infernalis, qui captionem

A *Antonij vita merito recitatur.*

sionem onagri, sancti Antonij studiose laborantis, desiderabat, iuxta illud: *Venatio leonis onager in eremo*, venationem etiã cerui Antonij, qui veloci cursu ad cælestia properabat, quem persequebatur canis inferni, à quo eripi frequenter orabat cũ Pſal. *Erue* (inquiens) *à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicã meam.* Et quia talia animalia siluestria nec videntur, nec comeduntur sine pretio, ideo ad Mariam properantes, ei pretium non materiale sed spirituale, scilicet salutationem Angelicam præsentabimus, dicentes: Aue, &c.

Eccli. 13

Pſal. 21

B Malorũ est hic memoria, nõ in futuro. Pſal. 48

Differentia est inter bonos & malos, iustos & iniustos: quia mali hic faciunt de se memoriã. Pſ. *Vocauerunt nomina sua in terris suis.* Et Sallustius: Quia vita ista fluxa est & fragilis, cupit sui memoriam quã maxime lõgã efficere. Inde est quod mali & tyranni vbique cognoscuntur, sed boni non curãt hic de se memoriã facere. Sicut legimus de sancto Antonio, qui nolebat quod sciretur eius sepulchrum, ne de eo fieret memoria. Boni enim hic vt in pluribus absconduntur, nec tantũ apparet bonitas bonorum, quãtum malitia malorum. Sed in alio sæculo oppositum erit. Nam malorũ memoria peribit, quia dicit Pſ. *Domine memorabor iustitiæ tuæ solus.* Vnde primo peribit memoria malorum quoad se, vt scilicet non inueniant amicos, qui loquantur pro eis, etiam parẽtes: *Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.* Res enim, quæ non diligitur, non sæpe recolitur, & ideo de eis Pſal. *Periit memoria eorum cum sonitu.* Secundo, non erit memoria bonorum, quæ fecerunt, vt pro eis remunerentur: quia *si conuersus fuerit iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, non erunt in memoria iustitiæ illius, quas fecerat*; sicut scriptura, quæ deletur, obliuiscitur, & hoc prophetice imprecabatur & pronunciabat Pſalm. dicens: *Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur.* Tertio, non erit memoria miseriarum eorum, vt ab ipsis liberentur, sed erunt (secundum Pſal.) *sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius.* Sicut res quæ non appretiatur. *Cessare fecit Deus memoriam eorum à terra.* Sed de bono dicit Propheta: *In memoria æterna erit iustus.* Sicut solent facta viriliter agentium, vt Caroli & Rolandi commemorari. Iusti autem, qui triplicem habent victoriam, manent in memoria æterna, qui vicerunt mundum paupertate, sicut legimus de Diogene, cui cum diceret Alexander, vt aliquid peteret ab eo, respondit: Peto, vt non auferas à me paupertatem. Plus poterat Diogenes refutare, quàm Alexander cõcedere, ideo ipsum vincebat. Sic Antonius, qui omnibus derelictis adhæsit Deo. Propter quod de ipso dici potest: *Dilectus Deo & hominibus Moyses*, id est assumptus ex aquis mundi, *cuius memoria in benedictione erit.* Secundo, qui vicerunt carnem, quod bellum fortissimum est. *O quàm pulchra est casta generatio cum claritate. Immortalis enim est memoria illius*, pulchra locutione, casta voluntate, clara operis ostensione. Et quia Antonius spiritum fornicationis vicit, ita quod confessus est se esse victum, non decuit corpus suum, in quo facta est talis victoria, manere in terra, sed decuit ipsum eleuari & manere in memoria æterna populi. Tertio, qui seipsos vicerunt. *Melior est homo qui damnatur animo suo, expugnatore vrbium.* Hoc autẽ fit per obedientiam & humilitatẽ, quod est victoriosissimum & difficillimũ. *Perdidit memoriã superborum, & reliquit memoriã humilium sensu*, id est, qui suos defectus sentiunt. Sic fecit Antonius, qui in perfecta obedientia & humilitate fuit Christo obediens, ideo meruit à Deo per totum mundũ famari, & perpetuo esse in memoria Dei, secũdũ thema: *In memoria æterna erit iustus.* In triplici memoria erit iustus Antonius, scilicet Dei, dęmonis & hominis. In memoria æterna Dei manet Antonius propter tria obsequia fidelia quæ sibi exhibuit. Exhibuit enim sibi fidele obsequiũ ex omnibus quę habuit. Primo ex ipso corpore, illud abstinẽtijs & affligãdo & in seruitutẽ redigẽdo, spatio 85. annorũ in deserto pane, sale, & aqua cõtentus. Et

Eccli. 10

Pſ. 111.

C Iusti ex triplici victoria sunt in memoria æterna.

quia tale obſequiũ fecit in corpore, ideo Dominus voleshonorare tã fidelẽ ſeruũ, primo voluit cum magnis miraculis ſuo populo reuelare, & ſibi reſpõdere quanti meriti eſſet apud eũ. Secundo, per multa tempora abſq; mutatione corpus ſuũ cuſtodiuit, ſcilicet vſque ad inuentionem eius glorioſam. Tertio, quia quãuis eſſent multi ſancti viri illo tẽpore & magni meriti apud Deũ, nullus tamen eorũ potuit obtinere dæmoniorũ expulſionẽ à filia imperatoris, niſi ad præſentiã ſui corporis. Vnde Conſtantius in principio ſui regni, antequã eſſet deprauatus per hæreſim Arrianã, prece obtinuit vnam filiã nomine Sophiam, quæ cum eſſet grandæua, à nouem dæmonijs obſeſſa eſt, & cũ à pluribus ſanctis viris exorcizaretur, clamabant dæmones ſe numquã exituros niſi ad præſentiã corporis ſancti Antonij. Sed circa hoc quæritur primo: Cũ Dominus dederit fidelibus ſuis poteſtatẽ calcandi ſupra ſerpentes & ſcorpiones & ſuper omnem poteſtatẽ inimici, quare tales ſancti viri non expellebãt illa dæmonia? Secundo: Vtrum erat credendũ illis dæmonibus clamantibus? Ad primum dicitur. Quandoq; ſex de cauſis non expelluntur

D *Dæmones quãdoque non expelluntur à ſanctis.*

dæmones à ſanctis viris. Primo, propter prauitatem fidei offerentium. Secundo, propter peccata dæmoniaci, de quibus duobus habetur exẽplum Marci 9. in patre vnici filij lunatici, & diſcipulorum Chriſti præſentia. Primo enim offerẽs & turba fide carebant, ideo pater cũ lachrymis orauit: *Credo Domine, adiuua incredulitatem meã.* Et ad turbã Ieſus ait: *O generatio incredula & peruerſa quouſque ero vobiſcũ?* & de ſecundo, ſcilicet de ſuſtinente dæmoniũ, Ieſus increpabat eũ, ſcilicet filiũ, quia vt B. Hieron. ibidẽ dicit, propter peccata ſua fuerat à dæmone oppreſſus. Tertio, propter negligentiã adhibẽdi commoda remedia, quia in eo dæmonio expellendo non erant comites oratio & ieiunium. Hoc enim gẽnus dæmoniorũ (inquit Saluator) non ejicitur niſi in oratione & ieiunio. Quarto, propter exorciſtæ aliquod in fide vitiũ, vt patuit in eodẽ de Chriſti diſcipulis, qui non potuerũt illud ejicere, ſecreto enim quærẽtibus cauſam ſuæ impotẽtiæ, reſpõdit Ieſus: *Propter incredulitatẽ veſtrã.* Quinto, propter reuerentiã virtutũ in alio exiſtentiũ, vt patet in hoc caſu & in multis alijs in Vitis Patrũ. Ad ſecundã quæſtionẽ dicitur primo, quod à dæmonibus nõ eſt quærẽda veritas. Tũ primo, quia Dñs prohibuit eos loqui, vt patet de muliere quæ habebat ſpiritũ immundũ, quia ſæpe multa falſa & ambigua permiſcẽt, vt decipiant. Dicitur tamen ſecundo, quod ſæpe cogũtur dicere veritatẽ, & tũc quãdo ſuggerũt bonũ, nõ eſt incõueniens illud facere cũ timore Dñi, nõ quia ipſi dixerũt, ſed quia hoc agere, bonũ eſt & virtuoſũ. Et quia talẽ theſaurũ remouere à terra, talẽ margaritã exaltare à luto erat virtuoſũ, ideo eis credere nõ fuit incõueniẽs. Secũdo, ſibi fidele fecit obſequiũ nõ ſolũ ex corpore, ſed etiã ex anima, bene monẽdo ſuos religioſos, vt patet in auctoritatibus & doctrinis illis, quas dediſſe dicitur in Vitis Patrũ. Secũdo, orando Deũ ex toto corde ſuo, nõ ſicut multi, de quibus: *Populus iſte labijs me honorat, cor autẽ eorũ* Eſai. 29 *longè eſt à me.* Dicũt enim proloquiũ ſimile, & tales bene ſeruiũt Deo de corpore, ſed nõ de anima: principibus vero terrenis de corpore & anima. Nõ enim ſolũ exponũt corpus eũdo & redeũdo ad negotia principũ, ſed etiam animã in rapiẽdo, & mala præcepta adimplẽdo. Tales nõ ſeruiũt dominis, qui poſſent eos remunerare. Seruitiũ enim corporale remunerare poſſunt aliqualiter, ſed nõ ſpirituale. Ideo ei ſolũ ſeruiendum eſt ex corpore & anima, qui poteſt vtriuſq; & corporis & animæ ſeruitiũ remunerare. Hoc docuit facere Antonius, de quo refert Hiſtoria Patrum, quod occumbente ſole facie vertebat ad Orientem orando Dominũ, vbi tamdiu fixus ſtabat mente ad cæleſtia, quouſque ſol oriẽs feriret radijs oculos eius. Quod Antonius moleſte ferens, ait: Quid impedis, ô ſol, mentem meam cœlestia contemplari? Videte feruorem tanti viri. Immobilis

Act. 16 E *Dæmoni credere quandoque non eſt inconueniẽs.*

F *Antonij in oratione aſſiduitas.*

bilis pernoctabat in oratione, & nos nec ad modicum in ea perſeueramus, ſed hoc eſt, quia de dulcedine Domini non deguſtamus neque ſermonum eius. Sic autem deguſtauit Antonius, quod ad vnicã perguſtationem ſaporis vini Euangelici, ſcilicet: *Si vis perfectus eſſe, vade & vende*, &c. teſte Athanaſio tunicã ſuã & omnia bona ſua temporalia tabernario dedit. Sic autẽ erat feruens in oratione, quod pene ſemper orabat, aut ſaltem aliquid aliud boni agebat, donec ſomnus occuparet eũ, quẽ latronẽ vocabat, quia ſibi de tẽpore modicum ſurripiebat. Sed qualis ſibi erat lectus? Certe terra nuda, vel natta ex palmis duriſsima, & quandoque rectus dormiebat. Tertio, obſecutus eſt Domino ex anima, fidẽ eius prædicãdo contra Arriũ, & defendendo Athanaſium, & tunc ſibi ſpiritus intelligentiæ datus eſt, cum vidit Didimũ cęcũ, cui dixit: Nihil te offendat, ô Didime, quod carnalibus oculis videris orbatus. Deſunt tibi oculi illi, quos mures, muſcæ, & lacertæ habent, ſed lętare, quia habes oculos, quos Angeli habent, & per quos Deus videtur. Propter hæc voluit Dominus poſt mortẽ ipſum multipliciter honorare obſequijs ſpiritualibus. Nam cum ignoraret Imperator, vbinã eſſet corpus beati Antonij, eo quod à ſolis duobus diſcipulis, quibus præceperat ne alicui reuelarent, ſepultum erat, ſtatim ieiunio facto cuidam epiſcopo ſeu presbytero Theophilo nomine reuelatũ eſt, vt iret ad partes Ægypti. Qui cum poſt diuerſa pericula maris cum ſuis deueniſſet ad locũ, vbi prima fuerat eremus beati Antonij, apparuit eis ille in ſpecie eremitæ ſenis, à quo cum quæreret de corpore Antonij, oſtendit ſignum ſilentij, & ſic diſparuit. Deinde angelica reuelatione alio migrantes, ſtella quadam fulgida ducente & prędedẽte, vſque ad locum, vbi erat corpus, peruenerũt. Ecce quomodo per binã Angeli reuelationẽ, per ſtellam, quę ſignum eſt cęleſte, honorauit eum Dominus poſt mortem, & vlterius eleuato corpore deducebatur Angelis cantantibus in excelſis. Et ſicut Antonius ipſum prędicauit per Alexandriam, ita Dominus eum prædicauit per vniuerſum orbem. Tertium obſequiũ fecit Antonius Domino de temporalibus bonis, dando omnia pauperibus, pro qua re eum nunc Dominus bonis æternis remunerat, ſicut ipſe promiſerat, dicens: *Vos, qui reliquiſtis omnia*, &c. *centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis*. Et quantum ad iſta bona, vere dicitur: *In memoria æterna erit iuſtus*. Secũdo, permanet in memoria diaboli propter prælium continuum. Primo, quãtum ad expulſionem. Secundo, quantum ad confuſionem. Tertio, quoad eius maiorem damnationem. Primo enim expulit eum à deſerto, faciendo deſertum fratribus habitabile, licet Paulus eremita prior eo fuerit. Propterea conquerebatur dæmon, quod cũ ex toto orbe proijceretur per fidẽ Chriſti, deberet ſibi remanere deſertũ, à quo tamen illum Antonius expellebat. Iſtud deſertum fuit primo inhabitatum à filijs Iſrael, vbi mãna refecti ſunt, ſic & diſcipuli ſancti Antonij frequenter paſcebantur annona cæleſti, per quos (vt inquit Hiero.) ſuſtentabatur mundus, cum eſſent vita mundi, vt patuit de Ioanne eremita. Sed nunc religioſi ſunt paruæ reputationis, imo nec reputantur digni præeſſe religionibus, ſed dantur commendatarijs. Et non ſolum expellebat dæmones à loco deſerto, ſed à poſſeſsis corporibus, vt patet de filia Imperatoris, & quodam Daniele de ſtirpe regali, qui clamabat vna vice: Antoni adiuua me, & diaboli per idem organum clamabant, Noli nos vrere. Secundo, quoad confuſionem, quia confudit diabolum. Hic notandum eſt, quod diabolus & miniſtri eius non recte incedunt in ſuis operibus, ſed in circuitu ambulant, ſicut aliquando faciunt timidi homines armorum. Beatus vero Antonius rectum iter tenuit, quia *iuſtum deduxit Dominus per vias rectas*. Rectum enim (vt dicunt Geometrę) eſt, cuius medium

Mat. 19

Sap. 5.

G

Boni tenẽt iter rectum, mali obliqui incedunt.

Sap. 10.

dium non exit ab extremis. Vita autem Antonij fuit recta, & per rectum iter ambulauit contra hostes suos. Sed quod ab extremis non exiret medium vitæ eius, patet, quia initium vitæ hominis non habet diuitias, cum nudus nascatur; non habet gloriam, cum de immundo semine concipiatur, non delicias, cum puer à ploratu incipiat. Similiter finis hominis non habet diuitias, cum homo nudus in terram reuertatur; nec delicias, cũ in magno dolore homo moriatur; nec gloriam, cũ sub terra ponatur, & ab hominibus & brutis conculcetur. His extremis medium Antonij conforme fuit. Si enim quæras de diuitijs, illas reliquit, & dedit, imo laborabat manibus, vt alios redimeret. Si quæras de gloria, abscessit in desertum, vt eã fugeret, & tamen illum vndique sequebatur, sicut vmba sequitur fugientẽ, adeo vt Imperatores ei scriberent, sed nihil reputabat. Si de delicijs, vide modum viuẽdi eius in deserto, qui erat herbas terræ comedere, & bibere aquam. Et in istis tribus vicit diabolum. Aliquando enim diabolus ei apparuit in specie scyphi argẽtei, aliquando massam auri sibi appositi, sed non curauit, aliquando spiritus formicationis coram eo apparuit, se confitens victum & confusum. Et quia manet alta mente repostum esse cõfusum in memoria magnanimi, diabolus autem est alti animi, adeo vt se velit compareri Deo, & honorari sicut Deus, ideo nil mirum si maneat in eius memoria Antonius, qui confudit eum. Vnde & postquã verberatus fuit, & fere mortuus extra locũ verberis fuisset deportatus, iterum se deferri fecit ad præfatum locum, & clamabat, Vbi sunt, vbi sunt dæmones, veniant, propter eos non fugiã. Quis enim me separabit à charitate Christi? Quo facto dæmones per aëra se clamabant victos, adeo vt cum veniret Alexandriam, diceret populus, Videamus eum, qui præliatur contra dæmones, & qui victor est dæmoniorũ. Magnum miraculum, quod locustæ præualeant gigãtibus. Sed quid fecit Dominus militi suo pro omnibus istis? Certe sicut rex faceret fideli suo militi, quẽ sic videret pugnantẽ in prælio. Faceret enim eum nominari per totum regnũ suum, & vellet quod requestę de melioribus rebus darentur ei per illũ. Sic & Dominus militem suum Antonium sic priuilegiauit, vt per totum orbẽ fametur: sic dotauit, vt de igne, qui similitudinem tenet ignis inferni, maxime apud Deum habeat iuuare. Multi autẽ pro blasphemia in sanctum leguntur illo igne percussi. Si sic punit pro blasphemia, quomodo præmiabit eos, qui illũ honorauerint, cum Deus sit pronior ad miserendũ & dandũ, quã ad puniendũ? Quod autẽ ignis ille similitudinẽ habeat cũ igne inferni, patet ex quinque. Primo, quia ignis ille sicut ignis gehennæ inuisibiliter torquet. Diaboli enim in hoc aëre tenebroso cremãtur, & tamẽ eorum ignis nõ videtur, licet aliquãdo monstrẽtur visibiliter eius effectus. Secũdo, ignis ille inextinguibilis est, cum peruenit ad medullas, sic & ignis inferni. Tertio, quia membrum incensum tali igne, necesse est separari à cæteris mẽbris. Sic, qui igne infernali tactus est, à cæteris mẽbris Ecclesiæ iam diuisus est. Quarto, quia ille ignis denigrat. Sic ignis inferni non est mundificatiuus sicut ignis purgatorij, sed deturpat animã. Quinto, quia ignis iste in carbunculis sępe inuenitur cum peste & periculo mortis. Sic ignis inferni inuenitur in perpetua peste, & perpetua morte, ita quod *desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis.* Apoc. 9. Tertio, propter eorũ maiorem dãnationem, vel saltem præuentionẽ. Vnde cum portaretur corpus B. Antonij, clamabant: O sancte Antoni noli torquere nos. Et iterum: Hic transit ille, qui nos flagellat. Habuerat enim B. Antonius triumphum de dæmonibus, in triumpho autem post triumphantem adducebantur captiui ad pœnas. Sic post Antonium triũphantem dæmones victi luebant pœnas. Secundo, quia iustũ est, vt qui alterũ opprimit, ab altero opprimatur, sic opprimuntur oppressores aliorũ. Quod probatur. Primo, auctor

Ignis quidam dicitur S. Antonij, similis ei est ignis infernalis

Dæmones nos iuste hic torquentur à Sãcto

auctoritate Psal. *Et dominabuntur eorũ iusti in matutino, & veterascet in inferno gloria eorum.* Hoc est, in matutino iudicij trãsacta nocte, in qua simul erant boni cum malis, nec poterant discerni, ita quod non plus recordabuntur de gloria eorum quàm de alijs putridis. Secundo, probatur similitudine. Prima est, quia mater postquam virga percussit filium, dat virgam filio, vt proijciat in ignem. Sic Deus malos in manibus innocentium filiorum. Secunda similitudo est, quia pars rotæ superior, quę opprimit inferiorem, postea ab ea opprimitur. Tertio, patet per exemplũ Grego. 4. dialog. de Ioanne Papa & Symmacho, qui proiecerunt in ollam Vulcani regem Gothorũ, qui fuerat in Italia. Sed B. Antonium oppresserant dæmones: ergo erat iustum vt eos tempore iustitiæ opprimeret. Tertio, manet in memoria hominum propter tria beneficia, quæ eis quotidie confert, & aliquãdo cõtulit. Primo enim orat continue pro salute Christianorũ, & præcipue sibi deuotorũ. Quod patet. Primo, quia cũ Theophilus ipsum leuaret à terra, vidit ipsum in medio Angelorum orantẽ Dominũ pro populo. Si sic orabat, cum populus parũ circa eum afficeretur, quid facturus est nunc, cum plurimũ circa illum afficitur populus, & post sui corporis exaltationem? Secundo, dum viueret, die ac nocte orabat pro populo, cũ igitur nunc sit maioris charitatis quàm tunc, & amplius cognoscat pericula in quibus sumus, & quę ipse euasit, sequitur quod nunc amplius orat pro nobis. Quã bonum est esse sub eius protectione, sub qua Constantinus Magnus cupiebat vt ipse esset & liberi eius, pro quibus & viuens Antonius orabat, innuens nos etiã pro principibus nostris, à quibus tuitionem recipimus, orare debere. Secundo, manet in memoria hominũ propter præseruationem à periculis. Præseruat enim ab illo igne gehennali, de quo locuti sumus, & etiam ab illo igne pestis. Secundo, à periculo mortis temporalis. Patet primo de decem lupis, qui quinque pueros asportauerant. Patet secundo de quodam Efrom, qui fuit suspensus iniuste. Patet tertio, quia nauigantibus in mari in tempestate apparuit. Tertio, ab igne inferni. Patet ex legenda, quod illi, qui inuenerunt corpus suum, & transtulerunt, bina vice ducti fuerunt ad loca pœnarũ, vbi ignem viderunt, & intolerabilem fœtorem, adeo quod pene mortui effecti sunt, sed meritis eius fuerunt liberati. Nec hoc est incredibile, cũ etiam B. Greg. dialog. 3. recitat in insula Siciliæ in monte Ethna esse quædam suspiralia inferni, in qua cũ quidam esset prope locũ, audiuit vocem cuiusdam mulieris, quam postea nouit eodem die & eadem hora defunctam. Hoc autem factum est ad terrorem malorum, qui non credũt esse infernum. Tertio, manet in hominum memoria propter beneficia ab eo exhibita in sanitatibus. Vnde & quinque leprosi in occursu eius sunt sanati, tria cadauera hominum à feris occisa resuscitata, & quotidie dæmonia à corporibus obsessis expellit. Non ergo sine causa voluit Dominus sui Confessoris corpus inueniri, vt prodesset amplius mortuus quàm profuit viuus. Viuus enim soli Ægypto, nũc mortuus orbi vniuerso.

IN DIE SANCTORVM GERuasij & Prothasij in Processione Vniuersitatis, Sermo 1. & in ordine CXXV.

Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. Quæritur: Quomodo sancti dealbauerunt stolas suas in sanguine Agni? Primo, quia sanguis facit rubere, vt recte possit purpura (quæ rubea est) dici vestis martyrum, sicut byssus cãdida virginum, secundum illud: *Byssus & purpura indumentum eius*, scilicet Ecclesiæ, quia maxime adornatur illis duobus statibus. Secundo, sanguis maculat vestes, quomodo igitur lauat & dealbat? Sed thema dicit martyres lauisse, & dealbasse stolas suas, &c. Et Ecclesia canit, Te mar-

Apoc. 7

Psal. 38

A Purpura martyrum de-

tyrum candidatus laudat exercitus, igitur. Respondetur primo. Sicut propriũ Christi vestimentum vestis est purpurea, cum quavictor laureatus ascendit in cęlũ mirantibus virtutibus cælestibus, & dicentibus: Quare rubrũ est indumentum tuum? sic illa ornati secuti sunt eum sancti martyres. Vnde in Apocryphis Esdræ vidit Esdras exercitum Angelicum super montẽ Sion, cui præsidebat iuuenis speciosissimus, & coram eo innumera multitudo iuuenum, quibus singulis coronas imponebat, & palmas dabat. Et cũ quæreret ab Angelo, qui essent hi. Respondit: 4. Esd 2 *Hi sunt, qui mortales despoſuerunt tunicas, modò coronantur, & accipiunt palmam.* In quo vidit beatos martyres cælesti ornatos imperio. Legitur in libro de gestis Romanorum Pontificum, quod Euthycianus Papa sub Alexandro Imperatore instituit, quod nullus sepeliret martyrem sine dalmatica rubea vel collobio rubeo, qui etiam proprijs manibus ibidem legitur quadraginta duos martyres sepeleuisse. Terreni enim reges solent suos milites suis vestibus habere consimiles, ideo de eodem panno, & eiusdem coloris voluit eos esse ornatos. Vnde sanguis Christi sigillum est curiæ cælestis, de quo dicitur: *Hic est sanguis noui Testamenti, quod mandauit ad vos Dominus.* Istud signum non solum in corde, sed etiam in propria pelle & carne sancti martyres impressum habuerunt. Dicitur secundo, quod vbi alij aqua pœnitentiæ vel baptismi solent stolas suas dealbare, martyres in sanguine agni dealbant, & etiam in sanguine proprio, ita vt anima, & eius affectus tingatur sanguine Saluatoris, pro quo cupit sanguinẽ fun- Psal.67. dere, iuxta exhortationem Psal. *Intinguatur pes tuus in sanguine*, corpus vero proprio rubricatur sanguine, & ita corpore erant rubri, anima candidi. Inde & liniti super vtrumque postem transeuntes ex Ægypto euadebant percussuram mali Angeli, sic soli martyres euadunt pœnam purgatorij, alij numquam vel raro. Sed modo martyres mundi non ex sanguine

Nota.

mundantur, sed magis polluũtur sanguine pauperum, viuentes eo & vtentes, cõtra Apostolicam prohibitionem Act. 15. Act.15 quod abstinerent Christiani à suffocatis & sanguine. Modo vero de nobili & carnali gloriantur Christi sanguine, sed (secundum illud Apoc.) *ebrij sunt de sanguine* Apo.16 *sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu.* Et si dicatur, quod sãguis Christi rubeus erat, quomodo ergo in eo dealbari possunt? Respõdetur. Primo lauatur pannus cum tingitur. Sic prius totus est martyr sanguine Christi, deinde proprio rubricatus. Prius enim dealbatur paries quã tingatur, & rex noster primo veste alba nostræ mortalitatis indutus est, qui postmodum eam tinxit scarleto tempore suæ passionis. Dicitur secundo quod sanguis Christi dealbat, quia lactis est dealbare. Prius autem humor fit sanguis, deinde transit in lac, ideo sanguis Christi factus est lac, id est, dulcedo sanctorum martyrum. Transfuit enim per corpus nutricis nostræ, Christi scilicet, qui pastit nos. Dicitur tertio, quod sanguis Christi & martyrum mundat & lauat. Patet primo, quia in veteri lege omnia in sanguine mũdabãtur. Si ergo sanguis bestiarũ erat ad lauandum, quanto magis sanguis agni immaculati, & martyrum? Secundo, si terra polluta sanguine homicidiorũ purgabatur in effusione sanguinis noxiorũ, iuxta illud Psal. *Manus suas lauabit in san-* Psal 58. B *guine peccatoris:* quanto magis sanguis sanctorum, qui mundus est & immaculatus, emundabit conscientias eorum ab omni delicto & pœna delicti? Quinimmo maius quid dandum est sanguini Christi, vt non solum lauet & purget immunda, sed etiam impediat immunditiam contrahi, & munditiam conseruet, sicut fecit in virgine gloriosa, quam præseruauit ab omni immunditia peccati, conseruando semper eam in innocentia. Ad eam igitur totius innocentiæ & munditiæ speculũ, vt purgato rationis oculo videamus, quæ doctrina potissimum sit vobis propinanda, recurramus, dicentes: Aue, &c.

Sanguis Christi dealbat, fouet, mundat & lauat

Tri-

Digitized by Google

C

Tribulationis bonorũ & malorum differentia Ioan. 13

Triplex est differentia inter malorum & bonorum tribulationes. Prima est, quia dum boni tribulantur, statim cognoscunt quantum bonum ex tribulatione procedit. Inde dixit Dominus Petro: *Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea*. Ideo eam patienter portant, sicut illi qui amaram recipiunt medicinam.

Soph. 1. Sed non sic de malis, de quibus: *Tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia non cognoscunt virtutem & efficaciam laboris & tribulationis.*

Secunda differentia est, quia tribulationum martyrum nullæ manent reliquiæ. Primo, propter paucitatem epularum illarum. Sapiés: *In paucis vexati.* Tum propter voracitatem edentium. Auide enim sumunt sancti martyres quasi delicias. *Inundationes maris quasi lac sugent.* Sed tribulationis malorum multæ sunt reliquiæ, quia hi parce sumunt de hac mẽsa, & fastidiunt eam etiã inuitati, ideo magnæ & multæ reliquiæ eis restant. Malus enim diues erat sedens ad mensam consolationis, pauperum vero sunt horum reliquiæ, & eas expectant. Vnde & Lazarus iacebat expectans ad ianuam. Nemo enim illi dabat. Sed finita mensa diuitis datæ sunt ei reliquiæ consolationis in infinitum plusquam in mensa. Vnde plusquam duodecim cophini fragmentorum remanserant ex quinque panibus & duobus piscibus. Et quia mali hic sumpserunt de mensa consolationis, nihil in alio sæculo de consolatione sibi reseruauerunt. Electi vero, quia sedent hic ad mensam tribulationis, nec est cõsuetum quod quis comedat suas reliquias, sed suis pauperibus, diuitibus scilicet reseruabuntur, qui plus habebunt in infinitum, quam habuerint sancti in mẽsa. Tertio differunt, quia abyssi tribulationum malorum absorbebunt malos. *Abyssi operuerunt eos.* Sed boni de abyssis illis reducentur ad gloriam. Psal. *Et de abyssis terræ iterum reduxisti me.* Et hoc est quod dicebat vnus de senioribus ad Ioannem: *Isti sunt, qui venerunt.* Applicando istud thema scholaribus, primo dicemus, quomodo ex magnis laboribus & studijs euadunt in magnos homines. Secundo, quomodo dicuntur lauare & dealbare stolas suas in sanguine agni Christi. Quantum ad primum, dico quod requiritur labor multiplex ad bonum & vtile studium. Primo, requiritur labor in lectione. Quanto terra plus colitur, tanto vberius fructificat. Sic per legendi assiduitatem fit lectio familiarior. Agricola valde assiduus est in labore suo, si velit aliquid habere, & adhuc soluit talliam, nec tempus suum amittit, licet pluuiosum. Et sicut ager siluescit si non excolitur, sic ingeniũ quod non labore exercetur. Vnde Patriarcha Iacob vsque mane luctatus est cum Angelo, vt benedictionem Angelicam acciperet. Sic studeat homo, quousque lux veritatis oriatur in corde eius, & accipiat benedictionem. Valerius lib. 8. affert ad hoc exemplum Platonis, dicens: Plato octogesimoprimo anno decedens, sub capite libros Sophronis fertur habuisse, vt nec extrema hora à studio vacua esset, & simul cum morte finiretur studium. Sed oppositum multi faciunt pigri, laborem studij volentes euitare. Vnde Seneca: Desidioso studere torquere est, & dum amat piger clericus sine labore viuere, quærit solatiũ imperitiæ suæ. Cum enim audit alios bene studentes, subiungit: Ad quid studerem sapiẽtiæ, satis sunt sapientes. Similiter moritur doctus & indoctus. Ita bene saluatur, sicut illi: Vt quid frangam & cruciabo caput meũ? Et non percipit quod inimicus ducit eũ ad interitum, suggerens vt in vita sua nulli vtilitati intendat, sed in torpore & negligentia semper viuat, & tandẽ pereat. Catus enim vult piscem, sed non piscari. Vnde dicit quidã, quod habuit sociũ, qui poterat tota nocte de otiosis & friuolis fabulando vigilare, qui tamen studium sic habuit exosum, vt si cõtingeret quod aliàs dormire non posset, aperto libro, & perlectis in eo quatuor vel quinque lineis protinus obdormiret. Cui cõtrarius

D

Studiũ exigit laborem multiplicem.

Gen. 32

Exod. 15

Ps. 118.

Apoc. 7

erat, de quo refert Cassianus li. 6. de Institutis Monachorũ: Cũ (inquit) Ægypti prouinciam petissem, vidimus senẽ quẽdam nomine Matheten hanc à Domino gratiam diuturnis precibus impetrasse, vt quotquot diebus ac noctibus agitaretur collatio spiritualis, numquam obdormiret. Si quis vero detractionis vel otij verbum inferre tentaret, in somnũ protinus cadebat, ac sic vsque ad auriũ pollutionẽ nihil virus alloquij posset peruenire. Valerius etiã li. 8. sic ait: Marcellus Syracusis captis, machinationibus Archimedis Philosophi multum ac diu victoriã suã sensserat retardatã, eximia tamen Philosophi prudentia delectatus, vt capiti illius parceretur, edixit, & sic studiũ & sapientia vitã illi donabat, quã tamen nõ est consecutus nimia intẽtione in figuris Geometriæ caput defigens in terra, gladiatori militi quęrẽti nomẽ dicens: Noli me obsecro disturbare. Sic studiosus erat Diogenes, de quo Hiero. cõtra Iouinian: Cũ Antisthenes Philosophus nullũ discipulũ reciperet, & perseuerantẽ Diogenẽ remouere nõ posset, nouissime claua minatus est, nisi abiret. Cui ille dicitur caput subiecisse, atq; dixisse: Nullus tam durus baculus poterit esse, qui me à tuo possit obsequio separare. Iste enim verba magistri attẽta aure cupiebat percipere, quãdo ab eo non valuit claua disiungi. Symachus in epistola narrat Anaxagorã Philosophũ grauẽ de filio nunciũ à disputationibus non retraxisse. Refert quoque Valerius quod Solõ Philosophus, qui summę sapiẽtię feruore semper fragrauerat, supremo die cęteris Philosophis amicis suis ipsi morituro cõfestim assidentibus, & de quadã quęstione inter se conferentibus, iã fere mortuũ caput erexit. Interrogatus cur hoc fecisset, respõdit, Vt cũ illud, de quo disputatis, percepero, iucũdius migrem à sæculo. Erubescant igitur scholares desides, cũ audiũt etiã morientem ab attẽtione studij nõ cessantẽ. Vnde quidã Philosophus ait: Artium mater est instãtia, nouerca eruditionis negligentia.

Sic in Chronicis legitur, quod Virgilius interrogatus quomodo versus suos cõponeret, respõdit, Sicut vrsa fœtũ, quem pariendo ineffigiatum & informẽ ediderat, postmodũ lambẽdo effigiatũ format. Sic versus mei, qui sunt quasi partus mei, cũ primo prodeũt in esse, rudi & imperfecta sunt facie, sed postmodũ eos tractãdo & inuersando, & summã circa eos diligentiã adhibẽdo, eos bene formatos reddo. Quęsiuit semel quidã laicus, in qua facultate essent plures studentes Parisijs. Respõsum est, In artibus. Et ipse, Imo in musica, quia plures musitãt quã studeant. Secundo, requiritur labor in attentione ad bonos magistros, & bene morigeratos. Inde Dominus dicit: *Discite à me, quia mitis sum.* Alibi: *Qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.* Christus enim syllogizat, & assumit pro maiore, Audire libẽter. Secundo, pro minore, Retinere quæ ducitur, & ex hoc infert conclusionẽ vitã pulchrã in præsẽti, & æternã in futuro. Sed multi sunt similes marmousetis, qui semper magistro assistũt, nec scholas exeũt, sed cor ad doctrinã magistri numquã apponunt, ideo nihil sciunt. Sed tũc proficit scholaris, cũ ea, quæ exterius audiuit, intus legit. Legere enim, & nõ intelligere, id est intus legere, negligere est. Alij vero sunt, qui vno die legũt vnum, alio aliud, & numquã arrestãtur, de sciẽtia in scientiã transeũtes, quod est stultitiæ & incõstãtiæ signum; quia *stultus vt luna mutatur.* Refert. Boẽtius de disciplina scholariũ de filio incõstãtię, qui cũ de sciẽtia ad sciẽtiã se trãsferret, de artificio ad artificium, ait: Quid de cætero faciam? Miserum est esse hominem. Vtinã hominem exuere possem, & induere asinitatẽ specie permutata. Tales enim immediate dimittunt fundamẽta, & transeunt ad altiora studia, & sic saltãt de gallo ad asinum, & nihil sciunt. Non sic docuit Virgilius, qui cœpit à pastoribus, & per agros & colonos trãsit ad regum & ducũ præclarissima gesta. Tertio, requiritur labor in exercitio, quia *in certamine loquela ipsius sapientia.* Multa enim nobis

Nota.

Mat. 11

Ioan. 6.

E

Syllogismus Christi.

Eccles. 3

Sap. 8

nobis videntur falsa, quæ in disputatione demonstrantur vera. Deficiente lumine sumitur incaute coluber pro anguilla, & in luce discernitur, virum sit auricalcum vel aurum, & quanto plus emanat aqua de fonte vel puteo, clarior est & purior. Ideo regentes amplius debent suos exercere, vt amplius habeãt de lumine. Sicut enim lumen de lumine, radius de radio generatur sine sui diminutione, sic communicat sapientia. Nec timeant odio haberi à scholaribus, quos sic solicite exercent. Communiter enim dicitur, quod equi & canes venatici plus eos diligunt, qui in cursu venandi & labore studiosius exercent. Sic regulariter scholares magistros, qui plus exercent in laboribus & studijs. Sed multi se exercẽt in vanis & inutilibus scientijs. Cõtra quos Sapiens: *Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei*, id est sacra scriptura, per quam quis cognoscit Deum & seipsum. Vnde Bernardus in quodam sermone: Orans sanctus quidam, Deus, inquit, nouerim te, nouerim me. Breuis oratio, sed fidelis, quæ est vera philosophia necessaria ad salutem, ex priori timor accipitur & humilitas, ex posteriori spes & charitas generatur. Nimis vero occupari in scientijs & doctrinis gentilium est periculosum. Illæ enim sunt scientiæ, quæ faciunt insanire, sicut dictum est Paulo: *Insanis Paule, multæ te literæ ad insaniam vertunt*. Propter has Hieronymus, vt refert de seipso ad Eustochium epist. 82. acerbissime est verberatus. Hinc & Hugo Cluniacensis, cum semel dormiret, vidit per somnium sub capite suo cubare multitudinem serpentium & ferarum, & euigilans, & exquirens inuenit librum Varronis subceruicali repositum obscœnitatibus plenum & ritibus gentilium, quem postquam abiecit, in pace quieuit. Quarto, requiritur labor in oratione & assiduitas. Hoc modo habuit Paulus scientiam. *Notum vobis facio Euangelium, quod euangelizatum est à me, quia non est secundum hominẽ neque ab homine, sed per reuelationem Iesu Christi*. Cassianus libro 5 de Institutis patrum: Abbas Theodorus explanationem cuiusdam propositionis obtinuit, persistens in oratione septem diebus & noctibus. Ad visionem requiritur diffusio exterioris luminis. Nihil enim videtur in tenebris. Sic oportet quod super intellectuales oculos splendor solis effulgeat, qui illuminat omnem hominem, quia ille est qui (secundum Psal.) *docet omnem hominem scientiam*. Solus enim Deus docet hominẽ effectiue, homo excitatiue. Ideo Psalm. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*. Aliquando Dominus loquitur in Osea, aliquando ad Oseam. In Osea, quãdo inuenit per se aliquid ad Oseam, quãdo per lecturam aut doctorem apprehẽdit. Inde hortatur Iacobus: *Si quis indiget sapientia, postulet à Domino, qui dat omnibus affluenter, & non improperat*. Et Sapiens: *Optani & datus est mihi sensus, & inuocaui & venit in me spiritus sapientiæ*. Sic legitur de B. Bernardo, quod cum studere volebat, aperto libro orationem præmittebat, dicẽs: Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Malignis enim spiritibus displicet studium sapientiæ salutaris. Hugo libro de Sacramentis dicit quod triplex est noster oculus. Primus contẽplationis, qui per peccatum primi hominis est extractus. Secundus rationis, qui hippus. Tertius carnis, qui clarus. Cum igitur videamus debilitatem intelligentiæ nostræ, quid debent scholares dicere, nisi: Domine Deus meus illumina tenebras meas? Sicut enim oculus virtutem visiuam, quam recipit à cerebro, non potest dare pedibus vel manibus, sic nec magister discipulo scientiam infundere potest, sed ille solus, qui scientiarum Dominus est. Pro secunda parte dico, quod ad lauandum, & dealbandum stolas requiritur primo, quod stolæ ipsæ seu tunicæ extendantur in aqua. Hoc fit per charitatem, quæ extẽdit & dilatat tunicam cordis in scripturis & studio, vt possit puer cognoscere Deum, & amare, & alacriter implere mandata Dei, sicut ille qui dice-

F *Disputatione cognoscitur veritas.*

Eccl. 13.

i *Studendum est præsertim sacræ scripturæ.*

Act. 26

Gal. 1.

Psal 91

Psal 84.

Iac. 1.

Sap. 7.

I *Oculus hominis triplex.*

K *Munditia conscientiæ quatuor virtutibus figuratis per quatuor quæ filo in lotione panni*

H *Oratione illuminatur intellectus.*

Psal 15. dicebat: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cũ dilatasti cor meum*. Præcipuum enim est diligere Deum & proximum sicut seipsum, inquirendo pacem, & vitando iurgia. Nã qui sic facit, intingit pedem in sanguine Agni, & lauat stolam suam in illo, cũ sanguinem suum effuderit Dominus ex nimia charitate, qua ad Patrem & nos afficiebatur. Secundo, requiritur baculus percutiens. Hic est timor Domini absterPro. 15 rens à malo. Nam *per timorem Domini declinat omnis à malo*. Hunc Psalmista dicit esse Ps 110. initium sapientiæ, & propterea Dominus Deut. 4. dicebat de populo Israel: *Audiat sermonem meum, & discat me timere omni tempore quo vivit in terra*. Sic Dominus: Magistri à iuuentute nutrite pueros in timore Domini, vt sint semper recti & nominati, nec vmquam declinent in obliquum, cuius oppositũ faciunt multi. Et ad hoc faciendum, caueant nimiam familiaritatẽ, quia pastor, qui familiaris est ouibus, sæpe ab arietibus heurtatur seu impetitur. Tertio, oportet contorquere tunicam, vt omnis immunditia expellatur & exprimatur. Hoc facit castitas, sine qua nemo apprehẽderet sapientiam. Quis enim in vas corruptum & infectum optimum liquorem infunderet, imo pretiosum liquorem fœtida testa contaminaret facilius, quàm suauitatem perciperet ex liquore. Ideo pueri studiosi & boni studeant in castitate permanere, & caute eam conseruent. Periculum enim grande est ne perdatur. Nam diabolus maxime appetit huiusmodi pueros innocentes & castos peruerte-

Exod. 1. & Diabolus magis impetit innocentes pueros. re. Appetit enim cibos delicatos deuorare. In cuius figurã Pharao præcepit submergi pueros masculos, Herodes innocẽtes occidit. Sicut enim qui in pomo putrido mordet, derelinquit putridum, & mordet in saniori parte. Sic diabolus iam putridos derelinquit tamquam suos, & quasi securus de eis, mordet sanos. Fugiãt igitur malas societates & loca inhonesta, auertant oculos à mulieribus, iaceant soli, si possibile est, & non omnino nudi. Membrum quanto nobilius, tanto indecentior est in eo macula. Sic in scholari & literato. Sed multi non curant, quibus tandem male contingit, ita quod sicut infantes postquam multum luserunt, & circulariter deambulauerunt, turbati cerebro statim in terram cadunt, sic postquã miseri illi scholares perdendo tẽpus suũ luserunt, & circuierunt tabernas & prostibula, cito cadunt postea in infernum. Vnde pueris castis & sobrijs socijs Danielis dedit Deus sciẽtiam in omni libro. Iacobus: *Sapientia, quæ desursum est, primùm* Iac. 3. *quidem pudica est*. Quarto, oportet tunicam desiccare. Hoc facit humilitas. Sicut enim superbia inducit omnem humorẽ & occasionem mali, iuxta illud; *Initium omnis* Eccli. 10 *peccati superbia*. Sic humilitas omne malũ exsiccat. Contra scholares propriam voluntatem exercere volentes, quod nõ debet eis permitti, quia *puer, qui derelinquitur* Pro. 29 *propriæ voluntati, confundet matrem suam*. Et contra rebelles, quos oportet disciplinari, ne male pereant cum illis, de quibus Baruch: *Viam disciplinæ nescierunt, propterea pe-* Baruc. 3 *rierunt*. Sed virgam disciplinæ debet præcedere monitio, sicut monitio præcedit excommunicationem, præcipue circa ingenuos, quia ingenuus animus facilius ducitur quàm trahatur. Hoc est quod dicit Sapiens: *Ante grandinem præibit coruscatio*. Eccli. 32 Vnde nihil magis reddit scholarem bestialem quàm superbia. In cuius signũ Nabuchodonosor propter superbiã versus est in bestiam, & cõtra Luciferum dicitur: *Quia elevatum est cor tuũ in decore tuo,* Ezec. 28 *perdidisti sapientiam tuam*,

DE EODEM FESTO, SERMO secundus, & in ordine CXXVI. Per Themæ prædictum.

A Martyrum cõstantia Ecclesiã fundauit. QVæritur: Quare sancti isti martyres tam magnam tribulationẽ sustinuerunt, & tot ac tãta passi sunt, vt etiam sanguinem proprium effunderent? Responderi potest, quod hoc fecerunt, vt Ecclesiam fundarent suo sanguine & constantia sua. Sic enim Exodi 17. præ-

Digitized by

Exo. 27. præceptum erat omnia vasa tabernaculi fieri ex ære solido, quod durabile est, id est, Ecclesiam fundari ex soliditate martyrũ. Sic Dominus firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Ad hoc etiã sancti isti meditabantur die ac nocte, vt eam fundare possent, id est tempore prosperitatis dõcendo, & bene viuendo, & tempore aduersitatis patiendo. Vnde isti inter cæteros maxime eam fundauerunt sua cõstantia, quia de primis fuerunt. Primos autem insultus valde durum & difficile est portare. Fuerũt enim isti in prima persecutione Ecclesiæ. Rosæ autem in principio carissimæ sunt. Sic sancti martyres primitiuæ Ecclesiæ fuerũt pretiosissimi corã Deo, de quibus potest dici: *Quasi flos rosarum in diebus veris.* Nihilominus etiam in fine defectus mundi erunt martyres pretiosi, *qui erit quasi plantatio rosæ in Hiericó*, id est defectu. Omnes enim istæ rosæ ponẽtur in capello Domini, quia est victoria eius, vt seruiant ei die ac nocte in templo eius, sed postquã fuerit ad pluuiam & ventum. Ideo dicitur de eis: *Isti sunt qui venerunt de magna*, &c. Sed facile est martyrum constantiam legere & recitare, sed non imitari. Facile enim est montes videre, etiam quanto altiores, sed difficile est eos ascendere. Et nunc ita contingit, quod sicut videmus Alpes & magnos Aruerniæ mõtes multum à longe, sic magnorum martyrum videmus à longe montes, quia eos & eorum vitam declinamus, & nolumus appropinquare, cum tamen non possumus sine tribulatione peruenire ad gloriam cælestẽ, sicut nec Christus, nec Maria. Ad quam recurramus.

Eccli. 50.

Eccli. 24.

Apoc. 7.

Multa genera tribulationũ passi sunt sancti isti martyres, vnde dici potest quod venerunt ex magna, imo & multa tribulatione. Prima tribulatio fuit ex amissione parentum, quos sustulit eis tribulatio seu persecutio tyrannorum. Fuerunt enim filij beati Vitalis militis & beatæ Valeriæ, qui propter fidem Christi occisi sunt. Pater eorum viuus defossus est in terram, & mater tamdiu verberata est, quod post triduum migrauit ad Dominum. Sed illa tribulatio eis gloriam pariebat. Magna enim nobilitas est & quę transcendit, habere patrem & matrem martyres. Nã si magnum est habere in curia regis parentes amicos eius, & indutos simili vestitura, quanto magis in curia paradisi habere patrem & matrem martyres milites Christi, & indutos scarleto regis albo in incarnatione, sed tincto in passione, vt de eo verificetur illud: *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Magnus honor est pueris exijsse à bonis parentibus, quando sequuntur mores eorũ bonos. Communiter tamen de bono trũco erit bonus ramus & fructus. Si viuunt parentes nobiliter, regulariter & eorum pueri. Communiter enim filius est de artificio patris. Ideo bonum est pueros erudire in fide. Nam plures propter infidelitatem ad principes perdunt hæreditatem, multo magis propter infidelitatem ad Deum.

Cant. 5.

Sed quæritur hic: Cũ tantus sit amor liberorum, vt vix euelli possit, quomodo fieri potuit, vt sic induraretur cor parentum BB. Geruasij & Prothasij ad eos, vt non eis compaterentur quando dimittebant eos sine consolatore, & licet relinquerent aliqua bona, tamen erant in periculo confiscationis & applicationis ad fiscum regiũ. Vbi viscera paterna & materna? Hæc est enim maledictio grandis: *Non sit qui misereatur pupillis eius, & fiat vxor eius vidua, nutantes transferantur filij eius, & mendicent, & ejciantur de habitationibus suis.* Quomodo ergo benedicti martyres maledictionem hanc incurrebant? Respondetur primo: Hoc fecit fornax & incendium diuini amoris intus flammantis. Nam si carnalis amor semper descendit ad liberos & non ecõuerso, sicut legimus in scripturis diuinis de Iacob, qui lugebat multo tempore filium suum, & de Dauid petente mori pro Absalon. Radix enim ad ramos mittit humorem, non rami ad radicem. Amor tamen diuinus in

Esai 22.

B *Martyres non obstante hoc libertatis mortis se exponebãt.*

eis,

eis, sicut paleam ignis, sic vincebat amorem carnalem, qui & filios pro patre & creatore mori facit & optare mori. Et hoc ideo, quia talis amor descendit à patre luminum tamquam à fonte amoris, ideo ibidem reascendit. Nam ad locum vnde exeunt flumina, reuertũtur, vt iterum fluant. Secundo, hoc fecit consideratio amoris diuini. Si enim propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, posuit animam suam pro nobis, qui est vita totius mundi, secundum illud: *Iurauit Dominus per vitam sæculi*, vbi habet alia litera, *per viuentem in sæcula*, non curando de matre, parentibus, aut quibuscumque rebus sæculi. Quid mirum si sancti martyres exponant qualemcumque vitam suam mortalem pro vita illa æterna? imo hoc ponere, est semen longæuum suum super terram relinquere, iuxta illud: *Si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen longæuum*. Propter hanc causam sicut ad vindemiam vindemiarum tempore olim in principio Ecclesiæ omnes passim ad torcular crucis concurrebant, quo compressi sanguinem proprium calici Domini sociabant, & tunc exundabat vindemia. Sed nunc (secundum Esaiam) *luxit vindemia, infirmata est vitis*, quia nullus plus currit ad crucem, sed magis, sicut diabolus, eam fugiunt, etiam religiosi, qui deberent esse amici crucis Christi & eam portare post Christum, sunt manifesti inimici eius. Tertio, cosideratio diuinæ misericordiæ, illius scilicet qui pater est orphanorum & iudex viduarum. Vt enim dicit Lactantius in libro Institutionum, sciebant sancti martyres liberos suos omni humano auxilio destitutos, sed non diuino. Meliorem enim eis relinquebant patrem & tutorem, scilicet ipsum Deum, de quo Psal. *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor*. Nec aliquis eorum derelictus est ad mendicitatem peruenire. Scriptum est enim: *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem*, & cum hoc sciebant se futuros familiares Dei & intercessores pro eis apud Deum, quare magis ampliabatur eorum tutela & patrocinium. Inde est quod quidam martyres nec propter vxorum nec liberorum præsentiam vllatenus mouebantur à recto tramite. Quarto, consideratio illius æternæ mercedis, quam de proximo expectabant. Videmus enim viros mercatores, dimissis vxoribus & liberis, per immania pericula migrare vsque ad Indos pro modico lucro transitorio, & leccatricem, dimissis parentibus omnibus & amicis, sequi in longinquum suum leccatorem pro modica voluptate vili & transitoria. Cur ergo mirandum est, si propter æternam mercedem sancti martyres, reiectis liberis, libere currant ad mortem pro æterno regno recipiendo, in quo iam pedem fixum tenẽt, & Deus eos iam tenet per manum, vt non inde retrahantur affectione liberorum, singultibus & suspirijs vxorum. Sapiens: *Iustorum animæ in manu Dei sunt*. Et Ioan. 10. *Non rapiet eas quisquam de manu mea*. Neque enim teneri potest venaticus canis, quin semel odoratam prædam per puncturas spinarum & veprium sequatur. Nil igitur mirum, si beati Vitalis & Valeria, non obstantibus suis filijs Gerualio & Prothasio, mortem pro Christi fide subierunt, sed inde magis laudãdi sunt. Secunda tribulatio istorum martyrum, quam tamen voluntarie assumpserunt, fuit in temporalium rerum abdicatione & proprij corporis maceratione. Nam imprimis post martyriũ parentum omnia sua pauperibus erogarunt. Quia enim cælestia quærebant, terrena despiciebãt. Nos autem sumus in terrenis fortes, in cælestibus debiles, multum palmæ dissimiles, quæ contra naturam aliarum arborum ab inferiori gracilior, à superiori spissior esse dicitur, cui iustus comparatur, iuxta illud Psalm. *Iustus vt palma florebit*. Deinde isti sancti multis annis vsque ad martyrium suum ieiunijs, orationibus, vigilijs, & lectionibus insistebant, corpus suum castigantes & in

Apo. 10

Esai. 53

Esai. 24

Psalm. 9

Prou. 18

Sap. 3.

Ioan. 10

Psal. 91.

seruiti-

seruitutem spiritus redigentes. Vnde factum est quod dedit Dominus eis intelligentiã, sicut Danieli & socijs eius, dedit etiam eis os & sapientiam, cui non poterant resistere & contradicere omnes aduersarij. Istæ autem duæ tribulationes fuerunt paruæ, & multis communes. Tertia vero tribulatio, quæ fuit magna, fuit ex persecutione à tyrannis illata, propter quam dictum est de eis: *Apoc. 7* *Isti sunt, qui venerunt*, &c. Primo enim propter fidem Christi iussu tyranni missi sunt in carcerem, sed nec sic frangi potuerunt. *Prou. 18* Nec mirum, quia *frater qui iuuatur à fratre quasi ciuitas firma*. Frater Geruasius à fratre Prothasio, & etiam in fratre Christo, vt esset funiculus triplex, qui difficile rumpitur. Iuuabat enim Christus, & consolabatur, secundum illud Apostoli: *Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra*. Propterea Psalmista dicebat Domino: *Psal. 31.* *Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me, exultatio mea*. Liberatorem inter angustias exultationem suam vocat. Foris erat vox tristitiæ in circumdatione pressuræ, intus carmina resonabant de consolatione lætitiæ. Hoc dicebat Dominus discipulis: *Mat. 12* *In mundo pressuram habebitis*, ecce primum; *in me autem pacem*, ecce secundum. Quasi dicat: Sit vobis de me, quod interius consolando reficiat: quia erit de mundo, quod exterius sæuiẽdo grauiter premat. Bernardus: Multi vident nostras passiones, qui non vident nostras consolationes, quia ille sanctos suos vngit interius in corde, qui dicit: *Psal. 67.* *Cum ipso sum in tribulatione*. Inde Dauid confortatus dicebat: *Ps. 118.* *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam*. Propterea lætabantur martyres in suis tribulationibus. Hoc prædicabat Paulus: *Spe gaudentes, in tribulatione patientes*. Iob: *Qui dedit carmina in nocte*. Carmen in nocte lætitia est in tribulatione. Et Esaiæ 24. dicitur: *Iob 35.* *Esai. 24* *Cùm glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari*, id est, iubilabunt de amaritudinibus huius mundi. Post enim Ascensionẽ, cum Dominus glorificatus est, cœperunt tunc sancti in tribulationibus gaudere. De mari hinniebat Apostolus, dicens: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis*. Inde *Gal. 12.* & Iacobus: *Omne gaudium existimate fratres, cùm in varias tentationes incideritis*. Iob: *Iac. 1.* *Cùm audieritis sonitum buccinæ, dicite, Vah.* Hoc dicitur ad literam de equo parato ad prælium, qui significat martyrem paratum ad certandum contra hostes, qui in persecutione lætatur, quia proficit in ea. Vnde legitur in Hist. Eccles. libro decimo, capite trigesimo sexto, de Theodoro, quod cum torqueretur, gaudebat. Postquam enim multo tempore varijs supplicijs affectus fuisset, & nihil se proficere videret tyrãnus, eũ dimisit. Interrogatus ergo si dolores sensisset, respondit quod parum in principio: sed statim à quodam iuuene sudore absterso, aqua frigida superfusus ita delectatus est, vt tunc mœstior factus sit, quãdo de eculeo deponi iussus est. Secundo, beati martyres corporeis supplicijs affecti sunt. Nam superueniente Mediolanũ Comite Astasio, qui ad bellum erat profecturus, ei præsentantur, & vt sacrificent, inuitantur. Sed Geruasius negat se adoraturum saxa, aut facturum principum mala præcepta. Debet enim aliquando inquiri an iusta sint, quæ præcipiuntur à principibus, & si sic, fieri, aliàs nõ. Sed modo omnia faciunt subditi regũ, nihil, vt dicunt, interrogantes propter conscientiam, ita quod in hoc credunt decipere Deũ. Quia ergo Geruasius contẽpsit imperiũ Astasij, iussus est tamdiu plumbatis cẽdi, quousque animam exhalaret. Sic dignus fuit Geruasius sedere in sella regis, & purpura regis indui, ad quod per Aman hostem inducebatur, quia ad hunc honorem deducebatur per manus affligentiũ. Deinde Prothasius fustibus cæditur, & in eculeũ suspenditur, sed tyranno libere dicebat: Non tibi irascor Comes, quoniam cæcos cordis tui oculos attẽdo. Age igitur quod cœpisti. Non enim propter supplicia mo-

C *Martyres à Christo quasi à fratre iuuabãtur & consolabantur 2. Cor. 1*

D *Martyres lætabantur in tribulationibus.*

uebatur

clesia de his, quæ sunt in cælo. Decreuit enim superna æquitas reges cæli nõ portare coronã in sterquilinio huius mundi, sed magis in palatio cæli. Bene enim dicitur vulgo de diuite, *Il est sus son fumier* Gallice, hoc est, quod ipse est super suũ fimũ. Hoc enim est verum, quia nõ est palatiũ, sed sterquiliniũ. Nõ autẽ decet regespor tare coronas in sterquilinio. Si rex cæli nullã aliã nisi coronã spineã ibidẽ portauit, à fortiori nec debẽt milites sui; sicut hodie patuit in coronatione decẽ milliũ militũ, qui illã coronã, & nõ aliã portauerũt. Si etiã regina cæli Maria tãtas habuit paupertates & angustias in hoc mundo, quanto magis nos, si sumus Dei amici. Ad illam ergo recurramus, dicentes: Aue.

In præsenti sermone iuxta thema primo dicetur, quomodo isti milites conualuerunt de infirmitate culpæ & gentilitatis, confitẽdo fidẽ Christi, & in fide vincẽdo hostes. Secũdo, quomodo fortes facti sunt in bello spirituali, dimicãdo cõtra tyrãnos vsqùe ad glorioſam morte. Circa primã partẽ notãda est historia quod post incarnationẽ Christi anno cẽtesimo decimo nono, cũ regnaret Adrianus Imperator, & sibi postea adoptaret Antoninũ, qui primus regnauit post eũ, facta est Christianorũ persecutio quarta. Voluit enim iste delere fidẽ Christi. Eo tẽpore cõsurrexit bellũ grauissimũ aduersus Eufrateos, quibus obuiã venit Antoninus cũ sexdecim millibus hominũ. Sed ex aduerso veniẽte graui multitudine Barbarorũ fere centũ milliũ, terga verterũt Romani, ita vt Imperator cũ regibus suis, & cũ septẽ millibus fugeret. Tunc stetit Achatius cũ nouẽ millibus, qui inuocauit auxiliũ deorũ suorũ. Sed in principio cõgressus percussus vehemẽti timore terga cũ suis dedit. Et si quæratur: Cũ Romanũ imperiũ esset ita magnũ, cur tantũmodo iuerunt ad congressum sexdecim millia? Nõ enim hoc videtur verisimile. Dicitur, quod potuit esse altera duarũ causarũ. Vel quod exercitus Romanus erat dispersus ad debellandas alias regiones, & ita nõ potuit ita cito cõgregari in multitudine magna, sicut legimus in Hist. Tripartita lib. viti. tẽpore Theodosij iunioris esse factũ. Vel hoc fuit, vt festinãtes occurrerẽt, ne maius damnũ ex Barbarorum rebellione, & dilatione remedij sequeretur, & ideo maiorẽ multitudinẽ non potuerunt ita cito congregare. Causa autẽ huius rebellionis potuit esse, quia imperiũ Romanorũ erat nimis magnũ, ideo fere continue habebãt rebelliones. Nõ enim possunt homines æquari Deo. Deus autem hũc mundum regit, & tamẽ multas de die in diem rebellionespatitur à suis creaturis in blasphemijs, & fractione præceptorũ suorũ. Sed ipse est omnipotẽs, & sedat illas & finẽ imponit cũ voluerit, homines autem hoc non possunt; ideo parua imperia firmiora sunt & durabiliora. Inde est quod Romani vt plurimũ habuerũt duos Cõsules vel duos Imperatores, quia vnus ad tantũ populũ regendum non sufficiebat. Vnde & de Theopõpo scribit Valerius, quodcũ quereretur vxor sua, quod regnũ nõ dimittebat filijs suis ita magnum sicut acceperat à suis prędecessoribus, respõdit, Verũ est, sed firmius & durabilius relinquã. Fugiẽtibus itaq; istis militibus apparuit eis Angelus, dicẽs, vt in nomine Christi pugnarẽt, & quod vincerẽt si firma fide crederẽt in eũ. Quod & fecerunt, & vicerũt. Ait Ps. *Cæli enarrant gloriam Dei*, id est Angeli, qui sunt ciues cælestes, narrãt eis victoriã, quę fuit in gloriã Dei, *& opera manuũ eius annũciat firmamẽtũ*, id est Angeli, qui sunt super firmamentũ. Ibi enim ponitur cõtinẽs pro cõtento. Vnde isti primo vicerũt inimicos carnales & visibiles propter duo. Primo, ad ostẽdendũ quod nemo repẽte fit sũmus. Homo enim surgẽs de infirmitate nõ potest ita cito magna & fortia operafacere, sed primo minora, deinde fortiora. Ideo minoresinimicospost eorũ cõuersionẽ primo impugnauerũt, & vicerũt, scilicet carnales. Secũdo, ad ostẽdendũ quod primo vincẽda sũt vitia carnis. Inde fuit Christi prima tentatio de vitio gulæ. Gre. Nisi vitia carnis refrẽnẽtur, frustra cõ

B Imperium nimis magnum modo rebellionibus subiacet

Ps. 18.

C Carnalia primo sunt vincẽda

tra alia vitia laboratur. Ideo inimicos carnales primo vicerũt, deinde ministros superbiæ. Postmodum isti cõuersi, & magnificantes Deum venerunt ad montem Ararath in Armenia. Vbi baptizati à Christo, & ab Angelis consolati & refecti sunt. Et si quæratur: Cum isti nouiesmille milites fuerũt in medio plusquã cẽties mille paganorum, quare non fecerunt sicut illi, iuxta illud Ps. *Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorũ*; imo isti postea conuerterunt mille milites cũ Theodoro eorum duce. Vt plurimũ enim homines sequuntur multitudinem in peccando. Ad hoc dicitur, quod lapis pretiosus in luto positus non vilescit nec putrescit. Sic nec isti pretiosi lapides in futurũ ponendi in ædificio cælesti. Vnde antiquitus mittebantur vnus vel duo ad cõuertendum vnam patriã, & statim cõuertebant eam, & non peruertebantur inde. Sed res vetus & inutilis, sicut *vng viel plastrail, vel buue, vel mesrien* Gallice, in luto cito putrescit, sic nos miseri inter malos statim eis similes efficimur magis quàm conuerso. Si enim vnus habitet cũ derisoribus, non eos conuertet, sed magis ab eis auertetur. Si cũ lusoribus, ludet; cum bibentibus bibet, & cũ luxuriantibus luxuriabitur. Sed quæritur: Quare voluit Dominus conuertere tot milites, cum tamen grex Domini dicatur pusillus, iuxta illud: *Nolite timere pusillus grex*, &c. Non enim est pusillus grex qui est decem millium hominum? Ad hoc dicitur. Primo, quod grex dicitur pusillus tribus modis. Primo, dicitur pusillus numero, & sic grex Domini pusillus est in comparatione ad gregem diabolicum. Hoc patet, quia contra istos decem mille armatos fuerũt plusquã centũ millia aduersantiũ in moribus & vita. Item etiam plusquam centũ millia paganorum auxilio Angelorũ occiderunt. Hinc Psal. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis*. Et nunc multum timendum est ne Deus sit caluus, quia pauci capilli nunc adhærent capiti suo. Secundo, dicitur pusillus grex magnitudine, & modicitate, & sic grex Domini etiam dicitur pusillus, scilicet humilitate. Lapides enim pretiosi modici sunt comparatione lapidum communium, vnde dicuntur humiles paruuli: *Et reuelasti ea parvulis*. Et propter eorum prauitatem despiciuntur à simplicibus hominibus, & non videntibus, & à non lapidarijs, & eorum pedibus conculcãtur *Margaritas nolite spargere ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis*. Vnde Apostolus: *Egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus nõ erat mundus*. Si vis ergo esse de lapidibus paradisi, oportet te esse paruum humilitate, & pretiosum caritate. O quot fuerũt hodie lapides pretiosi delati superius, per satellites martellati, tracti de minera per Angelos, quia conuersi per eos. Tertio, dicitur pusillus valore, & sic grex Domini dicitur magnus, & grex diaboli paruus. Sicut lapides pretiosi licet sint parui in quantitate, sunt tamen magni in valore, & forte valet vnus lapis plusquã mille lapides communes. Sic de viris sanctis respectu malorum. *Melior est vnus timens Deum, quàm mille filij impij*. Hoc experiuntur qui habent plures filios malos, & alij qui vnum sed bonum habent. Similiter vnus in statu gloriæ existens vel gratiæ præferendus est omnibus damnatis, imò præualet omnibus qui sunt in peccato, si non esset spes de eorum conuersione. Dicitur secundo, quod conueniens fuit istã multitudinem militum ad Christum cõuerti, quia Christus fuit rex & sacerdos. Sed in quantum sacerdos, habuit sanctos Apostolos & Pontifices, qui iam in magno numero fecerãt sibi oblationẽ acceptam. Decebat igitur vt in quantũ rex est, post eum irent milites. Non enim decet regem esse solum, sed sequelam magnam ipsum oportet habere militum. Vnde ipsi nato primo venerunt ad obsequium pastores, deinde reges. Sic in obsequio suo post passionem primo venerunt Apostoli & Pontifices, deinde milites. Non enim iustum est regem solũ incedere, sed quãto maior est, tanto opus est eum maiore habere

D *Perfecti non inquinantur à malis, cũ quibus conuersantur.*

Luc. 12.

E *Grex dominicus quomodo est pusillus, & quomodo magnus.*

Psal. 68.

Matt. 11.

Matt. 7.

Heb. 11.

Eccl. 22.

F *Martyres simul de inuenta Christi fu.*

bere ſocietatem, & quod ſit de ſua liuree. Et quia Chriſtus habuit rubrum in-
Eſai 63 dumentum, iuxta illud: *Quare rubrum eſt indumentum tuum?* Dominus voluit eos eſſe conſortes ſuos, & dare eis rubram tunicam martyrij, & conſequenter quod ambularēt quocumq; iret Chriſtus: & ita fecerūt, quia vſq; ad crucē ambulauerūt. Circa ſecundā partem notandum, quod iſti ſancti in bello fortiſsimi tria bella habuerunt. Primo, contra auaritiam, in hoc quod reſpuerant bona, & neque minis, neque terroribus flecti potuerunt. Secūdo, contra delicias carnis, quādo dorſum ſuum ad lapides expoſuerunt. Tertio, cōtra ſuperbiam, quando humilitatē Chriſti in paſsione amplexati ſunt. Circa primum aduertendum iuxta Hiſtoriā iſtorum martyrum, quod reges quinque cōgregati inuicem ad locum, ad quem pro præſidio confugerant, multū gauiſi ſunt de victoria horum ſanctorū habita ſuper inimicos impij, ſed immediate audita fama cōuerſionis eorum, obliti ſunt beneficiorum, & mutati in crudelitatē, ad oſtēdendū quod lata eſt differentia inter Deū & hominem principantē; quia ſi bene facis Deo, vel propter Deum mēbris eius, numquā Deus obliuiſcetur, ſed hoc potius mutabit iram. Non ſic autem homo. Faciatis enim bonum homini, nihil inde recognoſcit, ſed faciatis Deo in membris eius, ſemper recognoſcet. Agitati itaque ſunt iſti milites minis & terroribus, deinde blanditijs, fauoribus, & temporalium bonorum promiſsionibus, ſed numquam inde flecti potuerunt à rectitudine veritatis. Circa hoc quæritur: Quomodo poteſt fieri quod neque minis, neque terroribus, aut promiſsionibus ſancti martyres flecti potuerunt? An ipſi plus erāt de ferro quàm nos, qui ad primum verbum per impatientiā frangimur? Si quis enim dicat nobis vnum opprobriū, parati ſumus dicere duo. Videtur enim quod nos ſimus de plūbo & ipſi de ferro, aut quod nos ſimus alterius ſpeciei aut plaſmaturæ. Viſo etiam quod tunc incipiebant in

H Beneficiorum ſibi nunquam obliuiſci tur Deus ſed bene homo.

fide, nos vero in ea aſſueti ſumus & inſtructi. Ad hoc dicitur. Primo, quod martyres nullo medio flecti à veritatis calle potuerunt. De illis enim dicitur: Occidi poſſunt, flecti nequeunt, quemadmodum lapis flecti non poteſt, frangi vero poteſt, imo recti manſerunt & illæſi in medio mundi, ſicut pueri in fornace Babylonica *Dan. 3.* non ſicut aliqui, qui ad modū arundinis ad quemlibet flatū venti tentationis mouentur, eo quod radicem cordis non habent fixam in ſolido ęternitatis, ſed quaſi in palude rerum temporalium. *Non teuētiles in omnem ventum.* *Eccli. 5.* In eis enim impletur illud: *Terrebit eos ſonitus folij volātis.* *Leui 26* Ad vnum enim verbum deriſionis rectitudinem vitæ deſerunt. Dicitur ſecundo, *1* quod tota cauſa fortitudinis eorū eſt diuina virtus. Fruſtra enim laboraret ad hoc aliquis, niſi ſpecialiter ad hoc adiutus diuina virtute. In Eccleſia enim ſunt quinque columnæ vel candelabra aurea vel argentea, quæ ſunt interius vacua, ſed iſto modo interius fortificantur, quia interius ponitur aliquid ſolidum, vt ferrū vel lignum, quod debilitatem exteriorē ſupportat. Iſti autem martyres & quilibet Chriſtianus eſt ad ſuſtinendū propter Deum tribulationes, iuxta illud: *Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiuntur.* *2 Tim. 3* Sed iſtæ columnæ licet ſint aureæ vel argenteæ, ſunt tamen valde debiles ad portādum onus iſtud; quia natura noſtra de ſe nimium debilis eſt & vacua. *Terra autem erat inanis & vacua.* Sed *Geneſ. 1* Deus, qui eſt fortitudo bonorū, de quo: *Fortitudo mea & laus mea Dominus;* ponit ſe *Exo. 15.* infra animam, & ſic fortificatur anima. Abacuch: *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* *Abac. 3* Sapiens: *Firmabitur in illo, & nō flectetur.* *Eccli. 15* Deinde carnem vicerunt, in quātum eā expoſuerunt lapidibus. Nam cū tyranni viderent eos non poſſe flecti, iuſſerunt eos lapidari, & terga ſua dederunt lapidibus. Modo enim ita eſt, quod mali lapidant bonos, diripiētes eorum ſubſtantiā. Antiquitus ſolitum erat lapidare bufones, & venenoſa animalia. Sed nunc fit

1 Martyres fortificabātur diuina virtute.

K *Lapidãtur nunc homines à bufonibus, id est malis hominibus.*

econuerso. Animalia enim venenosa, id est venenosi & pessimi homines & genimina viperarum illi lapidant eos, qui vere ducunt vitam hominum. Non nocuerunt tamen lapides isti sanctis viris, sed insiliebant in proijcientes eos. Quia enim isti erant milites, erant lapides pretiosi, propter hoc nolebat Deus, quod cum lapidibus communibus ponerentur. Hoc autem factum est ad denotandum, quod lapidationes malorum hominum non nocent sanctis hominibus, si cum patientia eas sustineant, sed bene malũ ad eos reuertitur, qui eos lapidãt, & damnatio perpetua. Circa hoc quæritur. Primo: Quare martyres sic certauerunt, quod erant proniores ad tormenta sustinenda quàm essent tortores ad ea imponenda & inferenda? Naturale enim est seruare corpus à contrarijs sibi & nociuis. Videtur ergo quod tales sibi fuerint crudeles, qui sui corporis non miserebantur, fugiendo ista mala. Ad hoc dicendum, quod multiplex fuit ratio, quare erant proniores ad ista. Prima est,

L *Martyres multiplici de causa se obijcie bãt tormentis.*

quia milites vehementer certant, & primis ictibus se exponunt, vt postea spolia accipiant. Vnde & Suetonius libr. 10. de 12. Cæsaribus, dicit quod quando Vespasianus collegit exercitum ad delendam Hierusalem, dicebant multi prospere sibi successurum, & rebus vsuros Iudæorum, & hæc causa fuit quod plures irent ad obsidionem.

Sed sic exponi tormentis & morti sancti martyres lucrum reputabant propter duo. Primo, quia multum lucrum acquirit, cui mors, quæ est in debitum, computabitur in regni æterni pretium. Secundo, quia talis mors à Deo & à sanctis maxime reputata est & æstimata. Debet autem illud teneri pretiosum, quod à iusto æstimatore reputatum est tale. Licet enim tyranni reputauerint mortem eorum infructuosam, despicabilem, & abiectam, ita vt eorum corpora abipsis indigna iudicata sint sepultura, iuxta illud Psalm. *Effuderunt sanguinem sanctorum tuorum tamquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret*: tamen à Deo maxime reputata est, iuxta illud Psalm. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Secundo à sanctis, iuxta illud: *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.* Secundo, pugnat miles & se exponit ictibus propter custodiendam & tutandam terram suam. Sic sancti martyres, pro tuitione animæ corpus suum ictibus exposuerunt. Miles enim castrum minus forte exponit pro custodiendo magis fortia. Vnde dicebat Paulus: *Non facio animam meam pretiosiorem quàm me*, id est, non iudico partem sensitiuam animæ me pretiosiorem, sed minus. Sed multi pugnant in hoc mundo sicut stipendiarij & suitenses, qui solum pro spolijs pugnãt, sed cum terminatum est bellum, nihil amplius habent, & turpiter expelluntur à terra illa, in qua nihil habent. Et tales non multum laborant neque curant de hostibus destruendis, sed sufficit quod habeant stipendia sua, sicut clerici, qui non quærunt nisi bona Ecclesiæ dissipare, & contra hostes Domini non militant, sed quotidie faciunt bonum vultum. Tales nihil habent in terra viuentium, & cum terminatum fuerit bellum, expellentur turpiter à terra viuentium. Sed non sic qui aliquid habent in terra viuentium. Non enim militant pro stipendijs temporalibus, quia non curant, sed pro sua terra seruanda. Triplices autem sunt martyres. Quidam sunt martyres mundi, vt auari, de quibus Horatius ait:

N *Martyres triplices, mũdi, diaboli, & Dei.*

Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Vnus enim religiosus vel Carthusiensis non tantum patitur in vna septimana ad habendum cælestia, quantum illi vno die ad habendum transitoria. Alij sunt martyres diaboli, qui ad honores & dignitates perueniunt per seruitia importabilia, qui si minimum illorum pro Deo facerẽt, haberent gloriã eius faciliter, & vix pro omnibus talibus gratiam principum non

M *Martyrũ mors lucrosa & pretiosa.*

Ps. 114. Ps. 115. Phil 1. Act 20.

diu

diu duraturam habent, & ideo male soluuntur. Alij exterminant facies suas, vt videantur ab hominibus. Sed martyres Dei sunt, qui pro seruanda terra corporis sui, & virtutibus & bonis suis spiritualibus, & specialiter pro amore Dei seruãdo, tormentis corpora sua exposuerunt. Tertio, pugnat miles & ictibus se exponit propter amorem Domini sui. Sic martyres, de quorum numero Paulus aiebat:

2 Cor. 11 *Ego non solum alligari, sed & mori paratus sum pro nomine Domini Iesu.* Nihil enim poterat Deus plus exquirere ab eo, nec poterat plus facere pro Deo, quàm corpus & ani-

Ioan. 15 mam pro eo ponere, iuxta illud: *Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Vnde propter hoc eius gloriæ participes facti sunt, & resur-

Rom. 6. rectionis glorioſæ. Apostolus: *Si cõplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.* Quarto, pugnat propter remunerationem, quam sperat affuturã. Sic propter remunerationem magnam, quam expectabant martyres, morti pro Christo se exposuerunt, & quanto magis pro eo pugnauerunt & sustinuerunt, tanto maiorem habuerunt coronã. Gustauerant enim paululum de gloria illa cęlesti, quam qui gustauerunt aut aliqualiter experti sunt, omni generi mortis se exposuerunt, vt patet de Paulo 2. Cor. 11. qui tot periculis, flagellis & verberibus attritus vitam fæliciter transiuit, & hoc

Pro vt. quia gustauerat de illa gratia. *Gustauit & vidit quoniam bona est negotiatio eius.* Et sequitur: *manum suam misit ad fortia.* Exem-

Nota de Gallis. plum habetur prima Decade Titi Liuij, libr. 5. de Gallis, qui audita fama Italiæ, quod abundaret optimis vinis, illecti vino & delicijs exierunt patriam suam, & totam Italiam vsque ad Græcias occupa-

Sap. 3 uerunt. Inde Sapiens: *In paucis vexati in multis bene disponentur.* Et licet secundum veritatem vexationes eorum fuerint magnæ, tamen dicuntur paucæ respectu remunerationis æternæ. Apostolus: *Non*

Rom 8. *sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Vbi Bernardus subiungit: Non sunt condignæ quantum ad præsentem gratiam, quæ immittitur; ad præteritam culpam, quæ remittitur; ad futuram gloriam, quæ promittitur. Sicut ergo mons martyrum diceretur paruus in ordine ad Caspios montes, licet in veritate sit magnus, sic vexationes martyrum, licet in rei veritate sint magnæ, per comparationem tamen ad adeptam gloriam paruæ aut nullæ reputantur. Quinto, pugnat validus miles ad animandum alios. Sic & martyres. Ostenderunt enim nobis iter paradisi, imo verius ianuam eius, quæ est tribulatio, quoniam *per multas tribulationes oportet intrare in regnum cælorum.* Non enim oportet per delicias transire, quia *omnes, qui Domino placuerunt, per multas tribulationes transierunt fideles.* In tota scriptura sacra non legimus personam, quæ per delicias iuerit ad cælum. Et ideo vel omnes sancti ante nos fuerunt fatui, ita care ementes paradisum, vel nos, ipsum credentes habere pro faciendo bonum vultum. Hinc Hieronymus: Impossibile est, vt quis perfruatur mundanis delicijs, & æternis: vt hic ventrem, & illic mentem impleat, & de delicijs ad delicias transeat. Deinde vicerunt isti sancti martyres ministros diaboli. Nam cum primo flagellarentur, & ab Angelis sanarentur, conuerterunt Theodorum cum mille militibus suis, & cum postea seminati essent clauis, nudis plantis cum lætitia super clauos ambulabant, in omnibus gratias agentes Deo. Et ideo circa hoc quæritur: Vtrum martyres in tormentis suis & in morte lætarentur? Et videtur quod non, quia (secundum Arist. 3. Ethic.) fortes in morte tristantur, quia sciunt se priuari maximo bono; isti autem martyres fuerunt fortes, iuxta Thema:

Martyrum vexationes paucæ respectu gloriæ æternæ.

Act. 14

Iudith 8

Fortes facti sunt in bello. Ergo tristabantur. Hebr. 11

In oppositum arguitur, qui dicitur: *Inundationes maris quasi hac fugent*, hoc est tribulationes sæculi, ita vt secundum prouerbium dicatur Gallice: *Ils les boivent doulx comme let*, id est, bibũt dulciter sicut

Deu 33

lac. Ad hoc dicẽdum per propoſitiones. Prima eſt. Sancti in flagellis & in morte maxime triſtabantur de perditione impiorum. Patet, quia ipſi erant in charitate conſtituti, & videbant vltra quod impij in ſeruitio dæmonum exponebant animam, & eam perdebant, ideo eis maxime compatiebantur. Plus enim (inquit Bernar.) affligebat eos crux interior quã exterior. Vnde 7. quæſtione prima, *Aduerſitas*, ſic ait Auguſtin. ſuper Pſal. 131. Iraſcitur iuſtus peccatis impiorum, non tamen odit. In quo extinguitur oculus, & venter pro interioribus, quę turbãtur, quando nec corripi poſſunt impij, in quibus nunc clamat, *Quia defecit in dolore vita mea*, &c. videns non proficere, quod prædicat. Et idem ſuper Pſal. 60. Vox contribulatorum Chriſti, id eſt martyrum inter paſsiones periclitãtium, ſed & de capite præſumentium, cum illis vox omnis iuſti ex charitate abundans. Iniquitas, Chriſtianorũ paſsio eſt, vt Loth corporalem perſecutionem à nullo in Sodomis ſuſtinuit, ſed à malis eorum cum quibus habitabat. Secunda propoſitio. Sancti de flagellis ſuis & morte, licet ſentirent dolorem vehementem, non tamen triſtabãtur. Patet primo, quia triſtitia eſt de his quæ nobis nolentibus accidunt, vt inquit Auguſt. ſed iſta flagella multum deſiderabant tamquam præparatiua coronę eorum. Exemplum de muliere, quæ contra imperium Valentis Imperatoris cum filio ſuo currebat ad martyrium, libro 11. Hiſto. Eccleſiaſticæ, cap. 5. Secundo hoc patet, quia triſtitia eſt de eorum amiſsione, in quibus cor reponitur. Ideo dant doctores optimum remedium contra triſtitiam, ſcilicet in nulla re, quæ amitti poteſt, ponere cor ſuum, quia cum talis res amittitur, cum difficultate cor ibi appoſitum auellitur. Cum ergo ſancti martyres ſic contempſerunt bona temporalia, vxores, liberos, etiã vitã propriã tamquam ſtercora, vt lucrifacerẽt Chriſtum, ſequitur, quod de talibus non triſtabantur. Tertia propoſitio. Sancti martyres in flagellis maxime lætabãtur. Patet, quia ſciebãt appropinquare eorum requiem, & gaudium, de quo: *Gaudent vehementer cùm inuenerint ſepulchrum*; in quo ſignatur æterni gaudij refrigerium. Sicut enim electorum corpora occultãtur in ſepulchro ab humanis ſenſibus, ſic illorum animæ nunc abſconduntur in ſinu viſionis diuinæ à malignis perturbationibus, iuxta illud Pſal. *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum.* Exemplum de Theodoro lib. 10. hiſto. Eccleſiaſticę, cap. 36. qui cum flagellaretur per præceptum Iuliani Apoſtatæ, laudabat Deum cum alijs, & poſt flagella confeſſus eſt ſe numquam plus fuiſſe iucundum. Quarta propoſitio. Quanto martyres plura paſsi ſunt tormenta, tanto plus gaudent in alia vita. Patet exemplo, quanto enim mare nauigantes maiora diſcrimina, tempeſtates, & pericula patiuntur in mari, tanto magis, cum ad portum perueniunt, de ſua euaſione lætantur. Sic ſancti quanto maiora certamina, ludibria, & verbera patiũtur propter Chriſtum, plus lętantur cum ad ſalutis portum peruenĩut, quem toto corde ſuo in vita ſua deſiderauerũt, iuxta illud Pſal. *Deduxit eos in portum voluntatis eorum.* Inde & dicunt illud Pſal. *Torrentem*, ſcilicet paſsionis, *pertranſiuit anima noſtra, forſitan pertranſiſſet*, &c. & ſequitur ex hoc gratiarũ actio: *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.* Quando enim aliqui fecerunt factum, de quo bene accidit eis, ſolent dicere, Benedicatur hora, qua nos illud fecimus, bene enim accidit nobis, per hoc euaſimus mortem & ſeruauimus vitã. Sic iſti martyres hodie fecerunt vnum factum, de quo gaudent quotidie, & in æternum. Ideo & nos cõgaudere eis debemus, ſi ſumus eorũ amici. Quinta propoſitio. Fortis vera fortitudine morali, ſi neſciret aliã vitam ab iſta meliorem, occaſionẽ haberet triſtitiæ in morte, quam ſuſtinet pro virtute tuenda, & hoc eſt quod volebat Ariſtot. in loco allegato. Quia vero ſancti martyres illam de prope reſpiciebãt, ideo

P *Martyres triſtabantur de perditione impiorum.*

Pſ. 131.

Lib. 2.

Pſ. 118.

Pſ. 106.

Pſal. 123.

Q *Martyres non triſtabãtur de flagellis aut morte.*

Digitized by Google

ideo in eorum morte non triſtabantur, licet non eſſet opinio tyrannorum. Stellæ enim ſemper lucent, licet quandoque videantur eclypſari, ſic ſanctorum vita ſemper lucet, licet videatur eclypſari per mortem. Hinc Sapiens: *Viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace.* Poſt hęc coronati ſunt corona ſpinea. Hoc autem factum eſt propter duo. Primo, ad oſtendendum quod victores erant, ideo coronati. Secundo, ad oſtendendū quod martyres erant exterius puncti aculeis ſpinarum, ſed nō interius. Oppoſitum erat de illis, qui eos cruciabant. Non enim portabant ſpinas exterius, ſed interius in cōſcientia, quando pungebantur in ſua cōſcientia. Vnde quodlibet peccatum eſt vna ſpina in corde peccatoris, in quo patet periculum cordis, quādo tot ſunt ſpinæ ipſum pungentes. Non enim dimitteres per horam ſpinā in pede tuo, & tot dimittis, & per tot dies in corde, quod eſt membrum delicatius & periculoſius. Sed differentia eſt inter rurales paſtores, & principes, quia principes quærunt alta palatia, paſtores vero rurales magis delectantur eſſe iuxta dumum, quàm in palatio. Sic ſancti quærunt latitudinem cordis in gaudio ſpirituali, tyranni vero & peccatores magis delectantur in ſpinis peccatorum. Iob: *Eſſe ſub ſentibus delicias computant.* Deinde crucifixerunt eos. Natura nobilis canis eſt, quod dum ſentit prædam, & habet veſtigium, ardēter inſequitur eam. Sicſti martyres ſenſerunt prædam ſuam Chriſtum, & per ſui ſanguinis effuſionem expreſsius inter alios martyres ſecuti ſunt eum vſque ad crucem. Habentes fére per omnia ſimilem paſsionem. Deinde Achatius in cruce docebat eos. Inſtabat enim oportune & importune: oportune, cum ſuos dirigebat ſociosimportunè, cūm verbum increpationis ſuis dirigebat carnificibus. Poſtremo, orauerunt, vt omnes, qui eorum paſſionem celebrarent, & ieiunarent, & eos inuocarent in ſuis neceſsitatibus, exaudirentur. Sed nunc quęritur: Vtrum in hac neceſsitate Deus obliuiſceretur eorum? In ſeruitio enim magnatum mundi multi moriuntur, & ſanguis effunditur, & cito dantur obliuioni, iuxta illud prouerbium: Mors non habet amicum. Sed ad hoc dicitur, quod Deus non ſic facit. Non enim obliuiſcitur effuſionis ſanguinis ſuorum fidelium. Pſal. *Requirens ſanguinē eorum recordatus eſt, & non eſt oblitus clamorē pauperum.* Ideo ante mortem allocutus eſt eos, promittens quod petierunt. Sic eſt de pauperibus, qui clamabant ad Dominum in neceſsitatibus eorum. Licet enim non modo videatur Deus recordari eorum, tamen in futuro recordabitur. Ideo dicebat Iob: *Conſtituas mihi tempus, in quo recorderis mei.* Hieremias: *Recordare mei, & viſita me, & erue me ab his, qui perſequuntur me.* Nec etiam poſt mortem eorum obliuiſcetur, imo planget eos. Quando aliqui propter mala, quę geſſerunt, ſuſtinent iniurias, non ſolent plangi. Solet enim dici de latronibus & homicidis, quod bene meruerunt. Sed quādo viri iuſti & famati multa ſuſtinent incommoda, ſolent plāgi, & maxime à bonis viris, & dicitur, quod magnum damnum eſt, quod tales ſuſtinent tot iniurias. Sic planguntur à Chriſto iſti glorioſi martyres, dicendo illud Baruch: *Delicati mei ambulauerunt vias aſperas.* Imo plus, *abſterget omnem lachrymā ab oculis eorum.*

Sap. 3.

R Iuſti ex terrēi pungūtur, mali autem interius ſpinis peccatorum.

Iob 30.

Pſalm 9

Iob 14.

Hier. 15

S Beneſactorum Deus nō obliniſcitur.

Baruc. 3

Apoc. 7

FINIS PRIMÆ PARTIS
Sermonum de Sanctis.

Digitized by Google

RELIGIOSISSIMI PATRIS,

D. IOANNIS RAVLIN

ORDINIS CLVNIACENSIS

S. T. PROFESSORIS,

SERMONES DE EVCHARISTIA.

De mirabilibus Sacramenti Eucharistiæ.

SERMO I. PER THEMA.

Psal. 110. MEmoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: escam dedit timentibus se. Tripliciter aliquę res solent dici mirabiles. Vno modo, quia magnæ & arduæ: & hoc modo miramur inter pisces, cetas: inter quadrupedia, elephantes: inter aues, gryphes. Secundo modo, quia insolitæ, vt miramur eclypsim solis, vel signa in cælo & cometas, & in terra tremorem, & in mari videntur mirabiles elationes maris. Tertio modo, quando res sunt incognitæ, vt serpentes diuersarum specierum quamuis parui sint, miramur tamen de eis, & similiter miramur homines extraneos & pisces incognitos & effectus naturæ varios, eius causas ignorantes. Propter quod Philosophus, id est, Metaphysica dicit, quod propter nostrum admirari cœperunt Philosophi philosophari. Ideo suo modo etiam Patres veteris Testamenti tria in Deo admirati sunt conformiter ad præcedentia. Mirati sunt enim primum in eo potestatis immensitatem in rerum creatione, iuxta illud Psal. *Quoniam magnus es tu & faciens mirabilia: tu es Deus solus.* Secundo, mirabantur sapientiam in gubernatione hominis, tanquam rem incognitã, & quæ hominis transcendebat facultatem, iuxta illud Psal. *Mirabilis facta est scientia tua*, id est sapientia tua ex me, quem taliter regis, confortata est, id est propter debilitatem mei intellectus mihi incognita & fortis ad cognoscendum, & non potero ad eam apprehendendam. Tertio, mirabantur bonitatem in insolitis miraculis, vt in mirabilibus Ægypti, quæ fecit. Exod. 3. *Percutiam Aegyptum in mirabilibus meis, vt & in manna de cælo cadente: & sic de de aliis.* Sed ista miracula eis non sufficiebant. Non enim erant nisi vmbra futurorum. Propter quod cum sapientia maiora mirabilia & noua instanter petebãt, dicentes: *Innova signa, immuta mirabilia.* Nimis enim antiqua sunt ista, transeat vmbra, & accedat veritas: accedat in propria ille. *Qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham: terribilia in mari rubro.* Magnalia quidem fecit in hunc modum venena, sed maiora quã olim. Fecit enim magnalis

Psal. 85.

Psal. 138.

Exod. 3

Eccl. 36

Psal. 105.

A Mirabile.

Tria vi debãtur antiquis in Deo mirabilia, quæ miramur in natura.

gnalia in incarnatione in mundum veniendo. Mirabilia in terra Cham, ad litteram loquendo, quando conuersatus est nobiscum prædicãdo, fecit tantã miraculorum multitudinem, & certe incognita multa ostendit, quando ibi eructauit abscondita à constitutione mundi. Tertio, fecit terribilia in mari rubro, hoc est in effusione sanguinis sui, in passione moriendo: quando petræ scissæ sunt, terra tremuit, sol obscuratus est: & (quod horribilius est) Filius Dei mortuus est. Et quia mirabilia saltem noua libenter audiuntur, recitantur, & retinentur: ideo,

Psal. 110. *Fecit memoriam mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: escam dedit timentibus se.* Non quidem escam corporalem, quia eam non solum dat timentibus se, sed

Psal. 147. etiam (secundum Psalm.) *Ille est qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Imo, *qui dat escam omni carni.* Et cum hoc sit vsitatissimum, non posuisset illud Propheta tanquam quid singulare & memoria dignum: nec etiam intelligit illam escam fuisse manna datum Patribus, cum quadraginta annis fuerit bonis & malis donatum, nec fuerit memoria præteritorum, sed futurorum figura, ideo necesse habuit intelligere nobiliorem escam, scilicet escam corporis Christi quàm Deus ordinauit solũ manducari à timentibus eum. Et quia Maria secundum Ecclesiæ repræsentationem & picturam hunc cibum semper tenet in manibus suis, scilicet filiũ suum Christum, ad eam tanquam ad matrem nostram, tanquam ad eleemosynariam Paradisi pauperes famelici confugiamus, dicentes: Aue, &c.

B *Mirabilia seu miracula. Quod mirabilia Eucharistiæ Deus solus fecit*

Notandum quod aliter Dominus, aliter sancti miracula vel mirabilia operantur. Primo, quia sancti numquam soli faciunt mirabilia, sed ad inuocationem nominis Dei, aut saltem in virtute eius: iuxta illud Psalm. *Mirabilis Deus in sanctis suis, ipse dabit virtutem*, scilicet ad faciendum mirabilia, sed Deus ipse solus & per se facit ea. Psal. *Qui facit mirabilia magna solus.* Vide Augustinus super Psal. *Tu es qui facis mirabilia magna solus.* Fecit & Moyses, sed non solus: fecit Helysæus, fecerunt Apostoli, sed non soli: immo tu cum eis: Ait enim Ioan. *Sine me nihil potestis facere.* In signum cuius hoc mirabile mysteriũ Dominus solus fecit & instituit, & nullus alius cum eo. Secundo, differenter operantur: quia sancti & si fecerunt mirabilia, illa tamen pro tempore aliquo parum duraturo fecerunt, & in aliquo loco speciali, sed hoc mirabile, quod Dominus instituit, non solum pro tempore durat: non solum in aliquo loco, immo secundum Psalm. *Memoriale eius in generatione & generationem.* Nam *generatio præterit, & generatio aduenit* in diuersis temporibus. *Terra autem* corporis Christi *in æternum stat.* Tertio, quia memoria mirabilium sanctorum tantummodo remanere solet in auditu & visu voluminum, in quibus illa scribuntur. Memoria vero eorum quæ per se Dominus & solus operatus est, non solum in auditu & librorum lectione permanet, verũ etiam in visu fidei, in gustu affectus & in rei veritate, iuxta Thema propositum: *Memoriam fecit*, &c.

perpetuo durabit, & quod scriptũ sit in cordibus hominum, sed non fecerit sanctis sua mirabilia. Psal 67. Ps. 135. Psal 71. Ioan. 15. Ps. 101. Eccles. 1.

Circa præsentem materiam dicenda sunt duo per modum quæstionis. Primo, vtrum scrutari debeamus mirabilia huius Sacramenti. Secundo, quæ sint mirabilia eius. Ad primum sic proceditur. Et videtur quod non debeamus talia scrutari, quia dicit Psal. *Non ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me*, id est, non quæsiui scire ardua mysteria, quæ me & intellectum meum excedunt, cuiusmodi sunt mirabilia huius Sacramenti, propterea scriptum est: *In comestione agni os ex eo non comminuetis.* Soliditas enim tanti mysterij discuti non debet, neque populo frangi. In oppositum tamen arguitur, quia: *Memoriam fecit Dominus mirabilium suorum*, &c. Memoria autem præsupponit cognitionem, ergo si Dominus horum mirabilium in nobis creauit memoriam: sequitur quod possumus, & de-

Ps. 130. Exod 12. Ps. 110.

bemus

bemus ea cognoscere. Ad hanc quæstionem per tres propositiones dicetur. Prima propositio. Mirabilia huius Sacramenti à deuotis Christianis libentius audiuntur & discuntur, quam quæ facilia sunt apprehendi in alijs doctrinis. Nam (secundum Aristotelem secundo Metaphysicæ.) pauca malumus scire de arduis & cælestibus, quam multa de Mathema-
Ps. 138. ticis. Cui alludit Psal. *Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.* Hæc enim est ingenij humani natura, vt quemadmodum omnẽ corporis naturam transcendit: sic & supra se nitatur ad altiora
Ps. 138. conscendere. Psalm. *Mirabilia opera tua: & anima mea cognoscet nimis.* Ideo vt Dominus humanum quietaret ingenium, & affectum suauitate & dulcedine repleret: *Memoriam fecit mirabilium suorum.* Primo quidem, vt humanum quietaret ingenium, quod sub latitudine figurarum veteris Testamenti continebatur, & quod cæli ambitus capere non poterant, sub breui memoriali hostiæ & sub breui compendio, vt omnes cum aperta veritate cognoscerent, cõprehendit. Inde est quod melius est hominem in huiusmodi excitari, quam in mirabilibus, quæ faciunt vel facere videntur isti ioculatores vel magici, in quibus principes communiter delectantur magis quã in istis, quæ in rei veritate exhilarant cor hominis, quos admonet Psalm. dicens: *Cantate Dominum canticum nouum: quia mirabilia fecit.* Et melius est insuper in his admirari quam super mulieris pulchritudine, per quam sæpe decipiuntur, vt patet Iudith 10. & 15. *Vbi dicitur quod pulchritudinem eius admirabantur nimis, & tamen per eam decepti sunt, & ad nihilum redacti.* Secundo, vt mentem repleret suauitate & ioeunditate. Quia enim veteris Testamenti Patres in manna non intelligebant mirabilia & veritatem eorum, ideo sæpe murmurabant, & sic intellexissent, numquam contra Dominum loquuti fuissent. Psal. *Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt*

C
Euchar. Quod Dominus reuelauit mirabilia Eucharistiæ ad quietandum humanum ingeniũ & delectandum effectum.
Psal. 97 Iud. 10. & 15. Ps. 105.

mores multitudinis misericordiæ tuæ, ideo vt degustarent illam diuinam suauitatem, vt impleretur illud Psal. *Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt, memoriã fecit mirabilium suorum*, &c. Secunda propositio: De magnis & arduis huius Sacramenti mirabilibus scrutari & inquirere potest quis tripliciter. Primo, ea inquirendo quæ per reuelationem nobis ostensa sunt & credi debent à fidelibus, & hoc est salubre & necessarium saluti. Ideo cum Sapiens dixisset: *Altiora te ne quæsieris*, statim subdit: *plurima supra sensum hominum ostensa sunt tibi*. Secundo, vltra hoc procedendo, & per rationes efficaces hoc volendo concludere, & hoc impossibile videtur & malum. De quo Sapiẽs
Prou. 25 *Scrutator maiestatis opprimetur à gloria.* Nam sæpe ex tali discussione labitur homo in plurima inconuenientia, vt patet de Philosophis, qui diuinitatem inuestigando naturalibus rationibus; dum crediderũt demonstrare, in varios errores ceciderũt. Tertio, hoc potest ad credibilia & mirabilia ista inducendo scripturas & aliquas rationum apparentias, & hoc non est malum. Sed non magis baculus & solatium nostri intellectus, & ostensio conformitatis fidei ad res naturales.

D
Euchar. Quis sit modus quibus liceat scrutari mirabilia Eucharistiæ.
Eccli. 3.

Tertia propositio: Ad hoc quod aliquis istorum mirabilium sit capax auditor aut relator, tria requiruntur. Primo, ex parte relatoris quod sit doctus & intelligens, ideo dicit Psal. *Deus docuisti me à iuuentute mea, & vsque nunc pronuntiabo mirabilia tua.* Et iterum alibi. *Qui descendunt in mare in nauibus*, id est, qui condescendunt intellectui & capacitati populi in nauibus Ecclesiæ existentis, & hoc ad nauigandũ mare scripturæ, vbi est abyssus immensa mysteriorum & difficultatum facientes operationes in aquis multis, id est qui exponunt scripturas & varia dogmata operantur & componunt ex multis aquis scripturæ, ipsi viderũt opera eius & mirabilia eius in profundo, id est profunda scrutati sunt. Secundo, requiritur ex parte audientium, quod habeant

E
Eucharistiæ Sacramentũ. Quod tria requiruntur ad capacẽ auditorem vel relatorẽ mirabiliũ Eucharistiæ
Psal. 70 Ps. 103.

beant autem intellectus paratam ad credendum & non impedita. Propter quod
Psal. 18 dicebat Psal. *Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.* Reuela (inquit) oculos meos, id est tolle velamen oculorum interiorum. Est enim vnum velamē ignorantiæ, quo excecati sunt Iudæi ne Christum videant in hoc Sacramento. Quod per velamen positum super faciē
Exo. 34 Moysi. Exod. 34. designatum est. Vnde
2 Cor. 3 Apostolus: *Velamen hoc positum est super corda eorum vsque in hodiernum diem.* Hinc & Ambros. Grauat oculos diuturnum velamen, & hoc ita vt non possint considerare mirabilia de lege eorum excerpta. Quomodo scilicet mirabiliter in agno materiali agnus spiritualis significatur, quomodo in manna cibus spiritualis, quo modo in hostia Christus continetur. Hæc enim aperto oculo videri non possunt, sed oportet ipsum ignorantiæ velamen deponi. Aliud est velamen subtile subtilitate ingenij nostri: quando stultus Christianus in suo confidēs ingenio magis quam Deo credens, mirabilibus huius Sacramenti non assentit. Vnde Tob.
Tob. 12 *De oculis Tobiæ quasi membrana oui*, id est subtilis pellicula *extracta est, & sic visum recepit.* Ideo tanta subtilitas & arrogantia intellectus amouenda est, quia confite-
Mat. 11 tur Dominus: *Quod abscondit hæc à sapientibus & prudentibus: & reuelauit ea paruulis.* Non enim communiter recitantur noua & mirabilia visa vel audita capitosis & duris ceruicibus. Tertio, requiritur ex parte vtriusque gustus affectionis sufficienter dispositus ad degustandum & saporandum mirabilia ista. Non enim paruulis & idiotis communiter à sapientibus recitāntur noua & mirabilia, quia talium non sunt capaces. Propter quod
1 Cor. 3 Apost. *Tanquam paruulis lac potum dedi vobis: non escam.* Potum enim dat lacteum de carne extractum: & hoc carnalibus qui nihil nisi terrena sapiunt: sed escam solidam peritis in amore Dei & spiritualibus viris. Sic autem viri spiritualis cum intellectu erecto & eleuato ad spiritualia cognoscenda affectus facile disponitur ad degustandum huiusmodi spiritualia mirabilia. Propter quod dicebat Psalm. *Viam iustificationum tuarum instruc me*, id est Ps. 118.
instrue me facere ea quibus iustus efficiar & sit faciliter exercebor in mirabilibus tuis ea degustando: audiendo & memoriter recitando. Propter quod *memoriam fecit mirabilium suorum misericors*, &c. Vnde & discipuli Christi quia nimiū rudes & imperiti erant in amore Dei: cum Christus de huius Sacramenti materia prædicauit: *Abierunt retrorsum dicentes, quia* Ioan. 6.
durus est hic sermo. Secundo quæritur quæ & quot sunt mirabilia in hoc Sacramento Eucharistiæ contenta? Dicitur ad hoc quod quamuis huius Sacramenti mysteriorum & mirabilium numerus sit à puro viatore incomprehensibilis: tamē pro nunc dicemus esse decē mirabilia in hoc Sacramento contenta. Primum mirabile est: quod in hoc Sacramento verbis à Sacerdote prolatis Christus verus Deus & verus homo sub hostia continetur sine mutatione eius qui prius tamen ibi corporaliter non erat. Quod enim in eo sit Christus patet ex determinatione ipsius magistri, Christi dicentis: *Accipite & co-* Luc. 22
medite: Hoc est enim corpus meum, & hoc sufficiat vobis, quia illi credendum est de se: qui se solus nouit, vt dicit Hilarius. Fuit enim aliquando interrogatum à Iudæis eo quod simulachra minime colebant, vbi erat Deus eorum. Inde Psal. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte:* Psal. 41
dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus. Sed facile nunc ad hanc quæstionem respondere possumus illud: *Hic est Deus no-* Bar. 3
ster & non æstimabitur alius, hic est Deus noster sub nebula illa positus. Nam habetur: *Dixit* 3. Reg. 8
Deus vt habitaret in nebula, id est, sub hostia. Ibi enim virtus & Dei sapientia absconditа est, iuxta illud: *Ibi absconditа est* Abac. 3
fortitudo eius. Et illud: *Vere tu es Deus absconditus.* Esa. 45.
Propter quod in figura dicebat Iacob: & nos cum possumus dicere. *Vere* Gen. 28.
Dominus est in loco isto & ego nesciebam, per sensum scilicet iudicare. Modo tamen iudico

Mirabilia Eucharistiæ. Quod decem mirabilia insunt in Eucharistia.

iudico cum eo quod *non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli.* Fecit enim Dominus sicut bonus chirurgicus solet facere. Vt enim immunditiã de oculo educat manum suam panno molli & suaui inuoluit ne lædat. Sic Christus deitatem & humanitatem modica inuoluit hostia, vt dulcius nostræ infidelitatem mentis sanaret & abstraheret à cordibus nostris. In quo reprehenduntur qui negãt ibi esse Christum, quod dicitur fuisse prima hæresis discipulorum Christi, vt habetur de consecrat. dist. 2. prima quędam. Vnde quoad aliquid peior videtur hæresis quæ negat hic esse corpus Christi, quam quæ negat eum esse Christum, quia prima dicit eum esse mendacem. Secunda confitetur eum esse sanctum hominem, vt de facto testimonium peribent Sarraceni. Vnde Psal. *Non crediderunt verbo eius*, scilicet hęretici: *& pro nihilo habuerunt*, id est, reputauerunt terram desiderabilem, quia: *Detraxerunt terræ quàm inspexerunt*: quæ re vera fluit lacte humanitatis & melle diuinitatis. Cuius hæresis quondam diffamatus fuit. Berengarius Andegauensis Ecclesię Diaconus, quam retractauit ipse & precibus Nicolai Papę, cuius confessionem coram centumquadraginta Episcopis factam misit Papa Nicolaus per vrbes Italiæ, Germanię & Gallię, vt Ecclesię quę prius doluerant de auerso atque peruerso, atq; postea gauderent de reuerso atque conuerso. Dicebat enim in hostia tantum esse Sacramentũ non corpus Christi aut sanguinem, vt patet de consecrat. dist. 2. Ego Berengarius. Qui licet postmodum fuerit sanctissimæ vitæ, omnia sua prædia & possessiones quibus abundabat largiens pauperibus, & in pœnitentia arctissima perseuerauerit, tamen propter hæresim seminatam, à Fulberto Carnotensi ab hac vita decedente cum intraret eius cameram inter multitudinẽ populi iussus est discedere, dicente astare in manẽ dæmonem prope Berengarium, qui Berengarius in die Epiphaniorum decedens propter subuersos errore suo multum timebat apparere coram Domino, licet de pœnitentia grauí facta confideret. Hæc Guilhelmus Gemeticensis. Sed quod sit ibi in Sacramento corpus Christi de nouo sine mutatione potest ostendi per simile in naturalibus. Nam sicut ignis incipit de nouo esse in aëre absque sui locali mutatione quando aër in ignem conuertitur: sic Christus absque hoc quod de cælis descendat aut locum mutet est in Sacramento: quãdo panis in corpus Christi conuertitur. Sed dices mihi: quomodo credam tibi quod ibi sit corpus Christi, cum illud videre non possim? Dico ad hoc. Primo, quod credis iumenta & omnia alia animantia exisse de terra: & tamen ea exire non vidisti, & te talem patrem & talem habuisse, & tamen eos non vidisti, & talem te genuisse, & tamen hoc non vidisti, cur ergo ad assertiũ Christi verbum non credes ibi esse corpus Christi, quamuis ipsum non videas oculo corporali. Dicitur secundo, quod in Sacramento sub speciebus videtur verũ Corpus Christi & verus Sanguis corporali oculo, ad modum loquendi qui in scriptura est vsitatissimus. Nam Genes. 32. cum sub forma Angeli apparuisset Dominus Iacob dixit: *Vidi Dominum facie ad faciem*, & tamen non viderat eum nisi in specie humana in qua Angelus apparuerat. Itẽ: *Sub specie ignis vidit Moyses Dominum*, & tamen sæpe dicit quod Dominum vidit in specie rubi igniti. Similiter visus est Spiritus sanctus in specie ignis & in specie columbæ. Sic etiam sub specie panis & vini videtur à quolibet Christiano verum Christi corpus & sanguis. Vnde ex gestis beati Gregorij habetur quod cum quædam matrona romana ab eo communicaretur & diceret. Corpus & sanguis Christi custodiat te, risit dicens se non credere ibi esse corpus Christi, quia ipsa in domo sua panuerat ista. A qua Gregorius hostiam retraxit, & post Missam ipso orante coram ea in carnem versa est, & sic matrona ab errore reuocata: tandem ad preces eiusdem sancti caro in

Psl. 105.

Num 13.

G Euchar. De hæresi Berengarij circa Eucharistiam

H Euchar. Manuductio quadã quod corpus Christi sit in Sacramẽto & quomodo ibi videatur.

Gen. 32.

Exod. 28

hostiam secundum priorē formam restituta est. Secundum mirabile quod in hoc Sacramento ad verba sacerdotis panis in corpus Christi & vinum in sanguinem eius transsubstantiantur & realiter transmutantur. Hinc Ambrosius libro de Sacramentis: In altari anteverba sacramentalia est verus panis: vbi vero accesserunt verba consecrationis, ex pane vera fit caro Christi. Quod autem hoc sit verū patet: quia illius virtute transsubstantiatur hoc: qua verbum caro factum est: & qua quæcunque dixit facta sunt. Hoc & factū est illius virtute: qua & vxorem Loth in statuam salis mutauit: qua & virgā Moysis conuertit in colubrum: & e conuerso: qua Ægypti fontes & flumina vertit in sanguinem & aquam in vinum. Si enim Deus has creaturarum mutationes potuit facere: quare nō mirabilior Deus in seipso hoc potuit facere? Si verbum Heliæ ignem de cælo potuit deponere: quomodo nō poterit verum panem in Christi carnem mutare? Si maius est aliquid de nihilo creare quam aliquid in aliud transmutare, & omnes primum concedant à Deo factum esse: cur secundum reputant Deum nō posse facere? Præterea, si Dominus potuit Adæ & Lazaro mortuo vitam inspirare: & terram in corpus eius mutare: quare non poterit panē in carnem mutare? Item homo facit de terra aurum & argentum & de cinere vitrum: Deus autem multo potentior est homine: quare potest panem in corpus suum mutare. Item potentior est Deus quam natura: sed natura cōuertit panem in carnem & vinū in sanguinē: ergo multo magis Deus hoc facere potest. Item Ioannes Damascenus sic arguit. Si verbum Dei superueniens actiuum est illius quod dixit, dixit enim: *Fiat lux & facta lux*, &c.

1 Euchar. Persuasiones multa de transsubstantiatione panis & vini in corpus & sanguinē Christi.

Genes. 1

Et verbo cæli firmati sunt & omnis decor eorum: & qui ex purissimis sanguinibus virginis hominem se fecit: quare non poterit panem & vinum corpus suum & sanguinem facere. Item si Maria dicente quinque verba. *Fiat mihi secundum verbum tuum*, subito totus Christus in carne, anima & deitate in ventre eius fuit: non est dubium dicente sacerdote quinque verba consecrationis à Christo ordinata quin totus Christus in carne, anima, & deitate sit in Sacramento. Sed dices mihi. Quomodo aut qualiter fit talis trāsmutatio? Nihil enim ibi videtur transmutatum. Respondet Ioannes Damascenus quod sufficere debet quærenti qualiter fit huiusmodi trāssubstantiatio: responsio facta ab angelo Marię quęrenti *Quomodo fiet istud.* Respondit enim Angelus. *Spiritus sanctus superueniet in te*, id est operatione Spiritus sancti illud fiet. Similiter dico tibi quod transsubstantiatio fit operatione Spiritus sancti. Sufficiat ergo tibi quod suffecit beatę virgini: que per fidem quam habuit verbis angelicis filium Dei concepit.

Luc. 1

Ibidem.

Tertium mirabile quod transsubstantiatione facta nec panis nec vinū sub speciebus amplius remanēt. Ad hoc est Decretalis extra. de summa trinit. & fide Cathol. c. 1. vbi sic dicitur. Corpus & sanguis Christi in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continentur transsubstantiatis pane in corpus Christi & vino in sanguinem virtute diuina. Dignum enim & iustum est: vt inquit Guilielmus Parisiensis quod aduenientе vero pane cadat materialis: nec est eius iniuria: immo ius creatoris est: vt ei aduenienti honorem deferat creatura sua relinquens ei penitus locum suum & alia quæ ab eo habebat pro seruitio eius: vt pote albedinem: dulcedinem: quantitatem, grauitatem: & sic de alijs. Ait enim idem Guilielmus quod cum quidam formis panis & vini subesse crederet veras panis materialis & vini substātias alijs cibis vti nolebat, & propter hoc in magna quantitate conficiebat iuxta quod ad sustentationem sui corporis sibi sufficere existimabat, Hinc infra paucos dies deficiens absque alterius rei mala occasione: cognouit non subesse formis illis

K Euchar. Quod nec panis nec vinum manent post transsubstantiationem & quare.

Digitized by Google

illis quod corpus eius nutrire valeret. Quod quamuis potuerit esse verum non tamen semper hoc miraculum apparet: qui cum transmutantur species: tunc redit natura pristina: cum autem recipiuntur species in stomacho: statim alterãtur. In hoc datur nobis documẽtum: quod si creatura insensibilis ita suo obediat creatori vt cedat ei vsque ad non esse: quanos qui rationales sumus in omnibus & per omnia debemus parere præceptis eius & in eius præsentia humiliari. Sic enim nos insensibilia docent. Sed dices. Nonne cũ pane posset esse corpus Christi: cur ergo ibi non remanet panis? Dicitur quod licet à doctoribus multæ soleãt assignari causæ: duæ tamẽ sunt principales. Prima est, quia si remaneret panis: tunc huius Sacramenti manducatio non esset tantum spiritualis refectio, sed etiã carnalis, cum cibus carnalis assumeretur. Secunda est idolatrię vitatio. Si enim quandoque sub Sacramento maneret panis: fortasse indistincte adoraretur cum Domino. Ideo secundum Franciscũ de maronis, in hoc Sacramento tantũ credũtur quatuor contineri, scilicet verũ corpus Christi ex vi verborum. Secũdo, sanguis Christi ex concomitãtia immediate, quia non est corpus viuẽs sine sanguine. Tertio anima etiã ex cõcomitantia, & quarto diuinitas vnita. Quartum mirabile est, quomodo tam magnũ corpus sub tam parua hostia & in qualibet parte eius cõtineatur. Huius autem aliquomodo apparet simile in naturalibus. Nam magnæ turris aut Ecclesiæ imago apparet in paruo oculo aut in paruo speculo, & fracto speculo apparet hęc imago tota in qualibet parte discontinuata. Cur itaque imago Dei patris (imo veritas ipsius imaginis) non apparebit tota in parua hostia, imo in qualibet parte hostiæ? Cum etiam anima rationalis sit tota in toto & tota in qualibet parte corporis, quare creator ipsius non apparebit in hostia. Item si sol iste materialis parua obuoluitur nubecula: quare creator eius sol iustitiæ parua hostiæ albedine tegi non poterit? Itẽm qui diuinitatẽ suã quã celi capere non poterant sub paruo corpore clausit, quãuis esset vbique tota: quare non poterit corpus suum sub parua hostia claudere, etiã ipso corpore alibi & in cælo & in terra existẽte? Sed dices mihi. Nõ potest sensus meus ita iudicare quod sub tam parua re sit res tam magna & tam solida. Dico ad hoc. *Primo quod animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt: spiritualis autẽ omina dyudicat.* Ideo bestiales qui solum suis sensibus credunt hoc nõ possunt iudicare, quia ibi omnes sensus (auditu dẽpto eo quod fidei coniũgitur) si non ratione & fide præueniãtur, decipiuntur. In cuius figura Isaac in benedictione Iacob deceptus est est secundum omnem sensum excepto auditu. Secundum visum. *Quod caligauerant oculi eius præ senectute.* Et credebat Esau videre & Iacob aspiciebat. Secundũ odoratũ, quia credebat sentire fragrantiã vestimentorũ quæ portabat Esau, quæ tamen Iacob deferebat. Secundũ tactum, quia credebat palpare manus pilosas Esau, & palpabat pelliculas hędorũ. Secundum gustũ, quia credebat gustare de venatione & comedebat hędũ de capris. Solus auditus recte iudicauit dicẽs: *Vox quidẽ, vox Iacob est.* Sic in Eucharistiæ Sacramento omnes humani sensus deluduntur quantũ ad iudiciũ, cum ibi iudicent esse panẽ & vinũ, solus auditus fidei cõformis iudicat ibi esse verũ Christi corpus. Ideo si sensus deficit: ad firmandum cor sincerũ, sola fides sufficit. Ibi enim sensus in componendo decipitur: sed non secundum apprehensionem, quia vere sua obiecta apprehendit, vt visus albedinem, gustus saporem panis & vini, odoratus odorem, & tactus qualitates tangibiles panis & vini.

1. Cor. 2

Quintum mirabile. Quod idẽ Christi corpus in numero est simul in multis locis: in multis altaribus: in multis etiã stomachis receptũ. Cuius plurima similido potest in natura inueniri. Prima est. Quia si sit vna res presens pluribus speculis perfecte tota videtur in quolibet speculo

L Euchar. Manducationes quod corpus Christi tam magnum cõtineatur sub parua hostia & quod ibi omnis sensus decipiuntur praeter auditũ.

M Euchar. Similitudines quadam quod corpus Christi possit simul, esse in pluribus locis.

Digitized by Google

ergo non est mirum si corpus creatoris vnicum præsens pluribus hostijs sub diuersis hostijs & in multũ locis videatur. Secunda similitudo est: Quia sicut anima est vita corporis phisici ita corpus Christi vita corporis mystici. Inde nominatur
Ioan. 6. à Christo panis vitæ. *Ego sum panis vitæ.* Et iterum: *Qui manducat me viuit propter me.* Et iterum: *Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Sed anima rationalis est tota in qualibet parte corporis: & in singulis membris, ergo corpus Christi quod est Ecclesiæ vita poterit esse in singulis membris Ecclesiæ totũ, cum ab eis Sacramentaliter recipitur. Tertia similitudo, quia sicut verbũ cordis cum sensibili voce percipitur, & vnum & idem in corde per vocem viuam multorũ aures immutat. Corda irradiat & illustrat, sic vnum & idem & indiuisum corpus & in multis altaribus totum ab omnibus per-
Eccli. 15 cipitur. Ideo dicitur: *Panis vitæ & intellectus. Cibauit* (inquit) *illum Dominus pane vitæ & intellectus.* Quarta similitudo: Si mirabilis Deus in sanctis. Quare non in seipso mirabilior, vt vult Aug in Ser. sed Deus ita operatus est in sanctis suis quod fecit eos simul stare in diuersis locis, vt de B. Ambrosio, qui legitur fuisse in exequijs B. Martini apud Turonũ, & tamen erat Mediolani celebrans, & de B. Maximino qui interfuit exequijs B. Marthę: & tamẽ erat apud Aquensem ciuitatem, & de S. Seuero qui actu celebrabat apud Rauennatem vrbem & tamen longe alibi erat ad tumulandum B. Germinianum, ergo potuit hoc in suo corpore mirabilius facere, & hoc valde congruit. Nam Deo cõuenit vbique esse simpliciter & propriæ, creaturæ vero in vno loco tantũ, corpus vero Christi medio modo se habet. Cum enim sit creatura non debet creatori coequari in hoc quod sit vbique, quia hoc est potentiæ illimitatæ, cum vero sit vnitum diuinitati debet in hoc alia corpora excellere, vt simul possit in pluribus locis esse, & ex hoc sequitur quod in diuersis locis mouetur & quiescit.

Sextum mirabile, quod sub maiori forma hostiæ non plus habetur de Sacramẽto quam sub minori. Cõius simile apparuit olim in huius Sacramenti figura. Nã qui plus de manna colligebat non plus inde reportabat quã qui minus. Sic qui sub maiori hostia hoc Sacramentũ accipit quam qui sub minori. Item secundũ Bonau. in 4. dist. 10. Lumen candelæ si sit in magna domo & postmodũ transferatur in paruam tantũ lucet in parua quãtum in magna, non rarius neque dẽsius. Similiter corpus Christi in parua & magna hostia. Septimum mirabile, quod à tot & tam longis temporibus continue manducatur à quolibet Christiano, & tamen non inde minuitur. In quo fallitur Iudæus dicens, quod si corpus Christi fuisset vnus mons magnus iam fuisset totaliter exhaustum & comestum. Sed non aduertit primo, quomodò Christus de quinque panibus saturauit quinque milia hominum, de quibus maiores reliquiæ remanserunt quã erant illi quinque panes. Sic suo corpore à fortiori potest totã Ecclesiam pascere sine sui diminutione. Item calor & splendor ignis, odor rosæ, & sapientia hominis se cõmunicant quãtum in se est sine sui decrescentia, & candela candelis, & lux sine sui decremento ignem & lucẽ alijs ministrat, quanto magis lux nostra quę illuminat omnem hominem: potest se omnibus communicare sine sui detrimento. Præterea sol licet illuminet & pascat oculos intuentium ab origine mundi non tamẽ inde minuitur, sic nec verus iustitiæ sol cũ cibat animas sanctorum in Sacramento. Quarto si mu-
3. Reg. 17 lier Sareptana & Helias, cum puero quotidie comedebant de farina hydriæ, & de lecytho olei sine sui diminutione, sic non est dubium quin Christus sine sui diminutione spiritualiter possit omnẽ cibare Ecclesiam. Si enim hoc miraculũ propter Heliam ostendit, non est dubiũ quin maius miraculũ propter totã suam Ecclesiã ostendere possit & de facto ostendit. Itẽ secundũ Chrysostomum, ficus illa vox quam dixit.

Crescite

8 Eucha. Quod corpus Christi æqualiter sit sub parua & magna hostia similitudo a manna & candela.

9 Eucha. Quod non est mirandum si corpus Christi non minuatur, licet quotidie manducetur à fidelibus

Genes. 1 *Crescite & multiplicamini & replete terram.* Semel quidem dicta est, sed adhuc in virtute omnia crescunt, augentur, & in esse continuantur, sic & omnis Ecclesiæ mẽsis vsque in hodiernum diem, & vsque ad eius aduentum vox illa Christi semel dicta sacrificio altaris præstat firmitatem. Octauum mirabile, quod dum frangitur hostia, non frangitur corpus Christi: sed manet integrum sub vtraque particula. Hoc probatur, quia dum legitur, Dominũ idem Sacramentũ benedixisse & fregisse, non fregit tamẽ corpus suum, ergo & ita modo potest fieri. Secundo, quia si diuidatur corpus hominis non propter hoc diuiditur anima eius, quia modo extẽso & cõmensuratiuo non continetur in corpore, ergo à fortiori & Christi corpus. Tertio, quia si diuidatur speculũ propter hoc non diuiditur imago, sed manet integra in qualibet parte speculi. Et si quæratur quomodo ergo dentibus masticabitur. Dicitur quod in natura inuenitur quod homo comestus à bestijs per minutas partes laniatus est, nec tamẽ eius anima laniatur, quare ergo non poterũt species comedi, frangi, & masticari nõ fracto corpore Christi. Nonum mirabile, quod omnia accidentia ibi per se subsistunt sine subiecto. Quod fuit congruum secundum Bonau. 4. dist. 11. propter quatuor. Primo, propter efficaciorem significationem, quod efficacius & perfectius ducũt in signatum, cum non habeatur ibi stabiliens per naturã. Secundo, propter conuenientem cibationem. Quia enim ille cibus spiritualis est, ideo oportet animam subleuari à carnalitate sensus, per fidẽ, & à carnali dilectione per charitatẽ, & ideo nõ debuit ibi remanere panis materialis. Tertio, propter Filij Dei promotionem. Dum enim subleuatur interius ad intelligendum quod est supra naturã, scilicet accidentia esse sine subiecto, fit habilior ad credendum quod est supra seipsum, scilicet quod totus Christus sit in tã parua hostia. Quarto, propter diuinorũ operum perfectionem, quæ dicitur in hoc Sacramento comperiri, cum sit omnium perfectissimũ. In quo attenditur duplex perfectio. Prima, in hoc quod accidentia accipiunt modum nobilissimum essendi, scilicet esse per se. Iste est enim vltimus gradus ascensionis ex parte accidentium. Secunda in hoc quod substantia quę suberat accidentibus cum esset materialis & corruptibilis in corpus quoddã spirituale & incorruptibile, & in corpus diuinitati iunctum & gloriosum transsubstantiatur, quod tamen est vltimus gradus ascensionis corporalis substantię. Et si quęratur quare necessariũ fuit velari Christi corpus sub accidentibus. Dicitur secundũ Franciscum de Maronis, quod propter quatuor. Primo, propter humilitatem, vt homines captiuent intellectum suum in obsequium Christi, vt ea credant quæ ibi continẽtur sub humilitate sui intellectus. Secundo, propter fidem, vt fides habeat meritum. Tertio, propter dignitatẽ, quia indigni sunt mali ipsum videre. Quarto, propter imbecillitatem quo ad omnes, quia lucem corporis eius naturaliter vix quis posset absque miraculo inspicere. Decimum mirabile, quod resolutis speciebus aut ipsis corruptis redit materia præcedens, nec est ibi amplius corpus Christi: quia sicut in alijs operibus mirabilibus expleto officio illorum ad quæ ordinata erant propter miraculosa Domini opera facienda talia redacta sunt in statum pristinum, vt de columba in qua apparuit Spiritus sanctus. Matth. 3. quæ peracto officio redijt in materiam præiacentem, & de stella magorum, vt dicitur ibidem in Glossa, sic non est dubium quando species desinunt esse species, ipsæ substantiæ materiales specierum in primum statum vel saltem in priorẽ materiam reducantur, sicut prius fuerunt supernaturaliter transmutatæ. Ideo bene dicit Psal. *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.* Et ita sicut Dominus decem plagis percussit Ægyptum, sic per hæc decem mirabilia sanauit populum suum.

P Eucharistiæ quatuor propter quas in Sacramento altaris manent accidentia sine subiecto

SER. SECVNDVS, DE CAVsis inſtitutionis Sacramenti. Per Thema.

Pſal. 64 A Euchar. Quod pietas diuina & conditio naturæ noſtræ & cõmouerunt Dominum, vt paratet nobis cibũ corporis ſui dab 24

PAraſti cibum illorum: quoniam ita eſt præparatio eius. Ad hoc conuiuium parandum iamdudum Dominum Ieſum commouit (vt arbitramur) natura ſua & noſtra. Nam ſiquidem ſua quæ pij patris morem gerit erga filios, quæ liberos non dimittit improuiſos. Sed ad minus eis prouidet de neceſſarijs. Si enim mali parentes talis exiſtant conditionis, vt ad prædam vigilent pro liberis: & vnde nutriantur habeant. Iuxta illud: *Vigilanteſque ad prædam præparant panem liberis.*

Quanto magis diuinam magnificentiam panem ſuauiſsimum ſuis filijs in alimentum dare immenſa pietas admonebit. *Si enim vos cum ſitis* (inquit) *mali noſtis bona data dare filijs veſtris: quanto magis Pater veſter cæleſtis dabit Spiritum bonum petentibus ſe.* Secundo, hoc naturali iure cautum eſt, vt moriens Pater per legata filio prouideat vnde viuat. Si enim (vt ſcribitur Iudic. 14.) *De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo*, id eſt, ad literam de leone occiſo exiuit mel, & de forti animali dulcedo mellis nutrimento conueniens. Vel ad moralem ſenſum, de raptore comedente populum exit cibus, & de forti tyranno & feroci dulcedo diuitiarum quas congregauit: diſpergitur iuſtis & iniuſtis.

Matt. 7

Iud. 14

Quanto magis leo de tribu Iuda moriens: mel & dulcedinem ſui corporis debuit dimittere ſuis in eſcam & prouiſionem. Secundo, hoc ſuaſit ei natura noſtra. Nam ſecundum differentiam alimẽtorum eſt differentia ciborũ. Piſces enim conuerſantur in aqua vbi inueniunt cibum ſuum. Terreſtria in terra. Aues in aëre. Angeli in cælis. Homo vero ex natura ſua medius eſt inter bruta terreſtria & aues cæleſtes.

Conueniens cum brutis in corpore, cũ Angelis in anima. Ideo indiget cibo duplici, ſcilicet corporali quem à terra recipit, & ſpirituali quo ad animam, quem à cælo ſuſcipiat. Ita vt ſicut homo tenetur nutrire corpus ſuum, aliter fame moreretur, & eſſet ſuiipſius homicida, ſic & animam, ne ex defectu illius cibi moriatur.

Ante vero incarnationem erat huius cibi fames valida in Ægypto, ideo verus Ioſeph Dominus noſter præparauit nobis hanc refectionem, quando corpus ſuum contulit diſcipulis, & ſic *panem cæli dedit eis*. Et ad hoc faciendum ſtatuit nauem, vt de longinquo apportaret cibum iſtum per mare huius ſæculi. De qua Prou. *Facta eſt quaſi nauis inſtitoris: de longe portans panem ſuum.* Nos ergo ad nauem illam concurramus, vt hoc alimentum percipere valeamus: quod nobis ad ſalutem perneceſſarium eſt, dicentes: Aue Maria, &c.

Pſal. 77

Prou. 31

Aliter Dominus, aliter mundus conſueuit parare cibum. Primo, quia meliora cibaria & pocula mundus ſuis primo propinat, iuxta illud dictum Architriclini: *Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint tunc id quod deterius eſt*: ita vt quod minus bonum eſt ſeruis remaneat in cibum & potum. Sed ſic Dominus hoc parat conuiuium, vt ſit idem cibus & morſellus: idem poculum miniſtrorum & eorum quibus miniſtrandum eſt. Nam (vt habetur:) *Omnes de vno pane, & de vno calice participamus.* Secundo, mundus parat ad cor eorum expenſas & ſumptus qui comedunt: ita quod quanto magis comedunt tanto plus ad pauperiem deueniunt, niſi cibi comeſti pretium, labore, aut quouis alio opere recompenſent. Sed Dominus ad proprios ſumptus hunc cibum parauit in cœna & altari Crucis, ita vt non oporteat niſi ſibi gratias agere, iuxta illud Pſalm. *Qui dat eſcam omni carni confitemini Deo*

B' Euchar. Quod Dominus cibũ corporis ſui longe aliter parat quã mundani cibos ſuos. Ioan. 2.

1 Cor. 10

Pſ. 135

ni Deo cœli. Nec depauperantur sui ministri si pluries & sæpe hunc cibum sumant, immo ex hoc ditiores fiunt, iuxta
Psal. 4 ta illud Psalm. *A fructu frumenti vini & olei sui, multiplicati sunt.* Tertio, apud mundanos serui postquam ministrauerunt, tunc primum & non antea sedent ad mensam & comedunt, sed in hoc conuiuio fit è conuerso: quia prius ministri comedunt, deinde alijs hunc cibum ministrant, iuxta Hymnum, cuius officium committi voluit solis presbyteris quibus sic congruit, vt sumant primo & postea dent cæteris.

Quarto, quia mundus vt communius solis diuitibus & multum paucis parat conuiuium, sed Dominus & diuitibus,
Psal 21 iuxta illud Psalm. *Manducauerunt & adorauerũt omnes pingues terræ.* Et pauperibus, iuxta illud Psal. *Edent pauperes & saturabuntur.* Et generaliter omni populo suo,
Psal. 77 secundum quod dicitur in Psal. *Numquid & panem poterit dare aut parare mensam populo suo?* Et statim post respondet: *Panem Angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.*

Quinto, indifferenter parant, quia reges & principes & mundani in conuiuijs suis parandis non suum sanguinem fundunt, sed magis alienum, vt patet in Herode & Pharaone, imo de sanguine pauperum, vt plurimum fiunt illa grandia conuiuia. Christus autem in hoc conuiuio nos suo proprio sanguine pascit, & suum sanguinem fundit, iuxta il-
Luc. 22 lud: *Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.*

Sexto, quia mundani vt suam ostendant magnificentiam semel, aut vicibus paucis præparant conuiuium. Nam (vt vult Aristot. 4. Ethico.) Semel aut paucum fit in vita quod magnifice fit & hoc apud mundanos. Magnificentia vero Christi in illa vltima cæna ita parauit: vt non solum pro semel, sed etiam pro omni die, & pro omni tempore parauerit, vt omnes accipiant.

Septimo, quia mundani vt plurimum non per seipsos cibos parant, ipse autem Dominus in propria hunc cibum parauit, iuxta illud quod canit ei Ecclesia. *Parasti cibum illorum.* Psal. 64

C Euchar. Quot amor Christi fuit vna ex causis institutionibus Sacramenti Eucharistiæ.

Circa materiam huius sermonis vna quæstio terminabitur. Cum nihil ortum sit sub sole cuius legitima causa non præcesserit: cur Dominus hoc Sacramentum instituit. Respondetur quod licet multæ possent assignari rationes, tamen pro nunc ex dictis diuersorum Doctorum, sex tantum recitabuntur. Prima causa institutionis huius Sacramenti fuit ad commemorationem amoris, & illius maxime quem ostendit nobis in cruce.

Multa enim beneficia contulerat Dominus filijs Israël liberando eos à seruitute Ægypti. In transitu maris in manna de cælo pluto, & in multis alijs. Sed paulo post (vt dicit Psalm.) *Oblíti sunt be-* Psal. 77
neficiorum eius, & mirabilium suorum quæ ostendit eis.

Ideo ne tam celeriter ab amore eius recederemus, hoc amoris memoriale perrenne in corporali ipsius recessu suis discipulis, & generaliter omnibus fidelibus dereliquit, dicens illud: *Hoc facite in meam commemorationem.* Fe- Luc. 22.
cit enim Dominus sicut facere solent nobiles aucupes, qui antequam dimittant aues prædales dant eis nobiliorem morsellum de præda, scilicet cor vt libentius ad prædam reuertantur. Quidam tamen videntur esse sicut miluus vel cæteræ aues immundæ: quæ numquam volant nisi ad aues, vel bestiolas immundas, quæ non sunt nutritæ de nobili sanguine.

Sic multi sunt qui numquam fuerunt hoc nobili Sacramento nutriti, sed magis per rapinas & vsuras pauperum sanguine, quem suis fraudibus quasi lanceolis à pauperibus abstrahunt. Nobiles vero qui sunt Christi fideles isto nobili Sacramento nutriri debent & anima & corde, licet enim cibi

ill

ille corporaliter & sacramẽtaliter ad stomachum tendat: & ibi quamdiu species integræ sunt permaneat: per recessum tamen corporalem corruptis speciebus effectus manere debet in corde, nobilius ei nutrimentum purius & delectabilius (vt dicunt naturales) mittitur ad cor. Nihil autem nobilius, nihil purius, nihil delectabilius eo nutrimento quod in se continet omnem delectationem, iuxta illud. *Panem de cælo præstitisti eis omne delectamentum in se habentem.* Ideo animam cuiuslibet fidelis hortatur ipse dicens illud: *Pone me vt signaculum super cor tuum.* Hostia enim parua paruulum est signum: sed magni amoris expressiuum cum super cor apponitur. Ex quatuor enim coniecturari solet amantis amor. Primum quidem ex communicatione familiari, propter quod dicit Aristot. 8. Ethicorum. Incommunicatio dissoluit amicitias, qua ex causa non solum voluit Christus communicare nobiscum spiritualiter, sed etiam corporaliter & sacramentaliter, non solum extra, sed & intra nos habitare. Quia quæ videmus & audimus, & adoramus à nobis distant, quæ verò tangimus extra nos sunt, quæ autem manducamus & bibimus, nobis intimantur. Christus propterea vt se nostris indelebiliter vniret cordibus hoc Sacramentum instituit per quod intra nos semper esset & se totum nobis irreuocabiliter donaret, & nos in se conuerteret, vt nostrum quilibet dicere posset illud Apostoli: *Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus.* Secundo, consideratur ex magnifica amici refectione. Cum amicus amico magnum parat conuiuium & ex charissimis speciebus & cibis confectum, tunc magni amoris indicium est. Nullum autem conuiuium hoc prætiosius esse potuit in quo corpus dominicum diuina maiestate repletum manducandum fidelibus proponitur. Ex tunc enim recepit nos ad suum conductum & ad suas expensas, vt sibi dicamus illud Psal. *Deduces me & enutries me.* Enutries quidem hoc cibo & eo mediante me deduces vsque ad salutis portum, nec solum ad expensas & conductum, sed etiam ex hoc nos recepit in sua domo tanquam sibi familiares & commensales, vt enim inquit Guiliel. Parisiens. libro de Sacramentis. Eius censetur familia à quo & pascitur & de cuius mensa viuit & ita participantes hoc Sacramentum Dei quodammodo commensales efficit. Inde est quod cum Dominus non posset cum filijs Israël qui erant eius populus peculiaris versa vice comedendo communicare, mittebat interdum ignem de cælo qui partem suam sacrificiorum quasi ipsius vice vorabat. Hæc Guiliel. Et quia nos cognoscebat Dominus multum esse amatores carnis: *Verbum caro factum est*, & tunc dedit nobis carnem in epulum. Tertio, consideratur amor ex bonorum temporalium pro amico ampla multum expositione, vt si quis amicus in necessitate constituatur & alter pro subleuanda huiusmodi necessitate omnia bona sua aut saltem eorum partem exponeret, tunc ille verus amicus comprobatur. Sic fecit Dominus qui non solum temporalem humanitatem quam ex tempore assumpsit: sed etiam ipsam diuinitatem in hoc ineffabili Sacramento nobis donauit, & ad modum pij patris qui ab hoc mundo decedens cogitat dimittere thesaurum filijs suis, quo per totam vitam suam ditentur, sic iste cum pio patre suo recedens ab hoc mundo suis fidelibus, vt in perpetuum ditentur, largitus est. *Qui pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo nobis omnia donauit.* Propter quod in signum amicitiæ. Ionathas exuit se tunica qua erat indutus, & cum voluit recedere à Dauid dedit illam sibi. Sic in signum amoris Christus humanitatẽ qua erat indutus exuit per mortem in passione sua, & recessurus ad patrem, illam nobis in hoc sacramento donauit. Et quia frequenter diligitur plus donum quam dans, ideo voluit idem esse donũ & dantem,

Bap. 16

Cant. 8

D Amor Christi.

Quod ex 4. per pidetur amor Christi in Sacramẽto

Gal. 6.

Psal. 30

Iean. 1.

Rom. 8.

ctem, vt amorem suũ arctius in cordibus nostris imprimeret. Inde scribitur Eph.
Ephes. 5 *Dilexit nos & tradidit semetipsum hostiam pro nobis*. Quartum signum est mors sponte
Ioan. 15 pro amico susceptа. *Maiorem dilectionem nemo habet*, &c. Omnium enim amoris signorum certissimum est mors pro amico susceptа. Nihil enim est humano cordi apertius ad amorem. Hinc quod vnusquisque dicit ad probationẽ amoris quo amori se credidit ab alio. Ideo me diligit ille, qui pro me si opus esset moreretur. Hæc autem maxime memorantur in hoc
1 Cor. 11 Sacramentó. *Quotiescumque manducabitis panem hunc & Calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis donec veniat*. Sed circa hoc
E Eucharistiæ quadrupliciter est memoriale passionis quæritur quomodo hoc Sacramentum dicitur esse memoriale passionis, cum tamen nullam aut paucam videatur habere cum Passione conuenientiam. Tum secundo, quia in offerenda Missa dicitur hoc Sacramentum non solum fuisse institutum in memoriam passionis, sed etiam Resurrectionis & Ascensionis. Non est igitur proprium passionis memoriale. Ad hoc respondetur. Primo, quod quadrupliciter hoc Sacramentum est signum memoriale passionis. Primo, quia hoc Sacramentum in speciebus Sacramentalibus in Missa frangitur, in quo datur intelligi fractio Christi in Cruce & aperturæ & foramina per quæ emisit sanguinẽ. Secundo quæritur ex hoc quod sanguis Christi separatim consecratur à corpore eius, quamuis vtrumq; sit integrum sub vtraque specie, signatur & repræsentatur quod sanguis Christi fuit in Cruce separatus à corpore & extra corpus effusus. Tertio, per hoc datur intelligi (vt dicit Altisiod.) quod Pascha nostrũ immolatus est Christus. Sicut enim agnus paschalis in memoriã liberationis Israel ex Ægypto interficiebatur & edebatur: sic cũ editur verus ille Agnus qui in Cruce occisus est, in memoriã reducitur passionis effectus: quo à seruitute diaboli & peccati erepti sumus. Quarto quęritur, quod teritus huius Sacramẽti species dentibus, ad ostendendum & memorandũ tribulationes quas in Cruce passus est & quibus attritus est & hoc (vt dicit Atisiod.) vt imitemur patientiam & humilitatem & alias eius virtutes quas ipse ostendit in Cruce. Proinde sic intelligitur illud verbum Apostoli: *Mihi absit gloriari nisi in* Gal. 6.
Cruce Domini, id est, in amore quem mihi exhibuit Dominus quando pro me crucifixus est, & in liberatione qua me liberauit, & imitatione virtutũ quas ostendit in Cruce. Dicitur secundo secundum Alexandrum de Hallis, in 4. Quod lex Domini principaliter ordinauerit hoc Sacramentum in memoriã fieri passionis, vt assequamur eius fructum, tamen quia ad hoc assequendum multum valet fides Resurrectionis & spes Ascensionis, ideo prædicta tria commemorat Ecclesia. Passio quippe accendit charitatem, resurrectio corroborat fidem, ascensio amplificat spem. Quid enim magis accẽdit charitatem quã quod proprio filio non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum? Quid magis confirmat fidẽ, quam quod *Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium? quàm quidem per hominem* 1 Cor. 15
mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Quid insuper magis amplificat spem, quàm quod *ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem*, vt vbi ille est, illic sit & minister eius. Hæc Hall. Secunda institutionis causa fuit (vt inquit Guillelmus Altisiod. in 4. parte.) ad meritum fidei, quia fides non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum. Meritũ enim fidei & laus est credere quod non vides: & maxime id quod est supra rationem naturalem vbi homo abnegat semetipsum potius credens primæ veritati quàm sibi vel alicui rationi. Visus enim ibi dicit esse panem & vinum: & Dominus carnem & sanguinem, qui ait: *Qui vult venire post me abneget semetipsum*, id est proprium intellectũ & propriam voluntatem. Ait enim: *Vos vocatis me magister* Ioan. 13
& Domine, & bene dicitis. Sum etenim. Quia & ipse est magister, magis debemus ei cre-

F Fides Eucharistiæ. Quod magnum meritum est fidei Sacramenti Eucharistiæ.
Luc. 9.

ei credere quã nobis,& quia ipſe eſt Dominus,debemus abnegare propriam voluntatem & illi tanquam Deo obedire,id eſt voluntatem noſtrã voluntati eius cõformare.Hęc Altiſiod. Vnde Aug. lib. de vtilitate credendi. Tanta eſt virtus fidei: quod nec parentes carnales colimus niſi per fidẽ. Credo enim quod iſte ſit Pater meus,non ſcio:quia non eram quãdo genuit me. Similiter nec patrem ſpiritualẽ cognoſcimus niſi per fidẽ. Vt ergo fides magnum habeat meritum, credimus ſub forma panis eſſe Chriſti corpus:quod tamen non videmus. Inde & quidam rex Francorum Philippus nomine cum ſibi diceretur quod ad Eccleſiam quandã accederet in qua inter manus ſacerdotis videbatur Chriſtus in propria forma: reſpondit ſe non venturũ,ne fidei meritum perderet.Exemplo illius Eremitę cui apparuit diabolus dicens: quod ipſe erat Chriſtus,cui quidẽ Eremita reſpondit ſe non eſſe dignũ videre Chriſtum in terris: & quod ſatis ſibi videre in cælis. Sic & nobis ſufficit fides in hac vita quod ibi ſit Chriſtus, vt in alia vita eũ videre poſſimus, vt ſicut huius Sacramenti inſtitutio reſurrectionẽ pręceſſit Dominicã: ſic huius fides clarã huius viſionem antecedat.

G Eucha. Quod Sacramentum Euchariſtię inſtitui debuerit ante paſſionem Chriſti probatur triplici ratione.

Circa hoc eſt dubium. Vtrum tẽpus paſſioni Chriſti proximũ ad hoc Sacramentum inſtituendum fuit aptum. Et videtur quod non, quia ſignum memoriale debet ſequi & non præcedere illud pro cuius inſtituitur memoria. Si igitur iſtud Sacramentum fuerit inſtitutũ in paſſionis memoriã, debuit inſtitui poſt paſſionem & non ante. Reſpondetur per duas propoſitiones. Prima eſt: Congruũ fuit hoc Sacramẽtum inſtitui modicum ante paſſionẽ. Probat de Argentina in quartõ, quia Chriſtus erat caput fidelium & nos membra eius: & ideo licet non eſſet neceſſarium hoc Sacramentũ eo tempore cũ corporali ſua præſentia caput illud ſuis membris iungebatur:tamen quando per paſſionem iſta corporalis præſentia tolli debebat, tunc illud Sacramentũ erat neceſſarium vel ſaltem congruũ, quatenus ſublata præſentia corporali capitis ipſorum fidelium,adhuc ipſi manerent vniti ſuo capiti præſentia Sacramentali. Secundo,hoc idem patet ab alijs. Nam eo tẽpore debuit hoc amoris Sacramentũ inſtitui, dum amoris maximũ ſignum apparuit, ſed hoc maxime demonſtratum eſt paſſione imminente,iuxta illud: *Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo in finem dilexit eos.* Tum quia non ſolum voluit tunc dare ſua & ſuos nobis, ſua quidem, id eſt, omnium creaturarum ſuarum obſequia, & ſuos,id eſt,Angelos in adiutorium noſtrum, ſed etiam ſeipſum dedit in filium per carnis aſſumptionem. *Filius datus eſt nobis* in ſocium per naturæ noſtræ cõformitatem. *Habitu inuentus vt homo*, in magiſtrum per prædicationem. *Vos vocatis me magiſter & Domine,& bene dicitis.* In ducem per exempli operationem. *Exemplum dedi vobis*, &c. In holocauſtum medullatum per paſſionem, in Patrem per gratiæ regenerationem. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*, &c. Tandem nec ſuffecit ſed etiam ſeipſum dedit in cibum ad ſpiritualem refectionem,ita vt hoc Sacramentũ eo tempore videatur inſtitutum,quo amor eius in terris ebulliebat. Tertio, quia ea quæ circa mortem alicuius diſcuntur, tenacius & firmius memoriæ imprimuntur. Inde eſt quod antiqui religioſi in primitiua Eccleſia ſanctos patres migraturos de proximo circumſtabãt,vt aliquid doctrinæ ſingularis,quã memoriæ cõmendarent,ab eis acciperent. Ideo vt firmius fidelium mentibus imprimeretur tantũ beneficium,conueniens fuit prope mortem eius illud inſtitui. Quando enim aliquis ab amicis ſuis recedit: libenter dat eis aliquid iocale vt ſint ſui memores. Sic & Chriſtus fecit,cum à diſcipulis ſuis receſſit. Vnde Hieronymus. Hanc memoriã nobis dedit,ſicut ſi quis proficiſcẽs peregre aliquod pignus ei quem diligit:relinquit,vt quotiens illud viderit:poſſit eius beneficiũ & amicitias memorari. Quem ſi ille

Ioan. 13

Eſaiæ 9

Phil. 2.

Ioan. vbi ſup.

Ibidem.

Ioan. 1.

si ille perfecte dilexerit: illud sine ingenti desiderio vel fletu videre non potest. Dicitur secundo secundum de Argentina, quod licet signum memoriale sequi debeat quantum ad signationem: potuit tamen præcedere quoad institutionem, vt reducat rem huiuscemodi ad memoriam. Propter quod ait Dominus discipulis suis. *Et nunc dixi vobis priusquam fiat vt cum factum fuerit reminiscamini: quia ego dixi vobis.* Ideo ante passionē institutum est. Vnde secundum Bonauent. in 4. Dominus ante passionem fuit cum discipulis vt socius: & ideo tunc reliquit signa amoris, sed post resurrectionem fuit vt Dominus & quasi extraneus: ideo reliquit tunc magis signa timoris: vt suarum cicatricum ostensionem. Dixit enim: *Hoc est quando dicebam vobis cum adhuc eram vobiscum.* Tertia institutionis causa fuit ad spei subleuationem, & hoc quadrupliciter. Nam subleuatur fidelis primo ad sperandum quod petit obtinere, quia vt inquit Altisiod. in 4. vult Dominus præsentialiter & corporaliter quotidie nobiscum esse, vt magis speremus obtinere petitiones nostras. Nam ipse est dator eorum quæ petimus & orat & petit pro nobis: & ipsemet est donum ex quo maxime habet in potestate sua se dare. Ideo cum habeamus talem oratorem, non dubium quin obtineamus quod petimus, nisi per nos steterit. Secundo, ad sperandum quod post hanc carnis corruptionem immortalitatem nobis donaturus est. Propter hoc etiam iudicamus ipsum mutasse panem vitæ transitoriæ in panem vitæ æternæ, quia vult vitam nostram mortalem in æternam transmutare, vt sicut homo per esum ligni venit in m[illegible]is necessitatem, sic per esum huius panis recuperet æternitatem. Sicut enim de primo ligno dictum est: *Quacumque hora comederitis de ligno scientiæ boni & mali, morte moriemini.* Sic de hoc dictum est: *Qui manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.* Propter quod & hic cibus in morte datur viatori, vt eum virtute sua immortalem efficiat. Tertio, ad subleuandum nos ad spē eterni conuiuij. Nam secundum Guilielmum Parisiens. libro de fide & legibus. Nihil magis aggregat homines & conuenire facit in vnum locum quam cibus & potus. Ergo ille cibus sit æterni conuiuij & sanctorum existentium in cælo: voluit nobis Dominus hanc mensam parare, vt Deum Patrem familias quo alimur cognoscentes: ad sanctorū communionē nos admittendos speraremus. Vnde Bernar. Quis profecto non illic cupiat vehemēter in altis montibus pasci in domo Domini: vbi est adeps panis ille qui de cælo descendit? Quomodo nos satiabit in patria, quos hic tam suauiter refecit peregrinos? Secundum Ioannem Gerson. Dederat Dominus olim animæ rationali multa pignora suæ dilectionis & arras pulchras suæ desponsationis, scilicet cælum & terram ad eius obsequium & solatium. Contempserunt has arras plurimi etiam philosophorum & eis omnia vilia erant, propter quod ad extremum seipsum in arram dedit: dum in hoc sacro conuiuio iuxta Ecclesiæ canticum, *Futuræ gloriæ nobis pignus datur.* Quarto, subleuatur homo ad spem ascendendi ad cælum. In cuius figura: *Ambulauit Heliæ in fortitudine cibi illius vsque ad montem Dei Oreb.* Hoc autem declarat quidam in quodam rationali diuinorum officiorum dicens. Ait quippe Dominus: *Nemo ascendit in cælum, nisi Filius hominis qui est in cælo.* Illi autem vni & soli qui de cælo descendit tanquam suo capiti cuncta corporis membra annectuntur, omnes qui in fide huius Sacramenti, in plenitudine huius charitatis sunt recepti, & sic vnum corpus, vna persona, vnus Christus, vnum caput cum suis membris in cælum ascendit, dixitque gratulabundus gloriosam Domino assignans Ecclesiam. *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea:* & ostendens se & illam in personæ conuenisse vnitatem subiungit. *Et erunt duo in carne vna. Magnū hoc Sacramētum est.*

Ioan. 14 H Eucha. Sacra. Quod quatuor modis subleuetur spes nostra ex Sacramento Eucharistiæ. Luc. vl.

Genes. 2.

Ioan. 6.

3 Reg. 19

Ioan. 3.

Genes. 2.

Ephes. 5.

Car[illegible]

Caro Christi quæ ante passionem erat solius verbi Dei, per passionē ita creuit & dilatata est, ita mūndum vniuersum impleuit, vt omnes electos qui fuerunt ab initio mundi vel futuri sunt vsque ad vltimum electum in fine sæculi, noua consperſione huius Sacramenti in vnam Ecclesiam faciat Deum & homines æternaliter copulari. Caro illa vnum erat granū frumenti antequam cadens in terram mortuum fuisset, nunc postquam mortuum est crescit in altari, fructificat in mentibus & corporibus nostris, & ascendente magno & diuite Domino messis terram fructiferam in qua creuit, secum trahit in horrea cæli. Circa hoc quæritur quare noctu institutū est hoc Sacramentum & post cænam, cum tamen aliter Ecclesia celebrari decreuerit. Dicitur primo quod noctu institutum est. Primo, quia ea quæ nocte discuntur tenacius imprimuntur, eo quod sensus minus quam in die vagantur, & magis recolligitur homo interior. Ideo vt tenacius infigeretur in cordibus discipulorum hoc Sacramentū, nocte institutū est. Propter quod & Apostoli: *Ita tenaciter illi Sacramentali communioni adhæserunt, vt quotidie perseuerarent in cōmunicatione fractionis panis.* Secundo, vt ostenderet hoc Sacramentum esse repræsentatiuum mortis eius, ideo nocte qua tradebatur ad mortem ipsum instituit. Tertio, vt hi qui sunt in nocte mortis ipsum pro solatio assumāt. Dicitur secūdo, quod institutū est post cœnam. Primo, ad ostendendum quod pro solis amicis præparatum erat. Quamuis enim ad prandiū nuptiale indifferenter admittantur omnes, ad cœnam tamen soli amici recipiuntur. Sic Sacramentum istud pro solis amicis Christi institutum est, quamuis interdum se ingerant inimici, sicut se Iudas ingesſit. Vnde & Matth. ait: *Facio apud te Pascha cum discipulis meis.* Secundo, vt ostēderet legalia terminari, sicut terminātur tenebrę luce apparente. Tertio, vt ostenderet quod mentis, non corporis cibus esset. Prus enim quod animale, deinde quod spirituale 1. Cor. 15. Et propter hoc ibi documentū ostendit Dominus, quod sacerdotes & Christiani non tantum de animali cibo accipiant, quin postmodum sint capaces cibi spiritualis, scilicet diuini eloquij: Post enim materialem cibum dedit eis Dominus spiritualem. Quarta institutionis causa (vt dicit Richard. de media villa in quadam expositione textus sententiarū) est vt haberet Ecclesia quod dignum Deo offerret. Nam Mich. scribitur: *Quid dignum offeram Domino? curuabo genu Deo excelso? Numquid ei offeram holocausta & vitulos anniculos? Numquid placari potest in milibus arietum, aut in multis milibus hircorum pinguium? Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo: fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?* Sed ad hæc respondet Dominus illud Psal. *Non accipiam de domo tua vitulos: neque de gregibus tuis hircos. Meæ sunt omnes ferè siluarum iumenta in montibus & boues.* Sed si offeramus ei hostiam illam immaculatam dicet Pater. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Quæritur vlterius: Vtrum istud Sacramentum in lege veteri ante Christi aduentū debuerit institui. Et videtur quod sic, quia medicina confortatiua dari debet debilibus vt sustententur & confortentur, sed istud Sacramentum est medicina confortatiua, & ante Christi aduentum fuerunt homines debiliores quam post, igitur. Item omnis viator indiget viatico cibo: ante Christi aduentum omnes erant viatores non minus quā post, & istud Sacramentum est viaticum, igitur. Item non videtur quare tot millibus annorum sustinuit Deus imperfectionem tantam in suo cultu, quare igitur non prius gloriæ suæ & saluti nostræ consuluit. Ad hoc respondetur. Primo, quod non debuit in veteri lege institui Sacramentum hoc, sed in noua lege tantū propter multa. Primo, quia aliter debent nutriri pauperes, aliter diuites. Diuites quidem delicatæ, pauperes cibis grossis. Et quia Iudæi ante Christi aduentum erant pauperes, pauperes scilicet sensu & intelligentia:

I Euchar. Quod propter eā institutū est Sacramentū Eucharistiæ nocte.

Act. 20

K Euchar. Tres causæ institutionis Eucharistiæ post cœnam.

Mat. 26

Michæ 6

Psal. 49

Luc. 3.

L Quatuor causæ propter quas institutum est fallum Eucharistia in lege noua & nō vinum.

Digitized by Google

ligentia eo quod ſenſum & intelligentiam ſcripturę capere non valebant, pauperes etiam beneficijs Dei in comparatione ad nos. Vnde Apoſtolus. *Factus eſt pauper cum eſſet dives, vt illius inopia diuites eſſemus*. Ideo Iudæis dedit Dominus cibum ſatis aſperum: ſcilicet verbum Dei, de quo Deuteronomij: *Non in ſole pane viuit homo*, &c. Nos autem beneficijs Dei multo plus diuites expediebat nutriri illo pane delicato, de quo Geneſis, *Pinguis eſt panis Aſer & præbebit delicias regibus*. Secunda ratio, quia aliter debent viuere ſerui: aliter Domini. Et quia populus Iſrael Domino timore ſeruiebat: iuxta illud Pſal. *Seruite Domino in timore*, nos autem in amore tamquã filij. Ideo ſecũdum Alexan. de Hall. in lege ſcripta debebant eſſe Sacramenta timoris: puta animalium ſacrificia. Si enim ita puniebantur animalia pro peccato hominis vt occiderentur: maxime fuit homini de pena ſibi inferenda timendum. Nunc autem lex eſt amoris in qua ex conſideratione tanti beneficij poteſt homo ſperare de premio quaſi infinito: ideo tunc conueniens fuit ipſum præſtare beneficium. Et ſi dicatur, quod populus Iſrael erat primogenitus Domini. Ait enim, Filius meus primogenitus Iſrael, & ita iuxta legem primogenituræ ſibi conueniebat illa portio duplex corporis & ſanguinis Chriſti. Dicitur primo quod ſcriptum erat quod maior ſeruiet minori, ſcilicet populus Iudaicus qui fuerat maior natu non numero ſeruiret populo Chriſtiano. Dicitur ſecundo quod ex forefacto ſuo maximo in Deum & Chriſtum ſuum, amiſerunt illam duplicem portionem. Tertia ratio, quia aliter nutriendi ſunt paruuli: aliter grandeui: ſed cum fuerunt ante Chriſti Aduentum: fuerunt vt communiter paruuli: & ſuum. a.b.c. diſcẽtes, Primo elementa & figuras beneficiorum Dei, virgis tamen Domini indigẽtes nec capaces myſterij tanti. Nam (vt habetur Hebræorum ſeptimo. *Nihil ad perfectum adduxit lex*. Vnde Guillelmus Pariſienſis libro de Sacramentis. Si rudimenta & quaſi alphabetũ perfectionis diuini cultus vix pauciſſimi in mundo ſcilicet ſola gens Hebræorum innumeris inducta miraculis: tot & tantis flagellis compulſa: quodã modo recipere potuit: quãto fortius totus mundus ad hoc fuit ineptus. Sed ſuſtinuit Deus hanc imperfectionem in ſuo cultu: *Donec veniret plenitudo temporis*. Quemadmodum ſuſtinet pueritiam in pueris: & paruitatem in ſeminibus & animalibus: donec per incrementa ad magnitudinẽ ſuę perfectionis perueniat. Quarta ratio, quia Sacramẽtum plenitudinis gratiæ nõ debuit inſtitui quouſque gratiæ tempus aduenire: ſed Euchariſtia eſt Sacramentum plenitudinis gratię. Dicitur enim Euchariſtia quaſi bona gratia. Tempus autem gratiæ eſt poſt Chriſti aduentum: ergo tunc debuit & non ante inſtitui. Et huic alludit figura Heſter. 1. Nam Aſſuerus tertio anno imperij ſui: ſcilicet poſt tempus legis naturæ & legis ſcriptę, tempore legis gratię in horto Eccleſiæ *Fecit parari grande conuiuium*, ſcilicet corpus Chriſti: à quo conuiuio longe iejunauerat mundus ante incarnationem. Propter quod compatiens Dominus dicit. *Miſereor ſuper turbam, quia ecce triduo*: ſcilicet ante legem ſub lege, & poſt legem *Me ſuſtinuerunt nec habent quod manducent*, Inde & dicebat Dominus miſericors. *Scitis quia poſt biduum paſcha fiet*, poſt biduum ſcilicet naturę & legis ſcriptę: ideo tempore tali congrue inſtituit hoc Sacramentum. Dicitur ſecundo quod debilibus prius dari debet medicina preparatiua quam fortis: alias ipſi periclitarentur. Ideo in veteri lege pręceſſerunt multæ figurę huius Sacramenti tanquã præparatiua medicina à remotis diſponens homines ad ſuſceptionem huius Sacramenti. Deinde ſucceſsit prędicatio Chriſti tanquam præparatio proxima ad recipiendum fortem medicinam: & tamen iſti is non obſtantibus quidam fortitudinem huius medicinę non poterant ſuſtinere. Nam dicente Chriſto *Niſi manducaueritis*

2. Cor. 8.
Deut. 8.
Gen 49.
Pſal. 2.
Exod. 4
Gen. 25.
Hebr. 7
Serm. de Euchar.
Heſt. 1.
Matt. 8
Mat. 26
Ioan. 6.

ueritis carnem filij hominis : dicebant quidam, durus est hic sermo, & quis poterit eum audire, & abierunt retro quasi abhorrentes fortitudinem illius medicinę. Dicitur tertio quod viaticum duplex inuenitur. Vnum sustētans transeuntes per viam, & istud numquam fidelibus defecit: quia semper habuerunt sacram scripturam vel aliquam reuelationem, vel diuinam consolationē. Aliud viaticum est perducens vsque ad patriam, & illud est Eucharistia, & tale viaticum dari non debuit nisi eo tempore quo patri nostro placuit nos ad celestē gloriam peruenire. Quinta institutionis causa fuit in remedium morbi peccati.

Eccl. 43 Vnde Eccles. *Medicina omnium in festinatione nebulæ*, id est, in descensu festino & celeri illius qui sub illa parua hostia quasi sub parua nube tegitur. Medicus enim tenerrime diligens infirmum quando videt necessitatem sui recessus ab infirmo: non obliuiscitur infirmi, sed parat ei medicina u bonam dicens ei medicinæ conditionem & virtutem, & quomodo debet sumi pro salute recuperāda. Christus autem tenerrime & fideliter dilexit pauperes peccatores: Nunquā egenum medicus, nunquam filiū mater tantum dilexit, quantū dilexit nos & *Lauit nos in sanguine suo*. Sciēs itaq; quod oportebat eum à nobis recedere: & quod in crastinum debebat esse amara separatio: non oblitus est nostri, sed more boni medici præparauit nobis medicinā adeo præciosam & virtuosam, quæ si sumatur modo debito, potens est omnem spiritualem sanitatem efficere; cuius medicinę conditionem exprimit cum dicit *Ego sum panis viuus qui de celo descendi*. Virtutem autem exprimit cū dicit. *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum* Modum sumendi exprimit Apostolus *Probet autem seipsum homo*, &c. Sic misertus Dominus languentium in infirmaria militātis Ecclesiæ: de pane cęli fecit offam pinguem (vulgo) *une tostée*, quę fuit intincta in sanguine suo quasi in vino vt mederetur nobis. Inde est quod vna pars hostiæ in calicem dimittitur.

Ad Eucha. Quod Eucharistia data est quasi medicina contra morbum peccati.

Apoc. 1.

Ioan. 6

1. Cor. 11.

Sed videtur quod necessarium non fuerit hanc medicinam præparare. Sicut enim medicis doctis satis est habere libros vbi inueniant remedia pro occurrentibus morbis: videtur quod similiter sufficiebat sancta scriptura ad medendum morbis peccatorum & ad memoriam beneficiorum Dei. Respondet quidam in libro quodam intitulato, de officio missæ, quod adhuc non sufficiebat sacra scriptura. Tum primo quia ex magna parte genus humanum obliuiosum est & indocile, vt patet in iuuenibus & antiquis & rudi plebe. Tum secundo, quia scriptura cōtinet magnas difficultates quas attingunt pauci, propter quod cibus scripturę paucorum est, non omnium. Tum tertio: quia meditatio scripturę solius animę est pabulum: diuina vero pietas & corpus & animam sibi coniūgere cupiebat, & vtrūque infirmum medicamento (quod ipse nouerat) sanare properabat. Ideo magna arte diuina sapientia hæc pigmenta sua voluit componere, quibus quotidie ad memoriam populi grosso modo reduceretur, vt inde morbus eius lethargicus sanaretur, & plebs adhuc infantula, imo edentula, quæ nescit cibū scripturæ masticare & digerere & solidum illius cibum glutire, sub hoc electuario dulcissimo verbi, diuinitatem vna cum humanitate eiusdem sub panis & vini Sacramento, quasi sub sorbitiuncula assuefaceret accipere: Hæc quidam in quodam libro de officio missæ, Sexta institutionis causa secundum Richar. in quadam expositione textus: vt idem esset cibus hominum & Angelorum, & hoc propter multa. Primo: ad tollendam discordiam inter homines & Angelos: Diuersitas enim ciborum distordiam parit in eadem familia. Ideo *Panem Angelorum manducauit homo.* Secūdo in signum desponsationis matris Ecclesiæ. Nam consuetudo est, quod quādo diues aliquis habet magnam familiā, & accipit sibi aliquam vxorem viduam, quæ similiter multam habet familiam, quæ familiæ prius erant ad diuersos panes,

N. Eucha. Sacra scriptura. Quare non sufficiebat sine Eucharistia contra morbum peccati.

O Eucha. Propter quatuor dē cibus est hominum & Angelorum in Eucharistia.

Psal. 77.

Digitized by Google

nes, matrimonio sunt ad vnum panem & cibum: Sic accidit quod filius Dei qui multam habebat familiam, scilicet Angelos paradisi, accepit in vxorem naturam humanam, vel Ecclesiam in humana natura sua tamquam pauperem & viduam, quæ multam habebat familiam, scilicet populum fidelem. Ideo conueniens fuit vt homines & Angeli qui erant ad diuersos panes (modo sint ad vnum panem, qui Christus est) in quo cibo duo sunt fercula saporosa, natura scilicet diuina & humana. Tertio propter misericordiam eius: Nam homo peccando & à statu rationis & hominis cadendo, in tantum, Psal. 48. *Comparatus est iumentis insipientibus*, quod omnem escam rationalis creaturæ, Angelorum videlicet atque hominum, *Abominata est anima eius & appropinquauit vsque ad portas mortis*. Ideo spiritualiter infirmati sunt homines, nec fuit qui adiuuaret, donec Deus ex misericordia sua ad lamentabilem clamorem Prophetarum, & Patriarcharum, & bonorum virorum qui tunc erant, quadam compassione excitatus, ne miserum iumentum suum finaliter fame periret, & vt congruentius iumentum istud pasceret, ad stabulum seu locum iumentorum venit, & inter iumenta natus ponitur, factus fœnum & pabulum rationalium iumentorum in terris, quando verbum caro factum est, & omnis caro fœnum, qui tamen in cælis erat panis Angelorum. Quarto, quia (vt dicit Philosophus secundo de generatione.) Ex eisdem sumus & nutrimur: Ideo vt transferrentur homines in Angelos, & humana vita in Angelicam per mutationem: quia educatio facit mores, vt ait Seneca, voluit Dominus nos Angelorum pane nutriri.

SERM. III. DE QVALITATE conditionibus Eucharistiæ. Per Thema.

Ioan. 6. 1. Cor. 15. CAro mea vere est cibus. Secundum Apostolum. *Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum.* Non enim caro hominis Dei similis est conditionis cum illa quam comedimus ex pecoribus & volucribus. Nam ea quæ est volucrum & quadrupedum sæpe fastidit appetitum, iuxta illud Num. *Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo*. Caro autem Christi quam in Sacramento manducamus, à sanctis & sanis appetitibus quanto magis editur, tanto plus desideratur, iuxta illud Eccles. *Qui edunt me adhuc esurient*. Inter quos Iob, vnus pro omnibus iustis desiderabat hunc cibum dicens: *Quis det de carnibus eius vt saturemur*. Secundo, caro pecorum & generaliter omnium aliorum hominum caro tendit ad putredinem & corruptionē, propter quod non est semper sana eius comestio, iuxta illud Iob: *Induta est caro mea putredine*. Et Gen. *Omnis quippe caro corruperat viam suam*. Sed carnem Christi secure comedamus: Tum primo, quia Petri testimonio. *Neque caro eius vidit corruptionem*. Tum, quia sanissimus est cibus, secundum quod dicit: *Caro mea vere est cibus*. Tertio, quia comestio illius carnis sæpe commouet iram Dei propter adiunctam vehementem concupiscentiā. Vnde Nu. *Flagrauit populus desiderio carnū, neq; sunt fraudati à desiderio suo, sed dedit eis Dominus carnes ad vescēdum, & statim iratus est furore magno*. Psal. *Et pluit super eos sicut puluerē carnes, & sicut arenā maris volatilia pēnata*. Et sequitur: *Adhuc escæ eorū erant in ore ipsorū, & ira Dei ascendet super eos*. Hinc ad Hebr. *Propter vnā escā perdidit Esau primogenita sua*. Sed ex huius beatissimę carnis comestionis nulla sequūtur incōmoda, quoniā potius sani eā comedentes amorē Dei & vitā consequūtur æternā. De amore Dei patet per illud Ioannis: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo similiter*. De secundo patet ibidē: *Qui manducat meā carnē & bibit meū sanguinē, habet vitā æternā*. Propter quod Mariā hunc cibū sæpe sollicite creditur comedisse, & non solum comedisse, sed sæpius sub tabernaculo in quo hostia sacra reponebatur, requieuisse, vt

A Eusebio. Quod caro Christi excellentior cæteris carnibus in sumendo.

Num. 11. Eccl. 24. Iob 31. Iob 7. Gen. 6. Act. 2. Ioan. 6. Num 11. Psal. 77. Hebr. 12. Ioan 6.

dicunt quidam deuoti doctores super il-
Cant. 2 lud Cant. *Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo*. Illius ergo fructus suauitatem ab illa quæramus scilicet gratiam & deuotionem dicentes. Aue Maria gratia plena, &c.

B Euchar. Propter quatuor cura Christi appellatur cibus

Caro Christi non inconuenienter cibus appellatur propter quatuor. Primo, quia sicut ex cibo sumpto reparatur vigor deperditus: (Calor enim naturalis cõsumit humidum radicale, & tandam per cibum restauratur) Sic calor concupiscẽtiæ habitualis in actum exiens vitijs & tentationibus & mundi occupationibus consumit humidum gratiæ, in quo consistit vita animæ. Sed per istum cibum restauratur vigor & feruor gratię & peccata relaxãtur. Propter quod lugebat Psal. Ariditatem cordis sui & deperditionem huius humoris, quia non manducauerat
Psal. 31. hunc cibum dicens: *Aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.* Secundo, quia sicut homo cum est in statu augmẽti per cibum augetur, propter quod pueri indigent frequenti cibo: sic hic cibus non spiritualiter auget. Et quia semper sumus in via huius sæculi in aptitudine augmenti spiritualis, ideo tanquam famelici debemus frequenter hunc cibum sumere, vt augeamur in virtutibus. Et nõ solum vnumquemque fidelium auget, sed etiam totum corpus Ecclesiæ, dum mali ad Deum reuertendo hunc cibum
Psal. 73 assumentes: Iuxta illud Psalm: *Dedisti eum escam populis Ethiopum*, vnum corpus efficiuntur cum electis, & sic crescit corpus Ecclesiæ. Tertio, quia sicut per cibũ fortificatur homo contra labores &, impinguatur & in gustu delectatur: sic ex hoc cibo Sacramentali spiritualiter contingit. Nam (vt ait beatus Thomas in officio de corpore Christi.) O admirandum conuiuium salutiferum, & omni suauitate repletum, in quo Christus nobis proponitur sumendus verus Deus. Nullum eo salubrius, quo peccata purgantur, virtutes augentur & omnium charismatum gratia mens impinguatur.

Quarto, quia quamuis dicatur vulgo, *d'vng pain mengier se ennuyõ*, id est, frequens comestio vnius panis generat fastidium, tamen semper panis comeditur, nec vmquam apud incolumes fastiditur sicut alij cibi. Dicunt enim medici, quod cibus ille conuenientissimus est humanæ naturæ. Sic iste panis numquam fastidit comedentem, sed magis appetitum excitat & deuotionem, iuxta iam allegatum: *Qui edunt me adhuc esurient.* Qui ta- Eccl. 24
men cibus corporeus & corporaliter sumptus impuriorem reddit calorẽ naturalem corporis, vt dicit Aristo. 1. de generatione, quare non est cibus ita verus, & ita conueniens, iste vero cibus sumptus auget animæ calorem & virtutem, quia auget gratiam. Ideo cibus ille corporeus non est vere cibus, & veracit r Dominus dixit: *Caro mea verè est cibus.* Hic Ioan 6
primo dicendum est de excellentia cibi huius super alios cibos. Secundo, de excellentia huius Sacramenti super alia Sacramenta. Quantum ad primum, sciendũ quod inter cibum istum & cibũ corporis, quamuis sit multiplex differentia, sex tamen pro nunc explicabuntur. Prima differentia, quia cibus corporis sic nutrit corpus, quod tamen est vita corporis, licet sustentet eam, sed cibus iste sustentat animam, & est vita animę, licet enim corpus viuat per inhæsionẽ animæ ipsi corpori, è conuerso tamen est ibi, quia anima non viuit nisi per inhæsionẽ ipsi Deo *C Euchar. Cibus ex diffe rentia cibi Sacramen tales ab alijs cibis.* per gratiam, ita vt secundum Guilielm. libro de Sacramentis. Licet cæteri cibi possint ad modicum subtrahi salua vita quem sustentant & reparant, hic tamen cibus nec ad modicum subtrahi potest. Eius enim subtractio extinctio est vitæ, & propter hoc vera animarum vita dicitur, sicut ipse animæ dicuntur vera & naturalis vita suorum corporum. Ideo sicut separatio animæ à corpore ad modicum est mors corporis, sic separatio Dei à mente humana quantumlibet modica est mors animæ. Nec est mirandum (vt dicit Guilielm.) eum esse vitam animæ,

cum

D Eucha. Quod cibus Sacramentalis est vita animæ

cum Daniel. *Vocet cum Daniel vitam sæculi.* Nam vbi habemus. *Iurauit per viuentem in æternum:* Hebræus habet. *Iurauit per vitam sæculi.* Et propterea, *sol intelligentiæ.* Sap. 5. *& sol iustitiæ.* Malach. 4. nominatus est. Sicut enim subtracto toto sole radiositas eius simul subtrahitur: sic & Deo sublato à mente humana radiositas donorum & gratiarum, sine quibus Deo nemo placuit vnquam, subtrahitur. Vnde & poëta Aratus illud testatur dicens: In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Præterea, quis est qui non audiat pauperé & egenum, cum ab eo tollitur hæreditas aut substantia sua conquerentem, quia tulerunt à me vitam meam? Quisergo peccator pauper & inops non dicat vitam ab eo tolli, cum ab eo hæreditas illa tollitur & separatur? de qua Ecclesia. *Hæreditas mea super mel & fauum.* Sed quid querimus de hoc plurima testimonia? cum ipse qui est veritas: dicat *Qui manducat me viuit propter me:* Et iterum: *Qui manducat ex hoc pane viuet in æternum.* Et iterum: *Iste panis qui de cælo descendit & dat vitam mundo.* Et iterum: *Ego sum panis vitæ.* Sine igitur incorporatione huius panis non est vita nec gratiæ nec gloriæ. Secundo differunt, quia cibus corporalis cõuertitur in substantiam viuentis, sed iste cibus non conuertitur in substantiam animę fidelis, sed ẽ conuerso eam conuertit in se & eam sibi vnit per amorem, propter quod Sacramentũ vnionis appellatum est, sicut fratres videmus quod cibus fit vnũ cum cibato per cõuersionem vnius in alterum, sed longe differenter: Quod enim nobilius trahit ad se ignobilius, & fortius minus forte, & homo nobilior est cibo naturali quem sumit, ideo illum ad se trahit & in se conuertit.

Deut. 32 Dan. 12 Sap 5. Malac. 4

Psalm. 24

Ioan. 6.

E Eucha. Quod cibus Sacramentalis conuertit in se sumẽtem, & de duplici conuersione Christi.

Sed cibus iste sacramentalis, quia melior est sumente: ideo cibus iste conuertit in se cibatum. Propter quod à Domino dictum est beato Augustino (vt ipse testatur in libro confessionum) Crede & manducabis me: Nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tuę, sed tu mutaberis in me. Et propter hoc etiam appellatur hoc Sacramentum Communio: quia sicut cibus sumptus vnitur membris & etiam inuicem vnit singula membra ad quę defertur; sic per hoc Sacramentum non solũ capiti Christo vnimur; sed etiam omnibus eius membris, vt simus omnes vnũ corpus in Christo. Et ad istud propositum dicitur. *Terra quam lustrauimus* scilicet promissionis, que re vera *fluit lacte* humanitatis *& melle* diuinitatis: *Deuorat habitatores suos:* id est sibi incorporat per amorem eos, qui comedendo hoc sacramentum manent in Christo. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem: in me manet & ego in eo,* vt eorum quilibet dicere possit: *Dilectus meus mihi & ego illi & ad me conuersio eius.* Est enim duplex eius cõuersio. Vna & prima qua se conuertit in me in incarnatione, cum Deus factus est homo pro me saluando. Secunda vero, quæ me conuertit in se, quod fit in Dominici corporis susceptione: Eius autem cõuersio ad me vtrumque per suam gratiam misericorditer operata est. Dicam ergo veniens ad te Domine Iesu: Accedo ad te Domine, vt me qui membrum sum meretricis, facias membrum tuum & non viuam iam ego, viuas vero in me Christe, dicamque modo cum gratiarum actione: Impleuit me spiritus tuus: quia defecit Spiritus meus. Sicut enim corporalis cibus nõ potest accipere vitã comedentis nisi prius vita propria careat: (Caro enim pulli prius propria vita priuatur quam in vitã hominis comedẽtis trãsferatur.) Sic oportet nos veteri vita nostra, id est propria sensualitatis voluntate priuari, si voluerimus per hoc sacramẽtum corporis Christi viuificari, vt viuat in nobis ipse Christus, & nos in se conuertat. Et ita si iste cibus nos conuertit in se, signum est quod animã ipsam moueri facit, non secundum sensualitatis appetitum, sed secũdum Christi voluntatem & imperium. Caro enim porci quandiu est in porco mouetur motu ambulationis ad porci motum: comesta vero ab aquila

Num. 13

Ioan. 6.

Cant. 2

& in ipſam conuerſi, motu volationis ad ſuperiora eleuatur. Sic mens prius porcino more ad hæc inferiora decliuis, virtute huius Sacramenti in Chriſtum conuerſa myſtice, ad voluntatem & imperium Chriſti incipit moueri. Tertio differunt, quia cæteri & cibi non niſi ad tempus hominem nutriunt, etiam quantumcumq; vtatur hono medicorum regimine: hæc vero, iniuſte viuentibus animam ſic nutrit, quod eã perpetuat. Quod oſtenditur, quia ſi lignum vitæ in medio Paradiſi poſitum hac virtute preditum eſt, vt vitam corporalem perpetuaret, quanto magis attribuendum eſt corpori & ſanguini Chriſti, ſi debitè ſumantur, animarum vitã perpetuare. Inde Ioan. 6. *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Ideo de conſecrat. diſt. 2. Re vera, ſic dicit Ambroſius: Re vera mirabile eſt quod manna plueret Deus patribus, quod quotidiano cæli paſcerentur alimento, ſed tamen qui illum panem manducauerunt in deſerto mortui ſunt: Iſta autẽ eſca quã accipitis ille *Panis eſt qui de cælo deſcendit: Quicumque hunc panem manducauerit non morietur in æternum.* Quia caro Chriſti eſt. Et non ſolum hic cibus hominem in ſe perpetuat; ſed etiam totam Eccleſiã vſque ad finem mundi continuabit: ita quod quãdiu durabit hoc Sacramentum, permanebit Eccleſia in ſuo robore & non vltra, hoc patet: Primo per Apoſtolum. 1. Cor. 11. *Quotieſcunque* (inquit) *manducabitis panem hunc & calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis donec veniat*, ſcilicet ad iudicium. Secundo, hoc idem patet ratione. Primo, quia deficiente alimento, neceſſe Ioan. 6. eſt vitam deficere, ſed *iſte eſt panis qui dat vitam mundo*. Ergo eo deficiente deficiet Iſa. 5. mundus. Secundo, hoc idem patet: *Secundũ dies ligni erũt dies populi mei*, ſed quod continetur in hoc Sacramento eſt lignum vitæ in medio Paradiſi ſitũ, (propter quod communiter in medio Eccleſiæ in loco eminentiori collocatur,) quẽadmodum lignum vitæ in medio Paradiſi. Ergo tamdiu durabit populus Domini quamdiu hoc Sacramentum in Eccleſia permanebit. Tertio, hoc idem in figura oſtenditur. Nam circa caſtra filiorum Iſraël deſcendit manna tantum in deſerto, ita quod eis defecit, cum terram promiſſionis ingreſſi ſunt. Sic hoc Sacramentum frequentabitur, quamdiu contigerit homines per præſentis miſeriæ deſertum euagari, nec deficiet, vſquequo ad terram promiſſionis Paradiſi perueniamus, quandoquidem tunc non amplius auferetur: ſed videbimus eum ſicuti eſt, glorioſum Deum, in cuius etiam figura ſex diebus colligebatur manna, & non in Sabbato, quia omnibus diebus peregrinationis huius ſæculi colligetur, & frequentabitur quouſque deueniamus ad ſabbatum alterius vitæ. Et ſicut manna nocte tantum & non in die deſcendebat, inuiſibiliter de cælo, ſic cibus iſte inuiſibiliter deſcendit in hoc Sacramento in nocte huius ſæculi vſque ad diem alterius. Et inde dicitur viaticum, quia ſuſtentat in via quouſque deueniamus ad terminum diſtin. lib. Penitentes. 26. qu. 6. Is qui. Quarto differunt, quia corporalis cibus falſo eſt cibus. Cur enim Dominus ſuam carnem verè cibum eſſe affirmaſſet, niſi & ille alius cibus corporalis falſo cibus putaretur? Non enim cibus ille ad verum hominem pertinet, vt inquit Guilielm. Pariſienſis: quia illo cibo numquam verus homo interior vere cibatur, ſed ſolus eius equus vel aſinus. Iſte vero cibus eſt veri hominis interioris nutritiuus & corroboratiuus, iuxta illud Pſal. *Panis cor hominis confirmet.* Pſ. 103. Et ideo mirabile eſt quod homines tam ſollicite curant de cibo ſui equi vel aſini, & de proprio non curant, ſimiles illi qui magis ſolicitus erat paſcere carcerarium, ſuum quam ſeipſum captiuum. Caro autem carceraria eſt, ſpiritus vero captiuus. Si quis igitur conſideret naturam illius cibi corporalis, erubeſcet ſtatim ſpiritus eius ſeſſor illius equi ad præſepe equi ſui vel aſini comedere, cum menſa corporalis vt præſepe habenda ſit. Reijciat ergo cibum

P Euchar. Quod cibus Sacramentalis animã perpetuã & Eccleſiã cõtinuat hoc ſic quod eo ceſſante ceſſabit Eccleſia.

G Euchar. Quod cibus Sacramentalis eſt verus cibus hominis, alius autẽ eſt cibus equi vel aſini.

Et Tuchar Non emitur cibus Sacramentalis licet pretiosissimus, sed datur.

cibum corporalem vltra necessitatem tanquam fœnum æqui sui vel auenam, & erubescat comedere cum equo suo, & quærat hunc cibum spiritualem ad quem pertingere non potest equus suus vel asinus. Quinto differunt, quia cibus corporalis si multum iudicetur pretiosus, multo pretio comparatur, hic autem cibus quamuis pretiosissimus, non tamen emitur, sed à Deo Patre misericordiarum in eleemosynam semper nobis donatur. In vltima enim cœna filius eius mãdante ipso Patre hunc cibum legauit nobis per testamentum suum, ita vt nullus vmquam nec ante eum, nec post, tantam eleemosynam nobis pauperibus largitus sit, more diuitum, qui post cœnam pauperibus eleemosynam erogare solent, iuxta quod ait Apoc. 2. *Vincenti dabo manna absconditum*, dicit dabo, non vendam. Et iterum: *Panis quem ego dabo caro mea est.* Res certe mirabilis, cum in eleemosyna huius Sacramenti manducat Dominum pauper seruus & humilis, cum timore tamen, amore & deuotione. Vbi tamen in corporali mensa subditos suos Domini contraria agentes deuorant & comedunt cum rigore & tyrannide. De quibus conquæritur Dominus. *Qui deuorant* (inquit) *plebem meam sicut escam panis.* Quæ indifferenter ab omnibus comeditur.

Apoc. 2. Ioan. 50 Psal. 13.

Sic populus, est omnium communis esca sicut panis, qui ab omnibus indifferenter voratur & vexatur. Sexto differunt, quia cæteri cibi crescunt in terra & de terra ascendunt, iste vero cibus de cælo descendit. Sicut enim manna albi & candidi coloris, quemadmodum erat semen coriandri, vt dicitur Num. 11. *De cælo descendebat*, iuxta illud Exod. *Ecce ego pluam vobis panes de cælo.* Sic Christus: *Speciosus forma præ filijs hominum*, dicit de seipso. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi.* Qui quidem habet de cælo quadruplicem descensum: Vnum mirabilem in virginis vterum, in quo descendit sicut auis ad prædam, & sicut amicus ad carcerem, vt exinde extrahat captiuum. *Vidi afflictionem populi mei.* Et sequitur: *Descendi vt liberarem eum.* Secundo, descendit in Sacramentum ad viuificandum mundũ, de quo Ioan. *Hic est panis qui de cælo descendit & dat vitam mundo.* Et Ps. *Sicut ros hermon qui descendit in montem Sion*, id est, ros qui descenderat in monte modico hermon, id est, virginis Mariæ quæ fuit reuera mons modicus per humilitatem, secundum illud Psalmistæ. *De terra iordanis & hermonij à monte modico.* Post modũ descendit in montem Sion, id est, ita se humilauit, vt sub angustia formæ panis in illo monte Sion se dederit comedendum. Tertio, descendit quotidie in mẽtes hominum iustorum, vt eas illuminet, sicut radius solis in aërem. *Omne datum optimũ & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum.* Descendit enim sicut ignis in rubo, qui ardebat & non comburebatur, in quo rubo est viror foliorum, odor florum, & spinarum aculeitas: quia in conscientia iustorum est viror virtutum, odor sanctorum desideriorum, & tamen ibi admiscetur aculeitas tentationum. In hac enim descendit Dominus vt inflammet deuotionis affectum. Nouissime vero descendet ad iudicium sicut ictus fulguris subitaneus. *Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo.* Et Gen. 8. *Descendam & videbo si clamorem in opere compleuerint*, Et iste descensus figuratus est in pane ordei *Subcinericio qui descendit in castra Madiam & ea subuertit.*

Exod. 3. Ioan. 6. Ps. 132. Psal. 41. Iac. 1. 1 Thes. 4 Gen. 18. Iud. 7.

1 Descensus Christi. De quadruplici descensu Christi.

K

Secundo, dicendum est de excellentia huius Sacramenti super alia Sacramenta. Excellit enim hoc sacramentum tam veteris quam nouæ legis Sacramenta. Primo quidem veteris legis: Et primo ratione institutionis: quia maioris auctoritatis est ordinatio quam facit papa per se in concilio, vel rex, quam ea quam facit per legatum. Deus autẽ Sacramenta veteris legis instituit per seruos suos prophetas vel per Angelos mediatores: istud vero sacrificium per se instituit, quia:

Euchar. Quomodo Sacramentum Eucharistiæ excellit Sacramenta veteris legis.

Ioan. 1. *Lex per Moysem data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Ista autem gratia est Eucharistia, quæ in consilio primorũ Sacerdotum & Episcoporum nouæ legis proprio ore Christi benedicendo instituta est, iuxta illud Psal. *In consilio iustorum & congregatione magna opera Domini.* Secundo, quia in antiquis sacrificijs & Sacramentis sola erat figura, ibi vero veritas continetur. Erant enim sacrificia veteris legis figura tantum huius Sacramenti & etiam aliorum. Secundũ enim Magist. sent. in 4. Quatuor sacrificia in hoc Sacramentum figurarunt, scilicet sacrificium Melchisedech: Agnus Paschalis, Manna, & Sãguis & Aqua de latere Christi fluentes. Et ita per sacrificium Melchisedech ostenditur hoc sacrificium figuratũ fuisse in lege naturæ, per Agnum paschalem, & mãna in lege veteri, & per sanguiné Christi in lege gratiæ.

Pſ. 110.

1. Euchar. Quod in sex excellit Sacramentum Eucharistiæ alia Sacramẽta nouæ legis & quare nõ præcedit Baptismũ & Confirmationẽ cum ex eodẽ virtutem eorum originentur

Sed quærit circa hoc Guilielmus Altisiodorus, cum in lege gratiæ, omnia sacrificia ad vnum redacta sunt: cur in vtraq; lege tot voluit esse sacrificia? Respondet idem quarta parte summæ, quod hoc fecit Dominus propter tria. Primo, vt reuocaretur populus ille ab idololatria quam viderat in Ægypto: Pronus enim erat ille populus ad immolandum idolis, & voluit Dominus illa animalia magis sibi immolari quam idolis. Secunda causa fuit propter eius onus, vt premeretur superba duritia Iudæorũ multitudine illorum sacrificiorum. Tertia, quia tunc erat tempus figurarum, & propter hoc erat tanta abundantia Sacramẽtorum: In nouo vero Testamento, superuenit veritas multipliciter designata, sic apud logicos cõtingit rem esse vnam, nomina vero plura signantia. Ideo nunc tantum & vnum Sacramentum pro omnibus instituit, quod: *Consummationem & abbreuiationem fecit Dominus exercitum in medio omnis terræ.* Secundo vero, secũdum Richard. de media villa in 4. sent. dist. 8. in quadã expositione textus: Hoc Sacramentum in sex excellit alia Sacramenta nouæ legis. Primo quidem, quia ære huius Sacramenti est virtus omnium aliorum Sacramentorũ. Vnde Hugo de sancto Vict. Hęc hostia semel pro salute mũdi oblata omnibus præcedẽtibus & subsequentibus Sacramentis virtutem dedit: Et si dicatur. Cur ergo non præcedit hoc Sacramẽtum Baptismi & Confirmationis sacramenta, si ex isto eorum virtus originetur? Respondet idem Doctor loco allegato, quod Baptismus & Confirmatio hoc Sacramentum precedunt propter quinque. Primo, quod horum Sacramentorum figura hunc ordinem tenuit. Prius enim mare rubrum transitur, per quod baptismus designatur. Deinde hostes Amalech superãtur, quod per confirmationẽ figuratur. Deinde manna comeditur. Ideo vt tres vmbræ & veritas figuræ correspondeat, sic ordinauit Ecclesia vt prius homo baptizetur, deinde cõfirmetur, tertio Eucharistiam recipiat. Secunda causa est, quia sic est ordo effectuum ipsorum? Nam fides præcipua est res Sacramenti Baptismi, & spes confirmationis, & Eucharistia est Sacramentũ amoris, quia Baptismus illuminat, Confirmatio fortificat, Eucharistia incendit. Tertia causa est, quia in Baptismo est spiritualis mortui suscitatio, in Confirmatione suscitati ad gressus perambulatio, in Eucharistia suscitati refectio. Et propter hoc suscitatur primum à Christo puella, deinde ambulat, tertio præcipit Christus amicis sibi dari ad manducandum. Quarta causa, quia prius est vas mundandum & roborandum, quam in eo thesaurus pretiosus, vel vinum optimum recondatur.

Mar. 5.

Primum autem fit in Baptismo, Secundum in Confirmatione, Tertium in Eucharistia. Quinta causa est, quia prius est lauari quam comedere ad mensam. Propter quod iratus est Pharisæus quare non esset baptizatus Dominus ante prandium. Inde Genes. 18. *Afferam per auxilium aquæ & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore, ponamque buccellam panis, & confortetur*

Luc. 11.

Gen. 18.

Esai. 10.

ferretur cor vestrum, postea transibitis. Primum autem fit in baptismo & confirmatione, secundum in Eucharistia. Secundo excellit, quia à re huius Sacramenti non solum aliorum Sacramentorum virtus procedit, sed etiam ab illa omnia alia Sacramenta instituta sunt & sanctificata. Et ideo inuocatio Christi quæ est res huius Sacramenti, fit in omnibus alijs Sacramentis. Vnde & tam dignum est hoc Sacramentum in comparatione ad alia, vt Sacerdos minister eius tantum ad eius consecrationem vtatur verbis Christi dicens: *Qui pridie quam pateretur accepit panem, & gratias agens fregit & dixit: Accipite & manducate*, &c. Sed in alijs Sacramentis minister vtitur verbis suis, vel Ecclesiæ ad confectionem Sacramenti dicens: Ego baptizo te. Ego consigno te, &c.

Mat. 26

M Euchar. Quare non est communicata potestas cõsecrandi Angelis

Sed circa hoc mouetur quæstio. Si tam excellens est hoc Sacramentum, cur non excellentissimis creaturis, puta Angelis ad conficiendum est communicatũ? Respondet Alexand. de Hallis, in 4. parte. Primo, quod Angeli non habent potestatem conficiendi corpus Christi, patet: quia hoc solum donatum est Apostolis à Christo dicente: *Accipite & comedite, hoc facite*, &c. Quod Angelis non est dictum, nec illam potestatem acceperunt ab Apostolis, ideo illam non habent. Secundo, dicit quod propter tria, hæc potestas Angelis non congruebat. Primo, quia si Sacramenta ministrarentur homini per Angelos, esset homo in sua reparatione subiectus naturæ Angelicæ, & sic non per Christum restitutus esset in pristinam dignitatem. Datur enim hoc Sacramentum ad confirmationem spiritualem animæ reparatæ per Christum. Secundo, quia inter Deum hominem & purũ hominem non est medium, ergo in hoc Sacramento, in quo Deus homo ministratur homini puro, non est ponendus Angelus medius. Magis enim propinquus est homo purus Deo & homini vero, quã Angelus ex natura sua. Minister autem debet esse medius inter id quod ministratur & id cui ministratur: ergo non debuit Angelus hoc Sacramentũ ministrare aut consecrare. Tertio, quia hæc virtus transsubstantiandi data est mediante verbo sensibili, ideo cuius est proferre verbum sensibile, eius est ministerialiter mediare, hoc autem est hominis non Angeli gratiæ. Et si alicubi in sanctorum legendis inueniatur hoc Sacramentum Angelorum medio fuisse ministratũ, hoc est ex speciali dispensatione Dei concessum; quia non est alligatus suis Sacramentis, neque consuetudini dispensationis eorum. Tertio excellit, quia in alijs Sacramentis datur de plenitudine gratiæ, iuxta illud: *De plenitudine eius accepimus omnes*, sed in hoc datur plenitudo & fons gratiarum. Inde propter hoc Eucharistia appellatur, & etiam propter alia multa. Primo, quia illa Eucharistia non est nisi gratia, & non nisi gratia esse potest. Secundo, quia non datur nisi à gratissimo. Tertio, quod non nisi gratissimis ministrari debet. Quarto, quod gratiã in anima operatur. Quinto, quod est omnis gratiæ contentiua. Licet enim in omnibus alijs Sacramentis gratiam Christi per partes accipiamus, tamen in hoc Sacramento totum quod videmus, quod tangimus, quod gustamus gratia est. Quarto excellit, quod in alijs Sacramentis datur bonum medium, scilicet virtutes & dona Spiritus sancti, hic autem datur summum bonum, sed ipsa diuina sapientia, quod est infinitè excellens bonum. Vnde secundum præfatum Doctorem: Bonum eo excellentissimum est, quod est maxime communicatiuũ sui. Sunt enim quædam bona quę se communicant pluribus, non tamen communiter, sed per partes, vt cibus corporalis. Alia sunt meliora, quæ se totaliter communicant pluribus, sed pars post partem: vt cibus spiritualis, sicut est verbum Dei: Syllabatim enim profertur, aut vox post vocẽ. Sed est aliud optimum quod se totum communicat & simul, vt Christus in Eucharistia idem numero omnibus cõmu-

Ioan. 1.

N Euchar. Quare Sacramentum Altaris dicatur Eucharistia.

O Euchar. Bonum De triplici diuersa bonorum inter quæ bonum Eucharistia tenet optimũ gradum.

Digitized by Google

descendunt sanctorum & Angelorum excubiæ, vt intersint mensæ Dominicæ tanquam ipsius Christi ministri. Magnifice honorabat Pilatus sacerdotes veteris legis, dando eis singulis annis vnum captiuum: multo magis honorat & dignificat Deus sacerdotes nouæ legis, quibus per vnicã oblationem captiuos multos de purgatorio vt plurimum donat. Item honorauit Dominus multũ Iosuæ, quod ad petitionem eius fecit solem & lunam
Iosu. 10. stare in medio cæli spatio vnius diei. Sed multo maiorem honorem fecit Dominus minimo Sacerdoti, quando sub specie panis descendit de cælis, & tamdiu moratur ibi quamdiu seruatur hostia, hoc autem maius est quam solem stare, quia in infinitum maior est Dominus quam sol & luna creaturæ eius: Ex quo secundo perpendi potest, quanta puritas debeat esse in Sacerdote, qui assidue habet tam dignum corpus pertractare. Si enim Nabu-
Dan. 1. chodonosor rex (vt dicit Chrys. Hom. 17. Heb.) elegit iuuenes formosos ad sibi assistendum in mensa quanto magis ministros astantes mensæ Christi decet esse in bonis moribus nutritos, & vita formosos. Sic etiam ita ornatur Christi repositorium non viuũ in quo quiescit corpus Christi, ita vt de re pretiosa fiat, auro, scilicet vel argento, quanto magis Sacerdos, cuius pectus est Christi repositoriũ viuum. In cuius signum dum adiuratur Sacerdos à iudice, iubetur non vt ponat manum super Euangelia, non vt leuet eã, sed vt ponat eam ad pectus, quia talis iurat super repositorium corporis Christi. Item etiam multis existentibus alicuius Domini ministris, quorum ali qui sunt in campo ad rura, alij in stabulo, alij in coquina, inter illos maxime requirit Dominus honestatem & munditiã exteriorem qui ei seruiunt in mensa & in camera. Sic multis existentibus Dei ministris in diuersis artibus mechanicis, & fideliter seruientibus, maiorẽ requirit Deus munditiam interiorem in his qui ei seruiunt in mensa altaris & in camera Ecclesiæ. Ideo dicitur: *Quod Sacerdotes & Leuitæ sacrificati obtulerunt holocausta in domo Domini: steterũtque in ordine suo*. Tertio, ex hoc perpendi potest cum quãto timore & tremore debeant sacerdotes ad hoc Sacramentũ accedere. Si enim Ioannes Baptista in vtero sanctificatus, & sanctissime in mũdo conuersatus, timuit tangere Dominum mortalem adhuc & moriturũ, quo tamen *inter natos mulierũ, non surrexit maior*. Sic enim canit Ecclesia: Baptista contremuit, & nõ audet tangere sanctum Dei verticem, sed clamat cũ tremore: Sanctifica me Saluator, cum quanta munditia & timore debet ad altare accedere Sacerdos. Si cantat sacerdos ante consecrationem. Per Christum Dominum nostrum, per quem maiestatem tuam tremunt Potestates: quo timore concutiendæ sunt tractãtes Christum terrenę infirmitates. Quarto, ex hoc perpendi potest quanta eis reuerẽtia debeatur à populo. Ex quo enim populus tantam reuerentiam exhibuit asino semel Christum portanti, quod vestes suas sub eius strauit pedibus, & hoc Christo placuit, patet manifeste quantũ ei placet, quod boni sacerdotes, qui eũ spiritualiter & sacramentaliter portãt, in maxima habeantur reuerentia. Vnde & Sacerdotes dicuntur Angeli, quia sicut Angeli in cęlo immediate circa Dei ministeria occupantur: sic sacerdotes in terra, imo plus in terra Domino appropinquant aliquomodo obsequio quam Angeli in cælo, quia illi in terra ex pane conficiũt, quod Angeli, nec in cælo, nec in terra facere possunt. Propter quam approximationẽ non tantum Angeli, sed etiam dij appellantur in scriptura, vt patet Exod. *Vbi ad Moysen de illo qui ad sacramentum du-* Exo. 22.
cendus erat dicitur: Applica illum ad Deos, id est ad Sacerdotes. Et rursus scriptum est: *Dijs non detrahens*, id est sacerdotibus. Et Ibidem
hæc omnia probantur ii qu. 1. Sacerdotibus, ex decreto sumpto ex verbis Gregorij ad Mauricium Imperatorem, qui minus debito reuerebatur Sacerdotes. Et hæc sufficiant.

2. Paral. 30.

Matth. 11

SERMO

SERM. IIII. DE SANGVINE Christi. Per Thema.

Ioan 6. *Sanguis meus vere est potus.* In scripturis sacris triplex legitur conuersio miraculosa. Vna quidem fuit conuersio aquæ in sanguinem, quæ fuit apud Ægyptios, iuxta illud Psal. *Conuertit aquas eorum in sanguinem, & imbres eorum ne biberēt.* Secunda fuit in nuptijs, quando aqua conuersa est in vinum. Tertia in cœna Dominica, quādo vinum conuersum est in sanguinem. Quod si moraliter intelligere voluerimus, aqua apud Ægyptios in sanguinē vertitur, quando apud mundanos aqua sapientiæ salutaris spernitur, & mundana sapientia, quę sanguine pauperum, vt plurimum nutritur & illum sitit, præsidet & dominatur. Et quia in fide & iustitia Ecclesia desponsata est Deo, in illa desponsatione aqua in vinū vertitur, cum doctrina Saluatoris in amorem iustitiæ trahit & trāsit, & sic melioratur. Sed vinum in sanguinē imminente Christi Domini nostri amarissima passione conuertitur, cum tamen delectat iustitia, vt etiam vsque ad sanguinem resistere & decertare deliberatum sit imminente tribulatione, propter iustitiæ conseruationem. Si vero ad allegoricum sensum conuertamus orationem: Primo, aqua versa est in sanguinē, cum propter peccata primi hominis & suę posteritatis misericordia Dei conuersa est in seueritatē, vt patet in multis punitionibus in veteri Testamento descriptis. Sed cum placuit Deo reminisci miserationum suarū in nuptijs vnigeniti sui, dum humanā naturam sibi indissolubiliter coniunxit, aquam mutauit in vinum, quando oblitus nostrarum iniquitatum antiquarum, suam antiquam misericordiam in melius cōmutauit, scilicet in vinum amoris & dilectionis. Quę deinceps tantum per incrementa virtutū & beneficiorum creuit, vt vinum in sanguinem verteretur, scilicet amor vsq; ad mortem & sanguinis effusionem protraheretur, non solum in capite Christo, sed etiam in membris, adeo, vt *Luna*, id est, Ecclesia, *fieret* tota *vt sanguis*, id est repleta sanguine martyrum, quo sanguine dudū inter cæteros inebriata est Maria. Nec mirum, quia dicit Psalm. *Inebriasti terram,* id est, Mariam, *& multiplicasti locupletare eam.* Et quod plus est, vt ipsa dixit: *Introduxit eam rex in cellam vinariam*, & ordinauit in ea charitatem ad distribuendū nobis de vino & potu illorum cellariorum regis eterni. Ex charitate igitur qua ardet filijs suis impartiatur mater vinum huius cellarij, dicatque quod olim filio dixit in nuptijs: *Vinum non habent*, & vt hoc faciat dicamus: Aue Maria, &c.

A Cōuersio Euchar. De triplici conuersione in scripturis sacris miraculosa Psal. 77

Ioan. 2.

Apoc. 6

Psal. 64

Cant. 1.

Ioan. 2.

Sed quæritur quomodo Dominus sanguinem suum Catholicis dedit in potū, cum tamen hoc prohibuerit in omni lege. In lege naturæ: *Carnem cum sanguine nō comedetis.* Item in lege: *Sanguinem omnis animalis non sumetis in cibum.* Et item: *Hoc solum caue, sanguinem ne comedas.* Et in noua lege: *Abstineant se à suffocatis & sanguine.* Ad hoc respōdetur, quod cessante causa prohibitionis oportet ipsam prohibitionem cessare. Duplici autem de causa prohibebatur vsus sanguinis, vna quidem propter horrorem homicidij, ne delectaretur homo in sanguine, & vt horreret effundere in homine, quo vti non licebat in bestia, & sic prohibitus est sanguinis vsus in lege naturæ statim post diluuiū: Quia enim in principio primæ ætatis *non abhorruit Cayn effusionem sanguinis fratris sui*: propter hoc in principio secundæ ætatis omnis sanguinis vsus prohibitus est. Secūda causa huius prohitionis fuit idololatria: Nam gentiles quandoque comedebant de sanguine eorum quæ offerebātur idolis. Et etiam secundum Guilielmum Parisien. lib. de fide & legibus: quia opinio idololatrarum erat Deos suos amare sanguinem. Quam quidem opinionem immittebat in eos dæmon duplici de causa secundum eundem Doctorem, vna quidem, quia in effusione aut libatione sanguinis maior subiectio, distinctiorq; seruitus

Genes. 9

Leui. 7.

Deu. 12

Act. 15

b

Sanguis Christi. Causa prohibitionis vsus sanguinis cessans quo ad sanguinē Christi, & quare illa Genes.

uisus eis impendebatur & maior honor.

C *Sanguis Quare dæmon volebat sibi fermi sanguine.*

Nam ipsa oblatione sanguinis qui est nutrimentum & substentatio vitę, Deos auctores & conseruatores vitæ suæ recognoscebat. Et quia animas suas dare non poterant ad comedendũ & bibendũ de hominibus, salua corporis vita, dabant quod habebãt intimius post animas, quasi vice animarũ, scilicet ipsum sanguinem. Et propter hoc adeo placuit sanguis ille dæmonibus, vt sæpenumero in talem ac tantum errorẽ idololatras inducerent, vt nec tangi ab eo nec illũ tangere auderent idololatræ, tanquam partem dijs consecratam & eis solis debitam. Secunda ratio quare gentilibus hãc immittebat opinionem, assignatur ab eodẽ Doctore, vt scilicet assuefactione immolandi animalia & offerendi eorum sanguinẽ, posset eos inducere ad imolandũ seipsos, vel filios & filias, & sanguinem eorum, sicut & ipse fecit, iuxta illud Psal. *Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam*, & hoc vt plenius eos possideret. Sed vt dicit idem Doctor: hoc Deus permittebat, vt eo ipso suspecta & horrenda redderetur seruitus idololatriæ, & eo ipso amplius fugeretur quod nutrimentum vitæ, & sustentatio immolantiũ in ea petebatur, & ipsi dij eo efficerentur odibiles, quod sanguinẽ cultorum suorum sitire, & in mortem eorum intendere aperte videbantur. Et quia in sanguine Christi sub vini specie velato, neq; cruoris horror, neque homicidij aut idololatriæ prouocatio reperitur, sed magis oppositum. Nam ibi est verus Deus sub speciebus absconditus, ratione cuius in hoc Sacramento cessat omnis idololatriæ cultus, & ex consideratione effusionis sanguinis Christi consurgit tanti homicidij eius detestatio, imo eo sanguine bibito simul imbibitur nobis vita spiritualis. Propter quod non est mirabile si suis electis ipsum dederit in potum dicens: *Bibite ex eo omnes. Sanguis meus vere est potus.* Circa hoc dicendum erit de vtilitate & conditione huius potus: Vnde sanguis Christi ad sex videtur vtilis. Primo vtilis est peccatoribus, quibus datur in remediũ: & hoc quia inducit peccatores ad tria eis maxime necessaria. Primo inducit ad dolorem contritionis. Est enim cor durius adamante quod hirci sanguine secatur, si considerata sanguinis Christi effusione pro peccatis proprijs, dolore non scinditur. Si sol lugere visus est & radios suos retrahere in illa horrenda tam pretiosi sanguinis effusione, quãto magis de profundo cordis lachrymas emittere debet quilibet fidelis, quando considerat pro peccatis suis sanguinem Christi fusum? Si beatus ille Patriarcha Iacob. *Videns tunicam Ioseph tinctam hœdi sanguine, scissis vestibus indutus est cilicio lugens multo tempore filium suum*, quanto magis lugere debemus peccata nostra, quæ sunt quasi filij & generationes nostræ pessimæ, videntes humanitatem Domini nostri Iesu sanguine tinctam, & tantam sanguinis agni immaculati effusionem ad delendum ea. Potus enim iste pretiosus cordi peccatorum imbibitus & ab eo exhaustus, lachrymam venire facit ad oculum. Ex quo reprehensibiles sunt multi, qui videt acerbitatem doloris Christi in huiusmodi effusione factam pro peccatis suis, & nec Christo nec sibi compatiuntur. Forte tales propter suam negligentiam damnati simul dicent in die iudicij cum filijs Iacob: *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum*, id est Christum, *videntes angustiam animæ illius*, mentalibus oculis quam pro nobis pati voluit, & *non audiuimus*, id est ei non compassi fuimus: nec propter hoc peccare cessauimus, *idcirco venit super nos ista tribulatio: En sanguis eius exquiritur*, scilicet à nobis in pœna quam perpetuo patiemur. Sunt enim plurimi à quibus sanguis è naribus sine dolore effluit. Sic memoria sanguinis Christi multorum cordibus effluit sine quocumque dolore & compassione cordis, *qui nihil patiuntur super contritione Ioseph*. Secundo, inducit peccatorem ad pudorem confessionis.

Psal. 77.

Mat. 26 Ioan. 6.

Gen. 37.

Gen. 42.

Amos 6

D *Sanguis Christi. Sanguis Christi inducit peccatores ad contritionẽ, cõfessionẽ & satisfactionẽ.*

sionis. Quis enim peccata sua contineat, videns Dei filium tam verecunda morte
ab 16. damnatũ pro peccatis suis? Propter quod clamat Dominus peccatori: *Terra*, id est, peccator qui totus terrenus es, *ne operias sanguinem*, id est, peccatũ pro quo sanguis meus fusus est. Nam si peccator operiat, sanguis Christi reuelabit. Timeat ergo qui modo abscondit peccatum suum, ne dicatur ei in iudicio quod Caim dictũ est.
Genes. 4 *Ecce sanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Dicit enim Philosophus li. 1. de anima, quod in passione iræ sanguis ad cor accedit & ascendit ipsum in appetitum vindictæ: Sic in sanguis Christi effusus pro peccatoribus in die iudicij veniẽs ad cor & memoriã eius, vindictam quæret de inimicis suis, qui huius sanguinis beneficium contempserunt. Et ideo potus iste sanguinis cum pietate sumendus est, quia si sumatur debite, talem virtutem habet, quod immediate ad cor tendit & ipsum doloré facit, si quid malorum humorum, id est, peccatorũ circa cor inueniat, & per consequens vomitũ & nauseã causat, adeo vt omnia nociua per os in confessione reijcere faciat. Sed si indebite sumamus, contra nos conquæritur di-
Psal. 29. cens illud Psal. *Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem*, id est, mentem peccatis corruptam & infectam. Hunc potum & hanc nauseam petebat infir-
Psal. 50. mus Dauid dicens. *Libera me de sanguinibus Deus Deus*, &c. id est Deus qui per sanguinem tuum salutem meam operaris, libera me propter hoc à sanguinibus & corruptis moribus meis. Tertio, inducit peccatores ad laborem satisfactionis. Quis enim videns Dei filium pro peccatis suis mori & flagellari renuat per laborem pœnitentiæ pro peccatis proprijs affligi? Hoc enim vult beatus Petrus ex memoria effusionis sanguinis Christi hortans nos operari & laborare durante præsenti
1. Pet. 1. vita dicens: *Secundum vniuscuiusque opus in timore inolatus vestri tempore conuersamini, scientes quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Iesu Christi.*

Canis enim ante leonem verberari solet, vt discat leo mitescere. Sic catulus de tribu Iuda ante peccatorem pro ipsius peccato flagellatur, vt discat peccator ferocitatem & obstinationem animi deponere, & seipsum flagello pœnitentiæ castigare, & inimicis suis parcendo mitescere. Vnde Aug. super Psal. 7. in persona Domini ait: Ego pro te impio & peccatore, vt tuæ iniquitates mei sanguinis effusione lauarentur, magno silentio & magna patientia traditorem meum pertuli: Nonne imitaberis me, vt non reddas mala pro bonis inimicis tuis? In signum horum triũ, in effusione sanguinis Christi in ara Crucis *Petræ scissæ sunt*, id est, du- *Mat. 27*
ra corda per contritionem, *monumenta* conscientiarum *aperta sunt*, in confessione *& multa corpora eorum qui dormierant*, in peccato, scilicet *surrexerunt* in satisfactione: Morus enim boni operis signum est vitæ spiritualis, quæ nobis mediante Christi sanguine redditur. Nam (vt scribitur
Leuit. 17. *Anima*, id est vita omnis *carnis in sanguine est* Christi scilicet: sicut enim non viuit corpus sine sanguine, sic nec fidelis anima sine memoria effusi sanguinis pro ea. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem*, &c. Propter quod
1. Cor. 15 dicit Apostolus: *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur* per effusionem, scilicet sui sanguinis, sicut pellicanus (vt dicitur) fundendo sanguinem suum viuificat pullos suos. Secundo potus iste sanguinis pœnitentibus datur in refugium, ne labantur in desperationem. Solent enim tria inducere peccatorem in desperationem, scilicet enormitas culpæ, vt de Iuda legitur. Secundum est grauitas offensi, vt in Cain patuit. Tertium, est timor pœnæ æternę, vel temporalis, vt in Saul. 1. Reg. vlt. qui cum vidisset Philistijm appropinquantes ad ipsum interficiendum, seipsum interemit desperans posse euadere. Contra hęc

E

Sanguis Christi.

Sanguis Christi valet contra desperationem, ad quã tria inducunt enormitas culpa, grauitas offensi, & timor pœna.

tria

ria potus ſanguinis Chriſti datur, in remedium. Nam primo contra enormitatē culpæ mundat Chriſtus iſtam culpam, quantumcumque enormen, lixiuio ſanguinis ſui igne amoris calefacto, iuxta illud Apoc. *Dilexit nos & lauit nos in ſanguine ſuo*. Quam grauis illa culpa, quam fœda immunditia, & quam cauenda, quam tanto ſumptu purgari oportuit? Macula enim quandoque ita fortiter adhæret veſti, quod per lotionem aquæ ſimplicis mundari non poteſt, niſi aquæ apponatur, vel ſpecies terræ, vel cineris, vel lapidis, & iſta dant aquæ virtutem mundandi quam prius non habebat. Sic macula originalis peccati humano generi ita fortiter hærebat, quod per nullam lotionem, ſiue aquarum diluuij, ſiue veteris legis perfecte mundari poterat, quoadusque deſcendens Chriſtus nos lauaret in ſanguine ſuo, collato quaſi lixiuio in cineribus corporis ſui, & aquis baptiſmi illam virtutem condonaret. Huius autem lotionis ratio eſſe potuit, quia Deus zelotes iaciens oculos ſuos ſuper ſponſam ſuam Eccleſiam, vidit in facie eius, id eſt in conſcientia maculam peccati ipſam ſumme deturpantem & denigrantem, ſecundum illud Thren. 4. *Denigrata eſt ſuper carbones facies tua*, & attendens in ea nullum eſſe ſolatium, vt à tali macula purgaretur: fecit de ſanguine ſuo fontem. Inde Hebræorum vlt. *Ieſus vt ſanctificaret per ſanguinem ſuum populum extra portam paſſus eſt*. Hinc Guilielmus Pariſienſis, libro de virtutibus parte ſecunda ait: Chriſtus in ſanguine ſuo factus eſt lauator omnium ſordium ſpiritualium, propter quod dixit ad Petrum: *Si non lauero te, non habebis patrem mecum*. Quem Petrus tunc intelligens huiuſmodi lauationis officium ſuſcepiſſe, reſpondit: *Non tantum pedes, ſed & manus & caput*, & ſic miſericordia Dei de ſanguine Chriſti lixiuium fecit, in quo quam amaret Deus munditiam generis humani, quamque odiret peccati inquinationes oſtendit, quando propter illas diluendas ſanguinem ſuum lixiuium fecit, imo & ſeipſum cloacarum ſpiritualium mundatorem. Cor enim humanum ſpurcitia peccatorum plenum eſt omni cloaca immundius, cuius officium agnoſcens Dauid illi Deum patrem impoſuiſſe, confidenter ab eo petebat: *A peccato meo munda me Domine*, Et iterū: *Amplius lauame Deus ab iniquitate mea*, quaſi diceret: exequere officium prędictum, quia illius debitores. Hæc Guil. Et ſi dicatur: quomodo lauat nos in ſanguine ſuo, cum ſanguis rubeus ſit & magis inquinatiuus. Ad hoc dicitur: Primo, quod ſanguis Chriſti lauat peccatores fideles, nihil tamen de ſordibus eorum inde retinendo, Nam (vt ait Bernar. libro de exhortatione ad milites templi) Lauit nos ſanguis Chriſti, non vt aqua diluens & retinens ſordes, ſed vt radius deſiccans & retinens puritatem. Et notanter dicitur peccatores fideles, quia infideles non lauat ſed damnat & confundit. Nam ſecundum Chriſoſtomum. Homil. ſecunda de de cruce & latrone: Sanguis Chriſti infidelibus eſt ad mortem, nobis autem ad vitam: Non enim ſanguis Chriſti deterior eſt babylonio igne: Illa enim ſcit in camino ſanctorum honorare cœpora & chaldeos comburere: Quanto magis ſanguis Chriſti perdere incredulos & ſaluare fideles?

Dicitur ſecundo, quod ſecundum Philoſophos, ſanguis per decoctionem fit lac, Lac enim nihil aliud eſt quam ſanguis bis coctus, Et ideo quia ſanguis Chriſti maxime fuit coctus, & in vtero virginis & in ara Crucis, dicitur habere lactis naturam, cuius eſt dealbare. Inde dicebat Pſalmiſta. *Lauabis me, & ſuper niue dealbabor*: Ex quo patet ſanguinem Chriſti habere virtutem abluendi culpas noſtras. Nam *Si ſanguis hircorum & taurorum & cinis vituli aſperſus inquinatos ſanctificat*, ad emundationem carnis: quanto magis Chriſti ſanguis qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis

ad

Apoc. 1.

Thren. 4.

Hebr. 13.

Ioan. 13. F

Sanguis Chriſti. Quod Chriſtus ſuſcepit officium lauandi ſordes ſpirituales in ſanguine ſuo.

Pſal. 50. G

Sanguis Chriſti. Quomodo Sanguis Chriſti citra naturā alterius ſanguinis lauat & quod habet lactis naturam.

Vti ſup.

Hebr. 9.

Col. 2. ad ſeruiendum Deo viuenti. *Donauit nobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti*. Gloſſa, id eſt peccatũ Adæ, quod diabolus tenebat quaſi cautionem decreti mortis æternæ. Et ſequitur: *Et ipſum tulit de medio affigens illud Cruci*. Sicut enim literæ deleri ſolent aliquo liquore: ſic Chriſtus ſuo ſanguine noſtra peccata *vna cum chirographo*, id eſt, cũ ſententia Dei deleuit. Heb 9. *Omnia pœnè in ſanguine mundantur, & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio*. Inde Auguſt. libro de verbis Domini in monte: Fuſus eſt ſanguis redemptoris, & deleta eſt cautio debitoris. Ex qua patet quam mali ſunt, qui ad hunc ſanguinem ſumendum accedunt immũdi & indigni, qui de totius mundi lauacro faciunt ſuum inquinamentum. Videant iſti male ſibi conſulentes quantum incurrant periculum, iuxta Apoſtoli dictum: Heb. 10. *Si irritam faciens legem Moyſis ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt*. Secundo, contra grauitatem offenſi, ſanguis Chriſti nos Deo reconciliat, & hoc dupliciter. Primo, mediando inter nos & Deum per interpellationem. Vnde Bernard. libro de amore Dei: Poſito corpore ſuo & ſanguine in manu ſua. Hoc (inquit peccatori) manduca & bibe, hinc viue, patriq́ue repræſentans eum. En (inquit) Pater, mei ſanguinis pretium. Si de peccato huius requiris: en pro eo meus ſanguis. Hinc & dicebat idem Bernard. ſentiens huius interpellationis beneficium. Homil. 11. ſuper Cantica. Pſal. 13. *Illumina oculos meos Domine: ne vnquam obdormiam in morte*, vt ſciam quid acceptum ſit coram ſe omni tempore, & ſapiens ſim. Pſal. 24. *Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris*, & iuſtus ſum. Pſal. 85. *Deduc me in via tua*, & ſanctus ſum. Verumtamẽ niſi interpellet pro me ſanguis tuus, ſaluus non ſum. Secundo pacificando, iuxta illud: Col. 1. *Pacificans per ſanguinem ſuum, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis*. Chriſtus enim alte ſuſpenſus eſt in Cruce, vt ab alto fonte deriuaretur riuulus ſanguinis ſuper nos & ſuper filios noſtros, id eſt poſteriores: non quidem ad iram & vindictam, ſicut cecidit ſuper Iudæos, ſed magis ad miſericordiam & reconciliationem. Inde dicitur: *In aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti gratia vobis, & pax cum Deo ſic multiplicetur*. 1. Pet. 2. Prætẽrea, excommunicatus numquam abſoluitur niſi ſub ſigillo curiæ, peccator autem excõmunicatus erat à Deo, ita vt eiectus eſſet à paradiſo, à ſocietate & communicatione Angelorum. Propter quod numquam reconciliandus erat, niſi in virtute paſſionis Chriſti, appenſo rubeo ſigillo ſanguinis eius. Ante quippe incarnationẽ, bellum erat inter Deum & hominẽ, nec erat qui partes trahere poſſet ad pacem. Non enim erat qui manum poneret in ambobus, vt dicitur Iob: *Donec mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus* 1. Tim. 2. vtriuſque naturam in ſe habens coniunxit eos ad pacis oſculum: Sed ſicut ſolet contingere quod quando quis inter duos rixantes mediat vt eos reconciliet ab vtroq; vulneratur, ſic Domino noſtro accidit. Nam ipſe pater percuſsit eum, iuxta illud: *Propter ſcelus populi mei percuſſi eum*. Ideo Eſai. 53 dicitur Rom. *Proprio filio ſuo non pepercit*, Rom. 8. quia (Gallice) *ſans leparger*, eum percuſsit & etiam ex alia parte, percuſſerunt Iudei & vulnerauerunt, iuxta illud Eſai. *Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum*. Eſai. 53 Et ſic percuſsit eum Deus Pater, vt percuſsione ſua nos ſibi reconciliaret, & à vulnere à ſerpente illato nos ſeruaret. Fecit enim ſicut prudens minutor, qui ad curandum latus ſiniſtrum infirmum minuit brachiũ dextrum ſanum. Pro infirmis enim & peccatoribus filij ſui ſanguinem extraxit, vt nos ſanaret, crudeli tamẽ munitione qui non cum lanceola, ſed cum lancea groſſa penetrante vſque ad cor, non ſolum in latere, brachio, & pedibus: ſed etiam in toto corpore, adeo vt minutio tanta fuerit, quod cum ſanguine exierit anima. Vnde Auguſt. libro contra quinque genera hoſtium: Fuſus eſt ſanguis medici, & fa-

H Sanguis Chriſti. Quod ſanguis Chriſti nos reconciliat Deo mediando & pacificando.

I Sanguis Chriſti. Quod peccator quaſi excommunicatus non eſt abſolutus niſi ſub ſigillo ſanguinis Chriſti. Ioh 9.

& factus est medicamentum frenetici.

K *Sanguis Christi. Quod Sanguis Christi soluit symbolū vbi ex potu vini contrahitur obligatio Ps. 102. Ephes. 1.*

Tertio, contra timorem pœnæ ęternę vel temporalis potus iste sanguis pœnā soluit. Potus enim corporales exhausti suos obligant potatores: iste vero potus symbolum soluit. Aufert enim æternitatem & mitigat acerbitatem, iuxta illud Psalmist. *Qui redimit de interitu*, scilicet æterno, *vitam tuā. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem peccatorum)* id est pœnæ debitæ pro peccatis. Hæc autem tria (licet non eodem ordine) tanguntur in verbis sacramentalibus: Nam in signū reconciliationis offert nobis vinum sui sanguinis dicens: *Bibite ex eo omnes.* Bibitur enim in signum reconciliationis. Iuxta illud: *Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti sunt.* Secundo, in redemptionis precium captiuis datur, cum dicitur: *Qui pro vobis & pro multis effundetur.* Tertio reis in lauachrum, ideo sequitur: *In remissionem peccatorū.* Quarto sanguis Christi datur pugnantibus in subsidiū & præsidiū, & hoc ad tria. Primo quidem animat ad aggrediendum operationes virtuosas arduas & difficiles: Humanitas enim saluatoris est tunica armorum rubea, tunica quidem veri Ioseph, quam intinxerunt in sanguine fratres sui: scilicet Iudęi, quā hortatur Apostolus indui dicens: *Induimini Dominum Iesum Christum.* Hinc 1. Pet. 4. *Christo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini.* Cogitatio enim passionis Christi & sanguinis eius effusi, debet nos armare & animare contra peccatum. In cuius signum dicitur: *Quod bellatores ostenderunt elephantibus (qui sunt animalia frigida & timida naturaliter) sanguinem vuæ*, id est Christi passi in torculari crucis, *& mori:* id est sanctorum, *ad acuendum eos in prælium:* Aspectus enim sanguinis dat naturaliter pugnandi audaciam. Quis enim martyres audaces & potentes in prælio fecit: nisi sanguis Christi? Quis Ioseph ab Arimathia prius occultum præter meum Iudæorum, deinde audacem fecit ad petendum corpus Iesu ad sepeliendum, nisi sanguis Christi? In quo multum reprehensibiles sunt sacerdotes, qui ostenso sibi precio sanguinis Christi, non inde ad opera sancta & suum statum concernentia agenda animantur: immo potius in vanitatibus & delicijs & voluptatibus delitescunt. Sapiunt enim bona temporalia ecclesiæ dedicata (vt dicit Guilielmus Parisiensis libro de virtutibus parte prima.) pretium suum scilicet sanguinem Christi, quia sanguine eius empta sunt prædia & beneficia sacerdotibus. Vnde & patrimonium crucifixi vsualiter appellantur: & etiam morte martyrum, & sanctissimis laboribus confessorum & virginum: Ideo hæc omnia rubent huiusmodi sanguine Christi & martyrum, & distillant sudorem confessorum & virginum. Quis ergo sacerdotum non horreat lasciuire in sanguine Christi & martyrum, ac voluptate dissolui in tantis laboribus, sudoribus, & doloribus sanctorum? Hæc enim omnia meritis Christi & sanctorum à deuotione fidelium ecclesiæ oblata sunt. Caueant ergo sibi voluptuosi sacerdotes & pigri ad omne opus bonum.

Mat. 26

L *Sanguis Christi. Quod Sanguis Christi facit pugnantes aggredi arduas, sustinere aduersa & tandē triumphare.*

Rom. 13. 1. Pet. 4.

2. Mach. 6

Secundo datur pugnantibus in præsidium, non solum ad animandum ad aggressum, sed etiam ad confortandum cor, ad sustinendas tentationes, tribulationes & pericula. Vnde & Hebræorum dicitur. *Recogitate eum qui talem*, id est tam vilem & tam crudelem *pro peccatoribus sustinuit aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes*, & sequitur *Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis, sicut ipse:* scilicet fecit. Hinc Bernardus deuotus miles non sentiet sua, cum benigni ducis intuebitur vulnera. Est enim sanguis Christi verus amicus naturæ nostræ, qui in tribulatione & necessitate nostra nobis non deficiet, sed velut sanguis naturalis ad partem læsam currit vt ei subueniat. Sic Christi sanguinis virtus existentes in tentatione & tribulatione confortat. Caueamus ergo ne deficiamus in tentationibus & tribulationibus, ne forte nobis dicatur quod Hebr. 12

Aristoteles recitat tertio Ethicorum, ex Homero dictum ab Hectore: Minabatur enim quemcunque fugientem de prælio sine vulnere, quod esca canibus membratim daretur: Sic si de bello & militia huius mundi recedamus timidi: nec in bono perseueremus: timendum est ne cum canibus infernalibus sit pars nostra deputata. Tertio, Sanguis Christi vlterius roborat eos ad triumphandum. Viso enim vexillo & ipso rege in pressura colligit bonus miles vires & resumit. Ideo dicitur in Apocalypsi: *Proiectus est ille accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos die ac nocte,* & sequitur: *Ipsi vero vicerunt eum propter sanguinem agni.* Sicut enim sanguine à corpore fluente deficit virtus, sic amota sanguinis Christi consideratione à corde deficit, sed ea resumpta, virtus roboratur ad triumphandum. Inde quidam in quodã libro de officio missæ: Refrigescente enim ea quæ vbique calet sanguinis Christi memoria, refrigescet vniuersa Charitas, mutã erit Fides, claudicabit Spes, cõticescet magnus ille clamor sanguinis iusti Abel, qui per traditum tanti sacrificij ritum quotidie reparat vocem prædicãtium, laxat os bibentis & vociferantis terræ, scilicet ecclesiæ, maledictum Cayn coarguens. Communiter enim dicitur. Quod si quis homo occiditur, & fortuito casu homicida corpori occiso se repræsentauerit: tunc in sanguinem profluunt vulnera quasi vindictam clamantia. Cum ergo Dominus tuus sit occisus, & occisores sint Iudæi, peccatum vero occisionis causa, aduersus Iudæos & eorum maledicta latrare debemus, & quotiens nos inuadit peccatum, in corde nostro renouari debent vulnera Domini nostri Iesu Christi, clamantia vindictam de peccato, quo animati viriliter peccatum illud deuincamus.

Apoc 12

M Sanguis Christi. Quod datur Sanguis Christi laborantibus vt sciant, velint, & possint laborare.

Quarto, Datur sanguinis Christi potus laborantibus in auxilium propter tria quæ sunt necessaria ad bene laborandum siue operandum, scilicet scire, velle, & posse. Sanguis enim Christi primo dirigit rationem ei ostendendo viam: sicut vestigium sanguinis animalis ostendit viã cani venatico. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Vnde secundum medicos: Sanguis cerui in venis eius dulcis est & odoriferus. Ideo sicut venator capta præda ex eius sanguine recenti confricat canum os & nares, vt sentientes odorem prædæ auidius eam sequantur: sic omnis sensus fidelium debent tingi memoria sanguinis Christi effusi, vt in odorem dulcedinis misericordiæ eius factæ per sanguinem eius, auide sequamur eum. Hinc Apocal. dicitur: *Vir erat vestitus veste aspersa sanguine & exercitus cæli,* id est, virorum cælestium *sequebatur eum.* Sic ergo dirigit sanguis Christi rationem. Dicit autem Poeta: Quod fœcundi calices nunquam fecere disertum, immo reddunt hominem turpem & rusticum. Sed de hoc calice dicitur in Psalm. *Calix meus inebrians quam præclarus est*: id est quam præclaros & ingenuos homines facit, & hoc rationem dirigendo, quia secundum Philosophum, id est Politicorum: Ingenui dicuntur qui ratione vigent. Secundo, allicit voluntatem ad bene operandum.

Apo. 19

Psal. 44.

Psal 64.

Sic aliquando datur cani venatico sanguis ad labendum, vt alliciatur ad sequendum. *Intingatur pes tuus,* id est affectio tua, *in sanguine Christi.* Hinc aui prædaci ostenduntur carnes sanguinolentæ, & tunc facile venit ad manum Domini sui: Sic ostensa Christiano cruenta sanguinis sui saluatoris effusione, auidius & feruentius ad ipsum tendit. Bernar. Hoc est quod plus me mouet, plus vrget, plus attrahit ô bone Iesu, calix quem bibisti redemptionis nostræ: Hoc est quod deuotionem meam blandius allicit, iustius erigit, fortius stringit, vehementius afficit.

Psal. 67.

Considerata quippe bonitate & suauitate vini, potator ad potandũ fœcundos calices allicitur, & libenter ad tabernam illam in qua modico præcio venditur:

Chri-

Christus vero ad modum tabernarij, qui pecunia indigens vult homines allicere ad vinum suum, & retrahere ab alijs vinis: facit bonum forum de eo, & vt plurimi habeant, facit multa foramina in dolio suo. Nam vt nos retraheret de taberna peccati, passus est fieri quinque foramina in corpore suo, vt omnes ad ipsius sanguinis suauitatem hauriendam tendant, & sic tabernam peccati effugiant.

Tertio reficit hominis virtutem ne deficiat: Sicut enim (secundum Chrisostomum) nutrix postquam puerum percussit dat vbera, & tunc pacificat & reficit ipsum: sic post tribulationes & verba Dei, pius pater sanguine filij nos reficit. Ioan. 6. *Caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus.* cibus reficiens, potus inebrians, vt non sentiat homo laborem pœnitentiæ & tribulationis. Inde Ezech. dicitur Ezec 43 quod *tollet sacerdos de sanguine animalis quod erit pro peccato*, id est oblatum, & *ponet in postibus domus*, id est in superliminaribus, *Liminaria* enim tenent ostium in debito statu, ne nimis eleuetur vel deprimatur, sed vt mediocriter voluatur. Timor vero est liminare superius deprimens animam: ne nimium de salute præsumat, spes autem est liminare inferius eleuans cor, ne desperet. In vtroque debet poni sanguis Christi per considerationem, vt homo inter spem, metumque positus in timore fiduciam habeat, & in spe pœnam & pœnitentiæ laborem patienter portet.

N Sanguis Christi. Quod Sanguis Christi solatur contemplantes secundū tres gradus, scilicet meditantium amplectantiū, & expectantiū.

Quinto, sanguinis Christi potus est contemplantibus in solatium donatus, & hoc propter tria secundum tres gradus contemplationis, scilicet meditantium, amplectantium, & expectantium. Primo enim illuminat meditantes. Nam Christi passio scripturarum est expositio. Vnde nec ante passionem intelligere potuerunt discipuli scripturas. Et huius naturale exemplum est, quia sanguis columbæ est medicina oculorum grauatorum sanguine.

In signum cuius legimus: *Quod Sacerdos intrabat tabernaculū non sine sanguine.* Introire autem in tabernaculum, est obscura scripturarū penetrare. Quod vtiq; non fit sine sanguine Christi, id est, sine fide passionis eius. Inde Guill. Paris. loquens de sanguine Christi. Hic est (inquit) vermiculus, quo solo liber gratiæ scribi potuit, vt in eo tota diuinæ dilectionis in nos gratia apertissime legeretur, hoc est minimum quo liber vitę rubricatus & illuminatus est. Tetris siquidē literis terrenorum beneficiorum, scilicet promissionibus, totus nigrebat. Hebr. 9.

Deerant enim literæ capitales & tituli, hoc est documenta spiritualia & æternarum promissionum certa insignia, & intentionum & operum nostrorum, certi decores, qui de Christi nobis sanguine profluxerunt. Hæc Guil. Secundo, delectat amplexantes ostendens magnitudinem amoris Christi, quo nihil dulcius. *Constituit eum: secundum populum Christianum super excelsam terram*, scilicet in contemplatione diuinitatis & humanitatis Christi, qui est inter omnes excelsior terra, *vt sanguinem vuæ biberent meracissimum*. Hinc Bernardus: Clamat vulnus clamat clauus, quod misericordiæ Dei non est numerus. Deut. 32

Fodit manus, fodit pedes, fodit latus, per quæ foramina licet mihi sugere mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, vt sciam quam suauis & quam misericors est Dominus.

Inde multi sancti viri hoc calice inebriati, omnia temporalia relinquentes, soli Deo adhæserunt. Sicut enim homines ebrij proprijs vestibus se spoliant, & sensum naturalem deponunt, sic spiritualiter ebrij isto calice temporalia, (quæ secundum Gregorium dicuntur vestimenta) tabernario huius vini, id est, Christo in suis pauperibus derelinquunt ei perpetuo adhærentes. In illo enim paruuli in Christo, id est, incipientes inueniunt in quo maxime delectentur, iuxta illud Iob: *Pulli eius lambunt sanguinem.*

guinem. Lambere enim delectationis est. Super quo Gregorius 31. Moral. c. vlt. Sanguinem lambere est passionis dominicæ infirma veneratione: hinc est quod Paulus, qui ad secreta Dei volauerat dicebat discipulis. *Non iudicaui me scire aliquid inter vos: nisi Christum Iesum & hunc crucifixum:* ac si aperte diceret: Ego quidem escam meam diuinitatis eius potentiam de longe prospicio, sed vobis adhuc paruulis incarnationis tantummodo labendum sanguinem trado? Nam quod per prædicationem suam tacita deitatis celsitudine infirmos auditores de solo cruore crucis edocet: quod aliud quam sanguinem pullis præbet? Secundo in illo inueniunt proficientes in quo nutriantur: augeantur & perficiãtur. Est enim sanguis Christi nutrimentum animæ suauissimum, & amoris inflammatiuum. Nam quæ nutrix inuenietur, qui puerum suum vellet propria carne ac proprio sanguine pascere, quemadmodum voluit Dominus suis dilectis exhibere? De quo Chrysostomus in epistola ad neophitos: Sicut mulier (inquit) natura cogente genitum alere sui lactis fœcunditate festinat, sic Christus suo sanguine semper enutriet quos ipse regenerat. Non sic autẽ nutrit impios qui velut aues prædaces de sanguine pauperum viuunt, De quibus Num. 23. *Non accubabit leo donec rapuerit prædam, & occisorum sanguinem bibat.* De quibus etiam Iudith, *Iam ordinauerunt vt occidant pecora sua*, id est, pauperem & vulgarem populum *Quem velut pecora iugulant, & sanguinem eorum bibant*, de quorum pœna dicitur: *Vestimẽtum* id est, corpus quod est quasi vestimentũ animæ, *mixtũ sanguine*, pauperum *erit in cõbustionem & cibus ignis*, gehennæ. Tertio ibi inueniunt perfecti: in quo nobilitẽtur & ornentur. Ideo Apoc. 6. dicitur Christo. *Redemisti nos Domine in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram.* Cum enim simus in sanguine Christi per baptismum regenerati: quodammodo sumus de regio sanguine Christi procreati. Ideo quilibet vocat eum Dominum suum more puerorum regiorum, qui ita regem solent appellare, & nedum per sanguinem Christi nobilitantur, sed etiam in eo apparatum & ornatum animæ inueniunt. Nam Christus in cruce ex latere sui dormientes aquam & sanguinem profudit: & aquam ad lauandum, sanguinem ad colorãdum. Quod experta beata agnes dicebat: Sanguis eius ornauit genas meas. Tertio certificat expectantes Dominum: *Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis.* Spiritus scilicet dilectionis Christi, & aqua, & sanguis passionis, dant testimonium promissionis æternæ hæreditatis. Emptio enim patris hæreditas est filiorum. Christus qui est pater noster emit hæreditatem regni cælestis sanguine suo, ideo si sumus filij, certi simus de hæreditate. *Si filij & hæredes: Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi.* Et quia institutus hæres in testamento valde diligens est de testamento seruando, ne forte perdito testamento perdat etiam hæreditatem. Nos qui sumus constituti hæredes in sanguine testamenti, debemus esse valde diligentes de testamento isto in scrinio pectoris nostri seruando per deuotionem, & nunquam à memoria dimittendo, vt sic semper memoriter teneamus, quoniam *hic est sanguis noui testamenti.*

O Sanguis Christi Quod Sanguis Christi delectare habet incipientes nutrire proficientes & nobilitate perfectos.

1. Cor 2.

Num 24

Iud. 11.

Isaie 9.

Apoc. 6.

1. Ioan. 5

Rom. 8. Heb. 10.

Sexta potus iste datur exeuntibus de mundo in gaudium & præsidium, & hoc propter tria: Nam primo protegit exeuntes ab hostis insidiantis malitia. Si enim ipse sanguis virtutem expulsiuam inimici à mundo habuit, quando fracto alabastro præciosissimi corporis Christi effusum est vnguentũ sanguinis eius: & tota domus ecclesiæ impleta est ex odore vnguenti. (Quem odorẽ senserunt cæli & inferi: cæli delectando, inferi fugiendo: Ita vt sicut odor vnearum florentiũ bufones & serpentes rejicit: sic odore sanguinis huius effusi eiectus est foras princeps huius mũdi.) Multo magis in mor-

Sanguis Christi. Quod Sanguis Christi protegit exeuntes ab hoste, eripit à miseria & introducit ad gloriam.

Mat. 14.

te

de cuiuslibet particularis hominis virtutem habebit extricandi omne genus dæmoniorum. Præterea, sicut quando nobiles ponunt signum suum in aliqua domo, timent hostes eorũ appropinquare: sic sanguine Domini Iesu intinctam & signatam domum animæ nostræ, timebunt in termino mortis dæmones inuadere, iuxta illud Psalm. *Turbabuntur gẽtes & timebunt qui habitant terminos a signis tuis*. Nam circa terminum huius vitæ & alterius initium habitant dæmones, quia ibi obseruant & insidiantur calcaneo trãseuntis, vt dicitur Gene. tertio. *Tales enim timebunt à signis Dei*. Et propter hoc non sine causa ante oculos morientium ponitur crux, In cuius signum legimus, quod *Qui super vtrumque postem domus suæ*, scilicet super intellectum & affectum quasi in superliminaribus posuerunt sanguinem agni, *Liberati sunt ab exterminatore Angelo*. Super quo Chryso. in epistо. ad Neophitos: Sanguis agni occisi preseruabat à malo Angelo ne occideret primogenita Hæbreorum: nõ quia sanguis, sed quod per eum Dominici sanguinis demonstrabatur exemplar. Nam sicut regnantium statuæ, non quia ære cõfectæ sunt, sed quod gerunt imaginem regis, aliquando ad se confugientibus subuenire consueuerunt: ita & ille sanguis, non quod sanguis: sed quia exemplar futuri. Nunc igitur si viderit hostis non postibus impositum sanguinem typi, sed fidelium ore lucentem sanguinem veritatis, quanto magis terrebitur prospiciens ipsam veritatem. Hæc Chryso. Ideo hęc signa Dominici sanguinis semper debemus in mente habere quod horanoctis, scilicet mortis: Angelus Domini malus totam domum nostri corporis circumiens quantũcunque domus sit alta bene murata & de magno sanguine orta, nisi signata sit & munita hoc sanguine, corpus & animam interficiet. Christus enim nobis faciet in morte sicut hominibus intrantibus in prælium. Quando enim duo exercitus debent congredi, illi qui sunt de vna parte assumunt sibi aliquod signum commune quo cognoscunt se mutuo, & sic non percutiũtur neque occidũtur à se inuicem: Sic erit in morte cuiuslibet nostrũ. Illi in quibus arma & signa sanguinis non inuenientur, occidentur & in infernum detrudentur. Sed in multorum cordibus infixa sunt non Christi signa sed diaboli, ita quod non possunt ibi habere locum signa Dei: sicut nobiles ponunt signa sua in summitate castri capti. *Posuerunt signa sua sicut in exitu domus*, scilicet super summum, id est, in summitate, ita isti in exitu animæ à domo corporis ponunt signa peccatorum super animam, quæ est summũ in homine. Secũdo eripit exeuntes à miseria: Ante enim effusionem sanguinis Christi nullus quantuncunque iustus liberabatur vniuersaliter à miseria, quando saltem extra hæreditatem suam remaneret. Tunc enim omnes in infernum descendebant. Sed post passionem mors sanctis est finis miserię. Tu autem in sanguine testamenti tui, id est, quo testamentum tuum firmum est, sicut in morte testatoris confirmatum testamentũ: *Eduxisti vinctos de lacu in quo erat aqua*. Ante enim mortem Christi inter cælum & terram erat passus adeo periculosus, quod nullus quantuncunque sanctus, nec Patriarchæ, nec Prophetę, poterãt transire. Erat enim inter paradisum & hunc mundum ignea riparia vel murus igneus & ianitor Angelus, qui hominem non permittebat intrare, Propter quod dominus Iesus hunc mundum ingressus, per fluxum sanguinis sui hanc ripam extinxit, & amouens Angelum de porta paradisi, Petrũ peccatorem ibi ianitorẽ ordinauit. Tertio sanguis Christi introduxit exeuntes ad gloriam: Sanguis enim Christi est merellus & signum, quo ostenso intratur cælum. Quando enim aliquis magnus princeps venit ad curiam, omnes de sua liureta intrant post ipsum, quia existimatur quod sint de familia eius. Christus autem tinctus veste sua introiuit in cælum, iuxta illud Angelorum admirantium. *Quis est iste qui venit*

Psal. 64

Genes. 3

Ex. 10.

Psal. 73.

Zach. 9.

Esaiæ

de Edom tinctis vestibus de bosra. Ideo qui vestes habent tinctas sanguine Christi, id est, corpus per abstinentiã aut patientiã exemplo Christi, illi soli post ipsum ingredientur. Ideo dicitur Apoca. vlti. *Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni*. vt scilicet habeant potestatem in ligno vitæ, & per portas ingrediantur ciuitatem. Per portas vtique intrauit Christus, non quidem per sanguinem hircorum aut vitulorum: sed per proprium sanguinem intrauit semel in æterna redemptione inuenta. Præterea secundum Bern. lib. de exhortatione ad passionem Christi. *Ager Acheldemach emptus est pro peregrinorum sepultura* pretio sanguinis Christi. Per hunc autem agrum mystice intelligitur cælestis patria, in qua sepeliuntur omnes qui sunt peregrini in hoc mundo. Ergo virtute sanguinis Christi illuc omnis peregrinus à mundo introducitur. Et hæc est ratio quare dicitur sanguis testamenti æterni: quia nouam & æternam promissionem confirmat, sicut dicit Christus. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem: habet vitam æternam*. Sed circa huiusmodi sanguinis Christi virtutes oritur duplex quæstio: Prima quidem, si tantæ virtutis & efficaciæ est sanguis Christi, an se extẽdat vsque ad lotionem eorum qui damnantur in inferno, sicut voluit Origenes. Ad hoc respondetur quod non: Tum primo, quod secundum Apostolum: *Dominus Iesus dicitur pacificans per sanguinem suum, sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt*. Ergo Christus per sanguinem suum solum reconciliauit habitantes in terra & in cælis, non quæ infra terram. Inde est quod Christo nato de tali reconciliatione gratias agentes Angeli dixerunt: *Gloria in excelsis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Item dicit Apostolus. *Non potestis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum*, & non potestis mensæ Domini participes esse & mensæ dæmoniorum. Ergo cum dæmones suum proprium habeant scilicet calicem iræ Dei: non possunt bibere calicem Christi, aut efficaciam eius degustare. Quod autem non se compatiantur isti calices patet, nã calix Domini dulcis est & suauis bene dispositis. Psalm. *Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei*. Si ergo Dominus qui est pars calicis suauis est, iuxta gustũ Dauid. dicentis: *Gustate & videte, quoniam suauis est dominus*, sequitur quod calix Domine suauis est: Calix autem dæmoniorũ amarissimus & fœtidissimus secundum illud: *Ignis sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum*. Ad cuius quæstionis decisionem per pulchre loquitur Bernard. Hom. 79. Non descendit ad inferos sanguis qui effusus est super terram: Biberunt omnes peccatores terræ, Non est quod sibi vendicent ex eo dæmones ad restinguendos suos focos, sed neq; homines socij dęmoniorũ. Semel illuc descendit non sanguis sed anima. Et hæc portio eorũ qui in carcere erant vna illa quæ tunc facta est visitatio per prȩsentiam animæ, cum corpus penderet super terram exanime. Sanguis aridã rigauit, sanguis infudit terrã & inebriauit eã, sanguis quæ in terra & in cælis pacificauit: non autem quę apud inferos, nisi quod semel anima eius illuc excurrit & fecit ex parte redemptionẽ. Hæc Bern. Secunda quȩstio. Si tantã efficaciã habeat virtus sanguinis Christi: cur nõ quotidie sumitur in Ecclesia ad robur & subsidiũ Ecclesiæ? cur nõ in die parasceues sicut in alijs diebus sumitur à sacerdote? Respondẽt doctores, quod hoc facit Ecclesia quadruplici de causa: Prima est, quia illa sexta feria sanguis Christi effusus fuit in terram & realiter à corpore Christi diuisus. Ideo Ecclesia quę ex se & ex suo toto officio illo die prædictã diuisionẽ commemorat, vt hanc separationem manifeste ostendat illo die fuisse factam, in Christi morte: sub specie visibili corpus assumit non sanguinẽ sub specie vini. Eadẽ tamẽ die sumit sacerdos Sacramentum sub specie panis, ad refectionem potius Ecclesiæ quam ad signationem. Secunda causa potuit esse, quod sacrificiũ altaris quodammodo repręsentat Christi sepulturam. Et quia

Apo 22

Matt. 27

Ioan. 6.

Sanguis Christi. Quod. Sanguis Christi non se extendit vsque ad lotionem damnatorum.

Col. 1.

Luc. 2.

1 Cor. 10

Psal. 15.

Psal. 33.

Psal. 10.

Sanguis Christi. Causa multiplex quod nõ sumitur Sanguis Christi in parasceue.

quia illo die ſancti viri, qui Dominum ſepelierunt, ſolum corpus & ſanguiné tractauerunt, qui effuſus erat in terram, ideo & miniſtri altaris eodem die corpus Chriſti non ſanguinem Sacramentaliter tractant. Tertia cauſa, quia ſicut in veteri lege in ſecundo tabernaculo quod dicebatur ſancta ſanctorum, ſemel in anno ſummus Pontifex ſolus intrabat non ſine ſanguine quem offerebat pro ſua & populi ignorantia, vt dicitur Hebr. ſic ad oſtendendum quod ea die ſolus noſter ſummus Sacerdos Dominus Ieſus introiuit in ſancta per proprium ſanguiné, ea die non ſumit Eccleſia ſacramentaliter Chriſti ſanguinem ſub ſpeciebus vini. Quarta cauſa eſſe potuit, vt oſtendat Eccleſia non eſſe neceſſarium, quando non fit conſecratio ſub vtraque ſpecie communicare, ideo de illo die quo non conſecrat Eccleſia, tantum ſub vna ſpecie communicat. Et hæc ſufficiant.

Hebr. 9.

SERMO V. DE MATERIA huius Sacramenti. Per Thema.

Text. 6. Exo 16. A Manna Euchar. Quod cibus iſte dominici meliùs eſt quam Manna.

HIc eſt panis qui de cælo deſcendit. *Vagantes filij Iſrael in deſerto* (ſicut legitur) *Murmurauerunt contra Moyſen dicentes: Vtinam mortui eſſemus in terra Aegypti quando ſedebamus ad ollas carnium & comedebamus panes in ſaturitate.* Sed huic murmuri ſatisfaciens Dominus pluit illis manna ad manducandum. Qui videntes cælum pluere manna admirati interrogare Moyſem cœperunt quid hoc eſſet: *Dicebant enim Manhu, quod interpretatur quid eſt hoc.* Et tunc reſponſum eſt à Moyſe quod *iſte eſt panis quem dedit vobis Dominus ad veſcendum.* Sed quamquam hic cibus de cælo aëreo deſcendens mirabilis eſſet: tamen non multum poſt eum faſtidierunt filij Iſraël, dicentes: *Anima noſtra arida eſt, oculi noſtri nihil aliud reſpiciunt niſi Manna.* Nec enim eorũ iudicio erat cibus animæ conueniens ſecundũ quod dicebant: *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo.* Qua de re promiſit Deus dare alium cibum meliorem per Eſaiam: *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte Sion conuiuium pinguium: cõuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ.* Dicit autem *medullatorum pinguium*, id eſt repletorum medulla, quæ eſt cibus in carne ſuauior, & hoc quo ad corpus, & vindemiæ defecatæ, id eſt ſine fece, quo ad eius puriſsimum ſanguinem, & interim paſcebat eos verbo dicens: *Erit panis frugum terræ vberrimus & pinguis & paſcetur in poſſeſſione tua agnus in die illa ſpatioſe*, id eſt, in dilatatione charitatis. Erat autem huius panis, non quidẽ cæli aërei, ſed empyrei magna fames in terra, petente Eſaia. *Frange eſurienti panem tuum*, conquærente etiam Hieremia: *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis:* Tunc enim vt dicitur: *In toto orbe decerat panis iſte deſideratus*, donec venit verus Ioſeph Saluator noſter, qui ianuas cæli aperuit, horrei in quo pretioſum diuinitatis manna continebatur: quando per quinque vulnerum loca, quaſi per quinque ianuas cęli ſanguis redemptionis effuſus eſt, & exinde *granum frumenti cecidit in terram mortuum.* Tunc enim *miſcuerat mulier ſapiens tria ſata farinæ, & nobis exinde parauerat ſubcinericium panem ad edendũ.* Illa autem fuit Maria quæ ſapienter inſtituta ad hoc egit humilitate ſua, vt tres naturæ in vnitatem diuini ſuppoſiti conuenirẽt, & nobis illud ad manducandum pararetur, cui tanquam Matri vt panẽ paruulis ſuis porrigat dicamus: Aue Maria, &c.

Eſa. 25. Ibid 30 Eſai 58. Thren 4 Gen. 47 Mat. 13 Gen. 17. Num 11 Ibid. 25

Sed quæritur cũ Doctore ſancto, tertia parte q. 75. art. 1. Vtrũ conueniens fuerit Dominũ Ieſum ſub ſpeciebus iſtis Sacramentalibus ſuã præſentiã exhibere corporalẽ. Et videtur quod non, quod Sacramenta Eccleſiæ ad vtilitatẽ fideliũ ordinantur, ſed ſecundũ Greg. in quadã Hom. Centurio reprehenditur, quia quærebat corporalẽ Chriſti præſentiã: Apoſtoli etiã impediebantur accipere Spiritũ ſanctum propter hoc quod affecti erãt ad eius præſentiã corporalẽ, vt Aug. dicit ſuper illud: *Si non abiero, paraclitus nõ veniet ad vos.* Igitur

Corpus Christi esse sub sacramento congruebat per festiuam noua legis, charitatis Christi: & per festiuam fidei Heb. 10

tur non est conueniens quod sit corporaliter in sacramento. Ad hoc respondetur quod licet sola fide tenendum sit quod ibi est verum Christi corpus præsens: huius tamen conuenientia tripliciter deduci potest. Primò, ex perfectione nouæ legis: quia sacrificia veteris legis illud sacrificium verum passionis Christi solum in figura continebant, secundum illud Heb. *Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem.* Ideo oportuit vt aliquid plus haberet sacrificium nouæ legis à Christo institutum, vt scilicet contineret ipsum passum, non solum in significatione aut figura, sed etiam in rei veritate: Et ideo ipsum sacramentum quod ipsum Christum realiter continet, vt Dionysius dicit 4. cap. ecclesiasticæ hierarchiæ: est perfectissimum omnium aliorum sacramentorum in quibus virtus Christi participatur. Secundo, hoc competit charitati Christi & amicitiæ eius: ex qua pro salute nostra verum corpus nostræ naturę assumpsit, & in eadem passus est. Et quia maxime proprium est conuiuere amicis (vt dicit Philosoph. 9. Ethic.) sui præsentiam corporalem nobis promittit & præmium. *Vbi fuerit corpus illuc congregabuntur & aquilæ*, ita vt nobiscum in eodem corpore maneat in æternum. Et quia in propria specie secundum statum mortalem: non erat conueniens vt maneret nobiscum in æternum: Tum propter redemptionem nostrã peragendam: Tum vt resurrectione sua futuram nostram resurrectionem astrueret: nec secundum statum gloriæ congruebat, cum sit alterius conditionis incomparabiliter distantis à nostra. Ideo necessarium nobis fuit, & conueniens suæ bonitati & amicitiæ: vt saltem sub aliena specie, in propria tamen corporali præsentia, semper & in æternum maneret cũ ecclesia, vt sic per veritatem sacramenti cum eo iungeremur iuxta illud: *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinẽ, in me manet & ego in eo.* Propter quod hoc sacramentũ est maximæ charitatis signũ, &

Mat 24

Ioan. 6.

nostræ spei subleuamentum, ex tã familiari Christi coniunctione ad nos. Tertio, hoc competit perfectioni fidei, quæ sicut est de diuinitate Christi, ita etiam de eius humanitate, secundum illud: *Creditis in Deũ, & in me credite.* Et quia fides est inuisibilium, ideo sicut Christus dum erat in hoc sæculo, diuinitatem suam exhibebat discipulis inuisibiliter, humanitate tamen velatam: sic in hoc sacramento, carnem suam alienis speciebus velatam, modo exhibet inuisibili. Dicitur secundo quod tales nec reprehẽdũtur, nec arguũtur, aut à spiritu sancto recipiendo impediuntur, prout est præsens inuisibiliter modo & forma spiritus: sed bene de præsentia corporis Christi, quẽ nimis carnaliter diligebant, prout erat præsens per modum corporeum, id est, prout est in sua specie visibilis. Vnde Augustꝰ. super Ioannem. Si intellexisti spiritualiter verba Christi de carne sua, spiritus & vita tibi sunt: si intellexisti carnaliter, etiam spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt. Ideo non cum hęreticis aut incredulis dubitandum est, an sub illis speciebus realiter sit verum corpus Christi: sed cum Christo & Catholicis firmiter credendum est & confitendum: quia *hic est panis qui de cælo descendit.*

Ioan. 6

In hoc sermone tractandum erit de materia huius sacramenti, quæ quidem quatuor quæstionibus terminabitur. Prima quidem supposito, quod conueniens fuerit Christum Dominũ nobis sub speciebus sacramentalibus realiter esse præsentem, quare voluit sic alienis speciebus esse velatus. Ad hoc assignant doctores quidam multas rationes, quarum Magister in 4. distin. 12. tres assignat: Prima est, vt fides habeat meritum: Secunda, ne abhorreret gustus quod teneret manus. Tertia ne insultarent nobis hæretici & infideles, cum viderent nos comedere carnes crudas, & tunc cederet hoc in derisionem fidei. Et si dicatur, quod infideles videntes vinum conuerti in sanguinem virtute verborũ prælatorũ à consecrante,

C

Eucharistia. Quinq; rationes propter quas voluit Dominus corpus suum esse velatum sub alienis speciebus.

secrante, potius ædificarentur in fide quam irriderent. Præterea, sancti aliquãdo pro fidei alicuius confirmatione orauerunt, quia Dominus in propria specie ostenderet corpus suum: sicut legitur de B. Gregorio Papa, quod ad confirmandũ plebis fidem, orationibus suis obtinuit à Domino formam panis conuerti in carnem cruẽtam: Et sic esse sub propria specie non ordinat ad fidei irrisionem, sed potius ædificationem. Ad hoc respondet Alex. de Hall. quarta parte. Primo, quod ex tali mutatione panis in carnem, & visione carnis crudæ, gentiles potius prouocarentur ad irrisionem: quia illam cõuersionem per incarnationem assererent factam. Dicitur secundo, quod sancti quando orauerunt quod Christus ad manifestationem huius sacramenti, ostenderet corpus suum in forma & specie carnis: hoc obtento, iterum orauerunt vt esset sub specie panis cum deberet assumi. Quando enim matrona, quæ panem ad consecrandum obtulerat de sacramẽti veritate dubitabat: & Dominus ad preces beati Gregorij veritatem ipsius sacramenti reuelauerat, iterata prece eiusdem, reuersa est species panis. Quo facto mulieri eidem credenti corpus Christi sub specie panis existens communicauit. Quarta ratio ad hoc induci potest, ne intelligatur cibus iste carnalis sed magis
Ioan. 6. spiritualis. Vt enim dicit Christus. *Spiritus est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam*, caro quippe non prodest quicquam carnaliter intelligenti, puta illis qui credunt carnem esse manducandam sicut manducatur caro bestiæ: sed multum prodest credenti ibi esse veram carnem Christi, & comedendam esse spiritualiter & sacramentaliter. Inde August. super illõ: *Caro non prodest quicquam*. carnem quippe sic intellexerunt, quo modo in cadauere venditur: aut in macello dilaniatur. Quinta ratio adduci potest, vt videlicet Dominus nostræ infirmitati parcat & prouideat: & hoc propter multa quibus apparet nostra infirmitas. Primo quidem apparet in hoc, quod paruuli sumus pro statu vitæ huius, in comparatione perfectionis illius. De qua Ephes. *Donec occurramus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi*. Paruuli iterum sumus tam paruitate intellectus quam affectus. Cuius exemplum est in paruulo literali & materiali, cuius intellectus adeo paruus est & angustus, vt maius bonum pomo vno, aut nuce, aut pugillo lactis, aut aliquo alio huiusmodi capere cognitione non valeat, nec affectus est maior, vt alia maiora appetat. Sic affectus noster adeo modicus est & angustus: vt Deum delectatione plene non capiat, & ipsa brachia charitatis hic adeo breuia sunt, vt immẽsitatem eius complecti non valeant. Hæc Guilielmus Parisiensis. Si autem nostræ familiæ filijs pro eorum congruentia cibum ministrant naturali pietate patres eorum: ita vt alijs cibum in specie lactis, alijs in panis species forbitũ aut clarum: quãto magis fontalis & inestimabilis pietatis Deus: super omnẽ comparationem plus diligens filios gratiæ suæ & adoptionis, quam possit mater quæcunque diligere filios vteri sui, ministrabit eis panem vitæ pro congruentia singulorũ. Adultos autem & perfectæ virtutis filios, scilicet angelos suos, & animas sanctas, quæ ad eius consortium iam sunt assumptæ, qui capaces sunt comedere panem vitæ, tam virtute quam amplitudine oris & ventris spiritualium, reficit in ipsa formæ soliditate in ipsa mensa æternæ refectionis, De qua Lucæ 22: *Et ego* Luc. 22.
dispono vobis, sicut disposuit mihi pater: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Filios autem paruulos quibus non est comedere, possibile in ipsa soliditate, oportuit patrem misericordissimum in alia forma, in qua sit esibilis proponendo reficere. Et forte sicut paruulos occideret cibus solidissimus: sic & iste cibus menti non glorificatæ appositus. Et quemadmodum cibus incomparabiliter, maior faucibus & ventre vtrumque dirumperet: sic panis vitæ pro illa immen-

D
Infirmitas humana.
Quid infirmitas nostra apparet hic, quia paruuli sumus, in exteriora vt sensum interioribus oculis & in gustu debilitati. Ephes. 4.

ſitate totam mentis humanæ capacitatem diſcerperet. Hoc apparet in luce, cum vehementer ſe infundit, & vltra capacitatẽ viſum extinguit. Hæc Guil. Secundo, apparet infirmitas noſtra in viſu exteriori. Non enim tantam lucis claritatem ſicut corporis Chriſti poſſemus comprehendere aut intueri: Ideo conueniens fuit vt ſub quodam velamine ſe occultaret. Vt enim dicitur: contigit in viuarienſi diocœſi in quadam eccleſia Premonſtratenſis ordinis, dũ celebraretur miſſa in præfato monaſterio: quidem frater de choro reſpiciens ad altare, vidit ſuper illud circulum claritatis immenſæ, & columbam miri cãdoris ſuper calicem in eadem claritate. Cœpit ergo admirari, & admirando intueri, nec ſe reputabat indignum tanta viſione, vel forte tanti miraculi vim ferre non potuit, & forſitan ſuperbiuit: ideo ſubito ſtupefactus & territus, amiſſo viſu, cecidit in choro proſtratus. Quem fratres ad manus extra chorũ deducentes, & euentus veritatem perquirentes tandiu precibus inſtiterunt, donec ei Dominus viſum reſtitueret. Et ſic apparet infirmitas viſus exterioris ad intuendam tantam claritatem. Tertio, in interioribus oculis apparet infirmitas, ratione cuius Dyonyſ. 7. c. Cæleſtis hierar. dicit: Neque (inquiens) poſsibile eſt aliter nobis lucere diuinum radium, niſi varietate ſacrorum velaminum circumuelatum. Sicut enim infirmi oculi ſolem nube tectum libere conſpiciunt, qui coruſcum lumen eius intueri non poſſunt: ſic & diuinum radium lippientibus mẽtis oculis lucere impoſsibile eſt nobis, niſi varietate ſacrorum velamine circumuelatum. Quarto, apparet hæc infirmitas in guſtu. Cum enim optima cibaria non valet deguſtare homo: ſignum eſt infirmitatis. Nos autem, diuinitatem, quæ optimum edulium eſt, vix guſtare poſſumus: ideo remedium oportunum oportuit diuinam pietatem infirmitati noſtræ apponere. Vnde Innocentius de officio miſſæ. Sapiẽtia Dei quæ de ſe viſibilia manifeſtat, volẽs euidenter oſtendere quod ipſa eſt cibus animarum: carnem aſſumptam propoſuit in edulium, vt per cibum humanitatis inuitaret ad guſtum diuinitatis, de quo Pſal. *Guſtate & videte, quoniã ſuauis eſt Dominus*: vt etiam de viſibilibus ad inuiſibilia, de temporalibus ad æterna, de terrenis ad cæleſtia, de humanis ad diuina nos transferat. *Ego ſum* (inquit) *panis viuus qui de cælo deſcendi*: Ecce cibus diuinitatis, *& panis quem ego dabo caro mea eſt*: Ecce cibus humanitatis. Et quia per guſtum homo mortem incurrit, per guſtum vitam acquirat, vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret, hæc innocentius. Inde & poſtquam Dominus loquutus eſt de paſtu quinque panum quibus ſatiauit quinque milia hominum corporaliter: poſtmodum ſermonem conuertit ad loquendum de hoc ſpirituali & ſacramentali pane, vt per prædictam ſatietatẽ corporalem, manducaret eos in ſatietatẽ ſpiritualem huius panis, de quo ſubiunxit: *Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis.* Quæritur ſecundo, cum Dominus ſuam præſentiam corporalem voluerit velari nobis ſub alienis ſpeciebus: quare magis ſub ſpecie panis & vini quã ſub alia ſpecie. Ad hoc reſpondetur, Primo, quod hoc fecit multiplici ratione. Prima, ad oſtendendum in hoc ſacramẽto eſſe perfectam animæ refectionẽ: ſicut videmus, quod perfecta corporis refectio eſt ex cibo & potu: immo non ſolum animæ ſed etiam corporis, quia ad vtriuſque ſalutem ordinatur. Reficit enim & delectat mirabiliter viros ſanctos meditatio dominicæ paſsionis, quæ fuit in multiplici afflictione corporis, & effuſione ſanguinis ſui ad redemptionem tam animæ quam corporis noſtri. Secũda ratio, propter expreſsiorem ſignationem. Hæc enim expreſsius ſignant verum corpus Chriſti realiter in hoc ſacramẽto cõtentum, & etiam myſticum corpus eccleſiæ. Nam ſicut panis (vt inquit Aug.) conficitur ex multis & puriſsimis granis, & vinum

Pſal. 33.

Ioan. 6.

Ibid. 51.

Ioan. 6.

E Euchar. Quæſt. rationes propter quas voluit Dominus ſub ſpecie panis & vini occultari

vinum exprimitur ex multis acinis : sic corpus Christi verũ componitur ex multis & purissimis membris, ex quibus effluxit eius sanguis: & corpus eius mysticum ex multis & fidelibus personis per fidem & charitatem in vnum coniunctis. Secundo, quia sicut panis coquitur in clibano, & vinũ effluit de torculari: sic corpus Christi coctũ fuit in vtero virginis, & in clibano crucis, & sanguis eius de mẽbris exiuit pressis in torculari crucis. Tertia ratio, secundum Damas. vt ex his quæ consueuimus frequentare, ad ea quę sunt fidei altissima nos trãsferat. Ait enim sic: Quia consuetudo est hominibus lauari aqua, & oleo vngi, coniugauit Dominus aquã & spiritum sanctũ, & id fecit lauachrũ regenerationis. Et quia consuetudo erat hominibus panẽ comedere & vinũ bibere: coniugauit eis deitatem, & fecit ea corpus eius & sanguinẽ, vt per hæc quæ secundũ naturam cõsueta, in quibus vita conseruatur, ad ea quæ sunt super naturã anima transferatur: hæc Damas. Quarta ratio secundum Richar. de media villa in 4. d. 8. in expositione textus: quia per hoc sacramentum vult nos restituere Dominus æquiualenter ad primum statum, sed naturali statu cibus prius datus fuit ex grano. Non enim sunt datæ Adæ carnes in paradiso, sed fructus quæ sunt ex granis. Sed multum elongatis à prima institutione, scilicet post diluuiũ concessa est caro in cibũ: & sic naturæ primo institutæ si meliores sunt qui à carnibus abstinent, & potius paradisicolæ, quã terrigenæ sunt. Et ideo potius sub specie panis & vini, quæ ex granis fiunt hoc sacramẽtum ordidauit. Quinta ratio secundũ eũdem, quia hæc maxime repræsentãt Christũ de virgine natũ: non caro. Nã carnes in terris habent patrẽ & matrem: grana autẽ habẽt matrẽ terrã, cui indidit Deus tanquam pater rationes seminales, vt virdat semen mulieri, & ideo habent quasi patrem de cælo, & matrẽ de terra, sicut Christus in terra est sine patre, & in cælis sine matre.

Genes 3.

Dicitur secundo, quod panis triticeus vel magis frumenti est materia huius sacramenti: ita tamen quod si sint cum puro frumento pauciora grana quæ non sufficiant mutare naturã tritici: hoc est adhuc materia huius sacramenti, hoc enim accepit ecclesia ab Apostolis, & hoc propter multiplicem conuenientiã. Nam Christus se cõparauit grano frumẽti, vbi ait: *Nisi granũ frumenti cadẽs in terrã, &c.* vbi Aug. Cũ sint multa grana frugũ: nulli se cõparat Christus nisi grano frumẽti. Vnde mos cœpit Ecclesiæ de hoc solo grano confici corpus Domini. Item secundum medicorum opiniorũ triticũ mundificatiuũ est & lauatiuum. Ius enim de farina eius confectũ purgatiuũ est pectoris. Ideo Christus, qui maxime diluit peccata nostra iuxta illud. *Christus autẽ purgauit peccata ipsius*, sibi maxime comparari d. bet & ex eo confici corpus eius. Itẽ ad vsum & bonitatẽ tritici confert, quod nõ sit nimis nouũ nec nimis vetus, sed in mediocritate. Sic Christus cum se dedit in cœna, iam in mediocri ætate cõstabat. Has duas vltimas similitudines ponit Rich. ir. 4. d. 8. in expositione. Tũ etiã quia triticeus panis in natura sua specie est dignior, Tũ quia in effectu refectionis vtilior. Tum quia in communi hominum vsu visitatior. Licet enim nõ omnibus terris nascitur vinũ vel triticũ, tamẽ de facili ad omnes regiones deportari potest quantũ sufficit ad vsum sacramenti. Dicitur tertio, quod vinũ vitis est materia huius sacramẽti & non alterius arboris: Tum quia Dominus cõparauit se viti. *Ego sum vitis vera*: Tũ quia ex hoc genere vini confecit. Dixit enim: *Non bibam amodo de genimine vitis*. Tum tertio, secundum Alexand. quarta parte, propter vini proprietatem. Nam (vt ait) antiqui assimilauerunt vinum thiriacæ. Calefacit enim corpora frigida, & infrigidat calida. Sic Christus calefecit corda frigida, Nec mirum: Est enim diuinus carbo vt dicit Damascenus. *Non est qui se abscondat à calore eius*. Infrigidat etiam calida. Nam effectus Eucharistiæ

Ioan. 12.

Eccl 47.

Ioan 15

Mat 26

Psal. 18.

est quod mirabiliter minuit feruorē con-
Eccl 23. cupiscentiæ, iuxta illud: *Anima calida quasi*
ignis ardens non extinguetur donec aliquid glu-
tiat. Quæritur tertio, quare Dominus istis
F. Eucha-ristia. Quare simul misceantur panis aqua & vinū in sacramento & quid significent ista tria. tribus simul, pane sed aqua & vino voluit nos vti, ad conficiendum hoc Sacramentum: Ad hoc dicitur quod multiplex est ratio. Vna est, quia Dominus conficiēdo hoc Sacramentum creditur aquā vino miscuisse, quia Dominus temperatissimus erat, & vina illius regionis grossa & calida, & similiter regio multum calida, & Petrus Christi Vicarius (qui præsens ad hæc erat) aquam apponebat vino consecrando & (vt credimus) Romanā Ecclesiam sic docuit. Ideo ritum illum obseruantes adhuc, aquam miscemus. Et licet quibusdam videatur hæc mixtio rationabilis propter consonantiam ad effusionē sanguinis & aquæ de latere Christi, tamē secundum Alexand. vinum & aqua mixta in Sacramento non similiter se habent sicut sanguis & aqua in effluctione lateris Christi: quia in illo significabatur duplex passioni effectus, scilicet redemptio generationis humani in sanguine, & eiusdem ablutio per aquam. Mixtio autem aquæ cum vino, signat nostræ mortalitatis absorptionem. Aqua enim nostram
2. Reg. 14. mortalitatē signat. *Omnes morimur & quasi*
aquæ in terram dilabimur. Vinum autem significat sanguinem Christi, cuius mortifi-
1. Cor. 15. catione. *Absorpta est mors in victoria*, licet
Col. 3. enim in nobis moriamur, in Christo tamē viuimus, iuxta illud: *Mortui estis & vita*
vestra abscondita est cū Christo in Deo. Secunda ratio est, quia inter omnia humanæ vitæ sustentandæ necessaria, hæc tria sunt mundiora vtiliora & magis necessaria: ergo in id quod vtilius est & mundius omnibus, ad vitam æternam capessendā debuerunt magis transformari. Et si quæratur in qua quantitate debet apponi aqua. Respondetur, quam ita apponenda est in parua quantitate, quod possit absorberi à vino, ita quod sufficit gutta quantumcumque parua, dummodo possit à suo toto separari: quia Christus non mutatur, in Ecclesiam, sed Ecclesia mutatur in Christum, sicut dictum est ad Augustinum: Non tu me mutabis in te, sed tu muraberis in me. Tertia ratio, quia in istis tribus res ipsa & virtus Sacramenti intelligitur, sine qua ad hoc Sacramentū indigne acceditur, & ad iudicium non ad salutem sumitur. In aqua enim intelligitur fides quæ latet & mittitur in aquis baptismi, in vino quod accendit & lætificat cor hominis, spes, in pane quæ confirmat, charitas, sine quibus non est ad hoc Sacramentum perueniēdum, sed per ista tria sicut tribus gradibus ad ipsum ascenditur, vel in pane quæ corroborat, pater intelligitur qui est omnium robur & fortitudo, in vino quod lætificat, filius intelligitur, qui est gaudium nostrū quod nemo tollet à nobis, in aqua quæ mundat Spiritus sanctus, sicut scriptum est.
Effundam super vos aquam mundam & mun- Iebet. 36.
dabimini ab omnibus inquinamentis vestris.
Quarta ratio, quia panis corpus Christi repræsentat, & vinum eius sanguinem, aqua vero populum, iuxta illud Apoc.
Aquæ multæ populi multi. Qui quidem po- Apoc. 17.
pulus (vt dicit Bonauen. in 4. distinct. 11.) insipidus est sicut aqua, sapidus autem fit per coniunctionem cum sapientia diuina, sicut aqua cum vino adiungitur, & manducandum hoc Sacramentum vnum efficitur cum Christo, & sibi incorporatur, iuxta illud: *Qui manducat meam carnem* Ioan. 6.
& bibit meum sanguinem, in me manet & ego
in eo. Secundum tamen Alexand. in quarta parte: Aqua vino apposita signat vocationem gentium, quæ inserendæ erant Ecclesiæ de Iudæis, sicut oleaster oliuæ.
Aqua enim vertitur in vinū: Propter quod Rom. 11. Ioan. 21. Act. 10.
dictum est Petro. *Occide manduca.* Sicut enim quod manducatur in naturam māducantis conuertitur, sic aqua (quæ gentes incorporandas significat) in naturam vini conuertitur, per quam Ecclesia fidelium de Iudæis significatur. Hæc Hall. Quinta ratio, quia paruuli sumus & debile caput habemus. Ideo Sapientia (quæ ædificauit sibi domum Ecclesiæ) miscuit

nobis

nobis vinum, volens vt aqua in vino apponatur, ita vt moraliter loquendo delectationes nostræ tẽporales moderatę sint & temperatæ luctu. Alioquin nos multũ grauare possent. Et si quæratur. Si Sacerdos in vino consecrando ex negligentia non apponat aquam, an peccet mortaliter? Respondet Guil. Altisiod. in quarta parte, quod si negligentia illa sit ex libidine mortali, mortalis est, sicut si ex cupiditate oblationum nimis acceleret Sacerdos, ne recedãt homines, & ex illa celeritate prętermittat aquam, peccat mortaliter. Si vero ex libidine veniali, sicut ex verbo ocioso vel aliquo tali: peccat venialiter. Si ex meditatione & contemplatione legis Dei, hoc non est peccatum. Tamen reputare debet se reum. Ibi enim habet locum illud Gregorij. Bonarum mentium est ibi agnoscere culpam, vbi culpa non est, hæc Altisiod. Et si vlterius quæratur. Si forte poneretur aqua in dolio vnde sumitur vinum consecrandum, nonne sufficeret, sicut solent facere tabernarij. Dicitur enim quod mulier quędam quemdam Sacerdotem qui post missam recordatus quod aquam vino non miscuerat, dolebat in taberna, & apud se tristis & cogitabundus manebat, interrogabat cur ita tristis esset? Qui respondit, quia in calice vino aquam non miscuerat: Respondit mulier, non curetis Domine. Satis enim aquæ posui in dolio vnde vinum, de quo consecratis sumptum est. Ad hanc quæstionem respondet Richard. de media villa in 3. distinct. 11. quæst. 3. art. 6. quod dato quod sacerdos sciret aquam in dolio fuisse appositam, deberet adhuc apponere propter signationem, quia aqua prius apposita non apponebatur ad signandum illud quod signat impositio aquæ cum vino offerendo, & sic debet prius vinum in calice poni & post modum aqua. Quęritur quarto, de nominibus & varijs appellationibus huius panis, quibus scriptura sacra vtitur, vnde sortitus est tam varia nomina. Respondetur quod in scriptura sacra septem nominibus appellatur. Primo quidem appellatur panis Angelorum, iuxta illud Psal. *Panem Angelorum manducauit homo*. Et illud Sapiens: *Angelorum esca nutriuisti populum tuum*, & hoc pluribus de causis. Prima est, quia illo cibo fruuntur Angeli & reficiuntur in contemplatione. Puro enim grano, id est pura deitatis visione saturantur, & ille est cibus, de quo Raphaël dicebat: *Ego cibo inuisibili & potu quæ ab hominibus videri non potest, vtor*. Secundo, quia sicut figuratiuum istius panis, scilcet manna datum patribus in deserto Angelicis manibus est præparatum: sic iste panis à vero Angelo magni consilij Christo est institutum, paratum, & ordinatum. Tertio, quia iste panis est verus panis Sacerdotum, qui in scriptura dicuntur Angeli: quia forte Angelo Paradisi vna anima committitur custodienda, Sacerdoti vero centum vel mille animæ committuntur. Inde Malach. *Labia Sacerdotis custodiunt sapientiam, & legem requirunt de ore eius: quia Angelus Domini exercituum est*. Quarto, quia edentes hunc panem & singulariter ministri eius, qui quotidie ad ipsum sumendum accedunt, debent quodammodo vinere vita Angelica, custodiendo mentis puritatem, secundum illud Psal. *Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat*. Secundo, appellatur panis vitæ, iuxta illud: *Ego sum panis vitæ*, & hoc propter multa. Primo, quia dat vitam mundo. *Iste est panis qui de cælo descendit & dat vitam mundo*. Videat proinde qui recipit hanc panem, ne de totius mundi vita sic abutatur, quod sibi inde mortem acquirat. Videat vlterius, quid recipiat, quia non vnius hominis, sed de totius sæculi vitam. Si vitam suam propriam tantum quis appretiatur, vt pro nulla re mundi eam perdere vellet: consideret hanc totius orbis vitam custodire & non perdere, quæ toti mundo prævalet. Videat vlterius quantus rex ille est, & quam magnificus, qui ministros suos singulis diebus morsello pascit, qui prævalet omnibus

G Sacerdos Quando peccat Sacerdos vbi omittit ponere aquã.

Pf. 103. Sap. 16.

Tob. 12.

I Corpus Christi. Quare corpus Christi appellatur panis Angelorum

Mala. 2.

Pſal 100

Ioan. 6.

Pp Sacerdos Quod debet apponere Sacerdos aquã in calice licet sciret appositã in dolio.

K. *Corpus Christi. Quod corpus Christi appellatur panis vitæ*

bus regibus & reginis terrenis. Secundo, quia ille panis non ſolum dat vitam, ſed etiam eam conſeruat. Et propterea ſicut mulier paſcens puerum ſuum, primo cũ digito capit cibum & ponit in ore ſuo, deinde dat filio eſurienti vt nutriatur & in vita conſeruetur: ſic Chriſtus primo hunc cibum manibus, deinde ore ſumpſit, tandem dedit diſcipulis ſuis, & generaliter omnibus filijs regeneratis in eo, vt eo nutriãtur & conſeruentur. Tertio, quia iſte panis non ſolum dat aut cõſeruat vitam: immo eſt eſſentialiter vita. Ioan 14 Ait enim: *Ego ſum via veritas, & vita.* Viam quidem ſe oſtendit in baptiſmo: quando per ſanguinis eius mixtum via patet omniqus baptiſatis in regnũ cæleſte. In Sacramento penitentiæ veritatem oſtendit, veritatẽ vt profiteamur, & per veritatem ex ore noſtro prolatum ad ſe perueniamus: In hoc autem Sacramento vita omnium fideliũ manifeſtatur. Quarto, quia per hunc panem non ſolum trãſitoria aut ſpiritualis, ſed æternalis etiam Ioan. 6. vita acquiritur. *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Tertio, appellatur panis Eccli 15 intellectus, iuxta illud. *Cibauit illum pane vitæ & intellectus:* & hoc propter multa.

L. *Corpus Christi. Quare appellatur panis intellectus.*

Primo, quia panis iſte non niſi ab intelligentibus & doli capacibus ſuſcipi debet. Secundo, quia non niſi cũ magna, intellectus & rationis diſcretione (etiam à capacibus) ſumi debet, diſcernendo ſcilicet hunc panem ab alijs: Alioquin quiſquis eſſet, in periculum animę ſuę mãducaret, 1. Cor. 11 *non dijudicans corpus Domini* tũ. Tertio, quia intellectũ informat & illuminat. Alij enim cibi ſtomachum grauant & ſuis fumis intelligentiam turbant: iſte vero cibus cum ſit optimũ nutrimentũ, intellectum acuit & illuminat. iuxta illud Pſalmi. Accedite Pſal. 33. ad eum & illuminamini. Quarto, quod non ſine dono Spiritus ſancti, qui dicitur intellectus, ſumi dicit: Nam nõ debet quis hunc cibũ ſumere, niſi cuius anima viuit, cum comedere non ſit officiũ mortuorũ ſed viuorum tantum: ſcilicet ſine intellectu dono Spiritus ſancti non viuit anima, ſicut innuitur ex poſtulatione Pſal. dicẽtis. *Intellectum da mihi & viuam:* ergo ſine intellectus dono non debet hic cibus recipi. Quarto appellatur panis doloris lachrymarum, ſiue lugentium. iuxta. Pſal. *Surgite* ſcilicet à peccatis, *poſtquam ſederitis:* ſcilicet in eis, *Qui manducatis panem doloris*, & hoc etiam propter multa. Primo, quod iſte panis eſt doloris & paſſionis Chriſti memoratiuus & repræſentatiuus, dicente apoſtolo *Quotieſcunque mãducabitis panem hunc & calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis.* Secundo, quia iſte panis quodammodo eſt etiam noſtrę mortis & vltimi doloris rememoratiuus. Significat enim iſte panis ratione tranſſubſtantionis factæ, celerem huius tranſitoriæ vitæ terminum, & tranſitum noſtrũ in æternam: Et ſic quodammodo nobis dolorem mortis memoriæ noſtræ ingerit, iuxta illud Apoſtoli, *Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.* Tertio, Quia cum dolore & multiplicibus lachrymis debet ſumi. Primo cum lachrymis contritionis, In ſignum cuius agnus paſchalis cum lactucis agreſtibus edebatur: Secundo cum lachrymis compaſsionis, recogitando Chriſti mortem in eo repræſentatam. Pſal. *Quod cinerẽ*, id eſt, Chriſti carnem humiliatam vſque ad locum cinerum (ſcilicet ſepulchrum) *tamquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam.* Tertio, cum lachrymis deuotionis, iuxta illud *Cibabis nos pane lachrymarum.* Quarto, cum lachrymis amoris & deſyderij ſuſpirantis ad hoc, vt nudũ illũ panem cum Angelis manducemus, quẽadmodum ſuſpirabat vnus dicens: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Quinto appellatur panis noſter, iuxta illud: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, & hoc ſecundum Alexan. in 4. parte. in expoſitione Pater noſter, propter multa. Primo dicitur noſter propter indigentiã: Indigemus enim huius panis refectione. Ideo dicimus eũ eſſe noſtrũ, vt ſic indigentiæ noſtræ recordantes humiliemur. Indigenti enim in neceſsitate omnia ſunt com-

Pſal 77. M. *Corpus Christi. Quare dicitur panis doloris.*

Pſ. 126.

1 Cor. 11

1. Cor. 15

Pſa. 101

Pſal 41

Luc. 14.

Mat. 11

N. *Corpus Christi. Quare vocatur panis noſter.*

Digitized by Google

communia. Et in hoc ostenditur quod proximo indigenti omnia tam spiritualia quam corporalia debent cõmunicari. Secunda causa est: quod occasione nostri fit iste panis Sacramentalis. Sumus enim finis omnium, vt dicitur secundo de anima, & sic sumus finis propter quem iste panis ministratur. Ideo noster est nõ proprietate, sed vtilitate, casualitate. Tertio noster est, quia est fructus terræ nostræ. Fructus autem eius est cuius est terra in qua ortum habet. Iste enim fructus est ventris virginis gloriosæ, iuxta illud: *Et*
Luce 2. *benedictus fructus vẽtris tui.* Psal. *Dominus dabit benignitatẽ: & terra nostra dabit fructũ suũ.* Quarto, Domini quodãmodo datũ est no
Psal. 84. bis conficere corpus Christi non Angelo.
Mat. 26 *Hoc facite in meã commemorationẽ.* Inde Hier.
Hier. 23 *Et hoc est nomen quod vocabunt eum Dominus iustus noster.* Ideo qualicumque modo vocetur semper est noster. Si Deus vocetur: est Deus noster, si Dominus: Dominus noster: si panis, panis noster. Etsi arguatur, quia ille est panis Angelorũ, vt dictũ est, non ergo noster est. Item etiam si noster: cur quærimus eum nobis donari di-
Mat. 11 cendo. *Panem nostrũ quotidianũ*, &c. Ad hoc respondet ille Doctor. Primo, quod ille panis secũdum deitatẽ inuisibilẽ est An-
Heb. 12. gelorũ. *Ego cibo inuisibili vtor* secundũ vero humanitatẽ in persona filij incarnata nos reficit, & sic est noster. Dicitur secundo, quod omnia quæ sunt patris sunt etiam suorum paruulorũ filiorum, licet non ea possideant, sed vt oportet & indigent eis communicatur. Sic licet ille panis sit noster, tamen à Patre nostro custoditur in tempore nobis paruulis petẽtibus distribuendus. Sexto, dicitur quotidianus, iuxta illud: *Panem nostrum quotidianum*, &c. Quia hoc pane sine quo non est vita, quotidie indiget Ecclesia.

Sed videtur, quod illud allegatũ in petitione dominica, non intelligatur de pane Eucharistiæ, quia in multi in Ecclesia clamant: *Panem nostrum quotidianũ*, &c. qui tamen panem istum non communicant quotidie, quia hoc soli faciũt Sacerdotes, & sic videtur quod clamãt multi & pauci exaudiantur, contra illud Esai. *Ad vocem clamoris tui statim vt audierit, dabit tibi panem arctum.* Ad hoc respondet Alex. vbi supra, quod quilibet existens extra peccatum mortale, quotidie isto pane reficitur. Cibus enim ingrediens per os alicuius corporis non tantum reficit os, sed etiam omnia cõmembra sua. Ecclesia autem vnum totum corpus est. *Omnes nos in* 1. Cor 12
vnum corpus baptizati sumus, huius autem corporis caput est Christus, sed huius capitis os est Prælatus vel Sacerdos, cui dicitur à Domino. *Si separaueris pretiosum à vili, quasi* Col. 1.
os meum eris. Illud enim est proprium Sacerdotis, separare pretiosum, scilicet animam à vili, scilicet peccato. *Quã vilis fa-* Hier 15
cta es nimis iterans vias tuas. Ergo iste panis Hier. 2.
ex quo quotidie ab aliquo sacerdote sumitur, totũ corpus quod est Ecclesia quotidie illo pane reficitur. Præterea, quod est vnius membri, propter vnionẽ aliorum membrorũ, dicitur esse alterius, vt lingua dicit se habere annulũ quẽ habet manus & calceamentum, quod illud pes habet, gratiæ propter vnionẽ mẽbrorum Ecclesiæ, quod est vnius mẽbri dicitur esse omniũ commembrorũ. Sacerdos autẽ quotidie communicans, dicitur esse membrũ Ecclesiæ, ideo panẽ illũ participant omnia commembra Ecclesiæ, iuxta illud Psal. *Particeps ego sum omnium timen-* Ps. 118.
tium te Hæc Hall. Et si vlterius quæratur, cum multi semper habeant hunc panem & materialem & spiritualem, quare tamen petunt quotidie. Ad hoc respondet idem Doctor, quod licet multi habeant hos panes: necesse nihilominus habẽt petere panem istum spiritualem, vt illum abundantius & perfectius habeant, quod Saluator ait: *Ego veni vt vitam habeant, &* Ioan. 10
abundantius habeant. Item etiam pro habitis petitur vt conseruentur, vnde supra illud Psal. *Da mihi intellectum vt discam*, &c. Psal. 72.
Dicit Glos. Cassiodor. Idem supra petijt, sed dona Dei continue sunt petenda. Semper enim præstat, qui donata conseruat. Hæc de Hallis.

O Corpus Christi. Quare vocatur panis quotidianus. Esai. 30

Septi-

Digitized by Google

Septimo, vocatur panis ſuperſubſtantialis ſecundum illud *Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie*, & hoc ſecundum doctorem iſtum multiplici ratione. Primo, quod eſt ſuper omnem ſubſtantiam, eo quod corpus eius ſit ſuper omnẽ corporalem, & anima ſuper omnem ſpiritualem, & diuinitas eius ſuper omnia. Secundo, quia ſicut accidentia cederent in nihilum, niſi ſupportarentur à ſubſtantia, ideo ſubſtantia dicitur, quia ſubſtat accidentibus: ſic ſimiliter niſi à Chriſto ſupportarentur ſubſtantiæ & accidentia: cederent in nihilum: ideo dicitur ſuperſubſtantialis, non quod tantummodo ſubſtet accidentibus ſicut ſubſtantiæ, ſed etiam ſubſtantiæ & accidentibus, ſicut dicitur Hebr. 1. *Portans omnia verbo virtutis ſuæ*. Tertio, quia alter panis, ſcilicet materialis poteſt dici ſubſtantialis, quia noſtram ſubſtantiam infimam ſuſtentat, ſcilicet corpus, ergo iſte ex quo ſuſtentat noſtrum ſupremũ, ſcilicet animam, merito poteſt dici ſuperſtantialis. Prou. 13 *Iuſtus comedit, & replet alam ſuam*. Quarto, quod alius panis ſubſtãtialis cedit in naturã comedentis: non ſic iſte: ſed mutat comedentem in ſe, vt alias dictũ eſt, ideo merito dicitur ſuperſtantialis. Hæc Hall. Et ſi dicatur Si Dominus in oratione Dominica intellexit de pane Euchariſtię: ſequitur quod non deberet dici illa oratio poſt prandum, cum nulli ſano poſt prandium liceat communicare. Alioquin tunc diceretur, cum numquam exaudiretur, Ad hoc reſpõder iſte doctor. Primo quod ſecundum aliquos Eccleſia indifferenter petit alterum iſtorum panum vel materialem vel ſpiritualem: Vel ſecundũ eundem dicitur, quod Eccleſia per totũ orbem dilatatur: ideo frequenter in ſcriptura dicitur orbis terræ. Quando autem in vno hemiſperio eſt hora poſt meridiana, in alio eſt nox, & ſic in alijs regionibus ſuo modo: ideo ſemper qualibet hora cõſecratur corpus Chriſti & communicatur ab aliquo & ratione illius ab omnibus membris Eccleſię: Vel quia per orbem multi ſunt infirmi, qui pro neceſsitate qualibet hora diei communicari poſſunt, & ſic tota Eccleſia per illos. Hæc Hall.

Matt. 6. Panis Corpus Chriſti. Quare dicitur panis ſuper ſubſtantialis.

Hebr. 1.

Q Corpus Chriſti. Quomodo cõcedatur quod dicatur oratio dominica poſt prandiũ quãdo nõ ſolet celebrari, & tamẽ ibi fit mẽtio de Sacramento Euchar.

SERM. VI. DE OFFICIIS pietatis Chriſti quæ in hoc Sacramento nobis exhibet.

1 Tim. 3 A Euchar. Quomodo reuelandum ſint Sacramentum ſeu ſecretum Euchariſtiæ & quibus de cauſis abſcõdi poſſint ſecreta Dei. Tob. 12. 2. Re. 17 4. Reg. 6

MAgnum pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne. Quęri poſſet cum manifeſtatum eſt hoc Sacramentum cũ dicat Angelus: *Sacramentum regis abſcondere bonum eſt*. Si ergo bonũ eſt abſcondere, cur fidelibus manifeſtatum eſt? Ad hoc dicitur per tres propoſitiones. Prima eſt quod ſacramentum, id eſt, ſecretum regis terreni bonum eſt abſcondere, quod regnum ſuum commode regere non poſſet, niſi ſecretum ſuum celaretur. Nam propter hoc Abſalon non peruenit ad intentionem ſuam, quod detectum eſt ſecreti ſui conſilium patri ſuo Dauid. Nec etiã rex Syriæ cõtra regem Iſrael. *Quod per Heliſeum detecta ſunt inſidiæ*. Secundo propria ſecreta Dei duabus de cauſis abſcondere bonũ eſt: Vna quidem, quia nondum aduenit prędordinatum tempus ea reuelandi. Sicut enim in conſilio ſecreto regum negocia ſecrete tractantur, quæ à paucis ſecretarijs primo ſciuntur & ſub ſigillo fidelitatis clauduntur, tandem certo & ſtatuto tempore publicantur: ſic ſecreta Dei myſteria ab æterno fuerunt apud regem regum tractata: & paucis, ſcilicet Angelis & prophetis notificata, ſed tandem ſtatuto tempore hominibus notificata. Et ſic fuit Sacramentum incarnationis longo tempore abſconditum, iuxta illud. *Quæ ſit diſpẽſatio Sacramenti abſconditi à ſeculis*: ſed reuelatum tempore ſuo, ſicut dicitur: *Manifeſtauit autem temporibus ſuis verbum in prædicatione*. Secunda vero cauſa eſt, quod non ſunt capaces aut digni auditores, quibus iſta reuelentur, de quibus ſaluator, *Nolite ſanctum dare canibus: & margaretas nolite mittere ante porcos* Et hoc modo iudęis infidelibus

Epheſ. 3. Tit. 1. Matt. 7

fidelibus & obſtinatis, & ignorantibus fidem prædicare, & manifeſtare ſacramenti Euchariſtiæ veritatem & dignitatem, non eſſet bonum: quia magis cederet in deriſionem & vituperium fidei. Non enim humana ingenia ſacramentorum Dei capacia ſunt, niſi ſint fide illuſtrata. Inter omnia autem iſtud eſt maxi-
Epheſ. 5 mum: Ait enim Apoſtolus: *Sacramentum hoc magnum eſt in Chriſto dico & in eccleſia:* quia realiter Chriſtum repræſentat, & myſtice eccleſiam, & vtriuſque indiſſolubile matrimonium per charitatem: ideo infideles non ſunt capaces auditores veritatis huius ſacramenti. Tertia propoſitio. Vbi tempus eſt ſecretum reuelandi, & auditores capaces ſunt audiendi, bonum eſt ſacramentum regis æterni ad laudem ſuam reuelare,
Tob. 12. quia dicit Angelus: *Opera Dei reuelare & confiteri honorificum eſt.* Ideo fidelibus Chriſtianis dignum eſt & iuſtum hoc ſacramentum prædicare, quod in carne Chri-
Ioan 1. ſti manifeſtatum eſt, quando *verbum caro factum eſt*, & caro eius cibus, vt habitaret in nobis. Primo tamen manifeſtatum eſt in carne virginea, quando in vtero virginis ſol iuſtitiæ quaſi per laternam illuxit & cæleſtium donorum influentia mentem eius mirabiliter compleuit. Ad cuius influentiam confluentes, vt inde gratiam haurire valeamus, dicamus Aue.

Olim Deus pæne vniuerſo mundo ignotus & abſconditus erat: ita vt ei diceretur ab Iſaia: *Vere tu es Deus abſconditus: &*
Eſai. 45. *nulli diuina ſpeculabantur.* quouſque ſuſcitauit Dominus quoſdam ingenio præclaros, qui in lumine naturæ, ex opibus, & effectibus eius, de ſapientia & potentia Dei pauca ratiocinati ſunt, de quibus Apoſtolus: *Quod notum eſt Dei, manifeſtum*
Rom. 1. *eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Quo etiam modo dicebat Pſalm. *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ ma-*
Pſal 50 *nifeſtaſti mihi.* Sed nec iſta cognitio humani generis ſaluti ſufficiebat, nec eius deſiderio ſatisfaciebat. Propter quod in perſona humani generis conquerebatur. Iob dicens: *Cur faciem tuam abſcondis & arbitraris me inimicum tuum.* ſic Pſal. dicens: *Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare coram Effraym, Beniamin & Manaſſe.* Qua querimonia commotus Dominus in carne viſibili apparuit, & tunc magnum pietatis ſacramentum manifeſtatum eſt in carne virginea. Quia tamen necdum intuebatur eius diuinitas, *quo habitu inuentus eſt vt homo.* Ideo diuinitatem ſuam quatuor alijs modis manifeſtauit. Primo quidem per prædicationem & reuelationem fidem de diuinitate declarauit, iuxta quod dixit Ioan. 17. *Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus quos dediſti mihi.* Et niſi fuiſſet illud prædicationis & reuelationis genus, parum aut nihil de Deo ſciuiſſemus. Secundo, manifeſtauit per liberalitatem & munificentiam gratiæ ſuæ, remittendo peccata. Quamdiu enim homo eſt in peccato, Deus abſconditus eſt ab eo, iuxta illud: *Et dixi abſcondam faciem meam ab eis.* Sed quando mentem virtutibus & donis reparat: tunc ſicut hoſpes de longe veniens pœnitenti ſe præſentat, Hinc ait: *Qui diligit me diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.* Tertio, manifeſtauit eam per potentiam & gloriam in mirabilibus operibus ſuis, ſecundum illud: *Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Chana Galileæ, & manifeſtauit gloriam ſuam.* Quarto, per immenſa pietatis ſuæ beneficia manifeſtauit, & inter cætera in hoc ſacramento ineffabili, quãdo de propria carne ſua alimentum ſuorum fidelium fecit, & de ipſa eadem medicinam efficaciſsimam morbidis parauit, & in ipſa ſaluteni omnium inſtituit. *Magnum*, ergo *pietatis ſacramentum: quod manifeſtatum eſt in carne.* In hoc præſenti ſermone dicemus, quæ officia pro nobis exercet Dominus Ieſus in ſacramento altari & in miſſa: cum ibi corporaliter deſcendit pro nobis. Secundum Guil. Pariſ. lib. de ſacramentis, quatuor pietatis officia in ea pro nobis ſingulariter exercet. Primum eſt officium ſacerdotis: non Leuitici generis, ſed iuxta formam ſacerdotij

Ioan 17 B *Manifeſ. Euchar. Quibus modis manifeſtauit Deus ſuã diuinitatem & quomodo optimum in Euchariſtia Sacramẽto Deus ſe loan. 14* *loan. 8.* 1 Tim. 3

Pſ. 109. c. Melchiſedech, ſecundū illud Pſ. *Tu es ſacerdos in æternum ſecundū ordinē Melchiſedech.* & hoc propter multa. Primo quia ſicut Melchiſedech, ſecundum illud nomen in ſcriptura ſacra inuenitur, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia: ſic Chriſtus eſt ſine patre ſecundū humanitatem, ſine matre ſecundum diuinitatē, ſine genealogia, quo ad ęternā generationem: quia *generationē eius quis enarrabit?* Secundo quia ſicut Melchiſedech in ſcriptura inuenitur non habens principium neque finē, vt dicitur Hebr. 7. (non enim in ſcriptura legitur in huiuſmodi officio habuiſſe prædeceſſorē aut ſucceſſorem:) ſic Chriſti, qui eſt α & ω. ſine principio & ſine fine, ſacerdotiū manet in æternū. Hinc Heb. Ieſus autem eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotiū. Non ſic autem ſacerdotium leuiticū, quod tantummodo per tēpus duraturum erat, & ad Chriſtum Dei tribum tranſlaturū, iuxta illud Pſ. *Et reppulit tabernaculum Ioſe.* occiſis ſcilicet ſacerdotibus eius in deſtructione Hieruſalem. *& elegit tribū Iudæ*: quia quodammodo in apparentia exteriori ſecundū modū noſtrum pœnituerat Dñm eos elegiſſe in ſacerdotes. Sed de hoc *Iurauit Dominus & nō pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum.* &c. Tertio, quia ſicut Melchiſedech erat ſimul rex & ſacerdos: ſic Chriſtus ſimul rex & ſacerdos, & de genere regali & ſacerdotali deſcēdit. Quarto quia Melchiſedech, interpretatur rex iuſtitiæ, & dicitur etiam rex Salem, quod interpretatur rex pacis: Sic Chriſtus rex pacis vt rex iuſtitiæ deſcendit in terrā, & vtrumque componeret. Hinc Eſa. dicitur *princeps pacis*. Quinto quia ſicut Melchiſedech obtulit panē & vinū, non boues, vitulos, aut arietes, ſicut in ſacerdotio Leuitico: ſic Chriſtus ſecundū ordinem Melchiſedech panē & vinū obtulit, cū hoc ſacramentū inſtituit. Sexto, quia ſicut Melchiſedech panem & vinum offerendo benedixit Abrahæ: ſic Chriſtus hunc panem & vinū offerendo, eccleſiæ ſuæ pontificalem tribuit benedictionem, & temporalē & ſpiritualem. Antiquitus enim (vt dicit Guil.) in pane & vino ſtabat patriarchalis benedictio, vt patet dū Melchiſedech Abrahæ benedixit, & etiam cum Eſau eiulans coram patre ſuo quereret benedictionem quam ſibi ſurripuerat Iacob, dixit ei pater ſuus: *Frumento & vino ſtabilaui eum, & tibi poſt hæc fili mi quid faciā*: quaſi dicat: Firmaui eū frumento corporis & vino ſanguinis Chriſti, in quibus ſtat omnis benedictio. Si enim de tēporali benedictione loquamur: hæc in eccleſia oſtenditur, quę de temporalibus meliorē partē accepit, eo quod miniſtri eius pro ſe & pro populo quotidie ſumentes hoc ſacramentum, quotidie benedictionē accipiant. Vnde & per Mariam ſignantur, De qua: *Maria optimā partā elegit*. Si vero de ſpirituali benedictione loquamur, dicimus quod omnia bona ſpiritualia nobis veniunt cum iſto ſacramento. Cum enim venit ille filius in nobis, cum ſumimus hoc ſacramentum: non ſolum ille venit, ſed & ſimul Pater & Filius, & Spiritus ſanctus. Sed circa hoc quæri poſſet, quid offert in ſacrificiū ſacerdos noſter Chriſtus. Secūdo cui offert. Tertio pro quibus offert, & quarto cum qua aſſiſtentia offert. Ad primū reſpondetur, quod Chriſtus in hoc ſacramento tria offert Deo patri. Primo ſeipſum: *Semetipſum obtulit holocauſtū Deo.* Multi quidē ſe dicunt amicos, ſe & ſua offerentes, tamē in amici neceſsitatem nihil horū cōtribuerent. Hi ſunt amici verbo tantū, de quibus Bern. De verbis magna eſt copia amicorum. Hic autā realiter ſe & ſua obtulit pro amicis: immo & pro inimicis ſuis, & quotidie offert, vt dicit Apoſtolus: *Qui proprio filio ſuo nō pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cū illo nobis omnia donauit?* Et ſi dicatur quod non ſe offert, ſed ſacerdos eſt qui conſecrat & offert: Dicitur, quod Chriſtus eſt qui principaliter offert & conſecrat. Nam non minus Chriſtus in hoc ſacramento conſecrat quam in baptiſmo baptizat, ſed de baptiſmo dicitur: *Hic eſt qui baptizat*: ergo & de eo in hoc ſacramento: hic eſt qui

Miſſa Exercet dominus in Miſſa officium Sacerdotis, aduocati, medici, & ſapientis, & quod in præmiſſis dicitur ſacerdos ſecūdum ordinem Melchiſedech propter multa Herb. 1. Eſai. 53. Heb. 7.

Pſal. 77.

Pſ. 109.

Hebr. 7.

Eſai. 9.

Gen. 14.

Ibidem.

Luc. 10.

De Miſſa. Quod Chriſtus in Miſſa offert Deo Patri ſeipſum obediētiā, & pretiū noſtrū.

Heb. 9.

Rom. 8.

Ioan. 1.

Digitized by Google

qui principaliter consecrat. Secundo suã obedientiam offert. Tum quia videt nos Dei patris inobedientes mandatis, ideo vt nostros defectus suppleat, offert ei latus & vulnera, quæ sunt expressa, immo magis impressa signa obedientiæ suę, quia ei vsque ad mortem crucis obediuit. Tũ etiam, quia scit quod inter omnes victimas excellit obedientia, iuxta illud: *Melior est obedientia quam victimæ.* Super quo Greg. In victima caro mactatur aliena, in obedientia voluntas propria. Ideo illam patri tanquam excellentissimum sacrificium offert.

1. Re. 15

Tertio offert preces nostras, & eas sua eloquentia clariores efficit in conspectu patris sui, iuxta quod nos monet Apostolus dicens: *Per ipsum offerimus hostiam laudis semper Deo*, id est, fructum labiorum confitẽtium nomini eius. Ad secundo quæsitum dicitur primo, quod se offert Deo patri in sacrificium laudis. Iã enim per proprium sacrificium laudis *honorificabit me*, dicit Deus pater in Psal. Et hæc est causa, vt dicit Innocentius, quare alte cantatur Offerenda in missa, dũ hæc hostia Deo patri præsentatur, eo scilicet quod tunc sacrificium laudis offeratur, ita vt hoc facto dicere valeat sacerdos. *Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiã vociferationis: cantabo & psalmum dicam Domino.*

Hebr. 13.

Psal. 49.

Psal. 26.

E Missa. Quod Christus in Missa se offert Deo Patri, se offert & peccatori.

Secundo, ipse Dominus indutus veste humanitatis nostræ tanquam veste pontificali: & hoc in thalamo virgineo tanquam in vestiario offert seipsum peccatori. Inde & Melchisedech obtulit Abrahæ panem & vinum, sed reuerentia cędequinque regũ, id est, à destructione suorum peccatorum: quæ vt plurimum per quinque sensus contrahuntur.

F Missa. Quod Christus in Missa offert ad honorem sanctorũ Patria pro salute viuorum & requie defunctorum.

Ad tertio quæsitum dicitur quod pro tribus offert. Primo pro sanctis qui sunt in patria ad honorem ipsorum, hinc in offerenda dicitur: Suscipe sancta trinitas hanc oblationem, &c. & sequitur, & in honore omnium sanctorum & sanctarũ, qui tibi placuerunt ab origine mundi: vt illis sit ad honorem. Secundo, pro salute viuorum & iustificatione peccatorum. Inde consequenter in eadem offerenda dicitur: nobis autem prosit ad salutẽ, ita vt cõpleto hoc sacrificio dicere possimus Deo patri illud Psal. *Tunc acceptabis sacrificiũ iustitiæ*, id est, licet pro nostra iniquitate indignos nos cognoscamus tibi sacrificare, tamen cum benedictus filius tuus accedet sacrificaturus pro nobis in conspectu tuo, *tunc acceptabis sacrificium iustitiæ*, id est, pro iustitia & iustificatione impiorum institutũ. *Semel in consummationem seculorum ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit.*

Psal. 50

Hebr. 9.

Tertio, pro requie defunctorum, & inde est quod celebrandæ missæ triplex est causa, scilicet honor sanctorum, salus viuorum, & requies defunctorum. Propter quas etiam causas missarum tripartita est differentia. Nam alia est de sanctis, alia de tempore, alia pro defunctis. Et hoc quia sunt tres ecclesię partes. Vna in exultatione paradisi. Alia in peregrinatione huius mundi. Tertia in expectatione, quæ est in carcere purgatorij. In peregrinatione sunt viui, qui tempori, id est, vanitati subiacent: ideo correspondet eis missa de tempore, quia secundũ Philosophos: Tempus non est nisi motus & mutatio.

Ideo ad designandum huiusmodi motus & mutationes & miserationes præsentis vitæ tacentur in ea cantica lætitiæ, vt gloria in excelsis Deo: Ite missa est, & Sequentia, & residuum, quasi cum lamentatione canitur. Sanctis vero iam exultantibus in patria correspondent missæ de sanctis, & Dominici ob reuerentiã Christi qui est sanctus sanctorum, ideo solemniter cantantur. Sed pro defunctis, qui sunt in expectatione, & tormento, & afflictione, correspondet missa de defunctis, in qua pro eis requies æterna petitur & optatur: & hæc missa per totum non nisi cum lamentatione celebratur. Et proportionabiliter per istos tres missarum modos, triplicem his impo-

G Missa. De triplici differentia Missarũ.

imponit Ecclesia terminum. Nam Missa de sanctis pro termino habet *Ite missa est*, quo inuitamur ab Ecclesia in illam gloriam in qua sancti requiescunt, vel quasi dicat. Ite, quòd hostia à Patre ad vos & provobis missa est, vel hostia à nobis missa est ad patrem ad præparandum nobis gloriam, propter quod dicitur vobis. Ite, id est festinate, secundum Apostolicam
Hebr 13 sententiam. *Festinemus ingredi in illam requiē.* Sed in fine missæ de tempore dicitur: *Benedicamus Domino.* In quo hortamur benedicere Dominum in tempore prosperitatis & aduersitatis, iuxta illud Psal. *Benedicam Domino in omni tempore.* Et iterum. *Ad annunciandum mane misericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem.* In mane quando diescit & lux exultationis redit, scilicet in prosperitate annuncianda est Dei misericordia & laudanda, quia hæc prosperitas non nostris ex meritis, sed ex sola Dei misericordia & liberalitate procedit. In nocte vero aduersitatis, quę in veritate & secundum veram Dei iustitiam redditur pro meritis, debemus annunciare veritatem eius: quoniam sicut verbo promisit peccatoribus, scilicet punitionem: sic verax adimpleuit. Ideo alibi dicit Ps. *In die mandauit Dominus misericordiam suam*, scilicet laudare, *& nocte canticum eius.* Sed in fine missæ pro defunctis optamus eis requiem: sicut & in principio missæ dicendo Requiescant in pace. Sed in duabus primis respondetur à choro: Deo gratias: quia semper in prosperitate & aduersitate debemus laudare Deum, sed ad missam defunctorum dicimus: Amen. quia illi qui sunt in purgatorio sunt in carcere nostri Episcopi Iesu Christi, & quærimus eorum liberationem: & quod noster summus pontifex in fine requestæ nostræ quæ est in missa ponat suum fiat: Amen etenim tantum valet sicut fiat: & hoc sufficit nobis. Et propter similem catholicam in qualē missa tres partes facimus: quarum vna descendit in calicē, & aliæ duæ manent extra: Quia calix Domini qui laborem signat & imitationem siue participationem dominicæ passionis habet exterius pressurā, & interius gaudium & consolationem, iuxta illud: *In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem.* Isai. 16
Hic Ps. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine: quam abscondisti timentibus te.* Illud enim secretum gaudij & absconditū dulcedinis: interius est calicis. Ideo illa tertia particula quæ descendit in calicē sanctos repræsentat, quia post laborem cū Christo æternam capiunt requiem sancti. Ac si dicat Dñs, *Iā pueri mei mecū sunt in cubili.* Luc. 11.
Deus etiā facit eis sicut pueris (delicatis) offam in vino dulcedinis æternæ. Nos autem comedimus panē nostrum totum siccum: quia pauperes facti sumus nimis, quia hic sumus extra calicem nos, & etiā sanctæ animæ purgatorij, nos quidem expositi ventis, & turbinibus tentationū, & periculo dānationis & animæ purgatorij horrendis cruciatibus. Et quia in omnibus illis tribus modis viuendi necessaria est pax Domini, ideo dicēdo: Pax Domini sit semper vobiscū: tres cruces super calicem facimus. In vita enim ista qua viuit anima cū mortali corpore, necessaria nobis est pax, quæ longe faciat à crimine: sed in secunda vita in qua viuit anima, sola sine corpore in purgatorio, necessaria est pax, quę lōge faciat à terrore: sed pro tertia vita in qua viuemus in anīma simul & corpore, necessaria est pax, quæ lōge faciat ab vtroque, scilicet à terrore & crimine. Ideo enim illas tres cruces facimus, vt per virtutem corporis oblati in cruce ad istā triplicē pacē perueniamus. Et quia nos & animæ purgatorij sūme Dei misericordia indigemus. Ideo cū cantamus Agnus Dei: bis dicitur miserere nobis. Sed quia animæ sanctæ iā saluatæ non plus indigēt nisi illa vltima pace in generali resurrectione: ideo in tertio quęrimus pacē. Ad quarto quæsitum dicendū, quod Christus in sua prima celebratione assistentes habuit principes ecclesiarū, iuxta illud Ps. *In consilio iustorum & congregatione magna opera Domini.* Ps. 110. nunc autem choros Angelorū habet sibi assistentes.

Digitized by Google

Mat. 24 stentes. Nam. *Vbicunque fuerit corpus* scilicet Christi ibi *congregabuntur aquile*, sed in hoc sacrificio est corpus Christi: ergo & aquilæ Angelicæ in aliqua multitudine quantam Deus nouit & vult illi corpori assistere. Præterea, si aliqui de Angelis nobis assistunt psallentibus, iuxta illud Psal. *In conspectu angelorum psallam tibi*, immo cū eis iubilant, sicut dicitur alibi in Psal: *Præuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum*, id est, animarum renouatarum per pœnitentiæ arctitudinem. Vnde & in aliquibus solemnibus Ecclesijs, cū ad immolationē altaris accedit ante prefationem sacerdoti celebranti non respondet chorus hominū: quia ad hoc respondere aliquando auditus est chorus angelorum, ergo tāto amplius assistent suo saluatori tanquā summo sacerdoti in missa sacrificium offerēti. Præterea Greg. ait: In ipsa immolationis hora aperiuntur cæli, & imis cælestia iunguntur non intelligendo apertionem cæli per ipsius fractionem, sed per influentiam specialem: eo modo quo optabat propheta Esaias *Vtinam disrumperes cælos & descenderes*. Nec est etiam intelligendum quod omnes Angeli & sancti sint pœnitētes: quoniam hoc esset absurdum dicere, scilicet quod in qualibet consecratione corporis Christi in tot locis & tot altaribus descenderent omnes Angeli Dei, & cælum dimitterent: Sed sic intelligendum est, quod ibi aliqua multitudo assistit. Hinc Chrys. libro. 6. de dignitate sacerdotali: Tunc enim Angeli circumstāt sacerdoti, & tribunalis atque altaris locus cælestibus virtutibus adimpletur, in honorem illius qui immolatur. Audiui enim aliquo referente, quod presbyter quidam vitæ sanctitate mirabilis, & qui reuelationes soleret habere, retulisse illi tale se spectaculum aliquando vidisse. Sacrificij scilicet tempore conspexisse angelorum multitudinem sicut ei erat possibile intueri, stolis fulgentibus circundantem & altare coronantem, cum officio quo circa regem suum milites stare consuerunt. Alter mihi retulit se vidisse: quoniam de hoc sæculo recedentes, qui participes mysteriorū illorum in cōscientia munda fuerunt, cum efflauerint vltimum spiritum, subuehi eos alacres manibus angelorum. Hæc Chrysostomus.

H Missa. Quod vera multitudo Angelorū assistit corpori Christi in Missa

Psal. 137.

Psal. 67.

Dicitur secundo quod Angeli aliqui ibi assistunt triplici de causa, vt vult & char. de media villa. in 4. distin. 11. in expositione textus. Primo ad nos accendendum in Dei amorem. Sunt enim Angeli de camino illo de quo Esa. *Et caminus eius in hierusalem*. Sunt etiam velut flamma ignis. *Qui facis Angelos tuos spiritus: & ministros tuos ignem vrentem*. Sicut anim coniunctio titionum multorum ardentium frigida ligna accendit: sic & ipsi Angeli, cum hora illa ad nos appropinquat. *Secundum ligna syluæ: sic exardescet ignis*. Nam Eccli. 4. *Vnus quomodo calefiet*. Quomodo ergo solus sacerdos ad deuotionem accendetur: nisi Angelorum ministerio & assistentium precibus adiuuetur? Secundo ad Christū venerandū. Quis enim episcopus absque ministrorum frequentia (vt inquit Guill. Parisien.) sacerdotale, vel pōtificale officium exercuit? quinimmo quanto maior est prælatus: tanto copiosiori ministrorū multitudine veneratur. Quid ergo sentiendum de summo pontifice Christo, vbi tam sacrum tamque solemne agit officium? Qui etiam dicit. *Vbi sum ego & minister meus erit*. Si enim (vt dicitur. Marc.) Erat Christus cum bestijs *& Angeli ministrabant ei*: quanto magis nunc cum glorificatus est & delicias suas æternas esse cū filijs hominum. Tertio, ad dæmones arcendum, quia vt dicit Psal. Domino. *Non habitabit iuxta te malignus*. Nam: *Que societas lucis ad tenebras: aut que conuentio Christi ad belial*. Sed heu nunc (vt ait idem doctor) agitur cum Christo ac si fecisset pacem cum diabolo & esset conuentio. Cum enim à malis accipitur, cum diabolo in eadem domo collocatur: de quo se multum plangit Christus dicens illud Psal: *Posuerunt me in lacu inferiori*, scilicet in ventre peccatoris, *in tenebrosis* conscientijs

I Missa. Triplex ratio quare assistunt Angeli corpori Christi in Sacramento.

Esa. 11. Psal 103. Eccl 38. Eccli. 4.

Ioan. 12

Mar. 1.

Psal 5.

2. Cor 6

Psal 87.

ſcilicet propter peccatorũ multitudinẽ, *& in vmbra mortis* propter dæmonũ habitationẽ. Secundum eſt officiũ aduocati vel ambaſsiatoris. Poſſet enim cõqueri pauper mulierecula dicens: cum ſum in miſsa, & Dominum alloquor volendo ſibi narrare miſerias meas: neſcio quid dico. Neſcio enim ſi loquar pro me vel contra me. Sed ad hoc dicimus, quod ibi eſt preſens Dominus Ieſus tanquam aduocatus noſter ſciens ignorantiam noſtram, & merita cauſæ noſtræ. Ideo pro nobis loquitur apud patrem, id eſt Dominum Ieſum Chriſtum. In miſſa enim (vt dicit Guilielm. Pariſienſis) cauſa totius eccleſiæ agitur coram Deo patre per procuratorem ſacerdotalem. Ideo neceſſe ibi habet intereſſe noſter aduocatus Chriſtus, & aſsiſtere procuratori ſacerdoti, maxime, quia iſta cauſa non agitur niſi per interpellationem, quę non niſi ex ore Chriſti ſuſcipi digna eſt. Iterum hoc ex iure debet: cum ſit eccleſiæ ſponſus: Ideo cauſam eius debet ducere ſicut ſponſæ ſuæ. Habet etiam ibi intereſſe ſacerdos tanquam procurator qui debet eſſe notus in curia Dei: hoc eſt eſſe magni meriti & magnæ familiaritatis apud Deum, vt ad eundem pro nobis facilẽ habeat acceſsũ. Reputatur enim bonus procurator, qui practicam habet bonam, qui bene notus eſt in curia, & qui cauſam eius pro quo procurator optime ſolicitat. Et non ſolũ tanquam procurator debet miſſæ intereſſe: ſed etiam tanquam mediator ad cõponendum inter partes, quia (vt dictum eſt) cauſa iſta per interpellationẽ agitur, quia ſicut mediator quando loquitur vni parti, ſemper debet allegare excuſationẽ vel iuſtitiam alterius partis, & è contra quando loquitur alteri parti: ſic ſacerdos mediator inter Deum & populũ. Quando enim populo loquitur in prædicatione, ſemper debet cauſam Dei per eius offenſam & iuſtitiam allegare. Sed quando Deo loquitur in oratione vel miſſa, ſemper debet populi cauſam & infirmam fragilitatem prætendere. Eſt enim ſacerdos ex parte populi legatus miſſus contra Deum. Quæ quidem legatio videtur regis illius qui cum decem milibus non valens occurrere ei qui cum xx. milibus venit ad ſe mittens requirit ea quæ pacis ſunt. Nam quia de ſolis factis iuſtificari non valemus coram illo, qui non ſolum de factis, ſed etiam de cogitationibus rationem exacturus, quaſi cum duplici venit exercitu, præſentis ſacrificij legationem mittẽtes, rogamus ea quę pacis ſunt, & habita pace vlterius progredimur ſupplicantes, vt ſecum in regno ſuo cines efficiamur. Orat enim eccleſia: Iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuum in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ. q. d. Iube hæc. i. corpus Chriſti myſticum, ſcilicet eccleſiam militantem perferri, id eſt aſſociari vel aſſumi in ſublime altare tuum, id eſt in eccleſiam triumphantem, quæ dicitur altare ſecundum illud Leuit. 6. *Ignis in altari meo ſemper ardebit*, id eſt feruor charitatis in eccleſia ſemper manebit, in eccleſia ſcilicet triumphante, & hoc per angeli tui, id eſt per virtutem Chriſti, qui eſt angelus magni conſilij. Ipſe enim tunc ſuum corpus myſticum eccleſiæ patri ſuo coniunget. Et quod ita debeat intelligi oſtenditur per ea quæ ſequuntur cũ dicitur. Vt quotquot ex hac altaris participatione, &c. In hoc facile audiuntur ſacerdotes, quia facile Dñs Ieſus corpus ſuũ myſticũ eccleſiæ ad ſe trahit per membra, iuxta illud: *Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis*. Ex quibus trahuntur duo documenta. Primum eſt, quod magnæ laudis eſt ſacerdotibus, ſi legationem iſtam ſic debite & ſancte agant vt ab illo ad quem mittuntur mereantur benedici, & non tantum ipſi, ſed etiam eloquium eccleſiæ, ſicut benedixit Dauid ſapienti Abigail dicens: *Benedictus Deus Iſrael & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu que prohibuiſti hodie me ne irem ad ſanguinem & vlciſcerer me manu mea*. Abigail enim eccleſiam magnificat, quæ prẽuenit verum Dauid deſiderabilem Chriſtum proferẽtem

K Miſſa. Quomodo Miſſa pœnitẽs eſt Dominus Ieſus tanquã aduocatus noſter & ſacerdos tanquã procurator vel mediator.

Leuit. 6.

Hier. 3. c. Sacerdos De dignitate ſacerdotis quæ eſt portare verbum Eccleſiæ in cõſpectu Dei.

1. Re. 25

tem

Digitized by Google

tem perſequutionem Saul in deſerto, id eſt paſsionem ſuam à Iudæis in deſerto huius ſæculi, rogatque pacem, ne ſe vlciſcantur manu propria propter ſtultũ Nabal, id eſt populum. Nec tamẽ ſine donis accedit, quia cum hoſtia quam petit eſſe benedictam, dum petit benedici eloquiũ eius, & aſcriptam, dum eam petit nulla obliuione deleri, & ratam, vt data remiſſio peccatorum nulla vlterius ſententiæ mutatione conuellatur. Et ſic patet quod magna dignitas eſt ſacerdotis portare verbũ eccleſiæ in conſpectu Dei, dũ modo fuerit dignus benedici. Secundũ documentum eſt pro populo, quod de miſſa non recedat, niſi accedente legitimo impedimento, quouſque ſacerdos verba ſuæ legationis finierit, & mereatur cum eo benedictionem Domini ſuſcipere. Sũt enim quidã quaſi capræ, de quibus dicũt naturales, quod cito mouetur de loco ſuo & ſolũ carpens extremitatem herbæ. Sic quidã andito principio vel parte miſſæ, cito fugiunt illa parte contenti, non conſiderantes quantũ bonum & quantã ſuauitatem perdant. Non enim faciunt ſicut apes, de quibus Ambroſius in Hexameron dicit, quod non deſerunt florẽ quãdiu ibi mel inueniunt: Sic nec Chriſtum debemus deſerere, quouſque ſacrificium in miſſa fuerit conſummatum. Legitur enim de quodã, qui ſemper ſtabat in eccleſia: cum autẽ ab eo quæſitũ eſſet quare ita libenter ſtaret in eccleſia: Reſpondit quod non ſemper orabat, ſed credebat quod Dominus ibidẽ corporaliter exiſtẽs propter ſocietatem quã ei faciebat, ei aliquid daret, & quod ſine dono non recederet. Et ita dato quod oratio noſtra finiatur, & quod ſimus aliqualiter tædio affecti: nihilominus debemus Deo ſocietatẽ tenere, ſperantes ſemper aliquid ab eo obtinere. Inde 21. Pſ. præcipitur. *Conſtituite diem ſollennem in condenſis vſque ad cornu altaris.* Sed circa hæc quæruntur duo: Primũ eſt. Si ita ſit quod hæc oblatio ſit ita populo neceſſaria: cur nõ in omni loco offertur, vbi etiam continue peccatur. Vtrũ alibi quã in loco ſacro debeat offerri? Ad hoc reſpondetur ſecundũ Rich. de media villa in 4. d. 13. q. 3. ar. 1. quod nõ licet cõmuniter alibi celebrare quã in loco ſacro: quia in ſacramento altaris quod in miſſa conſecratur & ſumitur, continetur ille qui eſt ſumme ſanctus & totius noſtræ ſanctitatis cauſa effectiua. Ideo non licet ipſum in loco prophano tractari. Si enim arca Dñi, quod ſolũ huius ſacramenti erat figura, in loco ſacro morabatur, & dedicato Deo: quãto magis eius figuratũ & veritas? In caſu tamen magnæ neceſsitatis permittunt iura celebrare in loco nõ ſacro, ſi tamẽ tabula ſit cõſecrata, ceteraque ſancta myſteria ad illud officiũ pertinẽtia ibi affuerint. Sicut cũ eccleſiæ patriæ fuerint incẽſæ, vel cum homines fuerint in itinere, & eccleſia defuerit. de conſe. d. 1. cõcedimus. Quibus caſibus exceptis nõ licet celebrare in loco nõ ſacro, niſi de cõſenſu Epiſcopi. de conſec. d. 1. c. miſſarum. Qui tamen hoc concedere non debet: niſi adſit legitima & rationabilis cauſa. Secundo quæritur, an hoc ſacramẽtum debeat iterari? Et videtur quod non, quia mors eius non reiteratur, quia *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iã non moritur*, ergo ſacramentũ mortis eius repreſentatiuum reiterari non debet. In oppoſitum tamen arguitur, quia quotidie indigemus aduocato noſtro ad diſcutiẽdũ cauſas noſtras, & ad interpellandũ pro nobis: hoc autẽ fit in hoc ſacramento. Ad hoc dicitur: Primo, quod hoc ſacramentũ iterari pluries eſt neceſſe. Primo, vt qui quotidie labimur, hoc quotidie ſacramẽto releuemur, vt ſicut in medio paradiſi erat lignũ vitæ valens ad reſtaurandũ deperditũ naturę, ſic ſit aſsidue corpus Chriſti in medio eccleſiæ ad reſtaurãdũ deperditum gratiæ, à quo tamẽ arceantur peccatores, donec per pœnitentiã ſatisfecerint, ne moriantur in æternum, ſicut Adam à ligno vitæ, de quo dicitur: *Videte ne forte ſumat de ligno vitæ & viuat in æternum.* Secundo, vt vnam Dei ciuitatem faciamus. Ciuitas enim à ciuium vnitate dicitur. Vt ergo

M *Miſſa. Quod populus nõ debet eito recedere de Miſſa.*

N *Miſſa. Non eſt regulariter celebranda Miſſa, niſi in loco ſacro.*

O *Euchar. Duæ cauſæ propter quas neceſſe eſt Sacramentum Euchar. iterari. Genes. 3*

Pſ. 117.

ad terram descendere, & sub specie terrena suam prædam capere, & sic in sacramento factus est nobis sapientia, cum sapimus & gustamus in hoc sacramento quæ Dei sunt.

Secundo, iustitia contra esuriem & sitim: Est enim iustitia morsellus quo beatificantur esurientes ipsum, iuxta illud: Matt 5. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.* Factus est autem nobis iustitia, quia in sacramento habemus eum secundum quem tanquam secundum lineam rectam debemus actus & operationes dirigere. Sed factus est nobis sanctificatio contra morbum peccati, quia hoc sacramentum in peccati remedium donatum est. Est insuper nobis redemptio à seruitute pœna- Ps. 110. li, iuxta Psal. *Redemptionem misit Dominus populo suo.* Super quo quidem cum glossa dicit. Missus est ad nos in sacramento altaris prolatis verbis à sacerdote: Propter quod in titulo huius versus optime in Hebræo præponitur phæ, quod interpretatur ex ore. Ac si aperte diceret: ex ore sacerdotum sacrum proferentium redemptio mittitur ad populum.

Q. Missa. Quod debet audiri Missa integra diebus dominicis & festis.

Sed quæritur vtrum sæculares teneantur sub pœna peccati mortalis audire missam singulis diebus dominicis aut festiuis? Respondetur. Primo quod sæcularibus præcipitur & multo magis clericis, quod in die dominico missas audiãt integras, ita quod ante benedictionem presbyteri non recedant, nisi cogat necessitas: Quod si fecerint, ab Episcopo publice confundantur, vt dicitur de consec. d. 1. c. missas die dominico totas audire præcipimus: ita vt ante benedictionem presbyteri egredi populus non præsumat: Quod si fecerint: ab Episcopo publice confundantur. Et hoc intelligitur de his qui ad hoc sunt assueti exire, vel qui ex superstitione exeunt, & debent tales excommunicari: de consec. dist. 1. cap. Omnes fideles, & similiter qui in die solemni prætermisso ecclesiæ conuentu ad spectaculum vadit: talis debet excommunicari. de consec. dist. 1. qui die. Clericis vero districte præcipitur in virtute obedientiæ vt diuinum officium, nocturnũ pariter & diurnum, quantum eis Deus dederit, studiose celebrent, pariter & deuote. extra. de celebrat. missarum. c. dolentes. parag. sunt & alij.

Secundo dicitur, quod scholaribus missam in die dominica non audientibus quandoque est mortale peccatum, quandoque veniale, quandoque nullum peccatum. Tunc enim est mortale, cum omittitur ex contemptu vero, vel interpretatiuo. Voco autem contemptum interpretatiuum: quando sine causa legitima missam non audire talibus diebus assuescit, puta vt vadat ad spectacula, vel ad venandum, aut ad aliud huiusmodi. Legitimam autem causam dicimus: puta cum detinetur quis corporali infirmitate, vel inimicorum timore, vel aliquo alio simili, quod secundum rectum iudicium excusatio legitima debet reputari. Quod autem talis peccet mortaliter patet: quia talis debet excommunicari, de consec. d. 1. qui die. excommunicatio autem fieri nõ debet nisi pro mortali peccato. Tunc autem est ei veniale cum omittit non ex aliqua legitima causa, sed ex aliqua mentis infirmitate, vt puta passione vel pigritia, si tamen ad hoc non fuerit assuetus. Cum autem ex legitima causa omittit, tunc nullum est sibi peccatum. Et ad hoc obseruanda est regula magistri Io. Gerson in tractatu de regulis mandatorũ. Audire (inquit) missam integram est de obseruatione sabbati, hoc est dierũ festorum pro tẽpore legis euãgelicæ: nisi per impedimentũ legitimum aliquis se tueatur. Tale vero impedimentum secundũ vota, & opera, & ætates, & consuetudines variari indicatur. Dicitur tertio, quod missam diei tenentur audire, & ideo malum est missas canonice instituras propter missas peculiares dimittere, vt habetur de consec. d. 1. & hoc attendendum. Et ideo si dicantur istæ missæ peculiares à presbyteris in diebus solennibus: debent ita solenniter celebrari, quod

Digitized by Google

eos à missarum solemnijs que canonicæ sunt populus abstrahatur

SERM. VII. DE OBLIGATIONE ad suscipiendum Sacramentum Eucharistiæ.

Ioan. 6. A Euchar. Maria. Quomodo Maria potest dici mater Euchar.

NIsi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quæri posset vtrum Maria dici possit mater Eucharistiæ? Et videtur quod non: quia non genuit eum sub illis speciebus. Eucharistia autem est corpus Christi contentum sub speciebus illis, scilicet panis & vini: ergo Maria non videtur posse dici mater Eucharistiæ. Ad hoc respondendum affirmatiue, quod Maria potest dici mater Eucharistiæ: & hoc diduci potest dupliciter. Primo, quia Eucharistia totum Christum continet: sed totus Christus filius virginis Mariæ est. Inde est quod cum iustituit hoc Sacramentum, se vocat filium eius dicens. Nisi manducaueritis carnem filij hominis. Ille enim est filius hominis vnius, scilicet virginis: nos vero filij hominum. Illius corpus ex vna petita, scilicet carne virginea constitutum est: nostrum ex duabus, scilicet viro & femina. Ideo consequenter dici potest maria mater Eucharistiæ. Secundo, quia Ecclesia canta: Maria mater gratiæ: non quidem illius gratiæ fallacis & mundanæ de qua Prou. 31 sapiens. *Fallax gratia & vana est pulchritudo*, ergo bonæ gratiæ: sed Eucharistia idem est quod bona gratia: ergo Maria est mater Eucharistiæ. Propter quod Ioannes Gerson. super magnificat sic ad eam deuote orat: Qua possumus ad te fiducia confugimus benedictissima feminarum. Tu mater es Eucharistiæ, quia noster bonæ gratiæ, tu clauigera cellariorum regis pacifici, tu frangere potes panem paruulis illum petentibus, tu epularis quotidie splendide non negabis micas vlcerosis nobis & mendicis, quorum tot sunt linguæ clamantes ad tuam misericordiã quot sunt vlcera nostram ostendentia miseriam. Ad eam ergo confugiamus petentes illam bonam gratiam dicendo: Aue Maria.

B Caro Christi. Quod caro hæc sit habet illa quæ sunt propter quæ libenter comedũntur carnes.

Propter quatuor, carnes aliqui libẽter comedi solent. Primo, quando sunt tenere. Secundo quando sunt assatę. Tertio quando venaticæ. Quarto quando medicinales. Caro vero Christi inter omnes delicatissimam sunt, qui ex tenerrima carne virginea procreata est, assata fuit in cruce, & multum venata in passione de loco in locum, de iudice in iudicem. Sed & medicinalis, quia in ea vita cõsistit omnium. Christus enim fuit arbor illa quam vidit Daniel. *Quod esca vniuersorum erat in ea*. Medico autem experto credendum est: immo dicunt doctores, quod si quis contenneret præceptum medici, & ex hoc incideret in grauem morbum, grauiter peccaret. Si ergo credendum est in medico corporis: à fortiori medico corporis & animæ. Sed medicus dicit, istum cibũ ita esse medicinalem, quod facit hominem perpetuum, iuxta illud: *Qui manducat hunc* 1. Cor. 11 *panem viuet in æternum*: & sine cibo isto nõ est vita, quia ipsemet dicit: *Qui manducat me ipse viuit propter me*. Credẽdum est igitur ei cõminanti de interitu spernẽtibus hunc cibum cum dicit: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis*, &c. In hoc sermone duæ sunt quæstiones tractandæ: Vna est de obligatione cuiuslibet ad recipiendum hoc Sacramentum. Secunda de obligatione sacerdotum ad celebrandum.

Dan. 4.

Quæritur igitur Primo, vtrum omnes fideles de necessitate salutis teneantur sub vtraque specie communicare, Et videtur quod sic, Tum primo, quia dicit hic Dominus: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis*, &c. ergo ad vitam spiritualem habendam, necessaria est communicatio sub vtraque specie omnibus fidelibus. Præterea sic fiebat in primitiua Ecclesia, vt patet in Ecclesia Corinth. iuxta illud. *Probet autẽ seipsum homo*, Ioan. 6. *& sic de pane illo edat & calice bibat*, sed praxis primitiuæ Ecclesiæ obseruanda ergo.

Oppo-

Oppositum tamen tenet Ecclesiæ practica, quæ nunc omnibus dat hoc Sacramẽtum, nec illis quibus dat, sub vtraq; specie communicat. Pro quo sit prima propositio.

C Eucha. Quod sumptio Eucha. non est de necessitate salutis quo ad omnes, sed quod aliquos & certo tempore.

Sumptio Sacramentalis Eucharistiæ non est de necesitate salutis. Probatur primo, quia omne sine quo haberi potest gratia non est de necesitate salutis, sed Sacramentalis Eucharistiæ receptio præsupponit gratiam in recipiente, quia supponit baptismum per quem acquiritur gratia, ergo non de necesitate salutis. Præterea, multi sancti, vt Paulus primus Heremita, qui per quadraginta annos solitarius in deserto vixit absque alicuius Sacramenti sumptione, & Maria Ægyptiaca, & multi alij sine illa communicatione decesserunt, ergo nec illud dictum: *Nisi manducaueritis*, &c. Cogit ad dicendum oppositum, quia illius obligationis intellectus exponitur per discipulum Paulum, qui dicit: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de Calice bibat*. Vult enim quod soli adulti & qui se ad suscipiendum probare possunt, & dijudicare hunc cibum ab alijs cibis vilibus, possunt hoc Sacramentum suscipere. Ex quo patet quod non debet hoc Sacramentum dari pueris, infantibus, & insensatis: sed solum adultis & ratione vtẽtibus. Secũda propositio. Omnis adultus ratione vtẽs in tempore determinato ab Ecclesia (omni cessante legitimo impedimento) Sacramentũ Eucharistiæ tenetur recipere sub pœna peccati mortalis. Hoc patet primo ex decretali Ecclesię. Omnis vtriusque sexus, quæ dicit quod quilibet postquam ad annos discretionis peruenerit, saltem semel in anno confiteatur peccata sua, & suscipiat reuerenter ad minus in pascha Eucharistiæ Sacramentum, nisi forte de consilio proprij sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendũ. Alioquin viuens ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura. Hæ autem pœnæ tam viles & tam grandes non infligerentur ab Ecclesia, nisi esset peccatum mortale, igitur. Secundo, homo indiget duplici cibo, scilicet corporali quo ad corpus, & spirituali quo ad animam, quod quidem est corpus Christi: sed habens cibum corporalem, tenetur pro loco & tempore comedere: quod si nollet & permitteret se mori famæ grauissime peccaret tanquam homicida, ergo à fortiori pro loco & tempore determinatis ab Ecclesia, necesse est sumere cibum animæ, aliter esset homo suiipsius homicida. Si enim nostris expensis tenemur nutrire & pascere carcerarium nostrum, scilicet corpus, & reparare carcerem nostrum, ne misera anima effugiat: quanto magis dominam, scilicet animam tenemur pascere cibo suo, qui est corpus Christi, igitur. Tertio, hoc videtur phase veteris legis conformari.

Vi sup.

Hæc enim communio legis nouæ videtur succedere phase veteris testamenti. Erat enim phase vetus figura noui, sed comestio phase veteris erat sub pœna peccati mortalis populo indicta, quando scilicet non fiebat tempore determinato, nisi forte legitimum esset impedimentum, vt patet. *Homo* (inquit) *qui fuerit immundus super anima sine in via procul faciat phase Domino in mense secundo. Si autem mundus est, & in itinere non fuerit: & tamen non fecit phase, exterminabitur anima illa de populis suis.* Immundus autem super anima dicebatur, qui immundus erat ex tactu mortui. Ergo ita esse de phase noui testamenti est existimandum. Quarto, quia quicumque sit omitteret eum sic recipere, grauiter offenderet Deum. Quod patet, quia non parum offenderetur Deus, quando à suis negaretur ei hospitium semel in anno, in quibus tamen deberet continue hospitari, & hoc apparet. Primo, ex hoc quod legitur Lucæ 10. de his qui erant recepturi discipulos eius. De quibus dixit Dominus. *Dico vobis quod Sodomis in die illa remissius erit quam illi ciuitati quæ non receperunt vos*. Si enim ita offenditur

Num. 9.

fenditur Deus, quando diſcipuli eius nõ recipiunt, quod remiſsius erit ciuitati Sodomæ quam illis: quantum credendũ eſt offendi, quando ſibi ipſi negatur hoſpitium, & præcipuæ à ſuis, iuxta illud: *In propria venit, & ſui eum non receperũt.* Timere profecto debent ne eis dicatur illud verbum. *Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum qui paratus eſt*, &c. Subditur cauſa: *Hoſpes eram & non collegiſtis me.* Timere iterum poſſunt, ne eis accidat quod Sodomitis qui inhoſpitales erant, quos ignis & ſulphur ſuccendit. Talem vindictam volebant Iacobus & Ioannes ſumere de Samaritanis, qui nuntios Chriſti non ſuſceperant. Vnde dixerunt Domino *Vis dicamus, vt ignis de cælo deſcendat, & conſumat illos.* Quinto quia vitium ingratitudinis aduerſus Deum eſt mortale peccatum, recipitur autem hoc Sacramẽtum in memoriam redemptionis noſtræ, & beneficiorum quæ contulit nobis. Receſſus enim à nobis dixit. *Hoc facite in meam commemorationem*, hoc eſt in ſignum amoris mei, ergo ingratus eſt qui talis ac tanti benefactoris, ſaltem ſemel in anno, non reminiſcitur: imo ſæpe dicere deberet illud: *Si dedero ſomnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino*, ſcilicet timeo ne mihi male accidat. Non enim tui oblitus eſt, ſed ſemper memor fuit, tibi naſcendo, vagiendo, peregrinando, vigilando, ieiunando, orando, præcando, patiendo, moriendo. Propter te hæc omnia fecit, te ſemper videbat, te ſemper amabat, ſemper tecum in ſuo corde colloquebatur & dicebat O delicata & nobilis anima, propter te factus ſum homo, propter te ſum carne veſtitus, propter te fero quoſcumque labores, propter te in Cruce affixus pendeo. Ecce nunc recordare paupertatis meæ & tranſgreſsionis & fellis. O ferrea mens quæ nõ audit vocem Domini tui Ieſu Chriſti, nec pro eius amore vitia deponit, & hoc Sacramẽtum in ſui memoriam nõ accipit. Debet enim talis ſic ingratus & immemor præſtiti beneficij dolere de duobus. Primo de præſentia diaboli: quod vbi eſt Dei abſentia, ibi eſt diaboli præſentia. Secundo, quia fraudatur vtilitate quæ ſequitur ex aduentu Domini in aliquod hoſpitiũ: Non enim eſt aduentus eius abſq; magna vtilitate. Vnde cum Zachæus hoſpitio ſuo Dominum recepiſſet, audiuit à Domino. *Hodie ſalus huic domui facta eſt. Nonne Raab ſaluata eſt, quod recepit nuncios Domini?* Quãto magis ſaluus fiet, qui digne ipſum Dominum ſuſcipiet. Similiter viduæ quæ Hæliam hoſpitio ſuſcepit non defecit farina & oleum non eſt diminutum. Si ita vtile fuit ſeruos Dei hoſpitio ſuſcipiſſe, quam vtilius credendum eſt ipſum Dominum in ſui cordis hoſpitio ſuſcipere. Non enim modica ſecuritas eſt, talem ſocium ſecum habere, de quo dicebat Dauid: *Si ambulauero in medio vmbræ mortis: non timebo mala Domine, quoniam tu mecum es.* Et iterum. *Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo.* Et iterum: *Si exurgat aduerſum me prælium: in hoc ego ſperabo.* De illo vero qui illum non ſuſcipit poteſt intelligi illud: *Væ ſoli, quia ſi ceciderit modo habet ſubleuantem ſe.* Talis enim cum menſa altaris indignus ſit, etiam indignus eſt cæleſti menſa, & cum ipſi Domino hoſpitium negauerit, merito ianua cæleſtis ei clauſa erit. Sexto, *quod deſiderio deſiderauit hoc Paſcha manducare cum diſcipulis ſuis.* Nunc autem nõ eſt imminutum eius deſiderium per gloriam adeptam, vt non eodem deſiderio deſideret manducare tecum ſuum Paſcha. Quam dura ergo anima, quam ingrata, quam ruſtica & inutilis, quæ Dominum ſuum benigniſsimũ fraudat deſiderio ſuo. *Peterunt enim filij Iſrael carnes in deſerto, & non ſunt fraudati à deſiderio*, vt dicit Pſal. Quia Dominus dedit illis cibaria in magna abundantia, & tu Dominum tuum benigne petentem cœnare tecum, & te paſcere, fraudabis à deſiderio ſuo. Septimo, quia ſtat Dominus pulſans ad oſtium domus tuæ, nunc malleo terribilis iudicij ſui dicens: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis*, &c. nũc digitulo ſanctus Spiri-

Ioan 1 Mat. 25 Luce 9 Luc. 22 Pſal 83 Luc. 19. Ioſ. 6. 3. Re. 17 Pſal. 22 Eccle. 3 Luc. 22. Pſal. 77 Ioan. 6

Cant. 5. Spiritus blandiens & dicens: *Aperi mihi soror mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* In quo dat intelligi quod nō tam suam quam suorum & nostræ noctis incommoditatem, vnde refrigescit feruor charitatis, cōqueritur. Exurge igitur velociter & noli tardare, ne forte sis de illis in quibus mors bene inuenit locum, per quem intret ad eos sed non vita. Et si quæratur quotiens tenetur fidelis in anno communicare? Respondetur, quod hoc pro varietate temporum, varia facta sunt statuta: quia in Ecclesia primitiua dum sanguis Christi recens feruebat in corde credentium: communicabant omnes quotidie. Vt patet Actuum 4. Et de consecratione distinct. 2. cap. Peracta. In cuius memoriam adhuc singulis diebus datur pax in Missa. Lapsu vero temporis vsus communionis deductus est ad dies dominicos: & hoc dicit August. Et habetur de consecratione distinct. 2. Quotidie Eucharistiæ communionem accipere, nec laudo, nec vitupero: omnibus tamen diebus dominicis communicādum hortor. In cuius memoriam adhuc singulis diebus dominicis his qui Missæ assistunt datur panis benedictus. Succedente vero rempore statutum fuit, vt fideles ter in anno communicarent, scilicet in Natali, Pascha, & Pentecoste, vt patet de consecrat. distinct. 2. & si non frequentius, & cap. sæculares. Sed hoc tempore in quo charitas refriguit: Ecclesia laicos obligat ad communionem semel tantum in anno, vt patet extra de pœnitent. & remissio. capi. Omnis vtriusque sexus, & tamen adhuc tanta est obstinatio & malitia in multis, quod non solum communicant semel in anno, sed potius sine communione in annos multos perdurant. Obligauit etiam in articulo mortis suscipere istud Sacramentum tanquam viaticum, vt patet de consecratione distinct. 2. presbyter.

Et hoc nisi excusante legitimo impedimento, puta in infirmitate quæ vel nauseam causat & vomitum, vel si quis incidat in frænesim & amentiam, vel si in mari detineretur, vel in carceribus infidelium, vbi tunc copiam Sacramenti habere non posset & sic de alijs. Nec ad hoc obligantur nisi adulti, quia pueris & his qui non sunt sufficientis ætatis ministrari non debet Eucharistia. Etsi vlterius quæratur in qua ætate iudicandus est quis adultus, & in qua ætate ad communionem recipiendam inducendus est. Respondet Alexan. in quarta parte summæ, quod in hoc potissimum standum est officio boni viri, qui habet considerare an ille qui communicare debet, tantam habeat fidem & discretionem, vt distinguere sciat inter Sacramentum in quo realiter continetur Christus, & inter materialem panem seu vinum. Et secundum Doctorem sanctum. Si in puero appareant signa reuerentiæ & discretionis certa, hoc Sacramentum potest ei dari, alias non. Vnde secundum Gerson. Illi pueri sunt idonei recipere Eucharistiam, & ad hoc ligari videntur semel in anno, qui secundum leges censentur habiles ad nubendum.

Potest tamen deuotio ætatem præuenire, sicut in quibusdam ætatem supplet malitia. Tertia propositio. Non est necesse ad salutem quemcunque fidelium Eucharistiæ Sacramentum sumere sub vtraque specie. Probatur primo quia omnis qui habet vitam æternam in merito implet Christi præceptum, sed qui sumit hoc Sacramentum sub specie panis tantum, habet vitam æternam, saltem in merito, quia eam tunc meretur, iuxta illud Ioan. *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*, ergo implet præceptum Christi, & per cōsequēs non tenetur sub vtraque specie communicare. Secundo, si fuisset præceptum Domini sumere de necessitate sub vtraque specie, numquam Ecclesia in die sancto parasceues in quo maxime Christo passo comparatur & conformatur in pœnitentia, vigilijs, orationibus, & peregrinationibus, prætermitte-

D *Euchar. Quoties in anno teneatur fidelis Euchar. sumere.*

B *Euchar. In qua ætate iudicandus est quis idoneus ad suscipiendam Euchar.*

* *Ioan. 6.*

F *Euchar. Quod non sit necessarium ad salutem cuiuscunque fidelis, sumere Euchar. sub vtraque specie probatur multiplici.*

Digitized by Google

ret Christi præceptum. Sed eo die tantũmodo sumit hoc Sacramentum sub specie panis, ergo ad salutem fidelium nõ est necesse sumere sub vtraque specie. Tertio hoc patet ex practica Ecclesiæ primitiuę.

Act. 3. Nam Act. 3. dicitur de fidelibus quod erãt perseuerantes in doctrina Apostolorũ & communicatione fractionis panis. Glossa

1. Cor. 5 Eucharistiæ. Inde Apostolus: *Vere pascha nostrum immolatus est Christus*. Glossa. Immolatus est quem debemus edere, ideo subdit, itaque epulemur in azimis, non dixit, bibamus in azimis, ergo ex practica Ecclesiæ primitiuæ erat cõmunicare sub altera specie. Et si dicatur Corinth. tunc fuit modus communicare sub vtraq; spe-

1 Cor. 11 cie, & propterea Apost. dicit. 1. Corint. 11. *Probet autem seipsum homo*, & sic de pane illo edat & de Calice bibat. Dicitur primo quod hoc Apostolus dixit narratiue nihil circa hoc præcipiendo. Quod autem Corinthij tunc sub vtraque specie cõmunicabant causa potuit esse secundum quosdam Doctores quod Eucharistiæ Sacramentum secundũ nominis virtutem est charitatis Sacramentum, in primitiua Ecclesia apud eos charitas tãtum efferbuerat, etiam in laicis, quod pro Christi nomine sitiebant sicut ceruus ad aquæ fluuium, effundere sanguinẽ proprium, & hoc principaliter ex triplici causa. Prima est ex vicissitudine amoris ad Christum,

Phil. 2. ad quem inuitabat Apostolus, dicens: *Hoc sentite in vobis, quod est in Christo Iesu*. Secundo ex repræsentatione satisfactionis, *quẽ-*

1. Pet. 4. *admodum Petrus hortabatur fideles dicẽs*. Christo in carne passo & vos eadem cogitatione armamini. Tertio, propter exemplum Apostolorũ quos vltro videbant se passionibus ingerere & persequutionibus,

Act 5. de quibus Act. 5. *Ibant Apostoli gaudẽtes*, &c. In cuius feruoris signum Christo eos ad

Mat. 20 passionem inuitanti, secundũ Hiero. *Potestis* (inquit) *bibere Calicem quem ego bibiturus sum*, efficaciter respõderunt. Possumus ex feruore martyrij, & illa primitiua Ecclesia tam in clericis quam in laicis ita ad passionem martyrij animabatur, vt alter alterum certaret præuenire, decantans illud Psal. *Quid retribuam Domino, Calicem* Psal. 115 *salutaris accipiam, & nomen*, &c. Et ita talibus in tali deuotione & charitate existentibus quibus omni momento persequutores intentabant mortem, etiam in omni loco, in prouocationem ad deuotionem effundendi sanguinem proprium licebat eis bibere de Calice altaris sanguinem Christi. Vnde Cyprianus, de lapsis Epist. 37. Et cum ad hoc fiat Eucharistia vt possit accipiẽtibus esse tutela, quos igitur contra aduersarios esse volumus, munimento dominicæ securitatis armemus. Nam quomodo docemus aut prouocamus eos in confessione sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? aut quos ad martyrij poculum ideo facimus, si non eos prius ad bibendum in Ecclesia Domini poculum iure communicationis admittamus. Hæc Cyprianus. Vnde etiam rex Francorum cum inungitur, communicat in Calice Domini, & hoc ad eum animãdũ, vt qui iam pro sua parte & potestate susceptit custodiam Ecclesię Christi, omni hora paratus sit pro Christi amore & suæ spõsæ Ecclesiæ tuitione, non solũ suorũ, sed etiã proprium effundere sanguinem. Cum ergo feruor ille tunc erat singularis priuilegij teste Apostolo: *Vobis datum est pro Christo non solum, vt in eum credatis,* Phil. 1. *sed etiam vt pro eo patiamini*, quia sicut secundum Augustinum. Nullus melior est in hac vita introitus quam per baptismum, sic nullus tutior exitus quam per martyrium. Ideo cessante illo charitatis feruore & illo singulari priuilegio martyrij, quod in signum illius desiderij feruoris laicis dabatur, cessare debuit & sumptio sanguinis Christi.

Nec obstat quod Sacerdotes conficientes sumunt sanguinem sub specie vini illa charitate & deuotione in eis deficiente, quia non solum pro seipsis, sed etiam pro tota Ecclesia in qua non est extincta charitas nec in semetipsum extinguetur, Deo offerunt sacrificium. Dicitur secum-

Digitized by Google

ſecundo, quod dato quod ita eſſet in primitiua Eccleſia ſua Corinthiorum: nō tamen ſequitur, quod in omnibus ſeruandus ſit ritus primitiuæ Eccleſiæ, & maxime Corinthiorum. Si enim nunc accederet ſacerdos abſque ornatu & habitu Eccleſiaſtico, & ſero ad menſam Domini ſine oratione & in domo ſua, & tunc cōficeret panem & vinum, ſicut corinthi faciebant, vt dicitur .1. Corinth. 11: Hoc iudicaretur indignum & inhoneſtum. Licet enim Dominus poſt cænam & ſero in domo confecerit hoc Sacramentū; non tamen ritus ille tenendus eſt; immo Apoſtolus vilus eſt eum reprobare dicēs: 1Cor. 11 *Conuenientibus vobis in vnum, iam non eſt Dominicam cænam manducare*, id eſt: non debetis illum ordinē ſeruare qui in cæna ſeruatus eſt. Quamuis enim ipſe Dñs inſtituerit hoc Sacramentum: ordinem tamē, vſum, cultum, & ritum in manibus Eccleſiæ dereliquit. Multo enim pulchrius, decentius & ornatius nunc agitur diuinum illud officium, quam tēpore Apoſtolorum. Et quia in primitiua Eccleſia pauci erant fideles, ſed multum feruidi: ideo permiſſum eſt quemque ſub vtraque ſpecie communicare: Creſcente vero fidelū multitudine, propter incōuenientia poſtea dicenda hoc fieri noluit. Quarta parte principale propoſitum ex practica Chriſti. Nam non legitur Chriſtus aliquem laicum ſub vtraque ſpecie communicaſſe: ſed tantum duodecim ſacerdotes ſcilicet Apoſtolos ſuos. Sed poſt reſurrectionem cum eſſet cum diſcipulis Luc. 24. euntibus in Emaus: *Accepit panem, & benedixit, & fregit, & porrigebat illis.* Vbi ſecūdum multos doctores ſub ſpecie panis corpus ſuum ſolum eis tradidit, eo quod nullam de vino faciat mentionem. Vnde Auguſtinus libro de concordantia Euangeliſtarū: A Chriſto facta eſt permiſsio impedimenti vſque ad Sacramentū panis in vnitate corporis participata vt remoueri intelligatur impedimentū inimici: vt Chriſtus poſſet agnoſci. Item Theophilus. Patet & aliud innuit: quod ſcilicet ſumentibus ſacrum panem aperiūtur oculi eorum vt eum agnoſcant. Magnam enim & ineffabilem habet Domini caro virtutē. Item etiam Chriſtus docuit orare patrem dicens. *Panem noſtrum quotidianum da nobis* hodie per quem (ſecundum multos doctores) intelligitur corpus Chriſti in Sacramento altaris perceptū: quod docet nos ſaluator à Deo quærere. In illa autem oratione nullam fecit mentionem de vino aut potu, ſed tantum de pane. Sufficit ergo ſpecies panis: aliter inſufficienter docuiſſet nos Chriſtus orare. Item hoc Sacramentum figuratur per vitulum ſaginatum pro filio prodigo occiſum, qui quidem vitulus manducabatur nulla mentione facta de bibitione: ergo ſecundum Chriſti præcepta, ſufficit ad ſalutem fidelium hoc ſacramentum ſumere ſub vna ſpecie. Quinto, hæc eſt ſanctorum canonica ſententia. Nā Canon dicit de conſecr. diſt. 2. Preſbyter Euchariſtiam ſemper habeat paratam: vt quādo quis infirmatus fuerit, ſtatim eū communicet, ne ſine communione moriatur. Super quo gloſſa. Sanguinem nō præcipit ſeruare, quia opus eſſet nimia cautela in eo ſeruando. Item etiam nec ſolum infirmis, ſed ſacerdotibus ſanis ab eorum officijs depoſitis à ſacris concilijs conceſſa eſt vnius ſpeciei communio. Nam ex concilio Agathen. habetur, quod ſi Epiſcopus, preſbyter, aut diaconus capitale crimen cōmiſerit, aut chartam falſauerit, aut falſum teſtimonium dixerit: ab officio & honore depoſitus in monaſterio detrudatur, & ibi quādiu vixerit, laicā tantū communionē accipiat. Et idē dicitur. 55. diſtin. ſi Euāgelica. Sexto hoc idē practica eſt Eccleſiæ ex antiqua cōſuetudine, cuius conſuetudinis principiū nec in memorijs hominū, nec in ſcripturis doctorum, nec in annalibus ſcribentiū reperitur: ideo hæc conſuetudo pro lege tenenda eſt. Quanta autē in his conſuetudinibus obſeruandis ſit auctoritas Eccleſiæ Romanæ, oſtēdit Augu. in li. de cura pro Mortuis, dicens, Quod ſi nulla eſſet ſacræ ſcripturę auctoritas.

C. Conſuetudo. De conſuetudine conjectum. Dist. 8.

Digitized by Google

communiter ex hac communicatione sub specie vini sequerentur. Primo quidem periculum in eius administratione, & hoc multipliciter. Primo periculum effusionis sanguinis. Secundo in barbis longis laicorum, in quibus sæpe aliquid remaneret de sanguine. Tertio in vasorum sordicie, quę deberent esse consecrata, nec passim tractata vel tacta à laicis. Quarto in vomitu multorum qui nō possunt bibere vinum. Quinto quia hoc modo multi in eodem vase prębiberent, & hoc in sequentibus sæpe causaret nauseam aut periculum infectionis. Sexto damnum esset in sumptuositate vini, saltem apud multas partes in quibus vix inuenitur vinum ad celebrandum, & alibi caro comparatur. Septimo etiam quęri posset in quo vase fieret consecratio tanti vini, quantum requireretur in pascha ad communicādum decem aut viginti millia personarum. Octauo periculum esset in deportatione de loco ad locum pro infirmis, cum enim ad longum spatium deferretur, siue eques ipsum portaret sacerdos siue pedes: vt tempore pluuiarū vel glaciei, multa possent occurrere pericula. Secundo principaliter, periculum esset in conseruatione ipsius sanguinis. Primo quidem, quia de facili congelaretur vel in acetum transmutaretur: & sic corrumperetur sacramentum, & per cōsequens acetum purū pro sanguine Christi daretur fidelibus, & sic facile ibi committeretur idolatria: quia ibi dum fit acetum definit esse Christi sanguis, & sic nō est suscipiendum, nec nouiter consecrandum est sine missa. Secundo, quia in æstate ibi bibiones & muscułæ generarentur quantumcunque vas esset bene clausum, quandoque etiam putresceret, aut fieret velut abominabile ad bibendum. Tertio, esset periculum in falsæ credulitatis inductione, & hoc multipliciter: Primo, quia secundum huiusmodi hæreticos, hoc ita facere semper fuit & est necessitatis: & ita perierunt omnes & pereunt aliter facientes, sentientes, aut docentes: & omnes generaliter tam clerici quam doctores & prælati, qui non operas dederunt ad resistendum tali consuetudini, verbis, scriptis aut sententijs, & quod sacram scripturam, omnes illi peruerterunt. Secundo, quod virtus huius sacramenti non esset principalius in consecratione quam in sumptione. Nam secundum Nicolaum de Lira, hoc interest inter sacerdotem consecrantem & populum recipientem: quia consecrans sacerdos non solum sibi proficit recipiendo, sed etiam toti ecclesiæ, & adhuc illis qui sunt in purgatorio. Et hoc est vt dicunt doctores, quod Eucharistia non est tantū sacramentum, sed etiam ecclesiæ sacrificium, in quantum continet Christum passum: Ideo proficit omnibus fidelibus. Cū vero à laico suscipitur: soli sibi prodest: quia non est eius officium offerre sacrificium, sed tantummodo suscipere sacramentum. Tertio, quia simplices possent credere quod Christus non esset integer sub vtraque specie, sicut aliquando contigit. Nam sicut recitat Alex. quarta parte summæ: aliquibus religiosis appetentibus & instantibus, vt sub vtraque specie sumerent sacramentum, pio quodam sacerdote celebrante cum faceret fractionē concauum patenæ, totum visum est repleri sanguine, ad quod obstupuerunt ipse & circumstantes. Sed cum coniungeret partes hostiæ, totum visum est reintrare, & sic petitioni & tentationi illorū fuit penitus satisfactum. Vnde & hæretici aliquando ita communicauerunt, vt Nestorius & Pelagius. Nestorius enim sub vtraque specie ministrauit, existimās quod sub specie panis esset corpus Christi tātummodo sine sanguine, & sub specie vini sanguis sine corpore, sicut erant passionis & mortis suæ tempore: & ita essent hoc modo passionis eius memoriale. Ideo hæreticos studens à se ecclesia separare & tollere, ordinauit tantū modo laicos qui de facili ad illam falsam credulitatem ducerentur: communicari tātum sub vna specie. Et si dicatur, si sub

ſpeciebus panis habetur ſanguis Chriſti, in vanum ſacerdos iterum conſecrat calicē: quia fruſtra ordinatur alius actus ad habendū quod de facto realiter habitum eſt. Item cū ſub vna ſpecie panis integer eſſet Chriſtus: iam perfectum haberetur ſacramentū, & per conſequens ſuperflueret calix, aut ſaltem laicus non ſuſciperet ſacramentum perfectū. Reſpondetur ad hoc. Primo ſecundū de Argentina. 4. ſen. di. 8. Quod ideo diſtinctim & diuiſim fit, & debet fieri conſecratio ſanguinis, vt expreſſe ſignificetur, quod in paſsione Chriſti ſanguis per effuſionem ſeparatus eſt à corpore. Nec eſt ſub pane ſanguis niſi per concomitantiā, & non ex vi verborum & ſacramēti, ſicut nec ſub vino corpus Chriſti eſt: niſi per concomitantiam. Dicitur ſecundo, quod triplex inuenitur ſacramenti Euchariſtiæ perfectio. Prima conſiſtit in integritate primæ rei cōtentæ & ſignatæ in hoc ſacramento, ſcilicet ipſius Chriſti, & ſic totus Chriſtus ſub vtraque ſpecie integer continetur. Secūda perfectio conſiſtit in ſignatione, ſecundū quod concurrunt omnia illa quæ requiruntur ad totalem & completā illius Sacramenti ſignationem, & ſecundum hoc ambæ ſpecies ſunt de integritate huius Sacramenti, & nulla earū ſeorſum cōplete exprimit, & hoc propter tria. Primo, quia hoc Sacramentū ſignificat Chriſtū, vt nutrimentū perfecte reficiēs ſe digne manducantē: ſed perfecta refectio nō in ſolo pane aut in ſolo vino conſiſtit, ſed in vtroque ſimul. Ideo vna ſola non poteſt ſignare Chriſtū vt perfecte reficientem: ſed vna ſignificat eum per modū cibi reficientis & famē tollentis, alia per modū potus ſitim extinguentis. Secundo, quia hoc Sacramentū inſtitutū eſt in memoriam dominicæ paſsionis, vt ſæpius dictū eſt. Tertio, quia hoc Sacramentum ſignat aſſumptionē totalis humanitatis, ſcilicet corporis & animæ à Chriſto, & ſignificat noſtram redemptionē perfectā corporis, ſcilicet & animæ. Vnde Magiſter in 4. di. 11. dicit, quod in duabus ſpeciebus celebratur, vt animæ & corporis in Chriſto ſuſceptio & vtriuſque liberatio in nobis ſignificetur. Hæc autē ſignificatio non poteſt fieri per alterā ſpeciem tantū, ſed per ambas ſimul, vt per ſpeciē panis ſignificetur corpus, & per vinū anima, cuius ſedes eſt in ſanguine, ſecundū modū ſcripturæ dicentis. *Anima in ſanguine eſt*, & ita nulla ſpecierū ſuperfluit. Tū propter expreſsiorē ſignationē dominicę paſsionis, Tū propter ſignationē expreſsiorē completæ refectionis ſpiritualis, Tū propter expreſsiorē ſignationē ſaluationis vtriuſque hominis. Tertia perfectio eſt, effectus ipſius qui eſt augmentū grātię, peccatorū venialiū deletio, preſeruatio à futuris peccatis, refectio ſpiritualis, & tandē in fumentibus digne, adeptio æternæ gloriæ. Hi autem effectus non dependent à ſpeciebus ſacramentalibus, nec ex ſignatione quæ per prædictas ſpecies intelligitur: & ideo in vtraque ſpecie eſt perfecte. Quarto, periculum eſſet in fide, quod eccleſia Romana non recte ſentiret de ſacramentis, nec in hoc eſſet imitanda, quæ tamen ita detetminauit, & ita facere conſueuit, & quod generalia concilia, & ſpecialiter Conſtantienſe: errauerunt in fide & bonis moribus. Et ſi dicatur quod præceptū Chriſti videtur facere ad oppoſitum. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis*, &c. Vbi videtur eſſe obligatio per, *niſi* ſub pœna mortis æternæ de recipiendo ſub vtraque ſpecie: & ibi neminē excipit: ergo per regulā iuris omnes ad hoc obligat tam laicos quā clericos. Ad hoc reſpōdetur multipliciter. Primo, quod illud præceptum Domini præcipue intelligitur de manducatione ſpirituali. Patet primo, quia illud preceptum declaratur per hoc quod ſtatim ſubiunxit: *Qui manducat meā carnem & bibit meū ſanguinē, in me manet & ego in eo.* Quod declarat Aug. ſuper Ioan. hom. 13. dicens: Hunc itaque cibum & potum ſocietate vult intelligi corporis aut membrorum, quod eſt eccleſia ſancta in prædeſtinatis, vocatis, iuſtificatis, & glorificatis. Item. *Qui manducat meam carnē, &c.*

1 Sanguis Chriſti. Quare ſeor ſum fit conſecratio ſanguinis Chriſti cum ſub ſpecie panis ſit integer Chriſtus & de tribus perfectionibus Sacram. Euchar.

K Euchar. Quod hoc verbum niſi manducaueritis, &c. & biberitis, &c. non excludit ſumendā Euchar. ſub ſpecie vini à quilibet fideli & exponitur multipliciter.

Ioan. 6.

Ibidem.

Ibidem.

hoc

Digitized by Google

hoc eſt manducare illã eſcã & illũ potũ bibere, nihil aliud eſt quã in Chriſto manere, & illũ manentẽ in ſe habere: per hoc qui non manet in Chriſto, & in quo Chriſtus non manet: procul dubio nec manducat eius carnẽ nec bibit ſanguinẽ, etiam ſi tantę rei ſacramentũ ad iudiciũ ſibi manducat & bibit. Hæc Auguſt. Et ita apparet quod manducare Chriſtũ, & bibere ſecũdum eũ, hic non eſt aliud niſi in Chriſto manere, & illum manentẽ in ſe habere. Habitat autẽ Chriſtus & manet in nobis per fidẽ, dicente Apoſtolo: *Habitare Chriſtũ per fidẽ in cordibus veſtris.* Manemus etiã in Chriſto per charitatẽ, dicente Ioã. *Deus charitas eſt, & qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo.* Et ita mãducare & bibere Chriſtũ, nihil aliud eſt quam credere in Chriſtum & eidẽ per charitatẽ adhęrere: quod Dominus aperte declarat populo dicens: *Ego ſum* (inquit) *panis vitæ, qui venit ad me non eſuriet, & qui credit in me non ſitiet vnquã.* Manifeſtum eſt autẽ, quod ad non eſurire, & nõ ſitire, nõ peruenitur niſi per mãducare & bibere. Dicit enim Aug. Vt quid paras dẽtes & ventrẽ? Crede & mãducaſti. Secundo, hoc idẽ patet, quia hæc eſt differentia inter manducationẽ ſpiritualem & ſacramentalem, quia ſpiritualis ſemper dat vitã, ſacramentalis ſæpe dat mortẽ, de per accidens tamen, puta indignis. In textu autẽ ſacræ ſcripturæ, vbi habetur hoc præceptũ, & in illo capitulo vbi loquitur de mãducatione, ſemper adiungit vitam, ſicut cũ dicit: *Qui manducat hunc panem viuet in æternũ.* & illud: *Qui mãducat me viuet propter me.* Si enim principaliter intelligeretur de ſacramentali, ſemper viuerent, quod falſum eſt. Licet enim ſacramentalis manducatio ſemper ſit ad vitam: tamen ex indiſpoſitione ſuſcipiẽtis ſæpe eſt ad mortem. Dicitur ſecundo, quod illud præceptum etiã intelligi poteſt ex conſequenti de manducatione ſacramentali. Et tunc dicendũ eſt, quod laici communicantes ſub vna ſpecie, tantũmodo comedunt ſub illa ſpecie corpus, & bibunt etiã tunc ſanguinem, licet non ſub ſigno expreſſo, & ſic implent præceptũ communicando ſub vna ſpecie. Hoc patet per præpoſitiuum doctorem antiquum, qui in quęſtionibus de ſacramẽto dicit: Sub hac ſpecie ſanguis eſt corpus & ſanguis, & ſub hac ſpecie panis ſumis ſãguinem. Vel ergo comedis vel bibis ſanguinem: ſed non eſt dicendũ quod comedis, ergo bibis. Solutio: Sub hac ſpecie comedo & bibo hæc Præpoſitiuus. Idem Bonaue. ſuper 4. ſen. Dicit, quod ſanguis Chriſti bibitur in ſpecie panis. Ideo non oportet dare calicem populo. Præterea, cũ ſumitur corpus Chriſti ſumitur etiam ſanguis. Aut ergo ſumendo manducatur aut bibitur, quia nõ ſunt niſi illi duo modi ſumptionis, ſed non manducatur: ergo bibitur. Similiter cũ ſumitur ſanguis à ſacerdote, ſumitur corpus Chriſti, & tamẽ non bibitur, ergo manducatur, ergo ſub vtraque ſpecie mãducatur & bibitur, licet nõ proprio ſigno. Et ſi dicatur, quod hoc debet fieri in proprio ſigno. Ad hoc reſpõderi poteſt ſicut quidam reſpondet cuidam Bohemo vocato Ioanni de Rokizana, qui erat dux erroris Bohemorũ. Si ego (inquit) reperio in taberna bonum vinum, quid ad me ſi non reperiã ſignũ, Nec populus in illo præcepto refert mãducationem & bibitionẽ ad ſpecies panis & vini, ſed ad ipſas res, ſcilicet carnem & ſanguinẽ dicens: *Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinẽ.* Dicitur tertio, quod multipliciter Chriſtus poſtmodum expoſuit hoc præceptum. Dicit enim conſequenter ad præceptũ. *Qui mãducat me ipſe viuit propter me*, ergo ad viuẽdum vita ſpirituali non requiritur bibitio ſub proprio ſigno. Ait enim: *Qui manducat me*, & non qui bibit me. Et iterũ alibi cum dicit: *Qui manducat hunc panẽ, viuet in æternum.* Ex quo ſatis intelligitur quod Chriſti præceptum impletur communicando ſub vna ſpecie quoad laicos, qui non conſecrant. Inde quidam in deſiderio populi & omniũ non ſacrificantium hunc cibũ deſiderãs dicebat & petebat. *Dimitte me obſecro ad vnam partem Sacrdo-*

Ephes. 4.

1. Ioan. 4

Ioan 6.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

1 Reg.

talem, vt cõtendam buccellam panis. Duæ enim partes sunt sacerdotis sacrificãtis, scilicet panem & vinũ. Populus autẽ non ad ambas partes petit admitti, sed ad vnã, scilicet panis vt buccella corporis Domini sa-

L. Euchar. sacerdo. Solus sacerdos dũ celebrat potest & tenetur sub vtraque specie cõmunicare.

tietur. Quinta propositio. Solus sacerdos nisi ex priuilegio potest & tenetur sub vtraque specie cõmunicare, dũ consecrationis exercet officiũ. Prima pars huius apparet ex figura veteris legis. Nam soli sacerdotes veteris testamenti vtebantur libaminibus, id est, his sacrificijs quæ fiebant ex fluida materia, scilicet oleo & vino, quæ præfigurabant sanguinẽ Christi. nec vmquã laici cõmunicabantur. Itẽ propter honorẽ & dignitatẽ sacerdotalis officij dignũ fuit, vt sicut charactere, dignitate, & officio à cõmuni populo distinguuntur, etiam dum celebrant, in signo à cæteris distinguantur, & quadã extrinseca huius oblationis dignitate refulgeant. Vnde quidam doctor dictus Albertus de Pàdua sic ait: Cõgruit inter ministros ecclesiæ & populũ esse differentiam: Ideo populo sufficit de corpore Christi ministrari, sed ministros oportet esse quasi animã corporis, dirigendo populũ subditum. Ideo illi corpus tantũ: isti etiã sanguinẽ in quo est anima, sub suis proprijs speciebus sumunt. Si enim laici æqualiter admitterentur cum sacerdotibus ad sumendum vtramque speciẽ: facile crescẽte temeritate & malitia hominum, laici, & fortasis mullerculæ possent præsumere ad non solum sic sumendũ, sed etiam ad conficiendum, quod esset damnabilis er-

2. Par. 6 ror, vt patuit: de Ozia Rege Iudę, qui sacrificando voluit vsurpare officiũ sacerdotis. Secunda pars patet, quia si sacerdos consecraret sub vna specie & nõ sub alia, & cũ ibi in missã debeat perfectè repræsentari dominicæ passionis mysteriũ: sequeretur quod imperfectũ faceret sacrificium, & per consequens reus sacrilegij reputaretur secundũ canones, vt patet de conse. d. 2. cõperimus. Et notanter dicitur nisi ex priuilegio propter Francorũ Regem, qui sub vtraque specie sumit tantum nodo semel, id est, in vnctione suã. Et dicitur cum exercet cõsecrationis officium, quia dum non consecrat sumit tantũ sub altera specie, vt patet in die parasceues, & hęc de prima parte. Secũdo quęritur principaliter. Vtrum liceat sacerdoti abstinere à celebrando per totum tempus vitæ suæ? Et videtur quod sic, quia licite potest abstinere à potestate absoluẽdi per totum tempus vitæ suæ, ergo & à potestate consecrandi. Ad hoc respondetur cum Rich. de media villa, 4. sent. d. 13. q. 2. art. 2. per tres propositiones. Prima propositio, non est omnino simile de potestate absoluendi, & de potestate consecrandi in sacerdotibus, quia potestate absoluendi non potest vti sacerdos, nisi per aliquem super quem habeat iurisdictionem, saltem in foro pœnitentiæ. Potest autem esse per totum tempus vitæ suæ sine tali iurisdictione. Ideo potest à tali potestate abstinere per totum tempus vitæ suæ, nisi casus necessitatis occurant. Non sic de potestate cõsecrãdi, quia materia circa quã est huiusmodi potestas est communis, scilicet, panis & vinũ. Nec ibi cadere potest excusatio, quin illã sæpe ad manũ habeat. Ideo nõ est simile. Vnde hæc potestas est principalius sacerdoti iniuncta quã alia, quia hæc data fuit Apostolis, & principalius Ecclesiæ in cœna Domini, cũ dixit Dñs: *Hoc facite in meam cõmemorationem*, alia vero in die resurrectionis, cum dixit: *Quorum remiseritis peccata*, &c. Secunda propositio, sacerdos habens animarũ curam tenetur sæpe celebrare, quia non videtur quomodo suas faciat decimas & ecclesiæ redditus, si nõ orat pro benefactoribus & fundatoribus, & parochianis suis. Et si dicatur quod vicarius eius aut capellanus pro eo satisfaciat: Respõdetur ad hoc etiã, quod suus capellanus pro eo paradisum possidebit. Tertia propositio, quilibet sacerdos siue habẽs animarũ curã, siue non habẽs, nisi legitimũ adsit impedimentũ, aut hoc per reuelationem Dei habeat, cũ nunquam celebrat, grauissime peccat. Et

M Sacerdos Potest Sacerdos nõ vti potest facere absoluendi non autẽ consecrãdi & quare.

1. Cor. 11. Ioan. 20.

dicitur,

dicitur, nisi adsit legitimum impedimentum: quia ex euentu vel fortuna posset esse occasionatus, puta vel cæcus, vel surdus, vel mancus: & sic absolueretur à Dei præcepto & Ecclesiæ, vel propter crimen irregularitatis, posset esse sibi interdictum vel propter alias causas. Dicitur etiam notáter, nisi hoc habeat ex Dei reuelatione & familiari consilio Spiritus sancti, quia legitur de quodã sancto qui Moyses appellabatur, qui ordinatus nũquam celebrauit, & creditur hoc Spiritus sancti instinctu fuisse factum, hæc propositio deducitur. Primo: quia nunquam celebrans, negligeret cõtra præceptũ Dei affirmatiuum sacerdotibus præcipientis illud: *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22. Super quo Ber. In se credẽtibus præcepit Dominus dicens: *Hoc facite in meam commemorationem.* In quo etiam propter peccatum inobedientiæ, quam impium sit hominem tantæ pietatis Dei esse immemorem: palam omnibus est, cum amici obeuntis sub quolibet signo commendatam memoriam nefas sit obliuisci. Secũdo hoc videtur periculosum sibi: cum sit potestas sibi tradita quam requiret Dominus cum vsuris dicens illud: *Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, vt & ego veniens, cum vsuris exegissem illud, & dicit astantibus. Auferte ab illo mnan, & date ei qui decem mnas habet*, id est auferte ei omnia bona, quia per negligentiam & acediam abusus est potestate sibi tradita. Tertio, quia hoc est nociuum animabus existentibus in purgatorio, qui omni die quærũt suffragiorum eleemosynã, & ille crudelis sacerdos non curat eorum necessitatibus subuenire. Quarto, quia hoc est contra præcepta & monitiones Apostolorũ. Nam Petrus ait. *Vnusquisque prout accepit gratiam in alterutrum illam administrantes*, & Paulus: *Hortor vos ne in vacuum gratiã Dei recipiatis.* Et ideo cũ sacerdotij ordo homini collatus sit vna gratia gratis data sibi: vane illam haberet, si ea non vteretur ad finẽ ad quem ordinatur. Quinto, hoc est contra rationem, quia (vt inquit Rich.) Omnis accipiens potestatem ordinatam ad bonum vsum, tenetur vti ea loco & tempore debitis, & habita conuenienti oportunitate, maxime cum illius potestatis vsus in vtente actum meliorẽ non impediat. Potestas autem sacerdotalis est potestas ordinata ad optimũ vsum, scilicet ad transsubstantiandum panẽ in corpus, Christi, & vinum in sanguinem eius & ad rememorandum passionem eius & intercedendum familiarius & efficatius apud Deum pro se & pro populo: nec actum meliorem impedit; immo ad omnes alios actus bonos coadiuuat. Auget enim illuminationem in intellectu, & feruorẽ charitatis in affectu. Ideo sacerdos qui hac potestate loco & tempore debitis non vtitur, & conuenienti habita opportunitate & dispositione, sed notabiliter negligit, peccat. Vnde secundum doctorem sanctum in tertia parte, tenetur quilibet sacerdos celebrare, saltem in præcipuis anni festis; & maxime in illis diebus in quibus consueuerunt fideles communicare.

Sacerdos. Quomodo quilibet sacerdos tenetur aliquando celebrare probatio multiplex.

SERMO VIII. QVALITER SE debet probare, homo antequam ad hoc Sacramentum accedat. Per Thema.

PRobet autem seipsum homo, & sic de pane illo, edat & de calice bibat. Quantuncũque se probet homo, vt ad hoc Sacramentum accedat, non potest tamen dignum se tanti beneficij facere acceptorem; nisi Deus manum apponat adiutricem. Et hoc tripliciter patet. Cum primo, quia vt dicit Psalmi. *Homo spiritus est vadens & non rediens.* vadit quidem per se in peccatum, sed per se non redit ad gratiæ statum. Inde dicitur: *Considera opera Dei: quod nemo possit corrigere quem ille despexerit.* Hinc dicebat Iob. *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es?* Ideo necessariũ est ad hoc eius auxilium. Tum secundo, quia inter statum peccatoris & statum gratiæ magnum chaos firmatum est, quod solus

1. Cor 11. *A Eucha. Non potest homo dignus reddi sumptione Eucharistiæ, nisi Deo manente.* Psal 77. Eccles. 7. Iob 14.

Digitized by Google

Deus ſoluere poteſt. Nam chaos illud peccatum eſt, quod ſolus Deus remittere poteſt. *Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me.* Inde dicitur paries inter Deum & peccatorem, quem ſolus Deus deſtruere poteſt. *Iniquitates noſtræ diuiſerunt inter nos & Deum noſtrũ.* Tum tertio, quia peccatoris conſciẽtia in qua debet habi are Chriſtus, eſt tota tenebroſa. iuxta illud Pſalmiſtæ. *Neſcierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* luminoſa autẽ fieri non poteſt niſi ibi radiet ſol iuſtitiæ per gratiam. Chriſtus enim *magnus Dominus & laudabilis nimis* requirit in domo ſua lumen. Ergo ſine tali ſpontaneo acceſſu radij ſolaris, id eſt, gratię Dei, non ſufficienter ſe poteſt homo probare, hanc autem gratiam requiramus ab illa, quæ inuentrix, mediatrix, & theſauraria eſt dicentes: Aue Maria, &c.

Esai. 43. Ibidem. Pſal. 81. Pſal 47.

8 Euchar. Quæſtio. Quomodo præparãdi hoſpitium ſit cordis Chriſto ſuſcipiendo in ſacramento

Quatuor principaliter nos debẽt hortari & commouere ad ſolicite pręparandum hoſpitium tanto hoſpiti venturo in animabus noſtris. Primum quidẽ eſt honor Chriſti: Si enim ſolent fieri ſanctuaria prætioſa auri & argenti ad reponendum magnifice ſanctorum reliquias & corpora: multo fortius debet homo de corde ſuo facere ſanctuarium, ad ſuſcipiendum creatorem, redemptorem, & benefactorem ſuum Chriſtum: Tũ quia in ſolis ſanctuarijs habitat, iuxta illud: *Tu autem in ſancto habitas.* Et illud: *Facient mihi ſanctuarium & habitabo in medio eorum.* Si enim tabernacula corporea in quibus reponitur ipſum Chriſti corpus, conſueuimus ita nobiliter & decenter parare & deaurare: quanto magis tabernaculum ſpirituale cordis noſtri; quia in templo illo non manufacto maxime quærit habitare. Si inſuper regi terreno ſuperueniẽti in domum noſtram cum omni diligentia domus præparatur: quanto magis huic cum eum recipere volumus, quod vt dicitur: *Non præparatur homini habitatio ſed Deo.* Si enim voluit Dominus ad comeſtionem agni figuratiui locum tã ſolicite parari, *mittẽs duos de diſcipulis ſuis vt pararent ei paſcha:* quanto magis requirit diſpoſitionem ſanctam & præparationem diligentem, ad hoc vt faciat paſcha nobiſcũ? Secundum eſt honoris magnitudo ad quẽ vocati ſumus in hoc ſacro cõuiuio. Si enim pro magno reputauit Aman quod ad prandium conuocauit eũ regina Heſter: quantum ſe debet homo reputare qui vocatus eſt ad conuiuium & ad mẽſam regis eterni? Certe *magnificauit Dominus facere nobiſcum.* Ve homini illi qui ex negligentia ſe præparandi tantum perdet honorem. Si infelix reputatus eſt Tyberius Tyberij imperatoris nepos, quod ex negligentia ſua Romanum perdidit imperium, quia ſcilicet non ſatis mane ſurrexit, & non niſi pranſus ire voluit ad auunculum ſuum, vt teſtatur Vincẽtius in ſpeculo hiſtoriali lib. 9. cap. 118. Quãto magis infelix Chriſtianus, qui ex negligentia prępparandi, & regnum cæli & regem tantum, & omnia ſimul bona perdit. Tertium eſt, magnitudo expenſarum quas fecit Chriſtus pro hoc cõuiuio præparando & celebrando. Chriſtus enim cum ſudore totius corporis, effuſione ſanguinis, & alijs maximis laboribus hoc præparauit conuiuium, inuitans ſingulos ad illud dicens: *Dicite inuitatis: prandũ meum parau, tauri mei & altilia ſunt occiſa & omnia ſunt parata.* Nõ enim ſolus ipſe voluit parare: ſed etiã ad hoc vt tibi prodeſſet, inimicos ſuos ad præparandũ & tibi ſeruiendũ aſſumpſit. Nã ſecundum Guil. huius cibi coqui fuerunt Iudæi, qui eũ in arca crucis aſſuerũt. Multũ autẽ diſplicet patrifamilias, qui magnũ conuiuium magnis expẽſis prępparauit, & pro magna multitudine, cũ illi qui inuitãtur ſpernũt & negligũt ſe parare ad veniendũ. Vnde de illis dicit Chriſtus: *Dico autẽ vobis quod nemo virorũ illorũ qui vocati,* ſcilicet & venire noluerũt, *guſtabit cœnã meã.* Quartũ eſt periculi magnitudo. Quãto enim medicina virtuoſior eſt, tanto recipiens eã plus timere debet, ne forte non ſit parãtus ad eã ſuſcipiendam, quia ſicut medicina ſanat bene paratum, ita interficit indiſpoſitum,

Mat. 22. Luc. 14. 2. Pa. 29 Mat. 1.

Digitized by Google

situm, sed corpus Christi est medicina tantæ virtutis, quod recipientē bene dispositum curat ab omni peccato, quia cū tanta deuotione potest homo communicare, quod potest esse immunis ab omni
1.Cor 11 peccato. *Probet igitur seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.* In hoc sermone acturi de probatione & examinatione huius qui vult recipere hoc Sacramentum: dicemus tantum modo quæ requiruntur ad ipsam debitam præparationem & probationem. Tria enim requiruntur ad debitam pręparationem alicuius antequam digne accedat ad altaris sacramentum. Primum est diligēs suę propriæ conscientiæ discussio, & debita examinatio. Numquam enim quis infunderet aliquem prætiosum liquorem in aliquo vase, nisi prius tentaret vel probaret vtrum sit mundum vel immundum, sanum vel corruptū. Sic debet quisque videre de se Sacramentum altaris suscepturus, an sit in conscientia mundus vel immundus, dignus vel indignus, & hæc probatio ab Apostolo vocatur dijudica-
1.Cor 11 tio. Ait enim: *Si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur.* Multi enim sunt qui sciunt alios examinare, vt iudices, & officiales, & courretarij, qui vina tentare & equos probare norunt & sic de alijs, sed seipsos iudicare, & per pœnitentiam cognoscere nesciunt, de quibus Bernard. Multi multa sciunt, & seipsos nesciunt, qua tamen scientia summe indiget homo, quia si seipsum ignoret, à Deo semel
1.Cor 14 ignorabitur, iuxta illud. *Si quis ignorat, ignorabitur.* Nihil enim est de quo homo non velit satis scire præterquam de sua conscientia mala. Sunt & alij qui ad examinandam suam conscientiam tendunt, sed in labore pauci persistunt, imo verius illum laborem dimittentes ad alia se diuertunt, & sic ad mensam altaris conscientia imperfecte discussa accedunt. Et hoc est mirabile quod in præparatione cibi corporalis parati sunt labore à mane vsque ad nonam, & tamen in prępara-
tione cibi istius spiritualis vix volunt per di-

C Eusebar. De tribus requisitis pro debita preparatione ad suscipiendam Eucharistiam.

midiam horam, imo per quartam horæ laborare. Tales vero & si recipiant Sacramentum, non tum spiritualiter reficiuntur, quia scriptum est. *Qui non vult operari* 2.Thes 3
non manducet. Illis vero qui bene & debite exanimauerunt suam conscientiā & morose, dicit Dominus illud: *Venite ad me omnes qui laboratis,* ad examinandū conscientiam vestram, *& onerati estis* peccatis, *& ego reficiam vos,* corpore & sanguine meo, id est ero cibus reficiens vos. *Pro eo quod laboranit anima eius videbit & saturabitur.* Et: Esai. 53
In sudore vultus tui vescēris pane tuo. Sed circa hoc quæritur, quomodo poterit quis digne ad hoc Sacramentum accedere, cū quacumque examinatione conscientiæ facta multi stimuli & scrupuli conscientiam exagitent: cum etiam nemo certificari possit an sit gratia Dei vel non, si sit sufficienter examinatus vel non. Ad hoc respondetur cum magistro Ioanne Gerson, per sex propositiones. Prima propositio. Nullus habet certitudinē euidētem absque Dei reuelatione speciali, quod sit sufficientet dispositus & dignus accedere ad hoc Sacramentū, patet: quia tūc posset aliquis euidenter cognoscere se esse in gratia, & quod sufficiēter fecit quicquid requiritur ad hoc, quod sibi gratia infundatur, quod insuper nullū ponit obicē ex parte aliqua ad huius gratiæ infusionē & susceptionē, quod talium est. Item sciret euidenter qui celebrat quod rite cōstitutus est sacerdos ab habente potestatem nullatenus impeditam, & multa similia, quæ sciri nō possunt euidēter absq; diuina reuelatione. Nescit etiā si detur in reprobū sensum ex demeritis pręcedētibus vt nō videat peccata sua, *& ita nihil sibi cōscius sit, sed non in hoc iustificatus,* imo magis Amā superbo cōparatus, qui ad conuiuiū Hester venit reputans hoc sibi ad honorē esse præcipuum, quod sibi erat ad suspendiū. Quid scit talis ita veniens ad mēsam Domini, si forte auditurus est illam vocem: *Amice ad quid huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Et forsitan si sit annumeratus inter illos, de quibus non tam

D Enchar. Quod numquā habetur certitudo euidēs de sufficienti prepara tione ad Eucharistiam sumendam & quod illa non requiritur, & quod nō omnis scrupulus de mortali impedit dignum accessum declaratur tribus propositionibus.

1. Cor 4
Mat 22

impretatiue quam prænunciatiue loquutus est Psal. dicens: *Fiat mensa eorum in laqueum, & in retributiones, & in scandalū. Obscurentur oculi eorum ne videant.* In quo multum timendum est multis, qui cito, se ingerunt mensæ Christi, quibus minatur Apostolus iudicium dicens: *Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit.* Secunda propositio: Ad digne celebrandum aut ad hoc sacramentum accedendū absque temeraria præsumptione & noua imputabilitate ad peccatum: non requiritur talis euidentiæ certitudo. Patet, quia tunc nullus quantumcunque iustus sine discrimine ausus esset celebrare, aut ad hoc sacramentum accedere sine speciali Dei reuelatione, propter quod sufficit certitudo moralis, de quibus Philosophus 1. Ethic. loquitur dicens: quod disciplinati est in tantum certitudinem inquirere secundum vnumquodque genus, quantum natura recipit. Ad hāc autem certitudinem sufficit, vt plurimum, quod homo accedens ad missam, discusserit conscientiam suam sicut fecisset pro magna re lucranda, aut incommodo graui vitando, & quod non sit tibi conscius post hanc discussionem de peccato mortali, aut proposito peccandi mortaliter, & quod insuper non cognoscat verisimilius aliquod impedimentum se incurrisse per excōmunicationem aut irregularitatem: & cum Durando in hoc consentiendum est. 4. sent. dist. 4. q. 4. quod talis etiam si esset in peccato mortali nescienter, nec de eo expressam faceret confessionem, reportaret vnum de duobus. Aut sibi remitteretur tale peccatum virtute sacramenti, quia videtur facere ad eius deletionem quod fecit, quod in se est. Non enim requirit Deus vltra posse. Aut fieret sibi diuinitus illustratio aut recognitio sui peccati, vt per pœnitentiam illud diluere: quemadmodum contingit multis, qui in initio sui sacerdotij dum celebrationem continuant, in memoriam redeūt plurimorum & occultissimorum peccatorum. Et talia peccata in recordationem

Psal 68. 1. Cor. 1.

venientia ex irradiatione superioris luminis in profunda abyssi animę: nō adeo tales confiteri tenentur, quod non prius deleta esse potuerint modo prædicto: sed hoc fit ad obediendum præcepto de cōfitendo semel quodcunque peccatū mortale, dum illud distincte cognoscimus. Tertia propositio. Non omnis scrupulus aut dubitatio de peccato mortali, neque omnis indeuotio, aut inordinatio, aut nō attentio impediunt de necessitate celebrationis dignitatem aut accessum dignū ad recipiendum hoc sacramentum. Patet quo ad primā partem: quia certitudo moralis qualem diximus, secum compatitur vacillationem quandā animi aut hæsitationem vel suspitionem, seu scrupulos, quod non sit homo sufficienter dispositus, aut quod impedimento aliquo sit ligatus. Hoc enim signum est timoratæ cōscientiæ, in qua relucet gratia Dei. Sicut enim in domo tenebrosa, etiam vix grossa & magna viderentur: in domo autem lucida, in qua irradiat sol per fenestram, etiam in radijs illis videntur athomalia: sic in grossis conscientijs in quibus sunt tenebræ peccatorū, vix videntur grandia peccata: sed in conscientia in qua irradiat gratia Dei, videntur etiam minima peccata. Sed sicut impossibile est euacuare omnia athomalia quæ videntur in radijs solis: immo talis reputaretur fatuus, sic reputaretur ille qui crederet, reddere suā cōscientiam vacuam ab illis peccatis minutis: quin semper redirent tales aut plures aut maiores scrupuli. Oportet tamen aut de eis nō curare, aut eos abigere. Vnde quædam glossa super Gen. super illo, *quod descendebant volucres super cadauera & abigebat eas Abraham*, dicit: Mille sunt occursantium phantasmata cogitationum, mille suggestiones diaboli, quę dū sacrificantium mentibus se ingerunt, dum eas ad diuersa distrahunt: quid aliud faciūt quā velut quædam muscæ, quā sacrificātes, ministros altaris infestant & impediunt? Talium portenta muscarum propellendā, Abraham præsignant, cū à sacrifi-

Gene. 15

cijs

cijs aues abegit. Et quia tantũ super sacrificia descendisse leguntur, & nõ interrupisse ceptum officium: sacerdotes Christi tentationes quas proferũt ita debent abigere, vt à sacramento altaris talis eos lapsus non cogat abstinere. Secundũ etiam patet: quia certitudo moralis compatitur etiam secũ deordinationẽ aliquã, præsertim virium inferiorum & legis tyrannicę membrorũ, quæ non est sępe subdita nostræ possibilitati, ex qua causatur indeuotio quædam, quam etiã non plena & actuabilis intentio semper consequitur: nec tamen in hoc propterea peccatur. Et si dicatur quod secundum regulã theologicam dubitans de aliquo an sit illicitum, & stante dubio illud agens, peccat, quia se discrimini scienter objicit. Respondet Altisiodor. quod regula hæc magistralis intelligitur de dubio tali quod est mortaliter illicitum, sicut quod est licitũ. Secus est, vbi mens plus inclinatur, & iudicat quod est licitum quã quod illicitum, quamuis non habeat vsquequaque certitudinem euidentem aut fixam. quia nec hoc requiritur. Sunt autẽ plures qui fortis sunt phantasię, qui trepidant timore, vbi etiã iudicant non esse timendum. Et tales debent inniti consilio superioris vel prudentiũ, & contra talem ipsorũ vacillationem audacter operari, & sic sępe illa vacillatio vincetur. Qui vero renuit credere consilio superiorũ & prudentiũ, ad tales scrupulos deponendum & agẽdum contra eos, errat multipliciter. Primo per superbiam & arrogantiã, præponendo iudicium suum aliorum iudicio, & iterum nunquam talis aut vix habebit deuotionem solidam nec pacem conscientiæ à talibus, ac perinde carebit locus animæ suæ hospitẽ illo, de quo Ps. *In pace factus est locus eius*. Dicunt enim doctores, quod non est tam meritorium credere sicut velle credere, nec dolere sensualiter de peccatis, sicut velle dolere & non posse, iuxta illud Ps. *Desiderium pauperũ exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua* Deus enim iudicat nos & nostra secundũ superioris rationis volũtatẽ, arbitrium, & iudicium, & non secũdum ea quæ nobis inuitis aut contranitentibus portio sensualitatis inferior aduehit & producit: qualia sunt volubilis imaginũ & phantasiarum motus, stimulus carnis illecebrosus, aut vindicatiuus. vacillationes insuper timidæ & incertæ super agendis aut credendis, quæ nostris nequaquã sensibus attingimus. Et in hoc decipiuntur multi ex simplicibus, distinguere nescientes inter ea quę portio animæ superior agit per cunsensum, & quæ portio inferior patitur absque superioris assensu. Darent insuper sæpe alijs salubre Consiliũ, qui nesciunt illud sibi præstare, & hoc turbam hanc passionũ tumultuãtem & rapacem. Et super hoc memorandum est B. Bernardi consiliũ. Erat enim ex discipulis eius quidã talibus inquietatus scrupulis, vt ad celebrandum nullo pacto auderet accedere. Dixit ei Bernardus postquã hoc sciuit: Vade frater, & in fide mea celebres. Obediuit discipulus, & omnis ille scrupulus perpetuo discessit. Quarta propositio. Contingit vt possit aliquis eodem tempore ad celebrandum laudabiliter accedere, & tamẽ tunc posset à celebratis nõ laudabiliter abstinere. Patet, quia quando aliquis est sine cõscientia mortali, nec est obligatus officio vel aliter celebrare, vel non est impeditus aliquo vinculo, tunc habet vtrumque in sua voluntate vt faciat licenter atque laudabiliter, vt vel cum Centurione dicat. *Domine non sum dignus*, Vel cum Zachæo Dominũ fideliter inuitet. Vnde Aug. de concor. Euange. lib. 2. Dicit quispiam non quotidie accipiendam esse Eucharistiam, alius affirmat, quotidie. Faciat vnusquisque quod secundum suam fidẽ credit pie esse faciendum. Neque enim litigauerũt inter se, nec quisquam se alteri præposuit, Zachæus & illo Centurio: cum alter eorum gaudens in domo sua Dominũ susceperit, alter dixit: *Non sum dignus vt intres sub tectum meum*. ambo Saluatorem honorificantes, quamuis non vno modo (ambo peccatis-

B Dubitare. Dubitãs aliquid esse illicitum & sapiens nõ sępe peccat, nisi dubium sit vehemẽs

C Scrupulosi conscientiæ. Quod errant multipliciter qui non deponunt scrupulos ad consiliũ prudentum.

Psal. 75

Psal. 9.

Matt. 8.

Luc 19. Vbi sup. Eucha. Quod se mutuus diligentes Deũ habent sępe sumere Eucha.

miſeri) ambo miſericordiam conſequuti. Hæc Augu. Vnde & non incongrue hæc Euchariſtiæ commeſtio præfigurata eſt in agno paſchali & manna, quorum alter ſemel in anno immolabatur, aliud ſingulis diebus in vſum aſſumebatur. Sicut enim in commeſtione naturali videmus, quod vnus homo naturaliter indiget vt plus comedat, vel ſæpius quam alter, ſecundū quod vnus habet fortiorem virtutē digeſtiuam & velociorem quam alter. alter debiliorem & tardiorem: ideo nō poſſumus attendere virtutem temperantiæ in omnibus hominibus ſecundum menſurā eiuſdem quantitatis: quia illud īdē quod eſt temperantia in vno homine, eſſet intemperantia in alio; vt patet. 3. Ethic. de milone & magiſtro gymnaſiorum. Sic in comeſtione huius ſacramenti illos ſępius congruit ſumere iſtum cibum ſpiritualē, qui ſpiritualiter habent fortiorem virtutem digeſtiuam: puta in quibus magis viget amor & æſtuans deſiderium ad ſumendum ipſum. Ideo iſtis quibus calor ab igne Spiritus ſancti procedens ex frequentatione iſtius ſacramēti nō tepeſcit, ſed magis inualeſcit, in his prodeſt hanc ſacram communionem quotidie recipere. In quibus autem ė contrario fieret, illis expediret abſtinere, donec magis eſuriant. Et notanter dicitur calor ab igne Spiritus ſancti procedens, quia comperti ſunt, quinque homines ſceleratiſsimi, qui nec mādata Dei, nec eccleſiæ ſeruauerūt, putantes ſe viuere in libertate ſpiritus, cū tamen captiuos eos teneret diabolus, qui quotidie iſtud ſacramentum receperunt, dicentes ad hoc ſe moueri deſiderio & interna deuotione. Sed hoc non à Spiritu ſancto proceſsit, ſed à dæmonio meridiano. Si enim mandata eius non ſeruāt, manifeſtum eſt quod eum non diligunt, nec eum vere ſpiritualiter ſuſcipiunt. Hęc de Argentina. in 4. ſen. Et non ſine cauſa dicebatur in principio, ſi non fuerit impeditus, quia ſi per ſuperiorē ſuſpenſus eſt, interdictus vel excōmunicatus: nō debet ſe ingerere ad recipiendum vel celebrandum, etiam dato quod eſſet ſine peccato ſuo ſic ligatus, niſi ſua innocentia ſit ſufficienter declarata. Inde Aug. ſuper part. 3. ait: Qui iuſtus eſt, iniuſte maledicitur: hic & ſi non teneatur ligatus apud Deū, ſententiæ tamen parere debet, ne ex ſuperbia ligetur, qui prius ex puritate conſciētiæ abſolutus tenebatur. Quinta propoſitio. Laudabilius eſt frequenter aut quotidie celebrare cæteris paribus, quam à celebratione frequenter abſtinere. hoc probat Durandus. 2. ſen. d. 12. q. 6. quia celebratio eſt opus de per ſe bonum: abſtinere autem ab ea ſi ſit bonum, magis eſt in ordine ad indeuotionem & indiſpoſitionem ſuſcipientis quā de per ſe. Similiter celebratio habet efficaciam magnam ex virtute operis operati, propter quod iam non tantundē valet ſola volūtas celebrandi, ſicut pręſens volūtas actu celebrans, quia addit hoc opus exterius aliquid bonitatis ad bonitatem voluntatis propter meritum paſsionis Chriſti. Propter quod dici ſolet opus priuilegiatum. Præterea, ille qui celebrat in operis executione, ſæpe magnam adipiſcitur deuotionis pinguedinem, & diuinius ſolet occupari: inſuper etiā ſic agendo ducitur à virtute nobiliori, ſcilicet à charitate & dilectione huius ſacramenti quam ducatur non celebrās, qui timore potius ſe retrahit. Sed ſi quis dixerit ideo vacationem à celebratione aut receptione ſacramenti bonam eſſe, vt ipſa poſtmodum reuerentius & deuotius, quāto rarius impleatur: dicimus ad hoc, quod hoc eſt poſsibile: ſed poteſt contingere & ex aduerſo (vt plurimū contingit:) vt talis ſubtractio remoueat habituationem ad bonum, cuius effectus eſt (ſecundū Philoſophum) operari delectabiliter. Signum (inquit) acquiſiti habitus eſt delectatio in opere. Hinc: *Qui non eſt hodie cras minus aptus erit.* Si enim diſtraheris hodie & parū deuotus es, parum recollectus, plurimum tentus à carne, mundo, vel dæmone, puto quod non dormiet qui te perſequitur, & cras ijdem erunt aduerſantes tibi & tuæ deuotioni,

H *Celebrare. Quod laudabilius eſt ſæpe celebrare quā ſæpe abſtinere*

I *Celebrare. Quod ſi ſæpe abſtinere debet à celebratione qui tmorem ſe inducit*

deuotioni insidiantes, quales sunt hodie. Ideo non irrationabiliter consulit Sapiens: *Quodcunque potest* (inquit) *manus tua: instanter operare.* Nescis enim quando tale tempus ad laudabiliter celebrandum tibi concedetur quale modo habes. Et si sis in hac re, puta deuotione defectuosus, cur nouum defectum in non celebrando superinducis: Sed dices forte, frigidus sū aut tepidus. Dico ad hoc primo cum Ioanne de Gerson, quod sæpe susceipit initiū celebrationis, hominem parum deuotū & frigidū, quem in fine calescentem dimittit & feruidum. Corpus enim Christi ignis est spiritualis, accede ad hunc ignē & facile calefies. Vnde & Ambr. orandō sic Deum alloquitur: Graue est quod ad mensam tuam mundo corde & innocentibus manibus non venimus: sed grauius est si quia peccata nutrimus, hoc sacrificiū non reddimus. Refert enim narratio sanctorum patrū de quodā onagrio, qui non nisi semel in anno communicandum esse censebat: contra quem sancti patres repugnabant argumentantes, quod aut dignum se putabat & dispositū, qui semel in anno cōmunicaret, & sic presumptuosus erat: aut indignū etiam se tūc fatebatur, & nihilominus accedebat. Si enim fas solum esset semel in anno cū timore Dei celebrare, cum eodem timore poterit esse sæpius similis celebrandi licētia. Sunt tamen diuersa dona diuersis (prout Spiritus sanctus voluit) diuersimode collata. Nam alius indisponitur per celebrationis interruptionē, & vix se postmodum recolligit, alius ex eadem frequentatione redditur indeuotior, & ex tali familiaritate ad contemptū promptior. Quam obrem suam vnusquisque interroget conscientiam, & tunc per experientiā & prudentioris alicuius consiliū id quod oportunius compererit exequatur. Hinc Aug. ait: Quotidie celebrare nec laudo nec vitupero. Ipse tamen & alij consulunt sic viuere, vt quotidie digni simus accedere. Sexta propositio. Præcipue ex diuino munere, & nō ex nostra industria seu præparatione reddimur digni mysteriorum sacrorum participatione: Patet, quia humilitas sola est quę disponit ad dignificationē & præparationem debitam pro talis tantique hospitis in animæ signaculo susceptione. Recitat enim Ioannes Gerson. se sciuisse hominē, qui talit in veritate comperit nunquam potuisse ad quietā & serenā celebrandi dispositionē pertingere, quousque difridens de omni industria sua, & labore, & sollicitudine, & præparatione per confessionē aut alias: immolauit in ara cordis bouem superbiæ & dixit in animo contrito & humiliatio cum Daniele. *Domine non in iustificationibus meis prosterno preces meas ante te, sed in miserationibus tuis multis & magnis*, & rursus cū Propheta. *In multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.*

Ecclus. 9.

Euchar. Quod præcipuē est diuino munere adscribēda est dignapartis participatio Sacramenti.

Dan 9.

Psal 5.

Non est enim dubium quod industria nostra & præparatio quales agere conuenienter possumus, ad hoc requirunter, eis tamē si innitimur: fallimur, & cadimus, tanquā si quis baculo arundineo sustentetur, neque habitamus in adiutorio altissimi, dum in nostris proprijs meritis confidimus, vel in peccatorum sola recordatione torquemur. Fuit enim cuidā per somnium ostensa talis visio. Erat enim ille prēcipitatus in cloacā, & à quodam baculo stercoribus infixo sustentari ne profunderetur, satagebat. At vero baculus ille fundotenus demittebatur assidue, & exibat fætor intolerabilis. Sentiēs ille periculum tota mente ad Dñm conuersus, relicto baculo statim ereptus est. Sane conscientia nostra quātum libet mūda: est cloaca quędā plena stercoribus defectuū quotidianorū: Baculus ille nimia est industria per quē emergere quērimus; Sed sine dubio quousque leuemus oculos in cælum, vnde veniat auxiliū nobis, & quousque fiduciam nostram totam in Deū iactemus, quanto plus innitimur soli industriæ nostræ baculo, tanto in profundiorem abyssum nostrę prauitatis demergimur, & non nisi fætoré tetrum & horridum

horridum reportamus. Sed dices: Tentabimus ergo Deum, aut pleni conscientia peccatorũ & indeuoti ad hoc Sacramentũ sub spe solius miseriæ accedamus. Respondet Gerson. quod agat nostra industria quod poterit, vt sit absque conscientia peccati mortalis: sed in illa nequaquam speremus.

Alioquin superbimus, alioquin maledictionem incurrimus, qui ponimus fiduciam in homine & carnem brachium nostrum. Agnoscamus quod omnes iustitiæ nostræ sunt vt pannus menstruatæ. Sed si fluxum pateris nec sanari poteris à medicis tuis, scilicet exercitijs, tange plena fide cum hemorroissa fimbriã vestimenti Iesu, scilicet ipsam hostiam, vt purgeris. Si percussum te sentis à serpentibus diuersarum tentationum morsibus: serpentem Christum eleuatum aspicias. Si cæcum te fortassis debilem, & claudum, & pauperem conquereris: memineris quoniã tales ad cænam magni regis inuitantur, & intrare compelluntur. Si dicis, lubricus sum & instabilis, hic panis cor hominis confirmat. Si dicis, tristis sum & anxius: *Vinum lætificat cor hominis.* Sed dicis te peregrinari à Domino, *in fortitudine cibi illius ambulabis vsque ad montẽ Dei.* Cõcludamus ergo, quod nemo celebraturus aut hoc Sacramentum suscepturus euidẽtem sibi quærat certitudinem super dignificatione sua, nec confidat in multitudine virtutis suæ, vt in repetitione confessionis, aut deuotionis, aut reconciliationis serenitate. Potest enim fieri vt confessio crebra super venialibus obsit per accidens: Reddit enim animam plus iusto solicitã & pauidam, & omnia etiam tuta timentem, vt de ipsa etiam confessionis imperfectione trepidet, vrgeatur confiteri. Secundum, quod principaliter requiritur ad istam præparationem est omnium mortalium peccatorum per contritionem & confessionem euacutio: Hoc docet scriptura dicens. *Præoccupemus faciem eius in confessione.* Hoc docet etiam figura legis antiquæ. Nam labrum æneum ponebatur inter templum & alta ad se lauandum, vt nullus ad altare accederet nisi prius lotus. Tertio hoc docet natura: quia si homo aliquid immundum in corde vel in ore habuerit, numquã cessat excreare quousque tota immunditia expellatur. Et si habeat manus immundas: numquam comedit quin eas mundet. Et ita si asinum nostrum, id est, corpus, vt inquit Guill. Parisien. ad præsepe suum, id est, ad mensam corporis illorũ accedere non sinimus: immo prius manus & os eius abluimus: quanto magis ad istam sacratissimam mensam animarum accessurus homo, lachrymis contritionis & confessionis abluendus est, & hoc debet homo facere propter tria. Primo propter amorem quem dicit habere ad Dominum Christũ: Cum enim amicus vult confidenter recipere amicũ, & ibi inuenitur aliquis qui inimicus est, solet expelli, & dicitur ei, recede cito. Talis amicus meus non intraret domum vbi tu esses, nec comederet, nec biberet, & ego non possum ei denegare hospitiũ, quia nimis est amicus meus. Sic homo qui vult Dominum suum & amicum Iesum in se recipere, propter amicitiam quam habere debet ad illum, debet omnes inimicos suos, id est, peccata à se repellere. Vnde & discipuli, nec vnum proditorem Domini propter amorem eius inter se pati potuerunt, sed summo opere ipsum perquirebant dicentes: *Numquid ego sum Domine*, quia veri discipuli & amici Christi numquam paterentur in se vnũ proditorem eius, scilicet vnum peccatũ. Secundo, propter eius honorem. Multũ honoratur rex in regno suo propter iudicium & iustitiam si ibi polleant. Ideo si velimus Dominum recipere, & in nobis regnare, necesse est, vt præcedat de omnibus malefactoribus terræ nostræ, in qua volumus ipsum venire & regnare, iudicium & extirpatio, quia secundum Psal. *Honor regis iudicium diligit.* Tertio, propter malitiam & effectũ peccati. Aufert enim fructum huius Sacramenti. Loca quippe

I. Euchar. Quod suscepturus Eucharist. prius debet cauteri & confiteri propter ternas causas.

Pſ 103. 3. Reg. 19

Pſal. 94 3. Reg. 7

Mat. 26

Pſal 98.

ym-

vmbrosa solent esse sterilia & fructibus vacua & inania. Sic vmbra peccati lucem gratiæ tollit, obscuritatem ignorantiæ inducit, & fructum bonorum operum impedit. Ideo ante Eucharistiæ receptionē auferēda est hæc peccati vmbra. Et quod confessio sit ad hoc necessaria recitat Petrus Cluniacen. exemplum: Quidam iuuenis apud Cari locum Matisconen. diocesis cum graui infirmitate laboraret, & esset suspectus de quadā coniugata cum qua peccauerat, volens se ostēdere innocentem coram sacerdote qui ei detulerat corpus Christi: iurauit coram astantibus quod nō peccauerat cū ea. Cum ergo sacerdos daret ei corpus Christi, nō potuit illud masticare. Vnde confusus & trepidus sacerdotem reuocauit, & peccata sua humiliter & lachrimabiliter pandēs, facta confessione sine difficultate corpus Christi suscepit. Hæc ex libro de dono scientiæ. Sed circa hoc queritur. Nūquid potest aliquis accedere ad hoc Sacramentum existens in peccato mortali, & non peccare mortaliter, puta de illo qui ignorat se esse in peccato mortali, vel qui ignorat illud esse mortale. Ad hoc respōdetur secundū Thomam, & Petrū de Tharātasia, & Scotū, & Alexā. quod duobus modis potest contingere aliquem in peccato mortali accedere. Primo modo conscientiam de hoc habendo: & hoc potest fieri quadrupliciter. Primo, quādo accedit cū conscientia mortalis, quando conscientia consurgit ex certitudine sufficiēti, vt qui scit se fornicatū, nec de eo dolet, talis peccat mortaliter, quia contēnit & abutitur sancto sanctorū, & mentitur se incorporari Christo, quod Eucharistia figurat. Secundo sunt quidā habentes, conscientiam mortalis, quorū conscientia consurgit ex certitudine probabili, puta qui diu morose delectati sunt, & timent habuisse mortalē consensum, & tunc sic accedēdo sine contritione & confessione peccant mortaliter, quia discrimini se committūt circa tantū mysteriū. Tertio, quando se recolit quis cōmisisse aliquod peccatum, sed non credit illud esse mortale, sed veniale, vel nullum, vt puta fornicationem simplicē, & tunc nō excusatur quin peccet mortaliter accedendo, quia ignorātia non excusat facientē à peccato, dū facit, ergo non excusat eū à peccato dū sic ad Sacramentū accedit. Talis enim est ignorantia vel iuris, vel particularis circumstantiæ quā tenebatur scire. Quarto modo, quis habet conscientiā peccati mortalis, cuius conscientia ex leui consurgit, vt homo scrupulosus, qui timet de leui delectatione ne fuerit peccatum mortale. Et taliter accedens, vt dicit Petrus de Tharant. non peccat mortaliter. Quod verum est secundū Petrum de Palude: quando firmam conscientiā non habet, sed timorem quandā & vacillationē, cui renititur. Secundum tamen Alex. debet deponere illam conscientiā, & quousque deposuerit eam, securius esset abstinere. Secundo modo, potest contingere quod quis non habeat conscientiā peccati mortalis, & tamen sit in peccato mortali ignoranter. Et hoc fieri potest tripliciter. Primo, quādo quis præparauit se & discussit diligentissime præparatione sufficienti conscientiā examinando, & peritos cōsulendo, & talis accedendo non peccat, sed remissionē peccatorum (si quæ latent) accipit & meretur. Quam tamen inquisitionē oportet esse differentem secundū diuersitatē pœnitentium, vt maiorē apponat diligentiā qui forte diutius non est cōfessus, aut qui minus in animū suū posuit peccata sua, vt ea memoriter retineret, & sic tēpore distincte confitetur. Iusto autē qui consueuit passim scrutari conscientiam suā, sufficit breuis & transitoria discussio, quę non sufficeret in alio. Alij sunt qui conscientiam suam examinant probabiliter, & confitentur & cōteruntur. Et tales (secundum Petrū de Tharantasia) taliter accedentes non peccant, sed tamē remissionem peccatorū non accipiūt sicut primi. Sed Thomas dicit in 4. distin. 60. quod si quis per quatuor signa facta diligenti inquisitione suæ conscientiæ, quāuis forte

M Richar. An contingat accedere ad Eucharistiā in mortali, sine eo quod peccet mortaliter.

Quo modo contingat accedere ad Eucharistiā in mortali, sine eo quod peccet mortaliter, distinguitur.

non ſufficiente ad corpus Chriſti accedit aliquo peccato mortali in ipſo remanēte, quod eius cognitionem præterfugit: non peccat: immo magis ex vi ſacrameti peccati remiſsionē conſequetur. Dicit enim Aug. in quodam ſermone: quod corpus Chriſti dum manducatur, mortuos viuificat. Vnde vt dicit doctor ſanctus. Certitudo haberi non poteſt an aliquis ſit in peccato mortali, iuxta illud: *Nihil mihi cōſcius ſum ſed non in hoc iuſtificatus ſum.* Poteſt tamen de hoc haberi aliqua cōiectura per quatuor ſigna, vt dicit Ber. Primo cū quis deuote verba Dei audit, quia *qui ex Deo eſt verba Dei audit.* Secundum eſt, cū quis ſe promptū ad bene operandum inuenit: quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis, vt dicit Grego. Tertium, cū quis quis abſtinendi à peccatis in futurū propoſitum habet. Quartū, cū de præteritis dolet, quia in his vera pœnitentia cōſiſtit, ſecundum Grego, Et ſecundum eundem Bernar. Hæc tria vltima ſunt ſumpta ab illa auctoritate. *Tres ſunt qui teſtimoniū dant in terra: ſpiritus, aqua, & ſanguis.* Quis enim eſt qui teſtimoniū habet effuſi ſanguinis Chriſti: niſi qui ſe cōtinet à peccatis? Quis habet & ab aqua teſtimoniū: niſi qui *Laborat in gemitu ſuo lauans per ſingulas noctes lectum ſuum?* Sane ſanctum ſuperueniſſe ſpiritum certiſsime noua cōuerſatio teſtatur. Iam (vt breuiter repetam) à ſanguine aqua & ſpiritu habes teſtimonium ſi cōtines à peccatis, ſi dignos agis pœnitentiæ fructus, ſi facis opera vitæ. Hæc Bern. Alij ſunt qui ad hoc Sacramentum accedunt, qui tamen neutro modo ſe diſcutiunt, ſed negligūt: & tales peccant mortaliter, Nec ignorantia talium eos excuſat, quia ſecundum Alexan: voluntaria omiſsio circunſtantiæ quæ ad factum requiritur, non excuſat: ſed aggrauat, ſed diſcuſsio conſcientiæ eſt conditio quę requiritur in ſuſcipiente hoc Sacramentum, iuxta illud: *Probet autem ſeipſum homo*, &c. ergo talis omiſsio non excuſat accedentem quin peccet.

Tertium quod requiritur præcipue ad debitam præparationem, & poſt debitam diſcuſsionem conſcientiæ, & euacuationem peccatorum eſt munda & deuota oratio.

Sicut enim pulli coruorum dum adhuc ſunt ſine pēnis nigris, à proprijs parentibus non nutriuntur, & clamare ad Deum compelluntur: ita quod tunc naturæ beneficio paſcuntur cæleſti rore, vt dicit Aug. ſuper illud Pſalm. *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Vnde Iob. *Quis præparauit coruo eſcam ſuam*: quando pulli eius clamant ad Deum vagientes, eo quod non habeant cibum. Sic qui plumas nigras, id eſt vitia non habet. qui etiam à mūdo & carne (qui ſunt ſicut pater & mater) nō paſcuntur per proſperitatē, aut fraudes, & furta, pro cibo Euchariſtiæ ad Dominum clamare debent. Si enim (vt dicit Guill. pariſiē.) Abſque oratione & diuinæ benedictionis poſtulatione aſinum (quē dicimus corpus noſtrū) ad præſepe ſuū, id eſt ad menſam nō permittimus accedere: quantū & qualiter orandū ſit, diuina benedictio expoſcenda antequā ad hoc Sacramentū accedamus, ex hoc intelligere poſſumus. Sed proh dolor (ſicut dicitur Apoſtolis) *multi infirmi & imbecilles & dormiūt mūlti*, quod tunc Corinthij non in debita reuerētia & honore habebāt corpus Chriſti, pro qua irreuerentia percuſſa fuit Romana ciuitas plaga inguinaria. Nunc autem eadē irreuerentia accedunt homines ad hanc menſam, qua porci ad vas furfuris, non attendentes quod eam reuereantur Angeli, & corā ea incuruētur Dominationes. Ideo vt honeſtius accedamus, requiritur ſancta & deuota oratio ad Deum. Inde eſt quod non niſi in mortis articulo cōſuerunt laici communicare, niſi prius integra audita miſſa.

Sed quæritur vtrum propter aliquam immunditiam, quæ tamen non eſt peccatum, vt propter pollutionem, aut mēſtruum, aut ſanguinis fluxū teneatur homo abſtinere à cōmunione Euchariſtiæ. Ad hoc reſpōdetur per quinque propoſitiones.

N Pœnitentia. Quatuor ſigna vt pœnitētia & gratia exiſtētis 1. Cor. 4 Ioan. 8.

1 Ioā vl

Pſalm. 5

1 Cor. 11

Oratio Euchar. Quod oratio requiritur ad debitam Euchariſtiæ ſumptionem.

Pſ. 146.

Iob 38.

1 Cor. 11

P Pollutio. De pollutione in somno incepta & cõpleta quod non est peccatũ sed quandoque meritũ declaratur duabus propositionibus.

sitiones. Prima est secundũ Gerson. Nulla pollutio inchoata & perfecta in somno est peccatũ mortale. Patet primo ex regula Aug. Peccatum adeo voluntariũ est, quod si non esset voluntarium, non esset peccatum, intelligendo de actuali. Ité est expressa determinatio eius, 1. de ciuit. Dei cap. 25. loquẽtis de violenta corruptione virginis alicuius. Quanto magis (inquit) est absque culpa in corpore non consentientis: si absque culpa est in corpore dormientis.

Et notanter dicitur: si polutio inchoata & sit perfecta in somno, quod posset alius vigilans impurum habere desideriũ se polluẽdi, quo vigente caderet in somnũ, in quo sua pollutio compleretur. Posset similiter pollutionem in somno inceptam perficere vigil, quia in istis casibus radix pollutionis est libera. Ideo illud opus turpe imputatur ad culpã. Si tamen vbique fuerit carentia vsus rationis aut consensus, cõplebitur absque culpa mortali, etiam in vigilia. Quia hoc est præter libertatem voluntatis. Poterit tamen aliquis peccare postea cõplacendo in tali voluptate probrosa, quam habuit, nõ tamẽ reddetur prior actus pollutionis culpabiliter vitiosus. Posset etiam aliquo modo complacere secundum Tho. non quia voluptas est, sed quia sanitatẽ & naturæ affert exonerationẽ absque sui qui patitur procuratione vel assensu. Denique nõ consulunt sancti, quod debeat violenter fluxus ille dũ euigilando sentitur tam effluens cohercri: quia vel esset frustra conatus huiusmodi, vel naturę supra modũ grauatiuus.

Confirmatio autem huius propositionis est, quod actus exterior nullum peccatum est nisi denominatione extrinseca, sicut nec vrina dicitur proprie sana. Non tamen negamus quando per crapulam aut damnabilẽ illecebrem possit aliquis in hanc dilabi sorditiem, sed culpã tunc vigilia non somnus habet, quamquã & crapula & cogitatio voluptuosa lætali crimine sæpe careãt, & possint ante somnum dilui pœnitendo. Hæc Ioannes Gerson. Secunda propositio. Pollutio corporalis in somno contingere potest non solum absque peccato mortali præcedente, imo ex merito. Patet ex distinctione famosa data per diuum Gregorium & alios tam theologos quam naturales. Quãdoque enim cõtingit hæc pollutio ex infirmitate aut debilitatę naturę exonerare se volentis, aut retinere non valentis. Nam est præterea aliquis fluxus fere talis in viris aliquibus, qualem feminæ patiũtur in menstruis, & fit cum nulla aut tenuissima voluptate, etiam vigilando. Fit etiã aliquãdo insuper fluxus aliquis tanta lubricitate & facilitate in quibusdã viris aut feminis, quod solo aspectu vel colloquio aut leui cogitatione prouocatur. Quis ergo dixerit apud tales inuitos, renitentes, aut nullo modo consentientes ab initio vsque ad finẽ, mortale peccatũ committi. Non enim est omniũ vna complexionis harmonia. Nam quosdã videmus naso leuissima aut nulla occasione defluere sanguinem, alios cum violentia multa id non pati.

Cognouit Gerson. hominem septuagenarium secularẽ & valde crapulosum, qui numquã se pollutũ fuisse dormiendo testabatur, & hoc in alijs mirabatur. Vidit & alium religiosum & sobriũ, qui per decennium & amplius fere quotidiana hac passione vexabatur. Quidã vix somniant dormientes, alios somnia iugiter exagitant. Potest autẽ hæc nocturna pollutio ex merito contingere multipliciter. Primo, ex arcta pœnitentia in pane & aqua. Similiter volens hoc vitium prædicando detestari, nonne super illo cogitare posset, vel etiam audiendo confessiones, & hoc cum magno merito, & tamen ex præcogitatis simulachris in somno poterit ad pollutionem concitari. Addunt & sancti Patres hoc sæpe fieri illusione dæmonis, vel ad terrendum ad inquietandum timorosæ conscientiæ puritatem, vel pro boni operis, vt celebrationis impedimento, vel vt vigilanti placeat

quod

quod somnians pertulit, vel vt abstinentiam periculosam & indiscretum vitæ rigorem suadeat, & in insaniam præcipitet, vel vt Deo propitio & permittente deuotam mentem exerceat, & in humilitate eam tali fœditate stimulatã custodiat. Hoc autem in loco duo sunt dicta Gregorij memoranda: Primum est, quod sæpe tales pollutiones animus magis dolẽdus est pertulisse quam fecisse. Secundũ quod bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est. Sic tamẽ agnoscatur culpa, vt non indiscrete impediatur operatio iusta, neque corporis debita sustentatio deseratur, ne præterea sibi conscientias fabricet & nutriat erroneas. Hæc Gerson. Tertia propositio. Nulla corporalis immunditia de per se impeditiua est celebrationis: sed bene de per accidens ratione concomitantiæ alicuius vel sequelæ in anima. Hanc deducit Bonauen. 4. senten. dist. 12. q. 3. Et patet hæc pars ex verbis Christi. *Non lotis manibus manducare: non coinquinat hominem*. Ratio est: quia nulla passio talis aut immunditia talis de per se peccatum est, aut de necessitate peccato coniuncta, vel inducens ad peccatum. Præterea nulla immunditia exterior sordidior est lepra, quæ tamen non impedit celebrationẽ, præsertim si fiat in occulto. Et idem sentiũt doctores de menstruis mulierũ, & de fluxu perpetuo virorum aliquorum. Secunda pars patet distinguendo: Nam quædam est immundicia corporalis coniũcta spirituali secundum veritatem: vt in vigilia habent fornicantes. Alia est coniũcta immunditiæ spirituali tantummodo secundum quandam similitudinem, aut conformitatem. vt in somnijs sordidis & impuris, quando non est peccatum, sed similitudo peccati. Aliam videmus quæ horrorem & abominationem quandam visa vel recogitata generat, vt in leprosis, quamuis ibi nulla sit peccati veritas vel effigies. Alia est indifferens: vt in pedibus lutosis vel facie puluerulenta & sudante. Prima & secunda generant vt frequẽter in anima hebetudinem quandam distractionem, deordinationem & indeuotionem. Quoniam sicut degustato spiritu desipit omnis caro: sic è cõtra & amplius gustata carne desipit spiritus, & fit carnalis ad tempus longius aut breuius secundum diuersas habituationes & complexiones. De his in figura dictum est antiquis, vt aliter immundi separarentur ab alijs vsque ad vesperam & vestimentorum lotionem, Hæc enim Gregorius sic exponit: vt nisi prius ignis tẽtationis recesserit, reum se quasi ad vesperam homo cognoscat. Cõstat enim nullas tales cõstitutiones, quæ cerimoniales erant & figurales, vllatenus ad obligationem nostrã trahẽdas esse: nisi iudaizare velimus. Ideo hoc loco vespera & lotio materialis nõ ad litteram accipiendæ sunt: sed tandiu se reputet homo immundum, & extra castra sacrorum mysteriorũ se credat, quãdiu vigent in eo tales peccati reliquiæ, hebetudo, scilicet mẽtis carnalitas, deordinatio & indeuotio. Purgãtur alij tardius, alij confestim lugent, humilitate & prõptis lachrimis diluunt & exterminãt, quicquid carnalitatis contractum erat. Sordes tertiæ propter scãdalum vel horrorẽ nocere possunt deuotioni animæ, & de per accidens celebrationem impedire, dum inde scandalum vel horror & ex consequenti indeuotio celebrantis, vel assistẽtium, vehementer præsumuntur debere accidere. Secus est vbi sunt omnes exercitati & perfecti, apud quos nihil tale timendum est. Quarta propositio. Possibile est absque vlla reprehensione & cum merito aliquem somno pollutum sacrosancta mysteria cõtingere. Patet: quia ad dignam celebrationem sufficit præparatio talis, quæ non relinquat conscientiam peccati mortalis aut impementi legitimi & quæ deuotionem & reuerentiam ad Sacramentum non excludat. Sed pollutum modo possibile est in se ista sentire non longe post talem passionem: immo quod humilior, deuotior, ordinatior & reuerentior ad Sacramentũ accedat: Constat

Q Euchar. Quid polluio aut alia corporale immũditia ẽt quãdoq; de per accidens impedimẽtũ sũptionis Euchar. dicat. 15

Leui. 15 & alibi.

Q Euchar. Quid quãdoq; somnus pollutus meritorie assumat ad sacramentum.

stat enim quod obscenitates humoris cum suis reliquijs non perpetuo durant, nec perpetuo a celebratione impediunt. Et si detur spatium viginti quatuor horarum (vt Albertus determinare videtur) poterit aliquis vna hora purgatior effici quam alius in centum. Hæc consideratio maxime locum habet in religiosis & cõtemplatiuis viris, quorum est ad Deum facilis conuersio propter fortẽ habituationem, & propter etiã carnis subiectionem dum vigilant. Raro autem apud sæculariter viuentes, aut nouam bene viuendi formam inchoantes, talis repentina recollectio deuotionis inuenitur: Idcirco eos, cessare: aut tardius accedere ad hoc Sacramentum reuerentissime tractandum cõueniet. Habet insuper locum hæc propositio: vbi illusio dæmonis nostram deuotionem impedire volentis, perspicitur aliquibus iudicijs, neque credere debemus eidem, sed obniti potius. Vbi etiam timet sacerdos de scandalo nisi celebret, vbi deinceps tenetur aliquis celebrare, vel ex suscepto officio, vel ex commissione vel ex mutua vicissitudine & conformitate ad reliquos cum quibus viuit: quemadmodum sunt religiosi fere omnes. Nullus enim tenetur proprium defectum vel infirmitatem occultos prodere: sed cælare cautius est. Prodit autem seipsum talis non celebrans, & frequẽter scandalizat & cogitationes varias ascendere facit in corda aliorum. Sed opponet forsitan aliquis de fornicarijs, quod possent similiter in breui recolligere se, & ab omnibus peccati reliquijs animam detergere, & sic possent statim celebrare. Item de coniugatis, in quorum coniunctione stat peccatum non committi: qui tamen à communione separandi videntur. Ad vltimum imprimis respondendo: doctorum famatorum sententia est, tales cõiugatos si accedũt ex deuotione, præsertim diebus solemnibus nõ peccare: quando vel affectu prolis gignendæ, vel reddendi debiti, vel incontinentiæ vitandæ causa commixti sunt nec obstaculum est aliud. Ad primum non alia pro nunc dicimus, nisi quia hoc rarissimũ esset. De his vero qui vix aut nunquam eueniunt, doctores parum tractant. Si tamen immineret graue scandalum pro omissione, si præterea grandis contritio concurreret, si denique magis ex suggestione diabolica aut vehementi tẽtatione tale flagitium apud se rarum cõmisisset talem prohibere non audemus. In hoc casu & alijs multis relinquẽdi sunt multi suæ conscientiæ & iudicio circunstantijs omnibus quas prudentia circumspicit, indagatis. Hæc Gerson. Quinta propositio. Non propter timorem contaminationis corporis Christi illud cum mundicia corporali monemur contractare: sed ad indeuotionem aut scandalum in nobis vel alijs vitandum, Quod propter scrupulosos dicitur: quibus si corporalis aliqua sordicies nolentibus acciderit; recogitent tales ad Christi corpus nihil hanc attinenere, seruata in animo mundicia & reuerentia sanctitatis. Fuerunt enim, qui dicerent ipsam hostiam consecratã nullo modo in ventrem nostrum comedendo dimitti, sed statim in cælum rapi: contra experientiam quotidianam & catholicam veritatemique ponit corpus Christi vere comedi. Putant enim indignũ esse, vt corpus Christi in fetulentum nostrum stomachum deueniat, quasi polluatur plus quam radius solaris aut spiritualiũ substantiarum aliqua. Dicant ergo qui sic iudicant more carnalium iudæorum aut paganorum: cur Christi corpus in maternis visceribus nouem mẽsibus obuolutum fuit? Et ita assuescat homo spiritualiter spiritualia dijudicare: vt minus corporales curet sordes, & magis in conscientiæ quam corporis puritate cõfidat, Ideo ascensura anima in montem deuotionis gaudium suum immolatura cum Abraham. *Relinquat inferius asinum suum, & cum pueris*, id est, sensibus ruat ibi asinus. Feda illic sint omnia. nihil ad se qui in monte stat (id est, in vertice rationis) pertinebit. Et propter hoc non impertinenter

S. Eusebius. Non ob timorem contaminationis corporis Christi illud cũ mundicia corporali contrectare.

Gen. 22.

nenter hoc loco visionem inseramus, quam beato Patri Cælestino monstrasse memoratur ille, qui docet homines etiam per somnia scientiam: Visum est eidem patri soporanti, quod aulam regiam præcellentissimam cum asino suo inuitatus ascenderet: Hic asinus tributum ventris per viam soluit: Exhorruit vir purissimus, & abhominatus est hanc non iniquitatem, sed inquinationem: & progredi formidans, regredi molicbatur, quousque benigniter admonitus est voce de throno lapsa: nihil ad sui, vel aulæ regiæ spiritualis contaminationem pertinere, id quod se inscio, naturali necessariaque purgatione suus asellus corpulentus & irrationinalis expulerat. Hæc Ioannes Gerson.

SERMO IX. De SVMPTIONE Eucharistiæ sub figura agni per Themata.

Exod. 12. *Est enim phase*, id est, *transitus Domini.* Transitum humanum quadruplex comitatur conditio. Primo enim illum comitatur acerbitas cum dolore: *Posuisti profundum maris viam: vt transirent liberati.* Dixit autem profundum maris & non mare: quia quanto tribulationes amplius profundantur & multiplicantur, tanto amplius placent Deo fideles, qui per eas probantur, iuxta illud: *Omnes qui Domino placuerunt per multas tribulationes transierunt fideles.* Et quia Christus summe Deo patri suo placuit: ideo transitu eius comitata est acerbissima tribulatio. Secundo transitus noster habet velocitatem in tempore. *Dies nostri velocius transierunt quam à texente tela succidatur.* Quod sic exponit Gregorius: quia sicut tela filis; sic vita nostra diebus consistit & sicut tela quanto augmentum suscipit, tanto ad occisionem tendit: sic in spatio vitæ nostræ quanto præterierunt accepta tempora, tanto breuiabuntur futura: & tanto pauciora sunt quæ ventura sunt, quanto plura sunt quæ transierunt. Quia igitur parum habemus de tempore, debemus multo fortius bonis operibus festinanter insistere; sicut nundinæ, quando parum habent de tempore, mercatores festinant vendere & emere. Et propter hoc Dominus sciens ante diem festum paschæ, quia venerat hora vt transiret ex hoc mundo ad patrem: Ideo his diebus diligenter opera patris compleuit, & consummauit pluſquam alio tempore, & circa sacramentorum institutionem vigilauit.

A Trãsitus hominis. Quod transitus hominis habet quadruplicẽ conditionem comitantem.

Esai 51. Iud. 2. Sab 7.

Tertio, transitus humanus in iustis habet refrigerationem ex Dei consolatione, iuxta illud: *Transiuimus per ignem & aquam & eduxisti nos in refrigerium.* Et quãuis sancti viri in transitu suo hic à Deo consolentur: tamen derelictus est Christus in suo transitu omnia pati, & sine redundantia partis superioris in sensitiuam, vt pateretur quantum possibile erat secundum capacitatem illius, iuxta illud: *Deus meus vt quid me dereliquisti.* Psal. 65. Mat. 27

Quarto habet iste transitus delectationem consequentem ex felici comprehensione, quã modo habuit Christus in sua glorioſa resurrectione, qui dicitur transitus de morte ad vitam: Ad quam delectationem inuitat Maria dicens: *Transite ad me omnes qui concupiscitu me: & à generationibus meis ad implemini.* Vt ergo sua generatione impleamur: præsentemus ei: Aue Maria, &c. Eccl. 24.

Exod. 12. Num. 9. Iosue 5. & Paschа vel trasitus. De triplici trãsitu faciendo conformiter ad triplex paschа filiorum Israel.

Triplex paschа leguntur filij Israel fecisse vsque ad ingressum terræ promissionis inclusiue. Primum in Ægypto nocte precedente recessum eorum. Secundum in deserto: Tertium in Galgamis post transitum Iordanis. Ad cuius instar debet nostrum vnusquisque triplex paschа facere, siue triplicem exitum. Primum quidem à statu culpæ ad statum gratiæ: de tenebris Ægypti per mare rubrum contritionis ad statum pœnitentiæ & gratiæ. Ita vt quemadmodum filijs Israel necesse erat transire, aut perire inter manus Ægyptiorum: sic & nos necesse est hunc transitum facere,

Digitized by Google

tere, aut in manibus dæmonũ deperire.
Baruch 3 *Quid est Israël quòd in terra inimicorũ es inueterasti in terra aliena.* Secundus trãsitus debet fieri in deserto pœnitentiæ de virtute in virtutem, in quo deserto habent mãna in cibum, id est corpus Christi, nubem in ducem, id est Spiritum sanctum, serpentẽ æneum in tutorem à morsibus serpentũ ignitorum, id est incentiuorum luxuriæ, scilicet Christum crucifixũ. Tertius vero transitus est à statu gratiæ ad statum gloriæ promissionis paradisi. Ad quam quidam transeunt natando, vt coniugati, qui mersi in occupationibus & solicitudinibus huius sęculi, quasi natando mare huius mundi pertranseunt, qui per Iob in scriptura designantur. Alij nauigando, vt prælati qui per Noë designantur, qui nauem Ecclesiæ & habitantes in ea suo auxilio ducunt ad viam salutis. Alij volando perueniunt, vt contemplatiui qui per Danielem notantur. In hoc transitu lornis aquæ superiores, id est iusti steterunt, aquæ vero inferiores defluxerũt in mare mortuum, quod est inferni mare, in quẽ peccatores in morte defluũt. Propter primum transitum reuerentiam exhibet Ecclesia crucifixo, vt patibulo eius, quia per crucem pœnitentiæ fit transitus à statu culpæ ad statum gratiæ. In signum cuius in die Parasceues osculatur Crux, & propter duos vltimos transitus deuota est Ecclesia in sumptione corporis Christi, quia necessarium est ad pertranseũdum desertum pœnitentiæ, & quia rei veritas designata est per illud triplex Pascha iam
Exod. 12 dictum: *Est enim phase, id est transitus Domini.* In hoc sermone quatuor veniunt percunctanda. Primo, qualis est agnus qui in hoc Sacramento iuxta figuram veteris legis comedendus est. Secundo, qualiter comedendus est. Tertio, à quibus comedendus est. Quarto, quibus prohibendus est.

C *Transire Quod quidem transeũt per mare mũdi natando quidem, nauigando, & quidam volando*

Quærebatur itaque. Primo, qualis est agnus qui comedendus est? Et respondet
Ibidem. figura. *Erit agnus absque macula masculus anniculus.* Et sequitur: *Et immolabit eum uniuersa multitudo filiorum Israël ad vesperam.* In quibus verbis designantur huius agni quatuor proprietates. Prima proprietas illius agni est quod sit agnus sine macula. Talis fuit Christus. De quo Psal. *Qui ingreditur sine macula.* Nec enim in eo fuit macula, id est, colorum varietas, quia in eo nulla fraus aut deceptio. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Non macula murmuris, quia *sicut agnus coram tondente se obmutescit.* Non impatientiæ, quia *ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam.* Non macula rancoris & iræ, quia *Lupus & agnus simul pascentur*, scilicet Iudas cum Christo, & *cum his qui oderunt pacẽ erã pacificus.* Nõ macula infamiæ, quia *dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & honorem.* Non macula auaritiæ, quia *omnia quæcunque fecit hominibus communicauit.* Sicut agnus communicat omnia sua, vellus scilicet in vestimentum, carnem in esum, corium in vsum. Inde dicitur: *Non esurient neque sitient amplius, & non cadet super illos sol neque vllus æstus, quoniam agnus qui in medio throni est reget eos* Ideo si voluerimus esse de societate huius agni oportet nos esse eius imitatores, vt valeamus esse tãdem de numero sanctorum illorum, de quibus Apoc. *Sequuntur agnum quocunque ierit*, ita vt simus agni socij: Valde enim diligit societatem, vt patet. *Vidi supra montem Sion agnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia.* In quo notantur auari, qui in bonis acquisitis nullum volunt habere socium. Vel si secum compati videantur aliquem in exteriori conuersatione, tamen inueniuntur crudeles, quasi leones in malorũ operũ executione, ita vt eorum cuilibet conueniat illud Apoc. *Habebat cornua sicut agnus & loquebatur vt draco*, quia potestas talium videtur amari mansuetudine, tamen executio & præcepta sunt crudelia, & hoc modo deuorãt plebẽ exactionibus & rapinis. Et videtur de eorum vita miraculum esse & non est, quia ex vita eorum statim coniecturaret quis adimpletum

D *Euchar. Agnus. Quod Christus qui sumitur in Eucharistia habet proprietates agni legalis.* Psal 14. 1. Pet. 2 Esai. 53. Hier. 11. Esai. 45 Psal. 118 Apoc. 5. Ioan. 15. Apoc. 7. Apoc. 14 Ibidem. Ibidem.

Esai. 11. esse illud: *Habitabit lupus cum agno, & leo & ouis simul morabuntur*: quia in eodem videtur esse agnus & lupus, eo quod anterior facies videatur esse agni, sed posterior lupi: & etiã quia simul necessario morantur in hoc mundo cum ouibus, cum tamen sint lupi rapaces, & ideo quia non possunt simul omnes oues comedere aut deuorare. Secunda proprietas agni quod erat masculus. Iste enim debuit esse masculus: quia ad regimen populi non debet assumi femina sed masculus, id est, virilis animus. Sed iste agnus habebat regere Apo. 12 gentes. iuxta illud: *Mulier peperit filium masculum, qui recturus erat gentes.* In cuius signũ in republica viri perfecti dominari debent & in honoribus præferri. Vnde Vegetius: Tunc bene respublica regebatur, quando non poterat esse maior, nisi qui melior. Contra multos qui ex conditione magis sunt feminæ quam viri, qui tamen volunt dominari, & sibi vsurpant officia quæ ad eos non spectant. Nunc enim videtur esse regnum Amazonum, in quo feminę retinentur & pelluntur masculi, ita quod nullus masculus, sed solę feminæ ad regnum admittuntur. Sic hodie viri perfecti & qui meliores sunt, ab officijs repelluntur, & qui deteriores admittuntur. Quod in Pharaone figurarum Exod 2. erat, qui præcepit masculos necari, & feminas reseruari. Hinc Esaiæ: *Populũ meum exactores spoliauerunt: mulieres dominatæ sunt* Esai 3. *eis.* Cuius figura habetur in Athasia quæ omne semen regium interemit, vt sola posset in Hierusalem regnare. Vbi tamen nequissime regnauit & populum à Dei cultura reuocauit, & in templo adorari fecit idola. Et si dicatur quod omnis agnus est masculus: male ergo scriptura 4 Reg 11 ponit proprietatem requisitam ad agnũ. Dicitur ad hoc quod in Hebræo habetur ouis, & quia non potuit dici in translatione ouis masculus, cum nulla sit talis: oportuit vt Hieronymus loco ouis poneret agnum.

Tertia proprietas quod erat anniculus, id est pãruulus agnus, quasi vnius anni: quia noster agnus qui comedendus est, erat innocentissimus, humillimus, & patientissimus. Agnus enim siue spolietur vellere, siue cute, non percutit: non mordet ligatus à carnifice, non captus ab hoste se defendit, & videns lupum aliquandiu fugit, sed tandem subito gradum figit, & non voce vel balatu, sed simplici vultu tantummodo sibi parci petit. Sic Christus in passione, quando à carnificibus Iudæis spoliatus, nudatus, ligatus, & vulneratus est, nullum percussit se defendendo, aut momordit iniuriando, nec balatum impatientiæ emisit detrahendo: aliquando tamen populum iudaicum fugit, vt dicitur Ioannis octauo, sed finaliter aduenientę hora passionis subito gradum fixit per constantiæ firmitatem, & Iudæorum velut luporũ sæuitiam expectauit, nec cornu potentiæ percutiendo, nec pedibus fugiendo, nec voce iniuriando: sed simplici vultu pãtienter suscipiendo, luporum istorum malitiæ se obiecit. Erit autem tempus cum agnus fiet aries, habens cornua, fortiter feriens peccatores, de quo Apocal. *Abscondite nos à facie sedentis super thronum,* Apoc. 6. *& ab ira ejus.* immo melius est nunc sustinere illum agnum pãruulum & anniculum blandientem nobis per sua beneficia, quam expectare eum iam arietem & cornua portantem ad nos ferendum. Sed sunt multi qui non portant agnum istum, sed bene monstrant, vt doctores qui docent innocentiam quam non seruant. Ioannes Baptista hunc modum strauit cum dixit: *Ecce agnus Dei.* sed tamen portauit, quia cum crederetur de eo quod esset Christus: quasi portans extulit eum supra se dicens: *Non sum ego Christus.* & iterum portauit, quia antequam Christus moreretur pro ipso, ipse mortuus est pro Christo. Ioannes autem portauit eum adhuc viuentem: & nos immisericordes nec ipsum mortuum etiam pro nobis portare volumus? Alij sunt qui non agnum sed solum pelles agni portant vt in pectore. De quibus Matth.

E Agnus Christus. Quod Doctores non solũ monstrãt hũc agnum, hypocrita solũ pelles agni, incantatores cito proficiunt. Ioan. 1.

Homuyt

Matt. 7 *Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem lupi rapaces.* Alij sunt qui portant hunc agnum, sed vt oneroſum cito proijciunt, scilicet post quasimodo vel antea quia tunc innocentiam deponũt. Quarta proprietas est, quod talis agnus immo-
Exo. 12. landus erat ad vesperam. *Immolabit eũ vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperum*
Exo 29. *Paschæ.* Hinc & Exodi. & Numeri. *In omni*
Nu. 28. *sacrificio offerebatur omni die vnus agnus, mane & alius vespere*, & secundum Magistrum in historia scholastica: agnus vespertinus erat pinguior, & illud sacrificium Deo acceptius. Et hæc erat figura quod Christus immolatus fuit in his præcesserunt, puta in Abel & in alijs in mane mundi,
Apo. 13 iuxta illud: *In libro vitæ agni qui occisus est ab origine mundi.* Sed in semetipso immolatus est in mũdi vespera, & illud fuit omni alio sacrificio pinguius & acceptabilius, vt dicere posset Christus in cruce pẽ-
Ps. 140. dens Deo patri illud Psalmistæ: *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* In
Zech. 14 de etiam zachariæ. *In tempore vesperi erit lux:* quia ante mundi vesperam non erat lux cognitionis salutiferæ, qua quis peruenire posset ad cælum. Sed cum in hac vespera agnus occisus est, tũc dignus fuit aperire librum diuinæ sapientiæ, & eius signacula soluere, & tunc lux vera orta est nobis. Secundo quærebatur qualiter comedendus erat. Respõdet scriptura, quod debet comedi nõ crudus, nõ coctus aqua: sed assus igni cũ azimis panibus, cum lactucis agrestibus, & totus integer. Primo itaque comedendus est agnus iste non crudus, non aqua coctus, sed assus tantũmodo igni. Comedit crudum agnum, qui sine debita coctione, id est, discretione & premeditatione ad hunc cibum sumendum accedit, nec dijudicat corpus Domini ab alijs cibis. Sic enim comedentem multa sequuntur incommoda: Primum est murmur & iurgium conscientiæ. Nam (secundum Philosophos) animalia habẽtia solum dentes in mandibula inferiori, transglutiunt cibum suum crudum vel male coctum: qui non masticant ipsum, ideo necesse est ipsa ruminare. In scriptura autem per dentes intelligitur discretio: quia sicut nutrix masticat & diuidit cibum paruulo carenti dentibus; sic in Ecclesia discretiores cibum istum debent masticare paruulis simplicibus. Et cum secundum medicos, prima decoctio cibi fiat in ore, sic masticatur eis per doctorem, tũ fit decoctio prima, & per cõsequens non comeditur cibus iste, crudus. Sed non masticant vel male, qui non habent dentes in superiori mandibula: Habent enim discretionem satis ad inferiora pertractanda, sed hanc non habent ad superiora consideranda & credẽda. Cognoscunt enim ibi species panis & vini: sed intus latentem Christi dininitatem cum humanitate ignorant. Ideo qui recipiunt sine tali discretione, postea habent necessario ruminare, in sua conscientia murmurare. Non enim committi potest illud grande peccatum, quin aliquo modo ruminet & remurmuret conscientia. Secundum incommodũ est grauitas peccati, Vnde dixerũt pueri Hely: *Non enim* 1. Reg. 2
accipiemus à te carnem coctam sed crudam. Et sequitur: *Erat enim peccatum puerorũ grande nimis corã Domino*, & propter hoc fuerunt grauissime puniti. Ideo si in figura hæc contingebant illis, quanto magis contingit grauiter peccare in veritate rei huius Sacramenti eos scilicet, qui velut pueri sine discretione & præmeditatione ad eã rem sumendã accedunt. Tertiũ incõmodũ est mors spiritualis animæ & æterna, quæ ex his frequenter concluditur. Non enim ab infirmo & debili qui de nouo surgit à morbo sumi debẽt carnes crudæ vel malẽcoctę, quia esset ipsum occidere, & etiam quia carnes crudæ secundũ medicos lepram generant. Sic persona debilis de nouo surgens à morbo peccati, si recipiat hunc cibum sine debita coctione, id est, præmeditatione, exponit se morti spirituali & æternæ & lepræ peccati. Comedit iterum hunc agnum scilicet Christum coctum aqua, qui in aquis deliciarum & voluptatum viuit totius

Agnus Christus
Quod nõ debet sumi sine debita coctione, id est discretione, alioquin multa incurrerẽtur incõmoda

Digitized by Google

expers deuotionis. Nec enim tales vere hunc cibum comedunt,eo quod comedere viuorum;non ſit mortuorum. Tales
1. Tim. 5 autem ſic viuentes mortui ſunt, quia: *Vidua in delitijs viuens mortua eſt.* Aut ſi per aquam lachrymas hypocritarum intelligamus: obſeruandum nobis eſt ne agnũ illũ illa lachrymarũ aqua decoctũ comedamus. Quando enim aqua bulit in poculo eleuatur quod eſt in fundo: ita quod ſi non ſint ibi niſi tres fabæ ſuperius eleuantur,& nihil in fundo remanet,ex quo ſequitur frequens deceptio, in eo quod coquitur,ex eo quod creditur ibi eſſe aliquod magnum, cum tamen nihil ibi ſit. Sic hypocritæ prætendunt exterius lachrymas deuotionis & ſanctitatis,& gaudent cum exterius apparent habere duo vel tria ſigna ſanctitatis,& tamen in fundo ponti frequentius nihil eſt boni: & ideo cibus iſte non debet coqui in deuotione ficta hypocritarum. Propter quod comedunt ipſum agnum aſſum, qui per conſiderationẽ anguſtiæ paſsionis Chriſti,in qua fuit totus aſſatus agnus iſte, totaliter intus in corde & exterius in opere
Pſal. 38. deuotione inflãmantur: *In meditatione mea exardeſcet ignis*, charitatis ſcilicet,quo iterũ in corde cuiuſlibet fidelis aſſatur agnus iſte. Duplici tamen igne aſſari poſſunt carnes: Vno quidẽ igne fumoſo & turbido, tũc & amarę ſunt carnes & ſapiũt fumũ, nec habent ſaporẽ debitũ:Sed carnes aſſæ igni claro & puro lepidæ ſunt & odoriferæ. Ignis autem plenus fumo turbido & fetido, eſt ignis cupiditatis vel voluptatis: quia ſicut fumus grauat oculos & excæcat: ſic mũdi cupiditas & voluptas.
Pſal 57 Pſal. *Supercecidit ignis & non viderunt ſolem.* Ideo corda tali igne inflammata non debite coquunt hunc cibum, nec eis ſapit cibus iſte: Sicut filij Iſrael auari & deliciosi non ſentiebant dulcedinem mannę,
Num. 21 dicẽtes illud: *Anima noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo.* Sed illi in quorum cordibus accenditur ignis purus & clarus ſpiritus ſancti, inueniunt iſtum cibum ſapidiſsimum & odoriferum valde. Corruptus enim eſt & putridus, qui cibi huius non ſentit dulcorem,cum bruta hæc ſentiant. Nam apud Bituricenſem vrbem contigit,vt Chriſtianus quidam Iudęum quẽdam ſibi vecinũ diligeret, propter quod hortabatur ſæpe Iudæum illum vt ad Chriſti fidem cõuerteretur. Omnia autẽ rudimenta noſtræ fidei Iudæo complacebant, præterquam articulus de corpore Chriſti comedendo: Dicebat enim Iudæus,ſuum iumentum illum inter pabula comedere poſſe, quem dicimus eſſe Deum noſtrum,Cui contradixit fideliter & audenter Chriſtianus ille: Et inter plurima verba compromiſſum eſt inter eos, vt furtim Chriſtianus hoſtiã conſecratam afferret,& iumento præſentaretur. Quod & factum eſt:Et cum Iudæus iumentum ſuum quaſi per biduum ieiunare feciſſet, inter auenam oblatũ Chriſtum in ſacramento nõ ſolum reſpuit iumentum contingere: immo etiam flexis poplitibus pedum ante dominum ſuum ſe humiliabat, & virtute & ſignis quibus poterat, dominum ſuum præſentem fatebatur.Quod videns Iudęus,non ſolum ad fidem cum omni familia cõuerſus eſt, ſed & locum illum in quo ſignum illud factum eſt,per Archiepiſcopum in capellam erexit. Ad quam in die Euchariſtiæ in proceſsione cum ventum eſt, in memoriam facti miraculi fit ibi ſtatio & ſermo ad populum.Si ergo bruta huius tam ſancti cibi ſentiãt dulcedinẽ: deterior eſt homo brutis qui corde non credit & ſentit. Secundo, comedendus eſt agnus iſte cũ azimis panibus,non cũ fermẽto veteri, & hoc per depoſitionẽ veteris cõuerſationis in ſinceritate & puritate conſciẽtiæ. *Itaque epulemur nõ in fermẽto veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azimis ſinceritatis & veritatis.* In quo duplex fermentum hortatur deponere, & duplices azimos comedere. Iubet enim à domo ſua repellere fermentum malitiæ, id eſt pronitatem ad malum, & nequitiæ.id eſt ſterilitatem ad bonum,vt habeamus propoſitum cauendi ab omni mortali peccato,&

Agnus Chriſtus. Quod aſſatur in corde tuſti igne claro charitatis, non autẽ igne turbido cupiditatis.

Agnus Chriſtus. Quid ſit ipſum comedere cũ azimis panibus.

1. Cor. 5

to, & propoſitum ſeruiendi Deo. Non enim ſufficit mala relinquere: niſi etiam homo ſtudeat bona agere: quia etiam ſola inutilitas redderet ſeruos Dei damnabiles. iuxta illud: Seruum inutilem proiicite in tenebras exteriores: & *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Hinc maledixit Dñs ficuneæ fructũ non ferenti. *Modicũ fermenti totam maſſam corrumpit.* à domo animæ noſtræ omne fermentũ peccati deponamus, ne locum in quo Dominum noſtrum ſuſcipere debemus, corrumpat & inficiat, & ita in loco corrupto & infecto eũ introducamus. Similiter diſtinguit Apoſtolus duo genera Azimorũ, ſcilicet ſinceritatẽ à vitijs, & veritatem bonorum operum. Sinceritas enim iſta eſt cibus quidã quo ſumme delectatur Deus. Cum enim non ſolum ſit purus, ſed etiã ipſa puritas, non ſolum cibis puris paſcitur, ſed etiam ipſa puritate. Vel ſecundum alios, ideo in cœna iſta agnus & panis azimus ſociantur, ad denotandum quod vere & meritorie non communicat pani dominici corporis, qui per carnis mortificationẽ eius nõ communicat paſsioni, ita vt qui non eſt agnus per innocentiam & patientiã, non accedat ad panem. Et ideo ſi canis es, per latratum detractionis aut per immunditiam libidinis, non accedas. Non enim ſociauit Dominus canem & panem, ſed agnum & panẽ: imo. *Et foris canes.* Si lupus es per rapinã non accedas. Non enim ſociauit agnum & lupũ. Sicut cõmunicabit lupus agno, ſic peccator iuſto. Si leo es per ferocitatẽ, cõtra illud: *Noli eſſe ſicut leo in domo tua euertens domeſticos tuos non accedas.* Nõ enim ſociauit leonem & agnũ. *Si vulpis es* per hæreſim & doloſitatẽ, *nõ accedas.* Nõ enim tevocat, ſed arcet qui dicit: *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas.* Tertio comedẽdus eſt agnus cũ lactucis agreſtibus, & hoc dupliciter intelligi poteſt. Primo cum lactucis, id eſt cũ amara cordis contritione iuxta illud: *Antequam comedam ſuſpiro.* Si enim Dñs in ara crucis dum verũ offerret ſacrificium, lachrymas abunde fudit, quanto magis ſacerdos hoſtiam ſanctã oblaturus, vel quilibet eam ſuſcepturus, lauare debet conſcientiã lachrymis contritionis, vt dicat illud: *Potum meum cum fletu miſcebã.* Vnde Aug. Panis iſte ſalus eſt ægris quẽ lachrymæ faciũt dulciorem. Et ſi dicatur quod cibus iſte ſumme ſapit & delectat palatũ bene diſpoſitum, & ſic comeditur à ſanis cũ ſumma delectatione. Male ergo iubetur comedi cum lactucis agreſtibus, id eſt cordis amaritudine. Ad hoc reſpondet Guil. Altiſiod. in 4. parte ſummæ, quod iſte cibus eſt in ſe ſumme delectabilis, & ſumme delectat angelos in patria, ſed hic nos non ſumme delectat. Cadere enim & euaneſcere poſſemus in ſuperbiã, quia nimia lætitia luxuriat in præſumptionẽ, & propter hoc quaſi repreſsiuũ habemus amaritudinẽ pœnitentiæ. Sicut enim in ſaporibus vel medicinis nimis acutis ponuntur repreſsiua, ſic in comeſtione agni ponitur amaritudo pœnitentiæ, vt reprimat ineffabilẽ delectationẽ. Hinc Pſ. *Letetur cor meum*: ecce lætitia, *vt timeat nomen tuũ*, ecce repreſsio. Et iterũ: *Exultate ei* ecce lætitia, *cum tremore*: ecce repreſsio. Hoc Altiſ. Secundo intelligitur comedi agnus cũ lactucis agreſtibus, id eſt, cũ contẽptu mũdi: Lactucæ eius agreſtes ſunt quæ ex agro ſumuntur. Inde Stephan. l. de cont. mundi. Lactucæ agreſtes ſunt amaritudo ſumpta ex agro, id eſt, ex conſideratione ſæculi, quas quidem comedimus cum amarum mũdum reputamus, & tunc digni ſumus accedere ad illud ſacramẽtum. Illud enim modicũ amaritudinis eſt antidotũ quod antiqui ſerpẽtis venena depellit. Quarto, comedendus eſt totus & integer. Ait enim ſcriptura. *Caput cũ pedibus & inteſtinis vorabitis, & os ex eo non comminuetis, & non ſeruabitis quicquã vſque mane: ſed ſi quid reſidui fuerit igni cõburetis.* Secundum Guillel. Pariſienſ. per caput agni intelligitur ingreſſus eius in mundum, & per pedes egreſſus eius de mundo, & per inteſtina ludibria qui paſſus eſt. Præcipimur ergo vorare iſta, id eſt cum ad ſanctam

Mat. 25
Mat. 7
Mat. 21
2. Cor. 5.
Apo. 22
Eccl 4.
Ibidem.
Cant. 2
1
Pſ. 110
Pſalm. 85
Pſalm. 2
X
Agnus Chriſtus
Quid ſit ipſum comedere cũ lactucis agreſtibus.
Quod comedendus eſt integer, hoc eſt cum plena fide.
Iob 39
Exo. 12.

ctam communionem accedimus, cũ deuotione ista considerare, & cum quadam auiditate mentis ea conferre in cordibus nostris, & diligẽter scrutari apud doctos quid habeant veritatis & efficaciæ. Vel per caput intelligitur deitas. *Caput Christi Deus.* & per pedes corpus eius & per inteſtina anima Christi cum donis & virtutibus & plenitudine gratiæ. Et ita voramus caput agni cũ pedibus & inteſtinis, quando fide credimus in hoc sacramento diuinitatem cum integra humanitate latere. Integer autẽ comeditur, nec quicquam eius comminuitur, quando quicquid eius est fidei necessarium, creditur: & nihil superfluũ reseruatur, nec aliquid superuacuum admiscetur: immo omnis difficultas quæ circa fidem latere aut apparere posset, igne charitatis amouetur.

1. Cor 11

Quærebatur tertio à quibus comedendus erat agnus? Respondet scriptura qui & qualiter se debent habere comedentes hunc agnũ, & principaliter assignat quatuor conditiones. Prima est quod debet comedi accinctis renibus per castitatem & continentiã. Sic cincti debẽt esse scholares qui acquirunt tempus ad gradũ magisterij adipiscendum, & qui veniunt ad portionem sumendam quamdiu sunt in schola: quanto magis nos discipuli Christi, qui quotidie debemus acquirere tempus ad gradum mansionis Christi acquirendum, & qui quotidie accedimus ad mensam eius ad sumendam portionem illam angelicam, scilicet carnem Christi. Si enim indecens est talibus habere laxatam corrigiam: sic indecens est nobis habere cor laxatum ad illicitas cogitationes, nec habere signum vel speciẽ colorem castitatis. Duplex autem legitur in scripturis zona qua debemus esse accincti: Vna est quæ ponitur circa cor, de qua: *Vidi similem filio hominis vestitum podere & præcinctum ad mammillas zona aurea.* Alia circa renes ponẽbatur: qua fuit præcincti Helyas, & erat pellicea. per quod intelligitur puritas duplex; Vna cordis, quãdo persona cor suum retrahit ab immundis cogitationibus, consensibus, & delectationibus. Et hanc delectationem facit zona aurea amoris, quia ex amore Dei procedit quod cor à talibus refrenatur. Sed zona restringens renes, id est factum exterius est zona pellicea: quia timor corporalis & mundanæ confusionis, vt plurimũ hoc facit. Ex quo patet quod licet persona cincta sit exterius quo ad factum, si tamen laxata sit interius per consensum, non est bene cincta: quia non restringit se ex amore Dei sed mũdi. Qui ergo vult digne accedere ad mẽsam Dei, debet esse cinctus corde contra cogitationes, & corpore contra operationes, vt possit dici de ipso: *Circumcinxit eum zona iustitiæ*, id est, vndique cinxit eũ Dominus corde, scilicet & opere. & hoc tam contra carnalitates gastrimargiæ quàm luxuriæ. Luxuriæ inquam, iuxta illud: *Non habeo panes laicos ad manum, sed tantum panem sanctum.* Si mundi sint pueri, maxime à mulieribus: manducent. Si enim illicitũ erat, etiam in cecessitate famis comedere panes sanctos (qui tantummodo erant figuratiui) post lubricitatis actum: quanto magis panem sanctum qui est ipsa res & veritas per ipsam figuram repræsentata? Similiter & gastrimargiæ, contra illos qui festinant communicare in die paschæ, vt citius comedant carnes. propter quos dicitur: *Melior est buccella pars sicca*, scilicet ab humore carnalitatis cum gaudio, scilicet conscientiæ, quam domus plena victimis, id est carnalibus delectationibus cum iurgio conscientiæ.

Apo. 1. 4. Reg 2

Prou. 17.

L *Agnus Christus. De conditionibus requisitis ad sumẽdum Christum secundum figuram agni legis & imprimis quod sint renes per castitatẽ*

M *Zona. De duplici zona significante duplicẽ charitatem.*

Eccl 45.

4. Re. 2.

N *Agnus Christus. Quod crux Christi vel dominum ad interius est baculus quẽ habere debent comedentes agnũ Christũ. Rub.*

Secundo debent comedentes baculum tenere in manibus: Per baculum autem duo possunt intelligi. Primum est crux Christi, quia agnus ille sumi debet cum recordatione sanguinis Christi effusi in ara crucis, iuxta illud: *Intinge buccellam tuam in aceto*, scilicet passionis Christi, quia illa est optima salsa, & optime prouocans appetitum. Debet autem baculus ille crucis longus esse per iugẽ meditationem, ne scilicet canes, id est diaboli, qui insidiantur calcaneo, id est fini nostro

Digitized by Google

stro nos mordeant, auferendo à nobis perseuerantiam. Diabolus enim (vt dicitur) *est coluber in via communi*. scilicet & cerastes qui est serpens quasi inuisibilis in semita stricta religionis, *mordens vngulas*, id est extremitates equi: id est carnis nostræ: *vt cadat ascensor noster retrorsum*. Nullautem dæmonum sustinere potest vidēs gladium quo victus est, scilicet crucem, de quo: *Panebit assur virga percussus*. Et quia baculus communiter pueris datur ad sui custodiam: ideo crucis baculus deputatus est filijs Christi in custodiam contra canes dæmones, ne ab eis auferant panem sanctum, quem dedit eis mater ecclesia. Propterea dicitur eis: *Comedentes & bibentes surgite principes, arripite clypeum*. Secūdo per baculum intelligitur diuinum adiutorium, vel sanctorum suffragium. Vnde & ad comestionem agni iubetur, quod si non fuerit sufficiens numerus ad comedendum agnum, debet aduocari vicinus, quia si minor fuerit numerus meritorū, & insufficiens ad recipiendum tale sacramentum, sicut fere omnibus contingit; assumantur & quærantur suffragia aliorum. Hinc & sacerdos dicit antequam accedat ad consecrationem: *Orate pro me fratres, &c.* Vel per vicinum intelligitur Christus, qui in nostra domo non inhabitat per vnionem hypostaticam; sed in propinqua, quia non habuit carnem peccati, sed similem peccatrici. Et ideo quia in vicina domo inhabitat: hic assumēdus est in auxilium nostrum, vt nos tanti dignos mysterij efficiat. Vnde Ambrosius: Quis est Domine dignus ad tantum sacrificium offerendum, nisi tu ipse dignū feceris eum?

Gen 49.
Esai. 30
Esai. 21

O Calceamentum De dupli ci calceamento sinistri scilicet pedis & dextri, & quid significet vtrūque

Tertio, comedentes hunc agnum debēt esse calceati pedes. Duo autem sunt calceamenta, dextri scilicet & sinistri pedis. Calceamenta dextri pedis sunt affectiones informatæ exemplis sanctorum vicorum. Sicut autem quærimus melius torium ad opus calceorum: sic debemus quærere & imitari eorū vitā qui melius viuunt, juxta illud: *Aemulamini charismata* 1 Cor. 12 *meliora*. Sine istis calceis nolebat istā buccellam comedere sanctus Iob qui dicebat. *Si comedi buccellā meam solus*. Solus comedit, qui per vitæ peruersitatem à consortio & conformitate vitæ sanctorū est excluſus. Vel intelliguntur per calceamenta huius pedis affectiones à terrenis elongatę: Separant enim & diuidunt calcei pedes à terra, In cuius signum potuit esse quod Dominus lauit discipulorum pedes priusquam daret eis hoc Sacramētum. Inde hortatur Apostolus Ista calceamenta induere, vt simus expeditiores ad euangelium complendum, vel prædicandum, vel finem ipsius consequendum dicens: *Calceati pedes in præparatione euangelij pacis*. Melius enim ambulāt qui sunt calceati. Et quia calceamenta debent esse clausa, inde est quod affectiones nostræ debent esse clausæ ad libidinis cōsensum, ita vt debet intelligi non solum cohibēdas esse carnales libidines: sed etiam desideria ipsa mortifera. Alia sunt calceamenta sinistri pedis, quæ sunt affectiones bonæ ex emplis, consummatione & more malorum pessimo informatæ. Pellis enim qui detrahitur ab animalibus mortuis, signat memoriam mortis. Quandoque autem contingit quod pellis animalium mortuorū sunt medicinales, vt pellis serpentis, pellis vulpis, vel pellis leonis: quæ secūdum aliquos medicos sanat hemorroides si superſederit patiens. Sic debent calceati fideles maxime pelle serpentis & leonis, id est memoria malorum & fallacia hominum, qui communiter male moriuntur. Si quis enim super talibus insederit, id est, si in talium morte considerans fuerit, fluxus sanguinis & voluptas luxuriæ & aliorum vitiorum facile sanari poterit, & de facili gustus circa sanctam Eucharistiam redibit, quia secundum Gregorium, nihil adeo valet ad domandum carnis vitia, sicut cogitare qualis erit caro moritura. In cuius figura de Philistæis legitur, quod *patientes infirmitatem in membris pudibundis fecerunt sibi vestes pellicias*. Sic qui in membris pu-

Iob 31.
Isai. 15
Ephes 6.
1. Reg 5

Digitized by Google

dibundis per luxuriam infirmantur: debent in pellibus mortalitatis humanæ per iugem meditationem ſedere ſi voluerint ſanari. Et ſi dicatur, quod Apoſtolis interdictus eſt vſus calceamentorum, ſed & Moyſes cuius poſtmodum miniſterio præcipiuntur calceamenta haberi, ſua iuſsus eſt ſoluere, cum ei Dominus in Madian primum loqueretur. Quare igitur præcipimur cum calceamentis verum agnũ comedere. Reſpondetur quod nec Moyſem tunc oportuit ſacerdotis Madian, vel cæterorum circumadiacentium exempla ſectari, cum ad nouũ opus aſſumeretur, nec Apoſtolos imitari oportuit præcedentium opera: quin potius ſequentibus nouã magis tradere vitæ formam ordinati ſunt. Sed nobis præcipiuntur non deeſſe calceamenta. Inde enim Apoſt. *Vt ſimus imitatores ſui ſicut filij chariſſimi*. Sed & illud apud religioſos à legiſlatore eorum iubetur, vt nihil faciant, niſi quod monaſterij regula vel maiorum exempla oſtendunt. Quarto debent comedere agnum feſtinanter, id eſt, cum auiditate deuotionis & feruenti deſiderio. Sicut enim ad vocem aucupis ſolet accipiter diſcurrere & volare, & totis viribus feſtinare, vt prædam ſibi oſtenſam accipiat & attingat, ſic ad oſtenſam prædam Chriſti ſub velamento Euchariſtiæ, non debemus ceſſare volare, ſed ſemper feſtinare, quouſque eam aperte capiamus & amplectamur. Hoc autem erit per bona opera ad quæ complenda cito properare debemus.

Exod 3. P *Calceamentum*

Quare Apoſtolis interdictus eſt vſus calceamentorũ & tamen præcipitur comeſtura agnum.

Epheſ 5

Q *Agnus Chriſtus*

Quid eſt comedere feſtinanter agnum Chriſtũ.

Sicut enim viator qui magis feſtinat citius venit ad terminum, & operarius quanto plus feſtinat opus complere, tanto citius peruenit ad brauium, & nauta quanto citius feſtinat transfretare, tanto citius peruenit ad terminum, ſic quanto quis feſtinat bona exequi opera, tanto citius peruenit ad paradyſum. Vel feſtinanter debet comedi ſecundum Nicolaum de Lira circa inquiſitionem huius Sacramenti, ne circa miſſæ celebrationem aut Euchariſtiæ ſumptionem, forte vanæ cogitationes vel dubitationes poſsint inſurgere, quibus poſsit fidei veritas vacillare. Et quia hæc quatuor prædicta tranſire de vno loco in aliũ locum paratis videntur conuenire, & ſingulariter præcepta ſunt Iudæis exeuntibus de Ægypto, in hoc denotatur. Primum, quod hoc Sacramentum ſuſcepturi debent eſſe tales, qui ſunt in ſtatu in quo vellent mori, & ac ſi tranſire paſſum illum eſſent parati. Vnde Chryſoſt. Homil. de decem virginibus: Iudæi exituri de Ægypto expediti & præcincti agnum iuſsi ſunt manducare, & exinde exire parati, oſtendentes nobis quomodo quicumque noſtri agni Euchariſtiam manducant, ita debent eſſe expediti quaſi quotidie de mundo exituri. Exinde ſequitur ſecundum documentum, quod morientibus & exituris de Ægypto huius mundi, & volentibus intrare terram promiſsionis paradiſi, debet hoc ſacramentum ſolicite miniſtrari, & hoc propter quatuor. Primo, ad placandum Deum. Non enim melius poterimus placare ipſum Deum Patrem noſtrum, cui multum ſumus infenſi, quando veniemus ante eum ad diſtrictũ iudicium, quam nobiſcũ adducere filium ſibi dilectum, in quo ſibi bene complacuit. Hoſtia enim ſancta quæ ordinabatur ad placandum Dominum portari debebat vſque ad oſtium tabernaculi. Et ita hoſtia efficaciſsima ad placãdum Dominũ, quæ Chriſtus eſt, debet à nobis portari vſque ad oſtiũ paradiſi. Itẽ nutrix nõ poteſt efficacius Dominũ ſuũ placare quã oſtendendo ſibi filiũ per eam bene nutritũ, & eius amore optime cuſtoditum. Sic nec anima quæ Deũ Patrẽ offendit, poteſt eũ efficacius placare, quã oſtendendo ei filiũ ſuum, Chriſtum bene cuſtoditũ per eam. Vnde Ioã. Gerſon. perpulchre de hoc ſic dicit: Ramum oliuæ quẽ protulit Maria huic mũdo naufrago, fas habet colligere fidelis anima, & illum ferre in ore ſuo, dum veſper mortis aduenies ſuadebit regredi ad verũ Noë Deũ, qui dum creauit eam miſit per aquas & terras huius diluuij,

R *Euchar. Quod debet dari Euchariſtia trãſiturę ad placãdũ Deũ, ad ſumptionem ad directionem & robur.*

Leuit 1.

dilluuij, quatenus bene volando rediret ad ipſum qui miſit illam. Secundo, dicit ſolicite dari in tranſitu fidelis morientis hoc ſacramentū propter ſecuritatem ab hoſtibus: Huic rei figura cōcordat. Nā ſi-
Exod. 12 cut Hebræi (qui interpretātur tranſeūtis) volentes exire de Ægypto commederūt agnum, poſtmodum tranſierunt mare rubrum perſequentibus eos Ægyptijs, & demum per deſerta vagantes multis annis, venerunt in terram promiſsionis. Sic fideles tranſeuntes ab hoc ſæculo neceſſe eſt comedere verum agnum Chriſtum, vt ſecure tranſire poſsint mare rubrum, id eſt, amaritudinē mortis, in qua Ægyptij, id eſt, diaboli animam perſequentur: demum per deſertum purgatorij vt plurimum longum & vix portabile, perueniant ad terram promiſsionis paradiſi. Felix anima illa quæ dæmoni dicere po-
Gen. 31 terit quod Iacob Laban. *Scrutare & quicquid tuum apud me inueneris: aufer. Apud quēcumque inueneris deos tuos: necetur coram fratribus noſtris.* In veritate erant apud Iacob idola Laban: ſed ipſe ignorabat. Idola Laban ſunt vitia carnalia vt ſpiritualia.
Epheſ. 5 *Auaritia eſt idolorum ſeruitus, & de gula, quorum Deus venter eſt.* Et ita felices ſunt tales apud quos ſunt hæc idola: dummodo per Rachel, id eſt per pœnitentiam fuerint abſcondita, vel per innocentiam, ex pœnitentia acquiſitam. Rachel enim ouis interprætatur, quæ eſt animal innocētiſſimum.

Secundo, quod in ſignum ſecuritatis detur patet, quia ſignum ſecure protectionis eſt homini tranſeunti, quando habet arma Domini ſui ſuper ſe, ſed adhuc ſecurius ſignum, quādo habet ipſum Dominum ſecum. Ita ſecura eſt protectio homini, quando recedit ab hoc mundo armatus bonis virtutibus: ſed ſecurior quando in ſocietate Domini ſui recedit,
Pſal. 22. vt dicat illud: *Etſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala quoniam tu mecum*
Pſal 26. *es.* Et iterum: *Si exurgat aduerſum me prælium in hoc ego ſperabo.* Inde Augu. Perit qui ſine pane cæleſti ad patriam tendit. Cui alludit Innocentius dicens: neceſſario manducandus eſt agnus, vt à vaſtante Angelo protegamur; nec exire poſſumus de Ægypto, niſi celebrando phaſe paſchalem agnum comedamus. Inde dicitur in hymno: Protecti paſchæ veſpere, à deuaſtante Angelo, erepti de duriſsimo Pharaonis imperio. Tertio, debet dari ad directionem tranſeuntis. Cecus enim ambulans & maxime vias ignotas, indiget puero ductore, ita vt ſi dimittat eum puer neſciat quo vadat. Sic & nos cæci ignorantes vias alterius ſæculi, neceſſariū habemus ductorem iſtum agnum puerū Ieſum, vt nos ducat per vias ignotas & tremendas alterius ſæculi.

Quod ſi forte nos non ducat ſed dimittat, poſſumus dicere illud. *Puer non comparet, & ego quo ibo.* Propter quod Chri- Gen. 37.
ſtus non immerito dicitur paſcha noſtrū: quia ab ipſo tranſimus, & in hunc mundum venimus. *Ipſe enim eſt α, ſiue principiū* & quia per ipſum tranſimus; quod *ipſe eſt* 1. Cor. 5
via, & ad ipſum trāſimus: quod *ipſe eſt ω*, id eſt, *finis*. Quarto dari debet ad robur & fortificationē infirmi tranſeunti: Tunc enim debilis corpore indiget fortitudine animæ, Vnde & *Helyas infortitudine ſubcenericij panis ambulauit vſque ad montem Dei* 3. Re. 19
Oreb. Hinc dicitur: *Ponam buccellā panis*. & poſtea *tranſibuit*: Sic & Dominus tranſitu- Gen 18.
rus ex hoc mundo ad patrem ſeipſum in propria ſumpſit. Inde dicitur viaticum ſecundum Bonauenturam, Et hoc triplici de cauſa, vt dicit in. 4. ſentent. diſtinct. 8.

Primo quia eſt cibus tranſeuntium & itinerantium de hac vita ad patriam. Secundo, quia à Chriſto inſtitutum eſt itinerante & tranſeunte. Tertio, quia eſt ſignum tranſitus Chriſti: *Eſt enim phaſe*, id eſt, *tranſitus Domini*. Hoc autem viaticum & hanc buccellam panis accepit Iudas, qui tamen per eam non eſt confortatus ſed debilitatus potius: & hoc quia non cum debita præparatione accepit, vt acceleraret, ad patriam: ſcilicet magis ad complēdam perditionē. Ideo (vt dicitur:

8 Ember. Quare Euchariſtia dicitur viaticum.
Exod. 12

Ioan. 13 *Post buccellam introiuit in eum Sathanas*. Et iterum: *Cum ergo accepisset buccellã panis exiuit continuo*, scilicet extra societatem sanctorum, & cecidit in damnationem mortis temporalis & æternæ. Propter quem & sibi similes qui ita accedunt dicit Psal. Psal 26. *Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt*. Vnde & Christus talibus faciet secundum quod vulgo dicitur: *De tel pan tel soupe:* Latine, *de tali pane talẽ offam*. Quia enim indigne cõmunicando voluerunt eum locare cum dæmonibus, ideo in exitu tales tradet dæmonibus cruciando. Quærebatur quarto qui non sunt admittendi ad hunc agnum comedendũ? Respondet scriptura: Quod quatuor hominum genera: scilicet *incircumcisus, alienigena, seruus emptitius & mercenarius*. Primo, alienigenæ non sunt admittendi, hoc potest intelligi tripliciter. Primo alienigenæ, id est infideles, vt qui non debite credunt: quia superliminare domus, id est, superioris rationis portio, in cuius vertice fides imprimitur, *debet intingi in sanguine agni*, id est, in fide & memoria passionis Christi. Iste enim sanguis non sinet Angelum exterminatorem ingredi domos conscientiarum, & interficere primogenitum, id est, fidem quæ est prima virtutum. In hoc enim Sacramento captiuandus est intellectus in obsequium fidei, concedendo non discutiendo vel perscrutando, quia *Scrutator maiestatis opprimetur à gloria*. Quod exponit Hugo de sancto Victore lib. de Hierar. Si intellectus signacula fidei irrumpere nitatur, reputatur perfractor & scrutator maiestatis, vt patet de illis qui quærunt difficultates in hoc Sacramento contentas, non sua fide contenti. Secundo exponitur intelligendo per alienigenas filios diaboli vel filios iræ: Peccator enim filius est diaboli per imitationem, vt patet per dictum Christi: *Vos* (inquit) *ex patre diabolo estis, & genimina viperarum quis vos docebit fugere à uentura ira?* Nomen enim dæmonis gerit, & per consequens hæreditatem eius habebit. De nomine autem patet in Iuda: *Vnus ex vobis diabolus est*. Sed de hæreditate. *Impius hæreditabit bestias serpentes & vermes*. Et tales nullo modo debent admitti ad corpus Christi, qui est panis filiorum, quia *Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus*. Per hunc enim panem habetur hæreditas vitæ æternæ, quæ solum est filiorum, iuxta illud: *Qui manducat ex hoc pane viuet in æternum*, imo ille panis est hæreditas secundum quod gustatur in futuro, non in præsenti. In præsenti enim gustatur vt caro, in futuro vt panis gustabitur. Hinc: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei*, non ait carnem. Similiter dicit Apostolus: *Etsi cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus*. Prius enim panem Angelorum transire fecit in carnem, cum *verbum caro factum est*. Sed tunc carnem mutabit in panem: *Vespere comedetis carnes*, scilicet corpus & sanguinem Christi in altari, *& mane*, alterius sæculi *saturabimini panibus*, id est gloria Dei, vnde *in mensa Ioseph nullus admittebatur alienigena*: Ita nec in mensa Christi fidelis, aut diaboli filius accedere debet. Secũdo, seruus emptitius non admittebatur. Duplex autẽ est seruus emptitius. Quidam est emptitius sanguine Christi, de quo: *Etiam qui liber est vocatus est seruus Christi*, & alibi assignatur causa: *Empti enim estis pretio magno*. Quantumcũque enim magnus & perfectus sit homo, seruum se debet reputare Christi etiam inutilem: *Cum omnia feceritis dicite, serui inutiles sumus*. Qui licet se seruos appellent, ipse tamen vocat eos nomine alio, scilicet amicos. *Vocauit seruos suos nomine alio*, quod exponit dicens: *Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos*. Propter quod in mensa sua tales admittit, qui sunt serui emptitij, & pro quibus magnum pretium impendit, vt sint sui, de quibus: *Non corruptibilibus auro & argento redempti estis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Christi Iesu*. Alij sunt serui emptitij qui à diabolo empti, de quibus. *A quo quis superatus est, eius & seruus est. In iniquitatibus*

Y *Agnus Christus. Qui sũt alienigenæ qui nõ admittũtur ad comestionẽ agni Christi.*

Exo. 12

Prou. 25

Isai. 8. Matt 3

Ioan. 8. Psal. 48. 2. Pet. 2. Esai. 50.

Digitized by Google

illud vestris venundati estis. Cum enim seruituti peccati se subijciunt, diabolo se vendunt. Sed male emuntur, quia nihil dat pro eis, nisi peccatum quod nihil est.

Ioan 1. *Sume ipsa fustium est nihil*, id est, peccatum.

Prou. 10 Vnde: *Cor impiorum pro nihilo*, scilicet datur. Ideo tales dæmonum serui recipien-

Deut. 32 tur non ad mensam Dei sed diaboli, *vbi fel draconum vinum eorum & venenum aspidum insanabile.* Tertio, incircumcisus non admittitur. Qui enim delectationes carnales omnes admittit, & nullas à se scindit, bestialis est, velut qui vngues numquam scinderet, bestia reputaretur. Circumcidendæ sunt ergo delectationes carnales à delectationibus licitis. Oportet enim ad hoc vt aliquis edat hoc Sacramentum quod circumdatur duplici castitate, corporis scilicet & animæ: corporis, in membro generationis auferendo actum, & in anima resecando delectationem & consensum illicitum. Opera etiã circumcidi in corpore per ieiunia & vigilia, & in temporalibus dum de nostris erogamus, & cum auferri nostra patiẽter sustinemus, vel cum persequutionẽ patimur. Quarto, mercennarius non est ad admittẽdus. Sunt enim mercenarij quæstuarij, qui scilicet in gradu vel executione officij Ecclesiastici quærunt quæstum temporalem, existimantes quæstum pietatem, vel qui pro lucro celebrant missam, aut quia fauore hominum, vt hypocritæ pro bonis operibus mercedem quærunt. Sed circa hoc quæreretur, vtrum sit peccatum pro lucro missam celebrare. Et

1 Cor 9 X videtur quod non, quia: *Debet qui arat in spe arare.* Glossa, stipendiorum temporalium, ergo licet pecuniam accipere. In oppositum arguitur, quia est res spiritualis pro qua nunquam non debet pecunia.

Quomodo licitat celebrare missam pro lucro tempo ralium. Ad hoc respondet Ioannes Gerson quod pro celebratione missarum non sunt accipienda temporalia tanquam pretium spiritualium, vel cupiditatis nutrimentũ, sed tanquã necessariæ sustentationis corporalis adiumentum. Vnde super illud:

2 Tim 5 *Qui bene præsunt presbyteri.* Glossa August. Necessitatis est accipere vnde viuitur, charitatis est præbere. Accipiant ergo sustentationem necessitatis à populo: mercedem dispensationis à Domino. Modo vero videntur Sacerdotes ita temporalibus occupati, vt fere tota intentio feratur in lucrum terrenum, non ad Dei laudem & populi vtilitatem. *Astitit* aliquando iuxta Psal. dictum, Ecclesia tanquam *regina à dextris*, quando pro æternis militabat, non pro temporalibus, & hoc tempore confessorum & martyrum, licet *in vestitu deaurato* temporalibus, quia temporalia ei vltro offerebantur. Inde regina dicebatur, eo quod aspiraret ad regnum æternum. Psal. 44.

Sed nunc potius videtur concubina, quæ in ministerio sacerdotum tantummodo quærit temporalia. Et multo plures nunc sunt tales concubinę, quam sint reginæ, quia *Sexaginta sunt reginæ & octoginta sunt concubinæ, & adolescentularum non est numerus.* Multo enim plures sunt beneficiati, quæ de terrenis quam qui de cælestibus curant, & adhuc infiniti restant non beneficiati, qui ad hæc habenda anhelant. Et ita Ecclesia nunc quasi vt in pluribus concubina stat à sinistris tẽporalium. Et adhuc illi diuersi status Ecclesiæ in ministerio altaris videntur exprimi. Nam in principio à dextris stat sacerdos, quia in principio expresse petebantur æterna contemptis temporalibus, postmodum ad sinistram fertur liber, in quo exprimitur sex temporis nostri, in quo maxime pro temporalibus ministratur, & quasi à sinistris stant sacerdotes. Cant. 6.

In fine vero missæ liber ad cornu dextrum refertur, in quo signatur in fine mundi futuros esse validissimos mundi contemptores, & solis cælestibus inhiantes. Ideo dicitur Ecclesia: *Terribilis vt castrorum acies ordinata.* Quia in principio & in fine belli validissimos habet, & in medio sustinet imbecilles. Ibidem

SERM

Conuiuia Dei cum Deo & diabolo, & quod cum isto diabolo habeamus male conditiones, Dei vero quatuor bonas, oppositas.

-sion. Et ideo qui non vadit ad conuiuium Dei, necesse est vt vadat ad conuiuium diaboli, & qui non facit festum Dei, quod faciat festum diaboli. Diabolus autem in conuiuio suo parat delicias, & honores, & diuitias, & carnales concupiscentias, & sic soli corpori parat, & de anima non curat, & propter hoc multi qui sunt carnales & mundani ad conuiuium suum festinant. Sed cautus & sapiens homo ad hæc duo conuiuia inuitatus, multum debet considerare ad quod illorum conuiuiorum ibit. Non enim debet ire ad conuiuium diaboli propter quatuor, propter quæ homo dici solet male pransus.

Primo communiter dicitur quod homo male prandet, quando comedit vnum malum morsellum. Diabolus autem in suo conuiuio cibum venenosum ministrat, scilicet peccatum: quia in modum veneni dum masticatur, id est dum est in opere dulce reputatur, sed postea cruciat, vt patet de fractione matrimonij. Iob 20. *Cum dulce fuerit in ore eius malum, abscondit illud sub lingua sua.* & sequitur: *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.* Exemplum de pisce qui sentit morsellum dulcem, sed tunc hamo capitur, & hoc est postea sibi amarum. Eccles 9. *Sicut pisces capiuntur hamo & aues laqueo: ita capiuntur homines in tempore malo.* Secundo, homo male prandet, quando inuitatus ad prandium prauissimum, ibidem omnia bona sua exponit, nec inuenit quod promissum erat: Sic in conuiuio diaboli minimo, omnia bona sua exponit peccator, iuxta illud: Thren 1 *Dederunt quæcunque pretiosa pro cibo ad refocillandas animas.* Non enim ministrauit. Adæ nisi pomum, & tamen totius mundi damnationem pro symbolo solvit, iuxta illud: Eccl 20. *Exigua dabit & multa improperabit.* Ideo Dominus huic deceptioni subuenire volens, dicit: Luc. 14. *Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco*, id est, cum inuitatus fueris ad hæc conuiuia, attende finem: In his enim mutatur vinum in aquam, delectatio in miseriam, risus in luctum, vt patet in diuite epulone, Et hoc confirmatur vbi dicitur: *Væ vobis qui saturati estis: quia esurietis.* Luc. 6. Tertio, male prandet homo, quando exeunte eo à conuiuio fame moritur, ita quod plus sitit & esurit quam quando intrauit. Sic est de diuite auaro, quanto plus habet tanto plus cupit, & suo modo de lubrico: quia licet vnam hodie dederit delectationem suo corpori, non tamen saturatur, sed cras plures quærit. Diabolus autem non ex amore nos inuitat, sed vt plus expendamus, vt tabernarius hospitem suum. Ipse enim more tabernarij apponit à principio vnum morsellum rei salsæ: vt alecis vel carnis siccæ & salsæ, vt melius bibat de vino suo, iuxta illud: *Comedent & non saturabuntur.* Ose 4. Inde dicit Dominus: *Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum.* Ioan 4. Stillicidium enim fabri ad horam ignem mitigat, sed statim fit ardentior fornax. Sic est de perpetratione peccati. Quarto, homo male prandet, quando in exitu tabernæ ficut coquinus expoliatur, nec habet quemcunque terminum soluendi vel mutuandi. Sic est in conuiuio diaboli, quia in exitu de taberna huius sæculi, diabolus rapit animam eius, & omnia bona perdit, nec habere potest terminum vnius horæ propter allegationem quamcunque quam posset facere. Inde dicitur: *Comede & bibe dicet tibi: & mens eius non est tecum. Cibos quos comederas euomes, & perdes pulchros sermones tuos*: quia propter quamcunque aut cuiuscunque precem, non fiet aliqua dilatio de soluendo. Prou. 23 Sed è contra conuiuiũ Dei habet quatuor nobiles oppositas conditiones. Primo, panis in hoc conuiuio appositus optimus est, sanissimus & suauissimus ad gustandum. *Panem de cælo præstitisti eis omne delectamentum in se habentem & omnem saporis suauitatem.* Sap. 16. Secundo, est panis magni prætij & carissimus. *Panis quem* Ioan. 6. *ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Si ita reputas oculum vel pedem, quod non est res in mundo pro qua velis dare pedem vel oculum, quanto magis vitam tuam.

Et

Et si vitam tuam: quanti precij reputabis vitam totius mundi? Tertio, iste panis est maxime nutritiuus, quia: *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*. Quarto, quia est panis facillimus ad habendum, quia datur, non emitur: *Vincenti dabo*, non vendam, *manna absconditum*, id est, panem sub speciebus absconditum. Ideo non est mirum si Christus suos euocat & inuitat ad hoc prandium dicens: *Accipite & comedite. &c.*

Ibidem.

Apoc 2.

Mat. 26.

C *Euchar. Quod receptiui Eucharistiæ debet esse adultus, sine periculo vomitus & non diffamatus criminepublico.*

In hoc præsenti sermone dicentur tantummodo septem necessaria ad digne suscipiendum hoc sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum. Primum est, quod recipiens sit talis cui licite ministrari possit. Debet enim primo adultus esse, propter quod pueris non est ministrandum Secundo, debet esse mente præditus: ideo furiosis & amentibus non debet ministrari, nisi haberent lucida interualla, Et tunc si prætendant actus & signa deuotionis ad sacramentum tempore lucidi interualli, potest eis dari Eucharistia, vt patet de conse. dist. 1. Sic dicendum est de infirmis. Similiter de possessis à dæmone, si habeant deuotionem ad communicandum, secundum Doctorem sanctum, non est eis denegandum. Nam Cassianus in collatione Seueri dicit, quod multi per illud liberati à dæmone. Tertio, quod sit sine periculo vomitus. Et idem iudicium est de eo qui stomachum taliter haberet indispositum, quod à se sumpta egererentur cruda: quia talis pro tunc irreuerentiam faceret sacramento, nec hoc modo debet communicare. Quarto, quod non sit crimine publice diffamatus: sicut qui duellare vult, præsertim impetens, & etiam is qui publicam pœnitentiam agit, nisi completa pœnitentia: nec histrionibus nequitiosis: nec suspensoribus peruersis, intelligendo de sanis, quousque appareat emenda aliqua post eorum cõuersionem. Nec vsurarijs publicis, nisi prius data cautione de restituendo aut mutando vitam: Nec publicæ meretrici, nisi adsit spes de proxima eius emendatione. Nec concubinarijs, nisi à se eiecerint concubinas. Honestum est autem quod qui eo die habent in patibulo pendere, abstineant: & in hoc obseruanda est laudabilis consuetudo. Secundo, requiritur quod ad hoc sacramẽtum accedat homo ieiunus ieiunio naturæ, & hoc propter multa. Primo, quia hoc placuit spiritui Sancto, qui ita faciendum esse per Apostolos tradidit, vt dicit Augustinus ad inquisitiones Ianuarij. Inde est quod Paulus Corinthios reprehendit, quia nõ eo ordine sumebant Eucharistiam quo debebant: sed inter prandia vel post ea sumebant, quod ieiuni facere debebant. Si enim melior morsellus debet cordi tanquam propinquior poni: sed nullus melior cibus, nullus melior potus illo sacramentali: ergo ante omnem cibũ debet cordi præsentari, vt sic in eo delectetur. Præterea, Consueuerunt Hispani primo comedere cibum assatum & meliorem, deinde elixam & offam, vt saturi, primo cibum reliquum dimittant seruis suis. Ergo eorum morem gerentes primo debemus comedere cibum pertinentem ad dominos, scilicet assatum agnum in veru crucis, deinde comedere corporalẽ cibum pro seruo, qui est caro nostra. Secundo, propter reuerentiam corporis Christi. Dignum enim est vt panis cælestis omnem terrenum panem præcedat. Si enim sacerdoti legali interdictum est bibere vinum, quando ingredi debebat tabernaculum, & non solum vinum, sed etiam omne quod inebriare poterat: & ita hoc non erat sibi absolute prohibitum, sed solum quando debebat intrare tabernaculum: quanto magis sacerdos euangelicus ieiunus debet accedere ad hoc altaris sacramentum. Quarto vt maior deuotio habeatur, quæ sæpe solet per cibum & potum impediri. Et ideo omnis potio vel cibatio quocunque fine fuerit sumpta impedit dignam Eucharistiæ sumptionem, tribus tamen casibus exceptis, in quibus non ieiunus potest celebrare vel communicare.

D *Euchar. Quare accedere debeat homo ieiunus ieiunio naturæ.*

1 Cor. 11

Leui. 10

E *Euchar. Tres casus in quibus potest quis communicare non ieiunus.*

Primo,

Digitized by Google

Primo, ratione infirmorum de quorum periculo timetur, ne ſine viatico decedant, propter quod tales etiã non ieiuni communicandi ſunt. Secundo, quando ſacerdos ſumit aquam purã per errorem pro vino poſt Euchariſtiã: quia tunc tenetur integrum Sacramentũ poſtea conficere & perficere. Tertio, in paraſceue cõtingere poſſet, quod antequam ſumẽs Euchariſtiam deglutiret, vinũ nõ conſecratum in ſtomachũ deſcẽderet. Et idem in iſta re cuilibet contingere poſſet communicanti, cuius palato adherere poſſet aliquid hoſtiæ, nec illud diglutire poſſet niſi vino deliniretur, vel aqua prius intrante ſtomachum. Ex quo ſequitur primo, quod ſi cibus ſumatur ratione medicinæ tãtum & nõ intentione ſe nutriẽdi, adhuc impedit Euchariſtiæ ſumptionem. Item ſi quis probando vel guſtando vinum vel cibũ vel aquã, caſu aliquid talium deglutiret, licet ſtatim euomeret illud nõ alteratum: tamẽ adhuc videretur impedire, quia eſſet comeſtio vel bibitio: niſi in alium conductũ gutturis tranſiſſet & ſtatim eiectum eſſet, & illud nõ impediret. Si autem fieret deglutio caſualis ſaliuæ, vel reliquiarũ cibi vel aquę remanentis poſt lotionẽ dentium vel oris, non impedit. Dicit tamen Richardus de media villa: quod ſi ſacerdos ante miſſam lauet os, & caſu gutta aquæ intrat ſtomachũ: non credit quod propter hoc teneatur dimittere miſſam, maxime in die ſolemni, cũ non videatur impedire dignam præparationem nec reuerentiam Sacramẽti. Dicitur autem ieiunium naturæ, quãdo illa die nihil alimenti ſumpſit homo ab extrinſeco, incipiendo diem naturalẽ à noctis medio. Et dicitur ab extrinſeco, propter reliquias cibi quandocunque remanent inter dentes, quæ ſi caſu aliquo deglutiantur, non tamen propter hoc dicitur ſoluere ieiunium naturæ: ſicut nec deglutiendo ſaliuam. Dicunt tamen vlterius quidã doctores, quod niſi cibus vel potus digeſtus fuerit ſecundum prababile iudicium celebrantis, vel ſuſcipientis: non debet ſumi hoc Sacramentum. Dormitio tamen poſt cibum acceptum non requiritur, niſi in quãtum quis ſine ſomno indeuotus efficeretur. Vix enim haberi poteſt deuotio, cũ ſenſus interiores & exteriores ſunt turbati, quod fit in indigente ſomno. Et ſi dicatur, quod Chriſtus poſt cænam ſumpſit hoc Sacramentum, & tali hora dedit omnibus diſcipulis ſuis: Cum ergo omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio: quare tali hora non ſumimus, ſolum ieiuni? Ad hoc refert de Argentina in. 4. ſent. quod ſicut aliqua interdum expediunt pro rei generatione quæ non expediunt pro eius nutritione, vt patet in educatione animaliũ: ſic aliquando aliqua expediũt pro rei alicuius inſtitutione, qui non expediunt pro eius cõtinuatione. Et licet omnis Chriſti actio noſtra ſit inſtructio: huiuſmodi tamen inſtitutio non eſt ad ſemper ſimiliter accipienda, quia aliter oporteret nos mortuos ſuſcitare, & ſiccis pedibus ſuper mare ambulare, cum talia fecerit Chriſtus. Ideo ſicut Chriſtus baptizari voluit, vt daret nobis exemplũ baptizandi: tamen ex hoc quia triginta erat annorum cum baptizaretur, & in Iordane: non propterea dedit nobis imitationis exemplum, vt in triceſimo anno baptizetur homo, & in Iordane. Sic & dedit exemplũ conficiendi & miniſtrandi hoc Sacramentum, quando confecit & miniſtrauit ſcilicet quod de ſero vel inter epulas hoc fecerit, non hoc dedit imitari.

Lect. 1.

Circa hoc tamen quæruntur duo. Primum eſt, vtrum miſſam celebrare poſſint, qui de ſero poſt matutinum dictum comederint. Secundo vtrum licitum ſit comedere ſtatim poſt Sacramenti huius ſuſceptionem. Ad primum dicitur quod ſic, quia ſæpe in Eccleſijs cathedralibus dicuntur matutinæ in vigilia ſolemnium feſtorum de ſero, & tamen poſt illas dictas frequenter cęnatur: puta ſi vigilia ſit in Dominica die, in qua non ſolet abſtinentia fieri: Nec propterea canonici tenentur alias matutinas dicere, quàm eas

G *Miſſa. Comeſtio poſt matutinas veſperi dictas, nõ impedit celebrationẽ diei ſequentis.*

F *Euchar. Licet Chriſtus poſt cænã cõmunicauerit volunt tamen non in illo ſit cõſtãtia temporis vel epularũ eũ imitari.*

quas in choro cantauerunt. Vnde Rich. 4. sen. dist. 8. q. 3. art. 1. in responsione dicit, quod non est acquiescendum dicentibus, quod illi qui post matutinũ dictum ieiuno bibit, non est licitum sequenti die missam celebrare, nisi prius iterum dicto matutino: Hoc enim nullibi inuenitur statutum: Sufficit enim quod digestum sit quod sumpsit in sero antequam celebret, siue de nocte dormiuerit siue, non. Hæc Richardus. Præterea, quidam causa necessitatis coguntur dicere sero matutinum: sed deuotius hoc fit ante cænam quam post ventre repleto: ergo hoc non impedit celebrationem consequentem. Debet tamẽ esse sobria comestio & bibitio quã agit aliquis de sero, cum in crastinum intẽdit Eucharistiam suscipere. Ad secundum quæsitum respondit idem doctor, quod post sumptionem Sacramenti Eucharistiæ, propter reuerentiam debet aliquantulum postea à cibis abstinere, ne sacræ illæ species (quæ quamdiu in forma remanent corpus Christi continent) commisceantur cum alijs cibis. Quia tamen cito ille species transmutãtur, nõ opus est recipientem diu ab alijs cibis abstinere post sumptionem sacramenti. Et si dicatur quod de consecra. distin. 2. c. tanta dicitur: Qui reliqua corporis Domini quæ in Sacramento sunt relicta consumunt: non statim accipiendum cibos communes conueniant. Et eodem. cap. Si mane Dominica portio editur, vsque ad sextam ieiunent ministri qui eam consumpserunt: & si tertia vel quarta hora acceperunt, ieiunent vsque ad vesperam. Sed hæ omnes auctoritates intelligendæ sunt de debito honestatis, & non necessitatis.

¶ Eucha. Quãd nõ est necessariũ post sumptionem eucharistiæ diu abstinere à cibis & quare dandum sit vinũ ablutionis.

Dicitur secundo secundum doctorem sanctum, quod nihilominus tamen laicis post sumptionem corporis Christi debet dari simplex vinum non consecratum, aut aqua pro ablutione: non tamen propter aliquod mysterium, sed vt lauentur ora sumentium, ne remaneant reliquiæ Eucharistiæ infra dentes vel in gingiuis, & etiam vt non seruetur Eucharistia in ore propter aliquod maleficium exercendum, vt expertũ fuit tempore beati Ambrosij: Tunc enim in fauo apum, hostia consecrata per vnam mulierem fuit reseruata & abscondita, vt augerentur apes. Item & quidam doctor nomine de Lausanna recitat, quod in prouincia Narbonensi tempore quo hæresis quędam contra Sacramentũ Eucharistiæ pullabat: quidam piscator à quodam hæretico seductus, quod corpus Christi in ore susceptum non comederet, sed seruaret, & primo pisci capto in ore poneret, permittens eum abire, & abundaret in captura piscium, Qui corruptus hoc fecit: sed tandem purgata illa hæresi, quidam prædicator cæpit ibidem populum in Sacramento Eucharistiæ cõfirmare. Ille autem peccator in suo peccato perdurans viginti annis vel circa: tandem cõtritus confessus est. Curatus vero cum eum non posset absoluere: tandem ad Episcopum vel habentem potestatem ire monuit, Qui renuit dicens: quod in perpetuum peccatum illud alteri non confiteretur. Quod videns curatus ne subditi animam perderet, promisit se iturum ad archiepiscopum & potestatem absoluendi impetraturum, Qui tamen impeditus in reliquo populo audiendo, non iuit: Ille autem peccator in die paschæ volens communicare, venit ad curatum vt absolueretur: sed sacerdos humiliter se excusans, super sedere à communione vsque ad octauas paschæ hortatur & consuluit. Tunc ille non audens in Ecclesia remanere dum populus communicaret: præ verecundia egressus est ad locum in quo peccatum commiserat, & flens & eiulans vidit ex alia parte fluminis piscem stantem, & corpus Domini in ore portantem, & ad se accedentem: Ipse vero non audens tangere, cito cucurrit ad curatum nuncians ei quod viderat: Qui ambo venientes cum nihil viderent: cæpit piscator flere, & cum lachry-

Digitized by Google

lachrymis se in terram voluere: Mox apparuit piscis in ore Dominicum corpus portans, & ad ipsos directe veniens, quo reuerenter accepto ad Ecclesiam suã detulit & ibidem reuerenter seruauit. Tertio, requiritur quod mente mundus accedat, quia *Domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum*. Primo quidem, mundus debet esse à peccato erroris quo multum laborant mulieres, quæ potius credunt diabolo eis suadenti aliquem errorem per vetulam aliquam, quã Deo eum prohibenti per suum vicarium sacerdotem. In quo assimulantur matri suæ primæ euæ, quæ potius credidit diabolo dicenti sibi, *Nequaquam moriemini*, quam Deo dicenti: *In quacunque hora comederis morte morieris*. Et ideo, sicut illa prima mulier propter peccatum illud prohibita fuit à ligno vitæ, sic quæ sunt in peccato alicuius erroris, vt diuinationis, & superstitionis, & similium non debent ad sacramẽtum altaris accedere, nisi pœnitentia præcedente. Secundo à peccato odium, quod iudicio scripturæ reddit hominem canem iuxta illud: *Circumdederunt me canes multi*. Canes enim inimicos mordent, sic odiosi in secreto vel in publico detractationibus & contumelijs alios lacerant. Ideo sicut multum peccaret, qui dare attentaret sacramentum altaris canibus, quanto magis qui detractor & contumelioſus ad hoc se ingereret, & hoc prohibet Dominus. *Nolite sanctum dare canibus*. Per canes etiam possunt intelligi qui propositum habent redeundi ad sua peccata, iuxta illud: *Sicut qui canis reuertitur ad vomitum suum: sic homo imprudens qui iteratur stultitiam suam*. Et: *Canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti*.

Psal 92. 1 Euchar. A quibus vitijs mundus esse debet qui accedit ad sumendam Euchar. Genes. 3 Psal. 2. Matt. 7. Prou. 26 2. Pet. 2.

Tertio à peccato luxuriæ. Qui enim lubricus est, quasi porcus iudicio scripturæ reputatur, immo plus displicet Deo immunditia sua quam porci. Et quia porcus non est habitatio Dei, sed potius diaboli, iuxta illud: *Si ejcis nos hinc mitte nos in gregem porcorum*, ideo sicut porcus ad altare accedere non debet, sic nec qui impœnitens est in luxuriæ peccato continuans. Quarto, à peccato auaritiæ. Auarus enim vilem acquirens terram est velut terra, immo plus Deo displicet eius immunditia quam terræ. *Facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt*, scilicet sicut lutum quod fit ex commixtione pluuiæ & terræ, quod est abominabilius quam pluuia vel terra sola. Valde autem peccaret quis, qui corpus Christi in lutum proijceret, quemadmodum facit auarus ipsum recipiens. Osee 9.

Et sicut pluuia secundum se non videtur immunda, sed solum cum terræ coniungitur, sic nec anima de se immunda est, sed solum cum terrenis & caducis iungitur per nimiam affectionem. Quinto, à peccato oris. Nam ille qui assuetus est mendacijs, detractionibus, periurijs, blasphemijs, crapulæ & ebrietati, vel qui solet comedere de his quæ furto vel rapina acquiruntur, non debet accedere ad altaris sacramentum nisi pœniteat, & deinceps os suum mundum seruare proponat.

Quia qui in vase in quo immunditia contineri solet nulla præcedente ablutione Christi corpus poneret, multum peccaret. Sicut enim Christi corpus in calice ponitur: sic & in ore recipitur. Ideo sicut calix mundius seruatur quam cætera vasa, sic os mundius seruandum est quam cætera membra. Qui vero hoc facere nollet, similis esset sacerdoti qui minorem haberet reuerentiam suo calici quam scutellæ de domo sua. Sexto, à peccato malæ operationis, vt percussores, homicidas, fures, sacrilegos, & sic de similibus, manibus illotis, & sanguine pauperum plenis, valde indecens est ad mensam Domini accedere. Et in hoc similiter peccant multi sacerdotes, qui cum singulis diebus bis manus corporis lauent vt ad mensam corporalem accedant, ad mensam tamen dominicam illotis manibus animæ veniunt, non attendentes quod dicitur in Psalmista:

Psal. 17. *Secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi*, ideo debent dicere illud Psalm. Psal. 25 cum affectu. *Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuum Domine.* Septimo, à peccato cordis & noxiarum cogitationum. Debet enim esse cor mundum & nouum, in quo Dominus sepeliatur.

K Euchar. Quod cor cõmunicaturi debet esse quasi sepulchrũ mũdum & nouũ in quo Christus reponatur, & de duplici loco in quo Christus legitur dormiuisse. 2 Cor 6 Matt. 8

Nam sepeliri voluit in sepulchro nouo, in quo nondũ quisquam positus fuerat. Non ergo aliquis Dominum in corde ponat, vbi iam diabolus habitat: *quia non est consentio Christi ad Belial.* cum etiam sepultus sit in sindone munda, id est in cordis puritate & munditia. Et quia aliquis melius capi non potest, quam in loco in quo quiescere solet: ideo venatores, locũ obseruant in quo dormit fera, & ibi ad eam capiendam ponunt sua ingenia. Et quia in proximo pascha debemus capere prædam nostram Christũ, ideo debemus notare locum in quo quiescere solet, vt ibi eum capiamus, & in simili eum requiescere faciamus. Christus autem in duobus locis dormiuisse legitur. Primo in nauicula: & hæc est arctitudo paupertatis. In quo loco à multis capi non potest: quia non quilibet ingredi potest religionem. Vnde & in ascensu naniculæ discipuli sequuti sunt Christum non turba. Secũdus locus in quo dormiuit Christus est sepulchrum lapideum nouum, & illud est Ecclesia Christi noua, in qua Christus in die sancto paschæ inuenitur sepultus, & ibi quærendus est & capiendus. Sed vt eum digne recipiamus, & in nobis requiescat oportet nos similiter facere sepulchra lapidea, & si noua saltem innouata, & per pœnitentiam mundata: Aliter autem renouatur antiqua imago de auro, aliter antiqua imago de ligno putrido, quia aurea renouatur intus & extra, & sic ponitur in fornace quæ tota ibi liquescit. Lignea vero, licet renouetur coloribus & picturis exterius: tamen interius remanet putredo & vermes, quia multæ personæ male circa Pascha renouantur, & ornantur exterius: sed putredo peccati remanet interius. Persona vero debite communicans tota in Dei amore liquefieri debet, vt non solum exterius corpore, sed & interius mente renouetur, iuxta illud: *Renouamini spiritu mentis vestræ.* Ephes. 4 Non enim volumus dicere quin in illo die sãcto Paschæ persona fidelis existens Christi mensæ, debeat magis ornata esse corpore quam cæteris diebus, hi scilicet qui hoc possunt facere, tamen ad ornamentum animæ in quo recipitur Christus, maxime debent intendere. Item debet nostrum animæ sepulchrum ad sepulchri Christi instar esse lapideum, id est, per pœnitentiam durum, quia dicitur *quod viam colubri super petram non potuit Salomon* Prou. 30 *recognoscere.* Coluber enim transiens per rem mollem & teneram, relinquit ibi vestigia sua: quia tentatio serpentis super molles & delicatos pertransiens, relinquit ibi delectationem vel consensum. Sed quando trãsit per cor durum vel firmum, & viuens in pœnitentia, non apparent eius vestigia: quia nec sequitur delectatio nec consensus: & quantumcunque coluber ille transeat tentationes immittendo, nisi sit ibi delectatio vel consensus, non apparebit via dæmonis, nec est peccatum. Hinc personæ cantanti licet occurrant multæ tentationes aut cogitationes malæ: nisi tamen sequatur consensus aut delectatio morosa non est peccati periculum.

L Euchar. Quomodo cõmunicaturus vel oblaturus si habeat peccata mortalia, tenetur cõfiteri sacerdoti ante præmissa

Sed circa hoc quæritur, vtrum contritus non confessus peccet mortaliter recipiendo hoc sacramentum? Ad hoc respõdet Richard. de media villa. 3. 4. dist. 9. q. 2. art. 2. Quod aliquis contritus potest dupliciter intelligi non confessus, quia aut de veniali, & sic non peccat, quia eius non est necessaria confessio: aut de mortali, & tunc iterum distinguendum est, quia aut habet copiam sacerdotis idonei, & tẽpus sufficiens ad confitendum, & lequelam liberã: & hoc modo si nõ cõfitea-tur, mortaliter peccat: quia ad hoc quod digne suscipiat hoc sacramentum, requiritur quod reconcilietur Deo & eccle-

qui-

Digitized by Google

quæ reconciliatio eſt per confeſsionem & abſolutionem. Aut non habet iſta, vel ſaltem aliquod iſtorum deficit, & tunc aut imminet periculum perſonæ ſuæ ſi non communicet: puta ſcandalum ſui vel populi, quod ſcilicet iam incepit ſacrum myſterium ſi ſacerdos eſt, & in quolibet iſtorum caſuum licitum eſt ſibi communicare cum propoſito confitendi. Si tamē non adeſſet aliquis prędictorum caſuum: tenetur expectare copiam ſacerdotis. Hęc Richar. Si enim ſacerdos tenetur celebrare præſente populo & non habet copiam ſacerdotis: tūc propter populi neceſsitatem & perſonæ ſuæ ſcandalum vitandū, cum propoſito confitendi tēpore & loco poteſt celebrare. Dicitur ſecūdo, quod ſi ſacerdos celebrans, poſt conſecrationem ſe meminit excommunicatum: tūc debet aſſumere propoſitum humiliter petendi abſolutionem, & ſic per inuiſibilem pōtificem Chriſtum eam conſequitur quātum ad peragenda diuina myſteria. Si autem ante conſecrationem meminerit excommunicationis: tutius eſſet ſecundum Thomam, dimittere, niſi ſcandalū graue timeret. Dicit tamen Bonauen, & melius, & quod ſi populus adſit, ſufficit cōtritio cū propoſito confitendi: quia ſe & populum ſcandalizaret, ſi ita miſſam dimitteret imperfectam. Si vero non timeret ſcandalum: conſulendum eſſet ſibi quod dimitteret. Dicitur tertio, quod ſi quis fidelium actū exiſtens in menſa Chriſti ad recipiendum ipſum, tunc reminiſcatur alicuius peccati mortalis, de quo confeſsionem non fecit, & timet de ſcandalo perſonæ ſuæ ſi propter hoc ſurgat à menſa: tunc ſufficit contritio cum propoſito confitendi citius quam commode fieri poterit. Nō enim vult Dominus vt cum ſcandalo ad eum accedamus: ſed talem habemus Dominū qui ſcit cōpati & condeſcendere infirmitatibus noſtris. Quarto requiritur quod cum firma fide eorū qui credi debent in hoc ſacra-
Exo. 16. mēto, accedat. In ſignū cuius manna nō fuit datum filijs Iſrael niſi tranſito mari rubro: quia cibus iſte non eſt dandus niſi baptizatis, & fidelibus, & qui fideliter credunt huius Sacramenti myſterium. Non enim eſt menſa alicuius Domini bene diſpoſita ſine lumine: nec Chriſtus *magnus Dominus & laudabilis nimis* ſine illo lumine nobiſcum communicaret: ſed ad hoc plurimum neceſſarium eſt illud fidei lumen. Primo, vt eo mediante cōſpiciat ſacerdos conſecrans, & quilibet alius fidelis recipiens ea quæ latent ſub ſpeciebus panis & vini. Non enim hoc modo videre poſſumus, niſi in lumine fidei: poſtea autem hæc videbimus aperte. In ſignum cuius Chriſti corpus ante reſurrectionem inueniri potuit, ſed inuolutum cum linteaminibus, ſed non poſt reſurrectionem, immo ab his ſeparatum. Sic nos in hoc mundo per fidem tantum inuenire poſſumus Chriſti corpus inuolutum ſpeciebus: poſtea vero quam reſurrexerimus, videbimus eum ſicuti eſt. Et inde palla ponitur ſuper calicem, vt cooperiatur, & ne videatur quod intra eſt, vt fidelis habeat meritū, cui humana ratio non perbet experimentum. Et ideo circa hoc Sacramentum non multum fideles expedit ſcrutari, quia ſecundum Pſalmiſtam *Defecerunt* ſcilicet hæretici, *ſcrutantes ſcrutinio*. Manna enim ignem optime ſuſtinebat, quod prope igne ſituatum efficiebatur durum, deinde triturabatur, & ex eius farina fiebat panis: ſed ſi ponebatur ad ſolem, liquefiebat. Sic hoc Sacramentum perfecte ſuſtinet ignē deuoti & feruentis amoris, & fidei: ſed ſol curioſitatis humanæ & phantaſticæ rationis ad nimiam perſcrutationem Sacramenti ipſum liqueſcere & euaneſcere facit. Secūdo, vt in illo lumine fidei virtutē & effectū huius Sacramēti, qui eſt collatio virtutū & gratię augmentū. Sunt enim quaſi aſinus ad lirā illi, qui præter ea quę exterioribus oculis vidētur, nihil aliud eſſe credūt. Arrigit enim aſinus irrationabiles aures, & ſonū audit: ſed ſoni harmoniā & melodiā cātilenę nō percipit. Cōparantur enim iudeis mālis, qui dū māna manducaban-

Pſal 47. 95. & 144.

M Euchar. fides. Adquod neceſſarium eſt lumen fidei cōmunicatur.

Pſal. 76.

cabant, nihil per illud quã quod videbãt intelligebãt. Ideo tales vt plurimũ in peccatis & infidelitate ſua mortui ſunt, iuxta illud quod poſt declarationem eorũ quæ latent in hoc Sacramento, dixerũt iudæi.

Ioan. 6. *Patres noſtri manducauerũt in deſerto manna, & mortui ſunt.* Qui vero cum firma fide accedunt aſsimilantur ſanctis patribus, qui dum in deſerto manducabant manna: in hoc vnum oculis videbant, & aliud

1. Cor. 10 fide capiebant, iuxta illud Apoſtoli: *Patres noſtri omnes eandem eſcam manducauerũt, & omnes eundem potum ſpiritualem biberunt.* Hoc fidei lumen antequam ad hoc altaris ſacrificium accederet petebat qui dice-

Pſal 42. bat: *Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum*, id eſt, in intelligentiam difficilium quæ ſunt in ſcriptura quaſi montes, *& in tabernacula tua.* Et ſequitur: *Introibo ad altare Dei.* Circa hoc quærũtur duo.

N *Miſſa Dei cum ſit propter quas non celebratur ſine igne lumine.* Primum, cur ſine ignis lumine non celebratur miſſa? Secundo: ſub quo fidei articulo continetur huius Sacramenti credibile? Ad primũ reſpondetur, quod propter tria. Primo, propter Eccleſiæ inſtitutionem, contra quã ſi quis ſciẽter faceret: officio vel beneficio peruari debet, extra de cel. miſſa. c. vl. Secũdo, propter figurationem: Hoc enim perfiguratum eſt per

Leui 6. ignem de quo: *Ignis in altari meo ſemper ardebit*, & per ignem qui vixit ſub aqua an-

2. Mac 2 nis. 70. vt habetur. 2. Macha. 2. & hoc habetur in glo. decre. præallegatæ. Tertio, propter ipſius ignis ſignationem. Signat enim tria. Primo ſignificat feruorem dilectionis propter quam Chriſtus hoc Sacramentum inſtituit, & pro nobis paſſus eſt. Secundo, ſignat illud quod Sacramẽtum iſtud operatur in ſigne celebrante vel ſuſcipiente, ſcilicet augmentum illuminationis in intellectu, & feruorẽ charitatis in affectu. Tertio ſignat lumen fidei, quo ſacerdos aut fidelis quicunque videt ea quæ ſunt ſub ſacramento, & quę operatur Sacramentum in ſuſcipiente.

Ad ſecundũ dicitur, quod continetur ſub illo articulo. Sanctorũ communionẽ. Qui quidẽ articulus intelligi poteſt dupliciter. Vno modo per cõmunionẽ intelligi poteſt participatio in vnitate eccleſię, omniũ ſcilicet orationũ & ſuffragiorũ. iuxta illud: *Particeps ego ſum omnium timentium te.* Membrum enim corpori vnitum participeps eſt omnium membrorum quæ ſunt corporis. Alio modo poteſt intelligi de participatione omnium Sacramentorum, in quibus omnes ſancti communicãt. Et quia præcipue fit communicatio in mẽſa corporis Chriſti: inde eſt quod Sacramentum iſtud dicitur ſacramentum cõmunionis, & ſic ſub iſto articulo cõprehenditur. Quinto quod accedat cum gratia & amore dei & proximi. Primo quidem cum amore Dei, Tum quia hoc figuræ congruit. Sicut enim manna cum rore deſcendebat & cũ rore colligebatur. Ita & hoc manna recipi debet cum amore Dei de ſurſum veniente. Tum ſecundo, quia amor ille ignis eſt neceſſarius ad hunc cibum decoquendum vt ſapiat, & nutriat comedentem, Sicut enim cibus corporalis non proficit nõ habenti calorem naturalem, eo quod ille calor ſit cibi decoctiuus: ſic nec cibus iſte cæleſtus nõ habenti calorem ſpiritualẽ, qui eſt amor. Tum etiam quia hoc neceſſarium eſt ad tollendas ſuperfluas cogitationes. Non enim ſedere poſſunt muſcæ ſuper ollam bullientẽ. Amor vero Dei in tantũ ebullire facit cor hominis, vt vix incidere poſſint ſuper ollam cordis muſcæ morientes, quæ perdunt ſuauitatem vngũẽti, id eſt deuotionem: Et non ſolum amor Dei ſed & proximi requiritur, & hoc propter multa.

O *Euchar. Quod credibile de Euch. cõtinetur ſub illo articulo, ſanctorũ communionem.* *Pſa. 118*

P *Euchar. Quod debet accedi ad Sacramẽtum cũ amore Dei & proximi & de vtroque ponãtur rationes.* *Exod. 16*

Primo, quia hoc iubet Chriſtus, qui (vt inquit Chryſoſt.) in ſacrificij celebratione nihil aliud niſi de fratris reconciliatione commouit dicens. *Si offers munus tuum ante altare & ibi recordatus fueris quod habet frater tuus aliquid aduerſum te: dimitte donum tuum ſuper altare, & vade prius reconciliari fratri tuo.* Secundo quia accedere ad hoc Sacramentum cum rancore & iracundia, eſt repugnans naturæ *Matt. 5.*

turæ huius Sacramenti, ait enim Apoſt. 1.Cor 10 *Non poteſtis ſimul bibere calicem Domini & calicem dæmoniorum: Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.* Menſa enim diaboli eſt rancor, inuidia, & iracundia, quæ *templum Dei, ſanctum* quod eſtis vos violãt. Primo, bona gratiæ conſumendo: *Ad te Domine clamabo, quoniam ignis,* ſcilicet iracundiæ *comedit ſpecioſa deſerti*, id eſt, virtutes & nobilitatem animi iam à gratia deſerti. Secundo bona naturæ corrumpendo: *Zelus & iracundia minuent dies.* Et iterum: *Obiurgatio & iracundia annihilabunt ſubſtantiam.* Nec mirũ; quia iracundia eſt modicum illud fermentum, quod totam maſſam bonorum operum corrumpit, propter quod monet Apoſtolus: *Itaque epulemur non in fermento veteri.* Fermentum vetus rancor inueteratus. Vnde Gloſſ. Hanc fermenti corruptionem ſic per partes diſtinguit dicens: *Non in fermento nequitiæ*, id eſt odiẽdi in corde, *neque in fermento malitiæ*, id eſt, nocendi in opere. Quando nequit malus vnum facere, facit alterum, vt quando nõ poteſt lædere proximum in opere, lædit Deum odiendo proximum in corde, & etiam ſeipſum rancorem retinendo, *ſed in azimis ſinceritatis*, ſcilicet in affectu contra odium in corde, *& veritatis* in intellectu contra rancorem in opere, vt ſinceritas nouam vitam faciat, & veritas omnem fraudem excludat. Hæc Gloſſ. Tertio, propter reuerentiam ſacramenti. Eſt enim ſacramentum amoris & vnitatis. Act 4. Antequam dicatur *quod erant omnes communicantes in fractione panis*, dicitur: Eſa.9. *Erat autem multitudinis credentium cor vnum & anima vna.* Hinc in primitiua Eccleſia quaſi omnes fideles facerent vnum corpus, quotidie hoc Sacramentum ſumebant. Modo vere multiplicatis credentibus & refrigerata charitate, iuxta illud: *Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam*, quia non omnes poſſunt aut volunt ſumere, ſaltem aliud ſignum vnitatis, ſcilicet oſculum pacis quod tradit ſacerdos, omnes accipiunt, in ſignum quod hoc ſacrificium pacem operatur & etiam requirit. Et ideo propter reuerentiam Domini qui in hoc ſacramento ſuminam tibi amicitiam demonſtrat, quando ſuo proprio corpore te cibat, parcere debes proximo tuo.

Iſai 1. Q Quod menſa diaboli eſt rãcor inuidia, & ira cundia, & de malo que faciunt iſta vitia. Eccl. 30. & 36. 1.Cor 5.

Si enim corpus & animam pro te donauit, modicum eſt vt amoris ergo fratri tuo qui te offendit condones iniuriam. Vnde Chryſoſtomus Homilia, de proditione Iudæ. Ad ſanctum & terribile ſacrificium properas. Occiſus eſt vt cœleſtia pacificet, vt in terra reconciliet vniuerſa, vt te amicum conſtituat Angelorum. Animam ſuam pro te Dominus dedit, & inimicus cum ſeruo perduras: Ille ne mori quidem pro tua vtilitate recuſauit, & tu nec iram tuam cum ſeruo pro tua liberatione concedis? Sed dicis: Multis me læſit diſpendijs, & magnis detrimentis onerauit: Quicquid dicas, non te crucifixit ſicut Iudæi Chriſtum. Comple itaque illud cuius cauſa ſacrificium factum eſt, vt ſacrificio illo perfruaris. Hæc Chryſoſtomus. Quarto, quia eſt ſacramentum communionis.

Nihil enim magis eſt quod aſtringat fidem & amicitiam inter homines quam eadem communio. Inde eſt vt dicit Guilielm. Pariſienſ. quod maxime execrabilem habent homines proditionem conuiuarum. Hinc generale ſonat Prouerbium, ſimul comederamus & biberamus die illo, qualiter me obſeruaſſem ab ipſo. Et propter hoc execrabile eſt odium Chriſtianorum, qui in eadem menſa Chriſti comedunt, & ſe inuicem mordent, & ſibi detrahunt, imo peiores videntur infidelibus, qui iſta numquam facerent. Vnde Chryſoſtomus: Pater noſter magno charitatis vinculo ſtudens nos vnire, vt etiam ex vno calice biberemus, effecit. Quæ res maxima nos charitate copulat.

Nam ſi latrones cum alteri alteris communicauerint latrocinãdi ferocitatẽ deponant: quibus nos rationibus excuſabimus Domini corpori cõmunicantes,

Digitized by Google

& latronum consuetudinem atrocitate superantes, præsertim cum multis gentilibus, non quoniam vna mensa vteretur: sed quoniam vnius essent ciuitatis, satis ad amicitiam fuerit. Nos autem qui eiusdem sumus ciuitatis, vna nobis domus, eadem via, ianua, radix, vita, quibus idem caput est, idem pastor, idem rex, vnus & idem magister, ad communicandū proximo trahi non valemus hæc Chrysosto. Sexto requiritur, quod hoc sacramentum cum deuotione & gratiarum actione suscipiat. Vt enim dicit Alex. de Hall. Tria in seipso debet considerare, qui vult ad hoc sacramētum digne accedere. Primo, quidem debet in se recogitare excellentiam tanti sacramenti, qualiter accedit illum sūmere, coram quo tremunt angelicæ potestates, vt ad eius reuerentiam excitetur. Secundo, considerare debet propriam indignitatem. Oppositа enim (vt dicit Aristot.) iuxta se posita sensibiliora fiunt. Et ita magis videtur excellentia maiestatis eius qui continetur in hoc sacramento, cum iuxta ponitur indignitas & fragilitas suscipientis: & hoc debet considerare vt exercitetur ad sumendum cum timore. Ad quod valet secundum Guil. Parisien. consideratio causæ infirmi & peccatoris, quæ ibidem agitatur. Ait enim: Si causam tuam non vno crimine, sed innumerabilibus criminibus ibidem agi attenderes, si accusationes quas aduersum te diabolus proponit audires, si inscriptionem legeres, si clamores peccatorum tuorum & conscientiæ tuæ testificantis audires, non absque timore, non absque pudore, dolore & eiulatu, suspirijs & rugitu, lachrymis & luctu, tam discriminoso negotio tuo interesses. E contrario, si Dominum Christum aduocatum, solam diuinę pietatis abundantiam, solam ipsam iustitiam suam, solamque oblationis corporis & sanguinis fragrantiam per te allegantem fidei oculis cerneres: non tibi mixtio inutilium fabularum discriminosæ cauſæ tuæ attentionem abrumperet. Hæc Guiliel. Tertio, in consideratione diuinæ beneficētiæ debet ascendere, quæ maxime & multiplex apparet in beneficio huius sacramenti, vt per hoc excitetur ad duo. Primo quidē, ad confidendum in ipsa bonitate: vt ad eā confidētibus appropinquet. Dato enim, quod aliquis considerando magnitudinem huius sacramenti moueatur motu reuerentiæ & timoris, propter quem aliquando à suscipiendo vel celebrādo cesset: confidens tamen de ipsa bonitate si præparatus accedat, videtur quod plus mereatur hac confidentia & præparatione cum celebratione, quam ille qui cum reuerentia eius & timore perterritus nō accedit. Nam accedens non solum intendit ad commodum proprium, sed etiam proximorum. Secundo, quia intendit repræsentare illam summam charitatem, qua propter nos passus est Christus. Tertio, illam summam potentiam, qua Christus Deus & homo sub illis speciebus cōtinetur. Quarto congruentiam diuinę sapientiæ, qua exprimitur quod *vnde mors oriebatur inde vita resurgeret*. Secundo mouet ad gratiarum actionem. Hæc Hallen. Quia cor nobile sollicitum est qualiter benefactori suo possit retribuere, iuxta illud: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Et: *Quā mercedē dabimus ei: aut quid dignum poterit esse beneficijs eius?* Christianus enim ad illam mensam, venīrēs debet cogitare qualia sibi sunt apposita, sciens quoniam talia oporret eū præparare. Debet enim dicere qui accedit si dives est & potens: *Domine tu hodie me reficiam magnifice*. Ideo sicut hodie debeo reficiad mensam tuam: sic & ego volo quod in membris tuis tu comedas ad meam, & quod illa die duos vel tres pauperes reficias, vel secundum tuam facultatem. Sexto, debet illud recipere à ministro idoneo, non à muliere, non à laico, non à diacono vbi potest haberi copia sacerdotis, nec à quolibet sacerdote, sed ab Episcopo proprio, vel à Plebano proprio, vel illo cui aliquis talium licentiam dederit. Nec etiam à quocūque Prælato proprio sed

R Euchar. Quod accedendū est ad Eucharistiam cū deuotione, & quod tria debet cōsiderare accessurus.

S Euchar. Quod in sumptione Eucharistiæ considerāda est diuina beneficentia propter

Tob. 12.

Psal. 33.

Digitized by Google

sed à non excommunicato, non interdicto, non suspenso, non hæretico, non schismatico, non simoniaco, non fornicario notorio.

T Euchar. Quid sit est inspienda Euchar. à publico peccatore hæretico, simoniaco schismatico, & excōmunicato

Circa quod aduertendum est secundum Richardum. in 4. dist. 13. q. 1. artic. 4. Quod à publico peccatore hæretico, simoniaco, schismatico, vel excommunicato non licet hoc sacramētum suscipere: quia prædictis interdicta est dispensatio huius sacramenti ex statuto ecclesiæ, quia sunt extra vnitatem ecclesię, in qua sacramēta conferuntur. Nec etiam à publico fornicatore, quia propter huius sacramenti reuerentiam etiam illis interdicta est huius sacramenti dispensatio. Sed tamen maior requiritur manifestatio criminis fornicationis ad hoc, vt euitetur fornicator quam simoniæ aut schismatis, aut excommunicationis, ad hoc vt caueant homines huiusmodi sacramentum suscipere ab eis. Non enim debent vitare fornicarium, nisi sit conuictus & condemnatus per sententiam vel per confessionem in iure factam, vel per rei euidentiam. quæ tanta est quod nulla tergiuersatione potest celari, extra de cohabitatione clericorum ac mulierum. cap. vlt. & cap. 6. Et sic intelligitur illud decretum. dist. 32. Nullus. Si tamen sunt publici ex fama eis imponente, dum tolerantur ab ecclesia nec suspenduntur ab Episcopo: possunt ab eis suscipi sacramenta. Vnde Nicolaus Papa. 15. q. vlt. cap. vlt. Scisscitantibus vobis si à sacerdote qui comprehensus fuerit in adulterio, aut sola fama respersus debeatis communionē recipere, nec ne. Respondemus: non potest aliquis quantumcunque pollutus sit diuina sacramenta polluere, & infra: Idcirco ab eo (vsquequo Episcoporum iudicio reprobetur) communio percipiēda est. Et si quæratur quare istorum plusquam aliorum peccatorum prohibentur missæ audiri. Respondet Bonauentura in 4. quod hoc ideo est. Primo in pœnam peccati eorum: quia non sunt digni conficere, & si conficiant, non sunt digni audiri. Secundo vt confusi de culpa redeant ad gratiam. Tertio vt alij retrahantur ab eorum imitatione. Et ideo quo ad primum est opus iustitiæ, quo ad secundum opus misericordiæ. quo ad tertium opus prouidentiæ. Hæc Bonauent. Dicitur secundo secundum eundem, quod citius isti quatuor prohibentur quam alij, scilicet hæretici, schismatici, & excommunicati, simoniaci & fornicarij notorij, quam alijs vitijs obnoxij, quia isti directe repugnant huic sacramento. Nam in hoc sacramento est secretum fidei, ideo repelluntur hæretici. Secundo est vinculum charitatis, ideo pelluntur schismatici & excommunicati. Tertio est vas gratiæ, propter quod Eucharistia dicitur. Ideo repelluntur simoniaci qui gratiam illam vendunt. Quarto est eleuans hominem ad statum spiritualem. Ideo repelluntur fornicarij notorij: qui deprimunt se vsque ad carnis fœditatem.

SERMO XI. DE DEVOTIONE habenda, circa hoc Sacramentum. per Thema.

GVstate & videte quoniam suauis est Dominus. Quæritur quomodo ad gustandum Domini dulcedinem nos inuitat Ps. per verba proposita: cum tamen eam abscondit timentibus se, iuxta illud: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine quam abscondisti timentibus te.* Si enim ipsa dulcedo à nobis absconditur, quomodo à nobis videbitur & gustabitur. Præterea. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se:* Quomodo ergo præparatam illā dulcedinem cor degustabit, quando in cor hominis non ascendit? Quomodo illam videbit: quam oculus non vidit: Respondetur quod triplex est gustus: Vnus quidem beatificus æternæ dulcedinis, quo per visionem claram in sua multitudine & magnitudine suauitatis gustatur Dominus sicuti est, & hoc solum cōuenit beatis, iuxta illud;

Psal. 33; A Eucharo gustus. De triplici gustu, & quomodo gustatur suauitas Domini in Sacramento. Psal 30. 1. Cor 2

Psal.16. lud: *Satiabor cum apparuerit gloria tua*, & hęc abſconditur à nobis iuxta auctoritates allegatas. Secundus eſt guſtus ſacramentalis, quo per fidem & amorem ſub ſpeciebus ſacramentalibus guſtatur quam ſuauis eſt Dominus, & hoc iterum modo multitudo & magnitudo ſuauitatis illius ibi latet abſcondita, nec ibi ad plenũ guſtatur, quia: *Ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* Non enim poſſet infirmitas vaſculi noſtri tantam ſuauitatem in propria ſuſtinere. Si enim cecidit Daniel ad viſionem angeli, quanto magis ad viſionem Dei caderemus.

Abac. 3

Dan 10

Nam & ceciderunt diſcipuli, cum viderunt gloriam Domini in monte, & Petrus ad vnius ſtillæ hauſtum inebriatus eſt, ita vt neſciret quid diceret. Quia tamen guſtus eſt ſenſus qui non ſentit niſi per coniunctionem ad obiectum, vt dicit Philoſophus. Et diuinitas nimium à nobis, non loco aut præſentia, ſed cõiunctione & modo quo guſtaretur diſtabat: ipſa ſe nobis per aſſumptam humanitatẽ coniunxit. Sed quia in carne miniſtrari eam nobis horridum fuiſſet ſub ſpeciebus guſtalibus, vt eius dulcedinem ſaperemus ſe fecit. Vnde Augũſt. ſuper Pſal. 33. Miſit filium æqualem ſibi, vt per hoc quod tu es, guſtes quod non es. Multum erat, te guſtare ſuauitatem Dei, quia remota erat illa nimis & alta: tu autem nimis abiectus & in imo iacens. Ideo in iſta magna ſeparatione miſſus eſt mediator homo. Tertius eſt guſtus ſpiritualis, quo per amorem in ſpecie & in ænigmate ipſum Dominum deguſtamus, ſicut illum modo ipſum per fidem videmus & cognoſcimus, & ſic poteſt dupliciter intelligi quod ipſum in hac mortali vita deguſtemus. Primo, quod ipſum deguſtare poſsit anima aſsidue, & ſic nõ eſt poſsibile; immo propter multa neceſſe eſt hanc diuinam ſuauitatem ſubtrahi. Primo, vt corporis neceſsitatibus ſpiritus condeſcendat: ſicut vxor dilecti mariti vacans delicijs ſurgere de lecto compellitur: vt compeſcat filiorum & familiæ clamores importunos. Vnde enim ſpiritus feruens efficitur: inde corpus gemẽs neceſsitate ſubtracta viribus eneruatur. Nam ex eodem lacte caſei bonitas non cauſatur, niſi dulcedini butyri detrahatur.

B *Guſtate. Quare non guſtet hic anima, continue ſuauitatem Dei*

Secundo ne circa opera actiuæ vitæ viri perfecti remiſsius agant huius dulcedinis amore illecti. Inde & Moyſes quãuis Domini ſuauitatem in monte deguſtaret: iuſſus eſt tamen propter neceſsitatem populi deſcendere. Tertio, propter maius meritum, quia deficiente deuotionis ſolatio ex fragilitate noſtra naſcitur humilitas, & detumeſcit faſtus, & reprimitur præſumptio de ſtulta ſecuritate, & incutitur ſalubris timor. Hinc Auguſtinus ſuper illud pſalmiſtæ. *Quam magna multitudo.* Etiam eos quos emendas Domine multum amas: & ne diſſoluta ſecuritate negligentius agant, abſcondis ab his dulcedinem amoris tui, quibus vtile eſt timere te. Quarto, vt noſtrum dilatetur deſiderium, & cor extendatur, vt amplius capiamus ipſum, & acceptum magis diligamus & cuſtodiamus. Vnde Philoſophus. 2. Topicorum. Magis amamus cum habemus quod non eſt facile ſumere. Quinto, quia nondum capax eſt anima tantæ aſsiduitatis. Nec enim nubilis eſt anima quamdiu eſt in hoc mundo, vt ſit ſemper cum ſponſo ſuo: ideo nec vinum nuptiarum conuenit ei bibere, & propterea ſibi ſubtrahitur iſta aſsiduitas quouſque perueniat ad gloriam: & dicatur ſibi illud: *Tempus amantium tempus tuum.* Secundo modo poteſt intelligi quod guſtetur non in fonte, ſed in riuulo dulcedinis, & per aliquam morulam temporis, & ſic quemadmodum clamator vini, vt guſtet de vino vnuſquiſque, modicum dat in paruo cipho, vt poſtea in taberna ſupra dolium vſque ad ebrietatem bibatur, ſic quoaduſque ſimus in taberna paradiſi, nunc dat nobis Dominus deguſtare paululum de delicijs paradiſi. Et hoc eſt quod Dauid clamator huius vini dicebat: *Guſtate* (inquiens) & vi-

Exo. 32.

Pſal. 30.

Ezec. 16

Pſal. 18.

& videte quoniam suauis est Dominus. Vt autem gustare paululum possimus: ad Mariam nostram recurramus dicentes. *Aue Maria*, &c.

Cum visus inter sapores non discernat, quomodo Propheta dixit: *Gustate & videte quoniam suauis est Dominus*. Non enim videtur suauitas sed gustatur: Respondetur ad hoc per tres propositiones.

Prima est, Licet gustus corporalis possit esse sine visu corporali, & non è conuerso, non tamen potest gustus spiritualis esse sine visu spirituali, sed bene è conuerso. Quod gustus corporalis possit esse sine visu, patet in cæco, qui optime iudicat de saporibus. Sed quod nō è conuerso; patet, quia sensus gustus necessarius est ad conseruationem vitæ humanæ. 3. de anima, & per consequēs ad conseruationem visus. Sed quod gustus spiritualis non possit esse sine spirituali visu patet: quia non potest sentire quis diuinam bonitatem, nisi eam agnoscat, & saltem vel lumine fidei videat: Gustus enim iste in amore fundatur, amor autem iste sine cognitione esse non potest. Quia enim ratio per fidem videt diuinam pulchritudinem, statim exardescit in gustū & amorem illius, ita vt nihil ei difficile reputetur, dummodo eius dulcedine inebrietur.

Considerata enim à Iacob pulchritudine Rachel multi anni pauci dies ei videbantur præ amoris magnitudine. *Gen 29.* Hinc & de muliere forti dicitur; *Gustauit & vidit, quia bona est negotiatio eius.* ideo manum misit ad fortia toleranda & facienda, vt eam degustare possit dulcedinem quam fide vidit & cognouit. ideo *Prou 45* bene Psalm. visum cum gustu coniunxit dicens similiter: *Gustate & videte, &c.* Visus tamen spiritualis sæpe sine gustu spirituali est: Nam Philosophi, & similiter multi moderni doctores multa natu- *Rom 1.* rali lumine & studio continuo cognouerunt. Sed vt dicitur: *Obscuratum est insipiens cor eorum*, id est, non sapiens illam dulcedinem. *& euanuerunt in cogitationibus suis*, quia in cogitatione & cognitione, rerum naturalium steterunt. Nec vltra vsque ad saporem processerunt. Iudicant enim multi de illa dulcedine sicut doctores loquuntur de mellis natura & origine, qui tamen mel nunquam gustant.

Secunda propositio, Licet gustus spiritualis distet à corporali, ab ipso tamen corporali gustu per similitudinem translatum est nomen ad gustum spiritualem. Primo quia sicut secundum Aristotelem 3. de anima. Gustus vt est quidam tactus, est necessarius ad subsistentiam vitæ humanæ: sic & gustus verbi, immo ipsius Dei. Inde paschalis hymnus: *Cuius corpus sanctissimum in ara crucis torridum, cruore eius roseo gustando viuimus Deo.* Secundo quia sicut gustus est causa augmenti corporalis, in quantum est causa incorporationis cibi. Vix enim potest sumi cibus, nisi consentiente gustu: sic gustus iste causa est spiritualis augmenti animæ & gratiæ amplioris. *In eo crescatis in salutem.* si tamen gustastis quoniam suauis est Dominus. Tertio, quia sicut post gustationem cibi remanet memoria dulcedinis: & inde homo postea cæteris qui non gustauerunt facit fastum, licet non remaneat gustata dulcedo, sic post gustationem huius præciosissimi cibi spiritualem vel sacramentalem, licet forte transeat dulcedo deuotionis: tamen memoria huius dulcedinis & degustati cibi adhuc remanet, vnde consurgit gratiarum actio & vox laudis. Psalm. *Reliquiæ cogitationis*, scilicet deuotionis sanctæ memoria, *diem festum agent tibi.* *Psal. 75.*

C *Gustus. In quo fundatur gustus spiritualis, & quod nō potest esse sine visu spirituali.* *1. Pet. 2.*

Tertia propositio. Licet visus corporalis etiam bene dispositus de obiecto corporali gustus iudicando sæpe decipiatur, Multi enim de sapore vini per visum iudicant, qui tamen facile decipiuntur. Sic. *Vidit mulier lignum quod esset pulchrum visu & ad vescendum suaue*, & propter solum visum iudicans decepta est, quia morsum amarissimum gustauit: vnde

D *Gustus. De similitudine gustus spiritualis ad corporalem* *Gen. 3.*

Digitized by Google

vnde morſellus mortis amariſsimus proceſsit. Viſus tamen ſpiritualis bene diſpoſitus numquam de ſaporibus ſpiritualibus male iudicat. Quia tamen per ſe illos ſapores non ſentit, optime coniunxit
Pſal. 33. Pſal. vnum cum alio dicens: *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* Et quia ad guſtum diſpoſitum neceſſario tria exiguntur, ſcilicet excitatiuum appetitus guſtus, ſapor optimus cibi, & ablatio inficientium guſtū, ideo in hoc ſermone & ſequenti tria deducentur. Primo, quæ & quot ſunt excitatiua appetitus circa hunc cibum ſacramentalem. Secundo, quis ſapor huius cibi. Tertio, quæ ſunt impedientia guſtum iſtum, cur tantum ſaporem non ſapit homo. Sunt autem quinque quæ maxime videntur excitare appetitum ad deuotionem circa huiuſmodi ſacramentum. Primum eſt pœnitentiæ & afflictionis labor. Hoc enim in naturalibus ſimiliter inuenitur. Nam poſt multum laborem valde eſurit agricola, & ſano appetitu comedit. Hinc eſt quod populus ſimul exiſtēs in deſerto (per quod pœnitentia ſignificatur) flagrauit deſiderio carnium. *Et iterum petra produxit aquas in abundantia*, quia dura vita pœnitentiæ aquam deuotionis educit. *Poſuit deſertum*, ſcilicet pœnitentiæ *in exitus aquarum.* Inde eſt quod quando volumus aliquam ſolemnitatem cum deuotione celebrare, prius ieiunamus, & laborem pœnitentiæ à nobis prius exigimus. Et propter hoc ante paſcha diebus quadraginta corporaliter ieiunamus, & carnibus abſtinemus, vt deuotiori appetitu carnes agni comedamus. Ex quo etiam videmus religioſos viros arctam ducentes vitam, præ cæteris quaſi continua deuotione ſaturari.
Pſal 77. *Percuſſit petram*, id eſt, durum cor baculo pœnitentiæ, *& fluxerunt aquæ*, deuotionis, *abierunt in ſicco*, id eſt in arido corde *flumina*, id eſt abundantia deuotionis. Non ſic
Eccl. 10. carnales & delitijs vacantes, quia *Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti.* Muſcæ ſunt immundi luxurioſi, qui quando moriuntur, ſuauitate delectabilium priuantur. Non enim habent ſuauitatem illius ſacratiſsimi liquoris, qui effuſus eſt in ara Crucis in generis humani lauachrum. Secundum verbum Dei. Vnde Guil. Pariſien. Sicut guſtus in ſingulis ciborum & potorum varietatibus inuenit, quod appetitum eius excitet, nutriat, & augeat, ſic & cor mundum in omnibus verbis Dei & viri boni inuenit quod amorem eius in Deum excitet, nutriat, & augeat. Verbum enim hominis ſancti eſt velut Heliæ verbum, de quo *Verbum eius* Eccl. 48. *quaſi facula ardebat*, vt ſentiens & audiens dicat illud Pſ. *Ignitum eloquium tuum vehementer*, Pſa. 118 & exinde ſequitur deuotio excitata, *quia ſeruus tuus dilexit illud.* Ex tali enim eloquio cōſurgit amor & dilectio & dulcedo cordis. *Emittet verbum ſuum*, ſcilicet Pſa. 147 doctrinam, *& liquefaciet ea*, id eſt, corda per deuotionem, *flabit ſpiritus eius*, ſcilicet prædicatoris, *&* audiente, ſcilicet *fluent aquæ* deuotionis, vt ſic dicat illud Pſalm. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper* Pſa. 118 *mel ori meo.* Inde, & idem præuidens hoc futurum dicebat. *Virtutem terribilium tuorum dicent*, ſcilicet prædicatores, *& magnitudinem tuam*, in miraculoſis operibus *narrabunt*, & tunc *memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt.* Et præcipue inflammat Pſa. 144 recitatio beneficiorum Chriſti, & ſingulariter ſancti huius ſacrificij plus quam eorum quæ facta ſunt in antiqua lege. Nā vt in figura contingebat illis, Iudæi faſtidientes manna, id eſt veteris legis beneficia, ad ollas carnium ſuſpirabant, id eſt, ad beneficia humanitatis & carnis Chriſti. Inde dicitur: *Anima mea liquefacta eſt vt* Cant. 5. *dilectus loquutus eſt.* Tertium excitatiuum eſt vanitas cordis noſtri. Ex vacuitate enim ſtomachi magis acuitur appetitus, & inde plus deſideratur cibus. Hæc autē vacuitas ex tribus penſari poteſt. Primū quidem cum ex humilitate noſtra vacuos nos omni bono & meritis conſpicimus, & tunc cum nos ſic aſpiciamus, in maiorem lachrymarum abundantiam defluimus. Deus enim non vult faſtidioſos & plenos ſaturare, ſed tantummodo eſuriētes,

P *Verbum Dei*

Quod verbum Dei excitat ad deuotionem in Deum.

E *Euchar. Quomodo labor pœnitentiæ excitat ad deuotionē circa Euchar.*

G *Euchar. Quod vacuitas cordis excitat ad appetitū cibi Sacramentalis, & in quo conſiſtit.*

Digitized by Google

Luc. 1. tes, quia *Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* Item: *Dat escam esurientibus.* Pſal. 145 Hanc autem bonorum vacuitatem facile conſideramus, cum ſecundo eam penſamus ex plenitudine malorum morum, quos debemus euacuare, vt hoc ſacramẽtum debite ſuſcipiamus. Inſtrumentum enim muſicum, ſi terra vel liquoribus impleatur, numquam daret harmonicum ſonum, ſed neceſſe eſt vt talibus euacuetur. Sic ſi voluerimus Deo deuotum offerre ſacrificium, neceſſe eſt vt fiſtula noſtri cordis vacua ſit à pompis, & ſuperbia ſæculi, & luxuriæ immunditia, cum etiã medicina recepta in ſtomacho vacuo melius operetur. Ideo faciendum eſt in modum lupi, qui cum fame vrgetur terram comedit, & eaventrem ſuũ implet, ſed in bonis cibarijs prioribus ſe euacuat, vt bonis repleri poſsit. Sic malis affectibus & vitijs cunctis nos euacuemus: vt hæc medicina melius operetur in nobis, & cibus ille dignius & affectuoſius percipia-
2. Cor. 13 tur. Vnde & dicebat Apoſtolus: *Cum eſſem parvulus loquebar vt parvulus, ſapiebam vt parvulus. Cum autem factus ſum vir, euacuani quæ erant parvuli.* Et ideo cum quis ſe vacuum deuotione ex humilitate reſpicit, quandoque ſic acui poteſt appetitus eius & excitari, dum tertio conſiderat ex vna parte alios fideles auido appetitu hunc cibum guſtantes, & ex oppoſita parte animam ſuam totam faſtidientem. Alterius enim appetitus auidus, faſtidientem excitat ad ſimiliter deguſtandum. Sicut cum videmus viros ſanctos vel feminas ad hunc cibum cum magno feruore & alacritate accedentes: certe appetitũ habemus emortuum, niſi ad ſimilia præparetur & excitetur. Ferrum enim ferro acuitur, & ignis igne accenditur. Quartũ excitatiuum eſt ſancta & pia oratio. Eſt enim hæc deuotio Dei donum, nec ſemper ad voluntatem haberi poteſt, ideo ſollicite petẽda eſt à Domino, iuxta quod Ioſue: *Dixit ara patri ſuo Caleph: Terram arentem dediſti mihi, iunge & irriguam & dedit ei irriguum inferius & ſuperius,* ſcilicet lachrymam pro peccatis quod eſt inferius irriguum, & lachrymam pro dilatione cæleſtis patriæ, cuius hic cibus eſt pignus. Vnde oratio eſt fumus quidam: *Aſcendat fumus incenſorum de orationibus ſanctorum.* & Apoc. 8. Pſal. *Dirigatur Domine oratio mea ſicut incenſum.* Fumus autem ſecundum Greg. hom. vlt. ſuper Ezechielem, lachrymas excutere ſolet: ideo non eſt mirum ſi ſancta oratio deuotionem excitet. Dicat igitur qui ea caret quod dicitur in Pſal *Expandi* Pſa. 140 Pſa. 142 *manus meas ad te.* ſcilicet in oratione: *anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.* Et ſtatim pius pater implebit quod dixit: *Rigabo* Eccl 24. *hortum plantationum mearum.* quas plantaui in eccleſia militante in inundatione & profluuio lachrymarum. Ait enim: *Dilata* Pſal. 80. *os tuum & implebo illud:* dilata inquam *os tuũ* oratione *& implebo illud* deuotione. Inde eſt quod ante conſecrationem multiplices fiunt orationes, vt illis mediantibus inardeſcat animus ad huius Sacramenti ſuſceptionem. Et conformiter hoc fit ad Dominũ, qui cum hãc oblationem diſcipulis offerret vt ederẽt: prius gratias egit. Hinc Bonau. dixit in Breuiloquio, quod hoc Sacramentum ab Eccleſia præceptũ eſt celebrari cum ſolemnitate præcipua, & quantum ad locum, & quantum ad tempus, & quantum ad verba & orationes, & quantum ad veſtimenta celebrantis; vt tam ipſi ſacerdotes conficientes, quam etiam fideles ſuſcipientes in ipſum Chriſtum per exceſsiuum amorẽ ardentiſsime transferantur. Si tamen hanc deuotionem iuxta voluntatem noſtrã habere non poſſumus: diſplicere debet nobis, nec propter hoc dimittendum ad altaris ſacramentum accedere, ſi nihil aliud obſtet. Sicut enim ad præſentiam ignis frigus expellitur, ſic ad præſentiam carnis Chriſti tepor omnis animi recedit & annullatur. Ait Damaſcenus, quod caro Chriſti eſt tanquam carbo ignitus. Fatuus igitur eſt qui ſe ſentit frigidum vel tepidum, ad hunc ignem vt ferueat non accedit. Non enim mirum eſt ſi inflammatur affectus, cum ibi ſentis homo Do-

H Euchar. Oratio De oratione quo modo excitet ad deuotionẽ circa Euchar. Ieſus 15

minum

minum ſuum in carne præſentem. Quintum excitatiuum eſt ſancta meditatio. Vnde Hugo de ſancto Victore. Sicut ignem ligna nutriunt, ſic cogitationes deſideria paſcunt: Si bonæ fuerint, exardeſcet ignis charitatis, ſi vero malæ, ignis cupiditatis, vt dicat quiſquis eſt: *In meditatione mea exardeſcet ignis.* Nam ſicut oculus paſcitur ex ſpecie, ſic animus paſcitur ex cogitatione. Hinc ſecundum eundem tres ſunt horæ diei. Prima eſt cogitatio peccatorum, quæ eſt quaſi mane minus habẽs ſplendoris & caloris: *In præcordijs meis de mane vigilabo ad te.* Deinde ſubſequitur: *Meditatio ſancta beneficiorum Dei*, quæ eſt quaſi hora tertia, vbi plus eſt de vtroque: & tunc, *In meditatione mea exardeſcet ignis* deuotionis. Sed non adhuc plena eſt inebriatio, cum adhuc ſit hora diei tertia, ſecundum illud: *Non enim ſicut vos eſtimatis hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia.* Sed poſt hoc ſequitur deguſtatio affectuũ inflammans: & hęc eſt quaſi hora ſexta ſiue meridies, in qua ſol iuſtitiæ exurit montes, id eſt, ſanctos viros per feruorem deuotionis eleuatos. Tripliciter ſol exurens mõtes. Vnde ſecundum Ber. in materialibus videmus, quod ignis dũ accẽditur. Primo videtur ignis cum flamma & fumo, deinde ignis cum flamma & ſine fumo, & tunc demum & tertio omnia igniuntur & in ignem conuertuntur. Sic cor noſtrum carnale quaſi lignum viride & necdum ab humore carnalis concupiſcentiæ exſiccatum, quando aliquam diuini amoris vel timoris ſcintillam conceperit, primum quidem prauis deſiderijs reluctantium paſsionum fumus oritur; deinde roborata mente cum flamma amoris validius ardere cœperit, omnis perturbationum caligo euaneſcit, & iam pura mente animus ad contemplationem & deuotionem ſe accendit, nouiſſime vero in idipſum dulcedinis quaſi totus ignis in ignem conuerſus, ab omni ſtrepitu & perturbatione pacatiſsimus requieſcit. Et ſic ſunt tres modi meditationum. Vna eſt quæ propter paſsionis modicam gignit delectationem. Secunda deuotionem excitat. Tertia vero tota ignea eſt & inflammata. Non quidem meditatio, qua meditetur quis velut vetus ſimia dolos & odia. non ſicut canis rabioſa ſilentia rodens iuxta verbum ſatyrici: non quaſi ſordida ſus, dum fœdiſsimas in anima verſat & reuerſat cogitationes: ſed in ſimplicitate cordis quæ circa hoc ſaluberrimum conuiuium diuina magnificentia præparauit, vt dicat illud: *Meditabor vt columba*, quæ in ſimplicitate & ad ſui vtilitatem meditatur.

Circa vero hoc Sacramentum, ſecundum Guilielmum, quadruplex poteſt eſſe ſancta & fructuoſa meditatio & deuotionis excitatiua. Prima eſt omnipotentis virtutis diuinæ admiratio: non quidem dubitationis, ſed laudis & magnificationis, qua tam mirifica tranſſubſtantiatione panem cæleſtem potumque ſalutarem ſub forma panis & vini viſibiliter exhibet.

Mirabile enim eſt quod panem illum quo pleno ore reficiuntur Angeli, nunc ita arctum ſua ineffabili poteſtate effecerit, iuxta promiſſa: *Dabit vobis Dominus panem arctum & aquam breuem.* id eſt, deuotionem & attentionem breuem, quia illa continuata & perpetua nobis reſeruatur hæreditarie poſsidenda: *Spiritus meus ſuper mel dulcis*, id eſt dulcedo ſpiritualis quam ſentio eſt ſuper omnem temporalem dulcedinem ſaporoſa: Sed *hæreditas mea ſuper mel & fauum*, quia dum hæreditarie poſſedebitur omnem tranſitoriam dulcedinem quæ cogitari poſſet excedet. Secunda meditatio eſt diuinæ ſapientiæ & prouidentię, qua adeo ſalubriter, adeo conuenienter noſtræ eruditioni & refectioni pro ſtatu noſtræ paruulitatis & imperfectionis cõſultum eſt, vt ipſa forma viſibilis à Deo præparata, nos ad ipſam refectionem inuitet, & ſanctæ refectionis communionem nos inuicem habere ſuadeat. Quandoque enim libentius & ſapidius comeditur cibus, ratione eius qui præparauit: ſicut puer infirmus cibum,

1 Euchar. meditatio ſancta

Quod meditatio ſancta excitat ad deuotionem, & de tripli ci meditatione.

Pſal. 38.

Eſai. 26.

Act. 2.

Eccl. 43.

K Euchar. meditat. Quod quadruplex poteſt eſſe fructuoſa meditatio circa Euchariſtiã

Eſai. 38.

Eſai. 30

Eccl. 24.

bum, quia mater eius præparauit: Sic & diuina ſapientia nos inuitat ad hoc Sacramentum communicandum, dicens:
Prou. 9. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis.* Tertia meditatio eſt diuinæ bonitatis abundantia & diuitiæ, quæ nobis ibi ſpiritualem ſocietatem & refectionem tanta promptitudine offert, & tanta hilaritate ac feſtiuitate, niſi per nos ſteterit ſe exibet. Si enim naturaliter amat paruulus nutricem de cuius lacte nutritur, quantum à nobis amanda eſt bonitas, quæ tam ſumptuoſe & ſollicite ſeipſa nos paſcit? Quarta meditatio, eſt miſericordiæ diuinæ recogitatio: in hoc
Rom 8. *quod proprio filio ſuo non pepercit Deus: ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* Hæc eſt autem cõmemoratio dominicæ paſsionis, cuius hoc Sacramentũ eſt memoriale. Ait enim.
Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationẽ.* Cogitare enim quod triangulus habet tres terminos, non parit dulcedinem cordis. Sed meditari quod Chriſtus pro nobis paſſus eſt, generat teneritudinem mentis, & conſequenter amorem, qui velut calor hunc fructum digerit. vt ſic poſsit dici illud:
Cant. 2. *Fructus eius dulcis gutturi meo.* Aſpectus enim boni amati dulcedinem & affectum gignit. Sic meditatio qua Chriſtum ſpiritualiter aſpicimus in cruce, ſuauitatem ac iubilum cordis efficit. Quando enim pauper replicat micas ſuas, quas in biſſacco ſuo repoſuit, & ibi inuenit vnum bonum morſellum inter cæteros: tunc accipit illud cum magno ſapore. Sic quãdo paupertas noſtra replicat & conſiderat omnia beneficia Dei: cum inter cætera dulciſsimum ſit paſsio Chriſti, ſequitur quod eius cogitatio maximi ſit ſaporis & deuotionis generatiua. Et ita ſecundum Guilielmum. Dum omnipotentem virtutem ad tranſmutandas ſubſtantias & naturas propter ſalutem noſtram promptam & paratam cernimus: dum eius ſapientiam ita ſtudioſam circa ſalutem noſtram, ipſa eadem illuminante cognoſcimus, dum eius bonitatem adeo largam & redundantem conſpicimus: dum miſericordiæ eius ſuperabundantiſsimã multitudinem miſerijs noſtris tot & tantis præſidijs occurrentem adeo largam & redundantem erga nos experimur, quis adeo frigidus aut amore terrenorum gelidus, vt tantis beneficiorum facibus non inflammetur, adeo vt ex iniecto oleo iſto in noſtris lignis aridis mens ad cæleſtia & ad amorem diuinum non incendatur? Certe *non eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Pſal. 18. Hæc Guiliel. Pariſ. Sed quæritur primo, vtrum meditatio myſteriorum Dei, & maxime paſsionis Chriſti ſit cauſa deuotionis excitatiua. Videtur quod non; quia nulla cauſa impedit ſuum effectum, ſed litterati viri & intellectuales qui meditationibus ſubtilibus intelligibilium vacant, ſunt quaſi ab hac deuotione aridi, vbi ſimplices & idiotæ lachrymis deuotionis irrigãtur. Et ſi qui ſint litterati, qui hac deuotione polleant, hoc non eſt ex alta contemplatione ſupernorum, vtpote diuinitatis, ſed magis humanitatis Dei, quia talis meditatio non eſt deuotionis excitatiua. Præterea, effectus deuotionis eſt lætitia, vt patet ex collecta: *Quos iemnia vitiua caſtigant: ipſa quoque deuotio ſanctæ Lætificat.* Thren. 3 Sed ex meditatione paſsionis Chriſti conſurgit afflictio quædam ſecũdum illud: *Recordare paupertatis meæ & trãſgreſſionis & fellis*, & ſequitur: *Memoria memor ero & tabeſcet in me anima mea*, igitur. &c. Reſpondetur ſecundũ Thomam ſecunda ſecundæ, quæſt. 82. art. 1. quod duplici ratione carent litterati hac deuotione. Primo, quia vt plurimum non conſiderant ſuæ ſaluti vtilia, ſed magis vanis argumentationibus & ſophiſticis cautelis intendunt, quæ ſolum prouocant intellectum, & non commouent affectum, ideo non eſt mirum ſi aridi permaneant. Si enim mandata Dei ſcrutarentur: ambularent in latitudine cordis & deuotionis, ſicut Pſalmiſta dicebat: *Et ambulabo in latitudine: quia mandata tua exquæſiui.* Vnde Eſaiæ decimo nono. *Confundentur qui operantur linum plectentes & texentes ſubtilia.*

I. Deuotio litterati communiter carent deuotione & quare Pſa. 118. Eſai. 19.

Secundo,

Secundo, propter eorum elationem, quia scientia & quicquid ad magnitudinem pertinet, occasio est quod homo confidat de seipso, & non totaliter se Deo tradat, quod est indeuotionis causa, & inde sequitur, quod hæc quandoque deuotionē impediunt. Sed in mulieribus & simplicibus deuotio abundat, eo quod se nihil æstimantes elationem comprimūt. Ideo sibi non innituntur, sed soli Deo, dicentes: *Mihi autem adhærere Deo bonum est: & ponere in Domino Deo spem meam.* Si tamen scientiam & quamcumque aliam perfectionem homo perfecte Deo subdat, ex hoc augetur deuotio. Dicitur secundo quod consideratio seu meditatio diuinitatis est de se maxime excitatiua deuotionis, sed ex debilitate mentis humanæ, indigemus per hęc visibilia manuduci ad cognitionem & amorem diuinorum. Et ita per humanitatem Christi & ea quæ circa ea facta sunt, ducimur ad diuinitatē cognoscendam & amandam. Et hoc est quod dicit Greg. in præfatione. *Vt dum visibiliter Deum cognoscimus per hunc in inuisibilium amorem rapiamur.* Dicitur tertio, quod quia deuotio principaliter ex consideratione diuinæ bonitatis procedit, propter quam voluntas se totam Deo deuouit & tradidit. Ideo ad hanc per se sequitur delectatio, iuxta Psal. *Memor fui Dei & delectatus sum*, per accidens tamen sequitur quandoque tristitia, puta ex dilatione fruitionis consummatæ tanti boni, secūdum illud Psal. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum*, & sequitur: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die*, &c. Et ideo in passione Christi est aliquid quod contristet, scilicet defectus humanus, propter quem tollendum oportuit Christum pati, sed est aliquid quod nos lætificet, scilicet Dei erga nos summa benignitas, quæ nobis de tali liberatione prouidit.

M *Deuotio. Quod consideratio diuinitatis est de se excitatiua deuotionis & delectationis captiua.*

Psal. 72.

Psal. 76.

Psal. 41.

N *Deuotio Quod lachrymæ nō requiruntur ad deuotionem.*

Quæritur secundo, vtrum lachrymæ requirantur ad deuotionem? Et videtur quod nō, quia lachrymę sunt effectus tristitiæ, deuotio autem gaudium gignit, ergo non ex deuotione procedunt, nec deuotionem prætendunt. Secundo, multi sunt valde boni, qui non possunt fundere lachrymas propter duritiam complexionis, quomodo ergo tales perpetuo priuarentur illo dono Dei. Tertio, deuoti erunt maxime qui habitabunt in patria, sed tunc *absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum suorum*. Igitur Respondetur. Primo, quod lachrymæ oculorum non sunt necessario ad deuotionem requisitę: Patet, quia vt plurimū istæ lachrymæ procedunt ex aliqua passione amoris sensitiui, vel ex teneritudine complexionis, quæ tamen non inuenitur in singulis. Vnde secundum Doctorem subtilem 3. sentent. distinct. 27. Quidam deuoti sentiunt aliquam maiorem dulcedinem quam alij multo solidiores in amore Dei, & qui in centuplum prōptius sustinerent martyrium, nec illa dulcedo est actus voluntatis elicitus, sed passio quædam actui retributa, qua Deus allicit & nutrit paruulos suos ne deficiant in via, vt dicit idem Scotus, & hoc idem dicit Psal. *Allidet* (inquiens) *paruulos suos ad petram*. Ex eo enim quod tales paruuli alliduntur ad petram Christum ex consideratione suorum beneficiorum, inde sequitur fluuius lachrymarum, sicut paruuli cum se allidunt ad petram protinus lachrymantur. Dicitur secundo, quod si sponte profluant lachrymæ, signum est interioris amoris. Signum enim est quod calor abundat in capsella, cum inde clarus & feruens liquor eliquatur & emanet? Vnde subcinericius Christi panis nō est Heliæ ministratus sine aqua, vbi tamē coruus Heliam pauit, nec sibi ministrauit aquam, sed tantummodo carnes. Sic diabolus aliquando homines ad hunc pastū adducit, cum sine aqua deuotionis ibidē accedunt. Ideo nō vitam, sed magis mortem ibidem percipiunt, quia vt dicitur: *Initium vitæ hominis panis & aqua*, panis, scilicet sacramentalis, & aqua contritionis vel deuotionis. Et notanter dicitur sponte, quia quidam se exasperant & grauant suam partam sensitiuam, vt inde lachrymas

Apoc. 7

Psa. 136

3. Reg. 17

Eccli. 29

Digitized by Google

chrymas elicere posſint. Sed istæ non sunt lachrymæ cordis sed corporis tantum: non deuotionis, sed magis quandoque ex elatione procedunt, quasi homo dignus sit qui hoc donum Dei rapiat. Lachrymæ enim deuotionis sponte procedunt à corde & ab oculis. Myrrha enim electa quæ dat suauitatem odoris, non incisa, sed sine violentia stillat. Dicitur secundo, quod lachrymæ non solum procedunt ex tristitia, sed etiam quandoque ex quadam affectus teneritate: præcipue cum consideratur aliquod delectabile cum permixtione alicuius tristabilis, sicut solent homines lachrymari ex pietatis affectu, cum recuperant filios vel suos charos amicos quos æstimauerunt se perdidisse: & per hũc modum lachrymæ ex deuotione procedunt. Hæc Tho. secunda secundæ. q. 81. arti. 4. In solutione ad vltimum. Dicitur quarto, quod dupliciter lachrymas emittimus: Vno modo lachrymamur pro peccatis nostris aut eis qui propter peccata nostra contingunt: sicut sunt tribulationes & angustiæ quas patimur. Et iste lachrymæ omnino cessabunt in cælo: quia tunc lapsus in peccatum non erit, quando anima erit in Deo solidata & secura, iuxta illud: *Eruet oculos meos à lachrymis & pedes meos à lapsu.* Super quo Augu. Tunc autem eximet oculos nostros à lachrymis, quando & pedes à lapsu: quia tunc nullus erit lapsus ambulantium pedum, quando tunc infirmæ carnis nullum erit lubricum Alio modo lachrymamur ex teneritudine mentis & amore Dei, & hoc modo etiam cessabunt illæ lachrymæ, Tum quia habent aliquem dolorem sibi annexum, saltem de dilatione boni amati. *Tunc autem fugiet omnis dolor & gemitus.* Tum etiam: qui lachrymæ causantur ex resolutione interiori spirituum, quæ tunc nulla erit, cum nulla erit amplius in eis corruptio.

Psa. 114.

Apo. 21

SERMO DVODECIMVS DE eadem materia, & Per idem Thema.

A Euchar. Ad suauẽ degustationẽ cibi sacramentalis requiruntur fides desiderij & longa masticatio sui consideratio dignitatis eius.

GVstate & videte, &c. Ad suauiter degustandum hoc Sacramentũ tria sunt necessaria, quæ ad omnem cibi gustum videntur expedire. Primo requiritur, quod ille qui vult degustare, opinionem habeat de bonitate & dulcedine cibi aliter causaret sibi nauseam. Inde est quod filij Israel quia non multum sane opinabantur de sapore mannæ, propter hoc eis causabat nauseam. *Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo.* Ideo ad suauiter degustandum hoc Sacramentũ necessaria est non solum huius cibi opinio, sed etiam firma crudulitas. Sine enim fide hunc cibum vnusquisque eijceret, & sibi nauseã causaret. Sine enim fide nullus ibi iudicaret Deum esse præsentem. Propter quod infelix ille dux, de quo scribitur. *Qui fertilitatem quam prædicebat Hæliseus futuram in samaria audiuit sed non credidit: morte præuentus eandem non gustauit.* Sic qui audit & non credit: morte spirituali præueniẽte tantam bonorum fertilitatem & abundantiam quæ in hoc Sacramonto continetur; non degustat. Et quia ex opinione cibi delicati generantur in opinante concupiscentia & appetitus circa eumdem: Ideo post fidem. Secundo requiritur esuries, sitis, & feruens desiderium comedendi hunc cibum, ita vt sicut vulgo de aliquo protelante in longum sermonem dicitur, quod est longus sicut dies sine pane: sic sibi longa videatur dilatio manducacationis huius cibi præ citi & esurie eius, vt quemadmodum dicit Chryso. Quanta animi alacritate infantes mammillas arripiunt: non minore quoque cupiditate ad hanc mensam spiritualem accedamus. Et quia quandoque nimis cito deglutitur cibus, & nulla inde inuenitur suauitas, hinc. Tertio requiritur longa huius masticatio. Neque enim dictincte perpendi possunt sapores specierum, nisi diutius terantur & masti-

Num. 11

4. Reg. 7

centur. Et inde est quod primo Ethicorum, dicitur quod ille pulmitorax Philoxenus desiderabat habere collũ gruis vt diutius suauitatem ciborum & viuorum degustare posset. Hoc autem fit considerando sanctitatem, dignitatem, & efficaciam huius Sacramenti. Et ad hoc vt diutius masticetur: necesse est os claudi ad turpia, ne incaute dulcis aromatica admittatur, & per silentium custodiam
Eccl 8. imponere ori suo, iuxta illud: *Ori tuo facit ostia: & seras auribus tuis.* Aperiẽdum tamẽ
Ps. 118. est os diuinæ laudi, iuxta illud: *Os meum aperui & attraxi spiritum.* Vt ergo attrahere valeamus gratiam Spiritus sancti: os Mariæ aperiamus dicentes. Aue Maria, &c.

Psal 144 B Eucha. Quare mali pauũ sapiũt cibũ sacramentalẽ.

Cum per Psalm. dicatur: *Suauis Dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius:* quare mali non sapiunt aut degustant eum? quia si facerent: omnia huius mundi bona eis vilescerent, iuxta illud Grego: Gustato spiritu desipit omnis caro, quod tamen non faciunt. Respondetur, quod mali nihil aut parum hunc cibum degustant propter duo. Primo, quod hæc degustatio donum Dei est. Nebula enim eleuari minime potest, nisi virtute celestis: sic nec anima in deuotione, nisi eam eleuet qui educit nubes ab
Psal. 83. extremo terræ. Vnde psalmista. *Beatus homo cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum.* Et quia multi sunt immundi dono Dei. Tũ primo. Quia sunt inimici eius, optima autẽ dona sunt amicorũ, & optima vina amicis propinantur. Istud autem vinum deuotionis est vinum optimum pro amicis,
Cant. 7. iuxta illud, *Vinum optimum, dignũ dilecto ad*
Ysal. 72. *ad potandum:* non inimico peccatori. *Quam bonus Israel Deus, sed his qui recto sunt corde.* Secundo, quia mali in Deo minime delectantur, scilicet magis in mundanis rebus & concupiscentijs. Sed ad habendum
Psal 36. dona Dei iubetur illud Psalm. *Delectare in Domino & dabit tibi petitiones cordis tui,* scilicet dona Dei quæ consistunt in tribus, scilicet bonis naturæ, bonis animę, quæ sunt spiritualia, & bonis vtriusque, scilicet corporis & animæ, quæ sunt bona gloriæ. igitur. Secundo, quia saporat gustus per coniunctionem cum gustabili. Inde est quod Psalm. antequam inuitet ad gustandũ prius inuitat ad accedendũ ad Deũ dicens. *Accedite ad eum & illuminamini*, & quanto plus acceditur ad eum, tanto maior & melior videtur, iuxta illud Psal. *Accedet homo ad ad cor altum.* scilicet fidelis habens cor altũ & eleuatũ vsque in Deũ, nõ depressum in terrã prope mundũ, *& exaltabitur Deus*, id est magnus reputabitur apud ipsum, sicut derelinqui videtur à remotis, quãto quis appropinquat tanto maior apparet. Sed homines mali & vani longe sunt à Deo, iuxta illud *Longe à peccatoribus salus.* Ideo non est mi-
Psal 118. rum si parum eum gustant aut reputant, imo multi nihil eum reputant, iuxta illud
Psal 13. Psal. *Dixit insipiens in corde suo non est Deus.* Et si forte Dominus immittat aliquid de suauitate misericordiæ suæ dando eis bona fortunæ & naturæ, nihilominus tamen ex hebetudine gustus nihil eis sapit, quia melius sapiunt eis cardones, id est sollicitudines pungentes sęculi, quam carnes Christi. Dicitur secundo quod mali dum conuertuntur ad Dominum, frequenter etiam iustis in deuotione & abundantiam lachrymarum præstant. Hoc patet ex similitudine, quia infirmus dum peruenit ad conualescentiam, & occasione suæ infirmitatis multo tempore caruit appetitu, cum conualescit appetitus cibi vix saturari potest. Si peccator cũ per penitẽtiã cõualescit, cũ appetitu cordis optimo, & cũ salsa lachrymarũ facile donat ei Dominus hunc cibũ degustare: Quod ostẽdit Dñs in filio prodigo reuertente, cui vitulus saginatus cum choro & Luc. 15.
symphonia paratus erat à pio Patre: quia peccatori reuertenti parat Deus hũc vitulũ saginatũ in passione, vt comedat cũ dulcedine & suauitate cordis. Et quia dum clamatur, vinum indifferenter omnibus propinatur ad gustandum, inde est quod Dauid huius vini proclamator omnes

mes inuitat, tam bonos quam malos, per verba proposita. *Gustate & videte*, &c. Postquam priori sermone dictū est, quæ & quot sunt excitatiua appetitus ad hūc cibum, nunc restat dicere de saporibus huius cibi & de impedientibus sapores eiusdem. Primo itaque dicendum est hic de saporibus huius sacraméti, licet enim à Guilielm. Parisiens. in suo sacramentali plures ponātur, tamen nunc quinque tātummodo dicemus. Si enim panis materialis corpora manducantium in deserto tali ac tanta suauitate refecit, & in tali admiratione omnes contentes suspendit, vt quærerent ipsum regem facere, & ipsum corporaliter vbique sequerentur, quid facturus est ille panis cælestis longe melior, longe sapidior in animas digne ipsum sumentes, nisi ineffabili quadam suauitate reficere, & sic in sui amorem & admirationem cōuertere, vt nihil præter Christum in suis cordibus regnare permittant, sic quod ipsas trahat omnibus postpositis in sui naturam & amorem, vt autem cibum istum ardentius suscipiamus, sapores illos quinque describamus. Primo itaque sapit assum siue vsulaturam, & zeli ardorem, quo ita gloriam patris zelatus est, & quo contumeliam eius adeo ferre non sustinuit, vt pro illa restauranda ac magnificanda, pro hac vero exterminanda mori non dubitauerit. Est enim ibi agnus in cruce assus & in feruore zeli ibidem oblatus. Offerat proinde sacerdos in ardore deuotionis si possit, quoniam deuotio medulla est holocausti, vt dicat illud Psal. *Holocausta medullata offeram tibi*. Et inde sapiens noster pauperrimus affectus exultet in Domino, dicens illud Psalm. *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus*. Sed quid paratum præ multitudine & magnitudine nescit exprimere. Sicut enim qui intrat apothecam, vbi venduntur species odorum omniū aromatum vniuersaliter sentit, sed cuius sunt species exprimere nescit, quia nondum aperuit vas, sic in spirituali deuone circa hoc sacramentum aliquid sentiri potest, sed vix exprimi potest. Secūdo sapit frixuram, eo quod igne tribulationis frixus est in oleo misericordię & charitatis. In hoc enim gustatur eius misericordia, quod naturā nostrā assumere & portare, & pro patrocinio nostro in ligno pendere dignatus est. Qui enim non sapit huius misericordiæ dulcedinem, certe vt canis aut porcus ad illud accedit. Propter quod ad rite comedendā hanc misericordię frixurā sunt ibi tria masticanda secūdum Guil. Primū, quantum esuriēdus sit tam salutaris cibus, & quā sitiendus tam salutaris potus, & sancta & sobria ebrietas spiritus, quā biberat pia mater Augustini B. Monica, dum post susceptionē sacramenti in publico clamauit rapta: *Volemus in cælū fideles: volemus in cælū*. Quæ pulsata quid ita clamaret, demissa cum vultu voce. *Cor meū* (inquit) *& caro mea exultauerunt in Deum viuū*. Altera quædā (vt inquit Gerso.) ruptis venis expirauit, vim amoris ferre non sustinens. Hanc etiā sentiebat quædā venerabilis domina nomine Franciſca de Pōtianis, de qua narrat Florentinus Archiepiscopus, quod tempore Eugenij quarti consueuerat singulis diebus festiuis sacramenti cōmunionē deuotissime suscipere, sentiebatque aliquādo delectationē ita admirabilē, vt per multum tēpus in extasim raperetur. Quodā die cū in Ecclesia S. Ceciliæ trās tyberim expectaret accipere cōmunionem, sacerdos ille qui celebrabat aut leuitate ductus aut diabolica tētatione deuictus, tētauit sibi dare hostiā non consecratā. Cumque ori eius appropinquasset, recusauit illam sumere dicens: Parcat tibi Deus ô Pater, qui me nō solum decipere credidisti, sed etiā idolatriā facere voluisti. Quod postmodū sacerdos compunctus cōfessus est. Secundo, quanto lachrymarum diluuio & inūdatio, quātæ sit æstimationis apud Deum Patrem misericordiarum, qui ab ipso manducandum panem Angelorum inuitatur cui & apponitur.

Quid autem cogitare debet aliud qui refectionem istam non esurit aut sitit,

C Fuchar. Describuntur quinque sapores eiusdem sacramentalis

D Eucher. Describuntur masticanda ad rite comedēdum ibū sacramentalē Psal. 83.

nisi mortificatum se habere appetitū interiorem, aut stomachū plenū spurcitijs vitiorum, & ebriū se esse voluptate carnis aut vanitate mundi? Qui enim absque fluminū lachrymarum ad illud accedere præsumit, se inuitatum nō esse timere debet, eo quod conuiuis ante discubitū ori & manibus abluēdis aqua vbique datur. Tertio sapit charitatis ignē. Ex natalibus didicimus ex simili simile generari, & simile ex simili nutriri, & ignem igne conuenientius, facilius ac fortius accendi. Ita amor amore & charitas charitate accenditur.

Quia igitur istud sacrificium ardet, tota spiritus sancti fornace accēsum, nihil potuit efficacius adhiberi ad nutriendā, roborandā, & augendam sanctam deuotionem & dilectionem, vel etiam excogitari. Ideo non mirū si sapit charitatis ignē. Nihil enim potest hoc sacrificiū aliud sapere quā charitatem, quia in donis Dei nullum maius, nec aliam charitatem quā eam qua maiorem nemo habet charitatē, inquam, qua ipse Christus ardet, & cui nulla comparabilis, vt ex signo dilectionis certissimo, quod est suæ passionis beneficium ostēdit. Et quod ita sit potestas. Nam nihil habemus tā frequens ad offerendum patri, quam illud signū, & quotiens voluerimus promptus est in illo se offerri patri & se exhibere, etiā forte plus quam velimus. Siquidem vocatus venit pro voluntate nostra, detentus nobiscum manet, & in sacris scrinijs & sacrarijs repositus pro beneplacito nostræ voluntatis expectat. Quid igitur maiorē charitatē sapere & imprimere potest palato cordis ad hoc idoneo, quam tantæ beneficētiæ promptitudo, tanta sedulitas, tanquā infatigabilis etiam ingratis & malis dignantissimæ maiestatis suæ pæne importuna offerībilitas? Hæc Guil. Ad hunc igitur ignem assanda sunt omnia animæ nostrę latera, intellectus videlicet & affectus, intellectus ad ignē sacræ lectionis & meditationis circa hoc Sacramentū affectus ad ignem amoris & deuotionis. Intellectus enim est sinistrum latus, & assatur ligno scientiæ boni & mali, & affectus, dextrum latus quod assatur ligno vitæ. Aliquando tamen latus vnum comburitur alio remanente incocto. Hi sunt sicut paralytici, qui mediam quasi sui partem habent siccatam, scilicet partē intellectiuā, in qua semper & assidue versātur, & circa aliam nunquam. Et sunt isti longe ab igne deuotionis, quod vix possunt coqui. Non est tamen simpliciter dicendū quod æqualiter vacandū orationi & lectioni: nec vtrumque latus debemus ad ignem æqualiter apponere. Latus enim intellectus est durius & affectus tenerius. Et hoc patet, quia infra annum potest homo multum in oratione & deuotione proficere, intellectus vero non nisi per multos annos eruditur. Ideo præcepit Dominus *Ezechieli quod super sinistrum latus iaceret trecentis nonaginta diebus, & super dextrū quadraginta diebus tantū.* Quarto sapit omnium spiritualium aromatum apotheca, quia in eo cōtinetur Christus, quia secūdum, quod homo plenissimus est donorū & gratiarum tanquam spiritualium aromatum excellentiave faucibus cordi, & ori quibus de tanta apotheca & de tā nobili, nihil saporis aut suauitatis influit aut distillat, cum tamen ipse Christus sit alabastrum omniū spiritus sancti vnguentorum, in cuius odore omnes sancti cōcurrerunt. Et in Ioanne Euangelista concupiscentias generauit æternas: Stephano lapides dulcorauit. Laurentio craticulam dulcem effecit, in cuius odore securus & gaudens ibat Andreas ad crucem, & beata Agatha audenter & læta, & quasi ad epulas inuitata ibat ad carcerem, Sicut enim canis sentiens ceruum tanto ardore trahitur ad eum sprosequendum, vt prædam habeat, quod spinarum punctionem minime sentiat, sic qui huiusmodi apothecam degustauit, non sentit punctionem martyrij aut pœnitentiæ. *Charitas enim omnia suffert.* Et quia hic cibus est *sicut cynamomum & balsamum aromatizans, & sicut myrrha electa dans suauitatem odoris.* Ezech. 4. 1. Cor. 13. Eccl. 24.

Inde

Digitized by Google

Inde cogitandum est quam longe ab ipso sumus, & quantum chaos inter nos & ipsum firmauerimus, ad quos tanti saporis suauitas non peruenit, & tanti saporis fragrantia non attingit, & tantæ fornacis ardor non penetrat: Vbi (proh dolor) miser sacerdos se abscondit à calore eius, quibus extremis, aut quarũ molium vel magnitudinum interpositione tanti camini flammas à se prohibet? Quanta corruptio palati cordis & narium, quę tantam saporis suauitatem, tantam odoris fragrantiam sentire non sinit? Meditetur proinde sacerdos quisquis est ille, vt obicem amoueat, vt tanti saporis suauitatem in se suscipere possit. Quinto sapit excellentem sanctimoniam. Ibi enim sapimus quantæ sanctitatis sit sanctus sanctorum: immo fons, auctor, largitor omniũ sanctificationum, & quantę sit ipsum sanctificationis instrumentum vas & liber. Liber inquam in quo legitur ipsa sanctitas, vas vnde hauritur, quando de plenitudine eius accepimus omnem gratiam pro gratia, & instrumentum quo ipsa sanctificatio efficitur. Et ideo hoc in nobis tota attentione reuoluendum est, vt ad ipsum accedentes cum formidine, metuamus indigne eum contingere vel tractare, & indignitatem nostram eius dignitati ap-
1 Thes. 4 plicare: *Sed sciat vnusquisque nostrum vas suum possidere in omni sanctificatione & honore*, vt digne & deuote ipsum suscipiamus,
Leui. 10 ne forte nobis contingat sicut *Nadab & Abiu filij Aaron, quos ignis egressus ab altari deuorauit*, dicẽte Domino: *Sanctificabor in his qui appropinquant mihi: eo quod sine discretione & impetuosi repleti vino se ingesserunt ad pœnẽ dum ignẽ in thuribulis, qui erat alienus nec ardebat in altari.* Sed quæritur circa hoc, quare huius sacramenti sumptio fit magis comedendo quam videndo: cum ipsemet in patria videndo sit refectio comprehensorum: cur non etiam viatorum?

Respondetur, quod multiplex est ratio; Vna est expressa repræsentatio mortis Christi: quia. Hoc Sacramen
Luc. 22. tum est signum mortis Christi: sed vulneratio corporis & effusio sanguinis Christi expressius significatur per comestionem quam per actum alterius sensus: quia ibi teruntur species sacramentales & franguntur. Vnde mors Christi etiã dicitur comestio inscriptura. *Zelus domus tuæ comedit me*, id est mihi fuit causa mortis. Secunda causa est, quia effectus huius sacramenti est animæ roboratio ad perficiendum & roborandum cor & ad resistendum maius tribuitur robur ex vsu gustus quam aliorum sensuum, patet ad sensum. His enim qui examinantur datur panis vel vinum ad robur & sustentamentum eorum. Psal. 68.

E Euchar. Ratio multiplex quare sumptio Eucharistiæ fiat magis gustãdo quã videndo.

Tertia, quia vsus alimenti magis deseruit vnioni, membrorum in corpore & augmentationi & conseruationi eorum inuicem, quæ exercentur per gustum, quam vsus auditus, vel visus. Quia igitur hoc Sacramentum est ad conseruandum vnionem corporis Christi mystici, & ad augmentum vnionis in conuersatione sancta ordinatum, sequitur quod magis debuit exequi vsus eius per gustum. Quarta, quia omnis sacramentalis sumptio cuiuscunque Sacramẽti quo confertur gratia delens culpam, est per coniunctionem corporalem Sacramenti cum suscipiente, quia suscipiens debet se humiliare sub creaturis inferioribus, sicut in peccando humiliat se sumendo creaturam inferiorem, & ponendo eam inter se & Deum, cum debuisset in mente coniungi Deo. Sed hæc humiliatio non recte fieret in solo aspectu elementorum huius Sacramenti, sicut fieret in gustu, Ideo per gustum consequenter fit eius sumptio. Hæc hall. in quarta parte. Dicitur vltra secũdum eundem, quod hoc fit ad ostendendum, quod tota merces non est simpliciter in visione Dei, sed etiam in experientia gustus operantis per dilectionem, vt in themate proposito: *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.*

Secundo quæritur, quod si sacerdos non consecret hostiam, & eam populo

ostendat: nonne populus deuotus eũ adorans peccat? Præterea, nonne nobiliori modo est hostia consecrata in stomacho sacerdotis quam in pixide? cur igitur nõ licet eam ita bene adorare existentem in stomacho sacerdotis, sicut in pixide? Respondetur, Primo secundum Bonauent. in 3. distin. 9. Quod si appareat lucifer in specie Christi, & adoraretur actualiter sub conditione, quod si sit Christus adoratur & non aliter, tunc non est peccatũ, quia tunc nihil adoratur nisi Christus. Sed si habitualiter tantum, ita quod non habeatur illa actualis consideratio: non sufficit, quando est iniolita visio. Ideo ad eam non debet sequi præcipitanter adoratio, sed cum maturitate, & præuia oratione. Sed in sacramento altaris hoc sufficit: quia consecratio hostiæ est consueta. Omnes enim accedunt cum conditione: & si sacerdos hoc faciat; peccat, non tamẽ populus. Dicitur secundo secundum Richardum 3. sent. dist. 9. quod corpus Christi in stomacho sacerdotis nõ ponitur ad veneratioñem sicut in pixide, sed potius ad mentis refectionem vel aliquam aliã talem efficientiam, & ne videretur idolatria, non est ibi permissum adorari. Dissimiliora enim symbola non ducunt in errorem vt similiora, vt dicit Dionysius. Inde est quod mortuum non crederetur tam facile in se numen habere sicut viuũ. Secundo, dicendum est de his quæ hanc cœnam degustare impediunt. Sũt autem quinque. Primum est palati infectio: & hoc modo voluptuosi impidiuntur, qui ita præsentium deliciarum inficiũtur voluptate, quod illius cœnæ suauitatem fastidiunt, nec eis spiritualia sapiunt, sed tãtummodo carnalia: sicut si porcus inuitares ad furfur & ad capones, currit ad furfur capones respuẽs. Palatum enim porcinum (vt inquit Guilielmus) & gustus asininus non possunt in sapores aromatum: nec mali in sapores spirituales corporis Christi. Vnde: *Luxuriosus adolescens cupiebat implere ventrem suum de siliquis porcorum, dimissa abundantia panum domus patris sui.* Talibus enim sicut porcis sapiunt stercora, non aromata, de quibus Thren. *Qui nutriebantur in croceis*, id est, qui debent nutriri in delicijs paradisi: *amplexati sunt stercora*, id est luxuriæ fœtorem. Et hoc facit febris luxuriæ, quæ ita inficit palatum cordis, vt nihil nisi sibi nociuum sapiat. Et ita sicut infirmus etiam cessante febre, non comedit multum sapide, nisi sit bene refrigeratus, sic nec tales voluptuosi, nisi cessante febre peccati & refrigerato lubricitatis ardore. Et ideo sicut boni lecatores abstinent ab aceto ne impediantur à bono sapore vini: ita qui discretionem habet spiritualis gustus ab huiusmodi abstinere debet, vt possit in sanguine Christi deliciari. Cuius Dominus exemplum ostendit, qui gustaturus cœnam suam in ara crucis, acetum bibere noluit: Et isti figurati sunt per illum qui vxorem ducens se excusauit, ne ad cœnam patris familias accederet. Sunt enim tales ita in concupiscentijs carnalibus impediti, quod non possunt æternis intendere. Secundo, cœnæ huius gustum impedit nimia occupatio, propter quam impediti minime sentiunt hunc cibum, quia ita intendunt temporalibus aggregandis, quod non licet eis de Deo cogitare, nec ad ipsum tẽdere. similes feminis quarundam auium: vtpote gallinis, quæ ita sollicitæ sunt ova ponere & fouere, & pullos nutrire, quod non licet eis cibum quærere. immo ad nidum cibus ei portatur, si debeant comedere. Sic isti ita impediuntur ad temporalia coaceruanda, & statum suum fouendum, quod cibum verbi Dei aut Eucharistię vix in vita semel digne recipiũt, de quibus Psalm. *Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.* qui scilicet sunt pauperes, ad superiora occupati. Fons enim viuus, qui inclusus est, nec habet foramen per quod possit exire, semper ad alta ascẽdit. Sic cor dum per sensus non effluit ad hæc inferiora meditanda, semper in altum ad superiora conscendit: *Suspendiũ lob 7. elegit anima mea.* Qui enim suspenditur: pedibus

E *Euchar. adoratio. Non est necesse apponere conditionem expressam in adoratione Euchar.*

G *Euchar. Quid sit quandoque impedimentum gustum cibi Sacramenti alii*

Luc. 15.

Thren. 4

Luc. 14.

Psal. 33.

pedibus non tangit terram. Tales autem cupidi se excusant à cœna illa degustanda, quomodo se excusauit qui dicebat:
Luc. 14. *Juga boũ ẽmi quinque*: quia tales pro omnibus laboribus suis quos per sensuũ concupiscentias reportant, & ad hoc ita occupantur, quod ad comedendũ hunc panem tempus & horam congruam sibi sumere non possunt.

Tertio, impedit hunc gustum saturitas & hoc quoad superbos & elatos. Saturati enim pisis & fabis cibos nauseant meliores. Sic saturati honoribus & gaudijs mũdi. Pisa enim & fabæ inflant & ventositatem generant. *Anima satiata calcabit fauum.*
Prou. 27 Et ideo sicut magnam contumeliã quis inuitanti eum ad mensam splendidam & opulentam faceret, si prius se satiaret, & quasi de largitate inuitantis diffidere videretur, sic qui præsentibus honoribus & gaudijs se implent. Ideo à talibus abstinere debemus, quę sunt quasi quędam taberna mundi, vbi ad malum suum inebriantur multi, de quibus Apostolus:
1 Cor. 11 *Vnusquisque præsumit cœnam suam ad manducandum*, & alius quidem sitit, alius ebrius est. Leccatores enim se præbent, qui modicum expectare non possunt cœnã magnam illius patris familias. Leccator enim præ nimia festinatione vrit se morsello nimium calido. Sic accipiunt hos honores, qui ipsos infinitis miserijs & tribularionibus hic in præsenti sæculo exagitant, & in futuro perpetuo comburent. Et quia tales sunt vt qui sunt repleti malis moribus, ideo non possunt hanc sacratissimam cœnam degustare, quæ nihil mali humoris secum patitur: immo se
Luca 14 excusat illorum vnusquisque dicens: *Villam emi: ideo necesse habeo exire & videre illam.* Villanus dicitur à villa, & rusticus à rure. Nullus autem magis rusticus vel villanus, quã superbus, quia præfert se meliori, ita vt mereatur dici sibi: *da huic locũ*: Tũ quia de nullo beneficio gratias agit, sed sibi omnia ascribit, ideo iratus pater familias, dixit seruo suo! *Exi cito per vicos & plateas ciuitatis, & pauperes, & debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.* Pauperes sunt qui quantumcunque boni, & iusti sint, se reputant indignos, de quibus Thren. *Ego vir videns paupertatem meam.* Hos vult Thren. 3
Dominus pascere hoc cibo, qui non intendit in mensa sua facere ebrios, sed qui propter Deum clamant habere panem, dicentes: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Matt. 6. Sed debiles sunt: qui de viribus suis non præsumunt, qui dicunt: *Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum.* Psalm. 6 Infirmorum enim est inniti super potentias. Nulli autem potentiæ innitẽdum est nisi diuinæ, non sæculi quæ est baculus arundineus confractus. Dispensator autẽ huius cœnæ tales optime cognoscit & recipit, qui pauperes sunt spiritu, non diuites aut superbi, indigni cibum cœnæ huius degustare. Quarto, impedit secundũ Guilielmum: Distantia nimia palati cordis nostri à tali tanta suauitate cibi: Ait enim: Contingit in hoc Sacramento, vt plerique nihil saporis aut suauitatis sentiant, quia sæpe longe sunt palata cordiũ nostrorũ ab illo ascensu sublimi spiritualium saporũ. Sicut enim intellectus etiã fide illuminatus, & multa scientia sacra præditus longe est ab eo qui prophetico splẽdore claresci, sic & affectus, licet etiã sanctus sis & ab omni labe peccati mortalis purificatus: & palatũ cordis licet sit sanum & mundum, & nulla febre iniquitatis corruptũ, adhuc tamen valde longe est ab illa excellẽtia gustus spiritualis & virtute saporãdi, quæ donũ sapiẽtiæ dicitur: Vnde & dicitur *manna absconditum*, eo quod eius delicioſitas pleriſq; sit abscõdita. Quod videbatur intelligere qui dicebat: *Satiabor cũ apparuerit gloria tua*, scilicet Apo. 2. Psal. 16.
cũ panẽ vitæ plena manifestatione se esse declarabit, & pleno ore se comedẽdũ dederit. Et licet eis Deus sit maxime prẽsẽs & proximus, propter tamẽ illam elongationẽ palati à saporibus illis non sapiunt, sicut enim lux cęco præsentissima est, ipse autem ab ea remotissimus: sic fontalis Dei & abyssalis suauitas, palato cordis nondum illa sublimitate gustus præditi

to proxima est, sed ipsum palatum ab ea remotissimum. Præterea, non omnia palata neque omnes gustus corporales possunt in omnes sapores sensibiles. Nam porcinum palatum & gustus asininus nō possunt in sapores aromatum. Ideo non est mirandum, si palata sana & munda nondum attingunt ad sensum saporum spiritualium. Hoc enim prohibet nobilitas ipsorum saporum & grossities, & obtusio palatorum. Hæc Guilielmus.

Quinto, impedit degustationem huius cœnæ, nimia quorumdam præcipitatio. In nonnullis (vt dicit Guilielm.) est defectus saporandi hunc cibum ex defectu masticationis & expressionis, qui sensum saporis impedit. Quidam enim vitæ panem ea velocitate deglutiunt, vt non solum nullum ex eo saporē suauitatis masticando exprimant, sed nec etiam vllum odoris eius vel tenue vestigium retineant: vt sunt sacerdotes, qui nimia velocitate missam celebrant, vt curiales presbyteri, vel qui in mensa Domini vt alios antecedant, se inuicem irreuerenter contrudunt.

SERMO XIII. DE VTILITATIBVS quas assequuntur digne recipientes hoc Sacramentum. per Thema.

Neem. 8. A Euchar. vinea. Quomodo differant vinea & agricola terrestris, & cælestis huius & quod in Eucharist. optimū vinū seruatur.

COmedite pinguia & bibite mulsum, quia dies Domini est.

Forte quæreret aliquis ignarus sensus mystici: Quomodo ecclesia nunc nos admonet, bibere mulsum, cum nondum vineæ floruerunt, vel si floruerunt, nondum tamen peruenerunt ad maturitatem fructus.

Ad hoc responderi potest, quod differentia est inter vineas terrestres & vineas cælestes: & inter agricolas huius terræ, & agricolam cælestem. Nam vineæ sæculi huius situantur in terra frigida, ideo non nisi certo tempore & cum magno labore dant mustum, immo aliquando præ frigiditate vuas acerbas gerunt.

Sed vinea cælestis à qua emungimus vinū istud, est in terra calida feruore charitatis, ideo omni tempore dat mustum suū, & propterea non est mirabile si modo ecclesia nos inuitat ad bibendum mustum dicens: *Comedite pinguia*, &c. Similiter agricolæ huius terræ, sunt pauperes nec sufficienter habent, vnde impinguēt terram suam. Sed agricola cælestis est valde diues & potens & qui seipso operatur in vinea. Iuxta illud: *Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est.* & illud: *Pater meus & vsque modo operatur.* Ideo fecit terrā Christi pinguissimam, secundum Psal. *Pinguescent speciosa deserti.* Maxime autem speciosum quod apparuit in deserto huius mūdi, fuit humanitas Christi, iuxta illud: *Speciosus forma præ filijs hominum.* ideo talis vitis sic impinguata profert semper optimum vinum, & in abūdantia. Et propter hoc non mirum si hodie multum lętetur ecclesia, & suos filios incitet dicens: *Comedite pinguia.* Quando enim aliquis habet optimum fructum in horto suo, facit magnum festum de eo, & quia hic fructus creuit in horto ecclesiæ, ideo Deo & nobis hodie facit magnum festum de eo dicēdo: *Comedite pinguia*, &c. Vulgo dicitur: *On ne doit point demander de bon vin la ou il creuſt:* hoc est, non debet inquiri de bono vino vbi creuerit. Si intelligatur quod nō debet inquiri vel ab eo qui inebriatur vino vnde est, loquendo de materiali vino, sed tamen ab alijs quæri potest vbi crescit, vt eāt homines in terram illā sic vino refertā. Ob hoc refert Titus Liuius Gallos intrasse Italiam, eo quod optimis vinis refertam patriam quidam Gallorum, qui eam lustrauerant, retulerunt. Sic ergo quærendū est à nobis vbi capitur hoc vinum, vt eamus ad tabernā, & bibamus ex eo. Et inquiramus vbi crescit hic fructus vt colligamus eum.

Sed ad hoc respondetur quod hic fructus est vteri virginalis fructus. Iuxta illud: *Ecce hereditas Domini filij mercedes fructus ventris.* Secundo est fructus arboris crucis. Nec hunc fructum gustabit, nisi qui ad arborem ad colligendum ascenderit.

Psal. 65.

Psal. 44.

Psa. 126. B Euchar. Fructus Euchar. sic sumptus fit.

Ascen-

Cant. 7. *Ascendam ad palmam*, id est, in crucem per sinecdochem, quia pars maior crucis erat palma, *& apprehendam fructus eius*. Palma autem arbor est alta, quæ in altiori parte suauiores fructus gignit: sic qui altius ascendit, id est perseuerátius, delectationes suauiores inuenit. Quod autem oporteat ascendere ad colligendum vel gustandũ hunc fructum, patet per illud: *Erit germen* Esaie 4. *Domini*, id est filius Dei patris *in magnificẽtia: & fructus terræ sublimis fructus*, scilicet Mariæ virginis. Vt autem velit ad nos inclinare seipsam arborem vt valeamus de suo percipere fructu eam salutemus dicentes. *Aue Maria. &c.*

C Eucha. Pinguedo. De pinguedine spirituali & corporali quomodo differunt, & quomodo conueniunt.

Quæritur quomodo præcipit ecclesia nobis quod comedebamus pinguia, viso quod pinguedo est res generans malos humores in comedente, non autem corpus Christi, & sic per pinguedinem non intelligitur corpus Christi. Ad hoc respõdetur quodduplex est pinguedo, vna materialis, alia spiritualis, quæ sic inter se differunt. Nam pinguedo materialis ab omnibus indifferenter manducatur, hæc autẽ solis spiritualiter regibus, id est qui spirituale regimen animæ suæ ratione dirigunt, conuenit ita vt ab eis solis vtiliter & delectabiliter comedatur. *Pinguis est panis Aser*, Gen. 49. id est Christi: *& præbebit delicias regibus*. Secundo differunt, quia pinguedo materialis replet corpus: hęc animã, iuxta illud: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima* Psal 62. *mea*: Ideo: *Aruit cor meũ, quia oblitus sum* Psa. 101. *comedere panẽ meũ*. Tertio, quia pinguedo materialis vt plurimũ nauseam causat in corde & malos humores, hæc autẽ cõfirmat, iuxta illud: *Panis cor hominis confirmet*. Psa 103 Quarto pinguedo illa materialis sæpe fastidit appetitũ, hęc vero nõ, quia: *Qui edũt* Eccl. 24 *me adhuc esurient, &c.* Inde dicitur: *Domine* Ioan. 6. *da nobis semper panẽ hunc: Dicat eis Iesus: Ego sum panis vitæ*. Dicitur secundo, quod licet discõueniant materialis pinguedo & spiritualis: ad similitudinẽ tamen materialis pinguedinis dicitur pinguedo spiritualis. Primo, quia sicut pinguedo materialis valet ad inflãmandũ: sic pinguedo spiritualis corporis Christi, scilicet ad inflãmandum affectũ bono more, iuxta illud: *Qui* Psa. 147 *posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te*. Prius enim apponenda est pax inter aduersarios, deinde ad huius Sacramenti pinguedinem accedendum est.

Non enim est huiusmodi pinguedo sicut pinguedo carnalitatis & porcorum, quæ est causa totius contrarietatis & discordiæ, quia qui modo sunt in diuitijs & delicijs pinguiores, sunt ad discordiam promptiores, iuxta illud. *Tauri pingues ob-* Psal. 21. *sederunt me*. Secũdo, in hoc est similitudo, quod terrestris pinguedo in loco bene rigato aut rorato, est abundantiæ bonorũ causa & nutrimentũ, & exinde possessores diuites facit. Sic ista pinguedo humanitatis rore diuinitatis rigata animam diuitẽ & pinguem facit, iuxta illud: *In pin-* Gen. 27. *guedine terræ*. scilicet humanitatis Christi, quæ pinguedo est gratiarum & virtutum, *& in rore cœli desuper cadente*, scilicet diuinitate desuper veniente, *erit benedictio*. Tertio quia sicut vnctio pinguedinis pellem vnctam reddit magis suauẽ & mollem, sic hæc pinguedo animã reddit magis compatientẽ. *Inebriabo animat sacerdo-* Hier. 31 *tum pinguedine*. Quarto, quia diebus festiuis solẽt comedi magis quã alijs diebus cornes pingues: Sic hodie illud Ecclesiæ præcipit de pinguedine spirituali carniũ Christi dicẽs: *Comedite pinguia*, &c. Vt autem videamus huius Sacramenti virtutẽ, & degustare possimus dulcedinẽ eius & pinguedinẽ, in hoc sermone tantũmodo dicemus duodecim vtilitates, quę prouenium his qui digne hoc sacramentũ recipiunt, quæ habẽtur figillatim ex illo Ps. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*. Primus effectus huius Sacramenti est salubris directio ipsius Dei, qui dirigit digne suscipientem in operibus suis. Primo, quidem quasi rex regum dirigendo omnia quæ in nobis sunt. Vnde quærimus in oratione Dominica *Adueniat regnũ* Matt. 6. *tuum*, scilicet in anima nostra, *vt fiat voluntas tua sicut in cælo*, id est in cœlestibus *sic in terra* nostra, id est nostri corporis, & hoc

D Eucha. describũtur 12. vtilitates Sacramenti Eucharistiæ imprimis quod est directio suscipienti. Psal. 22.

est habēdo, *Panē nostrū quotidianū* & supersubstantialē scilicet corpus Christi, quod postea in eadē oratione petimus. Inde in
Psal 22. principio Ps. dicitur: *Dominus regit me*, id est, dirigit me. Secūdo quasi magister discipulū. Magna est vtilitas, quādo discipulus est sub bono rectore directus. Ad hoc enim multū laborant parentes pro filijs. Et ideo si hoc modo te regat Dñs: iā discipulus eius es, iam apud te faciet pascha. Tertio, sicut nauta nauē. Dū enim nauis stat in maximis periculis: optimo & artificiosissimo nauta indiget vt dirigatur. Nauis autē corporis nostri fragilis est in medijs periculis in mari huius sæculi, Ps.
Psal 113 *Hoc mare magnum & spatiosum manibus illic reptilia*, &c. Ideo opus est vt digne in naui nostra hunc nautā suscipiamus, vt nos dirigat in viam salutis æternæ. Quarto sicut tutor pupillū. Maxime enim vtile est pueris sub tutela existētibus optimū habere tutorē, qui sibi seruet hæreditatem suā. Nos autē pueri sumus, qui nondū ad ætatē plenitudinis Christi peruenimus: ideo necesse est nos & inter nos hūc tutorē recipere, vt nos regat & dirigat: quia si ille pro nobis, quis cōtra nos *Dominus regit*
Psal. 22. E Euchar. Quid cōfertur abundantia gratia in Eucharistia *me*. Secūdus effectus huius sacramenti est abundātia gratiæ, quā cofert digna huius Sacraméti susceptio. Rationē huius tāgit Thomas tertia parte q. 79. quia in eo cōtinetur Christus, qui sicut veniēs in mūdum venit cum gratia, secundum illud:
Ioan. 1. *Gratia & veritas per Iesum Christū facta est*, ita etiā veniens in hoc Sacramento venit gratia, iuxta illud: *Qui manducat me viuit*
Ioan. 6. *propter me*. Tūm quia repræsentatur in eo passio Christi, quæ fuit gratiæ effectiua. Tū tertio, quia sumitur sub specie cibi nutriētis; Ideo sicut cibus prēstat vitā, sic hoc Sacramentū gratiā: quæ est animę vita. Tum etiam, quia ex nomine hoc importat, Eucharistia enim dicitur quasi bona gratia. Dicitur etiā sacrificiū respectu scilicet passionis Christi quam repræsentat, & communio respectu præsentis quasi communis vnio, quia vnit membra cum corpore mystico, & viāticū respectu futuri, quia figuratiuum est vitæ æternę. Et quia passio vnio & gloria sunt ex gratia, ideo cōuenienter vocatur Eucharistia, id est, bona gratia nobis à Deo collata. Præterea, quid est quod non habeant, qui habentē omnia habent, vt vult Greg. Vnde Hiero. Habēti Deū totus mūdus diuitiarū est. Sed digne suscipientes Eucharistiā, habēt illū, qui omnia habet, ergo abundantiā gratię prēstat, Qui licet ad extra nihil videantur habere, interius tamē in anima omnia possidēt. Inde Apostolus. *Nihil habentes, & omnia possidētes*: habent enim omnia & eis nihil deest, qui gratiā Dei habēt in abundātia. Vnde subdit Psal. *Et nihil mihi deerit*. Sed quæritur vtrū tantā gratiā mereatur digne māducans spiritualiter, quantā qui spiritualiter & sacramētaliter manducat? Et videtur quod sic, quia: *Si nō abiero, paraclitus non veniet ad vos*, vbi habetur ab Augustino, quod corporalis præsentia impediebat Apostolos à cogitatione diuinitatis, ergo magis videtur impedimento deseruire māducatio sacramētalis, quā merito fidei cōuenire. In oppositū arguitur, quia non tantū meretur baptizatus baptismo flaminis, sicut baptizatus baptismo flaminis & fluminis, quia primus assequitur tantū remissonē omnis culpę & nō pœnę secūdus vtrūque ergo similiter est in istis māducātibus. Respondet ad hoc Alex. Primo, quod plus meretur cæteris paribus manducās sacramētaliter & spiritualiter quā spiritualiter tantū. Tū propter rationē factā, Tū propter fidē qui exercetur & memoriā passionis qui ibi recolitur, Tū quia hoc Sacramētū in nō ficto prēter deuotionē suscipiētis ex opere operato gratiā cōfert, Tū etiā quia transfert intellectū de humanis ad diuina, ratione cuius magnus magis fit capax gratiæ. Vnde Innocētius. Sapiētia Dei qui se per visibilia manifestat, volēs euidēter ostēdere quod ipsa est cibus animarū, carnem assumpta proposuit in edulium, vt per cibū humanitatis inuitaret ad gustum diuinitatis. Dicitur secundo secundū eundem, quod
2. Cor 6 *Psal. 22. F Euchar. Quid digna susceptio sacramentalis addit meritū solius spiritualis.* *Ioan. 16*

non

Digitized by Google

non eſt ſimile de Apoſtolis habentibus præſentiam corporalẽ Chriſti, & de nobis habentibus præſentiã ſacramentalẽ, quia illi videtes Chriſtum hominẽ oculis corporalibus tot ſigna facere, illi omnino adhæſerunt ſua contẽti humanitate modo eleuantes oculos mentis ad deitatem: Sed in hac manducatione omnino fit aliter: quia cum ibi ſit aliter quã ſenſus dictet, ſumens nullo modo adhæret dictamini ſenſus, ſed fidei tantũ, eo quod ſenſus ſibi derelictus dicit cõtrariũ fidei, cui tamẽ aſſẽtit fidelis adminiculo fidei. Tertius effectus eſt refectio & cõſolatio ſpiritualis ipſius animę: Licet enim ex ſecũdo effectu iſtud Sacramentũ dat vitã animæ noſtræ, eo quod confert gratiã, tamen ex hoc effectu tertio continuat eã conſolãdo & reficiendo. Inde ſequitur: *In loco paſcuæ*, ſcilicet in Eccleſia quæ eſt locus paſcuæ ſpiritualis, *ibi me collocauit*. Et præcipue animam reficit ex ſacratiſsimę paſsionis memoria. Hic enim eſt rectus ordo. Nam (vt ait Salomon.) *Anima quæ nouit amaritudinẽ ipſa conſolabitur.* Vnde orat Ambroſ. Panis dulciſsime ſana palatũ cordis mei, vt nulla præter te ſentiam dulcedinẽ, panis ſuauiſsime habens omne delectamentum, & omnẽ ſaporis ſuauitatem, qui nos ſemper reficis, & in te numquã deficis, comedat te cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animæ meę. Multi enim ſunt ſolliciti de vita & ſanitate corporali, qui non ſumunt aliqua cibaria, niſi prius probentur, timẽtes de admixtione veneni, ſed panis ſine probatione ſumitur, quia in pane non ſolet poni venenũ. Sic ſuo modo ſolliciti de ſpirituali ſanitate & vita, non debẽt ſtatim ſumere quæcumq; eis offeruntur, quia debent timere de admixtione veneni diabolici. Sicut enim venenum permiſcetur cibo quẽ plus diligit homo: ſic dæmõ cupidis venenũ auaritiæ miſcet, ambitioſis ſuperbiæ peccatũ, delicatis luxuriæ vitiũ. Sed Chriſtus eſt panis ſine venenũ miſceri nõ poteſt. *Peccatũ non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.* Ideo ad deſiderantibus ſpiritualis vitæ ſanitatem ſine hęſitatione ſumẽdus eſt. In quo multum peccant qui timẽtes poſtea recidere in peccatũ verẽtur accedere ad hunc cibũ quaſi in eo ſit aliquid veneni vel inclinãtis in malũ. Quia enim tales habẽt voluntatem cõmittendi perditionẽ, ideo nolũt habere fidem cum Domino, nec ſe ſubijcere aut eum recipere. Et quia filios Dei ſe non eſſe conſiderãt, non tanquã canes à menſa filiorũ ſe auertunt. Quartus effectus eſt cõcupiſcentiæ inordinatæ extinctio. Extinguit enim concupiſcẽtias malas. *Super aquã refectionis educauit me.* Nutritur enim fidelis anima hoc pane. Sed mẽſa iſta poſita eſt ſuper aquã gratię quę reficit animã, vt dictũ eſt, quæ ideo dicitur aqua, quia extinguit inordinatos affectus. Hæc enim eſt aqua illa, de quã *qui biberit ex hac aqua non ſitiet iterũ* ſiti concupiſcẽtię. Hæc eſt ros ille ſalubris deſcẽdens de cælo, de quo *Nome ardorẽ*, ſcilicet concupiſcentiæ, *refrigerabit ros*. Hoc eſt lumen de quo in figura legitur, *quod flãma accenſa in lapidibus percuſſis aqua reſidua à lumine quod refulſit ab altari conſumpta eſt*, quia ſæpe flãma concupiſcentiæ quæ naſcitur ex aqua reſidua, id eſt temporaliũ rerum affluentia & ſuperfluitate, qua lapides, id eſt, mundani homines perfunduntur, extinguitur à lumine ab altari refulgẽte, id eſt à gratia ſacramenti Euchariſtiæ, quod in altari cõſecratur. Vnde antiqui aſsimilauerũt vinũ theriacæ. Calefacit enim corpora frigida, & infrigidat calida cõcupiſcentiæ feruore, quia mirabiliter minuit Euchariſtia feruorẽ illũ. *Anima calida qui ſi ignis ardẽs nõ extinguetur donec aliquid gluciat*, ſcilicet corpus Chriſti. Quintus effectus eſt, liberatio à quotidianis malis, ſcilicet peccatis venialibus & ſeruilibus operibus peccati. *Animã meã conuertit.* Vix enim diuertitur anima, quin in peccatum veniale ſæpe præcipitet. Sed hoc ſacramentũ cõuertit eã ad Dñm, vt non ſit ita præceps, imo peccata ſi quæ ſint venialia, de quibus etiã nõ habeat cõtritionẽ virtute huius ſacramẽti delẽtur omnia aut aliqua, & etiã peccata mortalia oblita, & hoc patet

G Euchar. Quod detur refectio & cõſolatio animæ in ſacramento Pſal 22.

Prou. 14

2. Pet. 2

H Euchar. Quod virtute ſacramẽti ſit cõcupiſcentia inordinata extinctio Pſal 22.

Ioan 4.

Eccl 18.

2. Mac 2

Eccl 23.

Pſal 22.

I Euchar. Quod liberamur à malis quotidianis virtute

per Aug. Et recitatur de cõse. d. 2. Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit: quia quotidie peccamus peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest, & sequitur ibidem. Dedit enim nobis Deus hoc Sacramentũ salutis vt quia quotidie peccamus & ille iam mori non potest, per hoc sacramentũ remissionem consequamur. Item Amb. in in oratione: Panis sancte qui de cælo descendisti & das vitam mundo, veni in cor meum & munda me ab omni inquinamento carnis & spiritus. Intra animam meam: sana me & sanctifica me interius & exterius. Præterea, secundum de argẽtina in 4. Licet venialia non inducãt ęternam damnationem, tria tamen mala inducunt. Primo, quidem feruorem charitatis diminuunt. Secundo, ad temporalẽ pœnam obligãt. Tertio, ad peccata mortalia trahunt. Vnde Aug. Vitasti grandia, caue ne obruaris arena. Sed hoc sacramẽtum repræsentat Christi passionem, cuius consideratio in fidelibus feruorẽ auget, cuius meritum pro peccatis satisfacit, cuius peccatum mortalia diluit. Ideo nõ est mirum si effectum quem passio Christi efficit in toto mundo, hoc sacramentum eius repræsentatiuum hoc idem efficit in homine, iuxta illud: *Hic est sanguis meus qui pro vobis effundetur*. Præterea, si mulier hemorrhoissa tangendo solam fimbriam vestimenti eius sanata est ab infirmitate corporali, credendum est magis ex contractu illius sacratissimi corporis cõsequi sanitatẽ animæ, cũ ad eam sanandã præcipue descenderit. Vnde & in oratione dominica postquã petiuimus hunc panẽ petimus consequẽter vt dimittat nobis debita nostra, ac si panis iste via esset ad ea delenda. Et si dicatur, quod tũc falsum esset quod dicitur: *Si dixerimus quia peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est*. Nunc autẽ si Eucharistia omnia peccata venialia deleat, tunc poterimus dicere nos esse sine peccato. Ad hoc respondet de argentina in 4. Primo, quod [illa] verba non vult negare Ioannes quin homo per aliquod tempus possit esse sine quocumque peccato, sed ex his verbis magis videtur fragilitatem & instabilitatem humanæ conditionis innuere, quia non potest homo diu permanere quin cadat in peccatum, nisi ex speciali gratia pręueniatur. Vel loquitur Ioannes quoad nostram innotescentiam, quia nobis de certo constare non potest, quod simus sine peccato. Et ideo quisq; suo verbo peccaret, si aliqua præsumptione diceret se nullum habere peccatum. Sed quæritur vtrum per Eucharistiæ susceptionẽ deleantur peccata mortalia. Et videtur quod sic, quia illud quod dat vitam spirituem auferit mortem spiritualẽ, & per consequens mortale peccatum quo moritur anima, sed istud sacramentum dat vitam spiritualem. *Panis enim Dei est qui de cælo descendit, & dat vitã mundo*, igitur. Secundo, hoc sacramẽtum ita expresse repræsentat passionem Christi sicut baptismus, sed baptismus virtute passionis Christi quam signat, delet mortalia, ergo & hoc sacramentum. Præterea, minor esset efficacia huius sacramenti quam aliorũ, quod falsum est, cum hoc sacramentũ sit sacramentum sacramentorum. Item hoc videtur dicere Gregor. in collecta. Sit (inquit) ablutio scelerum. Ad hoc respondetur. Primo, secundum de argentina in quarto, quod per Eucharistiam non deletur mortale peccatũ, cuius homo actualẽ habuerit memoriam sine pœnitentia. Patet, quia quod augetur non deletur, sed accedens cum actuali memoria seu conscientia peccati mortalis peccat nouo peccato mortali, igitur. Dicitur secũdo quod illud Collectæ, sit ablutio scelerum, potest intelligi tripliciter. Vel de sceleribus oblitis, quorum parati essemus emendam facere, si memoriam haberemus, de quibus iudicandum est tunc sicut de venialibus. Vel secundo intelligitur de ablutione scelerum, non quantum ad culpam vel delectationem mortalis peccati: quia necesse est vt hoc deleatur vel baptismo, vel pœnitentia, sed tantum modo quantũ ad rea-

K *Venialia Quod ve nialia tria mala facãt*

Mat. 26

1. Ioan. 1

Ieah. 6.

L *Eucha. Quod per Eucharistiã non deletur mortale, cuius est actualis memoria & exponitur ablutio, sit ablutio scelerum*

ad reatum & pœnam, quia tanta posset esse deuotio recipientis hoc sacramentũ, quod Deus ei remitteret omnem pœnã, quam pro suis peccatis confessis & contritis deberet in purgatorio sustinere: Zacheo enim hospiti suo omnia delicta sua condonauit. Vel tertio intelligitur de ablutione scelerũ, in quantum illud benedictum sacramentũ præuenit & retũdit causas mortalium peccatorũ, quę sunt tres, mundus, caro, & dæmon. Nam Eucharistia deuote susceptra vt dictum est, extinguit carnis concupiscentiam, munit contra dæmonum nequitiã, & confortat contra mundi tyrannicam sæuitiam. Hæc de argentina in 4. Dicitur tertio, quod vita spiritualis in hoc mundo tres habet gradus generales. Primus est pœnitentium. Secundus proficientium. Tertius perfectorum. Primum non dat sacramẽtum istud, sed præsupponit. Sine enim illo gradu nullus debet ad ipsum accedere, quia sine illo gradu spiritus hominis mortuus est, & sibi non congruit hoc Sacramentũ quod est cibus spiritus, quia inutiliter cibus mortuo ministratur. Sed quantum ad secundum & tertiũ gradus, istud sacramentum dat vitam mundo, id est hominibus corporaliter existentibus in mundo. Nam Deus est vita animæ sicut anima corporis, vt ait Aug. Ergo sicut anima moritur cum à Deo separatur, sic reuiuiscit cum per debitam pœnitentiam Deo renuitur. Et hanc vitam per sacramentum pœnitentiæ inchoatam perficit hoc sacramentum, ita vt sua virtute de pœnitente faciat proficientem, & de proficiente perfectum & excellentem. Hæc de argentina. Dicitur quarto, quod ideo per baptismum & pœnitentiã remittuntur peccata, quia signant illam ablutionẽ qua fuit homo purgatus virtute passionis Christi. Ablutio enim aquæ vel lachrymarum significat ablutionẽ quæ fiebat in effusione sanguinis Christi, iuxta illud: *Lauit nos in sanguine suo.* Signat etiam immersionem Christi in mortem: vt per hoc mortui simus peccato, iuxta illud: *Quicumque baptizati sumus, in morte Christi baptizati sumus.* Eucharistia vero non istã ablutionem repræsentat, sed magis Christum oblatum in ara crucis. Ideo illa duo sacramenta sunt deletiua peccati mortalis ex pacto & diuina institutione, nõ autem Eucharistia. Nec hoc est ex inefficacia huius sacramenti, sed magis vt dicit Bonauen. in 4. dist. 12. Quia tam nobile est hoc sacramentum & tam nobilis panis, quod non debet dari nisi filijs, id est, iam iustificatis, & qui tales sunt, non habent mortale peccatum. Sextus effectus eius est inclinatio ad bonum, & quodã modo confirmatio in eo. Vnde subditur. *Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suũ*, id est, inclinauit me ad sequendũ semitas bonorum operum propter gloriam suã, vel propter nomen suum, id est verbum vel filium suum, si eum digne susceperimus. Et quod ita sit quod confirmet in bono, probat de argẽtina in quarto. Quia qui credit aliquid magnum bonũ, & diligit illud, & sperat illud se posse consequi, quanto magis credit, diligit, & sperat per operationes consequi, tanto plus in huiusmodi operibus cõfirmatur. Sed digne recipiens hoc sacramentũ credit, diligit, & sperat obtinere clare quod in ænigmate & in signo videt, qui in bono opere per hoc maxime confirmatur. Et hunc ordinem tenet Psal. Cum enim dixisset: *Credo videre* quoad fidem, *bona Domini, in terra viuentium*, & ideo diligendo quoad charitatem, *expecta Dominum*, per spem, subiunxit: *viriliter age* quoad operationem bonam, quæ exinde sequitur, & deinde confortatio & confirmatio in bono opere, cum subditur: *confortetur cor tuum & sustine Dominum* in anima tua hospitem & consolatorem. Sed quod hoc fiat virtute huius sacramenti ostendit paulo ante cum dixit: *Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis*, id est, verbi incarnati, non taurorum aut vitulorum. Præterea Altisiodoren. arguit. Sacramentum Eucharistię est sacramentum dilectionis, sed fortis est vt mors dilectio.

Rom. 6. M Euchar. Quare magis per baptismum & pœnitentiam delentur mortalia quã per Eucharis.

Psal. 22. N Euchar. Quod virtute Eucharistiæ quis confirmatur in bono.

Psal. 26.

Apoc. 1.

Aquæ

Cant.8. *Aquæ enim multæ non potuerunt extinguere charitatem.* Ergo hoc ſacramentum corroborat & confirmat animam in bono, iuxta illud Pſ. *Panis cor hominis confirmet.* Et ſi dicatur quod tunc ſuperfluëret cõfirmationis ſacramentum: Reſpondet idẽ doctor, quod Sacramentũ Euchariſtiæ quibuſdam eſt panis, quibuſdam lac, vt dicit Apoſtolus: *Tanquam parvulis in Chriſto lac dedi vobis potum non eſcam.* & iterum: *Nihil aliud me iudico ſcire inter vos niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum.* Illis ergo Chriſti corpus lac eſt, qui humanis virtutibus Chriſtum imitantur, & iſtos non confirmat nec corroborat: grandibus vero qui ipſum imitantur, non ſolum in humanis virtutibus, ſed in diuinis in quibus iã delectãtur, panis eſt. Vnde Dominus ad Auguſt. Cibus ſum grandium, creſce & mãducabis me, & huiuſmodi grandes confirmat.

Pſa 103

1.Cor.3.

1.Cor.2.

Quia igitur ſacramentum Euchariſtiæ non omnes confirmat: & ſacramentum confirmationis ad hoc eſt ordinatũ, vt omnes confirmet, tam paruulos quam grandes: propter hoc non eſt ſuperfluum ponere. Hæc Altiſiod. in 4. Septimus effectus eſt, contra tyrannidem ſeu tyrannicam tentationem & nequitiam diaboli munimentum. Inde ſubditur: *Si ambulem in medio vmbræ mortis*, id eſt tentationis, in cuius vmbra vel frigerio mors eſt animæ ſpiritualis, vel *in medio vmbræ mortis*, id eſt nequitiarum diaboli, quę ſunt ſimilitudo & initium mortis, *non timebo mala* & tentationes: *quoniam tu mecum es* per dignam ſuſceptionem. Hoc autem probatur multipliciter.

Pſal.22 O Euchar. eſt munimentũ cõtra diabolicas tentationes probatur multipliciter

Primo quidem per figuram. *Quia in ſanguine agni vnde liniti erant poſtes domus præſeruati erant filij Iſrael ab angelo percuſſore.* Sic virtute effuſionis ſanguinis Chriſti, quam memoramur in hoc Sacramento, à dæmonis aſtutia præſeruamur. Item figuratur hoc: vbi dicitur: *quod Raab meretrix recepit exploratores ligando funiculum coccineum in feneſtra, & ſic liberauit domum ſuã.* quia anima peccatrix pœnitendo & Chriſtum recipiẽdo ligando in feneſtra, id eſt ſenſibus corporeis, funiculum coccineũ, id eſt memoriam paſſionis Chriſti, quæ exprimitur in Euchariſtiæ ſigno: liberatur ab inimicis, & tutatur domum ſuam. Item hoc apparet ratione. Si enim ad vexillum regis fugiant inimici: nõne à fortiori (vt inquit Chryſoſt.) ad præſentiam regis, qui in domo tua cum ſuo virtutum exercitu eſt collocatus? Si etiam (vt ait idẽ Chryſoſt.) olim rei vitabant mortem imminentem & impetum hoſtilem, ſi confugerent ad ſtatuas regum & imperatorum, quanto magis qui confugiunt ad ipſum regem regum, qui eſt imago Dei patris. Eſt enim homo digne recipiens hoc Sacramentum ſicut caſtrum munitũ armis & victualibus contra hoſtes. Et ideo cum caſtrũ pij cordis videt diabolus armis ſpiritualibus circumcinctum, pane & vino & carne garnitũ, ſtatim recedit victus, quaſi diceret: Hoc caſtrum non poſſum vincere, nec lõga obſidione infirmare: quia hic hoſpitatus eſt fortis in prælio: ibi eſt panis & vinum Euchariſtiæ, ibi eſt caro ſumpta de lardario virginis, ſale paſſionis condita, & olim ſuſpenſa in patibulo crucis: Hæc enim eſt garnitio eccleſiæ, quam poſuit Dominus ad muniẽdum eam, quemadmodum Iudas Machabæus fecit: *Poſuit in ciuitate auxilia & apparatum eſcarum.* Præterea, ſecundum Thomam in 3. part. q. 79. Euchariſtia in quantum eſt ſignum paſſionis Chriſti per quã victi ſunt dæmones, repellit ipſorum impugnationem. Vnde Chryſoſt. ſuper Io. Vt leones flammam ſpirantes de menſa Domini recedimus terribilis dęmonibus facti.

Exod 12

Iſaiæ 2.

1 Mac 9

Item æger indiget baculo ad ſe ſuſtentandum. Iſte autem eſt Euchariſtia, ſine quo aduerſus hoſtes nullus reſiſtit, nullus ſubſiſtit in ſtatu gratiæ, iuxta illud: *Trademini in manus hoſtium poſtquam cõfregero baculum panis veſtri.* Inde dicit viaticũ: quia infirmos peccatores in ſtatu viæ portat & ſupportat. Præterea dicit infirmus peccator quod ſequitur: *Virga tua & baculus*

Leui. 26 P Euchar. Quod eſt conſolatio contra tyrãnidi cor uis vãdi & pœnæ.

bachlus tuus ipſa me conſolata ſunt. Octauus effectus eſt cõtra carnis & mundi & peccati tyrannidem conſolatio. Subdit enim
Pſal. 22. Pſal. *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.* Hinc orabat Amb. Domine, per hæc ſancta myſteria mitigentur tribulationes plebium, pericula populorum, gemitus captiuorũ, miſeriæ orphanorum, neceſsitates peregrinorum, inopiæ debilium, deſperationes languentiũ, defectus ſenum, ſuſpiria iuuenum: reſpice vota virginum, lamẽta viduarũ. Quod autem valeat contra tyrannidem carnis patet exemplo. Nam quando propter debilitatem ſtomachi abhorret infirmus, & vult rejicere quemcũque cibum ſibi miniſtratum, aut etiam potionem: tunc remedium eſt apud medicos, ſumere panẽ aſſum aceto aſperſum, & apponere naribus vel ore guſtare, odore vel ſapore cuius ſtomachus confortatus retinet cibum vel medicinam. Sic Chriſtus in cruce eſt panis aſſatus aceto potatus: cuius odor & deuotio adeo cor peccatoris confortant, aut etiam deuota ſuſceptio, vt nec pœnitentiam amaram abhorreat. Sed quod contra tyrannidem mundi valeat, patet
3. Re. 19 ex figura: *Vbi habetur quod Helias fugiens à facie Hiezabel obdormiuit ſub iunipero*, id eſt deſerto, *& excitatus ab angelo comedit de pane ſubcinericio, & confortatus eſt & ambulauit in fortitudine cibi illius vſque ad montẽ Dei Oreb.* Vnde in collecta dicitur: *Sit fortitudo fragilium, ſit contra mundi pericula firmamentum.* Hinc in legenda beati Bernardi legitur: quod cum Guiliel. Aquitaniæ Dux ſciſma nutriret in eccleſia, nec vellet acquieſcere ſanctis viris & beato Bernard. tunc Bernardus occurrit ei, & violentiæ ſuæ tenens in manu Euchariſtiam, dixitque ei: quod ſi non vellet precibus eorũ acquieſcere, & eccleſiæ pacem reddere: ſaltem vel ſaluatori ſuo ipſum roganti obtemperaret. Quo facto dux ille retrorſum cecidit in terram in virtute corporis Domini: & eo facto lupus mutatus eſt in agnum, ferox in manſuetum, vir malus in hominem ſanctum.

Quod ſi dicatur, quod Petrus ſtatim poſt huius Sacramenti ſuſceptionem cecidit timore pulſus vſque ad trinam Dei negationem, non ergo contra mundi tyrannidem confortat Euchariſtia. Dicitur quod hoc, quod Petrus peccauit, non proceſsit ex defectu virtutis Euchariſtiæ, ſed ex vehementis tentationis impulſu. Sed quod cito poſt caſum ſurrexit: hoc maxime huic digne ſuſceptioni attribui poteſt: quia ſi poſt deuotã communionẽ cadat homo in peccatũ facilius inde ſurgere poteſt quàm ſi antea nõ communicaſſet. Facilius enim eſt forti reſurgere quam debili.

Per hanc autem communionem roboratur anima & fortificatur. Sed quod cum tyrannidem peccati tueatur patet: quia peccatum mors eſt quædam ſpiritualis animæ, Hoc autem modo præſeruatur corpus à morte futura. Vno modo in quantum hominis natura roboratur interius cõtra interiora corruptiua, & ſic præſeruatur à morte per cibũ & medicinã. Alio modo per hoc quod munitur cõtra exteriores impugnationes, & ſic præſeruatur per arma & veſtes. Vtroque autem modo hoc ſacramentum præſeruat à peccato.

Primo, per hoc quod Chriſto coniungit per gratiam, & roborat vitam hominis ſpiritualem tanquam ſpiritualis cibus & medicina, iuxta illud ſæpe dictum: *Panis cor hominis confirmet.* Pſal. 23.

Nonus effectus eſt illuminatio rationis vnde ſubditur. *Impinguaſti in oleo caput meũ.* Caput enim animæ eſt ratio, quæ totum quod eſt animæ regit & dirigit, quæ oleo diuinæ miſericordiæ inflammato cæleſti igne amoris illuminatur ad cognitionem veritatis, & impinguatur multitudine chariſmatum. Hinc & *Diſcipuli non cognouerunt Dominum niſi in fractione panis.* Luc. 24. Super quo & Theologus inquit: Sed & aliud innuit. Conſumentibus ſacrum panem aperiuntur oculi, vt eum agnoſcant: Magnam enim & ineffabilem vim habet Domini caro: Et hoc habetur in figura.

Q. Euchar. Quod virtute ſacramẽti illuminatur ratio.

Vbi

1.Re.14 Vbi dicit Ionathas : *Illuminati ſunt oculi mei, eo quod paululum guſtauerim de melle iſto.* Ad guſtus enim eiuſmodi ſuauitatē aperiuntur oculi interioris hominis ad clare contemplandum quę prius ſub ænigmate fidei clauſa tenebantur. Ideo ſubdit: *Guſtans guſtaui in ſummitate virgæ quæ erat in manu mea paululum mellis: & ecce morior.* Nec ſine cauſa dicit: *ecce morior*, quia (vt dicit Greg.) Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Contingit enim ex vehemētia charitatis quandoque, quod non magis in ſaporem deſiderij hominis amantis veniūt iſta caduca, puta temporalia bona, quam in deſiderium mortui hominis. De cuius morte dicit Gregor. ſuper illud Cantico:

Cant.8. *Fortis eſt vt mors dilectio*, quod mors ſeparat animam ab vno corpore, & charitas perfecta ab omni creatura. Sic ergo Euchariſtia illuminat intellectum & impinguat affectum. Nec mirum, quia in iſto conuiuio (vt dicit de Argentina) creduntur dari ſeptem dona Spiritus ſancti. In

Heſt.1. cuius figura habetur, *quod rex Aſſuerus fecit inuitari omnem populum qui erat in Suſis, & fecit parari conuiuium ſeptem diebus*, per quos moraliter ſeptem dona Spiritus ſancti intelliguntur. Decimus effectus eſt amoris inebriatio. Inde ſequitur: *Calix meus inebrians quam præclarus eſt.* Quia enim inebriat benedictus calix iſte: ideo lætificat.

R Euchar. Quod inebriat amore.

Pſal. 22. Pſal. 91. Hinc Pſal. *Vinum lætificet cor hominis.* & iterum: *Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam*, id eſt, nouitatem vitæ meę, vt dicit ibidem gloſſ. magiſtri. Sed

Eccl.3. ſecundum iudiciū Salomonis: Nihil melius quam lætari, Ait enim: *Cognoui quia nihil melius eſt quam lætari & benefacere in vita ſua.* igitur omne bonum efficit hoc Sacramentum. Et hoc ex figura apparet.

2.Reg.6 Si enim archa Dei figuralis dabit benedictionem, id eſt bonorum temporalium abundantiā in quamcunque domū intrarit, ſicut poteſt cum introiuit in domum Obeſt Edon: quanto magis corpus Domini receptum digne in domum animæ noſtræ, dabit nobis affluentiam ſpiritualium chariſmatū. Secundo, quia inebriat, replet. Omnis enim ebrius, repletus eſt. Sic hic cibus digne receptus, mentē hominis omnium virtutum munere replet: immo & virtutes præhabitas auget & multiplicat. Ex quo enim eſt nutrimentum ſpirituale, proprium ſuum eſt augere illud quo ſpiritualiter creſcimus: ſed hæc ſunt virtutes theologicę & morales. Ideo dicit Dionyſius, quod Euchariſtia virtutem perfectiuam habet. Inde orat Ambro. Rogo te Domine per ipſum ſacroſanctum & viuificū corporis & ſanguinis tui ſacramentum da mihi virtutes tuas ſanctas, quibus repletus bona conſcientia ad altare tuum accedam, ita vt hæc Sacramenta cæleſtia efficiantur mihi ſalus & vita. Si enim per nutrimentum corporis reſtauratur deperditum, & deducitur indiuiduum ad quantitatem perfectam: ſic per hoc Sacramentū quod eſt ſpirituale animæ nutrimentum, reſtauratur id quod perdit anima per peccatum veniale, in hoc quod per huiuſmodi debitam receptionem, reſumitur feruor & augetur charitas, quæ eſt aliarum virtutum forma. Vnde Inno. de officio miſſæ parte 3. c. vl. Per huius Sacramenti virtutem vniuerſæ virtutes augentur, & omniū gratiarū fructus exuberant. Māna quippe deſcendēs de cælo, cōſeruabat ſanctos in eodē ſtatu in quo prius erant. Et ſic non ſolum erat datum ad reſtaurationem deperditi, ſed etiam ad conſeruationem indiuidui. Vnde & Ioſue dicebat: *Caleph ſe tunc eſſe eiuſdem valoris & potētiæ, cuius fuerat ante quadraginta annos, quādo minus fuerat ad explorandam terram promiſſionis.* & quia hæc in figura contingebant illis: ideo concludi poteſt, quod huius cibi proprietas non ſolum gratiam confert, immo eam cum cæteris virtutibus auget, nec ſolum reſtaurat deperditum, ſed etiam conſeruat & auget habitum.

Ioſue 14

Pſal 22. S Euchar. Quod liberat à pœnis purgatorij.

Vndecimus effectus eſt liberatio à pœnis purgatorij. Vnde ſequitur: *Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ.* Subſequetur ſiquidem, id eſt, poſt vitam ſub terra me ſequetur, id eſt in purgatorio,

Digitized by Google

rio, quamdiu ibi viuam. Hoc enim apparet ex figura. *Quia sanguis agni liberauit filios Israel de Aegypto*, quæ interpretatur tenebra. Sic sanguis veri agni oblatus à sacerdote, animas liberat de loco tenebrarum purgatorij. Et ideo quia esurijt Daniel in lacu leonum cœtus, scilicet fidelium in lacu purgatorij dimersorum: iste cibus per sacerdotem datus & oblatus in altaris alueolo: refocillabat eos, & ad cœtum degétium in lacu portabitur in momento, & hoc in cincinno vno capitis sacerdotis, qui cincinnus est vnica mentis intentio, qua applicat hoc sacrificium in satisfactionem pœnæ defunctorum, & ad eorum solatium & refectionem. Suscipiat eum proinde sacerdos cum Zachæo, & obediat dicenti sibi: *Oportet me hodie in domo tua manere.* Et tunc sacerdos susciplens ipsum, hilariter dicat: Non solum: *ecce dimidium bonorum meorum*, sed totum bonum meum Dominum Iesum do pauperibus purgatorij. Ista hæreditas mea quam præclara est mihi in merito: sed tamen eam do in refectionem & satisfactionem pauperum, qui sunt in purgatorio.

Exod 12.

Luc. 19.

Euchar. Vnde est quod sacramentum altaris plus prodest post mortem quã alia sacramẽta

Sed circa hoc quæritur cum alia sacramenta non prosint post mortem: vnde est quod sacramentum altaris creditur prodesse? Respondetur ad hoc secundum Bonauent. in 4. dist. 45. in expositione textus. Primo, quod Sacramentum altaris aliter, prodest viuis aut mortuis, quia viuis prodest sub ratione Sacramenti & cibi, & etiam sacrificij: sed mortuis tamen sub ratione sacrificij. In quantum enim Sacramentum est, cibat & dat gratiam & perfectionem manducanti: sed in quantum sacrificium Deum placat. Hostiæ enim placãt. Et quia Deus iratus est pauperibus purgatorij: ideo necessaria est hostia ad placandum eum. Et inde est quod cum sacerdos celebrat: quia tunc accipitur ab eo per modum cibi & sacramenti, & offertur tanquam sacrificium ecclesiæ, proficit omnibus fidelibus tam viuis quam defunctis, viuis ad meritum & satisfactionem, mortuis ad satisfactionem tantum. Si tamen esset tantummodo communio laica: puta si à laico sumeretur Sacramentum, tunc secundo dicitur secundum eundem Doctorẽ, quod aliorum sacramentorũ dispẽsatio recipit actũ in persona vel circa personam, vt patet in baptismo: & ideo non potest baptizari, nisi qui præsẽs est in aquam mergi, sed sacrificium est actus pro persona. Et quoniam actus in personam respicit personam actu existentem, & actus pro persona non hoc requirit, ideo sicut Christus obtulit patri pro illis qui futuri sunt, sic sacrificium illud prodest his qui viuunt, & his qui vitam istam finierunt. Dicitur tertio, quod Deus non dicitur iratus his qui sunt in purgatorio, affectione: quia diligit eos ad maximum bonum, scilicet gloriam, sed bene inflictione pœnæ, sicut solet pater irasci filijs eos verberando & castigando, quos tamen reseruat ad futuram hæreditatem. De suffragijs autem, & maxime huius Sacramenti qualiter veniant defunctis, require in sermonibus in die commemorationis animarum.

Duodecimus effectus est finalis adeptio & gloriæ consequutio, & eiusdem augmentatio. Inde subditur: *Et vt inhabitem in domo Domini*, non secundum breuitatem dierum nostrorum, *sed in longitudine dierum æternorum.* Ad hoc enim valet huius Sacramenti digna receptio, quia ait Dominus: *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ*, in æterna gloria. Hinc canit ecclesia: *O vere digna hostia per quam fracta sunt tartara, redempta plebs captiuata, reddita vitæ præmia.* Tempore enim huius sacrificij vespertini meruit audire latro: *Hodie mecum eris in paradiso.* Si autem solus etiam illius panis in cruce decocti odor fecit, vt latro paradisum intraret, quid acturus est sapor suauissimus istius panis in Christi fidelibus eum digne accipientibus? Nam sicut cibus materialis ordinatur ad vitam transitoriam & caducam, sic Eucharistia ad æternam. ideo huius panis sancta refectio dicitur cœna

Psal. 22. V Euchar. Quod virtute sacramẽti datur, gloria.

Luc. 23.

non prandiũ,ob ſomnũ.Cibus enim circa ſomnũ dicitur cœna. Sõnus autẽ quies æterna,quã accepturi ſunt qui refecti fuerunt pane vitæ. *In pace in idipſum*, ſcilicet cibum, *dormiã & requieſcã*.Poſt cibũ groſſum acceptũ vix homo dormire poteſt: quia generat vt plurimũ nimiãm vẽtoſitatẽ & ventris torſionẽ.Temporalia autẽ bona groſſus cibus ſunt: ideo poſt illa nimiũ deguſtata, vix habituri ſunt diuites huius ſomnum quietis æternæ. *Saturitas diuitis non ſinit eum dormire. Dolores & torſiones tenebunt te*. Ecce cauſam priuationis quietis. Sed quod valeat ad glorię augmentum patet:quia augmentũ gloriæ ſequitur ad augmentũ gratię,quia ſecundũ proportionẽ meritorũ & gratiæ dabitur electis gloria: *Gratiam* primo & *gloriã dabit Dominus*, ſed hoc Sacramentum auget gratiam,vt dictum eſt:ergo & gloriam.

Pſal. 4. Eccl 5. Eſai 13. Pſal 84

SERMO XIIII. DE PERICVlo indigne recipientium, per Thema.

1 Cor. 11 A Euchar Peccatũ indigne ſumentis eſt peccato etiã ſignatũ Chriſtũ, & Iuda ſimpliciter mi⁹ quo ad aliquã circunſtantiam poſſit dici aqua le vel maius.

QVicunque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Quæri poſſet, vtrum accedere ad hoc Sacramentum cum conſcientia peccati mortalis, ſit omnium peccatorũ grauiſsimũ? Et videtur quod ſic, quia gloſſa ſuper illo verbo propoſito dicit, de indigne manducãte, ac ſi Chriſtũ occideret punietur:peccatũ autẽ occidentium Chriſtũ fuit grauiſsimum, igitur & illud: Ad hoc reſpondetur quod peccatum occidentiũ Chriſtũ, fuit iſto grauius ſimpliciter&abſolute. Tũ,primo quia illud fuit contra corpus Chriſti in propria ſpecie, hoc autẽ fit cõtra Chriſtũ ſub ſpecie ſacramentali. Plus autẽ debuit mouere crucifixores ſuos ad pietatẽ, & compaſsionẽ,&ceſſationẽ ab opere malo, reſpectus talis perſonę in propria ſpecie, quam ſi ſub ſacramentali tantũmodo videretur. Tum 2. quia illud peccatũ proceſsit ex intentione nocendi Chriſto, nõ autẽ intendit nocere ei qui ſic eum recipit, quare illud fuit ſimpliciter grauius. Dico tamẽ ſecũdo,quod ex aliqua circũſtantia notabili peccatũ indigne recipiẽtium poteſt peccato crucifigentium eſſe æqualeve l maius. Quod maius patet primo,quia indigne ſumentes ſcientes cõtumeliã Chriſto inferũt, quẽ verũ Deũ eſſe credunt:in hoc Iudæis deteriores, qui ſi cognouiſſent,nunquã Dominũ gloriæ crucifixiſſent, ratione cuius non poteſt Dñs rogare pro indigne ſumentibus ſicut pro ſuis crucifixoribus dicẽs:*Pater ignoſce illis, quia neſciũt quid faciũt*.Sciũt enim iſti quod faciunt. Secundo quia cõtemnunt Chriſtũ regnantẽ in cælis, quẽ crucifixores Iudęi contempſerunt mortalẽ in terris. Maior autẽ cõtumelia eſt quæ infertur alicui in ſtatu honoris, quã quæ infertur in ſtatu humilitatis,ſicut cõtumelia quæ infertur alicui,qui miles eſt,maior erit,quam quæ infertur ei cũ armiger eſt. Tertio,quia cõtumelia illata à Iudæis ſemel tantũ illata eſt, iſta vero totiens ab indigne ſumentibus infertur. Quarto, quia vilitas & macula culpæ plus Deo diſplicet quam vtilitas pœnæ, quæcunque ſit illa: ſed Iudæi intulerunt ei vtilitatẽ & ignominiã pœnæ, indigne autẽ ſumentes quãtum in ſe eſt faciũt ad hoc quod Chriſtus ſua culpa & macula polluatur, cũ in cõſcientia immunda eũ reponãt: ergo quantũ in ſe eſt faciũt(vt videtur)quod ſibi magis diſplicet, ſaltem quo ad aliquã circunſtantiam, quã quod fecerũt Iudæi,imo aliquo modo peiores ſunt Sarracenis & gentilibus: *Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuã, polluerũt templũ ſanctũ tuũ*. Illi enim ſolũ polluerunt templũ,iſti habitantem in tẽplo,illi domũ,iſti dñm domus & Dei filiũ. Quinto,quia illi permiſerũt eũ poni in ſepulchro nouo & mũdo,iſti in ſepulchro peccatis fœtidiſsimo vbi dęmon ſepultus eſt, imo forte dæmonũ legio, & illi vſque in tertiũ diem in illo ſepulchro permiſerũt eũ requieſcere,iſti vero nec eũ quieſcere ſinunt in ſuæ conſcientiæ ſepulchro. Sed quod peiores ſint Iuda quo ad aliquã circunſtantiã patet: quia ille tradidit eũ Iudæis,iſti quantũ in ſe eſt,dæmonibus, dũ reponũt eum in loco immũdo qui eſt in dæmo-

Pſal 78. Luc. 23

dæmonũ potestate. Secundo, quia Iudas pœnituit, & quod male acceperat, restituit, isti vix per totũ annũ sui mali pœnitent, aut de eo cõfitẽtur & quod male acceperũt, nunquã restituũt. In hoc tamen sunt æquales Iudæis in delicto, quia sicut tales Deo contumeliã intulerũt in sua ciuitate & terra quam eis donauerat: sic isti propria domo corã angelorũ propria curia sua cõgregata sibi improperiũ inferũt de quibus Deus pater conqueritur, quẽ-
Gen. 37. admodum Iacob de filio suo: *Fera pessima deuorauit filiũ meũ*. In hoc etiã sunt similes Iudæ. Primo, quia ad instar Iudę accedũt ad mẽsam Domini inuerecũde, de quibus
Ioan. 13. cõqueritur Dei filius sicut de Iuda: *Verũtamẽ manus tradẽtis me mecũ est in mẽsa*. Secũdo, quia sicut Iudas eũ osculo rradidit: sic isti oris osculo produnt, quem illo signo ostenduut sibi amicum. Vnde & de sacerdotibus malis dicebat Hieron. in quadam epistola. Quid tibi cum fœminis, qui ad altaria cũ Deo fabularis? Dic sacerdos, dic clerice, qualiter cũ eisdẽ labijs filiũ Dei oscularis, quibus osculatus es filiũ
Luc. 22. meretricis. *O Iuda, osculo filiũ hominis tradis?* Quis autẽ considerare posset, quantũ displicet beatissimæ virgini hæc ignominia facta filio suo? Si enim displicuit carentia vini materialis in nuptijs, quãtũ sibi displicet carẽtia vini deuotionis & gratiæ in peccatoribus indigne accedentibus? Igi-
Ioan. 2. tur dicat filio suo pro nobis: *Vinum non habent*, & vt illud impetret ab eo, salutabimus eam dicentes, *Aue Maria, &c.*

¶ *Ruthar. Quod tribus modis possunt dici res mortis Christi qui ipsã indigne sumunt.*

Quæritur quomodo peccator indigne sumẽs Christi corpus reus efficiatur corporis & sanguinis Dñi: Nõ enim reus esse potest aliquis tunc viuẽs illius mortis aut delicti, quod iã diu transijt in præteritũ, cũ nihil ad illud complendũ efficere possit. Nõ igitur videtur quod peccator illius mortis efficiatur reus. Ad hoc respondetur. Primo, tripliciter tales possũt dici rei corporis & sanguinis Dñi. Primo, quia aliquid faciũt quod fuit causa mortis Christi, & causam mortis & passionis Christi iterant, scilicet peccatũ quod committũt in recipiẽdo. *Rursum crucifigentes sibimetipsis filiũ Dei & ostentui habentes.* Glos. Crucifigũt filiũ Dei in semetipsis & contumeliæ habent, qui gratiã eius vilipendẽtes, in peccatis iacent: & cũ peccatũ sit causa passionis eius, tales iterãt causam crucifixionis eius, de quorũ quolibet cõqueritur: *Cõscidit me vulnere super vulnus.* Nec solũ tales quantum in se est, crucifigũt, sed & ostẽtui habẽt & derisioni, quãdo simulant se adorare. quẽ in rei veritate inhonorãt. Si quis enim crederet se semel Christũ crucifixisse, vellet nudis pedibus per totum mundũ toto tẽpore vitæ suæ pœnitentiã agere. Quid ergo debẽt facere illi, qui totiens cõmiserunt peccatũ illi peccato simile? Secundo, quia tales beneficiũ redẽptionis irritant, & quantũ est in se annullant. Vnde Glos ibidẽ, quia beneficiũ eius irritũ ducis, mortis eius id est Christi pœnas dabis: hoc est ac si Christũ occideris, punieris. Talis enim per se irritũ facit, & annihilat beneficiũ passionis, id est virtutẽ & efficaciã eius, quod est ei maxime iniuriari. Tertio, quia tales gratias redẽptionis in cõtumeliã cõuertunt, & inde est quod sunt rei eiusdẽ pœnę cuius & crucifixores eius: *Irritam quis facẽs legem Moysi: sine vlla Hebr. 10 miseratione sub duobus aut tribus testibus moritur: quanto magis deteriora putatis mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinẽ testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est*, id est, sanctificatus esse debebat? Vnde: *Ioan. 13 Qui mãducat panẽ meũ leuauit calcaneũ suũ cõtra me*, id est, erexit pedis sui extremitatẽ vt me cõculcaret. Abominabile enim est vilem & rusticũ leuare pedẽ contra creatorem suũ, vel cõculcare ipsum & ponere in locũ fœtidũ. Ideo nõ est mirũ si talis illius pœnę est reus, cuiusmodi fuerũt crucifigentes ipsum quibus improperat Dominus, & maxime sacerdotibus. *Dixit Mala. 1. Dominus exercituũ ad vos o sacerdotes qui despicitis nomẽ meum, & dixistis: in quo despeximus nomen tuũ?* & sequitur: *Offertis super altare meum panẽ polluũ*. Vbi dicit Gl. Panẽ, id est corpus Christi polluit qui indignus ad altare & ad mẽsã Dñi accedit. Secũdo di-

C Euchar. Quod tribus modis indigne accedit ad sacramentum Eucharistiæ

citur secundum eandem Gloss. quod tripliciter indigne quis accedit ad hoc sacramentum, aut qui irreuerẽter & indeuote, vt multi sacerdotes adhuc ebrij, vel somnolenti, aut vinolenti, aut qui in peccati voluntate permanet, aut qui celebrat mysterium aliter quam à Dño institutum sit, vtpote qui aliter conficit, aut qui peccat dum conficit, quibus omnibus prohibetur ne accedant, specialiter autem ex scriptura duplicibus corde, mendacibus,

Eccl. 2. & periuris & viris dolosis, iuxta illud: *Ne accesseris ad eum duplici corde.* Item his qui conueniunt in vnum vt malefaciant, vt

1. Cor. 11 latronibus & bellantibus iniuste. *Conuenientibus vobis in vnum iam non est dominicã cenam manducare:* Item crudelibus hominibus, vt principibus & dominis, qui crudeliter tractant suos subditos. *Non accedet*

Psal. 90. *ad te malum, & flagellum non approprinquabit tabernaculo tuo.* Homo enim crudelis flagellum Dei dicitur. Item hæreticis: *Ne*

Num. 18 *quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron ad offerendum incensum Domino.* Alienigena enim proprie est hæreticus, qui est extra ecclesiam Dei. Quinto, his qui vitijs fœtidis sunt maculati, vt luxuriosis &

Leui. 21. gulosis. *Omnis qui habet maculam luxuriæ vel gulæ, non accedet offerre Domino.* & generaliter omnibus vitiosis inhibetur

1. Cor. 11 sub pœna proposita: *Quicunque manducauerit panem & biberit calicem Domini indigne: rẽus erit corporis & sanguinis Domini.*

Psal 68. In hoc præsenti sermone solum dicentur duodecim mala quę incurrunt indigne celebrans & communicans, quæ tanguntur in Christo: *Fiat mensa eorum in*

D Euchar. Quod duodecim mala incurrunt indigne cõmunicãtes, quorum primum est quod fit in plena possessio diaboli Ibidem. Ioan. 13. *laqueum, &c.* Primum malum in quod incidunt est plena diaboli possessio. Licet enim antea diabolus esset in possessione eorum, post tam non indignam susceptionem magis & plenius à diabolo possidentur & illaqueantur, & hoc est quod dicit Psal. *Fiat mensa eorum in laqueum.* Auis enim ad laqueum per cibum capitur, & piscis ad hamum. Inde est vt legitur de Iuda: quod *post buccellam panis non consecratam sibi datam à Christo intrauit in eo Sathanas.* Gloss. inter. vt plenius eum possideret. Si ergo diabolus in Iudam maiorem potestatem accepit, quia buccellam panis de manu Domini sumere præsumpsit, quid erit de illo, qui habens mortalis peccati conscientiam, dominicum corpus accipere præsumit, cum diuino iudicio eius immundicia omni immundicia corporali maior sit? Ratio autem huius esse potest, quia: *Per quæ quis peccat per hæc & torquetur.* Sap. 11. Peccator autem indigne suscipiens Christum, ipsum dat in possessionẽ dæmonibus quantũ in se est, quia in loco reponit vbi cognoscit dæmones habitare. Videtur enim dicere illud Goliæ ad Dauid: *Veni ad me & dabo carnes tuas volatilibus cæli* 1. Re. 17 *& bestijs terræ*, id est dæmonibus, qui sunt volatilia cæli per superbiã, & bestię terrę per inhabitationẽ, ideo non est mirabile, si Deus tales det in plenariã diaboli possessionẽ, & hoc experiẽtia docet, quia qui sic indigne suscipiunt, ita in conscientia sua se sentiunt à diabolo illaqueatos, vt nescianț quo modo euadere aut confiteri, aut quo modo à peccato resilire.

Sed circa hoc quæri posset, quomodo de nouo peccat accipiens hoc Sacramentum in peccato mortali, quia peccator videns vel tangens Christi corpus non peccat mortaliter, quia nusquam inuenitur prohibitum, quando peccator possit audire missam, & leuare hostiam quæ cecidit in terram: & æqua est reuerentia ipsius corporis Christi secundũ visum sicut secundum gustum, cum tantum percipiat vnus sensus sicut alius: ergo gustãs non peccat. Secundo, non minus est tangere Christum realiter quam sacramentaliter: scilicet peccatores non fuerunt prohibiti Christum corporaliter tangere, quando in mundo prædicabat, vt patet quando mulier peccatrix terigit pedes eius in domo pharisæi, igitur. Tertio, infirmus introducendo ad se meditum, & & sumendo medicinã non dicitur peccare, sed peccator est mortaliter infirmus & Christus est medicus & medicina, igitur. Quod peccator sit infirmus

patet

patet per psal. in persona peccatoris di-
Psal 6. cente: *Miserere mei Domine quoniam infirmus sum.* Quod vero Christus sit medicus, patet in Euangelio, vbi se comparat medico
Matt. 9. dicens: *Non est opus valentibus medico: sed male habentibus*: & quod sit medicina patet.
Eccl 38. E Eucha. *Altissimus de terra*, scilicet virginis *creauit medicinam: & vir prudens non abhorrebit eam*. Ad hoc respondetur primo, quod
Quod licet peccatori videre Christi corpus tangere an casu, sed numquam gustare & quare Num. 2. peccator homo videre potest Christum in altaris Sacramento sine peccato. Hoc probat Richar. in. 4. di. 12. in quadam textus expositione: qui in ipso aspectu, si cum timore & reuerentia fiat, quandoque datur gratia, vt patet in figura. Nam filijs Israel à serpentibus percussis, in aspectu serpentis ænei dabatur sanitas. Ité sicut dicit Alex. de Hall: peccatori accidere potest commodum multiplex ex illa inspectione, Tum ex ponderatione charitatis saluatoris, Tum ex subuentione beneficij reparatoris, Tum ex recordatione beneficij redemptoris. Debet enim tam iustus quam peccator intuédo Christi corpus recordari, quantum fuit beneficium reparatoris, quanta passio saluatoris, quanta charitas redemptoris. Et si
1. Reg. 6 dicatur quod Bethsamitæ percussi erant, quia viderunt archam Dei, quæ erat tantum figura huius Sacramenti, quanto magis percutietur a Deo peccator, qui ad hoc Sacramentum intuetur. Sed ad hoc dicitur quod Betsamitæ percussi fuerũt: non quod viderũt archam solũ; sed quod viderunt eam nudam, quod erat eis pro-
Num. 4. hibitum. Nam. *Præcipiebatur vt in amotione castrorum Aaron & filij eius ingrederentur tabernaculum, & inuoluerent archam & vasa, & sic inuoluta traderent ad portandam*. Et quia isti viderunt eam nudã, ideo cum Domini præceptũ egerunt & sic percussi sunt. Nec illa prohibitio fuit eis facta in signum non videndi corpus Christi, sed in signum quod simplicioribus non licet archana Dei scrutari, qui in sacra scriptu-
Prou. 25 ra latent, quæ per archam signatur. *Scrutator maiestatis opprimetur à gloria.* Dupliciter videri potest maiestas Dei, Vno modo per fidem, & sic videre licet omnibus, immo hoc requiritur Dominus ab omnibus adultis. Alio modo per scrutinium & hoc non licet nisi prouecti & instructis in diuina scientia. Inde signanter dictum est ibi: *Quod quinquaginta millia de plebe per-* 1 Sam. 6
cussa sunt, quod scrutinium scripturarum non est datum his qui sunt de plebe, quibus debet sufficere eorum cognitio quæ cadunt in apprehensione quinque sensuum, vel saltem per ea manuduci ad intelligenda quæ necessaria sunt eis ad salutem. In cæteris autem debent maiorum dictis conformiter ad sanctam doctrinam adhærere, Dicitur secundo, quod peccatori non licet tangere Christi corpus in Sacramento, nisi in duobus casibus. Primo in necessitatis articulo, vbi in tali necessitate infirmus petit: nec sacerdos ministrans habet tempus confitendi aut copiam sacerdotis. Secundo, vbi in loco vili iaceret hostia, In quo etiam casu licet laico tollere, & de terra ad locum digniorem sufferre cum metu & reuerẽtia: hoc patet: quia qui permittit cibum materialem ad vsum humanũ aptum inutiliter deperire, peccat si possit recolligere, iuxta illud præceptum domini. *Col-*
ligite fragmẽta ne pereant, sed cibus corporis Ioan. 6.
Christi multo nobilior est illo cibo materiali: ergo non solum cum ceciderit leuari debet, sed etiam ad hoc tenetur. Licet enim laicus non habeat manus consecratas: tamen in illo casu leuare potest & tangere: quia consecratio fit ad consecrandum non ad custodiendum. Nam & pyxis in qua Eucharistia conseruatur in tabernaculo, non consecratur nec benedicitur: quod tamen fit de corporali & calice, in quibus Eucharistia consecratur. Licet enim Oza percussus fuerit cum tetigit archam, eo quod titubaret: hoc tan- 2. Reg. 6
to ideo fuit, quod irreuerenter accessit. His igitur duobus casibus exceptis, nec manu nec ore licet Christi corpus à peccatore contingi, hoc patet patet, quia si Ioannes baptista in vtero matri sanctificatus, & à pueritia in eremo conuersatus

Digitized by Google

& inuitatus à Domino, timuit tangere sanctum verticē Angelis reuerendum & tremendum, vt de eo canit Ecclesia: quomodo non timet peccator immūdus corpus Christi nunc glorioſum tangere & sumere? Si Magdalena, quæ tanto feruore Dominum diligebat, & tam deuote ei viuo & mortuo seruiebat, & non est permissa tangere pedes Domini, eo quod nō crederet eum esse filium æqualem patri: quanto magis timendum est peccatori accedenti ad tangendum non solum pedes, sed etiam totum Christi corpus? Ioan 20

Dicitur tertio, quod licet secundū visum & gustum sit æqualis experientia de Christi corpore: non est tamen æqualis congruentia. Hoc ostendit de Argentina in. 4: quia visio Sacramenti correspondet fidei & gustus charitati: & ideo immediate quod aliquis per mortale perdidit charitatem, ineptus est ad gustandū hoc Sacramentum, & quia fidem catholicam postposuit, non est priuandus visione eius. Item secundum Bonauen. in. 4. Visus non pertingit vsque ad substantiam corporis Christi: sed solum ad species sacramentales, sed ille qui manducat, nō solum sumit species sacramentales, sed etiam Christum qui est sub eis: ideo à visione corporis Christi nullus baptizatus prohibetur, sed bene à gustatione. Dicitur quarto, quod non est simile de contactu Christi viuentis & in Sacramento: quia dum viuebat Christus, se habuit per modum medici: nunc autem per modum medicinæ fortissimæ, quæ non congruit infirmis, sed tātummodo sanis. Infirmus vero non est prohibitus à tactu medici, sed bene à medicina fortissima quæ sibi non congruit. Ideo tunc licebat peccatoribus tangere ipsum, nunc autem non.

Dicitur quinto, quod infirmus introducens medicum in domum suam, non tamen obediens medico, nec iuxta medici consilium eius medicinam præparatiuam sumens, peccat sumendo medicinam nimis fortem & eum interficientem. Sic est de peccatore qui contra Christi consilium & Ecclesiæ accedit ad hoc Sacramentum sine præparatiua medicina contritionis, scilicet & cōfessionis. Obest enim medicina, cōseruatiua sanitate non habita. Hoc apparuit in *Iuda, qui post buccellam acceptam non multum post crepuit medius.* Mat. 27 Secundum malum est, quod in sterilitatem animæ suæ incidunt priuati omnibus bonis spiritualibus Dei, & hoc subditur cum dicitur: & in retributiones. De talibus enim dicere potest Dominus illud: *Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ:* hoc est pro bonis meis quę eis volebam donare, cum me & mea eis offerrem, cum vellem cum eis cęnare & communicare, animam meam vacuam fecerunt, quod pro cibo *dederunt in escam meam fel* rancoris & odij, *& in siti mea potauerunt me aceto* cupiditatis & auaritiæ. Si quis enim benefactor noster intraret domum nostram, ei statim offerretur cibus & potus. Isti vero cum ad eos venit amicus eorum & benefactorum remittunt eum vacuum & sine honore. Ideo imprecatur Psal. contra eos dicens: *Redde retributionem eorum ipsis*, hoc est sicut tibi retribuerunt: sic eis retribue. Et quia à Deo abstulerunt omne desiderium suum, & animam suam sterilem & vacuam fecerūt omnibus bonis. Ideo similiter retribuit eis offerendo ab eis omnem gratiam, omne bonum, & dimittendo animam mortuam ei sterilem. Sterilis est enim omnis arbor quę mortua est. Hęc autem retributio scribitur. *Panis illius in vtero eius vertetur in fel aspidum intrinsecus*, id est, in anima quæ est intimum hominis. Panis enim qui debuit esse vita animæ vertetur in venenum aspidum eam intoxicans: Nec mirum, quia iuxta Pauli sententiam. *Quod ergo bonum est mihi factum est mors*, scilicet alteri. Et ad hoc est satis familiare exemplum. Nam quelibet lex Dei bona est, sed bonis est ad meritū: malis autem ad mortem damnans. Sic hic cibus bonis est ad meritum: malis autem ad mortem spiritus. *Inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam: hoc esse ad mortem.* Psal 34. F Eucha. Quod indigne pręsentes priuantur omnibus bonis spiritualibus. Psal. 68. Psal 27. Iob 20. Rom. 7. Ibidem.

Sed

Digitized by Google

Sed quærit Alexand. in quarta parte, quomodo cibus iste ita nocere potest iniustis. Nam diuina pulchritudo amica est aspectui quantumcumque infirmo, id est intellectui. Delectatur enim intellectus quantumcumque peccatoris in cognitione, diuinæ pulchritudinis, ergo & diuina dulcedo gustui quantumcumque infirmo erit amica, cum etiam per incarnationem maxime facta sit proportionata humano gustui. Ad hoc respondetur, quod gustui omni illam participanti amica est illa beatissima dulcedo, sed palatum non sanum cui dulcia videntur amara, cuiusmodi est palatum spirituale peccatoris, non illud participat, quia secundum Augustinum: Palato non sano pœna est est panis, qui sano est suauis. Sicut enim appetitus corporis sequitur dispositionem corporis, ita vt æger & sanus diuersa appetant propter contrariam corporis dispositionem, sic peccator & iustus ex dispositione animæ contraria.

G Tertium malum est, quod ruunt in peccatum grauissimum, & hoc quia offendunt ad lapidem offensionis & petram scandali, quæ est Christus, & ideo subditur in scandalum. Infeliciores enim videntur isti cæteris peccatoribus, quia ipsum summum bonum est eis nociuum, & ex ipsa vita moriuntur, & ex ipso antidoto incurrunt infirmitatem ad mortem. Quis autem curationi locus, quando quod debuit curare hominem ipsum interficit. Vnde in libro Prosperi. Sacramentum summæ bonitatis sibi in iudicium sumit indignus. Bene autem esse non potest accipienti quod bonum est. Tales enim de optimo cibo intoxicantur, ad totius orbis fulcimentum ruunt, & de medicina vulnus accipiunt. Væ illis quibus illa medicina in vulnus conuertitur. Vnde bene de eo dicitur: *Erit hic positus in ruinam & in resurrectionem multorum.* Luc 2.

Sed quærit Alexand. quis illorum grauius peccat, vel manducans cum peccato carnali vel spirituali. Quod in spirituali patet. Tum primo, quia secundum Gregorium. Peccata carnis maioris sunt infamiæ & minoris culpæ, sed manducans cum minori culpa minus offendit, igitur. Tum secundo, quia grauius peccat qui peccat ex certa malitia, quam qui ex infirmitate, sed peccata Spiritus sunt ex certa malitia, peccata carnis ex infirmitate, igitur. Respondetur secundum eumdem, & magis peccat cæteris omnibus paribus qui sumit Christi corpus in peccato desperationis, vel inuidentiæ fraternæ, quam qui sumit in peccato gulæ vel luxuriæ, quia ista de directo sunt contra omnem efficaciam huius sacramenti, quod est sacramentum amoris & vnionis. H Enchyr. Quod magis peccat cõmunicans in peccato desperationis vel inuidentia fraterna quã gula vel luxuria, & magis in peccato luxuriæ quã ira, &c.

Sed magis peccat existens in peccato luxuriæ quam existens in peccato iræ vel cuiuslibet alterius vitij spiritualis. Probatur multipliciter. Primo, quia hoc sacramentum est sacramentum vnionis membrorum Christi cum capite & ad inuicem, igitur peccatum quod est causa maioris diuisionis ab inuicem & à capite est magis contrarium huic Sacramento, & magis impeditiuum efficaciæ eius, sed huiusmodi est peccatum carnis quod ad minus separat duo à capite Christo & à membris eius, ergo tales huic sacramento maiorem faciunt contumeliam.

In cuius signum in scriptura inhibetur panis propositionis figuralis huius panis, maxime his qui hoc peccato infecti sunt. Ait enim sacerdos Dauid panem petenti. *Non habeo panes sarcos ad manum, sed tantum panem sanctum.* Si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus, illum manducent. Secundo. *Omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus eius est, quæ autem fornicatur in corpus suum peccat.* Glossa. Fornicatio non modo anima sed etiam corpus contaminat. Illud ergo peccatum duplici maculat immunditia, sed istud sacramentum est munditiæ sacramentum ratione contenti & ratione 1. Re 21. 1. Cor. 6

signati, scilicet corporis Christi veri & mystici, ergo in hac duplici immunditia illud sumens magis huic sacramento iniuriatur. Tertio, quia ad digne suscipiendum Christi corpus requiritur quod homo sit in statu gratiæ, & quod actu mens eius feratur in Dominum, propter quod sacerdos ante cõsecrationem monet populum, sursum corda habere ad Dominũ requiritur etiam magnum rationis iudicium & deliberatio. Sed per peccatũ luxuriæ mens humana magis deprimitur, vt ad superna ferri non possit, & magis absorbetur rationis iudicium quam per peccata spiritualia. Vnde & in actu matrimoniali Spiritus sanctus corda prophetarum non tangebat, vt vult Hieron. & secundum Philosophum 8. Ethic. Impossibile est hominem intelligere ipsa carnali delectatione, ergo plus impedit dignam huius Sacramenti susceptionem. Quarto magis contemnit qui accedit cum certitudine vilitatis peccati, quam qui non accedit ita certus: sed qui peccant peccato luxuriæ, certi sunt quod sunt in peccato mortali, & se viles reputant, quæ raro cõtingunt de peccãtibus spiritualiter. Raro enim accidit quod aliquis sciat an peccet mortaliter ex commissione actus spiritualis, vtpote superbiæ, iræ, vel inuidiæ. Quinto, sumptio corporis Christi à fornicatore assimilatur peccato Iudæ traditoris, quantum ad hoc quod osculo tradidit Dominum suum, vt vult Hieron. sed illud peccatum fuit sceleratissimum. ergo. Nec valet argumentum quod spirituale peccatum grauius est quã carnale, quia non sequitur: iste sumit Christi corpus cum maiori peccato quam ille, ergo grauius peccat quam ille: Maioritas enim peccati in hoc casu non prouenit ex indignitate maiori ex parte antecedentis, sed ex indignitate maiori ex parte ipsius accessus. Ideo valet argumentum: iste indignius accedit quã ille, ergo magis peccat. sed non sequitur: iste indignior accedit quam ille, ergo magis peccat. Spiritualia vero faciunt personam indigniorem: luxuria vero accessum indigniorem. Hæc Hall. Quartum malum est cęcitas mentis, Inde subditur: *Obscurentur oculi eorum ne videãt mala*, quia nec se, nec suam conscientiam, nec suum periculum vident. Accedunt siquidem iusti ad Dominum, vt digne eum recipiant & illuminentur, iuxta illud Psal. *Accedite ad eum & illuminamini*: accedit peccator indigne percutitur cæcitate. Hinc Soph. *Ambulabunt vt cæci, quia peccauerunt Domino*. scilicet in propria persona. Et hac cæcitate iusto Dei percutiuntur propter multa. Primo, quia: *Isti dilexerunt magis tenebras quam lucem*, id est peccatum quam veritatem, diabolum quam Deum. Nec mirum, quia oculis ægris odiosa est lux, non ex vitio suo sed ex vitio oculorum, sicut sanis & non lippientibus oculis lux gratiosa est, iuxta illud: *Dulce lumen & delectabile oculis videre solem*. Ideo non est mirum si percutiãtur à Deo cæcitate mentis. Si enim Sodomitæ percussi sunt cæcitate, eo quod abuti voluerunt angelis, qui sub humana specie apparebant: quanto magis qui abutuntur Domino suo sub specie sacramẽtali apparẽte. Sed licet isti nõ videãt sui status periculũ, tamen semel hoc videbunt quanto aperientur oculi eorum, sed tarde nimis. Vnde sub figura de eis dicitur: *Percute gentem hanc cæcitate*. & statim sequitur: *Domine aperi oculos istorum vt videant: aperuitque Dominus oculos illorum, & viderunt se esse in medio Samariæ*, scilicet inter hostes. Sic peccator iste si oculos apertos haberet, in medio dæmonum periculose se videret constitutum, quod tamen semel videbit, si vitam non mutet. Secundo scriptum est: *Secundum opera manuum mearum retribues mihi*. Hoc enim clamat omne ius. Sed isti ponunt Dominum suum in obscuro & tenebroso loco conscientiæ eorum, iuxta quod se plangit per Psal. *Collocauit me*, (inquit) *in obscuris sicut mortuos sæculi*, & iterum: *Posuerunt me in loco inferiori, in tenebrosis & vmbra mortis*: ergo non est mirum si Dominus ab eis lucem suam auertat, & execatos dimittat.

Hall. Quartum malum est cęcitas mentis, Psal. 68.
Psal. 33.
Soph. 1.
Ioan. 12.
Eccl. 11.
Gen. 19.
4. Reg. 6.
Psal. 17.
Psal. 142.

I Euchar. Quod indigne cõmunicanti in extremã cæcitatẽ mentis.

Tertio,

Tertio, non est mirum si non videat qui fenestras suas claudit lumini: sed talis peccator per peccatum cor & conscientiam claudit illi qui dixit: *Ego sum lux mundi*, licet os aperiat dolose iuxta illud Psal. *os peccatoris & os dolosi super me apertum est.* Vnde Iob: *Ipsi fuerunt rebelles lumini.* Ideo non est mirabile si remaneant excæcati. Quod si quis diceret cæcitatem illam nō esse multum malam peccatori, audiat Augustinum dicentem super illud Psal. *Obscurentur oculi eorum, &c.* Quis nō videt infelicitatem hominis cuius cor iam cęcum est? Tollantur illi oculi corporis: omnes homines miserum dicunt, perdat oculos mentis, sed tamen circumfluat omnium rerum abundantia, & felicem appellant. Sed certe infeliciores sunt, qui mentis oculos perdiderunt. Quintum malum est continuum murmur conscientiæ: Nam seruus sub onere incuruatus sēper murmurat. Sic conscientia peccatoris serua peccati indigne recipiens hoc Sacramentum cum se sentit incuruatam & oppressam pondere diuini iudicij, iuxta illud: *Qui manducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne, iudicium sibi manducat & bibit*: murmurat tunc de onere, de læsione, & de fœtore sui. De onere quidem, quia ipsum recipit supra suam conscientiam, qui grauis est peccatoribus ad portandum. Si enim peccatores, dixerunt de eo: *Graue est nobis ad videndum*, quanto magis ad portandum? Murmurat etiam de onere peccati grauissimi dicens illud Psal. *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Murmurare etiam potest de læsione sui. Sicut enim forte nutrimentum nimium ledit & granat stomachum infirmum, ita vt postea ructet & euomat iuxta Hypocratis alphorismum: ægra corpora quāto magis nutries, plus lædes, sic multum aggrauantur conscientia peccatoris hunc cibum indigne suscipiens. Ideo subditur: *Et dorsum eorum semper incurua*, id est, conscientiā quæ onera portat permitte semper onero incuruari & murmurare. Vnde Chrysost. Sicut corporalis cibus cum ventrem inuenerit aduersis humoribus occupatum, amplius lædit, magis nocet, & nullum præstat auxilium, ita & iste spiritualis cibus, si aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdet, non sua natura, scilicet accipientis vitio.

K. Eucha. Indigne communicans habet continuū murmur conscientiæ.

Ioan 8.

Psa. 108

Iob 24.

Psal 68.

2 Cor. 11

Sap. 2.

Psal. 78.

Psal. 68

Tertio murmurat de fœtore sui. Maxime ei fœtet conscientia ex tantæ fragrantiæ receptione. Nam sicut sole lucente cum calore super firmarium ipsum firmarium plus fœtet: sed ex hoc sol non fœtet, nec in eo inuenitur aliqua fœditas: sic in firmario conscientiæ peccatoris, Christus receptus sacramentaliter, non inde sordidus efficitur aut fœtidus, sed sola conscientia peccatoris, qui fœtens coram Deo & Angelis, immo maxime sibi ipsi vt se pati non possit, efficitur.

L. Eucha. Indigne communicans non recipit Eucharistiam spiritualiter & sacramentaliter.

Sed quæritur, vtrum peccator indigne susciipiens Eucharistiam eam sacramentaliter & spiritualiter recipiat? Et videtur quod sic, quia nec percipitur Christi corpus aliquo sensu corporali, ergo non percipit sacramentaliter, & sic si percipiat, hoc spiritualiter. Ad hoc dicitur, Primo, secundū de argentina in. 4. Quod corpus Christi quia non nude accipitur, sed exteriori velamine velatum, scilicet speciebus, Ideo nullo sensu percipitur immediate. Sicut enim simia si degluti-ret nucem non fracta testa, non gustaret nucleum testa velatum, quamuis ipsum corporaliter sumeret: sic in proposito bene accipit peccator corpus Christi sub speciebus, & species sentit: sed non dulcedinem qui interius latet.

Dicitur secundo, quod existens in mortali non comedit eum spiritualiter, quia qui sic comedit manet in Christo, & Christus in eo, iuxta illud: *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, &c.* Super quo August. Hoc est: illam spiritualem escam manducare & illum potum bibere, in

Ioan. 6.

Christo manere, & Christum manentem in se habere. Et eadem verba tractans Augustin. in lib. de sacramentis fidelium in persona Christi sic ait: Qui in me nō manet nec ego in illo, si accipit sacramentū, acquirit magnum tormentum. Quis autem non maneat peccator, in Deo patet, quia: *Peccata nostra diuiserunt inter nos & Deum nostrum.* Præterea, nullus mortuus potest vitalem cibum vitaliter sumere: sed peccator spiritualiter mortuus est, quia separatus à Deo qui est vita animæ: Cibus autem ille viuificus est dans vitam spiritualem ei qui sumit eum, iuxta illud: *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.* Sextum malum est effusio iræ Dei, qui indignatur super talem indigne suscipientem aut celebrantem. Inde subditur: *Effunde super eos iram tuam.* Hinc est quod post pascha, propter irreuerentiam factam huic sacramento sæpe contingūt pestes.

Esai. 59.

Ioan. 6. M. Indigne cōmunicans incurrit offensā Dei & effusionem iræ eius. Psal 68.

Sic Romæ contigit tempore beati Pelagij, cuius tempore fere propter hoc vitium populata est vrbs Romana, & domus plurimæ desertæ habitatore, & occasione huius canit ecclesia: *Quæsumus auHor omnū in hoc paschali gaudio: ab omni mortis impetu: tuum defende populum.* Sicut enim male tractatur à nobis: postmodum nos male tractat. Inde canit hymnus. *Sic tu nos visitas sicut te colimus.* Hoc etiam contigit Corinthijs, qui indigne tractabant Eucharistiam: Postquam enim dixit Apost. de indigne manducantibus, quod sibi iudicium manducant & bibunt, subiunxit statim.

1 Cor. 11

Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi. Gloss. Multi infirmi febribus & alijs ægritudinibus, & imbecilles, scilicet longa corporis valitudine, & dormiunt multi, id est moriuntur morte corporali: quia cibus vitæ male sumentibus fit cibus mortis. Et quod hęc mala contingant ex indigna sumptione Eucharistiæ, ostendit consequenter Paulus dicens: quod *probet se ipsum homo: quia si nosmetipsos iudicaremus*, id est ante communionem propter peccata nostra nosipsos puniremus, quod nihil aliud est nisi probare semetipsos, de quo iudicio: Iob *Coram Deo ponam iudicium meum: & os meum replebo increpationibus:* non vtique iudicaremur, scilicet à Deo nec temporaliter, nec æternaliter. Vnde & circa annum Domini millesimum ducentesimū vicesimum-quartum, Phrygia pæne est submersa marinis fluctibus, in quibus perierunt plusquam centum millia hominum, propter irreuerentiam sanctam sacramento à quodam pugile, qui præcipitauit hostias consecratas in terram, nec propter ea luxit populus super hac offensa grandi, nec satis fuit correctus pugil ille. Et hoc reuelauit Maria Dei mater cuidam sancto viro, & constructa est ecclesia post modum in eodem loco, vbi hostiæ ceciderant, vt recitat Cæsarius in Dialogo, & quidam liber appellatus Fasciculus temporum. Præterea, percussus est Oza, quia tetigit archam Dei irreuerenter, quæ erat signum dominici corporis.

Iob 28.

Et quia nocte iacuerat cum propria vxore, vt dicunt Hebræi: & Bethsanitæ quia viderunt eam nudam. Sed si sic percussi sunt qui irreuerenter ad signum se habuerunt: qua pœna plectentur, qui ad veritatem Dominici corporis indigne accedunt? Magna quippe est Christi patiētia & beatorum angelorum ibidem existentium, dum tolerant indignitatem cōtrectantium hoc Sacramentum, cum populus Israel tanta seueritate puniebatur accedens ad montem Sinay. Nam & si bestia tetigisset montem, obruebatur lapidibus. Legitur enim in libro paschali, quod quicunque indigne communicat, nisi bonitas Christi (cuius iudicio pendent omnia) gladium suspenderet, & temporalem mortem vt pœniteat relaxaret, ab angelis ad hoc positis perimeretur.

2. Reg. 6. 1. Reg. 6. Exod. 19

Nec mirum, quia si pro morte Christi gens Iudæorū destrui debuit, & peccatum indigne conficientiū simile est pec-

cato

Digitized by Google

cito eorũ qui crucifixerunt Christum, iustissime possunt à Domino interfici, & maxime timendum est hoc sacerdotibus indigne celebrantibus. Si enim (vt inquit Petrus cantor) ex institutione Ecclesiæ primitiuæ lecto Euangelio dicebatur cathecuminis. *Exite, exite*, & sic membris Christi nõ licuit interesse confectioni corporis Domini, quanto magis timendum est sacerdotibus malis, qui sunt membra diaboli, conficere & consecrare. Vnde dicitur: *Sacerdotes qui accedunt ad altare, sanctificentur, ne percutiam eos.* Hinc Hugo de duodecim abusionibus claustri. Sunt multi in sæculo qui non solum vani & curiosi, sed etiam cum ambitione non cum deuotione accedunt, qui etiam non accederent, nisi inde aliquid se lucraturos sperarent. Exod 29

Sed accessit ad Iesum Petrus, accessit & Iudas, accesserunt discipuli, accesserunt & milites crucifigentes Christum, accedunt & quotidie ad eum peruersi sacerdotes, qui ea quæ offeruntur ad mensam Christi, offerunt ad mensam diaboli. In illa Deum inuocant, in ista periurant, non orationibus sed lusibus vacant, legem Domini nec sciunt, nec addiscere volunt vacantes ocio, comessationibus & ebrietatibus student, terrenis inhiant, assidui in plateis, rari in Ecclesia, tardi ad inuestigandum culpam peccatoris, prompti ad inuestigandum leporum vestigia, velociores ad congregandum carnes, quam ad conuocandum pauperes. Non est mirum, si tales aliquando puniat Deus. Nihilominus tamen istæ punitiones temporales non sunt infructuosæ, quia dicit Apostolus: *Dum iudicamur*, id est, dum pœnis temporalibus propter peccata nostra affligimur, *à Domino corripimur*, quod est valde vtile, ideo subdit. *ne cum hoc mũdo damnemur*, scilicet æternaliter. *Beatus homo qui corripitur à Domino.* 1 Cor. 11 Iob 13.

Sed quæritur cum Oza tangens archam statim mortuus est, & similiter viri Bethsamitæ, & tamen illa non erat nisi figura & pictura dominici corporis? quare Dominus non punit incontinent, malos sacerdotes, cum etiam Dominus magis deberet animaduertere in sacerdotes quam in laicos? Inde Ezechielis. *A sanctuario meo incipite.* &, *Tempus est vt iudicium incipiat à domo Domini.* & maxime cum etiam in primitiua ecclesia eos ita punierit, vt patet in Corinthijs. Ad hoc respondetur, quod hoc Dominus rationabiliter facit, & hoc potest esse propter tria.

N Euchar. Vnde est quod Dominus dissimulat nunc punire indigne cõmunicantes plus quã in primitiua Ecclesia. Ezech. 9

Primo, vt ostendat zelum suum & amorem recessisse à Sacerdotibus, & non amplius curare de eis vt dicit: *Auferetur zelus meus à te & quiescam, nec irascar tibi amplius.* &: *Non visitabo super filias tuas cum fuerint fornicatæ, nec super sponsam vestram cum adulterauerit.* 1. Pet 4. Ezec 16 Osea 4.

Secundo, quia plus peccant sacerdotes nunc celebrantes indigne, quam qui indigne figuram tangebant, vel qui in primitiua Ecclesia minorem cognitionem de hoc Sacramento habebant. Ideo maior eos pœna expectat. *In diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur.* Si quando aliquis aliquod paruum crimen committit, statim corripitur & dimittitur, vt voluit facere Pilatus: *Corripiam ergo illum & dimittam.* Sed dum magnum est crimen, seruatur vsque in diem certum. Iob 21. Luc. 23.

Tertio, quia principium iustitiæ est timor: consummatio amor. A timore enim inchoari debet præceptum, & in amorem terminari: Nam lex vel præceptum dum imponitur, confirmari debet timore, quia in principio legis vel præcepti ad auctoritatem eorum confirmãdam oportet contemptores puniri. Ideo quãdo datum est gentibus Eucharistiæ Sacramentum, ad confirmandam auctoritatem tanti Sacramenti, sæpe puniebatur Dominus contemptores: Modo vero quod confirmata est, dissimulat Dominus per misericordiam suam, vt sic saltem conuertantur & viuant. Septimum malum est æternæ damnationis per-

cu-

Psal. 68 culum. Hinc sequitur: *Et furor iræ tuæ comprehendat eos.* Furor enim est ira geminata, qua quis in alterum sęuire iudicatur, & à se totaliter abijcit & proijcit, quēadmodum facit Deus pater abijciendo totaliter à se damnatos, dando eos æternis cruciatibus, quia Psal. *Opera manuum eius veritas & iudicium.* Super quo quidam expositor Opus manuum Domini est Eucharistia quā per seipsum instituunt. Est autem illud opus veritas promissa æterni præmij digne suscipientibus, sed iudiciū damnationis male suscipiētibus, iuxta illud quod canit Ecclesia: *Mors est malis, vita bonis.* Est enim Eucharistia similis amigdalo, quæ hominibus est cibus, & vulpibus est venenū, vt inquit Plinius. Vnde in vita B. Bernardi legitur, quod cū quidam frater accederet ad mensam Domini peccati conscius, & hoc sciente B. Bernardo, dixit ei Bern. Iudicet Deus inter me & te frater. Qui assumpta Eucharistia statim crepuit medius, & sic damnationis æternæ excepit sententiā quemadmodū Iudas, qui postquā eam suscepit indigne,

Act 10. *Suspensus patibulo crepuit medius, & effusa sunt viscera eius.* Octauum malū est auxilij diuini desertio. Merentur enim tales adeo deseri, qui Dominum suum ita inhoneste

Psal. 108 tractant, iuxta illud quod sequitur. *Fiat habitatio eorum deserta,* scilicet auxilio diuino, cuius causa est ingratitudo maxima. Venit enim diuina maiestas in hoc sacramento visitare vermen & puluerem humanū cum plenitudine charismatū suorum, & miser homo non timet ei contumeliam inferre, quē pro posse suo debuit honorare. Satis enim possumus in hac parte mirari bonitatem diuinam & per-

Psalm. 8 uersitatem humanā. *Quid enim* (vt ait Ps.) *est homo quia magnificas eum: aut filius hominis quia visitas eum.* Etiā latrones, illis ad quorum mensam sedent, seruant fidem. Indigne vero conficiens vel communicans in ipsa mensa in qua cum Domino comedit, ei contumeliā facit: Propter quod de

Eccl. 29. ipso Domino dicere possumus, illud. *Pascet & potabit ingratos, & adhuc amara audiet.*

O Euchar Quod indigne cōmunicans incurrit aeternę damnationis periculum. Psal 110

P Euchar Quod indigne cōmunicans meretur desertionē diuini auxilij.

Et ad magnitudinē ingratitudinis facit, quia in hoc sacramento mors Domini figuratur, iuxta illud: *Quotiescumque manducabitis panem, &c. mortem Domini annunciabitis.* Magna autē ingratitudo est aliquam ei contumeliā inferre, quē recordatur quis mortuū pro suo amore. Ingratitudo vero meretur siccari fluenta gratiarum, & quod omnia beneficia subtrahantur: ideo non est mirabile si tales à diuino auxilio deseruntur. Nonum malum est ariditas mentis. Cum enim vinum istud sacramētale bibi nō debeat sine aqua deuotionis, cum sit forte & inebrians, iuxta illud: *Calix meus inebrians quā præclarus est:* tales tamē accedunt ad hanc mensam sine aqua deuotionis totaliter aridi mente, quia calore & luxuriæ ibidem vigente, nec apparet Ortulanus Spiritus sanctus, qui eam roret & fœcundet, & inde dicitur in Ps. *Et in tabernaculis eorū non fit qui inhabitet,* id est, tabernacula mentis eorum sint arida & indigna habitari Spiritu sancto. Vbi enim non reperitur aqua, terra manet in deserta. Sic & vbi non inuenitur aqua gratiarū & deuotionis. Rationem huius subdit Ps. *Quoniam quem tu percussisti persequuti sunt, & super dolorem vulnerū meorum addiderūt.* Merito enim denegari ei debet aqua de puteo, qui Dominum putei persequitur & vulnerat. Sed Deus est Dominus huius aquæ illam largiens solus & ministrans. imo ipsemet est puteus, iuxta illud: *Puteus aquarum viuentū.* Isti vero persequuntur eum, & qui propter eos à pio Patre percussus est, iterum vulnerant, non recordantes quoniam *propter iniquitates eorum vulneratus est.* Ideo non est mirum si eis aqua deuotionis subtrahatur. Tales enim sine deuotione & appetitu quocumq; ad mensam accedunt, quia non sunt sani, sed infirmi valde. Sed quod tales addant vulnera vulneribus, patet. Nam tripliciter & à tribus putatur Christus vulneratus. Primo vulneratus est viuus vita mortali, quod vulnus inflixerunt Iudæi dicentes: *Crucifige eum.* Secūdo, vulneratus est mortuus, quando *vnus militum lancea latus eius aperuit,*

1 Cor. 11

Psal 22. Q Euchar. Quod indigne cōmunicans incurrit ariditatē mentis. Psal. 68.

Ibidem.

Cant 4.

Mat 15.

Ioh 19.

Digitized by Google

R Vulneratio. De triplici vulneratione Christi.

aperuit: & hic creditur fuisse gentilis. Tertio, vulnerant eum mali christiani, dum fructum amarissime passionis suę, scilicet seipsos ei auferunt. In prima vulneratione tantummodo sanguis ex eo exiuit: in secunda vero non tantum sanguis, sed etiam aqua contra naturam, in tertia autem cum ipse impassibilis sit, ab eo exibit mors æterna, quod contra naturā eius esse videtur, cū ipse sit vita, & ab eo qui mitissimus est, furor procedet, & tūc non exibit aqua, sed ignis, iuxta illud Ps. *Ignis in conspectu eius exardescet*. Decimum malum est, ruina continua de peccato in peccatum. Inde subditur: *Appone iniquitatem super iniquitatē eorum*, id est, permitte vt descendant de iniquitate in iniquitatem. Nec hoc est mirabile, quia vt dictum est, tales sunt deserti à diuino auxilio. Sed *Non est hominis via eius: nec viri vt ambulet & dirigat gressus suos:* Ideo non opus mirari si continuo ruant de malo in malum. Præterea, infirmus comedens cibum vetitum & sibi nociuum, non est mirabile si illico cadat in multo maiora inconuenientia & maiores infirmitates. Scilicet peccator accedēs ad sacramentū infirmus est, & qui prius debuisset cessare à febre peccati, & tenetur per dietam pœnitentiæ comedere cibum sanorum. Non enim dat medicus infirmo carnes & vinum nisi cessante febre. Ideo non est mirandum si in multas alias peccatorum infirmitates sæpe incidat, *vt qui in sordibus est, sordescat adhuc*. Vndecimum malum est difficultas iustificationis. Tales enim verentur confiteri illud peccatum propter enormitatem & turpitudinē, Ideo difficulter purgantur ab eo. Hinc subditur, *Et non intrent in iustitiam tuam*, id est cum difficultate intrent in locum iustitiæ tuæ, scilicet confessionis & pœnitentiæ, vbi iustitiam de se facit peccator, & a Deo iustificatur, Quod recte signatum est in eo cui dicitur: *Amice ad quid huc intrasti*, scilicet ad cenam nuptiarum, *non habens vestem nuptialem*, charitatis scilicet & munditiæ. *At ille obmutuit*, id est, mutus factus est. Si enim tantæ est verecundiæ fateri proditionem alicuius regis vel principis vt vix possit torturis multis ab ore extorqueri, quantæ difficultatiserit confiteri proditionem istam factam regi regum in persona sua? Inde est quod tales per multa tempora dormiūt in peccatis suis, Quod si diceret quis facile eos mundare posse per accessum ad illum, qui est omnis mundicia, Non enim potest suprema & excellentissima mundicia inficere eos qui ad eam accedunt. Si enim in scriptura sacra dicatur, *Qui tetigerit quodlibet immundum immundus erit*: sequitur è contrario, quod qui tetigerit mundum, immo mundissimum: mundissimus erit, & sic intrabit in iustitiam, id est, in iustificationem recipiendo eam, Ad hoc respondetur, Primo iuxta sententiam Pauli: *quod coinquinatis & infidelibus nihil est mundum*. Licet enim sit mūdissimum, tamen illi ex vitio suo faciunt de omnium lauachro suum inquinamentum. Sicut enim mali & etiam mala pro sunt bonis patienter tolerata, vt Decius Laurentio in eundem sæuiendo: sic bona malis nocent & coinquinant, non ex defectu sui, sed ex indispositione suscipientium: sicut sol facit fructificare terrā calore suo & abundare, & tamen cum hoc hominem percutit febre. Secundo dicitur, quod non iustificantur peccatores ex contactu & susceptione Sacramenti, nisi facta digna confessione, vnde Isidod. Et habetur de conse. di. 1. Qui scelerate viuunt in Ecclesia & communicare non desinunt, putantes se tali cōmunione mundari: discant nil sibi proficere ad emundationem, dicente propheta: *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa. Numquid carnes sanctæ auferent à te maledictiones tuas* quasi dicat non: & ideo per confessionem necessario diluendæ sunt. Vnde & cum Dominus Moysi in rubo apparuisset, dixit ei: *Solue calceamentum tuū de pede tuo: Locus enim in quo stas terra sancta est*. Sic cum Dominus adest in sacramento, omne morticinium peccati auferendum est. Hinc: *Ioseph eduxit de carcere tonderunt*,

Psal 49.

Psal. 66.

S Eucher. Quod indigne communicāt merentur vt ruant ipsi in peccatū. Hier. 10.

Apoc. 21.

T Eucher. Quod indigne communicās vix postea resurgit à peccato. Psal. 68.

Mat. 22

Leui. 22.

Tit. 1.

V Eucher. Quod ex incōpetentia mundi non ex defectu Christi qui est mundissimus, procedit quod nō mundentur per susceptionē eius.

Hier. 11

Exod. 3.

Gen. 14.

tonderunt, & mutata veſte obtulerunt regi. In quo datur intelligi quod nemo debet ſe offerre ad menſam cæli regis, niſi qui attonſus eſt, omne ſuperfluũ peccati abijciendo, & reſtituendo, & qui mutat veſtem peccati in veſtem ſanctitatis. *Quando enim Melchiſedech rex Salem ſacerdos ſummi Dei obtulit panem & vinum Abrahæ, hoc fecit ei reuertenti à cæde quinque regum,* ad deſignandum quod tales accedentes ad digne celebrandum vel communicandum debent habere victoriã ſuper quinque ſenſus, qui quodammodo in hominibus beſtialibus videntur principatum gerere, antequam valeant digne benedictionem huius cibi ſuſcipere.

Gen. 14.

Dicitur tertio, quod licet mali ſuſcipiendo indigne hoc ſacramentum reddantur immundiores, non tamen Chriſti corpus maculant, cum per os eorũ tranſit & in ſtomachũ deuenit. Solis enim lumen per immunda loca tranſiens, nullas inde contrahit immunditias, nec Chriſtus ſol iuſtitiæ per os peccatoris ſacramentaliter tranſiens. Et ſi indiſcrete ſolis calores recipiens, inde mortem incurrat hoc tamen eſt abſque ſolis damno aut commaculatione. In hoc autem quod ſe permittit ita viliter tractari à peccatoribus & inimicis ſuis, commendat nobis pietatem & manſuetudinem in hoſtes noſtros habendam, ne nos de eis vindicemus, cum ipſe Dominus ita viliter tractatus patienter expectet.

X Euchar. Quod indigne communicãtem ſequitur perditio vitæ æternæ.

Duodecimum malum eſt perditio vitæ æternæ. Prædicit enim Pſalm. eorum damnationem comminatorie dicens: *Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur,* ad habendum enim vitæ æternæ primum, non quod aliquando (vt ait Auguſt.) ibi fuerint aſcripti, ſi ſint reprobi, ſed cum videantur ex aliquo bono per eos facto ibi inſcripti, ita fiat vt poſtea appareat eos non ibi eſſe aſcriptos. Et ratio huius eſt, quia *Nihil immundum aut coinquinatum intrabit in illam.* Hinc & Pſal. interrogat. *Domine quis habitet in tabernaculo tuo.* Et reſpondet: *Qui ingreditur ſine macula & operatur iuſtitiam.* Sed iſti ſunt maculati & coinquinati, immo ita inhoneſti, quod non lauant manus ſuas dum veniunt ad menſam. Ideo indigni ſunt recipi ad menſam honeſtiſsimorum ſcilicet ſanctorum paradiſi. Dicit etiam Pſ. *Secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi, & quia immundæ fuerunt operationes eorum: ideo immundiciæ ſuæ mercedem accipient.* Præterea, iſti male locant Dominum ſuum, qui eum proijciunt in viliſsimam latrinã: imo quod incomparabiliter deteſtabilius eſt, in inferni ſentinam, quia cor luxurioſi vel guloſi ſentina eſt inferni.

Pſalm. 68. Apoc. 21. Pſal. 17.

Vnde quandoque contigit militem quemdam cum quodam ſacerdote malæ vitæ contendere: Iurante autem ſacerdote per Deum, qui illa die hoſpitatus fuerat in corpore ſuo, quod impune ferret, ſed vindicaret in illum, quę ſiuit idem miles ſi verum eſſet, quod Chriſtus in corpore ſuo fuiſſet hoſpitatus, Reſpondit preſbiter quod ſic: Tunc ait miles: Certe Chriſtus nõ dixit hodie Pater noſter ſancti Iuliani, ex quo in tam vili & ſordido corpore hiſpitatus eſt. Ideo credendum eſt tales abijci à regno cæleſti, & proijci in gehennam inferni. Præterea, Si excõmunicatus eijcitur ab Eccleſia militante: quãto magis eijcietur à triũphante, quod dixit Dominus paſtoribus Eccleſiæ: *Quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cælo.* Sed talis peccator quãtum in ſe eſt rurſum crucifigens Dominum Ieſum, nõ amat: imo odit ipſum, & per ſententiam beati Pauli. *Si quis non amat Dominum Ieſum Chriſtum ſit anathema:* ergo talis à ciuitate celeſti omnino abijcietur.

Pſal. 2. Mat. 28

Sed circa hoc quæritur, vtrum ſacerdos debeat dare Chriſti corpus illi quem ſcit eſſe in peccato mortali: Aliter quod non, quod iubet Dominus: *Nolite ſanctum dare canibus* & *Non eſt bonũ ſumere panẽ filiorũ & mittere canibus.* Euchariſtia autẽ eſt panis ſanctus, & panis filiorũ ſcilicet angelorum, & hominum beatorũ, igitur. Secundo quod medicus corporalis medici-

1 Cor. 11. Matt. 7. & 15.

nam

Eucha. Quod tenetur quando-que facere dare Eucha. ſtiã illi qui ſcit eſſe in mortali.

nam quam ſcit ægro mortiferam, cum quantumcumque inſtantia peteret eam infirmus ſibi dari, peccaret mortaliter, & eſſet homicida eius ſi eam ſibi daret. Sed Euchariſtia eſt medicina ſalubris bonis, & ægris mortifera, non tantum corpori, ſed etiam ſpiritui. Hinc Auguſtinus, lib. 3. de Trinit. ſanctiſsima bonis ſunt ad ſalutem, malis ad iudicium; & loquitur, ibi de corpore & ſãguine Chriſti, ergo ſi ægrotus exiſtens in peccato mortali petat, non debet ſibi dare medicus ſpiritualis. Tertio nullus caſus eſt in quo non peccaret ſacerdos, ſi ſcienter & voluntarie proijceret Euchariſtiam in lutum vel ſterquilinium, ſed exiſtens in mortali eſt quaſi lutum. *Luto vilior eſt vita ipſius*, igitur. Ad hoc reſpondetur. *Prior* ſecundum Richardum in 4. diſtinct. 9. quæſt. 3. artic. 1. quia aut ille peccator non petit & ſacerdos dat, & tunc peccat, aut petit, & hoc dupliciter, quia aut ſuum peccatum eſt occultum aut manifeſtum. Si ſecundum, ſacerdos peccaret, quia legitimum contra ipſum habet exceptionem quam ſibi publice obijcere poteſt, puta excommunicationem propter graue crimen, vel aliquid aliud tale, & accipio manifeſtum non pro omni eo quod probari poteſt, quod magis propriæ dicitur manifeſtabile quam maxifeſtum. Vnde ſi ſacerdos ſciret parochianum ſuũ eſſe in crimine quod legitime contra eũ probare poſſet, ita quod illud crimen neſcirent cum eo niſi duo vel tres teſtes per quos hoc probare poſſet, non tamen propter hoc debet ei negare Euchariſtiam in publico petenti, quia iam inferret ſibi pœnam ante criminis probationem, quod fieri non debet 11. q. 3. eorum. Sed accipio hic manifeſtum pro notorio. Eſt autem peccatum notorium, aut per ſententiam ſeu confeſsionem factam in iure aut euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poteſt, extra de cohabit. clericorum & mulierum ca. vlt. Si autem peccatum ſuum eſt occultum, aut petit in occulto, & tunc ſacerdos ſibi dando peccaret: quod habet contra eum legitimam exceptionem quam ſibi in occulto obijcere poteſt, & ipſum debet monere ne petat in publico. de cõſecra. diſt. 2. ne prohibeat. Aut petit in publico, & tunc ſibi ſacerdos dare tenetur, quod cõtra eum non habet legitimam exceptionem quam ei in publico obijcere poſsit, extra de officio iudicis ordinarij, ſi ſacerdos. Hæc Richar. Et ſunt aliæ plures cauſæ propter quas ſacerdos tenetur dare: Vna eſt celatio criminis, alia vitiatio ſcandali. Tertia apparẽtia iuris ipſius petentis, Quarta ignorantia diuinæ operationis. Neſcit enim ſacerdos vtrum Deus in eo operetur occulte. Potiſsima autem ratio eſt vt non prodat crimen alicuius: cuius curam gerit. Vnde Augu. & habetur. 2. q. 1. ſi peccauerit. Solus noſti quod peccauit, & eum vis coram omnibus arguere: non eris corrector ſed proditor Et iterum Augu. de conſe. diſt. 2. Non prohibeat diſpenſator pingues terræ ad menſam Domini manducare, id eſt, peccatores, ſed moneat exactorem timere. Poteſt etiam eſſe quinta ratio, quia ſi hoc poſsit ſacerdos denegare peccatori: poſſet malicioſus ſacerdos malicioſe ſanctis negare, & ipſos infamare. Hæc Hall. Dicitur ſecundo pro ſolutione primi argumenti, quod non *eſt bonum ſumere* voluntarie *panem filiorum & mittere canibus*: Nec hoc facit ſacerdos, ſed coactus: quod neceſsitas iuris ad hoc compellit, & exemplum Chriſti qui eam iudæ contulit. Ideo non eſt dicendus actor illius, ſicut nec ille qui ſecundum legem aliquem interficit dicitur actor interfectionis: ſed potius lex. Ideo nõ iuſsit Dominus non dare ſanctũ canibus: ſed dicit, nolite, quia non debet hoc facere voluntarie, ſed cum diſplicentia. Dicitur tertio pro ſolutione ſecundi, quod ſacerdos eſt diſpenſator, non Dominus Sacramentorum Eccleſiæ: ideo dando Euchariſtiam, non dat ſuum: ſed reddit alienum, quod negare non poteſt de iure, nec eſt ſimile de medico corporali, quia tali licet reue-

Eap. 15.

Mat. 15.

lare e

lare morbum ęgroti, nec propter hoc diffamat eum. Non autem ſpirituali licet. Etſi dicatur quod non eſt reddendus gladius furioſo. Licet enim lex dicat quod petẽti depoſitum ſit reddendũ, tamen ille peccat qui gladiũ reddit apud ſe depoſitum ei quẽ ſcit ſe ex illo iugulare velle. Ad hoc dicitur quod in iudicio reddendus eſſet gladius furioſo, ſi non conſtaret ipſum eſſe furioſum. Peccator autẽ in propoſito eſt quaſi in iudicio Eccleſiæ non furioſus, quia in facie Eccleſiæ dum petit Euchariſtiã non apparet ſuũ peccatum, non tunc ideo non conſtat eum eſſe furioſum. Similiter in hoc caſu, ius naturale dicat, quod peccator occultus à prę-lato ſuo nõ publicetur, ſicut nec Chriſtus manifeſtauit peccatũ inde quoad vſq; ipſe Iudas ſeipſum manifeſtauit. Hæc Hall. Dicitur quarto ſecundũ eundem pro ſolutione tertij, quod ſacerdos qui ſic dat corpus Chriſti peccatori, non proijcit ipſum in lutũ, ſed compellens ſacerdotẽ ad dandũ per inſtantiã petitionis ſuę proijcit, ſicut ſi tu ferres ægroto corpus Chriſti, qui proijceret te in lutũ cum Euchariſtia, peccaret mortaliter, & tu compulſus vel inuitus proijceres Euchariſtiã in lutũ. Hæc Hall. Et ſi dicatur quod corpus Chriſti tunc indecẽter portatur in tam vili loco ſicut in corpore peccatoris. Reſpondet idem quod hoc non eſt indecens ex parte ipſius Dei, quia ibi oſtendit ſuam humilitatẽ. Sicut enim in cruce humiliatus eſt à peccatoribus, ita adhuc in hoc oſtendit ſe humiliatum & quaſi paratũ pati à peccatoribus, vt nihilominus ſaluentur peccatores. Ad oſtendendũ etiam miſericordiam ſuã, quam ratione duritiæ ſuæ peccator conuertit in iram. Hęc Hall. Dicitur quinto quod tamen multũ debet cauere ſacerdos, ne peccatori det hoſtiã non cõſecratam. Tum primo, quia Dominus dedit inde Euchariſtiã, non hoſtiam non cõſecratam. Secundo quia peccatori in momento poſſet conteri & cõuerti. *Factus eſt repente de cælo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis.* Super quo Ambr. Neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia, nec ſcit ſacerdos, nec ſcire poteſt an hoc acciderit petenti. *Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus.* Et ideo non debet ei negare quod petit. Tertio, quia nihil prodeſſet talis ſimulatio. Ex quo enim peccator petit, & per eum non ſtat quia accipiat: tantum peccat ſi non accipiat Euchariſtiã ſed hoſtiam non conſecratam, ſicut ſi accepiſſet. Simulatio autem ſine vtilitate illicita eſt. Quarto, quin ille nõ ſolum illuderet peccatorem, ſed etiam aſtantem populum, quem quodam modo idololatrare faceret. Ex prædictis patent ſatis pericula indigne ſumentium Chriſtum. Sic ergo eonemur eum digne & cum tali reuerentia ſumere, vt ab illis nos liberet idem ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſæcula.

Euchar. Quare non eſt danda hoſtia non conſecrata etiam peccatori publice petenti Euchariſtiam. Act. 2.

Ioel 2.

A M E N.

Sunt & quatuor alij Sermones de eodem Sacramento. Primus eſt de tempore præcedente inſtitutionem eius. Per Thema. Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. *Secundus eſt de inſtitutione eiuſdem. Per Thema.* Comedetis vetuſtiſſima veterum, & nouis ſuperuenientibus vetera proijcietis. *Quos ambos require in ſecunda parte Quadrageſimalis Feria ſecunda Hebdomadæ ſanctæ. Tertius eſt de præparatione ad ſuſcipiendum Euchariſtiam. Per Thema.* Excemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. *Quem require vbi prius in die cœnæ Domini. Quartus eſt de cuſtodia Domini in mẽte noſtra. Per Thema.* Manc nobiſcum Domine, quoniã adueſperaſcit. *Require vbi ſup. Fer. ij. Paſchæ.*

FINIS.

BIBLIOTECA RA... P... VITO...

INDEX

INDEX IVXTA ALPHABETICVM ORDINEM DIGESTVS,

MATERIAS OMNES IN MARGINIBVS PRÆSENTIS OPVSCVLI DE Eucharistia notatas, continens.

A

Agnus Christus.

Vod Christus qui sumitur in Eucharistia habeat proprietates agni legalis. Serm. 9. D

Quod doctores mali solum monstrant hunc agnum, hypocrita solum pelles agni, inconsimentes cito proijciunt. Serm. 9. E

Quod non debet sumi sine debita coctione, id est, discretione, alioquin multa incurreventur incommoda. Serm. 9. F

Quod agnus Christus affatur in corde instigne claro charitatis, non autem igne turbido cupiditatis. Serm. 9. G

Quid sit agnum Christum comedere, cum azimis panibus Serm. 9. H

Quid sit ipsum comedere cum lactucis agrestibus. Serm. 9. I

Quod comedendus est integer, id est, cum plena fide Serm 9. K

De conditionibus requisitis ad sumendum Christum secundum figuram agni legalis, & imprimis quod sint renes accincti per castitatem. Serm. 9. L

Quod Crux Christi vel diuinum adiutorium, est baculus quem habere debent comesturi agnum Christum. Serm. 9. N

Quid est comedere festinanter agnum Christum. Serm. 9. O

Qui sunt alienigena qui non admittuntur ad comestionem agni. Serm. 9. T.

Quod non admittitur seruus emptitius diaboli, & ibi de duplici seruo emptitio. Serm. 9. V

Amor Christi.

Quod ex quatuor perpenditur amor Christi in Sacramento. Serm. 2. D

B

Bonum.

De triplici differentia bonorum, inter quæ bonum Eucharistiæ tenet optimum gradum. Ser. 3. D

C

Calceamentum.

De duplici calceamento sinistri scilicet pedis, & dextri, & quid significet vtrumque. Ser. 9 O

Quare Apostolis interdictus est vsus calceamentorum, & tamen præcipitur comesturo agnum. Serm. 9. P

Celebrare.

Quid laudabilius est, sæpe celebrare, quam sæpe abstinere. Serm. 8. H

Quod non semper abstinere debet à celebratione qui inuenit se indeuotum. Serm. 8. Z

Cibus.

Sex differentiæ cibi sacramentalis ab alijs cibis. Serm 3. C

Quod cibus sacramentalis est vita anima. Serm. 3. D

Quod cibus sacramentalis in se conuertit sumentem. Et de duplici conuersione Christi, Serm. 3. E

Quod cibus sacramentalis animam perpetuat, & Ecclesiam cõtinuabit, sic quod eo cessante cessabit. Serm. 3. F

Quod cibus sacramentalis est verus cibus hominis: Alius vero est cibus equi vel asini eius, Serm. 3. G

Non emitur cibus sacramentalis, licet sit pretiosissimus, sed datur. Serm. 3. H

Conuiuium.

De conuiuio Dei & diaboli, & quod conuiuium diaboli habet quatuor malas conditiones Dei vero quatuor bonas oppositas. Ser. 10. B

Corpus Christi.

Corpus Christi esse sub sacramento conueniebat perfectioni nouæ legis, Charitati Christi

fidei perfectioni. Serm. 5. B
Quare corpus Christi appellatur panis Angelorum. Serm. 5. L
Quare corpus Christi appellatur panis vita, Ser. 5. K
Quare corpus Christi appellatur panis intellectus Serm 1. L
Corpus Christi quare dicitur panis doloris. Serm. 5. M
Quare vocatur panis noster. Serm. 5. N
Quare dicitur panis quotidianus Serm. 5. O
Quare dicitur panis supersubstantialis Serm. 5. P
Quomodo concordatur quod dicitur oratio dominica post prandium, quando non solet celebrari, & tamen ibi fit mentio de pane Eucharistia. Serm. 5. Q
Quod corpus vel caro Christi habet illa quatuor propter qua libenter comeduntur carnes. Serm 5. B

Consuetudo.

De auctoritate consuetudinis ecclesia. Serm. 6. G

Conuersio.

De triplici conuersione in scripturis sacris miraculosa. Serm. 4. A

D.

Descensus.

De quadruplici descensu Christi. Serm. 3. S

Deuotio.

Quod literati communiter carent deuotione, & quare. Serm 11. L
Quod consideratio diuinitatis est de se deuotionis excitatiua, & delectationis causatiua. Serm. 11. M
Quod lachryma non requiruntur ad deuotionem. 2. N

Dubitare.

Dubitans aliquid esse illicitum non semper peccat illud faciens, nisi sit dubium vehemens. Serm. 2. E

E.

Eucharistia.

Quod Dominus reuelauit mirabilia Eucharistiæ ad quietandum humanum ingenium: & affectum demulcendum. Serm. 1. C
Qui sunt modi quibus licet scrutari mirabilia Eucharistiæ. Serm. 1. D
Quod tria requiruntur ad capacem auditorem vel relatorem mirabilium Eucharistiæ. Serm. 2. E
De hæresi Berengarij circa Eucharistiam. Serm. 1. G
Manuductio quedam quod corpus Christi sit in sacramento, & quomodo ibi videatur. Ser. 1. H
Persuasiones multæ de transsubstantiatione panis & vini in corpus & sanguinem Christi. Ser. 1. I
Quod nec panis nec vinum manent post transsubstantionem, & quare. Serm. 1. K
Manuductiones quod corpus Christi tam magnum contineatur sub parua hostia, & quod ibi omnes sensus decipiuntur præter auditum. Serm. 1. L
Similitudines quedam quod corpus Christi possit simul esse in pluribus locis. Serm 1. M
Quod corpus Christi sit æqualiter sub parua & magna hostia similitudo in manna & candela. Serm. 1. N
Quod non est mirandum si corpus Christi non minuatur licet quotidie comedatur à fidelibus. Ser. 1. O
Rationes quatuor propter quas in sacramento altaris manent accidentia sine subiecto Serm. 1. P
Quod pietas Domini & conditio naturæ nostræ Deum commouerunt: vt pararet nobis cibum corporis sui. Serm. 2. A
Quod Deus cibum corporis sui longè aliter parat quam mundani cibos suos. Serm. 2. B
Quod amor Christi fuit vna ex causis institutionis sacramenti Eucharistiæ Serm. 2. C
Quod sacramentum Eucharistiæ quadrupliciter est memoriale passionis. Serm. 2. D
Quæ magni meriti est fides sacramenti Eucharistiæ. Serm. 2. G
Quod sacramentum Eucharistiæ instituì debuerit ante passionem Christi probatur triplici ratione Serm. 2. F
Quod quatuor modis subleuatur natura in sacramento Eucharistiæ. Serm. 2. H
Quod propter tria institutum est sacramentum Eucharistiæ nocte. Serm. 2. I
Tres causæ institutionis Eucharistiæ post cœnam. Serm. 2. K
Quatuor causæ propter quas institutum est sacramentum in lege noua & in lege veteri. Serm. 2. L
Quod Eucharistia data est quasi medicina contra peccati morbum. Serm. 2. M
Quare non sufficiebat scriptura sine Eucharistia ad morbum peccati. Serm. 2. N
Propter quatuor idem cibus est hominum & Angelorum in Eucharistia Serm. 2. O
Quod caro Christi excellentior est cæteris carnibus in multis. Serm. 3. A
Propter quatuor caro Christi appellatur cibus. Serm. 3. B
Sex differentiæ cibi sacramentalis ab alijs cibis. Serm. 3. C

Quomodo sacramentum Eucharistiæ excedit sacramenta veteris legis. Serm. 3. K

Quod in sex excellit sacramentum Eucharistiæ sacramenta nouæ legis, & quare non præcedit baptismum & confirmationem, cum ex eodem virtutes eorum originentur. Serm. 3. L

Quare non est communicata potestas consecrandi Angelis, Serm 3. M

Quare sacramentum altaris dicitur Eucharistia. Serm. 3. N

De triplici differentia bonorum inter quæ bonum Eucharistiæ tenet optimum gradum. Serm. 3. O

Quare non solis Pontificibus sed etiam simplicibus sacerdotibus, data est potestas consecrandi. Ser. 7. P

Ex ministerio Eucharistiæ sacerdotes consequuntur dignitatem, puritatem habere debent; ac timorem dum accedunt, simulque eis magna debetur reuerentia. Serm. 3. Q

De triplici conuersione in scripturis sacris miraculosa. Serm. 4. A

Quod cibus iste diuinus melior est quam manna. Serm. 5. B

Quinque rationes propter quas voluit Dominus corpus suum esse velatum sub alienis speciebus. Serm. 5. C

Quinque rationes propter quas voluit Dominus sub panis & vini occultari. Ser. 5. E

Quare simul miscentur panis, aqua, & vinum in sacramento, & quid significent illa tria. Serm. 5. F

Quomodo reuelandum fuit sacramentum seu secretum Eucharistiæ, & quibus de causis abscondi possent secreta Dei. Serm. 6. A

Quibus modis manifestauit Deus suam diuinitatem, & quomodo potissimum in Eucharistiæ sacramento. Serm. 6. B

Duæ causæ propter quas necesse est sacramentum Eucharistiæ iterari. Serm 6. O

Quod Christus vt fidelissimus medicus de propria substantia facit in Eucharistia medicinam. Serm. 6. P

Quomodo duplicem morsellum dat nobis Deus in Eucharistia, Serm. 6. Q

Quod Maria potest dici mater Eucharistiæ. Ser. 7. A

Quod sumptio Eucharistiæ non est de necessitate quo ad omnes: sed quo ad aliquos & certo tempore. Serm. 7. C

Quoties in anno tenetur fidelis Eucharistiam sumere. Serm. 7. D

In qua ætate indirandus est quis idoneus ad suscipiendum Eucharistiam. Serm. 7. E

Quod non sit necessarium ad salutem cuicunque fideli sumere Eucharistiam sub vtraque specie probatur multipliciter. Serm. 7. F

De periculis quæ sequerentur si sumeretur sacramentum sub specie vini à laicis Serm. 7. H

Quod hoc verbum nisi manducaueritis, &c. & biberitis, &c. non concludit sumendam Eucharistiam sub specie vini à quolibet, & exponitur multipliciter. Serm. 7. K

Solus sacerdos dum celebrat potest & tenetur sub vtraque specie communicare. Serm 7. L

Non potest homo dignus reddi ad sumptionem Eucharistiæ, nisi Deo iuuante Serm 8. A

Quæ sunt motiua præparandi hospitium cordis Christo suscipiendo in sacramento. Serm. 8. B

De tribus requisitis pro debita præparatione ad suscipiendam Eucharistiam. Serm. 8. C

Quod nunquam habetur certitudo euidentiæ de sufficienti præparatione ad Eucharistiam sumendam, & quod illa non requiritur, & quod omnis scrupulus de mortali impedit, dignum accessum declaratur tribus propositionibus Serm. 8. D

Quod feruentius diligentes Deum habent sæpius sumere Eucharistiam. Serm 8. G

Quod præcipue diuino muneri ascribenda est digna participatio sacramenti. Serm. 8. K

Quod suscepturus Eucharistiam prius debet conuerti & confiteri propter tres causas. Serm. 8. L

An contingat accedere ad Eucharistiam in mortali sine nouo peccato discutitur. Serm. 8. M

Quod oratio requiritur ad debitam Eucharistiæ sumptionem. Serm. 8. O

Quod pollutio aut alia corporalis immunditia est quandoque de peraccidens impeditiua sumptionis Eucharistiæ. Serm. 8. Q

Quod quandoque somno pollutus meritorie accedit ad sacramentum. Serm. 8. R

Non ob timorem contaminationis corporis Christi iubemur illud cum munditia corporali contrectare. Serm. 8. S

Quod Christus qui sumitur in Eucharistia habet proprietates agni. Serm. 9. T

Quod debet dari Eucharistia transituro ad placandum Deum, ad securitatem, ad robur & directionem. Serm 9 R

Quare Eucharistia dicitur viaticum. Serm. 9. S

In manducatione spirituali Eucharistiæ inuenitur masticatio sue consideratio eius quod sumitur refectio vel delectatio, assimilatio per fidem, & incorporatio per amorem. Serm. 10. A

Quod recepturus Eucharistiam debet esse adultus, sine periculo vomitus, non diffamatus crimine publico. Serm. 10.

Quare accedere debet homo ieiunus ieiunio naturæ, Serm. 10. D

Tres casus in quibus potest quis communicare non ieiunus. Serm. 10. E

Licet Christus post cœnam communicauerit, noluit tamen nos in illa circumstantia temporis vel epularum eum imitari Serm. 10. F

Quod non est necessarium post sumptionem Eucharistiæ diu abstinere à cibis, & quare dandum sit vinum ablutionis Serm. 10. H

A quibus vitijs mundus esse debet, qui accedit ad sumendam Eucharistiam Serm 10. I

Quod communicaturi debēt esse quasi sepulchrum mundum, in quo Christus reponatur, & de duplici loco in quo Christus legitur dormiuisse. Serm. 10. K

Quomodo communicaturus vel celebraturus si habet peccata mortalia tenetur confiteri sectu so impedimento. Serm. 10. L

Ad quid necessarium est lumen fidei communicaturo. Serm. 10. M

Quod credibile de Eucharistia continetur sub illo articulo, Sanctorum communio. Serm. 10. O

Quod debet accedi ad Sacramentum cum amore Dei & proximi, & de vtroque ponuntur rationes. Serm. 10. P

Quod accedendum est ad Eucharistiam cum deuotione, & quod tria debet considerare accessurus. Serm. 10. R

Quod in susceptione Eucharistiæ consideranda est diuina beneficentia propter duo. Serm. 10. S

Quod non est suscipienda Eucharistia à peccatore publico, hæretico, simoniaco, schismatico vel excommunicato. Serm 10. T

De triplici gustu & quomodo gustatur suauitas Domini in Eucharistia. Serm. 11. A

Quomodo labor pœnitentiæ excitat ad deuotionem circa Eucharistiam. Serm. 11. D

Quod vacuitas cordis excitat ad appetitum cibi Sacramentalis. Serm. 11. G

Quod meditatio sancta excitat ad deuotionem, & de triplici meditatione. Serm. 11. I

Ad suauem degustationem cibi sacramentalis requiruntur fides, desiderium, & longa masticatio seu consideratio eius. Serm. 12. A

Quare modus parum sapit cibus sacramentalis. Serm. 12. B

Describuntur quinque sapores cibi sacramentalis. Serm 12. C

De tribus masticandis ad rite communicandum. Serm. 12. D

Ratio multiplex quare sumptio Eucharistiæ fiat magis gustando quam videndo. Serm. 12. E

non est necesse apponere expressum conditionem in adoratione Eucharistiæ. Serm. 12. F

Quod sunt impedientia gustum sacramentalis cibi. Serm. 12. B

Fructus Eucharistiæ cuius sit. Serm. 13. B

De differentia pinguedinis corporalis & spiritualis, & quomodo etiam conueniunt. Serm. 13. C

Describuntur duodecim vtilitates Eucharistiæ, imprimis quod est directio suscipientis. Serm. 13 D

Quod confertur abundantia gratiæ in Eucharistia. Serm. 13. E

Quod digna susceptio sacramentalis addit ad meritum solius spiritualis. Serm. 13. F

Quod datur refectio animæ & consolatio in Sacramento Serm 13. G

Quod virtute Sacramenti fit concupiscentiæ inordinatæ extinctio. Serm. 13. H

Quod liberamur à malis quotidianis virtute Sacramenti. Serm 13. I

Quod per Eucharistiam non deletur culpa est actualis memoria, & exponitur illud: Sit ablutio sc. letum Serm 13. L

Quare magis per baptismum & pœnitentiam deleantur mortalia quam per Eucharistiam. Serm. 13. M

Quod virtute Eucharistiæ quis confirmatur in bono, Serm. 13. N

Quod est munimentum contra diabolicas tentationes probatur multipliciter. Serm. 13. O

Quod est consolatio contra tyrannidem carnis, mundi, & peccati Serm. 13. P

Quod virtute Eucharistiæ illuminatur ratio. Ser. 13. Q

Quod inebriat amore. Serm. 13. R

Quod liberat à pœnis purgatorij. Serm 13. S

Vnde est quod Sacramentum altaris plus prodest post mortem quam alia Sacramenta. Serm. 13 T

Quod virtute Sacramenti datur finaliter gloria. Serm. 13. V

Peccatum indigne sumentis, est peccato crucifigentium Christum & inde simpliciter minus, licet quoad aliquam circumstantiam posset dici æquale vel maius Serm 14. A

Quod tribus modis possunt dici rei mortis Christi qui ipsum indigne sumunt. Serm. 13. B

Quod tribus modis indigne accedituer ad sacramentum Eucharistiæ. Serm. 14. C

Quod duodecim mala incurrunt indigne communicantes quorum primum est quod sunt in plena possessione diaboli Serm. 14. D

Quod licet peccatori videre Christi corpus, & tangere in tactu, sed nunquam gustare, & quare, Serm. 14. E

Quod

Digitized by Google

Quod indigne communicantes priuantur omnibus bonis ſpiritualibus. Serm. 14. F
Quod indigne communicantes ruunt in peccatum grauiſſimum. Serm. 14. G
Quod magis peccat communicans in peccato deſperationis vel inuidentia fraterna, quam gula vel luxuria & magis in peccato luxuria quam ira, &c Serm. 14. H
Quod indigne communicantes incurrunt cacitatem mentis. Serm. 14. I
Indigne communicans habet continuum murmur conſcientiæ. Serm 14. K
Indigne communicans non recipit Euchariſtiam ſpiritualiter, etſi ſacramentaliter. Ser. 14. L
Indigne communicans incurrit offenſam Dei & effuſionem iræ eius, Serm 14. M
Vnde eſt quod Dominus diſſimulat nunc punire indigne communicantes pluſquam in primitiua Eccleſia. Serm. 14. N
Quod indigne communicãs incurrit æterna damnationis periculum. Serm. 14. O
Quod indigne communicans meretur deſertionem diuini auxilij, Serm. 14. P
Quod indigne communicans incurrit mentis ariditatem. Serm. 14. Q
Quod indigne communicans meretur vt ruat de peccato in peccatum. Ser. 14. S
Quod indigne communicans vix poſtea à peccato reſurgit, Serm 14. T
Quod ex indiſpoſitione malorum non ex defectu Chriſti (qui eſt mundiſſimus) procedit, quod non mundentur per ſuſceptionem eius, Sermo. 14. V
Quod indigne communicantem ſequitur perditio vitæ æternæ. Serm. 14. X
Quod tenetur quandoque ſacerdos dare Euchariſtiam illi quem ſcit eſſe in mortali. Serm. 14. Y
Quare non eſt danda hoſtia non conſecrata, etiam peccatori publice petenti Euchariſtiam. Serm. 14. Z

F
Fides.

Quod magni meriti eſt fides ſacramenti Euchariſtiæ. Serm. 2. F
Ad quid neceſſarium eſt lumen fidei communicaturo. Serm. 10. M

G
Guſtus.

De triplici guſtu, & quomodo guſtatur Domini ſuauitas in ſacramento. Serm. 11. A
Quare non guſtet hic anima continuam Dei ſuauitatem. Serm. 11. B
In quo fundatur guſtus ſpiritualis, & quod non poſſit eſſe ſine viſu ſpirituali. Serm. 11. C
De ſimilitudine guſtus ſpiritualis & corporalis. Serm. 11. D

H
Infirmitas humana.

Quod infirmitas noſtra apparet hic, quia paruuli ſumus, in exteriori viſu, in interioribus oculis, & in guſtu debiliati. Serm. 2. D

M
Manna.

Quod cibus iſte diuinus melior eſt quam Manna. Serm. 2. A

Meditatio.

Quod meditatio excitat ad deuotionem, & de triplici meditatione. Serm. 11. I
Quod quadruplex poteſt eſſe meditatio fructuoſa circa Euchariſtiam. Serm. 11. K

Menſa.

Quod menſa diaboli eſt rancor, inuidia & iracundia, & de malis quæ faciunt iſta vitia. Serm. 10. Q

Mirabile.

Tria videbantur antiquis in Deo mirabilia, quæ miramur in natura. Ser. 1. A
Quod mirabile Euchariſtia Deus ſolus fecit & quod perpetuo durabit, & quod ſcriptum ſit in cordibus hominum. Sed faciunt ſancti ſua mirabilia. Serm. 1. B
Quod decem mirabilia inueniuntur in Euchariſtia. Serm 1. F

Miſſa.

Exercet Dominus in Miſſa officium ſacerdotis, aduocati medici, & dapiferi. & quod imprimis dicitur ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech propter multa. Ser. 6. C
Quod Chriſtus in Miſſa offert Deo Patri ſeipſum Serm. 6. D
Quod Chriſtus in Miſſa ſe offert Deo Patri, ſe offert & peccatori Serm. 6. E
Quod Chriſtus in menſa ſe offert ad honorem ſanctorum patriæ, pro ſalute viuorum, & requie mortuorum. Serm. 6 F
De triplici differentia miſſarum. Ser. 6. G
Quod certa multitudo Angelorum aſſiſtit corpori Chriſti in Miſſa. Serm. 6. H
Triplex ratio quare aſſiſtunt Angeli corpori Chriſti. Serm. 6. I
Quomodo in Miſſa eſt Dominus Ieſus tanquam aduocatus, & ſacerdos tanquam procurator vel mediator. Serm. 6. K

Quomodo populus non debet cito recedere de Miſſa Serm 6. M
Non eſt regulariter celebranda Miſſa, niſi in loco ſacro. Serm. 6. N
Quod debet audiri Miſſa integra diebus Dominicis & feſtiuis. Serm. 6. R
Quomodo liceat celebrare Miſſam pro lucro temporalium. Serm. 9. X
Cœneſtio poſt matutinas veſperi dictas non impedit celebrationem diei ſequentis. Serm. 10 G
Tres cauſas propter quas non celebratur Miſſa ſine ignis lumine. Serm. 10. N

O

Oratio.

Quod oratio requiritur ad debitam Euchariſtiæ ſumptionem. Serm. 8. O

P

Pœnitentia.

Quatuor ſigna vere pœnitentiæ & gratiæ inexiſtentis. Serm. 8. N

Pollutio.

De pollutione in ſomno incepta & completa quod non eſt peccatum, ſed quandoque meritum, declaratur duabus propoſitionibus. Serm. 8. P
Quod pollutio aut alia corporalis immunditia eſt quandoque de peraccidens impeditiua ſumptionis Euchariſtiæ. Serm. 8. Q

S

Sacerdos.

Ex miniſterio Euchariſtiæ ſacerdotes conſequuntur dignitatem, puritatem habere debent ac timorem dum accedunt, ſimulque eis magna debetur reuerentia. Serm. 3. E
Quod peccat ſacerdos vbi emittit ponere aquam. Serm. 5. G
Quod debet apponere ſacerdos aquam in calice, licet ſciret appoſitam dolio. Serm. 5. H
De dignitate ſacerdotis, qua eſt portare verbum Eccleſiæ in conſpectu Dei. Serm. 6. L
Solus ſacerdos dum celebrat, poteſt & tenetur ſub vtraque ſpecie communicare. Serm. 7 L
Poteſt ſacerdos non vti poteſtate abſoluendi, non autem conſecrandi, & quare. Serm 7. M
Quomodo quilibet ſacerdos tenetur aliquando celebrare probatio triplex. Serm. 7. N

Sacra ſcriptura.

Quare non ſufficiebat ſcriptura ſacra ſine Euchariſtia. Serm. 2. N

Sanguis Chriſti.

Cauſa prohibitionis vſus ſanguinis ceſſant quoad ſanguinem Chriſti, & quæ erant illa. Ser. 4. B
Quare demon volebat ſibi ſeruiri ſanguine. Ser. 4. C
Sanguis Chriſti inducit peccatores ad contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem. Serm. 4. D
Sanguis Chriſti valet contra deſperationem ad quam tria inducunt enormitas culpæ, grauitas offenſi, & timor pœnæ. Serm. 4. E
Quod Chriſtus ſuſcepit officium lauandi ſordes ſpirituales in ſanguine ſuo. Serm 4. F
Quomodo ſanguis Chriſti contra naturam alterius ſanguinis lauat, & quod habet lactis naturam. Serm. 4. G
Quod ſanguis Chriſti nos reconciliat Deo mediando & pacificando. Serm. 4. H
Quod peccator quaſi excõmunicatus non eſt abſolutus niſi ſub ſigillo ſanguinis Chriſti. Serm. 4. I
Quod ſanguis Chriſti ſoluit ſymbolum, vbi ſumen ex potu vini conſurgit obligatio Ser. 4 K
Quod ſanguis Chriſti facit pugnantes aggredi arduæ, ſuſtinere aduerſa, & tandem triumphare. Serm. 4 L
Quod datur ſanguis Chriſti laborantibus, vt ſciant velint & poſſint laborare. Serm. 4. M
Quod ſanguis Chriſti ſolatur contemplantes ſecundum tres gradus, ſcilicet meditantium, amplectentium, & exſpectantium. Serm. 4. N
Quod ſanguis Chriſti delectare habet incipientes, nutrire proficientes & nobilitate perfectos. Serm 4. O
Quod ſanguis Chriſti protegit decedentes ab hoſte, & eripit à miſeria, & introducit ad gloriã. Serm. 4. P
Quod ſanguis Chriſti non ſe extendit vſque ad lætionem damnatorum. Serm. 4. Q
Cauſa multiplex quod nõ ſumitur ſanguis Chriſti in paraſceue. Serm. 4. R
Quare ſeorſum conſecratio ſanguinis Chriſti fit, cum ſub ſpecie panis ſit integer Chriſtus, & de triplici perfectione ſacramenti Euchariſtiæ. Serm. 7. I

Scrupulus conſcientiæ.

Quod errant multipliciter qui non deponũt ſcrupulos ad conſilium prudentium. Serm. 8. F

Spes.

Quod quatuor modis ſubleuatur ſpes noſtra ex ſacramento Euchariſtiæ. Serm. 2. H

T

Quod tranſitus hominis habet quadruplicem cõditionem comitantem. Serm. 9. A
De triplici tranſitu faciendo conformiter ad triplex paſcha filiorum Iſrael. Serm. 9. B

Quod

Quod quidam transeant per mare mundi nati-vitate, quidam navigando, & quidam volando Serm. 9. C

V

Venialia.

Quod venialia tria mala faciunt. Serm. 13. K

Verbum Dei.

Quod verbum Dei excitat ad devotionem in Deum. Serm. 11. F

Vinum, vinea.

Quomodo differunt vinea & agricola terrestres à cælestibus, & quod in Eucharistia sit optimum vinum spirituale Serm. 13. A

Vulneratio.

De duplici vulneratione Christi. Serm. 17. R

Z

Zona.

De duplici zona significante duplicem puritatem. Serm. 9. M

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

7-2-2

Digitized by Google